IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE
MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT
TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS
AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES
CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT
CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI
SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN NONVM

HAMBVRGI
APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN
A. C. MDCCCIV
LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.

PRAEFATIO.

Nonum hoc bibliothecae graecae volumen, quod ſerius, quam ſperaueram, neque tamen id mea culpa factum eſt, ex carcere quaſi emittitur, omnia continet capita, quae volumine *octauo* ſecundum veterem editionem, praeter caput quondam XVIII. de *Themiſtio Euphrade*, in noua editione iam in vol. VI. pag. 790. ſqq. a me repoſitum, erant olim a *Fabricio* explicita diligentiſſime. Nam, vt caput de *Gregorio, Nyſſeno*, quod in praefatione ad volumen VIII. pag. V. ſcripſeram, in illo volumine me dediſſe, tunc excluderetur, et in hoc demum volumine ſuum obtineret locum, fecerant temporis ſpatiique anguſtiae. Quorum vero hominum vitae ſcriptaque et alia, quae de iis ſcitu dictuque neceſſaria viderentur, (namque in capitibus de ſcriptoribus eccleſiaſticis vberiorem eorum fatorum, inprimis placitorum errorumque atque controuerſiarum, haud raro inutilium et atrocium, inde ortarum, et interdum per plura ſaecula, nec

raro ad noſtra vsque tempora agitatarum, hiſtoriam atque inquiſitionem a noſtro inſtituto alienam eſſe, atque conditoribus hiſtoriae eccleſiaſticae relinquendam, *) nemo, opinor, negabit,) in hoc volumine exponuntur, *lector beneuolus* ex indice capitum, poſt praefationis Fabricianae partem poſteriorem, (prior enim ſolummodo continet capitum indicem,) exhibito, facile cognoſcet. Idem, comparato hoc volumine cum eo, quod Fabricius euulgauit, a me, videbit, in noua hac editione multa, quae poſt Fabricii obitum alibi vel recuſa ſunt, vel emendatius edita, eſſe reſecta, alia ad ſupplementa, quae ſi deſiderarentur, reſeruata, vbiuis tamen cauſſa conſilii declarata.

Sunt autem in praeſenti a me omiſſa pag. 64. quaedam *Baſilii* opuſcula, u. precatio, exorciſmus et quaeſtiones *Eunomii* atque *Apollinaris* cum reſponſionibus S. *Baſilii:* — pag. 97. *Baſilii iunioris* Naumachica: — pag. 206. *Syneſii* epiſtola ad Dioſcorum de arte magna, ſiue ſcholia in Democritum: — pag. 211. *Eunomii* apologia, quam confutauit Baſilius M. — pag. 297. tria *Hieronymi* graeci opuſcula: — pag. 305. *Libanii* epiſtola ad Meletium: — pag. 407.

*) In ſumma quidem breuitate multa tamen, quae ad hiſtoriam pertinerent litterariam, collecta ſunt in *bibliotheca ſelecta hiſtoriae eccleſiaſticae cum veteris tum noui teſtamenti.* Venetiis 1776. 8. part. II.

407. quatuor *Procli* hymni: pag. 760. *Choricii*, ſophiſtae, oratio funebris in Procopium, ſophiſtam, Gazaeum.

Quo euenit, vt, licet pluribus a me factis acceſſionibus, integrum paene volumen vet. edit. in hoc vol. concluſum redderetur. Haud quidem deerunt, qui cenſeant, plura potuiſſe a me praetermitti. At metu, ne alii me incuſarent nimiae multisque ingratae moleſtaeque parſimoniae aut iniuſtitiae erga manes Fabricianos, deterritus ſum a conſilio. Eo plura, vel poſt Fabricii diligentiam typis repetita, vel a me in ſuperioribus voluminibus iam occupata, ex duobus ſequentibus veteris editionis voluminibus in noua editione iure exſulabunt.

Quod reliquum eſt, ſuetam cel. *Beckii*, cuius quoque ſtudio atque variae et inexhauſtae eruditioni litteraria paſſim adſperſa debes ſupplementa, et cel. *Roſenmülleri* in corrigendis operarum peccatis curam atque diligentiam, etiam in hoc volumine laudabiliter praeſtitam, cum animi grati ſignificatione mecum praedicabis. Nullum quidem omnino non ſublatum eſſe vitium typographicum, neque ego poſſum adfirmare, *) neque aliquis humanae ſuaeque ipſius infirmitatis

*) Ex. gratia vt pauca proferam pag. 32. not. col. a. lin. 40. corr. *diuerſarum*, et col. b. lin. 14. *Apolologia* (ſic) — pag. 128. in linea ſuprema pro VIII. ſcrib. XIII. — pag. 248. not. col. b. lin. 1. ſcr. *ſaec.* — pag. 272. ſect. 5. lin. 7. ſcr. *antiquarum*. Reliqua ipſe forſan facile corriges.

tis conſcius poſtulabit. Atenim, quantum equidem leuiter percurrendo aliquot plagulas intellexi, nec multis nec grauioribus mendis typographicis commaculatus eſt contextus. TV igitur, L. B. humaniſſime ignoſcas quaeſo et meis et operarum peccatis, meisque conatibus fauere pergas velim. Scr. Erlangae, d. XXIV. Mart. MDCCCIV.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLESS.

IO. ALBERTI FABRICII praefatio volumini octauo olim praemissa.

[Integram praefationem vt recudi faciam, siquidem in priore parte summa et ordo capitum indicantur, haud est necessarium. Incipit vero prior pars: *H.*]

Ne multis te differam, L. B. iuuat oculis tuis subiicere, quae in hoc volumine tibi offeruntur a me pro tenui meo studio, quod vt boni facias, et si quid titubatum a me est, vt fit non modo in bello, sed

etiam

etiam in hisce litteris, id pro aequitate tua humaniter feras in homine, iterum iterumque peto a te ac contendo.

[Poſt indicem capitum ita pergit:]

Haec ſunt, quae praeſenti vice exhibere tibi ſtudui, Lector beneuole, non dubitans, etiam Indices ſcriptorum, quos hoc volumine paſſim iterum inſerui, vtiles acceptosque fore iis, qui hoc litterarum genere ducuntur. Nam etiamſi aliquid ſubinde eſſet omiſſum a me in illis, peccatumque, quae tamen non ita multa fore ſpero in his: tamen longe maximam partem recte adnotatam aequi et docti iudices, boni certe conſulent. Equidem, vt quantum poſſem, accuratos darem, operam, quam potui ſine ſuperſtitione ac maioris temporis dispendio, impendi. Vtinam vero viueret graecantiſſimus ille *Georgius Fridericus Thryllitius*, cuius ſchediaſma de bibliotheca ſcholiaſtarum vniuerſali adornanda, ſed qualem nec animoſiſſimus bibliopolarum ſuscipere, etiamſi praelo eſſet parata, vnquam auſit, ciues mei inſeruere tomo ſecundo Miſcellaneorum Lipſienſium: vel vtinam frater eius egregius, *Valentinus Hermannus Thryllitius*, medicus Geithaynenſis, cuius epiſtolam itidem Lipſienſes

pſienſes mei vulgauerunt in faſce LVIII. Diarii, quod ſub noui Muſei titulo (Neuen Bücher-Saal) germanice quot menſibus in lucem edunt, docti fratris veſtigiis ita pergat inſiſtere, vt, quae ille molitus eſt, hic ſuo ſtudio expolita perficiat, atque graecarum litterarum latiſundia amplificet inſigni quadam nec inficianda acceſſione. Nam hactenus nihil in illis deſidero, quam quod confidentiores aliquando ſunt, et inter errores computant, quod apud Tzetzam ad Lycophronem pro Androcle non lego Menandrum, pro Heliodoro Apollonium: deinde, quod non plura in me reprehendunt. Quid enim ego magnopere accuſandus, ſi non alia pluraque longe habent, quae moneant, quam in vniuerſis vaegrandibus Euſtathii ad Homerum commentariis loca omiſſa viginti circiter vel triginta: quum adnotata ſint et poſita in indicibus, quos exhibui, Euſtathianis loca ad vicies mille. In ceteris indicibus longe vltra tercentena locorum millia. Omnes, qui vnquam ab hominum memoria in lucem humana induſtria prodierunt, indices abiicere debemus, praeſertim voluminoſiorum operum, ſi propterea ſtatim *tantum non taedet vſus*, vel *parum tuta fides* accuſanda, quod non ex millenis dicam, ſed ex centenis vnus locus aliquando vel fugit oculos, vel perperam poſitus eſt, etiam typographi culpa; nam et illa imputatur. Tamen magnas illi habi-

turus ſum, et haberi ab aliis velim gratias, ſiue Tryllitius, ſiue alius, accuratiores, quam ego potui, dabit Indices, et hunc laborem, hocque taedium poſt me, atque eos, quorum lucubrationibus vſus ſum, communis vtilitatis cauſſa voluerit deuorare: neque intercedam, etiamſi ad hoc maturandum vel ali ac confirmari, vel compelli ſe patietur voluptate me reprehendendi. Vale.

INDEX CAPITVM
HVIVS VOLVMINIS NONI
siue Bibliothecae graecae libri V. partis IV.

CAPVT XIV. (olim XIX.)

De S. BASILIO, Magno et Seleuciensi.

CAPVT XV. (olim XX.)

De GREGORIO, NYSSENO.

CAPVT XVI. (olim XXI.)

De EVSTATHIO Antiocheno, SERAPIONE, Thmuitano, et SOPHRONIO

CAPVT XVII. (olim XXII.)

De PAPPO et THEONE, Alexandrinis, Theonisque filia, HYPATIA, et Hypatiae discipulo, SYNESIO, episcopo.

CAPVT XVIII. (olim XXIII.)

De EVNOMIO et aliis quarti saeculi haereticis.

CAPVT XIX. (olim XXIV.)

CAPVT

*) Copiosus ad futuram Arati editionem adparatus, cum Theonis in Aratum scholiis, Procli sphaera, Leontio de constructione Arat. sphaerae cum V. L. et notis mstis, collectus fuit a *Laur. Anchero.* v. catalog. librorum et codd. MSSt. quos reliquit *M. Laur. Ancher.* Othenis m. Febr. 1799. publ. auctione distrahendos. 8. p. 9. et 10.

CAPVT XX. (olim XXV.)

CAPVT XXI. (olim XXVI.)

De philosophis, SYRIANO, PROCLO et MARINO.

CAPVT XXII. (olim XXVII.)

De S. CYRILLO, Alexandrino.

CAPVT XXIII. (olim XXVIII.)

De PROCLO, Constantinopolitano, ASTERIO, Amasene, et IOANNE CLIMACO.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI V. PARS IV. (vol. VIII. vet. ed.)

CAPVT XIV. (olim XIX.)

De S. BASILIO magno et Seleuciensi.

I. *S. Basilii, magni, aetas et vita.* II. *Scriptores de illo veteres.* III. *Recentes.* IV. *Alii Basilii vltra triginta.* V. *Codd. et editiones Basilii, magni, operum latinae, graecae et graecolatinae.* VI. *Scripta singula in editionibus graecolatinis comprehensa, cum variis obseruationibus.* VII. *Scripta Basilii, vel quae sub eius nomine feruntur, et quae in editionibus graecolatinis non exstant.* VIII. *Precatio, ab H. Hammondo edita.* *Ibid. Index eorum, ad quos scripsit et quorum in epistolis meminit S. Basilius.* IX. *Index Homiliarum et epistolarum S. Basilii, adscriptis ordine alphabetico singularum initiis.* X. *De Basilio, Seleuciensi, eiusque scriptis.*

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

BASILIVS, *magnus* ille veritatis doctor [a]) atque doctrinae inprimis de Spiritu S. catholicae vindex et adsertor praecipuus, natus Neocaesareae, quae ante Mazaca, in Pontica Cap-

a) Ὁ μέγας τῆς ἀληθείας διδάσκαλος. *Zachariae Mytilenaeo* pag. 224. edit. Barthii, et κήρυγμα τῆς Ἐκκλησίας, *S. Athanasio* epist. ad Palladium, presb. tom. I. pag. 734. ὁ ἔνθεος τῆς οἰκουμένης φωστήρ, *Gennadio* epistola de praedestinat. *Fabr.* Alia testimonia congessit *Thom. Pope Blount* in censura celebrior. author. ed. Geneu. pag. 241 sqq. *Garnier* in praef. ad tom. I. edit. opp. Basilii summis laudibus eum extollit. Constat enim, ait, quaecumque maxime ad sacrarum litterarum studium pertinent, dogmata, ethica, traditio, historia, disciplina, eorum scientiam non

Cappadociae regione circa a. C. 316. [b]) parentibus *Basilio,* communi tum in illis locis virtutis magistro [c]), et *Emmelia:* ne de auia *Macrina* dicam, cuius memoria inter sanctos 14. Ianuar. [d]) recolitur, quemadmodum parentum 30. Maii [e]), frater fuit *Gregorii, Nysseni,* maior natu: et *Naucratii,* monachi, *Petrique,* episcopi Sebasteni, et *Macrinae* [f]), sororis. Eloquentiae et artium magistros praeclaros habuit Antiochiae, et CPoli *Libanium* [g]), Athenis, vbi Iuliano [h]) [[?] commilitone in studio bonarum litterarum [et Gregorio, Nazianzeno,] vsus est, *Himerium, Proaeresiumque.* Hinc quum in ecclesia Caesareensi lectoris, diaconi et presbyteri muneribus functus esset, monasticam vitam praetulit [i]), simultate ipsi cum episcopo suo, Eusebio, intercedente [k]). In Ponti igitur solitudines circ. a. C. 358. secessit, atque ibi *Gre-*

non aliunde potius, quam e Basilii scriptis hauriri. Laudat praeterea in Basilii scriptis orationis elegantiam, suauitatem, perspicuitatem, incredibilem vim persuadendi, doctrinae integritatem, artem mirificam dicendi sine vlla artis significatione, summam in tractandis doctrinae christianae mysteriis curam atque diligentiam, et plura alia scribit in hanc sententiam. Ab *Hemsterhusio* ad Luciani dial. mortuor. tom. I. pag. 453. ed. Reitzii dicitur non infrequens Xenophontis imitator, et pag. 389. pater eloquentissimus. Artis criticae peritiam ex Basilii scriptis elucere, testatur *H. Valesius* in libro I. de critica, cap. 25. pag. 173 sq. subiuncto eiusdem emendationibus, a Burmanno editis. *Harl.*

b) Vide Acta Sanctor. tom. VII. Maii. pag. 658. *Fabr.* Basilium in lucem editum fuisse Caesareae in Cappadocia circ. a. C. 328. *Oudinus* I. pag. 543. prodit. *Garnerius* vero in vita Basilii, (in tom. III. Opp.) pag. XXXVII. sqq. operose demonstratum iuit, Basilium Caesareae in Cappadocia, sed non in Ponto, (ex quo quidem paternum genus, vti maternum ex Cappadocia ducebat,) natum esse circa a. Chr. 329, et de parentibus illorumque liberis disputauit vberius. *Harl.*

c) Ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ Πόντος τηνικαῦτα προὐβάλλετο. *Nazianzenus* orat. XX. pag. 324. Palladia, quam matrem memorat Basilius epist. CCCLXVI. non fuit mater, sed cognata, quam matris loco veneratus est.

d) *Bollandus* in Actis Sanctor. tom. I. Ianuarii pag. 952 sq. Meminit auiae huius suae *Basilius* epist. LXXIX. pag. 895.

e) *Papebrochius* tom. VII. Act. Sanctor. Maii pag. 242 seq.

f) Vide *Nicephorum* X. 19. et Nyssenum in elogio Macrinae.

g) Sed v. *Schroeckh* in hist. eccl. christ. part. XIII. pag. 7 sq. *Harl.*

h) *Basilius* epist. CCVIII. ad Iulianum, imp. [Vide in ed. Garn. tom. III. pag. 122 sqq. II. Iuliani epp. ad Basilium, et huius respons. pag. 124 sq. epp. 39 — 41. sed *Garn.* in vita Basilii p. LXIII. illas dubias esse suspicatur. Adde *Schroeckh.* pag. 9 sq. *Harl.*]

i) Atque *Martin. Chemnit.* in orat. de lectione patrum pag. 6. notat, Basilium M. secessui et monachismo plus quam satis esset, tribuisse. *Thomassin.* quidem in Discipl. vet. eccl. part. II. lib. I. cap. 46. negat, Basilium verum fuisse monachum, quoniam nec per omnem suam vitam se consecrasset illi ordini, nec omnium suarum facultatum vsum abiecisset: sed is satis refutatus est a *Garnier.* in vita Basilii, pag. XLVI. sq. Addi debet, disciplinam monasticam eo tempore nondum aeque ac sub finem saeculi IV. fuisse constitutam, conf. *Schroeckh* pag. 25. qui tamen, quae Garn. de Migadibus, ascetis, actioni deditis, sentit, nondum certa et explorata esse, iudicat, et de vita monastica studioque Basilii est copiosus. Basilium fuisse auctorem ordinis cuiusdam monastici, (atque monachi ordinis S. Basilii, praecipue in ecclesia graeca, adhuc florent,) iure alii negant. v. *Schroeckh.* pag. 206 sqq. *Harl.*

k) *Baertius* Act. Sanctor. tom. II. Iunii p. 833. *Sozomenus* VI. 15. *Gregorius,* presbyter, in vita Nazian

Gregorii, Nazianzeni, suauissima consuetudine est vsus [l]. Reconciliatus inde episcopo suo [m]), adhuc superstiti adiunctus, et a. C. 370. [n]) defuncto successit ecclesiaeque Caesareensis episcopus ordinatus die 14. Iunii [o]), quum per annos octo [p]) illud sacrum munus gessisset, diem obiit supremum [q]) a. C. 379. calendis Ianuarii. [De anno, quo vita decessit Basilius, vide *Assemanni* sententiam contrariam Vol. VIII. ad edit. vet. Vol. VII. p. 231. not. uu. add. *Assemann.* in biblioth. orientali tom. I. p. 52. not. 2. et p. 54. fin. vbi colligit, Basilii mortem vltra a. 378. nequaquam esse promouendam. *Harl.]*

II. *Scriptores veteres, de S. Basilii vita et laudibus consulendi.*

Greg., Nazianzeni, oratio XX. quae dicta est in S. Basilii funere. [v. supra vol. VIII. p. 407.] Eiusdem epigrammata XII. in Basilium cum anonymi [vel potius *Nicetae]* graeca prosaria expositione, edita a *Lambecio* VIII. pag. 366 — 371. [pag. 778 sqq. ed. Kollarii, cuius notas vid. et pag. 782 sqq. de *Nicetae* prosaria expositione. *Harl.]* Epitaphium carmen, quod est quartum decimum ordine, tom. II. opp. Videndus etiam epist. XXXVIII. etc.

Gregorii, Nysseni, oratio in laudem Basilii, fratris, ἐπιτάφιος, tom. II. pag. 911.

Ephraemi, Syri, elogium S. Basilii, ipso superstite adhuc scriptum, vt notaui lib. V. cap. 2. [pag. 231 sq. ed. vet. vbi iam adnotaui, *Assemann.* negasse contra Fabric. illam Ephraemi laudationem scriptam esse Basilio superstite: add. *Assemanni* prol. ad opp. Ephr., Syri, vol. I. §. IX. pag. IX. sq. Sed Ephr., Syrus, aeque ac Greg., Nyss., nimii sunt ac superstitiosi in laudando Basilio M. *Harl.]* Adde *Combefisii* bibliothecam concionatoriam tom. VII. pag. 9. sq.

Nazianzeni pag. 13. etc. In eremo delectatum esse Philoromi amicitia Basilium, narrat *Palladius* in Lausiaca pag. 121. Vide et quae ipse de vita sua monastica Basilius epist. LXXIX. vbi fratrem Gregorium (Nyssenum) secum vixisse in monasterio ad fluuium Iridem testatur. De Gregorio, Nazianzeno, autem intelligendus epist. CXLI. quem σκεῦος ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθὺ, τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, adpellat. Multa de illius et Basilii amicitia Gregorius, presbyter, in Nazianzeni vita.

l) Vide Greg. Nazianz. epigr. IV. in Basilium apud *Lambec.* VIII. p. 779. ed. Koll. *Harl.*

m) Idem *Baërtius* pag. 839. [*Schroeckh* p. 31 sqq. 36. 62 sqq. 70 sqq.]

n) Ab a. C. 371. Basilium fuisse Caesareensis Cappadociae episcopum, scribit *Saxius* in Onomast. I. pag. 422. laudatque *Pagii* critic. Baron. a. C. 369. nr. XVI. pag. 270. it. ad a. C. 370. nr. IX — XIX. pag. 288 — 295. inprimis nr. XXIII. pag. 297. tom. V. Eodem *Pagio* duce l. c. a. C. 365. nr. VII. pag. 215 — 217. tom. V. probabile esse iudicat Saxius, a Basilio a. 365. epistolam ad Senatum Tyanensem esse scriptam. — Caput S. Basilii tamquam reliquiae, seruabatur in magna ecclesia monasterii in monte Atho. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 455. *Harl.*

o) Hinc martyrologia Basilii memoriam 14. Iunii celebrant, vt menologia calendis Ianuarii.

p) *Nazianzenus* de Basilio: epigr. IX. ὀκταέτη λαοῖο θεόφρονος ἡνία τείνας, apud *Lambecium* VIII. pag. 368. [pag. 782. Kollar.]

q) *Baërtius* loco laudato pag. 813.

[P] *Pseudo-Amphilochius*, (saeculi IX. scriptor, vt videtur,) de vita et miraculis S. Basilii. Dixi de illo lib. V. cap. 8. pag. [379. in vol. VII. sect. 11. et p. 381. sect. 14. add. *Scultet.* medulla patrum, pag. 1043. *Leidae* inter codd. Voss. et dicitur in cat. Voss. esse *Iustini.* v. cat. bibl. Leid. pag. 396. fin.] sed iam addo, partem eius extremam, quae in Combefisii editione non exstat, vulgatam ex codice Vindobonensi XXXV. a *Lambecio* VIII. pag. 366. [pag. 775. Koll.] adde pag. 382. [pag. 787 sq. Kollariique not. it. pag. 813 sq. de cod. XXXVIII. nr. 20. in c. Augustano. v. Reiser. cat. pag. 24. *Harl.*]

Ioannes, Damascenus, orat. I. de imaginibus tom. I. edit. praeclarae Lequinianae pag. 327. laudat *βίον* Βασιλείου *τοῦ μάκαρος δι' Ἑλλαδίου τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ καὶ διαδόχου τῆς ἱεραρχίας Vitam B. Basilii, scriptam ab* Helladio, *discipulo eius et successore.* Sed illa iam pridem intercidit, licet partem eius ex Anastasii, bibliothecarii, versione legisse se MS. testetur *Baronius* ad martyrolog. Rom. ad calendas Ianuarii.

Simeon, metaphrastes, de S. Basilio, (quem graece MS. testatus est se habere Heribertus Rosweidus,) et *Graecorum Menaea* 1. Ianuar.

Gregorius, presbyter, in vita Greg., Nazianzeni.

Iohannes Euchaitensis r), *Philotheus*, CPol., *Nicolaus Cabasilas*, *Theodorus Metochita*, *Matthaeus Camariota*, in tres Hierarchas, qui sunt Basilius, Nazianzenus et Chrysostomus, et quorum memoriam iunctim celebrant Graeci 30. Ianuarii. Ex his solus *Philotheus* editus est; ceteri MSti adhuc feruntur, vt dixi lib. V. c. 11. [vol. VIII. p. 459.]

Philostorgius VIII. 11. 12. 13. *Socrates* IV. 26. *Sozomenus* VI. 15. *Tripartita* VII. 36. *Nicephorus* X. 17. sq. etc.

Photius cod. CXLI. sq. bibliothecae.

Hieronymi cap. 116. *S. E. Theodoreti* IV. 19. et praef. in canticum *Augustini* I. contra Iulian. Pelagianum, *Suidae*, *Gaudentii*, Brix. *Vincentii* Lerinensis et *Theodori Prodromi* loca S. Basilii operibus a Parisiensibus praemissa sunt.

III. *Scriptores recentiores.*

Io. Baptistae Mantuani de vita S. Basilii libri II. carmine heroico.

Erasmus lib. XXVIII. edit. Londinensis, epistola VII. ad Iac. Sadoletum, quae loco praefationis praemittitur editioni graecae Basilii a. 1532. Vide etiam lib. XXIX. epist. XC. seq.

Oratio de S. Basilio inserta tom. III. declamationum Witebergensium, pag. 716 seq.

God-

r) Conf. vol. VIII. lib. V. cap. 12. §. XIX. de Ioanne, *Mauropode*, metropolita *Euchaitensi*, pag. 627 sqq. et pag. 628. de eius orat. encomiastica in *Basilium M. Gregorium, theologum, et Io. Chrysostomum*: it. pag. 632. de eius canonibus in festa trium illorum patrum ecclesiast. *Harl.*

Godfridus Hermantius, (Tillemontii memoriis, tunc adhuc ineditis, vſus,) in vita Baſilii et Nazianzeni, gallice ſcripta, Pariſ. 1674. [al. 1679.] 4. duobus voluminibus. Laudat Baërtius eaque vſum ſe profitetur tom. II. Act. Sanctor. Iunii pag. 810. *Fabr.* Hermantii dicendi ratio et diligentia, praecipue in excerpendis Baſilii opp., ſunt laudandae: ſed modum is excedit in celebrandis Baſilii virtutibus, nec limam artis criticae hiſtoricae adhibet. *Harl.*

[?] *Tillemontius* tomo IX. memoriarum hiſtoriae eccleſiaſticae, edito Pariſ. 1703. 4.
Franciſcus Baërtius in vita Baſilii tom. II. Act. Sanctor. Iunii pag. 807 ſqq.
Matthaeus Raderus in viridario Sanctorum pag. 24 ſeq.
Omitto velut notiſſ. centurias Magdeburgenſes centuria IV. Baroniumque et alios annalium et hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores; atque *Eliam du Pin*, tomo ſecundo bibliothecae ſuae pag. 154 ſqq. et ceteros, qui de ſcriptoribus eccleſiaſticis egere. *Antonius Poſſeuinus* in adparatu ſacro etiam de codicibus ſcriptorum, Baſilii manu exaratis, qui in bibl. Auguſtana, Meſſanenſi et Monachienſi exſtant, monet, atque in verſiones varias ſcriptorum Baſilianorum obſeruationes complures cum lectore communicat.

Abrahamus Scultetus parte IV. Medullae patrum, pag. 1043 ſqq.
Guil. Caueus in vitis primitiuorum patrum eccleſiae, anglice ſcriptis, et deinde translatis in linguas, belgicam atque germanicam, tom. II. edit. germanicae pag. 504 — 598. Brem. 1704. 4.

D. Theophilus Spizelius in vetere academia Ieſu Chriſti pag. 73 ſeq. *Fabr.*
[*Caue* in Hiſtoria litteraria ſcriptor. eccl. tom. I. pag. 238 ſqq. ed. Baſil.
The Clergies Honour; or, the Lives of *S. Baſil the Great*, Arch-biſhop of Neo-Caeſarea, and St. Chryſoſtom, Arch-biſhop of CPole, drawn by way of Parallel. London. Printed for W. Cooper. — 1681. 8.

Caſ. Oudinus in Comment. de SS. eccleſ. tom. I. pag. 543. ſqq. qui, ſe, profitetur, multa ab El. du Pin vel omiſſa, vel diſſimulata eſſe animaduertiſſe, et in cap. primo vitam ac doctrinam S. Baſilii, Caeſareae Cappadocum epiſcopi, vberius perſequitur.

Sam. Basnage in Annal. tom. III. pag. 4. 25. ſqq. pag. 29. de tempore, quo Baſilius creatus fuerit epiſcopus Caeſar. pag. 32. 36. ſq. 42. ſqq. 51. 69. 70.
Iac. Basnage in: Hiſtoire de l'Egliſe pag. 613. 633. 641 ſqq. 1156 ſq. 1195 ſq.
Arnold in: Kirchen- vnd Ketzer-Hiſtorie; part. I. lib. IV. cap. 4. §. 37. 38. 39.
Gottlieb Stolle in: Nachricht von den Leben — der Kirchenväter etc. pag. 359 ſqq.
R. Ceiller Hiſt. gen. des Aut. eccleſ. tom. VI. pag. 60.
Apollinare Agreſta vita del Protopatriarca *S. Baſilio* M. In Meſſina, nella ſtamperia di Vicenzo d'Amico. 1681. 4.

Io. Ge. Werenberg diſſ. de prudentia Baſilii M. in refutandis haereticis. Lipſiae 1724. 4.
I. Ge. Walch hiſt. eccleſ. N. T. pag. 1337. ſqq. et paſſim in bibliotheca patriſtica, Ienae 1770. mai. 8.

Dilucidazioni critico-iſtoriche della vita di Santo *Baſilio M.* dal *Giuſeppe del Pozo.* Romae. 1746. 4.

Hamberger in: zuverläßig. Nachricht. tom. II. pag. 804. ſqq.

Inprimis laudandus eſt a diligentia, ſtudio curaque in vita Baſilii vberius explicanda et colligendis atque melius ordinandis ac disponendis Baſilii ſcriptis

Iul. Garnier. in vita S. Baſilii, praemiſſa tom. III. opp. pag. XXXVII — CXXXVIII. Baſis quidem eſt Tillemontii narratio, ſed ſaepius emendata, praeterea multas ille res vel certius vel ſaltem probabilius expoſuit: maxime verſata eſt eius cura in vita, praecipue epiſtolis aliisque ſcriptis Baſilii ſecundum temporis rationem in meliorem ordinem redigendis, aut veris a falſis ac ſuppoſititiis discernendis: nec tamen a partium ſtudio aut timiditate quadam in iudiciis ſuis omnino fuit is alienus.

Aequa lance tam eruditionis, ingenii animique virtutes, quae inſignes in Baſilio M. fuerunt, quam infirmitates, diſciplina vitae monaſticae cum primis contractas, ponderauit ſobrieque iudicauit et vitam ſcriptaque ac doctrinam Baſilii copioſe et curate expoſuit, nec raro Garnerii ſententias rationesque examinauit et reiecit *Io. Matthias Schroeckh* in: chriſtl. Kirchengeſchichte, part. XIII. pag. 1 — 220.

De praecipuis Baſilii ſcriptis curate egit, et in notis acute libereque iudicauit de illis *Semler* in: Geſchichte der chriſtlichen Glaubenslehre, praemiſſa *Baumgartenii* Theologiae polemicae, tom. III. pag. 125 — 168.

Chriſti. Frider. Röſsler in: Biblioth. der Kirchenväter, tom. VII. pag. 1 — 157. de Baſilio M. egit et excerpta dedit, adſperſis hinc inde bonis animaduerſionibus, ex libris III. contra Eunomium, ex lib. ad Amphilochium de Spiritu S., ex homiliis 1) deum non eſſe auctorem mali, 2) de gentilium libris cum fructu legendis, et 3) de libero arbitrio; ex aſceticis ſcriptis, denique ex epiſtolis; in his praecipue ſequutus eſt recenſionem *du Pin*, qui in ſecundo tomo nouae bibl. pag. 268 — 312. edit. lat. eas ſecundum temporis ordinem disponere atque explicare ſuſtinuit. Sed dolendum eſt, Roeſslerum caruiſſe edit. Garnerii, qui multa vidit acutius meliusque diſpoſuit. *Harl.]*

IV. *Alii Baſilii vltra XXX.*

Baſilius, *abbas* S. Laurae prope Hieroſolyma. Vide infra, Maleinus.

Baſilius, *Achridenus,* vide infra, Theſſalonicenſis.

[Baſilius, epiſcopus *Alexandriae,* cum 72 epiſcopis ſubſcripſit *Gennadii,* patriarchae CPolit., epiſtolae encyclicae ad omnes metropolitanos a. C. 459. v. cod. *Vindobon.* caeſar. XLIV. et *Lambec.* comment. VIII. pag. 888 ſqq. ibique Kollar. *Harl.*]

Baſilius, *Amaſenus* in Cappadocia epiſcopus et martyr Nicomediae a. C. 322. de quo Henſchenius in Actis Sanctor. tom. III. April. 26. pag. 416 ſeq. Acta illa fabuloſa videntur *Valeſio* pag. 208. ad Euſeb. [canticum ſacr. in illum d. 26. Apr. v. *Lambec.* comm. VIII. pag. 210.]

Baſilas, ſiue Baſilius arcis Mechaeae [s]) atque ab a. C. 336. quo Marcellum in ſynodo CPol. depo-

s) Rectius in pluribus codd. libri Hieronymiani de ſcriptoribus eccleſ. cap. 89. legitur, *artis medicinae.* Vide, quae infra pag. 547. vet. ed. et ad laudatum S. Hieronymi librum.

depoſitum conſtat, *Ancyranus* epiſcopus, de quo *Hieron.* de ſcriptor. eccleſ. cap. 89. Plura de eo *Tillemontius* tom. VI. memor. eccleſiaſtic. Cum Arianis non feciſſe, probat D. *Ittigius* adpendice ad lib. de haereſiarchis ſaeculi I. et II. p. 453 ſeq.

Baſilius, *Ancyranus* epiſcopus, iunior, qui in ſynodo Nicaena II. a. C. 787. confeſſionem obtulit, quae exſtat tom. III. Concilior. edit. Binianae pag. 481. *Fabr.* Conf. Acta Sctor. m. Mart. Antwerp. 1683. tom. III. Diuerſus ab *Baſilio, Ancyrano presbytero.* v. infra in vol. VIII. cap. 24. pag. 347. ſq. vet. edit. ib. pag. 335. — Baſilii, *presbyteri Ancyrani,* martyrium, *Florent.* in cod. Laurent. IV. nr. 43. plut. 4. v. *Bandini* cat. codd. Laur. I. pag. 322 ſq. *Fabric.* infra, vol. IX. pag. 62. *Harl.*

Baſilius, *Antiochenus* epiſcopus, a. C. 456 et 457. cuius meminit *Nicephorus* XV. 19. Simeonis, eremitae, ad eum epiſtola apud Euagrium [?] lib. II. cap. 10. Ad eumdem Baſilium ſcripſit Leo, imp., et Leo I., epiſcopus rom. et Baradatus teſte *Ephraimo* apud Photium cod. CCXXIX. ſub fin. *Fabr.* Laudatur in Nicaena ſynodo, in cod. XXXIV. Coislin. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 102. *Harl.*

[*Baſilius, Armeniacus,* calligraphus, a. C. 1066. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 53. ac 96. et pag. 9. 35. 63. 76. 80. 303. adhuc memorantur *Baſilius Barele* ſ. *Baleris,* qui ſcripſit quaedam Euripidis; *Baſilius, lector,* ſcripſit ſaeculo XII. Petri, Antiocheni, et aliorum epp. *Baſilius, ſacerdos,* ſcripſit Origenis opus in Iob. et Chryſoſtomi quaedam, a. 1448. — *Baſilius, Scalidrus,* notarius, ſcripſit a. 1424. Damaſceni opp. quaedam ib. pag. 35. de *notariis,* ſiue arcanorum ſcribis. *Harl.*]

Baſilius, *Aquarum Sextiarum* epiſcopus, cuius meminit Honoratus in vita Hilarii, Arelat. cap. 22.

Baſilius, iunior, *aſceta,* cuius vitam ſcripſit Gregorius, eius diſcipulus, clarus temporibus Leonis ſapientis, imp. Exſtat in Actis Sanctor. tom. III. April. 26. [v. infra, vol. IX. pag. 62. *Montfauc.* in palaeogr. gr. pag. 323. ex cod. regio] adde *Lambecium* VIII. pag. 359. [pag. 760. ed. Kollar. de cod. XXXIV. nr. LII.]

Baſilius, *Bicantiorum* presbyter, de quo *Moſchus* in prato ſpiritali cap. 40.

Baſilius, *Bulgaroctonus* *), imperator, ab a. C. 976. ad 1025. de cuius nouellis conſtitutionibus dicam libro VI. [Eius *Antipharmacum* in cod. Laurent. XIX. nr. 3. plut. 75. vide *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. pag. 167. *Harl.*]

Baſilius, *Caeſareenſis* **), iunior, cuius inediti commentarii ad orationes Nazianzeni, Conſtantino Porphyrogeneto dicati, exſtant in variis bibliothecis, vt [Flor. Laurent. vide *Ban-*

*) Vide *Allatium* pag. 250. ad Georg. Acropolitam. [Et *Bandin.* cat. codd. Laur. III. pag. 191. nr. 17. et 18.]

**) Vide, quae de illo lib. V. cap. 13. p. 540. [in vol. VII. nou. ed. pag. 431 ſq.] *Caueus* hunc refert ad a. C. 675. ſed iunior eſt, et Conſtantini, Porphyrogeniti, aetate ſcripſit. A Sambuco vocatur Theſſalonicenſis, ſed ipſe ſe Baſilii, Caeſareenſis, κοινωνὸν καὶ ὀνόματος καὶ θρόνου adpellat.

Bandini cat. I. pag. 536. sqq.] *Coisliniana* p. 296. et in tribus codicibus p. 298 seq. [vbi quoque p. 299. de eius ep. ad Constantinum, imp., eius vita in c. caes. CLXXXVII. v. *Lamb.* III. pag. 442. *Harl*].

Basilius, *Chrysostomi,* qui ei libros de Sacerdotio dicauit, familiaris, iam episcopus circa a. C. 372. adeoque a Seleuciensi, qui annis sexaginta amplius post floruit, haud dubie diversus, licet aliud visum sit viris quibusdam doctis, sequutis *Photium* cod. CLXVIII. confer *Tillemontium* tom. XV. memor. hist. eccles. p. 340. Et quae infra in Basilio, Raphanensi.

[Basilius, *Ialimbanensis*, v. supra vol. IV. pag. 666. not. *o*. *Harl.*]

Basilius, Irenopolitanus in *Cilicia* episcopus, a quo Nestoriani dicti Βασιλειανοὶ, vt notauit *Mich. le Quien* ad Io. Damascenum tom. I. pag. 100. De eius historiae ecclesiasticae libris tribus, Photius cod. XLII. [add. Phot. cod. XCV.] Vide, quae dixi lib. V. cap. 1. [vol. VII. p. 419 et 437. §. XXXV.] Eius opus contra Archelaum, Coloniae in Armenia presbyterum, memorat Suidas: contra Ioannem, Scythopolitam, *Photius* cod. CVII.

Basilius, *confessor,* episcopus *Cretensis* et dein Thessalonicensis, de quo *Bollandus* ad Calend. Februar. tom. I. p. 242. sq. *Fabr.* Canticum d. XII. April. in S. confessorem, *Basilium,* episcopum Parii in Asia minore, inter cantica sacra in Sctos totius mensis April. in cod. XII. caesar. *Vindob.* de quo v. *Lambec.* comment. VIII. p. 208 sqq. *Harl.*

Consules, Caecina Decius Basilius[t]) a. C. 463. et Caecina Decius Basilius, iunior, a. 529. tum Flauius Basilius a. 480. et Flauius [?] Basilius iunior a. 541. vltimus priuatorum, qui consulatum ordinarium gesserit, nomenque anno dederit. Vide *Victorii* Canonem Paschalem. p. 69.

[Basilius, *Emessenus episcopus,* scr. vitam Theodori, archiepisc. Edesseni, in cod. *Taurin.* CXLVII. vid. cat. codd. gr. Taur. p. 238. *Harl.*]

[Basilius, *diaconus* et *a commentariis,* interfuit synodo, ab Alexio Comneno congregatae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 105. — Alius *Basilii, diaconi,* reliquorumque monachorum supplicatio ad impp., Theodosium et Valentinianum, aduersus Nestorium, in concilii Ephesini part. I. pag. 310. ed. romanae 1608. v. *Assemanni* prolegg. ad Ephr. Syri, Opp. tom. I. pag. X. §. XII. *Harl.*]

Basilius, *Ephesi* episcopus, a. C. 434-444.

[Ad *Basilium, eremitam,* scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 313.

Basilius, *Euchaitarum* episcopus, et Basilius, episcopus *Laristae,* interfuerunt synodo, ab Alexio Comneno congregatae. v. *Montfauc.* l. c. p. 104. *Harl.*]

Basilius, *Hierosolymitanus* patriarcha, cuius epistola synodica ad imp., Theophilum, qui ab a. C. 829. ad 841. rebus praefuit, exstat in Combefisii manipulo Orig. CPol. p. 110-145. Paris. 1664. 4. *Fabr.* Epistola illa synodalis ad imper., Theophilum, Iconomachum, pro cultu

t) Ad hunc scribit Sidonius.

cultu sacrarum imaginum memoratur et locus excerpitur a *Lambecio* comm. de bibl. caesar. vol. VIII. p. 697. add. p. 708. sq. vbi in nota Combefisius carpitur et contextus gr. beneficio codicis caesarei suppletur. Conf. supra, vol. VIII. p. 84. sect. 3. *Harl.*

[Basilius, Λατινελέγκτης, *Hieromonachus Studita*, qui contra Latinos scripsit, memoratus ab *Allatio* de consensu, p. 553. et 624. *Harl.*]

Basilius, *Irenopolitanus*, perperam a Cilice distinguitur in Chartophylace Cauei, (qui id recte deinde emendauit,) et in pandectis Hendreichii Brandenburgicis.

Basilius, *Isauriae* episcopus, idem cum Seleuciensi.

Basilius, *Larissae* in Thessalia metropolitanus Baluz., p. 886. nouae collect. concil. [v. de *Basilio Euchaitar.* etc. notata p. 8. extr.]

Basilius, *Macedo*, imp. ab a. C. 866. ad 889. de cuius κεφαλαίοις παραινετικοῖς dixi lib. V. c. 5. [vol. VIII. p. 42. sq.] De eius variis constitutionibus et legibus, aliisque scriptis, ad iura spectantibus, disserendi locus erit libro VI. quemadmodum et de Nouellis Basilii, *Porphyrogeniti*, imp.

Basilius, *Magnesiae* episcopus, interfuit concilio Nicaeno II. tom. III. Binii p. 516.

Basilius, *magus*, de quo *Gregorius Magnus* lib. I. dialogor. p. 1331. seq. tom. I. Opp. et *Cassiodorus* IV. 2. Var.

Basilius, *Maleinus*, S. Laurae prope Hierosolyma archipresbyter et abbas, cuius ἀσκητικὴ ὑποτύπωσις u), et libellus, quo probat, *Ascetae* non esse captanda honoraria nec honores ambiendos, MS. graece in Bodleiana bibl. *Fabr.* *Informatio ascetica*, in bibl. *Bodlei.* cod. V. Herbert. ibid. inter codd. Th. Roe, nr. CCLXIII. cod. XVII. *Ascetae non esse captandos honores.* — add. ad notam scripta. —

Basilius, *abbas*, ἡγέμενος· ad eum scribit Theodorus Studita. v. *Montfaucon.* bibl. Coisl. pag. 144. 320. 322. 324. 413. *Harl.*]

Basilius, *asceta*, *Marciani* discipulus, a quo conditum monasterium in Seleucobelo, ciuitate Syriae, narrat Theodoritus histor. religios. cap. 3. inter discipulos eius *Sabinum*, miramque et huius abstinentiam praedicans. Eumdem cum Basilio, Seleuciensi, illum facit *Baronius* ad a. C. 382. n. 68. sed rectius, distinguendum esse, monet *Tillemontius* tom. XV. memor. p. 341.

[Basilius, *Manichaeus*, Sergii discipulus, in Photii narratione de Manichaeis repullulantibus, in cod. Coislin. CCLXX. quam edidit *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 349. sqq. et Basilius iste nominatur p. 373. *Harl.*]

[*Basi-*

u) Ὑποτύπωσις illa siue descriptio vitae monasticae latine exstat in bibliothecis patrum, interprete *Iac. Pontano* tom. XXII. edit. Lugd. pag. 750 — 752. [In indice cod. msti Antonii Eparchi, infra in vol. X. pag. 479. In codd. bibl. publ. *Paris.* DCCCLVIII. et MDCXXX. — *Basilii, monachi*, praepositi Laurae Mallinorum, capita paraenetica ad filium suum; it. eiusdem et aliorum eclogae legum, in codd. *Escorial.* teste *Pliiero* in itiner. per Hisp. pag. 161. *Harl.*]

[*Basilius, medicus,* Bogomilorum haereseos fax et tuba. v. *Allatium* de consensu pag. 635. De aliis *Basiliis, medicis,* v. infra in elencho medicor. vett. vol. XIII. p. 100. sq. sed conf. ipsum *Fabric.* in vol. VIII. p. 347. sq. vet. edit. *Harl.*]

Basilius, *Megalomites,* cuius aenigmata graece exstant MS. CXI. in bibl. Bodlei. [De Basilio, *Megalomite,* v. infra, vol. X. p. 538. ed. vet. Eius aenigmata in codd. bibl. publ. *Paris.* CMLVIII. et MDCXXX. *Harl.*]

[Basilius, *Moldau. princeps,* de quo v. *Kollar.* supplem. ad Lambecii comment. pag. 240. sq. *Harl.*]

Basilius, *monachus* Cappadox, cuius fertur responsum siue ἀναφορὰ ad Nicetam, metropolitam Thessalonicensem circa a. C. 1200. *Fabr.* Ad Basilium v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 9. nr. 86. *Monachum* scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 149. Inter melodos graecos infra, vol. X. p. 131. Quidam calligraphus saec. XI. v. *Montfauc.* palaeograph. gr. p. 511. *Harl.*

[*Basilii minimi*, (qui scholia quoque scripsit in Gregorii, Nazianz., XVI. oratt.) epistolam ad Constantinum, Porphyrogen., e cod. *Naniano* LXIV. publicauit *(Mingarell.)* in cat. codd. gr. Nan. p. 115. sq. add. *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 536 sqq. *Harl.*]

[Basilius, episcopus Ναυκλέων, inter subscriptores epistolae Gennadii encyclicae a. 459. v. *Lambecii* comment. et Kollar. not. vol. VIII. p. 894. *Harl.*]

[*] Basilius, *Nicomediensis,* martyr. Supra in Amaseno. De aliis Basiliis, *martyribus,* octo vel nouem, Baronius ad martyrolog. romanum.

Basilius, *patricius et praefectus cubiculi,* cuius Naumachica, hactenus inedita, dabo graece infra. *Fabr.* Ad eum scribit *Theodorus Studita.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 322. *Harl.*

Basilius, *Pegoriota*, qui inter melodos graecae ecclesiae laudatur a Leone Allatio, et, qui plura de eo dicet, *Vrbano Godfrido Sibero* [infra vol. X. p. 131.]

Basilius, *Philippensis,* cuius homilia in praesentationem b. Virginis in templo, MS. graece in bibl. Bodlei. [nr. CCXXXIV. et MMMCCCLXXXIII. et inter codd. *Gale* nr. MMMMMCMXLIX.]

Basilius, *Pisidiae* episcopus, iconomachus, in quem inuehuntur patres synodi VII. actione 1. tom. I. Binianae edit. a. 1618. p. 482.

Basilius, *presbyter,* cuius vita auctore incerto in tom. III. Act. Sanctor. Martii 22. pag. 380. latine et graece ad voluminis calcem. *Fabr.* Ad Basilium, *presbyterum,* scribit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 568. — Fuit quoque Basilius, *presbyter,* calligraphus saec. XI. *Harl.*

Basilius, patricius et *praefectus praetorio,* sub rege, Odoacro. Vide *Baronium* ad a. C. 483. nr. 10. seq.

[Basilius, ὁ πρωτόθρονος, citatur inter eos, qui scripserunt de vita Io. Chrysostomi, in cod. caesar. XXVII. v. *Lambecii* comment. VIII. p. 636. supra vol. VIII. pag. 457.

Basilius

Basilius *proëdrus Macri* subscripsit et interfuit synodo, ab Alexio Comneno congregatae, in cod. XXXVI. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 104. *Harl.*]

[Basilius, *rector* et *papas Blachernarum.* v. *Montfauc.* l. cit. *Harl.*]

Basilius, *Raphanensis* in Syria episcopus, qui a. C. 381. synodo CPol. subscripsit. Hunc *Basnagius* ad a. C. 382. 6. putat, esse illum, cui Chrysostomus libros de Sacerdotio inscripsit.

Basilius, *Russiae* imperator, cuius epistolam de translatione reliquiarum suae matris citat *Allatius* contra Hottingerum p. 177. seq.

Basilius, *S. Sabae* archimandrita Romae, ad quem Theodori Studitae epistola 35. libri I. [v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 148. et 318. *H.*]

[Basilius *Scamandrenus*, patriarcha CPolit. a. 1183—1186. v. infra, vol. X. p. 492. *Harl.*]

Basilius, *Seleucienfis*, de quo infra hoc capite.

Basilius, episcopus *Sycomazanus*, (al. *Sycaminanus*,) qui interfuit synodo CPol. sub Menna a. C. 536.

Basilius, *Sylei* episcopus, qui interfuit synodo septimae, siue Nicaenae II. a. C. 787. celebratae. Vide tom. III. Binianae edit. p. 515.

Basilius Achridenus, circ. a. 1155. Barocc. CXI. et archiepiscopus *Thessalonicensis*, cuius responsio ad epistolam Hadriani IV. papae, in iure graeco—rom. p. 305. et 307. et apud *Allatium* de consensu p. 658. et post Io. Zonaram in Canones Concilior. 783. [in cod. *Laurent.* II. nr. 89. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 10.] Eiusdem *Basilii* ad quaestionem de coniugio duorum fratrum cum amita consobrini, a magno Dyrrachii sacellario propositam, exstat in iure graeco rom. pag. 309. et 408. *Fabr.* Papae Hadriani in epist. ad Basil. Thessal. et huius responsio in cod. caesar. CXIII. nr. 9 et 10. quem et propter varr. lectt. et vero, quia vtraque epist. in fine aliquanto auctior est, conferendum putat *Lamb.* V. p. 86. sq. — in eod. cod. nr. XI. ibid. p. 88. est *Basilii, Thess.* disp. de controuersiis fidei inter Latinos et Graecos, habita Thessalonicae cum episc. Beneuentano, conscripta autem instar dialogi a Niceta, monacho. v. not. Kollar. et supra vol. VII. p. 752. ibique not. et infra, vol. X. p. 493. vet. ed. — *Basilius, Thessalon.* de gradibus cognationis in cod. *Paris.* bibl. publ. MCCCLV. nr. 13. *Harl.*

Basilius, *Traianopolitanus*, in Thracia, qui interfuit concilio Chalcedonensi.

[In *Mongitor.* biblioth. Sicula, vol. I. p. 99 sq. vberius recensentur vita et scripta
Basilii Amabilis Messanensis, ord. praedicatorum, med. saec. XVII.
Basilii Campanellae, Panormitani, eiusd. ordinis a. 1617.
Basilii Cauarretae, ord. S. Mariae de monte Carmelo, circ. a. 1660.

Basilii de Laurentio, ord. S. Basilii. Eius carmen: *D. Basilii M.* tesserae habitusque sub nocte specie pro Panormitani coenobii translatione eadem in vrbe a. 1697. religionisque stemmati alludentis elegiacus triumphus, Panormi 1697. 4. in *Anton. Magri* notitia monasterii Panormitan. S. Basilii, p. 42. editum est. — —

Basilius a Scledo, eremita Camaldulensis montis coronae: de quo eiusque scriptis in codd. bibl. S. Michael. *Venet.* v. *Mittarell.* in cat. illius bibl. p. 113.

Sed recentioris aetatis *Basilii* dicti ad nostrum non pertinent institutum. *Harl.*]

V. Codd.*) et Editiones operum Basilii magni.

Graecae.

Basil. 1532. fol. cum praef. Erasmi, apud Hieron. Froben. et Episc. In hac editione [P] sunt Homiliae in Hexaëmeron, in Psalmos, et aliae variae homiliae XXIX. liber de Spiritu S. et

*) Tanta est copia MSSt. *Basilii M.* vt verear, ne omnium et singulorum opp. atque epistolarum enumeratione tempus et chartam perdam, saltem pluribus lectoribus fiam molestus. Quare primum generatim indicabo, in quibus bibl. plures codd. Basilii opp. custodiantur. *Augustae Vindel.* in bibl. publ. Basilii homiliae 46. — commentar. in Esaiam. — Epistolae 348. (ex quo cod. magnam esse factam accessionem ad ed. Wolfgangi Musculi etc., in prima codicis pagina legitur adscriptum,) — tres ἀντιῤῥητικοὶ contra Eunomium. — Ad Amphiloch. Iconens. episcop. — de diuinitate filii capp. XXXII. v. plura in *Reiseri* indice MSS. bibl. Augustanae, p. 15 21. — ib. Basilii et aliorum sententiae, in panoplia dogmatica, p. 22. ib. hom. de nuntio vitae remittendo et perfectione, pag. 27. — protheoria expositionis in Iesaiam, pag. 28. — ib. plures homiliae, in duob. codd. pag. 30. — ib. canones, pag. 30. — ib. quaedam homiliae, pag. 37. — fragmm. ex *Basilio* aliisque, bis; et *Basilii* aliorumque expositiones in illud: ad *imaginem et similitudinem suam*, pag. 39. et 40. dialogus *Basilii* et *Greg. Naz.* p. 40. et 41. bis. — epistolae, pag. 66. bis. Quanta vis sit codd. Basil. *Vindobonae* in bibl. caesarea, vno obtutu cognosces in cat. *Nessel.* in indic. pag. 33—36. eos *Lambecius* in comment. suis passim, praecipue in vol. III. v. indic. ad illud col. 580—586. tum in vol. IV. (ind. col. 523. sq.) vol. V. (ind. col. 682 684.) copiosius recenset. — In cod. XLIV. nr. 23. sqq. sunt varii generis epistolae; v. *Lambec.* VIII. pag. 878. sqq. et in aliis codd. eiusdem vol. sunt *Basilii* liturgica, orationes, epistolae etc. et Lambec. aliquoties emendat suppletque aut illustrat ed. Parif. gr. latin. — *Wratislauiae* in bibl. Rehdinger. non pauca Basilii esse opp. testatur *Kranz.* in Memor. bibl. publ. Elisabeth, pag. 83. — *Francofurti* in bibl. quondam Vffenbach. fuerunt in codd. VIII. IX. et XIII. varia Basilii opusc. de quibus consules *Maii* bibl. MSt. Vffenbach. pag. 430. 436 et 498. (Conf. infra ad nr. XXV.) — Nubem codd. qui sunt in bibl. publ. *Paris.* nec non *Coislin.* et varia *Basilii* opp. aut particulas comprehendunt, congestum videbis in ind. ad vol. II. cat. codd. Paris. et in ind. ad *Montfauc.* bibl. Coislin. ex. gr. *Basilii* Opera in cod. *Coislin.* L. et CCXXX. (*Montf.* bibl. Coisl. pag. 118 et 292 sqq.) multa Basilii in opere ascetico in cod. CCXXXII. (ib. pag. 294.) — in cod. CCLXXXI. 30. sermones ad Monachos, et alia. (ib. p. 393.) etc. — Nec vacat, singula *Basilii M.* opuscula etc. quae in codd. Bodleianis aliisque Britannicis exstant, vel enumerare; et ablegandus mihi est illorum notitiae cupidus ad indices catal. MSSt. Angliae et Hiberniae subiectos. — Quot codd. qui multi sunt, et varia *Basilii* opp. continent, seruentur in bibl. *Escorial.* docebit *Plüer.* in itinerar. per Hispan. pag. 161. aut qui in aliis multis bibl. reperiantur, indicabit *Montfauc.* in indice ad bibl. biblioth. MSSt. — *Venetiis* in bibl. Marc. in codd. LIII. vsque ad cod. LXVI. in cat. codd. gr. pag. 36. vsque ad 45. curatius memorati, exstant permultae homiliae et alia opusc. in his, homiliae et alia, quae in edit. monachor. S. Mauri non reperiuntur. De homiliis nonnullis infra agemus: reliqua inedita, quorum initia retulit auctor illius catal. ea esse notantur: in cod. LIII. *in obscuritatem prophetiarum, et quomodo nos oporteat diligenter in eas incumbere:* in

et Epistolae. *Fabr.* Pleniorem integramque inscriptionem et plura de hac edit. leges in *Maittaire* A. T. II. p. 765. (qui magnam Erasm. praef. partem et vltimam Basilii epist. ad Calligraphum in nota recudi fecit,) *Denis.* memor. bibl. Garell. pag. 347. sq. *Clement.* bibl. critique etc. II. p. 485. *Panzer.* A. T. vol. VI. p. 285. nr. 853. *Harl.*

Venet. 1535. fol. apud Steph. Sabium, in quo volumine sunt ascetica ethicaque et de virginitate et contra Eunomium libri quinque, sermones et epp. *Fabr.* Conf. *Maittaire* A. T. II. pag. 819. qui praefat. ex qua, quos codd. adhibuerit editor, cognosci potest, magnam partem reddidit. *Harl.*

Basil. 1551. fol. [apud Hieron. Froben. et Nic. Episcopium; vt in calce legitur] cum praefatione graeca Iani Cornarii ad Iulium, Numburgensem episcopum. In hac editione continentur: In Hexaëmeron homiliae vndecim. In Psalmos homiliae XVII. Variae homiliae XXIX. Liber de Spiritu S. Epistolae Basilii et Nazianzeni CLXXX. Ἀσκητικῶν λόγοι septem. De iudicio Dei. De fide. Ἠθικῶν ὅροι LXXX. Ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατὰ πλάτος ὅροι LV. Ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομὴν ὅροι CCCXIII. Ἐπιτίμια διάφορα siue poenae variae ecclesiasticae, delinquentibus monachis et κανονικοῖς constitutae. Constitutiones asceticae XXXIV. Epistola ad Chilonem. Alia ad monachum,

in cod. LIV. *consolatoria ad infirmos; de administratione, seu regimine in Christo; de misericordia et iudicio,* (est quoque in cod. LVI. et huius argumenti homiliam ineditam memorat *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 118.) — *ep. ad Vrbicum, monachum, de continentia.* — In cod. LV. *encomium in praecessorem suum; in Trinitatem;* (exstat quoque in cod. LXI.) in illud Christi: *horam illam nemo nouit, nisi pater;* (conf. bibl. *Coislin.* pag. 293.) *in euangelium Lucae et in Annam; in pascha,* (est quoque in cod. LXI.) *in lacum Gennesareth et in Petrum, apostolum;* (eiusdem argumenti homiliam sub *Chrysostomi* nomine laudat *Montf.* bibl. Coisl. p. 151. quae tamen initio discrepat ab exempl. Veneto;) *in memoriam martyrum; homil. in Abraam; ex euangelio Lucae in paralyticum; in ordinationem SS. apostolorum:* — in cod. LXII. vsque ad LXV. sunt *Basilii ascetica.* (cat. pag. 43 sq.) — in cod. DIII. *Basilii* ex prouerbiis; capitula VIII. in diuersas hypotheses etc. — *Taurini* in bibl. quondam regia in multis codd. multas epistolas, homiliasque aliaque inesse opera, cognosces ex catal. codd. gr. *Taurin.* v. indic. voc. *Basilius, Caesar.* — Insignis variorum *Basilii* librorum, *Florentiae* in bibl. Laur. seruatorum, numerus designatur a *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. vide ind. ad tom. III. pag. 480 — 482. — De codd. *Neapolitan.* v. supra vol. V. in calce. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Bonauent. Vulcanii; ex *Basilii* adpendice ad Naucleri chronographiam. (cat. bibl. Leid. pag. 348. fin.) — ib. in bibl. publ. inter MSSt. vol. membran. peruetus, continens quaedam Basilii M. praesertim ascetica, quod vir doctus videtur contulisse ad edit. Basileens. teste confectore cat. bibl. Leid. pag. 234. nr. 1. — ib. pag. 336. nr. 47. *Basilii* in Hexaemeron. — pag. 343. nr. 61. epp. amoebaeae Iuliani et Basilii, quas testatur Scaliger se vidisse arabice. — ibid. pag. 402. nr. 7. inter codd. Vossian. aenigmata *Basilii* τῷ Μικρῷ εἰς Κύπ. — et nr. 16. *Basilii* M. ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ προθεωρία· per interrogationes. — *Montfaucon.* in Palaeographia gr. XLV. laudat cod. *Colbertin.* CCCCXCIX. membr. qui exhibet *Basilii* opp. scr. manu Nicetae, protospatharii, etc. a. Ch. 971. oblatus ecclesiae martyris, Georgii Oriatr, — et pag. 287. cod. *Romanum* P. P. S. Basilii, qui continet *Basilii* ascetica et quaestiones, et illustrat, quae notatu digna ad calcem leguntur. Sed haec sufficiant, ne leges instituti nostri migrem: et de quibusdam opp. codd. passim adhuc locus erit dicendi. *Harl.*

nachum, praeuaricatorem. De baptismo libri II. Liber περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, de libero arbitrio. Alius de virginitate. De Paradiso liber et libri V. aduersus Eunomium. [v. Garnerii praef. ad tom. I. Opp. pag. IV.]

Latinae.

[Romae, 1515. opera *M. Basilii* per *Raphaelem Volaterranum* nuper in latinum conuersa: in fine: Impressum apud Iac. Mazochium. etc. fol. De hac ed. v. *Maittaire* A. T. II. p. 264. et *Panzer.* A. T. VIII. pag. 255. nr. 92. Copiosius eam edit. recenset *Lambacher* in bibl. antiqua Vindobon. ciuica pag. 83. sqq. qui pag. 86. monet, in illa edit. etiam numerari tantum XVI. homilias in Psalmos, et vnicam tantum in Psalmum XXVIII. quum in aliis exstent binae in illum; ex quo Combefisii iudicium, alteram illam in Psalmum XXVIII. homil. non esse genuinum Basilii foetum, non leuiter confirmari censet. — *Basilii* opuscula varia, Basil. 1494. 4. citat *Maittaire* A. T. IV. pag. 570. ex bibl. Adr. Paw. sed fides sit penes auctorem. *Harl.*]

Paris. 1520. fol. apud Ascensium [opera Iac. Fabri Stapul. v. *Panzer.* VIII. p. 67.]

Coloniae 1523 et 1531. fol. apud Ceruicornum, quam editionem persequitur Gesnerus in bibl. *Fabr.* Edit. Colon. 1523. quam in manibus habeo, inscripta est:

Diui Basilii M. Caesar. episcopi eruditissima opera, quorum catalogum in sequenti pagella deprehendes. Interpretes *Io. Argyropylus, Georg. Trapezuntius, Raphael. Volaterranus, Ruffinus presbyter.* Monodia Gregor. Nazianz. 1523. In calce: Excusa sunt haec opera in aedibus Eucharii Ceruicorni, aere et impendio M. Godefr. Hittorpii, ciuis Colon. m. Iunio. fol. add. *Lambach.* l. c. p. 86. qui in nota, habentur, ait, hic praeter opera, quae modo recensuimus ex edit. Romana, libri V. contra Eunomium, Georgio Trapezuntio interprete, et regula monachorum, a Ruffino conuersa. De regula monach. v. infra ad IX. 11. Ruffinum esse pessimum interpretem, statuit *Huetius* de interpretatione, libr. II. pag. 246. sq. ed. Stadae. 1680. 8. — De ed. Col. 1531. v. *Panzer.* A. T. VI. p. 414. nr. 609. *Harl.*

[Paris. 1523. *Basilii M. opera* ex interpretat. Io. Argyropuli, Ge. Trapezuntii, et Raph. Volaterrani. ap. Iod. Badium. fol. conf. *Schoenemann.* bibl. — patrum lat. I. p. 619. sq. — De *Trapezuntii* versione librorum Basilii contra Eunomium, eiusque editionibus v. *Zeni* Differt. Vossiane, tom. II. p. 9. nr. VI. — *Garnier* in praef. ad tom. I. Opp. p. IV. memorat edit. lat. Paris. 1525. fol. ap. Ascensium. *Harl.*]

Basil. 1540. fol. apud Heruagium cum praefat. *Wolfgangi Musculi.* Hanc editionem praeter Gesnerum recenset Bellarminus de S. E. et B. Gerhardus in patrologia. *Fabr.* Inscriptio haec est: *Opera D. Basilii* M. — omnia, siue recens versa, siue ad graecos archetypos ita collata, per *Wolfg. Musculum,* Dusanum, vt aliam omnino faciem sumsisse videantur. Quorum catalogus insequitur praefationem Basil. ex off. Heruagiana MDXL. fol Exempl. est in bibl. acad. Erlang. *Harl.*

Basil.

Basil. 1552. fol. edente Iano Cornario.

Basil. 1565. fol. apud Io. Oporinum, cum eadem Musculi praefatione, qui in hac editione scholia in Psalmos, et enarrationem in sedecim capita Esaiae, et epistolas quasdam adiunxit. *Fabr.* Late recenset hanc edit. et alia lectu digna de Basilio eiusque scriptis atque interpretibus profert, notatque tria interpretum peccata *Io. Fabric.* in Hist. bibl. suae, tom. I. pag. 101 — 106. *Harl.*

Parisiensis Godfridi Tilmanni 1566. fol. quae recusa est

Antwerp. 1568. fol. apud Philippum Nutium. Hanc editionem recenset Posseuinus in adparatu sacro. [add. *Garnier.* praefat. cit. p. IV.]

Paris. 1571. fol. apud Sebast. Niuellium: prioribus nitidior, pleniorque et castigatior, quam sequuta Parisiensis apud Sonnium a. 1603. fol.

Postrema Antwerpiensis 1616. curante *Andrea Schotto*, fol. repetita Coloniae 1618. fol.

[P] *Denique* Franciscus *Combefisius* tum in ecclesiaste graeco Paris. 1674. forma octaua maiore, tum in bibliotheca concionatoria ibid. 1662. fol. varias Basilii homilias latine a se vel recensitas, vel de integro versas latine edidit.

Germanica.

Ingolstad. 1591. fol. *Schweikhardo Comite Helfensteiniensi* etc. interprete. [Praef. scripta est Landsbergae in Bauaria super. 1589.]

Graecolatinae.

A. 1618. *Paris.* fol. 2. voll. ex officina Niuelliana [ap. *Claudium Morell.* secundum *Hamberg.* Zuverl. Nachr. II. p. 808.] Haec insignis et nitida emendataque [et ad codd. anglicos et gallicos recensita] editio recensetur a *Philippo Labbeo* tom. I. de scriptor. eccles. pag. 177. seq. ab *Hendreichio* in pandectis Brandenburgicis, sed, qui multa confuse ac falso de editionibus Basilii scriptorum tradit. Qui hanc Parisiensem editionem curarunt, *Fronto Ducaeus* et *Fed. Morellus*, testantur, se vsos editione graeca anni 1551. collata cum MSS. a Richardo Montacutio. Ducaei notae, quibus versiones passim castigantur, implent in Adpendice tomi II. paginas 118. hinc succedunt exiguae Federici Morelli p. 119 — 126. [add. *Garnier* l. c. p. V.]

1638. *Paris.* ap. Aegid. Morell. fol. 3. voll. minus nitida, minusque emendata, neque vlla re alia auctior. Hanc recenset *Casimirus Oudinus* in supplemento de Scriptoribus eccles. p. 42. seq. [tom. I. comment. p. 548. sqq. et ibid. p. 577. sqq.] nouam sciagraphiam subiicit ordinis, quo ipse optet opera S. Basilii recudi, vt primo tomo homiliae, altero libri et tractationes, tertio epistolae, liturgia et alia quaedam, in prioribus non obuia, exhibeantur: [proscribendis tamen lib. de grammatica exercitat. et epistola in aduersis consolatoria.]

Nouam

Nouam Basilii operum editionem molitus pridem fuit *Franciscus Combefis*, quumque edendi ipsius vasti operis occasio deesset, castigationes saltim suas ex variis codicibus MSS. et obseruationes varias ad paginas editionis Paris. 1618. vulgare instituit, variaque inedita S. Basilii monumenta passim inseruit. Sed a. 1679. 23. Iun. aetat. 74. operi immortuo Combefisio, obseruationes illae eodem adhuc anno publicatae, et archiep. Parisiensi, Francisco Harlaeo, inscriptae sunt a *Vincentio le Fevre*, ord. Praed., qui sub nomine *Pauli de Golefer* latere voluit. Titulus operis est: *Basilius magnus ex integro recensitus, textus fide optimorum codicum vbique castigatus, auctus, illustratus, emendatus, versiones recognitae* etc. Paris. 1679. 8 duobus voll. [conf. *Garnerii* praef. cit. p. VI.]

[T] Memini et *Wilhelmum Ernestum Tentzelium*, τὸν μακαρίτην, multis annis, et beatissimum desideratissimumque *Godfr. Olearium* nostrum aliquando de noua Basilii editione concinnanda cogitasse, et in eam rem varia collegisse subsidia, sed vtriusque doctoris conatus properans fatum antevertit.

Nouam nunc S. Basilii editionem eruditi monachi Benedictini, quibus tot praeclarissima monumenta ecclesiastica debemus, iubent exspectare ab insignibus sodalibus suis, *Iuliano Garnierio, Francisco Faverollio et Io. Iacobo Raverdus*, postquam ille, qui ex eodem ordine ornandae huic spartae praefectus antea fuerat, *Iacobus Lopinus*, iam a. 1693. 29. Dec. fatis concessit. [Lopinum antea fuisse praefectum, negat *Garnier*. praef. ad tom. I. Opp. pag. IV.]

[Prodiit ed. *Garnier*. quae huc vsque principatum tuetur, alium librorum Basil. ordinem habet, et est inscripta:

Τοῦ — Βασιλείου — — *Sancti patris nostri Basilii*, Caesareae Cappadociae archiepiscopi, *Opera omnia, quae exstant, vel quae eius nomine circumferuntur*, ad MSS. codd. Gallicanos, Vaticanos, Florentinos et Anglicos, nec non ad antiquiores editt. castigata, multis aucta: noua interpretatione, criticis praefationibus, notis, variis lectionibus illustrata, noua S. doctoris vita et copiosissimis indicibus locupletata. Opera et studio Domini *Iuliani Garnier*, presbyteri et monachi Benedictini, e congregatione S. Mauri. Tomus *primus* Paris. typis et sumtibus Io. Bapt. Coignard. MDCCXXI. (1721.) fol. — Tomus *secundus*, ibid. 1722. — Tomus *tertius*, (defuncto iam *Garnier* d. 3. Iun. 1725.) opera et studio monachor. ord. S. Benedicti, ibid. 1730. Conf. doctas censuras in actis erud. Lips. a. 1722. p. 465 sqq. — a. 1731. p. 491 sqq. et p. 537 sqq. — Codd. ad quos exacta est editio, singulis tomis post praefat. indicantur. — *Garnier* ipse in praef. ad vol. I. pag. V. sqq. quid praestiterit, et in quibus superare studuerit laborem meritaque superiorum editorum, late ostendit. Totum autem opus sic distribuit. Complectitur tomus *primus* homilias in Hexaëmeron et in Psalmos, libros in Eunomium, atque commentarium in Esaiam: *secundus*, homilias de diuersis, ascetica, librum de virginitate, librosque de baptismo: *tertius*, librum de Spiritu S., epistolas, liturgiam, viginti quatuor sermones Symeonis, magistri ac logothetae, vitam Basilii. Quare in recensendis Basilii M. scriptis ita versabor, vt illum quidem ordinem teneam, ordinem vero in vtraque edit. graeco-latina Parisiensi seruatum et a Fabricio indicatum

catum designem, adiiciamque, quae de singulis notarat Fabricius, quae autem mihi adnotanda supplendaque videantur, vncinis separem a reliquis. *Harl.]*

VI. *Basilii, magni, scripta, quae exstant, in edit. graecolatina Paris. Garneriana.*

1. Εἰς τὴν ἑξαήμερον, *in Hexaëmeron Homiliae IX.* [1. p. I. *Garn.*] Ex his pleraque ad verbum expressit *S. Ambrosius* libris VI. [w]) in Hexaëmeron, qui etiamnum supersunt. *Easdem* Eustathius, *siue* Eustachius (Afer), *vir disertissimus, ita transtulit in latinum, vt ingenium doctissimi viri* (Basilii) *facundiae suae viribus aequiparasse videatur, qui vsque ad hominis conditionem nouem libros tetendit,* vt notat *Cassiodorus* cap. 1. diuinar. lect. Quae versio sorori, *Syncleticae,* diaconissae [x]), ab Eustathio dicata et memorata etiam Sigeberto Gemblacensi cap. 21. de S. E. et Bedae, siue Iunilio praef. in Genesin, [inter latin. codd. *Venet.* D. Marc. v. cat. codd. illorum p. 23 sq.] prodiit Nicolao Fabro curante, exstatque in bibliotheca patrum Paris. 1654. tom. I. atque in latinis S. Basilii editionibus nouissimis. *Fabr.* Singularum homiliarum argumenta strictim refert examinatque *Schroeckh.* l. c. pag. 168 sqq. et 180 sq. Basilium in quosdam quidem libros diuinos commentatum esse, negari non potest, eiusque opera in conferendis emendandisque libris sacris laudatur (v. supra vol. III. p. 715.); in omnes tamen libros diuinos id ab eo factum esse, probari nequit. — Homiliae in *Hexaëmeron* exstant mstae in XIX. codd. *Paris.* et quidem, Garnierio in praef. pag. XI. monente, nouem homiliae in codd. antiquissimis membran. in nonnullis autem recent. chartaceis vndecim homiliae: — *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 2. plut. 10. nouem homiliae in Hexaem. — in cod XVIII. nr. 1. plut. 4. duodecim hom. in illud. — in cod. XXVII. nr. 3. nouem hom. cum scholiis nonnullis margin. Seueriani, Gabalorum episcopi, tempore Chrysostomi, Gregorii Nysseni, et anonymi. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 482. 541 et 550. vbi scholion Seueriani ad principium homiliae I. speciminis loco retulit. — *Venetiis* inter codd. bibl. S. Michaelis, sunt *Basilii* hom. nouem genuinae, et duae de structura hominis spuriae, ab aliis Gregorio, Nysseno, adtributae, v. *Mittarelli* bibl. codd MSSt. S. Michaelis Venet. p. 111 sq. — ibid. in bibl. Marc. cod. LV. et LVIII. — *Matriti* in bibl. regiae cod. CXXIII. homiliae XII. in Hexaem. quarum tamen tertia in duas est distracta, ita, vt proprie sint XI. numerandae, vt pluribus ostendit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matr. pag. 501. qui hunc codicem in vltimis homiliis cum ed. Combefisiana

w) Homilia *prima* Basilii respondet primis sex libri primi *Ambrosii* capitibus, *secunda* capitibus reliquis quatuor eiusdem libri. *Tertia* libro integro secundo. *Quarta* capitibus quinque, et *quinta* ceteris duodecim tertii libri. *Sexta* libro quarto. *Septima* libri quinti capitibus prioribus vndecim. *Octaua* posterioribus. *Nona* denique libro sexto. [Quaedam Ambrosii loca illustrat *Garnier.* praef. ad tom. I. §. V. pag. XVI. sqq.]

x) Haec Syncletice, cuius, vt aequalis suae, Sedulius in praef. Operis Paschalis meminit, non confundenda cum S. Syncletice, antiquiore, de cuius vita dixi inter scripta, S. Athanasio supposita lib. V. cap. 2. nr. 84. [vol. VIII. p. 207.]

ſiana conferendum eſſe iudicat. — *Monachii* in codd. Bauar. XXXII. XXXIV. CCXLII. CCLI. — *Auguſtae Vindel.* inter codd. *Baſilii vndecim* homiliae in primum Geneſeos caput de opificio ſex dierum; atque *Reiſer.* in catal. p. 30. adnotat, in illo codice duas poſteriores homilias adſcribi *Gregorio Nyſſeno,* ſed, iudice Hoeſchelio, perperam propter Nyſſeni libr. (qui in eodem ſequitur cod.) de hominis ſtructura, qui eiusdem quidem eſt argumenti, ſed non eiusdem methodi. — *Vindob.* in cod. caeſ. LXIV. qui multa Baſilii opp. continet, nr. 1. v. *Lambec.* III. p. 294. — it. in cod. LXII. nr. 1. — cod. LXIII. nr. 1. cum nonnullis ſchol. margin. — cod. LXV. nr. 1. cod. LXVI. (*Lamb.* III. p. 285. ſq. 289. 314 et 325.) — *Leidae* inter codd. Voſſianos *Euſtathius* in Hexaëmeron, et in idem *Baſilii* homiliae, ſed ſine fine. v. cat. bibl. Leid. p. 393. nr. 50. et ſic in aliis bibliothecis, ſupra memoratis. In eadem bibl. *Leidenſi* p. 32 ſq. occurrunt *Hexaem.* et aliorum opp. Baſilii editt. — In cod. *Mosq.* bibl. ſynod. XIV. ſunt XLII. oratt. Baſilii M. quae iam editae ſunt, et quas deſignat *Matthaei* in notit. codd. Mosq. p. 24 ſqq. ibid. in cod. XV. hom. in Spiritum S. — in cod. XVIII. 9. homiliae. — in cod. XX. 51. homil. in his orat. de perfectione vitae Monach. inedita, quam Matth. cum Xiphil. et duabus aliis Baſilii oratt. Mosquae 1775. 4. in lucem protulit. v. *Matth.* notit. etc. p. 30 ſq. ibique not. 2. — In codd. XXI. et XXII. permultae homiliae. (*Matth.* pag. 32 ſqq.) — in cod. XXIII. varia Baſilii opp. — in cod. XXXII. nr. 30. et 34. fragmenta. *Harl.*

Dionyſii quoque *Exigui* verſionem Caueus et ante eum Poſſeuinus et Elias du Pin memorat. Sed vereor, ne Greg. Nyſſenus, quem a Dionyſio latine redditum conſtat, memoriae eorum obuerſatus; vel, vt b. doctori meo, *Tho. Ittigio,* obſeruatum, [P] verba Tilmanni non recte intellecta illos induxerint, vt Baſilium quoque ab eo verſum adfirmarent. Inter recentiores primus Baſilium interpretatus eſt latine *Iohannes Argyropulus,* cuius verſio [prodiit Romae, apud Iac. Mazoch. 1515. fol. v. *Maittaire* A. T. II. p. 264.] in operibus Baſilii, a. 1564. fol. latine Baſileae vulgatis, et a *Godfrido Tilmanno* recognita ceteris latinis ac graecolatinis Baſilii editionibus occurrit.

Hinc *Ioachimus Perionius* Pariſ. 1552. in cuius interpretatione plura notat ac reprehendit *Poſſeuinus* tom. I. adparatus ſacri pag. 184 ſeq.

Iani Cornarii verſionem inuenies in editione operum Baſilii latina Baſil. 1552. fol. Eamque paſſim praefert *Fronto Ducaeus* in notis ad hoc Baſilii opus. *Fabr.* Contra *Garnier* in praef. ad tom. I. p. V. vbi de interpretibus Baſilii latinis agit, plura culpat in Cornarii verſione, quam ita aſperam duramque eſſe iudicat, vt vna aut altera pagina prae taedio legi vix poſſit. *Harl.*

Victorini Strigelii interpretatio ſeparatim lucem vidit Lipſiae 1566. 8. Laudant Baſilium in Hexaëmeron certatim veteres, Nazianzenus [y]), Nyſſenus [z]), Hieronymus [aa]), Photius,

y) *Nazianzenus* orat. XX. in S. Baſilium: ὅταν τὴν ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι.

z) *Nyſſenus* in Hexaëm. tom. I. pag. 5. quum dixiſſet, ſe neutiquam velle ἀντιδογματίζειν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφηθέντων, ſubiungit: ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν κεκρατήσθω, καὶ μόνης τῆς θεοπνεύστου διαθήκης τὰ δευτερεῖα φερέσθω.

aa) *Hieron.* catalogo c. 116. et epiſt. 55.

tius [bb]), Suidas [cc]), aliique. Ante Baſilium in Hexaëmeron qui ſcripſere, temporis iniuria interciderunt omnes praeter Philonem, Iudaeum, vt Rhodon, Tatiani diſcipulus, Hippolytus et Origenes, Hieronymo laudati, Iuſtinusque, martyr, et alii complures, quos Anaſtaſius Sinaita [dd]) commemorat. Poſt Baſilium ſcriptores huius argumenti tulere aetatem graeci ſcriptores, Nyſſenus, Euſtathius, Anaſtaſius, Iohannes Philoponus.

Homilia X. et XI. de opificio hominis, [ap. Garn. I. p. 323.] quae velut Baſilii in graecis editionibus pluribusque MSS. vt in Caeſareo apud *Lambec.* III. pag. 122. [ee]) et in verſionibus Cornarii, Perionii, Strigelii, atque in latinis Baſilii editionibus pleriſque e Wolfg. Muſculi, Argyropulum ſupplere ſtudentis, interpretatione ſubiiciuntur, in graecolatinis omiſſae ſunt, quoniam multi veterum teſtantur, Baſilium non [P] vlterius progreſſum, nec de hominis ſtructura tractaſſe. Tamen illas poſt longum morbum a Baſilio reuera additas, eique adeo vindicandas eſſe contendit *Franciſcus Combefiſius*, qui eas e MSS. emendauit et ſuppleuit, et cum argumentis, quae in codice regio praefiguntur, in capita diſtinctas, addita noua verſione ſua notisque, dedit tom. I. Baſilii recenſiti, pag. 418 ſeq. Pariſ. 1679. 8. ſubiuncta etiam pag. 524. *homilia de paradiſo*, quae inter diuerſas eſt triceſima et tom. I. pag. 625. edit. graecolat. a. 1618. legitur. [*Garn.* I. pag. 347 ſqq. orat. III. de hominis ſtructura, inter ſpuria Baſilii ſcripta.] Certe Homiliam X. et XI. a Greg. Nyſſeno adjunctas Baſilii operi non eſſe, docet luculentus, quem ab eo ſupplementi Baſiliani loco habemus liber de opificio hominis, et inter cuius opera illae duae Homiliae tom. I. pag. 139. 153. leguntur cum verſione *Petri Franciſci Zini*. *Fabr.* Homilias XI. et XII. et *de paradiſo* falſo tribui Baſilio, contra Combefiſium Du Pin et alios late docteque oſtendit *Garnier* in praef. ad tom. I. pag. VIII. multis vſus argumentis, a diuerſa ſtili et ſententiarum ratione, et meliorum antiquiorumque codicum auctoritate ab immenſaque variarum lectionum ſilua, quae in genuinis Baſilii opp. haud adeo magna eſt, ſumtis, et ipſius Gregorii Nyſſeni loco, quem male interpretatus eſt Combefiſius. Tum ſubiungit quasdam quaeſtiones, ad loca quaedam notatu digna illuſtranda pertinentes. Add. *Rineti* libr. III. critici ſacri cap. 20. pag. 328. ed. quintae, et *Schroeckh* l. c. p. 178 ſq. — Eſt in duobus codd. *Pariſ.* *Harl.*

[II.] Ὁμιλίαι *Homiliae* XVII. *in Pſalmos* [I. pag. 89 ſqq. Garn.] Hoc eſt, praeter vnam in Pſalmi I. initium, prooemii loco praemiſſam, ſingulae in Pſalmum VII. XXIX [ff]) XXXII.

[bb]) *Photius* cod. CXLI.

[cc]) *Suidas* in Βασίλειος. Vide et *Socratem* IV. 26.

[dd]) *Anaſtaſius* VII. in Hexaëm. cuius verba graece produxit *Michael le Quien* ad Damaſcenum tom. I. pag. 174. Alium ex libro I. *Fronto Ducaeus* in limine notarum ad Baſilium.

[ee]) pag. 285. ſq. 289. 314. ed. Kollar. ſed in cod. XV. nr. 3. orat. Greg. Nyſſeni in Geneſ. I. 26. male adſcribitur Baſilio M. quaſi ea ſit oratio X. in Hexaëm. v. *Lambec.* III. pag. 314 ſq. ibique Kollar. not. *Harl.*

[ff]) Secundum hebraicam editionem in Pſalm. VII. XV. XXIX. XXX. XXXIII. XXXIV. XXXVIII. XLV. XLVI. XLIX. LX. LXII. et CXVI.

XXXII. XXXIII. XXXVII. XLIV. XLV. XLVIII. LIX. LXI. et binae in Psalmum XIV. XXVIII. CXIV. Illa, quam prooemii loco praemissam dixi, ex *Rufini* versione solet praefigi latine *S. Augustini* enarrationi Psalmorum, etiam in nouissima editione, ab eruditis monachis Benedictinis curata, tomo IV. gg) Homilias vniuersas septendecim latine vertit *Godfridus Tilmannus*, cum cuius interpretatione exstant in graecolatinis et postremis latinis Basilii editionibus. Ante Tilmannum easdem transtulerant *Raphael Volaterranus*, cuius versio legitur in latinis quibusdam editionibus, vt Basileensi 1565. fol. et *Ianus Cornarius*, quae occurrit in editione latina a. 1552. Plura ex his homiliis adferuntur in Catena graecorum patrum ad Psalmos Corderiana; nonnulla etiam praeterito Basilii nomine. *Fabr.* Fuse differit de illis homiliis *Garnier* et in monito praemisso pag. 89. et vero in praefat. §. VI. pag. XXI. sqq. Priore loco paucis obseruat, Psalmi XXXVII. interpretationem, iam Combefisio suspectam, esse Eusebii, non, Basilii foetum; interpretationem Psalmi XXVIII. a Combefisio, Tillemontio, Du Pin pro adulterina habitam, esse opus plagiarii, vel potius studiosi cuiuspiam, qui se exercere, et Basilium imitari voluerit; in genere, orationes, quae vere Basilii sunt, ad populum habitas esse, in conuentuque publico pronuntiatas; quaecumque autem hanc notam prae se non ferat, eam debere ob id solum suspectam videri: tum animaduertit, commentarium, hactenus *Theodoro Heracleotae* adtributum, non esse Basilii in Psalmos expositionem. Denique adnotat, Ambrosium, quum suos in Hexaëmeron scriberet libros, etiam Augustinum, permulta ad verbum sumsisse e Basilio: quae omnia aliaque copiosius exponit demonstratque in praefat. l. c. in qua etiam docet, orationem I. in Psalmum XIV. haud esse genuinam; notat quaedam in explicationibus Psalmorum I. VII. et XXVIII. iudicat de comment. in Psalmos, perperam sub nomine Theodori, Heracleotae, a Corderio edito, et, multis argumentis atque exemplis adlatis, ostendit, esse catenam e multorum patrum eccles. libris consarcinatam. Idem Garn. edidit pag. 352 — 377. Basilii homilias, in quibus multa loca ex Eusebio non a Basilio, sed ab alio auctore compilata sunt, in Psalm. XIV. aliam ineptam in Psalm. XXVIII. tum in Psalm. XXXVII. et in Psalm. CXV. — *Florentiae* in cod. Medic. Laur. VIII. plut. 4. qui 40. homil. continet, est nr. 5. hom. *in Psalm. XIV.* quam Garn. in adpend. tom. I p. 352. tamquam Basilio suppositam posuit. Bandin. vero I. cat. codd. gr. pag. 526. arbitratur, ex Laur. illo codice, saec. XI. scripto, argui posse, homil. istam etiam ante illud tempus fuisse Basilio adiudicatam, eique propter ea locum adsignatum ante sequentem, nr. 6. hom. *in partem XIV. Psalmi contra foeneratores*, cuius titulus ac prima verba aliam supponant in eumdem Psalmum homiliam. — Add *Schroeckh* l. c. pag. 181 sqq. — *Basilii* prologus in Psalm. repetitus est in *Liturgia antiqua*, hispanica, gothica, isidoriana, mozarabica, toletana mixta, illustrata adiectis vetustis monimentis, cum additionibus etc. hh) tom. II. p. 153 sq. — Codices in bibliothecis et catalogis, supra memoratis,

gg) Conf. *Fontanini* histor. litterar. Aquileiens. Romae. 1742. 4. pag. 299. *Harl.*

hh) De hoc opere, Romae, tom. I, II. typis et sumtibus Hieron. Mainardi 1746. fol. edito, plura leges in *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. V. p. 508 sqq.

ratis, reperiuntur. Hic paucorum dabo notitiam. Exſtant igitur illae homil. in XVII. codicibus bibl. publ. *Parif.* — *Vindobonae* in cod. caesar. LXVII. quae permultas Baſilii homilias atque epiſtolas continet, reperiuntur nr. 2. homiliae XVII. in Pſalm. I. VII. duae in Pſalm. XIV. duae in Pſalm. XXVIII. vna in Pſalm. XXIX. XXXII. XXXIII. XXXVII. XLIV. XLV. XLVIII. LIX. LXXI. CXIV. et CXV. quarum initia poſuit *Lambec.* in comment. III. p. 326 ſqq. — Eaedem eodemque ordine in cod. LXVIII. nr. 1. (*Lambec.* ibid. pag. 339.) — in cod. CCXLIV. nr. 10. fragment. homiliae in Pſalm. XXVIII. notante *Kollario* ad Lambec. V. p. 237. — in cod. CCXXXVI. nr. 5. ſunt quatuordecim Baſilii oratt. (*Lambec.* V. p. 184 ſq.) in his ſeptima inſcribitur κατὰ τοκιζόντων, *contra foeneratores,* ſed Kollar. in nota animaduertit, illam nihil aliud eſſe, ac Baſilii homiliam, initio mutilam, in partem Pſalmi XIV. et contra foeneratores in ed. Garn. tom. I. pag. 107. C. add. *Kollar.* not. ad vol. III. pag. LVII. de cod. XI. — Ex cod. patrum Baſilii *romano* ſpecimen Baſilii ſermonis in ſeptimum pſalmum dedit *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 283. — Idem in bibl. *Coislin.* pag. 117 ſq. aliquot codd., homilias atque epiſtolas *Baſilii* continentes, recenſet, in quibus etiam exſtant homiliae in Pſalmos: in cod. igitur XLVIII. membr. ſaec. X. leguntur hom. ſexdecim, omiſſa ſecunda in Pſalm. XXVIII. homiliae in Pſalm. XIV. LIX. et LXI. bis occurrunt: — in codd. XLIX. et L. ſexdecim hom. omiſſa ſecunda in Pſalm. XXVIII. — *Venetiis* in bibl. Marc. ſunt, praeter multas alias homilias libroſque Baſilii, huius homiliae in Pſalmos in codd. LIII. LIV. LV. LVI. DLIX. et DLXII. teſte catalogi auctore etc. — Edit. lat. *romanam* iam ſupra memorauimus.

In editione *Garner.* pag. 207 ſqq. ſequuntur libri V. contra Eunomium, inſcripti τοῦ — Βασιλείου — ἀνατρεπτικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου. — *Baſilii libri, quibus impii Eunomii apologeticus euertitur.* Atque *Garn.* in nota monet, tot eſſe fere titulos varios, quot codd., ſe autem ſequutum eſſe ed. Venet. et meliores codd. — Ἀντιῤῥητικὸς legitur in cod. regio ſecundo; ἀντιῤῥητικῶν λόγ. α΄. in cod. Colbertino. — In edd. ſuper. Pariſ. ſunt libri illi in tom. II. atque *Fabricius* in vet. ed. locum illis adſignauit *ſeptimum,* et ea quae ſequuntur, de illis notauit: *Harl.*

[VII.] Ἀντιῤῥητικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ ii) τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, *aduerſus apologiam impii Eunomii antirrheticus, libris quinque* tom. II. pag. 1. Egregios libros vocat *Hieronymus* cap. 116. catalogi, et graecus Hieronymi interpres atque Suidas ἐξαιρέτους λόγους. Laudat etiam *Photius* cod. CXXXVII. CXXXVIII. vbi Eunomii ἔκθεσιν et ad Baſilii libros reſponſionem, in tres kk) diſtinctam λόγους, ſed poſt illius mortem demum in vulgus datam, commemorat. Ex his Baſilii libris tres priores accuratiorem argumentorum

 Euno-

ii) Hanc *Eunomii* apologiam exhibeo infra integram graece et latine.

kk) *Philoſtorgius* VIII. 12. quinque libros Eunomii memorat, aitque, Baſilium primo lecto βαρυθυμήσαντα λιπεῖν τὸν βίον. Quod poſtremum mendacii arguit Photius, haec e Philoſtorgio referens.

Eunomii confutationem continent, quibus quartus deinde et quintus veluti ſpicilegium quoddam [ll]) a [79] Baſilio adiuncti, excutiendis, quae forte ſupereſſent, locis, argumentis ac minutiis. Neque enim adſentior iis, qui hos binos poſteriores Baſilio abiudicant, nulla certa ratione nixi. Nam et in MSS. codicibus quam plurimis ſub Baſilii nomine prioribus ſub titulo ἀπορημῶν κατὰ Εὐνομίυ [mm]) iuncti habentur, et a graecis ſub Baſilii nomine [nn]) laudantur, quorum merito plus ſe tribuere teſtimonio ait *Rich. Simon.* lib. III. hiſt. criticae N. T. pag. 107. quam Eraſmi, Abr. Sculteti et aliorum quorumdam cenſuris, parum firmiter colligentibus [oo]). Graece primum prodiere tres primi in editione operum Baſilii Veneta 1535. fol. poſterioribus duobus additis in edit. Baſil. 1551. a Iano Cornario. Latine vertit vniuerſos quinque *Georgius Trapezuntius,* cuius interpretatio [multis aliis, iudice Garn. anteponenda, et] ſeruata in plerisque latinis Baſilii editionibus, et in vtraque graecolatina Pariſienſi [pp]). Nonnulla in hac verſione reprehendit

ll) Ita malim, quam quod *Petauius* pag. 107. dogm. theol. de SS. Trinitate: *Nimirum quartus ille liber et quintus tumultuariam locorum argumentorumque ſiluam et materiam nondum abſoluti operis continent. Quo minus admirandum eſt, quaedam ibi eſſe aliter, atque in ceteris meditatis elaboratisque ſcriptis ab eodem auctore prodita.*

mm) Vide *Combefiſii* Baſilium recenſitum tom. II. pag. 27.

nn) Vide *Ducaeum* in limine notar. ad lib. I. contra Eunomium.

oo) *Beza* in praef. ad ed. paullo poſt laudatam, tres tantum eſſe Baſilii arbitratur, cum tamen, qui quartus numeratur, vt minime inutilem, adiunxit; quintum vero praetermiſit. IV. autem graecos edidit, vt ait, multo, quam ante hac, emendatiores. — De illa vero controuerſia multus eſt *Garnier.* in praef. pag. LXIII. ſqq. §. XI. vbi de libris in Eunomium agit. Erasmus igitur aliique negant, duo poſteriores libros a Baſilio eſſe profectos: atque antiquiorum fuiſſe hominum illud iudicium, vel ex eo patet, quod, obſeruante Garner. in quinto cod. olim regio gr. manu initio libri quarti notatum eſt, alios negare, illum eſſe S. Baſilii; ſed tamen eum non condemnare, quaſi abſurdi aliquid contineat. Atqui Garn. illorum ſubſcribit ſententiae, quod (multis in hanc ſententiam exemplis argumentisque aliis prolatis,) verba, dictio, phraſis omniaque peregrinitatis nec ſubacti iudicii notam prae ſe ferant, et Baſilius a ſe ipſo diſſentire videatur: tum quia iſti duo libri deſint in ed. vet. Veneta, et in nonnullis codd. Sed legat velim atque examinet Baſilii cupidus Garnierii ipſius argumenta, ſpecioſe docteque expoſita. Add. Garnierii monitum, libris illis praefixum, pag. 205 ſq. et *Schroeckh.* l. c. qui pag. 57 ſqq. ſummam dedit librorum, et pag. 57 ſqq. comprobat Garnierii iudicium, librorumque iſtorum duorum condemnationem. Attamen praeter Simon. aliosque, a Fabricio citatos VV. DD. etiam Bellarminus, Fronto Ducaeus, Combefiſius, Tillemontius, Du Pin etc. Baſilium quinque librorum auctorem faciunt, atque in concilio Florentino vt a Latinis, ita a Graecis, Baſilii nomine pariter citantur. Nec deſunt codices, (vt ad finem huius ſectionis notabimus,) in quibus ſub Baſilii nomine duo illi libri prioribus adduntur. Atque *Kollarius* ad Lambecii comment. III. pag. 289. not. B. Simonii ac Fabricii ſententiam adoptat. At enim Garnieri ac Schroeckhii argumenta, quibus νοθεία illorum demonſtratur, grauiora videntur. *Harl.*

pp) Tertius liber, in quo diſſeritur de Spiritu S. ex interpretatione Georgii Trapezunt. reperitur quoque in collectione conciliorum, facta a *Petro Crabbe,* Minorita, Colon. apud Petr. Quentel, 1538. fol. p. 810. et Romae per Anton. Bladum, 1526. fol. in actisque concilii oecumenici, ſub Eugenio III. congregati, teſte *Apoſt. Zeno* in Diſſertaz. Voſſiane, tom. II. pag. 9. nr. 6. — Antirrheticus a Georgio Trapezuntio latine verſus

hendit *Iac. Billius,* quae in Posseuini adparatu possunt videri. Longe plura Ducaeus et tom. II. Basilii recensiti Combefisius. *Iani Cornarii* interpretatio quinque librorum legitur in editione latina Basileensi a. 1552. fol. Denique cum versione sua tres et quartum extrema parte truncum vulgauit *Theodorus Beza* adiunctis Athanasii dialogis V. de Trinitate, Anastasii et Cyrilli explicationi fidei et Phoebadio, 1570. 8. apud H. Stephanum. In tertii libri exordio locum, a Graecis corruptum, notauit *Posseuinus* bibliothecae selectae VI. 16. et *Allatius* de processione Spiritus S. capite 20. p. 114 seq. Confer *Iohannis Vecci* capita de processione Spiritus S. in tomo I. Graeciae orthodoxae Allatii pag. 225 seq. *Fabr.* *Quinque* libri sunt in cod. *Vindob.* caesar. LXIII. nr. 3. et LXXXVIII. nr. 2. *(Lambec.* III. pag. 290. et 475.) — In vol. V. cod. CCLVII. nr. 8. est cardinalis, *Bessarionis,* ad Alex. Lascarim epistola de processione Spiritus S. (edita a Petro Arcudio gr. cum duplici interpretatione lat. cum opusculis theologicis circa processionem Spir. S. Romae;) quod opusculum, *Kollar.* ad Lamb. comm. V. p. 367. miratur, non consultum fuisse a Garnerio, ad corrigendum locum in Basil. contra Eunomium libro III. p. 277. ἀξιώματι μὲν γὰρ etc. quem, Kollar. contendit, in recentioribus codd. a graecis schismaticis fuisse corruptum, et plura in hanc rem disputat. — In cod. XCIX. nr. 4. sunt duo fragmenta ex opere aduers. Eunomium libri V. v. *Kollar.* in supplem. ad Lamb. comm. pag. 624. — In cod. XII. *Mosquensi* fragmm. ex Basilii tertio libr. antirrhet. ex opere ad Amphiloch. et op. aduersus Eunomium etc. v. *Matthaei* notit. codd. Mosquens. pag. 21. — In cod. *Coislin.* CXX. fol. 4. ex libro contra Eunomium de Trinitate. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 193. atque alibi in aliis codd. msstis. — In *Henr. Canisii* Lection. antiq. aut Thesauro monumentorum eccles. et histor. cura *Iac. Basnage* tom. I. nr. 6. p. 169 sqq. sunt latine, *Basilii M.* rationes syllogisticae contra Arianos — interpr. Fr. Turriano, et particula operis contra Eunomium, quod ingenitum non substantiam, sed ὕπαρξιν, i. e. existentiam, declaret. Sequuntur pag. 223. sqq. adpendicis loco opera quaedam, Basilio perperam adscripta: adiuncto *Eunomii* opere.

1. Duae homiliae *de opificio hominis* et vna *de paradiso:* pag. 323 sqq. de quibus iam antea ad nr. I. homiliarum egimus vberius.

2. Homiliae *in Psalm.* XIV. — XXVIII. XXXVII. et CXV. pag. 352 sqq. de quibus v. Garnier. in praef. pag. XXXV.

3. *Commentarius* imperfectus *in prophetam, Esaiam.* Antequam de illo plura adnotem, ea, quae Fabric. (vbi est nr. 6.) scripsit, hic ponam: *Harl.*

[VI.] Ἑρμηνεία, siue (vt alius codex Combef.) ἐξήγησις *in XVI. prima capita Esaiae, prophetae.* Vertere coepit *Erasmus,* sed non progressus est vltra prooemium. Basil. 1510. 4. Cetera

versus, praemissa Bessarionis epistola, in cod. lat. *Veneto* Marc. XLV. vide cat. latin. codd. pag. 23. *Harl.*

Cetera a *Godfrido Tilmanno* Parif. 1556. fol. translata funt, qui in apologia praemiffa hoc opus aduerfus Erafmi dubitationes Bafilio vindicat teftimoniis S. Maximi, Simeonis, metaphraftae, Antonii Meliffae et Iohannis, Damafceni. Confer *Michaelem le Quien* in notis ad Damafcenum tom. I. pag. 366. et *Natalem Alex.* faec. IV. pag. 140. qui Tarafii, CPol., teftimonium addit atque Oecumenii: [et *Garn.* pag. 377. in monito] tamen *Iohannes Drungarienfis* prooemio Catenae MS. patrum graecorum teftatur, iam olim fuiffe dubitatum, fit ne hoc opus Bafilii, nec ne. Καὶ τοῦτο δὲ κατάδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμήνευσεν. Ἡ τις ἑρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. Etiam hodie a multis inter dubia opera cenferi, monet *Montfauconus* praef. in Eufebium ad Efaiam pag. 350. *Hodiernis porro fcriptoribus haec dubitandi cauffa eft, filentium nempe Hieronymi, qui quum in omnes, quotquot antea Iefaiae interpretes egerant, accurate recenfeat, ne γρὺ quidem de Bafilii commentario habet. Graecis autem hinc haud dubie fufpicio nafcebatur, quod ftilus commentariorum Bafiliano longe abfimilis videatur. Remittimus noftris, qui Bafilii operum editionem nouam adornant.* Ceterum, quae ab Erafmo verfa funt et *vifio prima* a Tilmanno infcribuntur a p. 802. vsque ad verba pag. 808. c. ὑπόθεσις τοῦ βιβλίου ἡ φανερὰ καὶ αὐτόθεν ληπτή. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης, cum commentario in Efaiam nihil habent commune, licet illi praemittantur etiam in aliis codicibus, vt Colbertino MMDXCVI. [qq]) (olim Thuanae bibl.) fed in quo male commentarius ille [?] *Eufebio* tribuitur. [v. fupra, vol. VII. p. 398. fect. 14.] Ex adlato autem Ioannis Drungarienfis teftimonio conftat etiam, non totum Efaiam, fed partem tantum, eius prophetiae a Bafilio illuftratam commentario fuiffe, vt neceffe fit erraffe Tilmannum, qui fibi perfuafit, Erafmum ex Grocini bibliotheca commentarios Bafilii in integrum prophetam adtuliffe: nimis enim leue eft, quod adiungit, argumentum: *alias fuerat dicturus, in quot fe extenderet capita* [rr]). Nouam ex integro verfionem huius operis a viro aliquo docto ac probo parari optat Combefifius, qui plura in Tilmanni verfione reprehendit atque caftigauit tom. I. Bafilii reftituti p. 417. In epiftola LXXX. Bafilii ad Euftathium, medicum [ss]), nihil contrarii de Pythoniffa Endorea adfirmari iis, quae in commentario ad Efaiae VIII. pag. 1025. de illa difputantur, quilibet intelliget, qui cum *Allatio* pag. 447. ad Euftathium de Engaftrimytho obferuauerit, verba in

qq) Vide *Montfauconum* l. c. pag. 348. *Fabr.* Add. alios codd., a Garner. in not. p. 378. citatos atque collatos. *Harl.*

rr) *Poffeuinus*, quum veteres libros Meffanenfis bibliothecae recenferet, fcripfit in adp. p. 37. ad calcem operis: *copiofiffima in Efaiam prophetam D. Bafilii interpretatio. Opus integrum et rarum.* Sed *Garn.* iure dubitat in monito praefixo; et ipfi verifimillimum effe videtur, talem librum integrum numquam exftitiffe. Adde *Oudin.* l. c. pag. 557 fqq. qui opinatur, auctorem huius commentarii videri effe alium *Bafilium*, qui in plerasque Gregorii Nazianz. oratt. commentatus eft, atque fub Conftantino Porphyrog. circ. a. 920. vel 950 floruiffe creditur. Tum codd. anglicos nominat, in quibus id opus exftat. Dein examinat refutatque teftimonia veterum et Tillemanni, id Bafilio M. adferentis, aliorumque iudicia; denique oftendit, illum comment. non pertinere ad Bafilium. *Harl.*

ss) Non Bafilii, fed Nyffeni effe illam epiftolam, fcribit Natalis Alex. de qua infra.

in epistola Basilii, ψυχαγωγῦσα τὸν Σαῦλ, significare: *quae Saulis animum μαγγανείαις* suis *mouerat*, non: *quae Saulem ab inferis euocauit. Fabr.*

Conf. *Oudin.* loco antea citato, *Rineti* critici sacri librum III. p. 332 sq. *Schroeckh.* l. cit. pag. 184. sqq. in primis *Garnier.* praef. ad tom. I. §. X. p. XLVIL sqq. qui, illum comment., negant, a Basilio M. esse confectum, et *Garn.* p. LIII — LX. docet, comparato Eusebii commentario, a plagiario quodam ex Eusebianis commentariis potissimum compilatum, et magnam operis partem ex illis ad verbum sumtam. Tum pag. LXI. sqq. demonstrat, auctorem e Basilii M. aliorumque scriptorum fragmentis confuse inepteque, nec eleganter opus suum composuisse, et eadem scripturae loca bis terque aut amplius explicuisse; ipsum vero Basilium M. non posse tot furtorum suspectum haberi. Denique pag. LXIII. varia coniectat de auctore, atque commonstrat, opus illud scriptum fuisse ipsa Basilii M. aetate, compositum quidem a Basilio, sed post eius mortem presbyteri cuiusdam opera in lucem prodiisse, et hunc proprio marte elaborasse; saltem auctorem, quisquis est, studuisse Basilium in aliquibus imitari. — At Garn. in vita Basilii cap. XLII. p. 179 sqq. retractauit suam sententiam, et Basilii nomini vindicauit comment. in Esaiam. — Sub Basilii nomine in codd. msstis occurrere illum comment. haud mirum videtur. Sic, vt quosdam nominem, *Vindobonae* in codd. LXX. LXXI. et LXXII. in quo adscripta sunt in margine antiqua gr. scholia, ex Eusebii Pamphili aliorumque operibus desumta. Vide *Lambec.* III. pag. 843 sqq. — *Augustae* Vindelicorum Basilii comm. in Esaiam, et eiusdem protheoria expositionis in Esaiam. v. *Reiseri* cat. pag. 16. et 28. — *Monachii* in codd. Bauar. XXXI. XXXV. et XCV. vide cat. codd. gr. pag. 7. et 8. et 36. — *Venetiis* in cod. Naniano XXXV. v. cat. codd. gr. Nan. p. 48. — ibid. in cod. bibl. Marc. LX. v. *Zanetti* cat. codd. gr. pag. 42. — *Florentiae* in cod. Medic. Laurent. II. plut. 4. de quo copiose differit *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 518 sq. — In nouem codd. bibl. publ. *Paris.* — *Taurini* in cod. XXX. nr. 1. vid. cat. codd. gr. Taur. p. 107. etc.

Tum sequitur pag. 618 sqq. ed. Garn. *Eunomii apologia, quam confutauit Basilius M.* e *Fabricii* B. Gr. repetita. Dein pag. 631 sqq.

Eustathii in Hexaëmeron S. Basilii, Cappadociae episcopi, latina metaphrasis, ex latina opp. Basilii editione Antwerpiensi sumta, cum variis codd. lectionibus notisque criticis. Calci tomi primi adhaerent: 1) Notae *Frontonis Ducaei,* Burdegalensis, e soc. Iesu, quae vero, ipso Garn. monente, nec ad huius editionem saepius quadrant, nec possunt ob nouam quadrare interpretationem: 2) praecipuae antiquarum editt. praefationes: 3) indices.

In tomo *secundo* insunt 1) genuinae, ex vulgari opinione, *homiliae* XXIV. de diversis; 2) *Ascetica,* quae genuina habentur; 3) spuria scripta, n. duae lucubratiunculae Cotelerianae, 4) altera Combefisiana; 5) duo de baptismo libri; 6) liturgia, et *homiliae,* quas transtulit *Ruffinus* e graeco in latinum. In prolegomenis agit de illis vberius.

I. igitur exhibentur homiliae XXIV. In ed. Parif. fuper. in primo adhuc tomo numerantur XXXI. *homiliae, diuerfi argumenti*, et totidem olim recenfebantur nr. III. in *Fabricii* B. Gr. *Harl.*

[III.] 1. Περὶ νηϛείας, *de ieiunio.* Incipit: σαλπίσατε, φησιν, ἐν νεομηνείαις. [*Garn.* II. p. 1 fqq.] Vertit *Erafmus* tt). Solita haec homilia in Graecorum ecclefiis [kk] legi dominica Quadragefimae fiue in εἰσβάσει τῶν νηϛειῶν. Separatim prodiit graece Helmftad. 1666. 4. *Fabr.* Homiliae frequenter reperiuntur in codd. *Parifienfibus* (v. indicem ad cat. codd. Par. vol. II. voc. *Bafilius*,) in *Vindobonenfibus* caefareis, *Mosquenf.* (v. *Anton. Schiada* cat. codd. gr. in bibl. fynod. Moscuenfi p. 28 fqq. cum aliis Bafilii operibus,) et in aliis. *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. VIII. plut. 4. homiliae XL. cum epigraphe τῦ — Βασιλεἰȣ — ἠθικά· in his nr. 7. fermo I. de ieiunio, in ed. Parif. fecundo loco pofitus, et fermo II. de eodem, in ed. Parif. primo loco collocatus. Plura leges in *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 525 fqq. — in cod. XXVI. nr. 20. fermo primus de ieiunio ex eius moralibus. — idem in cod. XXXIII. nr. 9. plut. 7. et cod. XVII. nr. 1. plut. 4. v. *Bandin.* l. c. pag. 284. 294. et 541. — Ibid. in cod. CXLIII. nr. 12. *Naniano* duae hom. de ieiunio, cum aliis quatuor. v. cat. codd. gr. Nan. p. 334. — Apud *Montfaucon.* in bibl. *Coislin.* pag. 117 fq. homiliae diuerfae XXXII. in cod. XLVIII. in his de ieiunio liber III. νηϛείας καὶ ἱλασμȣ̃ ὁ καιρός· (de qua tertia, adulterina, orat. in ieiunium, v. *Garn.* praef. ad tom. II. §. X. pag. XXXII. fqq.) — in cod. XLIX. homiliae XIX. diuerfae. — in cod. XV. homiliae XIV. morales, iterum quatuor, et duae de ieiunio, *Vindobonae* in cod. caefar. CCXXXVI. oratt. XIV. in his duae de ieiunio. v. *Lambec.* comment. V. p. 184 fqq. etc.

Editiones. — *Bafilii M.* de ieiunio oratt. duae, gr. et lat. *Erasmo* interprete. ap. And. Wechel. 1555. 4. — ib. apud Io. Bene-natum 1579. 8. tefte *Maittaire* A. T. III. p. 657 et 777. — de ieiunio oratt. II. gr. Parif. ap. Guil. Morel. 1563. 8. v. eumdem in indice p. 117. — *Io. Xiphilini* et *Bafilii M.* aliquot oratt. ex variis codd. edidit et animaduerff. adiecit *Chr. Frid. Matthaei.* Mosquae typis vniuerf. caefar. 1775. 4. (et *Matthaei* edidit ex cod. fynod. 977. tres Bafilii oratt. 1) περὶ τελειότητος βίȣ μοναχῶν· 2) περὶ ἐλέȣς καὶ χρίσεως; fiue, vt Matth. vertit de liberalitate et iuftitia; 3) παραμυθητικὴ ἀσθενȣ̃ντι. Add. nr. feq. *Harl.*

2. Περὶ νηϛείας, *de ieiunio, fecunda.* Incipit: παρακαλεῖτε, φησιν, ἱερεῖς τὸν λαόν. Vertit idem *Erafmus.* Lecta haec homilia in graecis ecclefiis kk), τῇ παρασκευῇ τῆς τυ-

ρινῆς

tt) Fallitur *Labbeus*, qui tom. I. de Scriptor. ecclef. p. 177. homilias XXXI. Erafmo interprete exhiberi fcribit, quum duas tantum primores Erafmus verterit. Erafmi verfionem, non Galefinii, feruarunt editiones latinae et graecolatinae operum Bafilii. Homiliae octo Bafilii ex verfione *Antonelli Arcimboldi* prodierunt latine Mediolani 1569. 4. fed illae iam mihi non funt ad manus, vti nec gallica *S. Sulpicii* (Paris. 1580. 8.) nec italica *Galeazzi Seffae* interpretatio.

kk) Vide *Combefifii* Bafilium recenfitum tom. I. pag. 85. 91. Τυρινὴ Graecis, quae Latinis dominica Quinquagefimae, vt Allatio, Cangioque notatum.

ϱινῆς, ſiue feria ſexta poſt Cineres. (al. pridie dici Cinerum.) Prodiit graece cum priore Louan. 1563. 4. et ex interpretatione *Eraſmi*, Friburg. 1532. et ex *Petri Galeſinii* verſione Rom. 1587. 4. et Monachii 1613. 12. *Fabr.* Vide ad anteced. nr. 1. et nr. 22. — In *Garn.* ed. II. pag. 10 ſqq. Is vero iſtam orat. II. recepit, non, quod eam certam atque indubitatam putaret, ſed quia a doct. viris talis haberetur; conf. *Garn.* iudicium de illius νοθείᾳ in praef. pag. IV. §. I. *Harl.*

3. Εἰς τό· πρόσεχε σεαυτῷ. *In illud:* Deut. XV. 9. *attende tibi ipſi.* Incipit: τȣ λόγȣ τὴν χρῆσιν δέδωκεν ἡμῖν ὁ κτίσας ἡμᾶς ὁ Θεός. Vertit praeter *Franciſcum Craneveldium* Louan. 1534. 8. *Godfridus Tilmannus:* atque in eccleſiaſte ſuo graeco *Franciſcus Combeſiſius.* Citat *S. Maximus* ad Dionyſium Areopag. tom. I. pag. 29. *Fabr.* *Baſilii M.* orat. in *Attende tibi*, lat. *Franciſco Maturantio* interprete. Hagenoae, in aedib. Thom. Anshelmi, Badenſis. 1522. 8. (*Maitt.* II. p. 626.) — In XXII. codd. *Paris.* bibl. publicae exſtat illa oratio. — *Florentiae* in cod. Med. Laurent. XXVI. nr. 21. (*Bandin.* l. c. I. pag. 284.) — In cod. reg. *Taurinenſi* CCCXX. fol. 110. cum orat. de ieiunio. (cat. codd. gr. Taur. p. 399.) etc. *Harl.*

4. Περὶ εὐχαριςίας, *de gratiis Deo agendis.* Incipit: ἠκȣ́σατε τῶν ῥημάτων τȣ̃ Ἀποςόλȣ. [*Garnier.* II. pag. 24 ſqq. Eſt in 11. codd. *Paris.* in cod. Vindob. CCXXXVI. nr. 4. v. *Lamb.* V. pag. 185.] Vertit *Godfridus Tilmannus.* [v. ad nr. ſq.]

5. Εἰς τὴν μάρτυρα Ἰȣλίτταν, *in Iulittam,* quae martyrium Caeſareae ſubiit. Incipit: ἡ μὲν ὑπόθεσις τῆς Ἐκκλησίας. Meminit martyrologium romanum 30. Iul. et Suidas in Βασίλειος. Vertit *Godfridus Tilmannus* et ante Tilmannum *Ianus Cornarius.* Occurrit et in eccleſiaſte graeco Combefiſii. *Fabr.* In *Garn.* ed. II. pag. 33 ſqq. Conf. *Schroeckh.* l. c. pag. 191. — Reperitur in XII. codd. bibl. publ. *Paris.* — item in cod. *Vindobon.* caeſ. CCXIV. nr. 12. admonitio de gratiarum actione erga deum, ſ. potius, vt *Kollar.* adnotat, excerptum ex Baſilio homil in Iulittam. v. illum et *Lambec.* comm. V. pag. 93. Pariter, obſeruante Kollario, longum eſt fragment. ex or. in Iulittam, quod in cod. CCXXXVI. nr. 4. nempe orat. XI. inter alias oratt. Baſilii, in illo cod. ſeruatas ap. *Lambec.* V. pag 185. inſcribitur hom. de gratiarum actione; hinc ſequitur ibid. orat. XII. inſcripta λόγος δεύτερος περὶ εὐχαριςίας. Homilia autem in Iulittam eſt reuera continuatio homiliae de gratiarum actione, pridie habitae: vid. *Schroeckh.* l. c. pag. 191. — *Baſilii* homiliae de gratiis deo agendis, et in Iulittam, martyrem, gr. Louan. ex offic. Rutgeri Reſcii. 1533. 8. — lat. interprete *Huberto Barlando,* Philiatrio, Louan. ex ead. offic. 154 . 8. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 780. et III. pag. 323. *Harl.*

6. Περὶ πλεονεξίας, *in illud Lucae XII.* 18. deſtruam horrea mea etc. *De auaritia.* [*Garnier.* II. p. 43 ſqq.] Incipit: διπλȣ̃ν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. Ante *Cornarium* vertit *Raphael Volaterranus,* cuius interpretatio in graecolatinis editionibus hinc inde emendata a Frontone Ducaeo. Volaterrani verſio homiliarum Baſilii lucem vidit apud Aſcenſium Pariſ. 1520. fol. Colon. 1531. fol. [Eſt in XVI. codd. bibl. publ. *Paris.*]

7. Πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, siue κατὰ πλουτούντων, *in diuites*, ad Luc. XVIII. 22. [*Garn.* II. p. 51 sqq.] Incipit: Εἴρηται καὶ πρώην ἡμῖν. Vertit *Volaterranus* et *Cornarius*. [Exstat in XV. codd. *Paris.* bibl. publ.]

8. Ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ, *tempore famis et siccitatis*, dicta homilia *in diuites auaros*. [*Garn.* II. p. 62 sqq.] Incipit: λέων ἐρεύξεται. Vertit *Volaterranus* et *Cornarius*. [Est in XV. codd. *Paris.* bibl. publ. Conf. *Schroeckh.* p. 67 sq.]

9. Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός, *quod DEVS non est auctor malorum*. [*Garn.* II. p. 72 sqq.] Incipit: πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι. Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius*. Vidi et gallicam versionem excusam Rothomag. 1584. 8. *Fabr.* Multus est de hac hom. *Schroeckh.* l. c. p. 194 sqq. — Exstat in XVII. codd. bibl. publ. *Paris.* — *Florent.* in cod. Laurent. XVI. nr. 22. plut. 7. (*Bandin.* I. p. 284.) *Harl.*

[73] 10. Κατὰ ὀργιζομένων, *de ira*, siue *aduersus irascentes*. [*Garn.* II. pag. 83.] Incipit: ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων. Verterunt iidem *Volaterranus* et *Cornarius*. Prodiit et separatim graece et lat. Paris. 1587. 4. cum interpretatione *Gentiani Herueti*. *Fabr.* A *Maittaire* A. T. III. p. 798. edit. sic designatur: *Basilii M.* hom. aduersus irascentes, gr. et lat. interprete *Dan. Augentio*, cum eius notis. Lutet. ap Fed. Morel. 1587. 4. — Ibid. vero p. 330. *Gentiani Herueti* oratt. tres, de patientia etc. item ab eo traducti e graeco duo *D. Basilii sermones*, *aduersus irascentes*, *de inuidia*; et ab eodem versa e graeco *Sophoclis* Antigone et *Herueti* eiusdem epigrr. aliquot. Lugduni ap. Steph. Doletum. 1541. — hom. aduers. iracundos, gr. Romae 1530. 8. in bibl. Barberinae cat. p. 118. — *Leidae* in bibl. publ. inter MSSt. ex legato Bonau. Vulcanii sunt adnotatt. in *Basilii* concionem contra irascentes et *Plutarchum* de virtute morali, v. cat. bibl. Leid. pag. 347. nr. 71. — add. ad nr. 18. — Orat. illa Basilii est in XIX. codd. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

11. Περὶ φθόνου. *De inuidia.* Incipit: ἀγαθὸς ὁ Θεός. [*Garn.* II. p. 91 sqq.] Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius*, et *Franciscus Craneueldius*, Louan. 1534. 8. *Gentianus* item *Heruetus*. Ante hos *Nicolaus Perottus*. *Fabr.* De edit. versionis Heruet. v. ad nr. anteced. — *Basilii M.* hom. de inuidia, gr. et lat. ex vers. *Daniel. Augentii*. Paris. ap. Morel. 1586. 4. vid. *Pinelli* cat. I. pag. 55. — et *Maitt.* III. p. 795. — *Censorinus* — *Cebetis* tabula per Lodou. Odoax. e graeco conuersa; *Plutarchus* de inuidia et odio; *Basilii or. de inuidia per Nic. Perottum traducta*; *Basilii epist. de vita solitaria* per Philelphum e graeco traducta s. l. et a. 4. min. v. *Fossi* catal. codd. — Magliab. I. p. 511 sq. De alia edit. Bonon. 1497. v. ad nr. 24. — *Censorinus.* — *Cebetis* tabula — — *Basil. de inuidia* et *de vita solitaria*, lat. etc. Venet. per Bernardin. de Vital. 1500. 4. v. *Maitt.* IV. pag. 720 sq. — Cel. *Panzer.* A. T. VII. p. 270. nr. 123. versionem *Craneueld.* et edit. refert ex Val. Andr. bibl. Belgic. pag. 227 ad a. 1534. 8. Inscr. est: *Basilii M.* homiliae tres. De vtilitate capienda ex gentilium auctorum libris. De inuidia. In illud: Attende tibi ipsi. Latine per *Franc. Craneueld.* Louan. ex off. Rutgeri Rescii. 1534. — *Basilii M.* ac *Plutarchi* de inuidia et discrimine inuidiae et odii, oratt. II.

Liptzk.

Liptzk 1507. 4. — *Athanasius* in Psalm. opusc. — *Epicteti,* Angelo Politiano interprete. *Basilii orat. de inuidia, Nic. Perotto interprete. Plutarchus* etc. Argentor ex off. Matth. Schurer. 1508. 4. vide *Panzer* VI. pag. 42. nr. 131. Exstat in XIX. codd. bibl. publ. *Paris. Harl.*

12. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν, *in principium prouerbiorum.* [*Garn.* II. p. 97 etc.] Incipit: ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπαθείας μισθός. Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius.* Exstat in XII. codd. bibl. publ. *Paris. Harl.*

13. Προτρεπτικὴ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *exhortatio ad baptismum et poenitentiam.* [*Garn.* II. p. 113 sqq.] Incipit: ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν. Vertit *Volaterranus.* [Est in XXXV. codd. *Paris.* bibl. publ. et in cod. *Coislin.* CV. nr. 28. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 179. In cat. codd. Paris. tom. II. pag. 67. in cod. CDLXXVI. nr. 18. Adscriptum est ab antiqua manu; e stilo iudicari posse, orat. illam non esse germanum Basilii foetum. Additur: neque illud temere; est enim *Cyrilli* Hierosol. procatechesis. *Harl.*]

14. Κατὰ μεθυόντων, *in ebrietatem et luxum.* Incipit: κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον. [*Garn.* II. pag. 122 sqq.] Vertit *Volaterranus,* cum cuius interpretatione separatim etiam prodiit haec homilia Kiloniae 1675. 4. adiunctis aliis ebrietatis descriptionibus et accusationibus variorum scriptorum graecorum latinorumque. Interpretatus praeter *Cornarium* etiam est *Franciscus Craneueldius,* Louan. 1538. 8. et *Simon Stenius.* Heidelberg. 1594. 8. *Fabr.* Secundum *Maittaire* A. T. in indice p. 117. *Craneueldii* vers. lat. prodiit Louan. ex off. Rutgeri Rescii 1535. 8. — eadem, graece, ibid. 1533. 8. Idem testatur cel. *Panzer.* A. T. VII. pag. 269. nr. 114. et p. 270. nr. 125. — Basilii orat. in ebrietatem, *Iacobo Fabro* interprete. Dauentriae per Theod. Boerne. 1510. 4. v. *Thott.* catal. VII. pag. 124. — *Descriptio ebrietatis,* in collectione inscripta: *Francofordiense emporium.* Eius encomium: — — Methysomisia auctore *Henr. Stephano.* Epigrammata ex anthologia contra ebrietatem, cum lat. Ios. Scaligeri interpretatione. *Libanii* descriptio ebrietatis et *Basilii,* gr. et lat. *Luciani* oratt. pro ebrietate et contra ebrietatem, etc. typis Henr. Stephani 1574. 8. — Orat. est in XVI. codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *Taurin.* CXVI. fol. 42. v. cat. codd. gr. Taur. p. 219. etc. *Harl.*

15. Περὶ πίστεως, *de fide,* siue de Trinitate. Incipit: Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς. [*Garn.* II. pag. 130. etc.] Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius.* [Est in XVIII. codd. *Paris.* bibl. add. *Lambec.* III. p. 337 etc.]

16. Εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, *in prima verba euangelii Iohannis.* Incipit: πᾶσα μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνή. [*Garn.* II. p. 134 etc.] Verterunt iidem. Citatur a Pachymere prooem. ad Dionysium Areop. [Est in XV. codd. *Paris.*]

[Sequitur in recensione Fabric. nr. 17. hom. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα· sed Garnier reiecit eam pag. 583. inter spuria Basilii Opp. vt suo loco pluribus ostendemus. *Harl.*]

[17. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *in sanctum baptisma,* spuria homilia.]

18. Εἰς Βαρλαὰμ μάρτυρα, *in Barlaamum*, Antiochenum, *martyrem*. Incipit: πρότερον μὲν τῶν ἀγίων οἱ θάνατοι. [*Garn.* II. p. 138 sqq.] Meminit martyrologium romanum 19. Nou. Suidas in Βασίλειος. Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius*. Ex Volaterrani versione legitur etiam apud Surium ad 19. Nouemb. Quod vero *Combefisius* tom. I. [?] Basilii restituti p. 182. ait, Chrysostomi in Barlaamum nusquam comparere, fefellit eum memoria; exstat enim tom. I. Operum Chrysostomi edit. Ducaei p. 783. et tom. V. Sauil. pag. 493. atque incipit: συνεκάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν ὁ Μακάριος Βαρλαάμ. *Fabr.* *Du Pin* putabat, hanc orat. ad Chrysostomi phrasin magis accedere, et verisimilius videri, eam habitam fuisse Antiochiae. Sed secus videbatur Tillemontio, qui pro Basilio, eius parente, equis viris dimicat. *Garnier.* in praef. §. II. pag. IV. sqq. multus est de controuersia agitata et de ipsa homilia, quam ita elegantem et ornatam esse iudicat, vt eius auctor, quicumque ille fuit, praecipuum locum inter oratores mereri videatur; comparat eam cum illa, quae sub Chrysostomi nomine circumfertur, et colligit, vtriusque orationis vnum et eumdem esse auctorem, ac posteriorem, quasi prioris, Chrysostomo tributae, epitomen, atque Antiochiae habitam, Chrysostomo quoque posse vindicari, saltem Basilio non adserendam. Add. *Schroeckh.* l. c. pag. 190 sq. — Haec homilia; item in XL. martyres; contra irascentes, et illae in Lucae XII. 18. *destruam horrea mea,* atque in Luc. XVII. 3. *attende tibi ipsi,* sunt etiam in *Patusae* Encyclopaedia philolog. Venet. 1710. 8. vol. II. — Exstat illa hom. in XII. codd. *Paris.* — Confr. infra vol. IX. pag. 60. ed. vet. *Harl.*

19. Εἰς μάρτυρα Γόρδιον, *in Gordium, martyrem,* militem Caesariensem. Incipit: νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις. [*Garn.* II. p. 141 sqq.] Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius*. Meminit martyrologium romanum 3. Ian. Damascenus in parallelis et Suidas in Βασίλειος. Exstat etiam latine apud Bollandum et Surium ad 3. Ianuar. ex Volaterrani versione. *Fabr.* Reperitur in XVI. codd. *Paris.* — in cod. *Taurinensi* CXVI. inter variorum orationes in martyres, d. III. Ian. (cat. codd. gr. Taur. p. 219.) — Pariter in cod. Laurent. XVII. nr. 8. plut. 9. sed inter alia variorum opera, in cod. XVI. nr. 13. plut. 60. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 417. et II. pag. 607. — *Matriti* in cod. LXXXVI. regio. v. *Iriarti* cat. codd. gr. pag. 454 sq. — In cod. *August.* Vindel. in Barlaam; in Gordium; in 40 martyres; contra ebriosos et iracundos et aliae Basilii homiliae. v. *Reiser.* catal. pag. 30. *Harl.*

20. Εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας. *In XL. sanctos martyres.* Incipit: Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι. [*Garn.* II. p. 149 sqq. Meminit martyrologium rom. 9. Martii, Damascenus in parallel. et Suidas in Βασίλειος. Graece cum noua versione sua et notis edidit *Gerhardus Vossius* ad Gregorii Thaumaturgi calcem pag. 75. Moguntiae 1604. 4. et *Simon Stenius,* Heidelberg. 1614. 8. Vertit et *Petrus Morinus,* inter cuius opuscula latine vidit lucem Paris. 1675. 12. pag. 226. Ante Morinum, Vossium, Steniumque verterunt *Cornarius,* et, cuius versio apud *Surium* ad 9. Martii, et in graecolatinis Basilii editionibus exstat, *Volaterranus,* Vossii versionem exhibent Acta Sanctor. tom. II. Martii pag. 25. *Fabr.* Homilia in XL. martyr. graece.

Louan.

Louan. ex offic. Rutgeri Refcii, 1536. 8. add. ad nr. 18. — Eſt in cod. *Naniano* CXLIII. nr. 12. inter fex homilias *Baſilii M.* (cat. codd. Nan. gr. pag. 334.) — in cod. *Coislin.* CCCLXVIII. fol. 226. (*Montfauc.* bibl. Coisl. p. 565.) — in XXXI. codd. bibl. *Paris.* publ. etc. *Harl.*

[21. Ῥηθεῖσα ἐν Λακίζοις, homilia *dicta in Lacizis.*] vv).

22. Περὶ ταπεινοφροσύνης, *de humilitate.* Incipit: ὤφειλεν ἄνθρωπος ἐν τῇ παρὰ Θεῷ δόξῃ μεμενηκέναι. [*Garn.* II. p. 156 ſqq. homil. XX.] Verterunt iidem. *Fabr.* *Io. Caſp. Suicer.* edidit Ἐμπύρευμα εὐσεβείας, quo continentur miſcellanea, in his II. *Baſilii M.* homil. *in illud adtende tibi ipſi,* p. 21. et *de humilitate,* pag. 37. Tiguri. 1681. 12. — Exſtat in X. codd. et ſequens hom. in IX. codd. bibl. *Paris.* *Harl.*

23. Περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, *non adhaerendum eſſe rebus ſaecularibus, et de incendio extra eccleſiam orto.* Incipit: ἐγὼ μὲν ὤμην. [*Garn.* II. pag. 163 ſqq. hom. XXI.] Verterunt iidem, *Volaterranus* et *Cornarius.*

24. Πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. *Ad adoleſcentes* (conſobrinos) *de gentilium libris cum fructu legendis.* Incipit: πολλά με τὰ παρακαλοῦντά ἐστι. [*Garn.* II. pag. 173 ſqq.] Eximiam hanc diſſertationem praeter *Volaterranum, Cornariumque* verterunt 1) *Leonhardus Aretinus* ww), cuius interpretatio Colutio Salutato dicata, fine loci annique nota ante duo circiter ſaecula prodiit in 4. xx) [¶] nec non grae-

vv) *Garnier* repoſuit illam in adpendice inter ſpuria, II. p. 587 ſq. et in praef. §. IV. pag. XI. ſqq. contra Tillemontium docet, illam aut ſpuriam aut ſaltem ſuſpectam eſſe habendam, atque auctorem, quisquis eſt, aut Baſilium ipſum voluiſſe videri, aut certe Baſilianum eſſe ſtuduiſſe. Quare eam infra ſecundum ordinem Garner. recenſebo. *Harl.*

ww) Antiquas edd. multas, at (etiam in codd. msst. vti poſtea obſeruabimus,) diuerſis titulis inſtructas, iam excitaui in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 2. pag. 248 ſq. De edd. verſionis latinae, ab *Aretino* confectae, v. *Mazzuchelli* ſcrittori d' Italia vol. II. part. IV. p. 2208. De *Leonardo Aretino* v. *Fabric.* B. L. med. et inf. aet. I. pag. 290. ſqq. ed. Mans. *Laur. Mehus* in vita Aretini, huius epiſtolarum tom. I. Florent. 1741. praemiſſa; et *Freytag.* in adpar. litter. II. pag. 843 ſqq. vbi plures laudat. *Harl.*

xx) *Leon. Aret.* lat. verſio mst. fuit in bibl. *Pinell.* v. catal. III. pag. 357. nr. 7952. — Eſt *Vindobon.* in cod. caeſar. CCLXXXV. nr. 68. v. *Lambec.* II. pag. 840. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. lat. CI. v. cat. codd. latin. Marc. pag. 205. — ibid. in codd. MSS. S. Michael. v. *Mittarell.* catal. pag. 658 ſq. qui plures aliarum biblioth. codd. et edd. in quibus varii libri exhibentur tituli, in medium producit, et pag. 111. prodiit etiam, inquit, verſio Brixiae in vulgarem ſermonem a. 1736. atque *Freytag.* l. c. pag. 846 ſqq. — in cod. *Dresdenſi* lat. vid. *Goetz.* memor. bibl. Dresd. I. pag. 562. Aliquot edd. antiquae, nota aut anni, aut loci, aut vtriusque deſtitutae, prodierunt. *Vetuſtiſſima* eſt edit. quae incipit: *Leonardi Aretini ad Colucinm Salutatum Praefatio:* in altero autem folio incipit: *Magni Baſilii Liber ad iuuenes, quantum ex Gentilium libris ac litteris proficiant.* 4. ſ. a et l. — *Audiffred.* de editt. romanis ſaec. XV. pag. 365. refert edit. ſ. a. et l. (Romae typis Georg. Laueri:) *E magno Baſilio: Leonardi Aretini* traductio ad Colucium: cum *Xenophonte* de tyrannide. — Eſt autem illa repetitio antiquioris edit. Venetae typis Adami de Ambergau: de qua v. eumdem *Audiffred.* pag. 124 ſq. *Schelhorn.* ad card. Quirini,

graecis additis, curante *Hieron. Brunello*, S. I. Romae 1594. 12. [yy]) 2) *Iustinus Goblerus,*

rini, libr. de optimorum scriptorum editt. etc. pag. 82 sq. *Panzer*. A. T. IV. pag. 487. nr. 2737. — In catal. bibl. Ducis de la Valliere, a Guil. de Bure edito tom. I. nr. 388. occurrit: *S. Basilii* de liberalibus studiis et ingenuis moribus, per *Leon. Aretinum* ex graeco in lat. conuersus, ac Bure addidit, impress. circa a. 1480. 4. — Tum s. l. et a. *M. Basil.* de poetarum, oratorum historicorumque ac philosophorum legendis libris, cum commentariolo M. *Io. Honorii Cubitensis* etc. 4. (*Panzer*. l. laud. IV. pag. 94. nr. 164.) — de liberalibus studiis et ingenuis moribus liber, per Leon. Aretin. conuersus, s. a. et l. nota, (Mediolani. (1474.) 4. conf. *Saxii* cat. librorum Mediolani editt. s. histor. litterar.-typograph. Mediol. pag. DLX. *Panzer* II. p. 98. — ibid. cum *Petri Pauli Vergerii*, Iustinopolitani, de ingenuis moribus ac liberal. studiis, per Phil. Lauaniam 1477. 4. v. *Sax*. l. c. pag. DLXVIII. *Panzer*. II. pag. 27. — Iidem Vergerii et *Basilii* libri, Mediol. per M. Anton. Zarotum Parmens. 1480. 4. (*Panzer* IV. pag. 356. nr. 159. b.) et per Vlderic. Scinzenzeler. 1488. 4. quam editionem, Saxio aliisque ignotam, vberius recenset *Frid. Otto Menken*. in Miscellan. Lips. nouis, vol. VII. part. I. pag. 138 sqq. Ille suspicatur, vetust. edit. s. l. et a. a Fabricio memoratam, et qua se vsum profitetur I. Henr. Maius in praef. ad suam editionem, esse illam ipsam s. a. et l. quam Saxius excusam Mediolani 1474. scribit. Idem alias refert editiones, et copiose agit de Vergerio eiusque vtilissimo libro, et de *Aretino*, huiusque interpretatione, quam valde laudat. Idem nonnullorum VV. DD. errores, ex diuersis Basiliani libri inscriptionibus in exemplaribus et scriptis et editis ortos, aperit. Denique comparat edit. Mediolanensem, quae Aretini epistolam ac versionem multo curatius meliusque reddidit, cum ea, quam Maius curauit, et longum dat diuersorum lectionum errorumque indicem. — Sed redeamus ad notitiam editionum antiquarum. Sine anni aut loci nota saec. XV. prodiit Basilii lib. *Leon. Aretino* interprete; cum eius epistola, s. l. et a. 4. (Norimbergae, typis Io. Regiomontani.) v. *Panzer* II. pag. 254. — de legendis libris secularibus: in fine: *M. Basilius* de poetarum, oratorum etc. legendis libris *Vlme* impressus etc. charact. Io. Zeineri. 4. sine anni nota. — Opusculum M. Basilii ad iuuenes, (in fronte fol. *a*. charactere, quo vsus est Schoeffer pro Psalterio, a. 1457. et pro Sto Thoma, a. 1467.) In fine: *M. Basilius* de poetarum — legendis libris *Moguncie* impressus, et per Mart. Brenningarium, quo facilius intelligatur, rubricis titulisque interstinctus. 4. sine anni indicio. Plura leges de rarissima hac edit. in *Laire* indice librorum ab inuenta typographia etc. part. I. pag. 28 sq. Senonis. 1791. 8. — de legendis poetis. Ad calcem fol. in recto: *sic finis libelli Basilii est, per A — H.* (h. e. *Andream Hess*,) *Bude*. Fol. verso: Apologia (sic) *Socratis incipit*. 4. min. v. *Denis* annal. typogr. Maitt. supplem. part. II. p. 506. sq. qui suspicatur, illam ed. esse a. 1473. antiquiorem, et eiusd. Nachtrag zu seiner Buchdruck. Geschichte Wiens, pag. 19. — Ab eodem ibid. praeter alias edd. vetustas memoratur: *Basilii* — opusc. quomodo legendi sint libri seculares etc. in calce: *Zwollis* per me Thymannum Petri Os de Breda. 4. s. a. nota. — liber de studio poetarum et oratorum — (Lipsiae) per Arnoldum de Colonia. 4. sine a. nota. v. *Leich*. de origine et incrementis typogr. Lips. p. 100. inprimis *Freytag*. adpar. litter. II. pag. 846 sqq. qui citat ed. Brixiae per Boninum, 1485. 4. — Opus diuinum etc. Florentiae sine a. nota, in 4. min. cum Vergerii aliorumque libellis. v. *Fossii* cat. bibl. Magliabech. tom. I. pag. 271. inprimis tom. II. pag. 782 sq. — Addita a. et l. nota saec. XV. prodiit eodem Aretini versio: *Basilii* — liber ad iuuenes, quantum ex gentilium libris ac litteris. Venetiis per Bernard. Pictorem 1478. 4. — de legendis antiquorum libris. Paris. 1494. 4. — *Petri Pauli Vergerii* de ingenuis moribus, — *Basilii tractatus* de liberis educandis cum praef. Guarini Veron. Mediol. per Vdalr. Scinzenzeler. 1495. 4. v. *Panzer*. II. pag. 78. nr. 467. qui citat *Saxium* l. c. p. 598. (leg. 597.) sed Sax. Basiliani libri mentionem non facit. — Contra *Vergerii* liber, *Basilii* liber de liberalibus studiis et *Plut*. de educandis liberis cum praef. Guarini, *Brixiae* impress. per Baptist. Farsengum. — 1495. 4. prodiit, teste *Denis* in supplem. annal. typogr. Maitt.

rus, qui cum aliis opusculis consimilis argumenti edidit vtraque lingua, notasque addidit Basil. 1537. 8. 3) *Franciscus Craneueldius*, qui latine edidit cum homilia Basilii de inuidia et in illud: attende tibi ipsi. Louan. 1534. 8. [zz]) 4) *Martinus Hayneccius*, qui Lipsiae

Maitt. I. p. 399. nr. 5365. — *Petri Pauli Vergerii* de ingenuis moribus, vna cum commentar. Io. Bonardi. — *Basilii* de legendis antiquorum libris opusc. diuinum. — — In fine: Impressum Venetiis per Io. Tacuinum de Tridino. 1497. 4. v. *Mittarelli* in adpend. ad bibl. codd. MSSt. monast. S. Michaelis Venetiarum pag. 49. et *Panzer*. III. p. 416. — *Censorinus* de die natali; *Cebetis* tabula versa per Lud. Odaxium; *Luciani* dialogus de virtute — a *Carolo Aretino* — in lat. traductus; *Epicteti* enchiridion ab Angelo Politiano versum — *Basilii de liberalibus studiis et ingenuis moribus liber per Leonem Aret. ex graeco in latinum conuersus*; *Basilii orat. de inuidia* e graeco in lat. conuersa per *Nic. Perottum*; *Plutarchi* libell. de differentia inter odium et inuidiam. In fine: Impressum Bononiae per me Benedictum Hectoris Bononiensis, a. 1497. fol. vide plura et curatius scripta, quam ab iis, quos *Panzer* l. c. I. pag. 234. citat, factum est, apud *Fossium* l. laud. I. pag. 512 sqq.

Graece prodiit cod. saec. XV. *Cebetis* tabula *Basilii M.* orat. paraenetica ad iuuenes, πῶς ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. *Plutarch.* de puer. educat. *Xenophontis* Hieron. in 8. sine vllis notis typographicis, probabiliter per *Zachar. Calliergum*, iudicibus *Maittaire* A. T. IV. pag. 752. not. 4. et *Fossio* l. c. tom. I. pag. 270 et 507.

Saec. XVI. ex prelo exiit *Leon. Aretini* aut aliorum VV. DD. versio lat. *Basil.* de legendis libris. Mutinae 1500. 4. (*Maitt.* IV. pag. 729. ex bibl. Baluz. pag. 281.) — de studio poetarum et oratorum Lipsiae per Iac. Thanner. 1501. 4. — cum praef. Leon. Aretini. ib. per Wolfg. Monac. 1503. 4. — 1508. 4. — de legendis antiquorum etc. libris, cum commentario *M. Io. Honorii* Cubitensis. ibid. per Iac. Thanner. 1504. 4. vide *Leich.* in annal. typogr. Lipf. pag. 82. — et sine illo comm. 1512. 4. (*Denis* Buchdruck. Gesch. Wiens p. 191.) — sine l. et a. e versione Aretini: in fine insigne typograph. cum litt. *D. S.* charact. goth. 4. (*Panzer.* IX. pag. 317.) — cum praefat. Iac. Wimphelingii per Matthiam Hupfuff. Argentinae. 1507. 4. — interprete *Leon. Aretino*. Paris. in aedibus Ascensianis. 1508. 4. — e versione *L. Aretini*, cum *Vergerio*, et *Isocratis* paraenesi ad Demonicum. Viennae per Hieron. Philouallem et Io. Singren. 1511. 4. (*Thott.* cat. pag. 173.) — cum *Vergerii* lib. *Plutarch.* de institutione filior. etc. omnia correcta et in concinniorem formam redacta per *Io. Baptist. Bonetum Brixian.* Brixiae per Io. Ant. Brixian. etc. 1511. 4. v. *Panzer.* VI. p. 340. ex *Gras.* Merckwürd. p. 245. — *Basilii* — vna cum scholiis per *Vdalricum Fabri* concinniter adiectis. Viennae Panon. per Io. Singren. 1518. 4. quam ed. copiosius recenset *Denis* in: Wiens Buchdruck. Gesch. pag. 190 sq. add. *Lambacher* Bibl. ant. Vindob. ciuicam, p. 88. — De liberalib. studiis et ingen. mor. interpr. *Aretino*. Lipf. per Iac. Thanner. 1515. 4. — Florent. opera et sumtu Phil. Iuntae. 1516. 8. — ibid. per hered. Phil. Iuntae. 1526. 8. — ibid. sine anni et loci nota. 4. (circ. a. 1508.) v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. part. II. p. 108. 202. et inter dubias Iuntin. edd. pag. 258 sq. — *Paris.* ap. Ludou. Grandin. 1543. 8. — de instituenda studiorum ratione etc. locis quam plurimis e Graeco restitutis, ab aliis partim corruptis, partim omissis, lat. Paris. ap. Matthae. Dauidem. 1544. 8. de qua ed. vid. *Maittaire* A. T. III. p. 359. not. *d.* — Ibid. ap. Guil. Morel. 1551. 4. — Concio ad adolesc. quomodo ex profanis auctoribus vtilitas capi possit. Paris. 1569. 4. cum notis margin. *Bongarsii* insst. in bibl. Bernensi. v. huius cat. tom. I. pag. 253. — *Iani Cornarii* versio lat. Francof. 1539. 4. vid. *Denis* Buchdr. Gesch. Wiens pag. 191. inprimis Thesaur. bibliothecal. tom. II. Noriberg. 1738. 4. pag. 200 sq. *Harl.*

yy) *Graece.* Louan. ex offic. Barth. Grauii. 1550. 8. — graece et lat. ex interpretat. *Iani Cornarii.* Hannou. 1651. 8. *Harl.*

zz) Vide ad nr. 11. *Harl.*

Lipſiae 1600. 8. illam graece et latine vulgauit in Enchiridio Ethico, in quo praeterea continentur *Baſilii* breuis hortatiuncula ad virtutes chriſtianas, *Plutarchi* de puerorum inſtitutione et de legendis poetis libelli, Herculis biuium a Prodico deſcriptum, quale in Xenophontis libro ſecundo ἀπομνημονευμάτων Socratis traditur: *Iſocratis* tres orationes morales, et *Agapeti* ſcheda regia [a]). 5) *Hugo Grotius* cum noua verſione ſua hanc Baſilii orationem caſtigatam aliquot locis et Plutarchi librum de legendis poetis praemiſit excerptis e Stobaeo Pariſ. 1623. 4. in adpend. p. 80 — 110. Cum eadem verſione et librum Plutarchi et orationem Baſilii recudi curauit *Iohannes Potterus*, Oxonienſis epiſcopus, additis ad calcem voluminis variis lectionibus, breuibusque notis. Oxon. 1694. 8. [v. act. erud. Lipſ. 1695. pag. 435.] Potteriana editio vna cum nouis atque eruditis *Io. Henrici Maii*, filii, notis recuſa Francof. 1714. 4. ad cuius calcem occurrit etiam diſerta et elegans Aretini interpretatio [b]). Notis addi potuiſſent, quae *Ducaeus* in notis ad Baſilium pag. 53 ſqq. et *Combefiſius* in Baſilio reſtituto tom. I. pag. 208 ſeq. monuere. [Contextus Potterianus graecus ſine verſione latina notisque in vſum ſcholarum, (curante *Io. Tob. Krebſio* [c]), typis repetitus eſt Lipſiae 1779. 8. — Recentiſſima vtilisque editio eſt: *Baſilii M.* ad adoleſcentes oratio de modo e litteris graecis vtilitatem percipiendi. Graece, cum Iul. Garnierii et Frontonis Ducaei animaduerſſ. edidit, praecipuam varietatem lectionis notauit, paſſim emendauit, notis et indice illuſtrauit M. *Frid. Guil. Sturz*, (Profeſſ. gymnaſii Gerani.) Gerae. 1791. min. 8. Ad calcem pag. 141 ſqq. repetita eſt *Krebſii* proluſio modo memorata. — Ille liber eſt quoque in *Io. Patuſae* encyclop. philol. vol. III. init. et locus ex illo in *Lectii* corpore poet. graecor. init. *Harl.*] — Laudat hanc Baſilii diatribam aliquoties Io. Damaſcenus in parallelis, quae exſtat quoque latine ad calcem ſtatuae Mercurialis, editae ab *Henrico Iulio Scheurl*, Helmſt. 1636. 8. Gallice olim conuertit *Claudius de Pontux*. Pariſ. 1561. 8. Vide et Ludouici Thomaſſini methodum vtendi poetis, gallice editam lib. I. cap. 2. *Fabr.* *Anglice* vertit *Guil. Berker*. Londini 1557. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 413. — *Italicae* verſiones ſunt *Io. Maria Lucchini* in: Orazioni ed Omilie de' SS. Giov. Chriſoſtomo e Baſilio etc. Florent. 1711. 4. — ſeparatim (ab *Alex. Sirigatto.*) Venet. 1635. 8. — ab alio, Brixiae. 1736. 12. rec. in Operette varie de Canonico *Paolo Gagliardi* Breſciano accademico della Cruſca: ed. a D. Io. Bapt. Chiaramonti. In Breſcia. 1759. 8. vide *Paitoni* Bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. I. pag. 146 ſqq. Add. quorumdam *codd.* notitiam. Exſtat in XIX. codd. bibl. publ. *Pariſ.* — *Auguſtae*

Vindel.

a) It. *Luciani* Ἔρως ſ. *Cupido*. Cl. *Sturzio* in prolegg. ad ſuam edit. pag. 11. not. E. videtur ex illa editione expreſſa eſſe Helmſtadienſis *graeca*, quae ſine editoris nomine et notis prodiit 1660. 4. *Harl.*

b) Sed verſionis Aretin. edit. vetuſtam, ad cuius fidem Maius iſtam recudi fecit, eſſe minime probam, ſed erroribus paene infinitis oppletam, quibus tollendis Maii nec induſtria nec acumen ſuffeciſſet, pluribus docuit *Fr. Otto Mencken* in Miſcell. Lipſ. nouis, vol. VII. part. I. pag. 147. ſqq. *Harl.*

c) Idem *Krebſius* ſcripſit prolus. qua lectio auctorum veterum e Baſilii M. diſciplina commendatur. Lipſ. 1772. 4. rec. in eius opuſculis academ. et ſcholaſticis denuo recognitis. Lipſ. 1778. 8. p. 398 — 420. *Harl.*

Vindel. et aliae Basilii homiliae. v. *Reiseri* cat. pag. 37. nr. 39. — *Monachii* in cod. Bauar. CXXVIII. v. cat. codd. gr. Bau. pag. 54. — *Vindobon.* in cod. caesar. XIV. nr. 1. Βασιλείε λόγος εἰς τὲς νέες· πῶς ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων· et nr. 2. *Leon. Aretini* versio lat. v. *Kollar.* supplem. ad Lamb. comm. p. 132 sq. — in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hispan. pag. 161. — *Venetiis* in bibl. Marc. LXXV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 52. — ibid. in bibl. MSS. Michael. v. *Mittarell.* cat. illius bibl. p. 111. — *Taurini* in cod. CCCLVI. fol. 231. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 484. — *Florentiae* in bibl. Medic. Laur. ὁμιλία εἰς τὲς νέες, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων· in cod. VIII. nr. 37. plut. 4. — λόγος συμβελευτικὸς πρὸς τὲς νέες, ὅπως ἂν ἐκ τῶν λόγων ὠφελοῖντο, in cod. XXV. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 527. et 547. — Ib. in cod. XXIX. nr. 6. plut. 58. — in cod. XL. nr. 2. plut. 59. λόγος παραινετικὸς πρὸς τὲς νέες, πῶς ἂν ἐξ ἑλλ. ὠφελ. λόγων. — in cod. LXXIX. nr. 2. plut. 89. vide *Band.* l. c. II. pag. 472. 571. et III. p. 416. — *Leidae* inter codd. Vossian. v. catal. bibl. publ. Leid. p. 398. nr. 65. Inscriptiones enim in libris tam graecis, quam Aretini vers. latinis mire variare, aliquoties iam obseruauimus; atque *Menken.* l. c. pag. 145. ex Mehusio varias libri in codd. inscriptiones refert, notatque, auctorem operis: Memoires pour servir à l'hist. des hommes ill. dans la rep. des Lettr. tom. XXV. pag. 287. diuersitate illa inscriptionum deceptum, Aretino diuersas duas opusculorum Basilii interpretationes, alteram *de liberalibus et ingenuis moribus* libelli, alteram libri *de legendis antiquorum libris* male tribuisse; adcommodatam vero esse eorum inscriptionem: *ad adolescentes de gentilium libris cum fructu legendis.* — At *homiliae* nomen huic libello convenire nullo modo posse, res ipsa loquitur, adnotante *Garnierio* in not. ad illum librum pag. 173. — Copiose pulcreque notat iudicatque de illo lib. *Schroeckh* l. c. pag. 196 sqq. *Harl.*

[25. Εἰς τὴν ἁγίαν τε Χριςε γέννησιν. *In natalem Christi siue Theophania.* Incipit: Χριςε γέννησις.] d)

26. Εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Μάμαντα. In S. martyrem, Mamantem. Incipit: ἐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος. [*Garn.* II. hom. XXIII. pag. 185 sqq.] Meminit martyrologium romanum 17. Augusti, et in parallelis Io. Damascenus. Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius*. *Fabr.* De tempore, quo habita sit, contra Tillemontium disputat *Garn.* in vita cap. 36. p. 142 sq. — Exstat in IV. codd. *Paris.* bibl. publ. — *Graece* prodiit ex typogr. Steph. Prevosteau. Paris. 1599. 4. *Harl.*

27. Κατὰ Σαβελλιανῶν καὶ Ἀρείε καὶ τῶν Ἀνομοίων. *Contra Sabellianos, Arium et Anomoeos.* Incipit: μάχεται Ἰεδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ. Verterunt iidem. *Fabr.* In *Garnier.*

d) Hanc homiliam Tillemontius iam in dubiis posuit, ac *Garnier.* in praef. §. V. pag. XV. sqq. multis argumentis eius νοθείαν contra Combefisium et Du Pin demonstrare studuit. Hinc eam in appendice pag. 595 sqq. inter dubias spuriasque homilias reposuit, et nos, eum in ordine librorum Basil. sequuti, suo loco plura dicemus. *Harl.*

nier. ed. est homilia XXIV. pag. 189 sqq. et *Garn.* adnotat, in cod. II. regio inscriptam esse homil. κατὰ Σαβελλίȣ κὴ Ἀρείȣ κὴ τῶν Ἀνομοίων· κὴ ἀκριβὴς θεολογία περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. — Hom. in Mamantem; contra Sabellianos et aliae *Vindob.* in cod. caes. LXVII. nr. 22. sqq. et cod. XC. nr. 19. v. *Lambec.* comm. III. pag. 332 sq. et VII. pag. 361. — *Paris.* in X. codd. bibl. publ. — *Taurini* in cod. CLI. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 242. — *Florent.* in cod. Laur. XXI. nr. 5. et, mutila in fine, in cod. XXVII. nr. 5. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. gr. II. p. 544. et 551.

Homilias Basilii gallice vertit, additis *Asterii* homiliis, *Francisc. Bellegardeus,* Paris. 1693. 8. — *Omelie scelte di Basilio M.* ex lingua gr. versae ab *Angelo Maria Ricci.* Florent. 1732. 4. — X. oration. variorum italice versae ab *Io. Ant. Deluca.* Venet. 1760. 8. v. plura in *Paiton.* bibl. degli Autori — volgarizzati I. pag. 144 sqq. — In *slauicam* linguam conuersa est *Basilii M.* institutio ad adolescentes, et adhaeret operi slauico: *Beckwar* Mosquae a. mundi ζσθ'. a. Chr. αψα'. 4. — Des Kirchenlehrers *Basilius* Predigten vnd sämtliche Schriften, aus dem Griech. übersetzt von *Ios. v. Wendel.* I — VI. tom. Vindobon. 1776 — 1778. 8.

Hic desinunt homiliae, et sequuntur *Ascetica* in edit. *Garnier.* In vet. ed. Par. et indice Fabr. adhuc sequebantur nr. 28. *de poenitentia;* nr. 29. *ad eos, qui nos calumniantur* etc. nr. 30. *de paradiso,* (de qua homilia iam supra ad nr. I. hom. quaedam sunt adnotata,) et nr. 31. *de libero arbitrio.* De nr. 28. 29. et 31. infra in adpend. ad Garn. tom. II. agemus. Quae vero Fabric. de nr. 30. scripserat, hic repetemus. *Harl.*

30. Εἰς τὸν παράδεισον. *De paradiso.* Ad Genes. II. 8. Incipit: νοήσωμεν ἀξίαν θεȣ̃ φυτείαν. Vertit *Cornarius.* Recensitam a se et in capita distinctam exhibet cum versione sua *Franc. Combefisius* Basilii sui tom. I. pag. 525. velut postremam homiliarum in Hexaëmeron. Hactenus *Fabricius.*

[IX.] Ἀσκητικά, *ascetica,* vbi 1) προδιαλαλία κὴ διάγνωσις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων *). *Praeuia adlocutio ac dignotio asceticarum informationum,* [*Garn.* II. pag. 199.] siue *prologus,* qui incipit, μεγάλα μὲν τȣ̃ Βασιλέως, pag. 228. Exstat etiam in latinis quibusdam Chrysostomi editionibus. *Fabr. Garnier.* dedit inscriptionem: Ἀσκητικὴ προδιατύπωσις, *praeuia institutio ascetica,* et in nota obseruat, in regio cod. primo legi, προδιαλαλία κὴ προδιήγησις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων, Combefisium autem nominis similitudine deceptum legisse non προδιήγησις, sed προδιάγνωσις, *praeuia notitia.* Denique ab initio Garnier non dedit cum vtraque ed. Parisiensi: Μεγάλα μὲν τȣ̃ Βασιλέως· sed cum ed. Veneta, vtroque Combefis. et cod. regio tertio, καλὰ μὲν τȣ̃ Βασ. — Sed de Asceticis, num et quaenam illorum sint genuina, quaenam sint

*) Sic in MS. regio prologus ille inscribitur teste *Combefisio* tom. II. Basilii sui pag. 85. qui pag. 99. et 106. alios duos prologos e MS. regio edidit graece et latine, de quibus infra, monetque addendam hisce asceticis epistolam Basilii CCCCXI.

ſint ſpuria dubiaue, magna lis orta eſt inter VV. DD. et alii in alia omnia tranſeunt. Praecipue Bellarminus aliique, qui eamdem profitentur doctrinam, negant, aſcetica pertinere ad Baſilium M. quod hic traditiones humanas proiiciat nec admittendas ducat. Enimuero *Oudinus* I. pag. 565 ſqq. vbi multus eſt de illis Aſceticis illaque controuerſia, Aſcetica ſeu moralia iudicat, genuinum eſſe atque etiam indubitatum Baſilii foetum. Nec tamen omnia, quae hodie Aſceticorum nomine comprehendi ſolent, olim in Aſceticis comprehendebantur. *Photii* quidem aetate (v. cod. CXCI.) Baſilii opus Ἀσκητικὸν, duo de iudicio ac de fide libellos, moralia et regulas tum maiores, tum minores proprie complectebatur. v. *Garnier* in praemiſſo monito pag. 198. in primis in praef. §. XI. pag. XXXIV. ſqq. Diuidit illam paragraphum in nouem partes et tot igitur quaeſtiones, in quibus diuerſa variorum teſtimonia et iudicia collecta ſunt atque examinata, ipſius ſententia de auctoritate fideque libellorum ſubiecta. Quare in parte *prima* oſtendit praeuia tria opuſcula, n. 1) praeuiam inſtitutionem aſceticam, 2) ſermonem aſceticum et exhortationem de renuntiatione rerum humanarum, et perfectione ſpiritali, 3) ſerm. de aſcetica diſciplina, quomodo monachum ornari oporteat, auctorem habuiſſe Baſilium: in *ſecunda* probare ſtuduit, recte ſentire, qui, vt libellos de iudicio ac fide; ita moralia adſcribant Baſilio: in *tertia* docet, duo breues libellos, qui poſt moralia locari ſolent, in ſpuriorum numero eſſe ponendos: in *quarta* demonſtrare ſtudet, vtrarumque regularum, tam breuiorum, quam longiorum, vnum eſſe eumdemque auctorem: contra in *quinta* parte negat, vtrasque regulas et conſtitutiones monaſticas vni eidemque auctori eſſe tribuendas; in *ſexta* parte eorum adoptat ornatque iudicium, qui cenſent, Baſilium eſſe vtrarumque regularum auctorem; in *ſeptima* parte videntur illi conſtitutiones monaſticae Euſtathii Sebaſteni opus; in *octaua*, epitimia adiungenda eſſe ſpuriis probat; denique in *nona* parte expenduntur duo opuſcula, quae Combefiſius in ſuo Baſilio recenſito pro nouis ac genuinis edidit, eaque in ſpuriis numerat. Sed vlteriorem eorum, quae Garn. diligenter collegit et ſcripſit, commemorationem prohibet inſtituti ratio. Add. *Roeſsler* Bibliothek etc. part. III. p. 89 ſqq.

B. Baſilii — opera quaedam, ſcil. tractatus ethicorum; aſcetica; de virginitate, (adiuncto ſermone de Paradiſo;) contra Eunomium, (additur in fine aliquid contra Sabellianos;) ſermones et epiſtolae nonnullae. Graece: quae omnia nunc primum impreſſa ſunt per Stephanum de Sabio. Venet. 1535. fol. v. *Maittaire* A. T. II. p. 819 ſq. qui locum ex dedicatione editoris in nota *b*. excerptum reddidit.

In *Ioſephi Mariae Thomaſii* opere: Inſtitutiones theologicae antiquorum patrum etc. Romae 1709. 1710. 1712. III. voll. 8. ſunt in vol. ſecundo *Baſilii M.* aſcetica, liber de iudicio dei, de vera ac pia fide, nec non eius moralia. gr. et lat.

In *codd.* ſunt modo plures, modo pauciores aut ſingulae partes. Sic in codd. LXII. LXIII. LXIV. et LXV. *Venet.* bibl. Marci ſunt *aſcetica:* quaenam illorum partes in ſingulis inſint codd. cognoſces ex cat. codd. gr. Marc. pag. 43 ſq. — *Florentiae* in bibl. Laur. in cod. XXII. nr. 26 — 28. plut. 5. quaedam; (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I.

pag. 47.) — in cod. XVI. nr. 13. de afcetica difciplina, quomodo oporteat ornari monachum; et nr. 15. excerpta ex afceticis, ex capp. 1. 19. 146. et 306. — in cod. XX. nr. 7. plut. 9. ex II. fermonibus de fide; fed vterque fermo multo breuior eft, quam in ed. Paris. tum aliae partes nr. 8 — 14. 18. et 19. *(Band.* I. p. 414. et 423 fqq.) — *Taurini* in cod. XCI. quaedam partes, quae curatius indicantur in cat. codd. gr. Taur. pag. 182 fq. — *Mosquae* in bibl. fynod. codd. XXVII. XXVIII. XXIX. quae fint, defignat *Matthaei* in notit. codd. Mosq. p. 49. qui ex primo edidit Mosquae 1775. 4. *prologum* cum Xiphil. et Bafilii oratt. — *Monachii* in bibl. Bauar. LXXXIX. v. cat. etc. p. 34. — Quaenam fingulae partes exftent in codd. *Paris.* difces ex indice ad vol. II. catal. codd. Paris. vt de codd. Vindobonn. aliisque, (de quibus fupra in genere egi,) breuitatis ftudio taceam. *Harl.*

2. Παραίνεσις περὶ ἀποταγῆς βίε καὶ τελειώσεως πνευματικῆς, *adhortatio de abdicando faeculo, et fpiritali perfectione.* Incipit: δεῦτε πρός με πάντες. pag. 232. [*Garn.* p. 202 fq.]

3. Περὶ ἀσκήσεως, πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν μοναχὸν, *de exercitatione monaftica, quo fe debeat pacto excolere et ornare monachus.* Incipit: δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι. p. 246. [*Garn.* p. 211. etc.]

4. Περὶ πίστεως, *de fide.* Incipit: Θεῷ τῷ ἀγαθῷ χάριτι. pag. 249. *Fabr. Garnier* ordinem mutauit, et, praeeuntibus Photio, ed. Veneta librisque veteribus, priore loco libell. *de iudicio dei* p. 215 fq. pofteriore autem pag. 223. *de fide* repofuit. Idem in praef. pag. XXXVIII. fqq. illos libellos et moralia adferit Bafilio, contra Combefifium, duo priores lib. Euftathio adfcribentem, fortiter dimicans. Tillemontii quoque dubitationes tollit. *Harl.*

5. Προοίμιον τῶν ἠθικῶν, περὶ κρίματος Θεῦ, *prooemium ad ethica, de iudicio DEI.* Incipit: Θεῷ τῷ ἀγαθῷ χρηστότητι. p. 257.

6. Προοίμιον τῶν ἠθικῶν. Aliud *prooemium breue ad ethica,* de his, quae in facris literis vetita iuffaue funt. Incipit: τὰ περὶ τῆς ὑγιαινέσης πίστεως. pag. 272.

[†] 7. Ἠθικά, *capita moralia* chriftiana, ex meris noui teftamenti dictis contexta et regulis LXXX. fub certis capitibus fiue titulis comprehenfa. Incipit: ὅτι δεῖ τὲς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ μετανοῆσαι πρῶτον. pag. 273. [*Garn.* II. pag. 234 fqq.] Quamquam vero nonnulla loca fcriptorum facrorum aliter quandoque citat, quam in vulgatis noui foederis codicibus hodie leguntur; tamen intutum fuerit ex eo illa in his corrigere, vt probe obferuauit *Rich. Simon* tom. III. hift. criticae N. T. pag. 111. nam non tantum eft, quando e memoria citat; fed etiam ad argumentum fuum facrorum fcriptorum verba leuiter immutata accommodat. *Fabr.* Conf. *Schroeckh.* l. c. p. 16 — 24. *Harl.*

8. Λόγος ἀσκητικὸς, *de inftitutione religiofae vitae.* Incipit: ὁ ἄνθρωπος κατ᾽ εἰκόνα Θεῦ. pag. 389. [*Garn.* pag. 318 fqq. conf. *Schroeckh.* p. 29 fqq.]

9. Ὑπο-

9. Ὑποτύπωσις ἀσκήσεως, καὶ πρόλογος τῶν ὅρων, *religiosae vitae breuis institutio et ad regulas prolusio.* Ita in MS. regis christianiss. f) inscribitur hoc scriptum, quod in editis non alium titulum habet, quam λόγος ἀσκητικός. Incipit: ὁ ἀσκητικὸς βίος pag. 397. *Fabr.* *Garn.* II. pag. 323 sqq. qui ex vtraque ed. Par. et cod. Combef. dedit inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀσκητικὸς, et in nota aliorum codd. titulum indicauit. *Harl.*

10. Ὅροι κατὰ πλάτος, *regulae monachorum fusius disputatae* per quaestiones et responsiones LV. Incipiunt: ἐπειδὴ Θεοῦ χάριτι. pag. 402. *Fabr.* *Garn.* II. pag. 327 sqq. qui ex codd. (quorum varietates in not. *b.* adtulit,) post πλάτος addidit προοίμιον. — Regulae ipsae: κεφάλαια τῶν κατὰ πλάτος ὅρων, incipiunt pag. 332. *Matriti* in cod. CV. regio sunt *Basilii M.* asceticae et monasticae constitutiones pro monachis, a *Bessarione*, patre purpurato, in compendium redactae; de quo cod. multus est *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 410 sqq. qui ex eo tum indicem, tum prologum gr. exscripsit. Tum vberius memorat notitiam ac versionem illius opusculi laudati *hispanicam,* a *Ludouico ab Angelis,* Basiliani ordinis monacho, confectam, collato latino cardinalis, Sirleti, exemplari; edit. Hispali 1615. 4. — Matriti 1664. 4. — Correct. ib. 1609. et 1669. 8. et cura *Franc. de Bejar,* ibid. 1736. et 1749. 12. *Harl.*

11. Ὅροι κατ᾽ ἐπιτομὴν, *regulae breuiores,* quaestionibus et responsionibus CCCXIII. Incipiunt: ὁ φιλάνθρωπος Θεός. pag. 505. pridem ante *Fumanum* verterat *Rufinus,* cuius versio exstat in *Lucae Holstenii* codice regularum monasticarum, Rom. 1661. 4. parte I. pag. 95 seq. Alia apud *Rudolph. Hospinianum* lib. III. de origine et progressu monachatus pag. 69 seq. *Fabr.* *Garn.* II. pag. 401 sqq. index capitum illorum, pag. 413. sequitur prooemium, et p. 414 sqq. regulae ipsae breuiores. In cod. *Taurin.* XCI. regulae fusius tractatae et breuiores capp. 350. continuo leguntur, in vnum corpus redactae. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 182. — Quae de Rufini versione, eam esse contractam regularum breuiorum S. Basilii, cum Labbeo, Dupin, Caueo, Oudino aliisque scripserat Fabricius, ea castigauit *Lambacher* in bibl. antiqua Vindob. ciuica pag. 86 sq. not. *a.* et, monente iam *Posseuino* in adpar. sacro, vol. I. pag. 183. animaduertit, a Rufino tam breuiores, quam fusius disputatas regulas, neutras tamen integre versas esse: Rufinum inchoasse versionem suam a prooemio, quod Basilius praemiserat regulis suis breuioribus; ab ipso primo capite incepisse regulas fusiores, iisque nondum absolutis hinc inde admiscuisse regulas breuiores, adeoque ex vtrisque vnum opus reddidisse, in centum capita distinctum. Ita etiam iudicarunt *Hugo Menardus* in notis ad Concordiam regularum, a S. Benedicto, Anianensi abbate, initio saeculi IX. confectam, p. 56. et *Iust. Fontaninus* in historia litteraria Aquileiensi, lib. V. cap. I. p. 205 sq. vbi quoque docte recenset editiones interpretationis illius (saepe paraphraseos potius, multis etiam a Rufino de suo intextis.) Copiosius tamen recenset quasdam editt. Rufinianae regulae *Schoe-*

f) Vide *Combefisium* tom. II. pag. 155.

Schoenemann in bibl. historico-liter. patrum latin. tom. I. pag. 619 — 622. A *Maittaire* A. T. IV. pag. 710. edit. Veneta 1500. 4. sic citatur: *Regulae* St. Benedicti, *St. Basilii*, S. Augustini, et Francisci collect. atque ordinat. per D. *Io. Franc.* Brixianum monachum — cura et impensis — Luc. Antonii de Giunta, Florentini, arte et solerti ingenio magistri Io. de Spira. Venet. 1500. 4. adde *Bandini* Annal. Iuntar. typogr. part. I. pag. 7. *Harl.*

12. Ἐπιτίμια, *poenae* LX. in monachos, et XIX. aduersus monachas delinquentes (εἰς τὰς κανονικάς) constitutae. Incipit: εἴ τις ὑγιαίνων τῷ σώματι. pag. 658. *Fabr. Garn.* II. pag. 526 sqq. poenae LX. in monachos, et pag. 530 sq. poenae XIX. in canonicas. In praef. pag. LXXIII. sqq. §. XI. disputat de illis. In editt. Paris. adeoque in recensione Fabric. epitimia non eodem loco leguntur; sic olim nr. 12. poenae XI. in monachos et XIX. adu. canonicas, et nr. 14. poenae L. in monachos et monachas delinquentes, pag. 731. ed. Paris. a. 1638. quas inter Basilii scripta reperit, sed sine titulo auctoris, *Ianus Cornarius*, et latine interpretatus est. Contra Garnier omnia epitimia continuo ordine, vt in cod. regio, simul edidit, et omnia habuit adulterina. In tres autem classes illa diuisit. Prima, priora vndecim Garn. editionis epitimia complectitur; secunda reliqua omnia, vsque ad sexagesimum; tertia alterius generis epitimia, quae, incerto auctore, inscripta sunt ἐπιτίμια εἰς τὰς κανονικάς. At in Paris. edit. antiquiore epitimia primae et tertiae classis tamquam genuina posita sunt ante monasticas constitutiones; contra, epitimia secundae classis tamquam adulterina post illas reiecta sunt. Quae omnia in praef. vberius explicat. Add. *Iriart.* l. c. pag. 413. sqq. — Poenae in monachos delinquentes et in canonicas in cod. *Taurin.* XCI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 183. vbi differentia quaedam notatur. *Harl.*

13. Ἀσκητικαὶ διατάξεις πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ καὶ κατὰμόνας ἀσκοῦντας, *constitutiones monasticae* tam ad coenobitas quam ad solitarios. Incip. τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος. pag. 662. [*Garn.* cui suspectae sunt, pag. 533 sqq.] Operae pretium fuerit conferre codicem caesareum, de quo *Lambecius* III. pag. 123. [g]) *Ascetica*, hactenus commemorata, latine vertit *Adamus Fumanus*, cuius interpretationem, Lugd. 1540. fol. apud Gryphium editam, deinde recensuerunt Musculus, Tilmannus, Ducaeus. Gallice *Godfridus Hermantius* Paris. 1672. 8. Dicitur et [?] exstare editio graeca constitutionum monasticarum cum italica versione, excusa Romae 1578. 4. apud Franciscum Zanettum,

g) Pag. 315 sqq. ed. Kollar. in cod. LXV. nr. 5. et nr. 4. praecedit scholion gr. *Theodori Studitae*, quo ille contendit, *constitutionum monasticarum*, quae incipiunt, τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος etc. verum auctorem esse Basilium. In cod. caesareo diuisum est opus in capita triginta, quorum prologus, (vti in ed. Garn.) incipit: τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος. — In cod. caesar. LXXXIX. nr. 5. (*Lambec.* l. c. pag. 479.) est constitutionum monastic. cap. XXIV. *quod monachus non debeat honores et praerogatiuas adpetere.* — Exstant istae *constitt.* in VI. codd. *Paris.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XX. nr. 8. plut. 9. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 423.) et capita quaedam in aliis illius bibl. codd. *Harl.*

tum, quam non vidi. Quamuis autem *Eustathio*, Sebasteno, a quibusdam olim tributa fuisse constet e Sozomeno III. 13. et Nicephoro IX. 16. XIII. 29. multique etiam recentiores viri docti de auctore dubitent: tamen, vt obseruat Natalis Alexander, Basilio adseruntur a Gregorio Naz. Hieronymo, Rufino, Cassiano, Iustiniano, imp., in edicto et Photio cod. CXLI. et CXCI. Confer *Ducaei* notas ad Basilii tom. II. pag. 28. et *Billium* ad Nazianzeni Orat. XX. nota 60. vbi a Niceta etiam Basilio tribui testatur, et *Lambecium* III. pag. 122 sq. [pag. 315 sqq. Kollar.] Θεσμὲς ἀσκήσεως vocat Gregorius, presbyter, in vita Nazianzeni, quem vna in illis elaborasse innuit. Vide et quae in vtramque partem disputantur a *Ioh. Georgio Dorscheo* in indice iniquitatis pag. 22 sqq. et Melch. Cornaeo in iudicio iniquitatis Dorscheanae depulso pag. 19 — 64. *Fabr.* *Garnier* in praef. §. XI. pag. LXVI. multis rationibus euincere studuit, non Basilium, sed *Eustathium, Sebastenum*, fuisse *constitutionum monasticarum* architectum, et tam antiquiorum qui citantur tamquam pro Basilio testes, loca, quam recentiorum argumenta examinat refellitque. — Cel. *Carpzou.* in progr. mox citando p. 1. sentit, Basilii Ascetica fuisse ab Eustathio, Sebasteno, interpolata. — In nr. 14. f. *Poenarum* L. etc. opusc. desiit tomus *secundus* edit. gr. latinae a. 1638. [vt in nr. VI. Fabric. Tomus I. editionis graecolatinae Niuellianae 1618. a qua recentior 1638. differt in hoc, quod commentarios in Esaiam ponit primo loco in tomo secundo, et primum vicissim claudit libris adv. Eunonium, quos Niuelliana iussit in tomo secundo familiam ducere, teste Fabric. p. 78. ed. vet.] Contra ea tom. II. ed. Garnier. adhuc addita sunt tamquam adpendix operum Basilii, quae Garnierio videntur falso Basilio adscripta, et quae partim, alio tamen loco, etiam inserta sunt tomo II. ed. mem. a. 1638.

1. Περὶ τῦ ἁγίυ πνεύματος· *de Spiritu Sancto.* pag. 583 sqq. Atqui sic rectius inscribitur homilia in MS. bibl. *Coislin.* (v. *Montfaucon* catal. MSSt. pag. 117.) et duobus antiquis libris ap. Garn. Inc. ὁ βαπτιζόμενος, εἰς τριάδα βαπτίζεται. In vtraque *Paris.* et apud Fabric. (qui tamen alteram probat inscriptionem,) nr. 17. inter homilias inscripta est: εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. In XV. codd. Paris. citatur secundum catal. codic. orat. *in Spiritum S.* Sine inscriptione est illa homilia *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 24. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 536. Verterunt, ait Fabr. *Volaterranus* et *Cornarius.* Prodiit separatim Helmstadii a. 1613. 8. gr. et lat. edente *Ioanne a Fucht.*

2. Ῥηθεῖσα ἐν Λακίζοις· *dicta in Lacizis* homilia in aliquot Scripturae S. loca et de hominibus non acceptandis, fugiendaque ira, inuidia et auaritia. Hinc in cod. secundo regio, in quo bis reperitur oratio haec, (teste *Garn.* in nota *a.*) inscripta est, περὶ κρίσεως καὶ περὶ θυμῦ καὶ ἀγάπης, καὶ πλεονεξίας καὶ φθόνυ, ῥηθεῖσα ἐν Λακίζοις. Inc. ἀνταγωνίζεται ὁ ἐχθρός. *Garn.* II. pag. 587 sqq. Add. eum et de superiore hom. de Spir. S. et de hom. in Lacizis habita, Basilio indigna, in praef. §. III. et IV. pag. X. sqq. In ed. Paris. olim et ap. Fabric. numerabatur inter homilias nr. 21. et Fabric. addit: „Verterunt *Volaterranus* et *Cornarius.* Citat aliquoties Damascenus in parallelis." — Exstat in cod. *August.* Vindel. teste *Reisero* in indice MSSt. etc. pag. 37. — in 13 codd. bibl. *Paris.* *Harl.*

3. Εἰς τὴν ἁγίαν τῦ Χριςῦ γέννησιν· *in sanctam Christi generationem*, *Garn.* II. p. 595 sqq. olim et apud. Fabric. nr. 25. inter homilias, ad quem num. iam Garnieri de illius νοθείᾳ iudi-

iudicium laudaui. Inc. Χριϛȣ̃ γέννησις. Primum, quae ibi adnotauerat Fabricius, huc reducam. „Haec homilia frequenti vsu in ecclesia graeca trita, et in libris Graecorum ecclesiasticis obuia est; vnde, diuersis lectionibus eam abundare, notat Combefisius. [Sed Garn. in praef. pag. XVIII. hac multitudine variarum lectr. arbitratur, confirmari suam sententiam, late expositam, istam orat. esse adulterinam, nec vsquam se inuenisse, testatur, illam hom. ecclesiarum vsu maxime tritam fuisse. Add. *Oudin.* l. c. pag. 551 sq. *H.*] — Graece prodiit vna cum aliis Louan. 1537. atque ex recensione *Dau. Hoeschelii,* Augustae Vindelicor. 1587. 8. [in collectione variarum homiliarum: Ὁμιλίαι θεοφόρων τινῶν πατέρων. Homiliae sacrae ex codd. vel nunc primum, vel emendatius editae: typis Mich. Mangeri, pag. 85. *H.*] — et curante *Mich. Prosselio,* scholae Northusanae rectore. 1633. 8. [— item a *Io. Bened. Carpzou.* Theologo Helmstad. in progr. acad. *Basilii, magni, oratio de humana Christi generatione.* Graece et lat. ex recensione Iuliani Garnier. In sectiones primum descripta, noua versione, argumento et notulis macta. Helmstadii. 1757. 4. In praefat. Carpz. valde laudat hanc homiliam, grauemque iudicat et dignam tanto oratore. In contextu quidem graeco constituendo in primis sequutus est Garnier. contulit tamen edit. Basileensem a. 1551. et interdum discessit a Garn. tam in verbis, quam interpunctione, et in notis sane doctis atque eruditis contra Garnier. pag. 12. 23. 39. 40. etc. de fide huius orat. pro Basilio disputat. Conf. noua Lips. acta erudit. a. 1759. mens. Ian. pag. 35 sqq. *Harl.*]

Latine verterunt praeter *Volaterranum* et *Cornarium,* ac fortassis alios, *Georg. Langewithus,* Lipsiae 1575. 8. cum cuius versione eam recudi curauit *Christian. Daumius* in Homiliis patrum in festum natiuitatis Christi, Cygneae 1670. 8. Prodiit et cum versione et notis *Christiani Wilhelm. Caleni* 1669. 4. Alias item binas editiones Helmstadienses huius orationis a. 1600. et 1645. 4. Daumius memorat, quas non vidi. [Nec vidit illas Carpzou. qui pag. IV. praef. Calenianam edit. valde culpat, et „quod textus, ait, vitiose deprauatus, et scabra ieiunaque interpretatio latina est; sic notae etiam steriles vbique ineptiunt." *Harl.*] – Argumenta, quibus hanc homiliam Basilio abiudicat *Caueus,* [vol. I. pag. 242. ed. Basil.] non videntur mihi tam explorata, vt illis adsentiri lector debeat. *Fabr.* — Grauiora tamen adtulit Garnier. Dubius esse videtur, saltem non omnino decernit cl. *Schroeckh* l. c. pag. 186 sqq. — Add. infra vol. IX. p. 86. vet. ed. inter elogia Sctorum. — Exstat *Vindobonae* in cod. caes. LXXXI. inter sedecim homil. et cod. XC. nr. 2. cum aliis quatuor homiliis Basil. v. *Lambec.* comm. III. p. 463. ibique Kollar. et pag. 488. etc. *Augustae* Vindel. in duobus codd. teste *Reiser.* in indice s. catalogo etc. p. 8. et 30. — *Florentiae* in bibl. Laurent. in cod. XXVI. nr. 2. plut. 7. — in cod. XVII. nr. 3. plut. 9. — et cod. XXXI. nr. 7. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 277. 416. et 495. — *Venetiis* in codd. Marc. iam memoratis LV. LVI. LVII. bis — cod. LXXV. — *Taurini* in cod. CXXXV. fol. 53. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 231. — *Paris.* in XXIV. codd. bibl. publ. — Secundum *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 179. et 423. inter libros Graecor. ecclesiast. in codd. CV. nr. 22. et CCCVI. nr. 31. — *Matriti* in cod. regio LXVI. pag. 16. vide *Iriart.* cat. codd. gr. pag. 355. *Harl.*

4. Περὶ

4. *Περὶ μετανοίας· de poenitentia*, pag. 603 ſqq. Inc. τῶν τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖν τολμώντων τὴν ἀλαζονείαν etc. *Garn.* in praef. §. VI. pag. XVIII. ſqq. copioſe demonſtrat, hanc orat. in qua auctor, quisquis eſt, non id ſibi propoſuit, vt auditores ſuos ad poenitentiam hortaretur; ſed vt Nouatianos et Montaniſtas, poenitentiam negantes, confutaret, a Baſilio non eſſe ſcriptam; ſed ab epiſcopo quodam alterius epiſcopi rogatu. — In prior. edd. Paris. et apud Fabric. qui eam verſam eſſe a *Volaterrano* et *Cornario* adnotat, eſt XXVIII. homilia.

5. *Πρὸς τοὺς συκοφαντοῦντας ἡμᾶς, ὅτι τρεῖς θεοὺς λέγομεν· aduerſus eos, qui per calumniam dicunt, dici a nobis deos tres.* Inc. Μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς διὰ τὸ μισεῖσθαι etc. ap. *Garn.* pag. 609. qui in praef. §. VII. pag. XXII. ſqq. ſuſtinet oſtendere, hanc homil. indignam eſſe, quae tribuatur Baſilio; ſed auctorem illius ſibi imitandam propoſuiſſe eam orationem, quae inſcribitur *contra Sabellianos et Arium et Anomoeos.* Secundum edit. ſuper. Paris. et apud Fabric. numeratur homilia XXVIII. inter reliquas Baſilianas. Vertit eam, notante Fabricio, *Ianus Cornarius* eiusque interpretatio ſeruata eſt in editt. ſuperioribus Baſilii graecolatinis.

6. *Λόγος περὶ τοῦ αὐτεξουσίου· de libero arbitrio.* Inc. οἷς ἐνυπάρχει ὁ θεῖος νόμος etc. *Garn.* pag. 613 ſqq. nec ei tanti viſa eſt hom. vt nouam interpretationem ſusciperet; ſed veterem, hinc inde mutatam, retinuit. In praefat. §. VIII. pag. XXVI. ſqq. add. §. XII. fin. pag. LXXVI. negat, Baſilium illius ſ. homiliae, ſiue, ſide duorum codd., *prologi aſcetici* fuiſſe parentem. Idem ſentiunt *Oudin.* l. c. pag 552. et *Schroeckh* l. mem. pag. 188 ſq. — Apud Fabric. ſecundum editt. Paris. numeratur hom. XXXI. isque, „vertit, inquit, *Cornarius.* Prologus aſceticus apud *Combefiſium* pag. 106 — 109. Baſilii ſui recenſiti.“ — Exſtat illa oratio in tribus codd. *Paris.* et *Florentiae* in cod. Laurent. XX. nr. 2. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 423. *Harl.*

7. *Λόγος εἰς τό· μὴ δῷς ὕπνον σοῖς ὀφθαλμοῖς, μηδὲ ἐπινυστάξῃς σοῖς βλεφάροις· in illud: ne dederis ſomnum oculis tuis, neque indormites palpebris tuis.* Inc. οὐ λυπεῖ με ἐλάττωσις τῶν συνελθόντων· *Garn.* II. pag. 617. quam quidem orat. Combefiſius non indignam habet Baſilio. Sed *Garn.* in monito praeuio, pluribus autem et grauioribus in praef. §. IX. et X. pag. XXVIII — XXXIII. prolatis rationibus, contra Combefiſium, Cotelerium, Tillemontium et Du Pin, illarum patronos, dimicans, illam et ſequentem:

8. Περὶ νηστείας, λογ. γ'· *de ieiunio* orat. III., (quae incipit Νηστείας καὶ ἱλασμοῦ ὁ καιρὸς, pag. 621 ſqq.) pro ſpuriis habuit; ſed tamen ita rurſus edendas eſſe cenſuit, vt graeca et latina notasque mutua ſumeret a Cotelerio. Nam duas iſtas homilias ediderunt *Fr. Combefiſius* in Eccleſiaſte ſuo graeco, Paris. 1674. 4. latine duntaxat, et *Io. Baptiſta Cotelerius* graece ac lat. in tom. I. monumentorum eccleſiae graecae, Paris. 1677. 4. pag. 38 — 40. In ſuperioribus editt. graeco-latinis non exſtat or. III. de ieiunio. Hinc *Fabric.* in vet. edit. §. VII. inter ſcripta Baſilii, quae ſub eius nomine feruntur; ſed in edd. gr. lat. non exſtant nr. XVIII. retulit. — De codd. quibusdam v. ad nr. 2. inter homilias, tom. I. *Harl.*

9. *Λόγος εἰς τὴν ὑποτύπωσιν τῆς ἀσκήσεως· de religiosae exercitationis informatione sermo.* Inc. τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ προστάσσοντος. *Garn.* II. pag. 623. ex editione *Combefisii* in huius Basilio recensito pag. 98 — 105. recudi fecit, et in praef. §. XI. contra Combefisium disputans, probauit fuisse ab aliquo, qui Basilii regulas diligenter legisset, illam orat. vel potius epistolam Basilio suppositam. In editt. super. gr. lat. non exstat, et a Fabricio in vet. ed. inter eiusmodi omissa scripta nr. XXII. memorabatur. — Exstat in VII. codd. *Paris.* *Harl.*

10. Περὶ βαπτίσματος· *de baptismo.* De hoc opusc. *Fabric.* qui in vet. edit. numerabat post homilias IV. tom. I. edd. super. gr. lat. „*de Baptismo,* ait, et de officiis baptizandorum baptizatorumque *libri tres,* quorum *secundus* continet responsionem ad tredecim quaestiones; *tertius* vero breuior male in editis pag. 670. secundo praemittitur. Vide *Combefisium* Basilii restituti, tom. I. p. 249. Vertit *Wolfgang. Musculus,* Basil. 1540. cuius versio in graecolatin. editt. exstat, a Ducaeo castigata, et *Ianus Cornarius.*" — A *Garnerio* II. p. 624. inter spuria positum est id opus, quod apud illum constat *duobus* libris; quorum prior distinctus est in tria capp. Atqui tertium caput olim inscribebatur liber secundus. Sed Garn. in nota *c.* pag. 649. „Lucubratiuncula, inquit, quae sequitur, [n. cap. tertium apud illum,] reiecta est in reg. primo post eam commentationem, quae in impressis libris inscribitur *liber secundus,* sic vt in eo codice distinguantur tres libri. Res autem non tanti nobis visa est, vt propter ea iudicaremus aut tres libros distinguendos esse, aut antiquum ordinem mutandum." Liber secundus continet XIII. quaest. cum totidem responsionibus. De illo opere adulterino *Garn.* in praef. §. XII. pag. LXXVII. suam amplissimis verbis dixit et grauissimis tuitus est argumentis sententiam, disputans inprimis contra Tillemontium et Du Pin, id Basilio adferentes, atque Combefisium, Eustathio Sebasteno tribuentem. Atque Garnierio adsentitur *Schroeckh* l. c. pag. 203. — *Florentiae* in cod. Laurent., a bibliopega inuerse compacto, XX. nr. 3 — 6. plut. 9. notante *Bandinio* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 423. occurrit 1) sermo I. (quod est cap. 1. libri de baptismo, pag. 624. ed. Garn.) — 2) quaestio cum responsione, s. cap. 2. pag. 629. ed. Garn. — 3) sermo II. s. 13. quaestion. cum responsionibus, apud Garner. pag. 652 sqq. — 4) sermo tertius, siue caput tertium, pag. 649. Garn. *Harl.*

11. Λειτȣργία. *Liturgia. Garn.* II. pag. 672 sqq. Sed, antequam, quae ille reddidit, enarrem; ea, quae *Fabricius* in vet. ed. inter scripta, in editt. Basilii M. gr. lat. desiderata, nr. XX. et XXVI. scripsit, additis quibusdam obseruation. h. l. reponam. *Harl.*

XXV. *Θεία λειτȣργία, diuina liturgia* [h]), cuius codicem graecum plusquam mille annorum

h) Basilium scripsisse aliquid huius argumenti, et liturgiam litteris consignasse, non est dubitandum post tot veterum et totius orientis testimonium. Sed inter tot et tam multas, quae ab illius tempore Basilii liturgiae adlatae sunt mutationes et interpolationes, quid demum in ea Basilii sit, certo dicere, vix est opis humanae. Basilii liturgiam illustrat *Allatius* exerc. XXV. contra Creyghtonum. Vide et Acta Sanctor. tom. II. Iunii pag. 843.

rum in bibliotheca Barberina reperiri testatur *Montfauconus* pag. 210. Itineris italici. Incipit: ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον, τὴν τροφὴν etc.

Graece cum liturgia Iacobi et Chrysostomi, aliisque scriptis liturgicis prodiit Paris. 1560. fol. pag. 43. typis regiis apud Guil. Morellium, et Venetiis 1548. 1601. etc. [Conf. supra, vol. VIII. pag. 563. de edd. et codd.]

Latine ex veteri versione in Rincauiensi S. Iohannis monasterio reperta, post *Io. Cochlaeum*, (in speculo antiquae deuotionis circa missam, Moguntiae 1549. fol. pag. 119. [Conf. *Ittig.* de bibliothecis patrum, pag. 664.] edidit *Claudius de Sainctes* inter liturgica patrum, Antwerp. 1562. 8. Praeterea vertit *Gentianus Heruetus* Venet. 1548. 8. Antwerp. 1562. 8.

Graece et latine cum Herueti versione exstat in Auctario Ducaeano bibliothecae patrum Paris. 1624. fol. tomo II. et in bibliotheca patrum Paris. 1654. tom. XII. p. 282. ex graeco *Demetrii Ducae*, Romae 1526. 4.

Et cum variis lectionibus notisque *Iacobi Goari*, in Euchologio Graecorum illustrato, Paris. 1647. fol. p. 158 seq. [rec. Venet. 1730. et aliud illius liturgiae exemplar ex MS. Isidori Pyromali, Smyrnaei, monasterii S. Ioann. in insula Patmo diaconi p. 180. cum V. L. edit. latinae Margarini de la Bigne p. 184. et not. p. 185.]

[*Fabricius* infra vol. XIII. §. XLIV. pag. 814 sqq. dedit catalogum liturgiarum veter. editarum, et recenset pag. 816 sq. *Georgii Cassandri* Liturgica. Colon. 1559. 8. et in limine operum, iunctim editorum, Paris. 1616. fol. in quibus non integrae quidem liturgiae veteres, sed argumenta breuiter exposita habentur ex liturgia *Chrysostomi* per Leonem Tuscum, ex liturgia *Basilii* et graeca illa, et altera, quam Syri *Anaphoram* vocant; tum recenset pag. 818 sqq. amplissimam *Liturgiarum orientalium collectionem* ab *Eusebio Renaudoto*, Paris. 1716. 4. duobus voll. publici iuris factam. Fabric. autem obseruat, Renaudoti versione non tuto vbique stare nos posse, siue caussae suae inseruientis, siue non satis adsequentis verum sensum, idque docuisse *Maturinum Veisserium la Croze* in Apologia pro Iobo Ludolfo contra Renaudotium, inserta diario litterario Hagensi, siue Iournal litteraire tom. IX. pag. 239 sq. (In thesauro epistolico Lacroziano Renaudoti et eius controuersiae cum Ludolfo frequens fit mentio, v. tom. I. pag. 136. II. p. 122. 129. 143. 155. III. p. 18 sqq. 126 sq. 153. etc.) — In illa igitur collect. est in tom. I. nr. 1. Basilii liturgia a *Scialach* olim versa (sed *Renaudotus* nouam ex Coptico concinnasse se versionem profitetur,) pag. 1. et Renaudoti ad eam comment. pag. 169 — 300. tum ex cod. Paris. bibl. liturgia *Alexandrina*, initio mutila p. 57. (a Garn. reddita,) ex cod. regio Paris. — ac notae Renaudoti p. 333 — 352. In tom. II. qui continet *liturgias* ex codd. syriacis, bibl. *Colbertinae* s. Seguierianae MSS. lat. versas a Renaud. est nr. 41. *Basilii M.* (siue, vt in cod. Colbertino, *Basilii* et *Gregorii, theologi,*) Liturgia s. anaphora pag. 548. ex *Andr. Masii* versione, edita Antwerp. 1569. 8. — Renaudoti obss. p. 562.

Λειτουργικὸν σὺν θεῷ ἁγίῳ, κατὰ τὴν τάξιν τοῦ τυπικοῦ τῆς πανσέπτου Μονῆς *τῆς κρυπτοφέῤῥης, ναὶ μὴν κατὰ ἔθος τῶν* Ἰταλογραικῶν Μοναζόντων *τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν* Βασιλείου. Ἐν Ῥώμῃ *παρὰ* Ἰωάννῃ Βαπτιστῇ *τῷ* Βουσσέττῳ *α, χ, π, γ*. (1683.) fol. confectum ab Apollinare Agresta. Vide *Baumgarten*. Nachrichten von merkwürdig. Büchern, tom. III. p. 359 sq. — Ibid. p. 357 sq. recensentur Ἀρχιερατικόν· liber pontificalis ecclesiae graecae — labore *Isaaci Haberti* etc. Paris. 1643. fol. et *Goari* Εὐχολόγιον etc. iam a Fabricio memoratum: et pag. 207 sqq. *Liturgia romana vetus*, tria sacramentaria complectens, *Leonianum* scilicet, *Gelasianum* et antiquum, *Gregorianum*, edente *Ludouico Antonio Muratorio* — qui et ipsam cum aliarum gentium Liturgiis contulit, ad confirmandam prae ceteris catholicae ecclesiae de Eucharistia doctrinam etc. Venet. 1748. II. voll. fol. In prolegomen. cap. 12. et 13. demonstrasse sibi videtur Muratorius consensum occidentalium ecclesiarum cum romana in doctrina de sacra coena, et enumerat praecipuas orientalium liturgias, primoque loco lit. Graecorum, quae vocetur *liturgia Basilii M.* et *Chrysostomi*, tum comparat *Basilii* liturgiam, inscriptam *τῶν προηγιασμένων*, et postea copticam Basilii liturgiam: in cap. 17. inter alia ex missa, quam vocant, Basilii et eiusdem liturgia gr. Alexandrina, et Syriaca siue Coptica ostendere conatur, Missam sic dictam esse verum sacrificium, etc. Huc quoque pertinere arbitror opus, quod tamen ad manus non habeo:

Ios. Al. Assemanni codex liturgicus ecclesiae vniuersae in XV. libros distributus. Romae 1749 — 1763. XII. voll. 4. *Harl.*] Add. *Zaccariae* bibl. Ritualis tom. I. p. 12. tom. II. p. 16. sq.]

[*] Differt ab hac in non paucis liturgia Basilii, quam cum altera Gregorii Naz., et tertia Cyrilli ex codice *arabico*, (cui coptica erant adiuncta,) versam latine edidit *Victorius Scialack*, Accurensis, Maronita e monte Libano, curante *Marco Velsero*, Augustae Vindel. 1604. 4. et tom. VI. bibl. patrum Parif. 1654. pag. 75. Incipit: ***Domine, qui nosti corda hominum.*** [*Garn.* II. p. 688 sqq. cum vers. Renaudoti.]

Nec non *Anaphora*, quam ex *Syriaco* dedit *Andreas Masius*, Antwerp. 1569. atque 8. inde insertam habes tomo IV. bibl. patrum Paris. 1575. et tom. VI. Paris. 1589. 1654. 1624. fol. atque supplemento Francofurtensi criticorum sacrorum tom. II. p. 439. Breuior est, atque incipit: *Aeterne Deus, qui in principio homines creasti ad immortalitatem.* Anaphorae siue liturgiae subiicitur *precatio, qua consueuit sacris operatus vti apud Deum.* Incipit: *Laudetur essentia, quae omnibus essentiis sublimior est.* [Edit. a *Renaudotio*, vt paullo ante iam animaduerti.]

Apud Petrum, diaconum [i]), lib. de incarnatione et gratia Christi cap. 8. leguntur ex Basilii, Caesa-

i) Inter *Fulgentii* opera, tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 198. *Fabr.* *Renaudot.* quidem in diss. de liturgiar. oriental. origine et auctoritate, tom. I. pag. XXXVIII. sq. contra Tillemont. aliosque ostendit, maiorem dimidiam ex Fulgentio citatam partem in gr. liturgia reperiri; sed inde nihil aliud sequi, nisi vt quaedam liturgiae Basilianae particulae sint seruatae, atque quaenam sint germanae, dici non posse, sobrie animaduertit cl. *Schroeckh* qui l. c. pag. 203 — 206. de liturgia Bas. agit, et quaedam contra Renaudot. bene disputat. *Harl.*

Caesariensis, *oratione*, siue precatione *sacri altaris*, quam pene vniuersum ait frequentare orientem, quae in nulla liturgiae editione leguntur: *Domine virtutum ac tutamentum, malos quaesumus bonos facito, bonos in bonitate conserua: omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi, cum enim volueris saluas, et nemo resistit voluntati tuae.*

XXVI. Basilium, τὸν μέγαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτουργίας citat Isaacus, magnae Armeniae catholicus, saeculi XI. scriptor, inuectiua I. in Armenios p. 341. (tom. II. auctar. noui Combefisiani.) At, quae adfert, exstant hodie in θεωρίᾳ μυσταγωγικῇ, [Basilio adscripta in duob. codd. *Paris.* et cod. *Escorial.*] quae auctorem habet *Germanum*, patriarcham CPol. a. Chr. 1255. defunctum, licet illa in codicibus quibusdam nomen *Basilii*, in aliis *Cyrilli*, Hierosolymitani, praeferat, vt dixi lib. V. cap. 10. vol. VII. huius bibliothecae pag. 548. [k]) et licet Basilio vindicare eam velit Combefisius in notis p. 420. Incipit: Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ. *Fabr.*

Ἱστορία μυσταγωγικὴ καὶ ἐκκλησιαστικὴ citatur et exstat in cod. Naniano CCXXVIII. nr. 29. v. cat. codd. gr. Nan. p. 422. — A *Garnier*. II. p. 674 sqq. ex Renaudotii opere cit. redditae sunt tantum prima et tertia; n. 1) Liturgia S. Basilii Alexandrina, ex cod. graeco-arabico, initio mutila, gr. ac lat. — 2) Liturgia S. Bas. ex coptico conuersa. — In praef. §. XIII. p. LXXXV. admodum pauca de Basilii liturgia caute monet, quoniam ab aliis abunde sit de illa in vtramque partem disputatum. Adde *Riueti* critici sacri lib. III. cap. 20. p. 334 sq. Vberius de illa egit et diuersa variorum iudicia collegit *Oudin.* in comm. cit. tom. I. de Basilio cap. 5. p. 572 sqq. vt Renaudoti aliorumque narrationes sententiasque praetermittam. — De cod. bibl. *Paris.* nr. MMMXXIII. bombycino graeco-arabico, qui continet liturgiam Basilii Alexandrinam, coptice versam, cum versione arabica, sed diuersa ab ea, quae occurrit in copticis codd. plura tradit Renaudot. in *Montfauc.* palaeogr. gr. p. 313 sq. — ibid. inter libros suos Gerasius in diplomate graeco patr. S. Basilii Romae, post ann. circ. 1135. memorat τὴν ἑρμηνείαν etc. *interpretationem liturgiae S. Basilii.* — In bibl. *Vffenbach.* Francof. fuit in cod. saec. IX. *Basilii liturgia*, sed non modo ab edita graeca in multis diuersa, verum etiam ab ea, quam *Euseb. Renaudot.* in collectione liturgiarum oriental. tom. I. p. 57 sqq. ex regio cod. primus edidit, longe recedens, vti fere nec coptica nec syriaca, nec aliae Basilii liturgiae inuicem conueniunt. Quare *I. H. Maius* in bibl. MSta Vffenbachiana p. 497 — 522. eam graece cum sua versione lat. et nonnullis adnotatt. publici iuris fecit. — *Paris.* in bibl. publ. liturgia gr. exstat in VIII. codd. v. cat. codd. Paris. vol. II. praeterea in vol. I. enumeratur pag. 57. inter codd. *Syriacos*, liturgia Basilii et Gregor. Nazianz. cum aliis in cod. LXVIII. — pag. 72 sq. inter codd. *copticos* liturg. vna cum interpretatione arabica, codd. XXIV. vsque ad XXX. in 4. cod. XXXIX. in 8. — Liturgia Basil. in epitomen redacta, in cod. XXX. fol. — *Vindobonae* in cod. caes. XC. nr. 3. *Basilii* praeceptum ad sacerdotem de diuina liturgia, teste *Nesselio*, cat. codd. part.

k) Vet. ed. sed in nostra ed., vol. VIII. p. 444. sq. sect. 7. vberius sunt explicita. *Harl.*

part. V. pag. 146. *Harl.*

12. 13. 14. *Tractatus S. Basilii de consolatione in aduersis,* incerto, sed antiquo interprete. *Garn.* II. p. 697. qui in praef. §. XIII. p. LXXXV. sq. de hoc et duobus sequentibus opusc. latinis, quae apud Fabric. numerantur XIV. et XV. latius differit. *Harl.* Fabricius autem in vetere edit. nr. XIII. adpendicis gr. lat. p. 195. ed. Paris. a. 1618. „*latine,* ait. Incipit: *Quemadmodum nauis quum vndarum tempestate* quassatur. Non est Basilii, nec e graeco versus, sed latine scriptus a *Victore,* qui post Rusticum *Cartennae* Mauritaniae in Africa episcopus circa a. Chr. 460. fuit et hunc consolatorium libellum, qui etiam inter *S. Eutherii* opera legitur, ad nescio quem Basilium super morte filii scripsit, teste *Gennadio* cap. 77. de scriptor. eccles. Eiusd. Victoris liber de poenitentia publicani inter S. Ambrosii opera lucem vidit, et in MS. Remensi male refertur ad Victorem, Tunnensem: liber vero ad Gensericum, Vandalorum regem, contra Arianos, Gennadio itidem memoratus, pridem intercidit. Vide *Tillemont.* tom. XVI. memor. hist. eccles. p. 611. Hactenus *Fabr.* Garnier, qui tria haec opuscula graece vnquam exstitisse dubitat, e contrario a latinis composita fuisse pro certo habet, discedit a sententia Fabricii atque Oudini, et negat, libellum primum, in quo ne vnum quidem verbum de liberorum amissione legatur, illud ipsum opus esse *Victoris Cartennensis,* quod Gennadius ait, ideo scriptum fuisse a Victore, vt quemdam amicum suum super filii morte consolaretur. Docet, auctorem voluisse omnes consolari calamitosos, praecipue eos, qui leprae morbo adflictabantur. Denique laudat amici cuiusdam iudicium, illum libellum a Gallo fuisse compositum, eo videlicet tempore, quo leprae lues regiones illas maxime infestaret. De secunda oratiuncula adoptat Garn. Fabricii aliorumque iudicium. Tertium denique opusculum adfirmat Basilii quidem non esse; sed, aut a quo, aut quo tempore elaboratum sit, plane ignorat. *Harl.*

[XIV.] *De laude solitariae vitae.* Latine. Incipit: *Libet de singularis vitae meae meritis.* etc. p. 205. neque hoc Basilium auctorem habet, sed *Petrum Damiani,* petitum ex eius opusculo XI. siue libro *dominus vobiscum* cap. 19. tom. III. Opp. pag. 103 seq. edit. Paris. 1642. fol.

[XV.] *Admonitio ad filium spiritalem,* latine, incerto interprete. Incipit: *Audi, fili, admonitionem patris tui.* p. 208. Exstat et in adpendice codicis regularum monasticarum, recensita a Luca Holstenio, Rom. 1661. 4. et inter paraeneticos veteres cum notis Melchioris Goldasti editos Insulis 1604. 4. De Anglosaxonica versione MS. vide catalogum scriptorum septentrionalium in thesauro Georgii Hickesii pag. 72. *Fabr.*

[15. *Homiliae octo Basilii, quas transtulit Ruffinus de graeco in latinum,* a *Garn.* II. p. 712. sqq. e duobus veteribus *Paris.* codd. primum in lucem productae. Add. eius praef. p. LXXXV. sq. Conf. *Iust. Fontanini* historiae literar. Aquileiensis librum V. cap. 8. pag. 298 sq. qui etiam testatur, probatque, a Rufino *octo,* non, vti Tillemontius putabat, *decem* Basilii homilias latine esse redditas, laudatque cod. Vrbinatem LXVII. membr. in bibl. *Vaticana,* vbi pariter homiliae VIII. Basilianae a Rufino conuersae cum pro-

prologo ad Apronianum leguntur. *Octo* quoque homiliae cum *Rufini* praefat. in librum homiliarum Basilii, sunt in cod. lat. *Dresdensi* elect. v. *Goetz* Memorabilia bibl. Dresd. I. part. IV. p. 362.

Adpendicem vol. secundi Garn. excipiunt *Frontonis Ducaei* in homilias et alia diversi argumenti, in regulas et fusius et breuius tractatas; in libros de baptismo: tum breues notae et animaduersiones Federici Morelli in quasdam Basilii homilias; denique indices. In edit. Paris. a. 1618. sunt quoque subiectae notae in illa aliaque opera Basilii, et totum opus obsignant variae lectiones in Ascetica, ex codice perantiquo *Gerardi Vossii* notatae ab Andrea Schotto ad edit. graecam a 1551.

In illa ed. a. 1618. nr. XVI. claudit, vt verbis vtar Fabricii, adpendicem *Gennadii Scholarii,* patriarchae CPolit. a. Chr. 1460. denati, dissertatio epistolica *de vitae termino* et *praedestinatione* ad Iosephum, monachum Thessalonicensem, pro vindicanda sententia S. Basilii, quem magnis mactat elogiis. Incipit: κλινοπετὴς ἐδεξάμην. Hanc dissertationem, a Maximo Margunio, Cytherorum episcopo, nactus, primus graece ediderat *Dauid Hoeschelius* Augustae Vindel. 1594. 4. *Federicus Morellus* latine vertit et Basilii operibus subiunxit, cuius etiam notae in Basilium p. 95. videantur." *Harl.*

[In tomo *tertio* edit. Garner. post huius mortem absolutae, sunt *Basilii M.* 1) liber de Spiritu S. 2) epistolae; 3) sermones XXIV. de moribus, per Symeonem, magistrum et logothetam selecti ex omnibus Basilii operibus; 4) liber de virginitate. In praefatione nonnullae Basilii opiniones et doctrinae, praesertim de Spiritu S., de traditionibus, eucharistia etc. expenduntur, illustrantur atque vindicantur, et auctor saepe rem habuit cum Sculteto aliisque ad defendenda potissimum suae disciplinae placita, et Basilium cum illa conciliandum: frequenter dissentit quoque a Tillemontio. Sed haec legant examinentque ii, ad quorum munus forumque eiusmodi pertinent quaestiones. Tum copiose enarratur vita Basilii, et de eius scriptis, tam genuinis, quam dubiis spuriisque, et tempore, quo opera pleraque et epistolae sint scriptae, vberius agitur. Posthaec sequuntur Basilii opera:

1. Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· *Liber de Spiritu S. ad S. Amphilochium, Iconii episcopum.* Cum interpretatione Erasmi, plurimis locis emendata: pag. 1 sqq. at in ed. Paris. super. p. 142. tomi II. et in vet. Fabric. bibl. gr. ed. nr. VIII. Fabricius autem ea, quae sequuntur, scripsit de eo libro. „Hic in capita triginta diuisus, atque inde τριάκοντα κεφαλαίων nomine a Ioh. Damasceno in libro I. et II. et III. de imaginibus, citatus [l]), quem Basilius scripsit occasione [m]) Aetianorum, Spiritum S. rebus creatis impie accensentium. Latine

l) In tribus codd. *Paris.* additur quoque titulo, ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα. *Harl.*

m) Vide notas *Benedictinorum* ad S. Ambrosium tom. II. pag. 647. *Fabr.* Cod. reg. quintus Paris. addit κατ' Εὐνομίου· sed in nota *a.* ed. Garn. pag. 1. dicitur non tam Eunomium, quam Pneumatomachos oppugnare Basilius; quamuis istius quoque impietatem eadem opera subuertat. *Harl.*

Latine vertit *Erasmus*, cuius interpretatio prodiit Basil. 1532. 4. Paris. 1532. 8. 1580. 8. inque editionibus Basilii [P] et tom. VIII. operum Erasmi legitur, vertit et *Cornarius* in editione Basilii latina Basil. 1552. fol. Porro non modo censeo, falli hos, qui istum librum vel partem eius postremam, Erasmum sequuti, Basilio abiudicant, aut suspectam habent; sed etiam inter pulcherrima illum esse Basilii monumentorum haud dubito; magisque audiendum *Casaubonum* Exerc. XVI. ad Baron. nr. XXXIII. et XLIII. p. 459. et 490. cui addes *Theophilum Raynaudum* p. 24. erotematum de bonis et malis libris, *Natalem Alex.*, saec. IV. cap. 6. articulo 19. atque Allatium contra Creyghtonum pag. 510 seq. *Liquet ex Basilii peroratione*, inquit Combefisius (qui pluribus locis hunc librum emendat, illustratque, et Erasmi versionem emendat) tom. II. Basilii recensiti p. 84. *librum hunc quasi in mysterio creditum Amphilochio, ea lege, ne in vulgus ederetur, ne quid inde aemuli in eum grauius constituerent: quo factum est, vt is obscurior antiquis manserit, non vt suae illi auctoritatis quicquam decedat; inter praecipuas Basilii lucubrationes merito numerandus.* Plura in Erasmi versione etiam castigauerat Ioh. Billius, quae Posseuinus in adparatu excerpsit." Hactenus *Fabricius*. Conf. *Scultet.* Medullam theol. patrum, qui p. 1055. magnam libri partem iudicat esse Basilio suppositam; *Du Pin* nov. Bibl. des Auteurs eccl. tom. II. p. 181 sq. *Roessler* Bibl. cit. VII. part. pag. 44. — 76. *Oudin.* comment. etc. I. p. 560 sqq. qui, contra *Du Pin* eiusque adseclas potissimum disputans, cum *Cocco*, Anglo, in censura scriptorum quorumdam veterum, voc. *Basilius* p. 245. Riueto, Erasmo etc. euincere studet, permagnam operis partem esse interpolatam; porro praef. ad tom. III. ed. Garn. §. III. sqq. et in vita Basilii cap. 30. sect. 6. (vbi ostenditur, absolutum fuisse a. 375.) et cap. 38.) *Schroeckh* l. cit. qui summam dedit libri, pag. 149 — 164. et pag. 165 — 168. caute et moderate, de eo iudicat. — Historiae synodi Nicenae — collectae et accurate descriptae a *Ioach. Camerario.* Lips. 1552. 8. additur adpendix *ex disputatione, quae adscribitur Basilio*, Caesareae episcopo, *de sancto spiritu.* — Exstat liber mstus *Vindobonnae* in bibl. caesar. LXXV. nr. 3. (quem cod. vtilem ad plura loca emendanda censet fore *Lambec.*) — in cod. LXXXVIII. nr. 2. — in cod. XLIV. nr. 29. ex cap. 27. et 29. operis de Spiritu S. fragmenta, (quae etiam gr. et lat. exstant in *Theodori Balsamonis* syntagmate canonum, cum ipsius expositione graeca p. 1029 — 1036.) v. *Lambec.* comment. III. pag. 372. 475. et VIII. p. 883. — ibid. in cod. XII. nr. 14. Basilii canon XC. ex libro de Spiritu S. s. fragment. capitis 27. libri de Spiritu S. v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. pag. 113. — Eadem duo fragmenta sunt in cod. *Taurin.* CV. v. cat. codd. Taur. p. 196. — et in cod. *Laurent.* XL. nr. 37. ac 38. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 74. — fragmm. in cod. *Mosquensi* XXIII. nr. 4. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. p. 35. — Liber ipse *Venetiis* in cod. bibl. Marc. LVIII. et LXVI. v. cat. codd. gr. Marc. p. 42. et 45. *Harl.*

2. Ἐπιστολαί, *epistolae*: p. 69 sqq. quae in Garn. edit. secundum temporis ordinem sunt positae et in tres classes distributae, quarum *prima* continet epistolas, ante episcopatum scriptas ab a. 357. vsque ad a. 370. quibus adduntur nonnullae dubiae, quia videantur ad hoc tempus pertinere: *altera* eas, quas episcopus scripsit ab a. 370. ad a. 378., *tertia* epistolas, nulla temporis nota signatas, cum pluribus dubiis et spuriis. Numerantur vero

in

in hac ed. CCCLXV. In comment. de vita Basilii, de epistolis et tempore, quo illae scriptae fuerint, quam plurimis locis diligenter agitur. Editor autem pag. 192. post praef. enumerat multos codd. ad quos exactae sunt atque emendatae Basilii epistolae. Inprimis laudat tres codd. antiquissimos, *Coislinian.* nr. CCXXXVII. saec. circiter XI. scriptum; *Harlaeanum*, saec. X. aut XI. et *Medic. Laurent.* ab *Anton. Maria Saluinio* collatum: his tribus, saltem quando inter se consentiunt, plus visum est editori tribuendum, quam aliis omnibus. Primus autem complectitur epistolas CCCLI. Harlaeanus CCXLIX. Mediceus CCCXXIII. Alii plures aut pauciores comprehendunt epistolas. Sic cod. regius MMCCXCIII. olim Mazarin. qui est 500 annorum, complectitur epp. CCLXXII. cod. reg. MMDCCCXCVII. epp. CCCXXXIV. Vaticanus epp. CCCXXVII. Coislin. CCLXXXVIII. epp. CCCXXVIII. alii paucas et in cod. regio MCMVIII. reperitur epistola *ad Chilonem.* Atque quanta codd. copia epistolarum in bibl. publ. *Paris.* reperiatur, cognoscere licet ex indice ad cat. codd. Paris. tom. II. in quo numerari possunt LIX. codd. modo plures modo pauciores epistolas *Basilii* comprehendentes. — *Monachii* in cod. Bauar. CIII. sunt CLXXIV. epp. Basilii. v. catal. codd. gr. p. 40. — Quae autem Fabricius de epistolis Bas. in tomo II. ed. Paris. 1618. nr. X. prodidit et adnotauit, ea hic reponam. *Harl.*

X. *Epistolae.*

1. *Ad Chilonem, discipulum,* πρὸς Χίλωνα τὸν αὐτȣ̃ μαθητήν. Incipit: σωτηρίȣ πράγματος. p. 735. Vertit *Godfridus Tilmannus. Fabr.* In ed. Garn. epist. XLII. p. 125. vbi in nota *e.* animaduertitur, hanc epistolam in cod. Mazarin. inscribi, ὁμιλία πρὸς etc. in cod. autem regio MMDCCCXCV. haec legi: τινὲς τὸν λόγον τȣ̃τον τȣ̃ ἁγίȣ Νίλȣ εἶναι λέγȣσι· *quidam hanc orationem* S. Nili *esse dicunt.* In cod. Medic. Laurent. XX. inter alia Basilii opera est nr. 15. plut. 9. epist. ad Chilonem, at auctior, quam in ed. Garn. Atque *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 424. ea, quae desunt in edit. excudi fecit. In eod. cod. nr. XV. fin. sunt epist. XLIV. — XLVI. n. duae ad monachum lapsum, et vna ad virginem lapsam. *Harl.*

2. Νȣθεσία πρὸς τȣ̀ς νέȣς, *admonitio* breuis *ad iuniores* monachos. Incipit: μάθε σὺ ὦ μονάζων. p. 744. [Garn. ep. XLIII. p. 130. *H.*] Vertit idem Tilmannus.

3. Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα, *ad monachum qui exciderat.* Χαίρειν ȣ̓ λέγομεν. pag. 744. [Garn. ep. XLIV. p. 131] Vertit *Wolfgangus Musculus.*

4. Πρὸς μονάζοντα ἐκπεσόντα, *ad alium monachum elapsum.* Incipit: διττός μοι φόβος. p. 747. [Garn. p. 133. ep. XLV.]

5. Πρὸς παρθένον ἐκπεσȣ̃σαν, *ad virginem elapsam.* Incipit: νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι. p. 749. [Garn. p. 135. ep. XLVI.] Graece et latine cum Io. Curterii versione prodiit separatim Paris. 1574. 12. Contra has quinque epistolas, vt Basilio abiudicet, multa disputat in indice iniquitatis *Dorscheus* p. 114 — 172.

[P] 6. Πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολαὶ κανονικαὶ γ'. *ad Amphilochium, Iconii episcopum, epistolae canonicae III.* Canones siue constitutiones LXXXV de variis rebus in ecclesia et inter Christianos obseruandis, complexae. Prima incipit: ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐρωτήσαντι. pag. 757. [p. 268 sqq. *Garn.* ep. CLXXXVIII. scripta a. 374.] secunda: πάλαι πρὸς τὰς παρὰ τῆς εὐλαβείας σȣ. p. 766. [p. 290 sqq. *Garn.* ep. CXCIX. sc. a. 375.] et tertia: ἀπὸ ἐδȣ̃ μακρᾶς ἐπανελθών. p. 775. [p. 324 sqq. *Garn.* ep. CCXVII. scr. a. 375.] Vertit *Gentianus Heruetus,* et has epistolas et *Theodori Balsamonis* in eas scholia. Parif. 1561. fol. inter alias patrum canonicas epistolas post canones apostolorum, conciliorumque. [Add. infr. vol. XI. p. 385. de collectione concilior.] Prodierunt *graece et latine* cum Balsamonis scholiis, Parif. 1620. fol. [Conf. Garn. vitam Basil. cap. XXXI. XXXII. et XXXIII. de his aliisque ad Amphil. epistolis. *Harl.*]

Cum scholiis *Iohannis Zonarae,* quae vertit *Antonius Salmatia,* collegii Ambrosiani doctor, ad calcem operum Gregorii, thaumaturgi, Macarii Aegyptii, et Basilii Seleuciensis, Parif. 1622. fol.

Cum *Balsamonis, Zonarae* et *Alexii Aristeni* scholiis graece et latine inter alias canonicas epistolas conciliorumque canones edidit, notasque suas addidit *Guil. Beueregius* in magno synodico siue pandectis canonum, Oxon. 1672. fol. [Conf. infr. vol. XI. p. 56 et 57. A graecis et lat. interpr. saepe dissentit rec. editor tom. III. in notis.]

7. Epistolae ad eumdem Amphilochium fragmentum περὶ τῆς τῶν σιτίων διαφορᾶς, *de differentia ciborum.* Incipit: τοῖς δὲ κομψοῖς ἐγκρατίταις. pag. 780. *n*) Legitur iterum infra epist. CCCCX. p. 1171.

Epistolae CCCCXXVIII. Fallitur Caueus, qui ait, editionem anni 1638. priore graecolatina Parisiensi anni 1618. esse auctiorem epistolis plusquam ducentis, quas Rich. Montacutius eruerit. Nam ne vnam quidem epistolam habet, quae non in altera etiam legatur. Ex illis porro CDXXVIII. exstant in prioribus Basilii editionibus epistolae tantum priores CLXXX. *o*) quae partim a *Vincentio Opsopoeo* graece vulgatae erant ex illustris Bilibaldi Pirckaimeri codice, (in bibl. regis Hungariae pridem reposito.) Haganoae 1528. 8. vsque ad numerum CXLI. Ceterae a numero CXLII. ad CLXXX. ab *Aldo Manutio* cum aliis variorum epistolis, Venet. 1499. 4. *p*) in qua collectione etiam occurrit 1. 3. 19. 88.

n) In ed. Garn. non est fragmentum, sed legitur tom. III. pag. 363. nr. 4. epistolae CCXXXVI. in qua Basilius pergit variis Amphilochii quaestionibus respondere. Conf. *Schroeckh* l. c. p. 129 sqq. 140 sqq. De quibusdam epp. *Lambec.* et *Kollar.* V. p. 311. *Harl.*

o) Epistolas editionis graecae Basil. 1550. fol. variis locis emendat e codicibus Augustanis *Dau. Hoeschelius* ad calcem orationis Damasceni in transfigurationem Domini, Augustae Vindel. 1588. 8. pag. 110 — 116. longe plures editis daturum se pollicitus.

p) In bibl. Leidensi est exemplar illius edit. variis in locis a Gerardo Falkeburg. emendatum. v. cat. bibl. Leid. p. 279. *Harl.*

88. et 89. Illa collectio deinde cum latina versione prodiit Geneu. 1606. fol. sub falso *Iacobi Cuiacii* nomine. [v. supra, vol. I. pag. 676 sq.] Sed alia versio est, quae [P] in latinis et graecolatinis editionibus legitur. Obsopoeanas varii verterunt, vt primam statim *Guil. Budaeus*, alias *Iacobus Mycraeus*, Rhetus, cuius versionem, Parisiis 1531. 8. excusam, solido gallico vendi suo tempore notabat Gesnerus, adpendice ad bibliothecam, edita a. 1555.

Centesimam octogesimam primam inter canonicas Graecorum epistolas vertit *Gentianus Heruetus*.

CLXXXII. vsque ad CCII. transtulit *Wolfgangus Musculus*, in editione S. Basilii latina a. 1565.

CCIII. et CCIV. *Flaminius Nobilius* a. 1603.

CCV. q) Basilii neutiquam est, licet sub eius nomine adferatur in Actis Concil. Nicaeni II. Ceterae vsque ad CCIX. r) a Frontone Ducaeo additae sunt ex edit. epistolarum Iuliani, imp., curata a Bonau. Vulcanio, Lugd. Batau. 1597. 8.

CCX. ad CCXIV. graece primus e codice Augustano vulgarat *Dauid Hoeschelius* ad calcem notarum ad Phrynichum, Augustae Vindel. 1601. 4. pag. 130 seq.

CCXV. ad CCCCXVIII. neque graece neque latine lucem viderant ante editionem Paris. 1618. in qua exstant cum versione *Richardi Montacutii*, qui eas ex codicibus anglicis descri-

psit

q) In ed. Garn. p. 462. ep. CCCVI. ex epistola ad Iulianum, imperatorem. Praeterea epistolae ad Iulian. sunt in ed. Garn. p. 124. ep. XLI. alias ep. CCVIII et CCIX. et p. 431. ep. CCXCIII. alias ep. CLXVI. *Harl.*

r) Epistolam CCIX. integriorem ex codice Bigotiano edidit *Combefisius* tom. II. Basilii recensiti pag. 368. et ex MSS. regis Galliae *Cotelerius* tom. II. monumentor. ecclesiae graecae pag. 92. [ep. XLI. Garn. ex codd. pag. 124.] et pars eorum, quae adnectuntur de Lauso tribuno, legebantur etiam in vulgatis ad calcem epistolae CCVIII. Etiam illam CCIX. quae cum CCVIII. fere eadem, integriorem legi in codice caesareo, notauerat *Lambecius* lib. V. pag. 246. [pag. 519. cod. CCXCI. 5. Kollar. et cod. CCXCII. 6. p. 524.] adde lib. VIII. pag. 485 sq. [p. 1014 sqq. ed. Koll. quem vid. de cod. LIV.]. Epistola CCVI. est inter epistolas Iuliani duodecima. *Fabr.* In edit. Garn. est epist. XXXIX. pag. 122. vbi in nota *c.* editor, non ergo, ait, ad Basilium scripta haec epistola; sed ad hominem aulae vitia hactenus, sub imperatore, quem prae se spernebat Iulianus, expertum, quod de Basilio dici omnino non potest. Atque Garn. in vita Basilii cap. VIII. 1. pag. LX. sq. primum dubitat, num Iuliani epistolae ad Basilium sint genuinae, et Du Pin ac Tillemontii, qui eam epist. a Iuliano scriptam putarunt, coniecturas de tempore, quo exarata videatur, eo argumento, istam ad Basilium haud missam esse, conuellit.

In cod. *Mosquens.* synod. XLI. nr. 9. sunt epistolae *Gregorii Nazianz.* et *Basilii M.* mutuae, cum eiusdem nonnullis aliis, in his duae *Iuliani* et *Basilii* mutuae. Conf. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 61. — In cod. *Vindobon.* caesar. CCXCI. nr. 2. indice *Lambecio* comm. V. pag. 518 sq. duae sunt epistolae ad Gregor. Nazianz. sed Kollar. in not. A. alteram, quae incipit: ὁ ἐφικτῶν ἅπαξ λέγων τὴν τῶν ὄντων εὕρεσιν, obseruat, scriptam esse a Basilio aduersus Eunomium. Est illa epist. XVI. pag. 95. ed. Garn. inscripta, πρὸς Εὐνόμιον τὸν αἱρετικόν. Atque sic MSS. sex. v. editoris notam *a*. *Harl.*

psit et cum sua versione ad Ducaeum misit. Ex editione hac recusae ad verbum sunt in graecolatina anni 1638. tomo III. Elias du Pin quando scribit s), postremas Basilii epistolas ab Hoeschelio versas esse, pro Hoeschelio Montacutium dicere voluit.

[*Florentiae* in cod. Laur. Med. XX. nr. 15. est Basilii opusc. περὶ συνεισάκτων· *de Synisactis* vel subintroductis, (de quibus egit *Muratorius* in diss. de iis, adnexa illius anecdotis gr. p. 218.) Inc. ἀρξώμεθα καὶ ἡμεῖς λαλῆσαι τοῖς τῶν ἁγίων Χριστοῦ δούλων εὐχαῖς. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 424. Id antea nondum vulgatum *Bandin.* l. c. pag. 459 — 466. gr. fecit publici iuris. In cod. tribuitur quidem Basilio; num vero reuera sit eius opus, adfirmare certo non audet. Est quoque *de Synisactis* commentariolus in *Angeli Mariae Bandini* graecae ecclesiae monimentis. Florent. 1762. 8. vol. III. nr. 4.

In ed. Garn. III. pag. 463 sqq. sunt inter spurias epistolas mutuae epistolae nr. CCCLXI. vsque ad CCCLXIV. *Apollinarii* et *Basilii*. Prima incipit: τῷ δεσπότῃ μου αἰδεσιμωτάτῳ Ἀπολιναρίῳ ὁ Βασίλειος· πρότερον μέν σοι etc. atque auctor epistolae consulit Apolinarium de vsiae et substantiae vocabulis ac de consubstantiali, (vt barbare dici solet.) Sed epistolas istas esse suppositițias, docet *Garnier* in vita Basilii cap. 39. fin. pag. 173. His accedit alia similis fere argumenti, edita et inscripta:

Epistola ad Apollinarem Laodicenum celeberrima de diuina essentia, diui *Basilii* nomine ab *Eustathio Sebasteno* toto fere oriente per summum scelus vulgata, ex cod. MS. bibl. Angelicae gr. et lat. nunc primum in lucem prodit, historica narratione et animaduersion. illustrata. Romae 1796. m. 8. Editor est *Leopold Sebastiani*. In opere ipso sunt multae variorum scriptorum eccles. et ab initio LXXXVII. Basilii epistolae, quas excipit epistola nunc a p. 23 — 29. edita, quam sequitur historia dissensionum inter S. Basilium et Eustathium Sebastenum, atque a pag. 39 — fin. animaduersiones in epistolam. In prolegomenis pag. I — LXVIII. orthodoxia patrum eccles. ante concilium Nicaenum defenditur. *Harl.*]

Nonnullas latinorum interpretum hallucinationes emendauit, qui nouissime epistolas Basilii ordine temporis, quo scriptae sunt, digessit vertitque gallice Paris. 1693. 12. *lettres de S. Basile le grand, traduites du Grec, disposées en meilleur ordre, avec des notes et les sommaires de chaque lettre.* Interpres *Franciscus de Bellegarde*.

[85] Epistola I. [II. Garn. p. 70 sqq.] ad Nazianzenum de vita in solitudine degenda, ex latina *Guil. Budaei* versione legitur tomo I. eius operum t). Eadem graece et latine cum gram-

s) tom. II. bibl. scriptorum eccles. pag. 199. edit. Amst.

t) *Italica* versio in cod. *Veneto* bibl. S. Michael. v. Mittarell. cat. illius bibl. p. 112. — De aliis lat. edd. vid. supra ad nr. 11. homiliar. — De *anglica* huius epist. et aliorum Basilii opusc. versione, a *Tho. Stocker* facta editaque Londini, 1594.

grammatica vocabulorum interpretatione prodiit separatim Paris. 1657. [1647. ap. Maittair. A. T. III. pag. 910.] 8. Extremam partem, (quae in editis desideratur,) ex MS. Caesareo graece dat *Lambecius* III. p. 149. [cod. LXXV. p. 373. ed. Kollar. cuius notam vid. *Harl.*]

Epistola XLIII. [38. Garn. pag. 115. vbi v. not.] a S. Maximo ad Dionys. Areopag. tom. I. p. 27. citatur vt λόγος Basilii ad fratrem περὶ διαφορᾶς ὀυσίας καὶ ὑποστάσεως. Hanc vertit [*Io. Conon.* Patau. 1507. 4. v. *Panzer.* VIII. pag. 223.] et *Beatus Rhenanus* Paris. 1513. Eadem epistola quibusdam locis interpolata legitur tom. II. Nysseni velut ipsius ad Petrum, fratrem. [Vide seq. cap. de Greg. Nyss. de eius Opp. tom. II. nr. 31.]

Epistola LXXX. [189. Garnier. ibique v. not.] legitur inter *Gregorii Nysseni* scripta tom. II. pag. 438. sub titulo *de S. Trinitate ad Eustathium*, cum versione *Laurentii Sifani.* [v. infra de Nyss. l. c. nr. 29.]

Epistolam CCLXXXIX. [93. Garn.] cum versione sua notisque primus graece edidit *Gerh. Vossius* ad calcem Gregorii, thaumaturgi, Mogunt. 1604. 4.

Basilii et Libanii epistolas mutuas, vna cum aliis sex vel septem breuioribus epistolis graece in tironum vsus recudi fecit *H. Stephanus* 1577. 8. inter epistolia, dialogos, oratiunculas et poematia, e variis scriptoribus collecta. *Fabr.* Basilii et Libanii epistolae mutuae, quas magni facit Tillemontius, probatque vt genuinas, maxime dubiae videntur *Garnier.* in vita Basilii cap. XXXIX. p. 172 sq. is tamen illas sparsim edidit, quasdam inter epp. a Basilio in secessu scriptas, quasdam, quum Basil. in presbyterorum cathedra sederet, et alias, postquam episcopus fuerat. Quarum multas p. 452 sqq. dedit. Add. supra, vol. VI. pag. 777. nr. 11. et de codd. pag. 781 sqq. Conf. *Schroeckh* p. 6. sqq. qui Garn. dubitationi de omnium illarum epist. mutuarum νοθείᾳ quaedam opponit, *Oudin.* l. c. p. 568 sqq. et *Roessler* l. c. qui p. 107 sqq. de epistolis Basilii in genere, et de suppositititiis quoque agunt. — In: τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία, Paris. ex typogr. Steph. Preuosteau, heredis Guil. Morelli, typographi in graecis regii, in clauso Brunello, 1583. 4. sunt nr. 12. et 13. *Libanii* ep. ad Basilium, et *Basilii* ad Olympium. — In *Ioach. Camerarii* collectione epistolarum LXXXVI. ἐκλογὴ καὶ οἷον ἀπάνθισμα διαφόρων ἐπιστολῶν ἑλληνικῶν etc. Tubingae 1540. 8. sunt nonnullae Basilii epistolae. — In

1594. 12. v. *Brüggemann.* View etc. pag. 413. — et ibid. de versione *Clem. Barksdale*, Lond. 1675. 8. — *Basilii M.* ad Gregor. Naz. epistola. Eiusdem de ratione vitae solitariae lib. *Petro Mosellano* interpr. Lips. 1516. 4. Editio lat. *Budaeo* interprete, de vita in solitudine agenda, cum *Budaei* epistolis lat. lib. V. et graecis lib. I. Paris. ap. Io. Bad. Ascensium 1531. fol. de qua ed. vide *Clement* bibl. cur. V. pag. 377. — *Basil.* — — Paris. ap. Guil. Morel. 1562. 8. — graece, cum *Budaei* versione. Ibid. ex typogr. Steph. Preuost — in aedibus Io. Bene-nati. 1581. 4. — *Plutarch.* de fortuna Romanorum et Alexandri M. — et *Basil. M.* de vita solitaria. Latine, *Budaeo* interprete, Paris. ap. Senant. 1505. 4. *Maittaire* II. pag. 172. — *Basilii* et *Greg. Nazianz.* epistolae, numquam antea editae gr. Haganoae 1528. 8. *Harl.*

In *Matth. Dresseri* Gymnasmatum literaturae libris III. gr. et lat. Lips. 1574. 8. sunt in libro II. *Basilii M.* tres epistolae. *Harl.*

Basilii epistolas quasdam edidit quoque graece *Hieron. Brunellus* S. I. Romae 8. cum aliis aliorum patrum selectis scriptis et Homiliis.

Epistolas sexaginta ex *Io. Iacobi Beureri* versione exhibet *Abraham Scultetus* tom. IV. Medullae patrum pag. 253 seq. acceperat autem illas Scultetus a Iano Grutero, quemadmodum Beurero graecas ex codicibus Augustanis descriptas suppeditauerat Hoeschelius. In his legitur etiam epistola *ad Apollinarium* [u]), quam, in editionibus Basilii haud obuiam, graece deinde et latine cum altera ad Apollinarem et duplici Apollinaris responsoria vulgauit *Cotelerius* tom. II. monument. p. 84. Paris. 1681. 4. Idem alias duas antea ineditas *ἀνεπιγράφους*, vnamque item *ad Libanium* et *ad imp., Theodosium*, vnam eodem loco in lucem cum versione sua extulit. [Vide infra ad nr. XIX.]

[*Garnier* tom. III. pag. 66. edidit ex codd. fragmentum epistolae Basil. ad Theodoram, canonicam, graece cum versione latina. Illam epistolam integram, at ex latina incerti cuiusdam veteris interpretatione, rudi quidem, sed fida, (vtpote quum totidem paene verbis expressa auctoris sensum exactissime reddat, adeoque deperditi graeci textus defectum maxima ex parte suppleat,) ex cod. membr. circ. saec. XIII. bibl. Monach. congregat. Casinensis Florent. (qui codex eiusdem *Basilii ascetica* plura complectitur, ab eodem interprete latine versa,) primum in lucem protulit *Petr. Aloysius Galletius*, eiusdem congregationis abbas, in (Amadutii) anecdotis litterar. vol. I. Romae 1773. 8. pag. 27 sqq. Idem praemisit graecum textum prioris, quae iam innotuerat, partis, cum lat. versione. In cod. *Taurin.* XCI. fol. 268. est epistola ad Theodoram, canonicam: in edit. Benedictin. ep. CLXXIII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 183. *Harl.*

[*] Epistolam Basilii CCLVII. laudat Nicephorus Gregoras libro XX. hist. p. 620.

Haec de Basilii epistolis, quibus *οὐδὲν ἄμεινον* *nihil praestantius* reperiri ait Suidas, quasque tanquam *κανόνα* et normam *τοῦ Ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος* commendat Photius cod. CXLIII. et epistola CCVII. *Fabr.*

Codd. aliquot notitiam subiungam; et plures epistolarum codd. inter eos, quos supra laudavi, reperiuntur. De cod. *Augustano* Vind. in quo sunt epist. CCCXLVIII. v. *Reiser.* indic. MSSt. bibl. August. p. 16 — 20. — Ibid. pag. 89. *Basilii M.* epistola ad quemdam Gregorium, addita nota, ab aliis illam adscribi Gregorio, Nazianzeno. — *Vindobonnae* in cod. caes. LXIV. nr. 21. sunt epp. XXXIV. quas recensuit *Lambec.* comm. III. p. 300 sqq. et *Kollarius* adnotat, epistolam septimam in hoc et quatuor aliis codd. caes. inscribi *Γρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ·* non, vt in ed. Basilii Opp. Benedictina tom. III. pag.

u) Ad Apollinarium scripsisse se non diffitetur Basilius, Laicus ad Laicum. Vide infra indicem eorum, ad quos Basilius scripsit, in *Eustathio. Fabr.* In *Harduini* collect. concilior. tom. III. inter acta concilii CPolitani a. 553. in collatione V. est Basilii ad Patrophilum, Aegearum episc., in qua Apollinario scripsisse se non diffitetur. *Harl.*

pag. 149. ep. LV. ex codd. Harlei. et tribus aliis, it. ex editt., Παρηγορίω· sed editor in nota obseruat, in sex codd. et in tribus ad marginem legi Γρηγορίω. (Add. *Lambec.* IV. pag. 481 sq. de cod. LXXIX. in quo nr. 12. eadem legitur epistola.) — In eodem cod. LXIV. (in quo alia multa sunt Basilii opp.) nr. 28. (*Lamb.* III. p. 298.) epist. responsoria ad Optimum, episcopum. — In cod. LXIII. nr. 4. epistolae XXI. Basilii M. Gregorii Nazianz. Antipatri, praesidis, et Iuliani. (*Lamb.* ibid. p. 290 sqq.) — In cod. LXVII. praeter multas homilias atque epp. Basilii, nr. XXI. *encomium in Meletium* sub nomine *Basilii;* sed vide infra ad nr. XXX. et *Lambec.* III. p. 331. — nr. autem XL. *Basilii* epist. ad Simpliciam de ipsius eunuchis, et *Lambec.* p. 336 sqq. excerpsit argumentum huius epistolae praemissum scituque dignum, sed omissum quoque in ed. Benedictin. atque locum memorabilem contra Eunuchos. — cod. LXXV. continet CCLVIII. epistolas cum XII. epp. *Libanii* ad Basilium; de quibus multus est *Lambec.* III. p. 358 — 372. et varios errores edit. gr. lat. Paris. corrigit. — in cod. CCXCI. nr. 1. epistola, non, ad Gregorium Naz. vt in cod. proditur, sed aduersus Eunomium, ac nr. 3. *Iuliani* ep. ad Basilium, huiusque integra responsio: de quibus v. *Lambec.* atque *Kollar.* V. p. 518 sqq. — *Venetiis* in bibl. *Marc.* cod. LXI. epp. CCLXXIV. „omnes, ait Zanetti p. 42. cat. codd. gr. Marc. in edit. nouissima monachorum S. Bened. praeter eam, quae posita est sub numero CCLXXIV. hoc titulo: πρὸς ἀσθενοῦντα παραμυθητικὴ, *consolatoria ad infirmum:* incipit: ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων βραχύς. Habetur et in cod. LIV." — cod. LXXV. epist. ad Simpliciam, haereticam. — cod. LXXIX. epistolae CCCXXXVIII. et *Iuliani* epistola, inc. τὸ ἔμφυτον, cum Basilii responsione. — cod. CXXXIX. epist. vna ad Iulianum, et ep. ad Simpliciam; — cod. DLXXV. *Basilii* et *Nazianz.* epistolae XXXVIII. v. catal. codd. Marc. p. 52. 55. 80. et 302. — Inter codd. *Thom. Gale* in cat. codd. Angliae II. pag. 188. nr. 5945. memoratur *Basilii M.* epistola nondum edita; sed nec principium illius nec vlla alia notitia additur; an illa, quae infra nr. XXXII. memoratur? — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. in cod. XX. plut. 9. sunt varia Basilii opera, in his nr. 15. epp. ad Chilonem, ad Gregorium, theologum, et ad Theodoram, canonicam, tum nr. 16. epist. ad Amphilochium, (ad quem plures sunt epistolae in variis codd. v. indicem ad illum cat. voc. *Basilius.*) Conf. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 424. — In cod. VIII. plut. 4. XL. homiliae et IV. epp. — in cod. IX. exstant XLVII. homiliae, X. epp. et liber de virginitate. — in cod. XII. nr. 18. XXV. epistolae. — in cod. XIV. nr. 2. CCCXLIV. v. *Bandin.* I. pag. 525. 528. 535. 539. In tom. II. in cod. VII. nr. 29. plut. 57. initio erant epist. CCLXXIII. sed quaedam exciderunt, notante *Bandin.* p. 347. — in cod. XXXIV. nr. 19. epist. *Basilii* ad *Libanium* et huius responsio. — in cod. XVI. nr. 3. epist. XXIV. et in cod. XXX. nr. 7. plut. 59. ep. XXIII. mutuae Basilii ac Libanii. v. pag. 454. et 551. — add. codd. *Taurin.* XCI. — CV. — CLXVI. — CLXXIX. in cat. codd. gr. p. 183. 196. 252. 266. — Epistola ad Gregor. praecepta vitae religiosae et perfectae, e graeco in italicum sermonem translata, et edita Brixiae 1733. 12. v. *Paitoni* biblioth. etc. I. p. 148. — Ep. ad. Gregor. Nazianz. anglice vers. per *Rich. Scherrie.* Lond. sine a. nota. 8. vide *Brüggemann* View etc p. 412. qui ibid. versiones anglicas aliorum Basilii opusculorum refert. — *Garnier* inter spurias epp. recepit quoque pag. 462 sqq. mutuas Libanii

Basilii epistolas et p. 462. ex Basilii epistola ad Iulianum, apostatam, de S. Trinitate etc. tum mutuas Apollinarii Basiliique epp. denique ep. ad Theodosium, de quibus infra ad nr. XIX. agemus.

Epistolas sequuntur in adpendice p. 468 sqq. praemisso monito Ἠθικοὶ λόγοι ΚΔ΄. etc. qui ad tom. II. in edit. gr. lat. a. 1618. in adpendice primo loco ponuntur: de quibus *Fabric.* in vet. edit. nr. XI. haec, quae sequuntur, litteris consignauit. *Harl.*

[XI.] *Sermones* XXIV. *morales*, [in adpend. tom. II. edit. gr. lat. 1618.] a Simeone, magistro et logotheta, excerpti ex Basilii scriptis, et centonis in morem compositi λόγοι κδ΄ ἐκλεχθέντες διὰ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου καὶ Λογοθέτου ἐκ πασῶν τῶν πραγματειῶν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου etc. Simeon ille magister, qui etiam metaphrastes vulgo audit, clarus fuit sub saeculi decimi initium. Loca Basilii, e quibus sermones hi contexti sunt, in marginibus adnotantur.

1. Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *De virtute et vitio.* Incipit: ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

2. Περὶ διδαχῆς καὶ νουθεσίας. *De doctrina et admonitione.* Incipit: εἰ ἐπὶ τοσαύταις.

3. Περὶ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸν πλησίον. *De amore erga Deum et proximum.* Incipit: τοὺς τῶν βιωτικῶν.

4. Περὶ ἐλεημοσύνης. *De misericordia et benignitate.* Incipit: εἰ θαυμάζεις τὰ χρήματα.

5. Περὶ πλούτου καὶ πενίας. *De diuitiis et paupertate.* Incipit: τὰ φρέατα ἐξαντλούμενα.

6. Περὶ πλεονεξίας. *De auaritia.* Incipit: ὅταν εἰς οἰκίαν ἀνδρός.

7. Περὶ ἁμαρτίας. *De peccato.* Incipit: πολὺν ἀγαπητοί.

8. Περὶ μετανοίας. *De poenitentia.* Incipit: διττός μοι φόβος ἐνέσκηψε.

9. Περὶ προσευχῆς. *De precatione.* Incipit: χρὴ τὴν προσευχήν. Hic sermo cum *Nicolai Glaseri* versione, iunctus duobus libris Chrysostomi de modo orandi Deum, prodiit in eiusdem Glaseri Cynosura pietatis et morum graeco latina, Giessae 1609. 8.

10. Περὶ νηστείας. *De ieiunio.* Incipit: στρατηγοὶ μὲν εἰς παράταξιν.

11. Περὶ θανάτου. *De morte.* Incipit: ὦ τοῦ θαύματος, ἀγαπητοί. Hanc ex MSS. Vaticanis vertit et latine inter opera Ephraimi Syri edidit *Gerh. Vossius* tom. I. p. 200.

[87] 12. Περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. *De moerore et tristitia.* Incipit: ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν εὐοδούμενον.

13. Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. *De patientia et tolerantia.* Incipit: μηδεὶς ἐξ ὧν ἔπαθε.

14. Περὶ

14. Περὶ μελλέσης κρίσεως. *De futuro iudicio.* Incipit: ὅταν μέλλης ἐπί τινα ὁρμᾷν. Hunc quoque ſermonem latine a ſe verſum exhibet Gerh. Voſſius tom. I. operum Ephraemi Syri p. 241.

15. Περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξεσίας. *De principatu et poteſtate.* Incipit: καλὸν ἀεὶ, τὸ χεῖρον ὑπὸ τε κρείττονος ἄγεσθαι.

16. Περὶ γαςριμαργίας καὶ μέθης. *De ingluuie et ebrietate.* Incipit: μονότροπος ὁ τε Χριςιανισμε βίος.

17. Περὶ ὀργῆς καὶ ἐχθρᾶς. *De ira et odio.* Incipit: μέγιςον κατηγόρημα Χριςιανε.

18. Περὶ φθόνε καὶ βασκανίας. *De liuore et inuidia.* Incipit: πολλὴν ἡμῖν ἐμποιεῖ τὴν ἄνοιαν.

19. Περὶ σωφροσύνης καὶ ἀκολασίας. *De temperantia et incontinentia.* Incipit: ὁ τῶν Μακεδόνων Ἀλέξανδρος.

20. Περὶ ταπεινοφροσύνης καὶ κενοδοξίας. *De humilitate et vana gloria.* Incipit: ἀμήχανον τὸν μὴ καταδεξάμενον.

21. Περὶ εὐτυχίας καὶ δυςυχίας καὶ φρονήσεως. *De felicitate ac infortunio:* tum etiam *de prudentia.* Incipit: ἔτε τὰ δεξιά.

22. Περὶ προνοίας. *De prouidentia.* Incipit: τε ἐν τῷ προςάγματι.

23. Περὶ ψυχῆς. *De anima.* Incipit: τὸ τὴν πᾶσαν σπεδήν.

24. Περὶ τιμῆς γονέων, καὶ γήρως, καὶ νεότητος. *De honore, quo afficiendi ſunt parentes, de ſenectute et iuuentute.* Incipit: τὸ ἐξεγέρθητι Κύριε.

Prodierunt hi ſermones primum graece e bibl. regis chriſtianiſſimi, Pariſ. apud Guil. Morellum 1556. 8. Hinc a *Simone Mailleo*, archiepiſcopo Turonenſi, translati in latinum ſermonem, ibid. 1558. 8. Poſtea vtraque lingua cum noua interpretatione *Stanislai Ilouii*, Francof. 1598. et 1611. 8. Simonis a Maille interpretatio latina ſeruata eſt in graeco latinis operum Baſilii editionibus. Ex his ethicis, ſuſpicor, eſſe homilias nouem breuiores, quas a *Franciſco Vergara* verſas eſſe latine narrat Nicolaus Antonius in bibl. Hiſpana. *Fabr.* Sunt in decem codd. bibl. publ. *Pariſ.*

Vltimum locum in tomo III. ed. Garn. occupat περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθες ἀφθορίας πρὸς Λητόϊον ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς *). *Liber de vera virginitatis integritate ad Letoium, Melitinenſem epiſcopum.* Incipit: οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον etc. In ed. *Pariſ.* a. 1618. tom. I. et a *Fabricio* in vet. ed. in recenſione illius tomi nr. V. inter genuina recipitur Baſilii opera. Atque *Fabricius* haec, quae ſequuntur, de illo libro notauit. „Vertit *Ambroſius Camaldulenſis*, Venet. 1530. 8. Licet vero *Dorſcheus* noſter in indice

H 2

*) Vulgo legitur Μελίτης· ſed Garnier. fide codd. correxit Μελιτηνῆς.

dice iniquitatis pag. 173 ſq. et ex ipſis etiam rom. eccleſiae addictis Natalis Alexander et alii libell. de virginitate Baſilii eſſe negent: tamen illi vindicat hoc ſcriptum, a Suida etiam memoratum, Combefiſius teſtimonio *Nazianzeni*, qui orat. XX. de Baſilio pag. 358. τὰ ἔγγραφα ipſius de virginibus διατάγματα commemorat. Letoius ille laudatur a *Theodorito* IV. 11. Hiſt.“ Hactenus Fabricius. At enim *Garnier*. qui in praeuio monito illum librum ſpurium eſſe demonſtrat ex ſtili diſſimilitudine et imaginibus indecoris, atque quoniam Letoius ille, cui nuncupatus eſt liber, pluribus poſt Baſilii mortem annis ad dignitatem epiſcopi Melitinenſis peruenit, primum Suidam nihil moratur; deinde Nazianzeni teſtimonium, quod graue videtur, et quo Combefiſius ac Du Pin ad librum Baſilio vnice adſerendum, nituntur, non de noſtro intelligit libro. „Sed, ait, quum Gregorius Baſilii ſcripta laudat, quibus virginitatem vere colere docebat, *regulas* indicat, quae nihil prorſus habent, quod non ad optimam excolendae virginitatis rationem pertineat. Atque etiamſi conſtaret, Baſilium ſingulari opera de virginitate ſcripſiſſe; verum illud opus deſiderandum eſſet; minime vero illud, quod in manibus habemus, adfingi ei in tam manifeſta ſtili diſſimilitudine ac temporum diſcrepantia deberet.“ Opus tamen, ab antiquitate commendatum, concedit, ſcriptum eſſe quarto ſaeculo, eidemque Letoio nuncupatum Melitinenſi, ad quem etiam Gregorii Nyſſeni exſtat epiſtola canonica. Garnierio adſentitur *Schroeckh* l. c. pag. 205. ſed multo copioſius perſequitur idem argumentum *Oudin.* l. c. pag. 553 ſqq. qui primum nominat Bellarminum, Labbeum, Du Pin, Caueumque, qui id opus cenſent legitimum eſſe Baſilii foetum; dein vero multas rationes, quibus motus *Godefr. Hermantius* in vita Baſilii et Gregorii Nazianz. gallice ſcripta, id abnegauit Baſilio, refert, probatque et ornat. — Exſtat in cod. *Naniano* Venet. CXXIII. nr. 15. de quo v. cat. codd. gr. Nan. p. 256 ſq. et in codd. Bauar. *Monach.* XXXII. LXXXIX. et XCIII. v. cat. codd. gr. Bau. p. 8. 34. et 35. — *Dresdae* in bibl. elect. eſt cod. *latin.* qui continet *Athanaſii* et *Baſilii* opp. in his Baſilii de militia monachali ad quemdam diſcipulum ſuum; de laudibus vitae ſolitariae; ad Letoium de vera integritate virginitatis et quasdam epp. ad Amphilochium, ad Terentium et alias; de ſtudio gentilium litterar. lib. et Rufini in librum homil. Baſilii praefationem cum VIII. homiliis. v. *Goetz.* memor. bibl. Dresd. tom. I. coll. 4. p. 363 ſqq.

Haec ſunt opera et genuina et dubia ſpuriaque, quae continentur in edit. Garn. — Benedictinorum. Agmen claudunt addenda atque emendanda ad tria volumina; tum ſelectae Frontonis Ducaei notae in librum de Spiritu S. denique indices.

Ne quid autem eorum, quae Fabric. in vet. ed. adhuc ſcripſerat, in hac ed. deſideretur: reliqua hic ſubiiciam, omiſſis iis, quae iam in ſuperioris Garnerianae edit. recenſione reddideram. In adpendice igitur ad tom. II. edit. gr. lat. a. 1618. et apud Fabric. olim, nr. XII. ſqq. adhuc reperiuntur:

XII. Περὶ γραμματικῆς γυμνασίας. *De grammatica exercitatione.* Incipit: Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ — — — et δεῖ σε γινώσκειν ὦ παιδίον. p. 171. Vertit *Gilbertus Cognatus*, Nozerenus. De huius libelli editionibus [P] dixi tomo ſexto huius bibliothecae pag. 319. et

et 322. vbi monui etiam, verum auctorem non esse S. Basilium, sed *Manuelem Moschopulum* longe recentiorem scriptorem, qui circa saeculi XIV. finem claruit. *Fabr.* Conf. *Henr. Valef.* de critica, lib. I. cap. 25. pag. 173 sq. — In *Gilberti Cognati* (Cousin) *Nozoreni* operibus, Basil. 1542. fol. tom. I. nr. 1. v. *Baumgarten.* Nachricht. von merkwürd. Büchern. tom. X. p. 48 sqq.

Quae sequuntur nr. XIII. *de consolatione in aduersis:* nr. XIV. *de laude solitariae vitae* et XV. *Admonitio ad filium spiritalem*, et *Garnier* tom. II. inter spuria reposuerat, item nr. XVI. *Gennadii diss. epistolica* atque XVII. *Frontonis Ducaei notae*, iam supra suis locis explicita sunt. *Harl.*

VII. *Scripta S. Basilii, vel quae sub eius nomine feruntur, sed quae in editionibus graecolatinis non exstant.*

[XVIII. *Homilia tertia de ieiunio,*] [edita a *Garnerio* in tom. II. inter spuria Basilii scripta, et ego de illa ad nr. 2. spuriorum illorum dixi. *Harl.*]

Homilia in prouerbiorum VI. 4. edita graece et latine a *Cotelerio* in tom. I. monumentor. ecclesiae graecae p. 28 — 37. Incipit: *ὀ λυπεῖ με ἐλάττωσις τῶν συνελθόντων.* Hanc quoque [vt superiorem] ante Cotelerium verterat, latineque ediderat *Franciscus Combefisius* in ecclesiaste graeco, qui loca quaedam illius illustrat tom. I. Basilii recensiti p. 21.

XIX. Ad Apollinarium *epistolae* duae, vnaque ad Libanium: ad Theodosium, imp., vna, et duae commendatitiae ad incertum, graece et latine editae ab eodem *Cotelerio* tom. II. monumentor. pag. 84 seq. vna cum Apollinarii binis, totidemque Libanii ad Basilium epistolis et vna ad eumdem Amphilochii. Paris. 1681. 4. Epistolas mutuas Apollinarii et Basilii ab Arianis vel Apollinaristis confictas esse, non diffitetur ipse Cotelerius, quem, si placet, vide pag. 553. Illi vero ad Theodosium hanc notam additam in MS. reperisse idem p. 559. monet: *ἡ ἐπιστολὴ αὕτη οὔτε ἀπὸ τῶν νοημάτων οὔτε ἀπὸ τῆς φράσεως ἔοικεν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου.* *Fabr.* *Garn.* III. p. 463. v. supra vbi nr. X. de epistolis agebatur, ad finem notata, vbi quoque *Basilii ep. ad Apollinarem, Laodicenum,* suppositia adlata est. — Epistola ad Theodosium, imp., ap. *Garn.* III. p. 466 sq. inter spurias ex Cotelerii monum. eccl. graecae tom. II. p. 97. Atque in margine notatur, alias legi tantum *τῷ βασιλεῖ.* *Tillemontio* quidem videtur haec epistola iuuenem et rhetorem non dedecuisse, isque Theodosium, cui inscripta est epistola, non magnum illum imperatorem intelligit, sed praesidem aliquem Cappadociae. At in nota animadvertit editor Benedict. in ed. Garn. totam epistolam Basilii stilo atque ingenio repugnare, et alias adducit rationes graues, quibus impugnatur Tillemontii iudicium et, litteram esse adulterinam, demonstratur. *Harl.*

XX. *Rationes syllogisticae contra Arianos, quod filius sit Deus,* prodiere tomo V. lectionum antiquarum *Henr. Canisii* pag. 166. 171. [w]) sed latine tantum, interprete *Francisco Turriano,*

w) Sec. vet. ed. Ingolstad. a. 1601 — 1604. sed in *Basnagii* repetita mutataque et aucta ed. inscripta: Thesaurus monumentorum ecclesiast. et historicorum etc. vol. I. Amstel. 1725. fol. nr. 6. pag. 169 — 171. *Harl.*

riano, S. I. Ingolstad. 1604. 4. Incip. *Si filius est natura Deus, et pater est natura Deus, non est alius Deus filius. Fabr.* In schol. ad Euthym. Zigabenum citatur ὁ ἱερὸς καὶ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς συλλογισμοῖς, atque cl. *Matthaei* praef. ad *Euth. Zigab.* comment. in IV. euangelia, tom. I. p. 19. not. 9. suspicatur, intelligi librum, *rationes syllogist.* etc. *Harl.*

[†] XXI. *Philocalia* e scriptis Origenis concinnata a Basilio et Nazianzeno, vt dixi lib. V. cap. 1. [pag. 221 sq. vol. VII.] *Fabr.* Codd. in vol. VII. cit. memoratis add. cod. *Augustan.* Vindel. secundum *Reiseri* indicem MSSt. bibl. August. p. 38. nr. 49. et *Medic. Laurent.* XV. plut. 4. in quo quaestiones in duo libros partitae sunt; primi libri quaestiones sunt XXI. secundi autem XII. adnotantur quoque suis locis varia Origenis opera, e quibus auctoritates ad soluendas quaestiones sumtae sunt. v. plura in *Bandini* cat. codd. gr. Taur. I. pag. 540. In ed. Tarini vnico tantum libro, in XXVI. capp. distributo, continetur Philocalia. *Tarini* ed. quam in manibus habeo, inscripta est: *Origenis Adamantii Philocalia*, de obscuris S. Scripturae locis, a S. S. P. P. *Basilio M.* et *Gregorio, theologo*, ex variis *Origenis* commentariis excerpta. — Omnia nunc primum graece edita ex bibl. regia, opera et studio *Io. Tarini*, Andegaui, qui et latina fecit et notis illustrauit. Lutet. Paris. ap. Sebast. Cramoisy. 1624. 4. Additi sunt libri *Zachariae Scholastici* de mundi opificio contra philosophos disput. *Anastasii, presbyteri*, de hominis ad imaginem dei creatione liber et celebres opiniones de anima. — Edit. *Tarini* Paris. 1618. 4. exstat in cat. bibl. Leidensis pag. 62. *Harl.*

[XXII. Λόγος εἰς τὴν ὑποτύπωσιν τῆς ἀσκήσεως.] In Garn. ed. II. pag. 623. v. supra nr. 9. *Harl.*

XXIII. Basilii et Nazianzeni *Expositio fidei*, edita latine a *Canisio* tom. V. Antiquar. lect. p. 177. 180 x). Incipit: *Credo in Patrem et Filium et Spiritum S. Trinitatem homousion.*

XXIV. Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ. *Expositio fidei in compendio.* Quaestionibus et responsionibus. Edita graece et latine a *Stephano le Moyne* in Variis sacris tom. I. p. 147-149. Incipit: πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ἀκτίστου τριάδος;

[XXV. Θεία λειτουργία.]

[XXVI. Basilium — ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτουργίας.] Apud *Garn.* II. p. 672 sqq. et quae Fabric. de duobus hisce opp. scripserat, iam supra ad nr. 11. tom. II. Garn. inter spuria recepi. *Harl.*

[†] XXVII. *Scholia in Psalmos centum et quinquaginta.* Graece nondum prodierunt, quod sciam, sed in latinis editionibus, (nam in graecolatinis [et Garner.] sunt omissa) exstant e versione *Wolfgangi Musculi.* Non Basilium habere auctorem, sed ex Basilio, Chrysostomo

x) Edit. Ingol. Sed in *Basnagii* Thesauro monum. eccl. tom. I. nr. 8. p. 188. In indice cod. Antonii Eparchi nr. LXI. Basilii breuis expositio fidei et quaedam contra feminas add. nr. XXXIII. v. infra, vol. X. p. 481. et 484. ed. vet. *Harl.*

ſoſtomo ac Theodoreto eſſe collecta, iam multi poſt Poſſeuinum obſeruarunt. *Commentum Lucumonis, qui ſub nomine Baſilii mundo illuſit*, vocat [☞] *Rich. Montacutius* pag. 83. adparatus ad Origines eccleſiaſticas.

XXVIII. Baſilii M. *ſupplicationes in S. Pentecoſten*, memorat Gabriel Philadelphienſis, apud *Allatium* cap. 13. de purgatorio p. 93. *Precationem* aliam Baſilii graece MS. e codice VIII. Barocciano bibl. Bodlei. edidit *Henricus Hammondus* in catechiſmo practico, addita anglica verſione. Oxon. 1662. 8. (quae ſeptima eſt editio) p. 279. et tomo I. opp. Lond. 1684. fol. Et in germanica catechiſmi illius verſione Francof. 1696. 8. ** lin. 4. Eam quoniam breuis eſt atque chriſtiano doctore digna, hoc loco cum verſione mea latina adſcribam.

Ἀνεξίκακε Βασιλεῦ καὶ ἀΐδιε, ὁ διὰ τὴν ἐκ ξύλου κατάκρισιν ἐπὶ ξύλου ἀρθεὶς, καὶ τοῖς ἀκολουθεῖν σου τοῖς ἴχνεσιν αἱρουμένοις μακροθυμίας σαυτὸν ὑπόδειγμα παρασχόμενος, ὃς ὑπὲρ τῶν σταυρούντων σε θεομάχων ἔντευξιν προσήγαγες τῷ συνανάρχῳ γεννήτορι αὐτός· Φιλάνθρωπε Κύριε, καὶ οἷς δι' ἀπεχθείας ἐσμὲν ἢ ἐπιβουλεύουσιν, ἢ λοιδορουμένοις, ἢ ἐπηρεάζουσιν, ἢ βασκαίνουσιν, ἢ καθ' οἷόν δή τινα τρόπον ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ ἐπηρείας τοῦ φιλαπεχθήμονος δαίμονος μισοῦσι καὶ ἀποστρεφομένοις, συγχώρησον τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς παροινίας πλημμέλημα, μετάβαλε τὰς γνώμας αὐτῶν ἐκ κακοηθείας εἰς ἐπιείκειαν. Ἔμβαλε ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἄδολον ἀγάπην καὶ ἀνυπόκριτον· σύνδησον ἡμῖν αὐτοὺς ἐν ἀρρήκτοις δεσμοῖς εὐνοίας πνευματικῆς· καὶ τῆς ἀκηράτου σου ζωῆς, οἷς οἶδας λόγοις, κοινωνοὺς ἀποτέλεσον· τοὺς δὲ ἀγαπῶντας ἡμᾶς, ἢ καὶ εἰς τὰς σωματικὰς χρείας διὰ τὸ σὸν διακονοῦντας ἅγιον ὄνομα, ταῖς πλουσίαις σου δωρεαῖς ἀντάμειψαι, καὶ τῆς λήξεως τῶν πιστῶν καὶ φρονίμων οἰκονόμων ἀξίωσον. Καὶ τοῖς τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐν ἀγαθῇ διαθέσει μεμνημένοις, ἢ καὶ ὑπερευχομένοις, δαψιλῆ τὴν χάριν σου ἐπιβράβευσον· τοῖς ἐντειλαμένοις τῇ ἡμετέρᾳ ταλαιπώρῳ ἀναξιότητι ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαι, τὰ ὠφέλιμα χάρισαι, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα παράσχε, καὶ πλούσια τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῖς

Malorum tolerator et ſempiterne rex, qui in lignum ſuſtuliſti condemnationem, quae per lignum nata erat, atque Te ipſum longanimitatis praebuiſti exemplum iis, qui veſtigia tua ſectanda eligunt; tu qui pro DEI hoſtibus in crucem Te agentibus interceſſionem obtuliſti ipſe coaeterno Patri; hominum amator, Domine, ignoſce illis, quibus exoſi ſumus, quique inſidiantur nobis, nos calumniantur, illudunt, aut nobis inuident, aut quocumque modo ex inſidiis et contumelia daemonis, odio gaudentis, nos oderunt et auerſantur, ignoſce illis ſtoliditatis in nos ſuae peccatum, muta animos ipſorum, et ex malitia ad moderationem traducito. Cordibus ipſorum inſpira charitatem, alienam ab omni dolo ac ſimulatione. Conſtringe nobis illos indiſſolubilibus beneuolentiae ſpiritalis vinculis, et [☞] notis Tibi rationibus eos vitae tuae purae ac ſincerae participes perfice. His vero, qui nos amant aut corporalibus neceſſitatibus propter ſanctum nomen Tuum miniſtrant, opulenta dona Tua repende, et ſorte ac praemio dignare illos fidelium ac prudentium oeconomorum. Illos quoque, qui bono animo, infirmitatis noſtrae memores, pro nobis orant, larga gratia tua remunerare. Quique miſeris nobis et indignis iniunxerunt vt pro illis oraremus, his, quae e re ipſorum ſunt, benigne largitor, praebe, quae ſalutis

ἐξαπό-

ἐξαπόστειλον. Πάντας, εὔσπλαγχνε, τοὺς ἐπί σοι πεποιθότας ἐλέησον, πάντας εἰς τὴν θείαν σου ἀγάπην ἕλκυσον. Πρόστηθι πάντων, καὶ ἀντιλαβοῦ, σὺν ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀχρείοις δούλοις σου, καὶ τῆς σῆς βασιλείας κληρονόμους ἀπέργασαι. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι σοῦ ἐστι τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

ſuae cauſſa Te orant, et diuitem miſericordiam, ac locupletes miſerationes tuas ad illos demitte. Miſerere omnium, miſericors Domine, qui Tibi confidunt: omnes ad diuinum amorem Tuum attrahe. Tuere omnes ac defende et ſuſcipe, nosque peccatores et inutiles ſeruos tuos, ac regni Tui heredes redde. Tuum enim eſt miſererj, nosque ſaluare, o Deus noſter, quoniam tua eſt potentia, in ſaecula, Amen.

A *Ioach. Camerario* edita eſt: Disputatio de piis et catholicis atque orthodoxis precibus et invocatione numinis diuini: et expoſitae formulae harum, tam de ſacris, quam aliorum vſurpatione deſcriptae graece et lat. acceſſerunt definitiones praecipuarum rerum, quarum mentio in hac diſputatione fit. Argentor. 1560. 8. In hoc op. reperiuntur p. 71 — 92. Preces S. S. *Chryſoſtomi, Baſilii, Gregorii Nazianz., Io. Damaſceni* et aliorum, graece deſcriptae ex libello precationum, quo graecae eccleſiae vtuntur, et Camerarius adpellat Μηνάριον.

Fabricius in vet. ed. alia quaedam ſubiunxerat gr. cum verſione latina, quae graece deſcripſerat I. Chriſtph. Wolfius, quum in Anglia verſaretur, ex codd. bibl. Bodleianae. Sunt autem

1) *Baſilii* precatio dicta ante S. communionem corporis dominici, ex *Nicetae Choniatae* theſauro orthodoxae fidei: cod. Bodlei. MLXXXI.

2) *Baſilii* precatio et exorciſmus ſuper homine vexato ab impuris ſpiritibus, ex cod. Barocc. VIII. in quo et Epiphanii et aliorum SS. patrum adiurationes eiusmodi leguntur. Precationem ſequitur *exorciſmi* formula. Aliae exorciſmi formulae reperiuntur in *Goari* Euchologio p. 335 ſq. — In cod. regio *Matrit.* CV. nr. 66. exſtat ἀφορκισμὸς τοῦ — Βασιλείου κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων· *Baſilii exorciſmus aduerſus ſpiritus immundos.* Inc. ὁ θεὸς τῶν θεῶν· etc. Atque *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 421. ſq. adnotat, hunc Baſilii exorciſmum et *Fabricium* VIII. pag. 95. vet. ed. et *Goarum* Euchologii pag. 729. gr. ac lat. publicaſſe, at mstum Matrit. ab vtroque excuſo bene multis variis lectionibus diſſentire; ſe, rogante Franc. de Beiar, confeciſſe verſionem lat. et hanc ſubiectam eſſe edito opuſculo: *S. Baſilii Regulae.* In eod. codice occurrunt quoque plures partim a Goaro libr. cit. editi, partim nondum euulgati ſimiles exorciſmi atque precationes Chryſoſtomi, Gregorii, thaumaturgi, Epiphanii, Gregorii Nazianz., Salomonis et aliorum anonymorum, de quibus multus eſt *Iriart.* — *Precatio Baſilii* quaedam eſt *Vindobon.* in cod. caeſar. XIX. v. *Lambec.* III. p. 95.

Quaeſtiones *Eunomii* et *Apollinaris* cum reſponſionibus *S. Baſilii* ex cod. Cromwell. CXII. pag. 579. Sed quoniam nr. 2. ſq. *exorciſmus* alibi occurrit, eum hic omiſi, nr. autem 1. et 3. in ſupplementa, ſi placebit, coniiciam. *Harl.]*

XXIX.

XXIX. *Poenitentiale* siue ἐπιτίμιον εἰς τοὺς παραπίπτοντας καὶ ἁμαρτάνοντας. Incipit: ἡ προβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἀναμάρτητος. MS. in bibl. Caesarea. Vide *Lambecium* III. pag. 100. *Fabr.* In cod. LIX. nr. 14. p. 265. ed. Kollar. qui in nota obseruat, diuersum esse hoc epitimion ab illis, quae in Garnieri edit. edita sunt tom. II. p. 526. In hoc autem Kollar. ne vmbram quidem Basilii videt. *Harl.*

XXX. Ἐγκώμιον εἰς Μελέτιον Ἐπίσκοπον. *Encomium funebre Meletii episcopi Antiocheni,* a. C. 381. defuncti. Incipit: Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποστόλων. In codicibus quibusdam MSS. Basilio tribuitur, vt illo, qui est in bibl. Caesarea apud *Lambecium* y) III. p. 129. sed qui *Gregorio Nysseno* illud testimoniis Socratis V. 9. Sozomeni VII. 10. Nicephori XI. 29. et martyrologii Rom. 12. Febr. recte vindicat. Legitur etiam inter *Nysseni* Opera tom. II. p. 119. licet Meletium Basilius etiam in epistolis non vno loco laudet et contra inimicos causam eius tueatur.

XXXI. Ex *homilia commemorationis B. Mariae virginis*, cuius exemplar in insula Rhodo descriptum habuit Gilbertus Gaulminus, loca arabice et latine adfert *Abraham Ecchellensis* in Eutychio vindicato, Rom. 1661. 4. p. 226. 246.

XXXII. Caueus testatur, apud Tho. Galeum fuisse mstas *responsiones* Basilii *ad Eubulum: epistolam* breuem *ad Optatum* quemdam et excerptum *ex epistola ad Neapolitanos*, (puto legendum *ad Nicopolitanos*,) cum scholiis.

XXXIII. Περὶ φωτίσματος. *De illuminatione* siue *baptismo.* Incipit: ἤδη μακαριότητος ὀσμὴ πρὸς ὑμᾶς. Sub Basilii nomine exstat in variis codicibus MSS. vti duobus bibl. regiae Paris. teste *Cotelerio* ad Clementis recognitiones III. 67. et in Barocciano CXCI. vt me monuit noster Wolfius. Sed Basilio perperam tribuitur, quum sit Procatechesis S. *Cyrilli*, Hierosolymitani, siue praefatio eius ad Catecheses. Auctor scholii, quod in altero codice regio Cotelerius reperit: σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαρακτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου *Fabr.* N. in cod. CDLXXVI. nr. 18. vbi in nota marg. ab antiqua manu abiudicatur Basilio. v. confector. catal. II. p. 67. *Harl.*

XXXIV. Περὶ τοῦ ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ Θεός. *Quod Deus sit incomprehensibilis.* Incipit: σαρκὸς μὲν ὀφθαλμοῖς Θεὸν θεωρῆσαι. Itidem sub Basilii nomine in iam dicto Barocciano cod. CXCI. legitur atque in altero CCXXXIX. z) sed itidem auctorem habet *Cyrillum, Hieroso-*

y) In cod. LXVII. (in quo multi sunt Basilii libri,) nr. 21. p. 331. ed. Kollar. cuius notam conferes. Sed in cod. CVI. nr. 13. ap. *Lambec.* IV. pag. 55. tribuitur illa oratio funebris *Gregorio Nysseno.* Adde infra cap. de Greg. Nyss. ad nr. 60. Operum tom. II. *Harl.*

z) Item in codd. *Paris.* bibl. publ. CDLXXVI. (in quo multa sunt Basilii scripta,) nr. 33. et CMLXIX. nr. 7. *Garnier* in vita Basilii p. 185. §. V. fin. hanc et aliam hom. *de eleemosyna* et *iudicio* inter perditas numerauit.

Ad *spuria* opp. pertinet. *interrogatio* ad Greg. Nazianz. de ecclesia et sacerdotibus, quae in cod. *Vindob.* caesar. CCXCIII. nr. 4. apud *Lambec.* V. p. 537. tribuitur *Basilio M.* sed Kollar. in nota docet, eam esse nugacis nugiuenduli somnium.

De *Basilii* libro contra Manichaeos deperdito, quem laudauit Augustinus, v. supra vol. VII.

Hierosolymitanum, inter cuius catecheses, vt eidem laudato Wolfio obseruatum, nono loco legitur.

Haec de S. Basilio eiusque scriptis adnotanda mihi succurrerunt, quem Cassiodorus in prooemio diuinarum lectionum refert inter eos, qui totam S. Scripturam explicauere. *Ferunt itaque scripturas diuinas veteris nouique Testamenti ab ipso principio vsque ad finem graeco sermone declarasse Clementem Alexandrinum, cognomento Stromateum, et Cyrillum eiusdem ciuitatis episcopum, et Ioannem Chrysostomum, Gregorium et Basilium, nec non et alios studiosissimos viros, quos graeca facundia concelebrat.*

VIII. *Index eorum* [aa]), *ad quos epistolas scripsit, et quorum in epistolis meminit S. Basilius.* [*Additus et vncinis inclusus numerus indicat ordinem epp. Basilii in ed. Garner. designatum in prolegg. ad tom. II. p. CCII sqq. Harl.*]

Amphi-

VII. pag. 325. In codd. *Paris.* MMDCCCCLXXIII. nr. 4. *Basilii* interrogata et responsa de caritate, et nr. 2. excerpta ex Chrysostomi ac Basilii opp. — MCDV. nr. 10. *Basilii* ad Gregorium fratrem de mixtura triplici obseruatio breuissima. — MCX. nr. 3. *Basilii* explicatio orationis dominicae etc. Add. *Schramm* supplementa in analysi Opp. SS. patrum etc. tom. XII. Ex cod. Mosquensi edidit *Matthaei* homiliam de perfect. vitae Monach. v. supra ad nr. I. *de homiliis*. Sed haec sufficiant, ne extra oleas vagari videamur. *Harl.*

aa) In ed. Garn. Bened. tom. III. pag. 193 sqq. prolegom. primum *ordo nouus* epistolarum, (quas Garnier. secundum temporis ordinem melius posuisse, et in vita Basilii de iis egisse, iam obseruauimus;) cum antea vulgato, comparatus: tum p. 198 sqq. epp. *ordo antea vulgatus* ad nouum, quem instituit Garn. ordinem reductus est. *Harl.*

bb) Male Ambrosio in catalogo MSS. bibl. Augustanae p. 18.

Clean-

cc) Coloniam Armeniae intellige, vt infra in Euphronio.

dd) De hoc Demosthene *Theodoritus* IV. 19. Hist.

ee) Confer epist. CCCXLV. et Acta Sanctor. tom. II. Iunii p. 919 seq.
ff) Vide epist. LXXXII. p. 909. et 345. 382.

Harma-

gg) Hanc alii dicunt, non Basilii esse, sed Gregorii Nysseni. [v. notam Bened. In ora regii cod. nr. MMDCCCXCVI. ex scribendi ratione colligitur, verisimile esse illorum, qui Nysseno eam adtribuant, iudicium.] Vide infra cap. 20. in Nysseno.

Ad

Thrasy-

IX. *Index Homiliarum et epistolarum S. Basilii, adscriptis ordine alphabeti singularum initiis* [hh]).

hh) Hunc indicem intactum reliqui, nec inquisitione et comparatione cum edit. Garner. tempus perdere volui. Vrguent etiam operae. *Harl.*

Ἐπέ-

Καλῶς

Πᾶσα

Σπα

Τὸν

Quae ex scriptis Basilii, magni, latine tantum exstant.

Aeterne Deus, qui in principio. Vide supra, num. XXV.
Audi, fili, admonitionem patris tui. Ib. num. XV.
Beatitudinis vocabulum. Scholia in Psalmos, de quibus supra, num. XXV.
Credo in patrem et filium. Ib. num. XXIII.
Domine, qui nosti corda hominum. Ib. num. XXV.
Domine virtutum ac tutamentum. Ibid.
Libet de singularis vitae meae meritis. Ib. num. XIV.
Psalterium proprie musici instrumenti genus est. Praefatio praemissa scholiis in Psalmos, de quibus supra, num. XXV.
Si filius est natura Deus. Ib. num. XX.
Quemadmodum nauis, cum vndarum tempestate quassatur. Ib. num. XIII.

X. BASILIVS, Seleuciae in Isauria post Dexianum, (qui a. C. 431. concilio Ephesino interfuit,) [ll]) episcopus, neque in Menaeis Graecorum neque in Latinorum martyrologiis inter Sanctos celebratur [mm]), haud dubie ideo, quoniam in caussa Eutychiana parum constantem se praebuit, et cum in concilio CPol. a. C. 448. Eutychis haeresin condemnasset [nn]), illam in synodo Ephesina ληςρικῇ a. 449. probauit [oo]), licet postea sub Marciano, imp., et epistolae S. Leonis ad Flauianum a. 450. subscripserit [pp]), et in concilio Chalcedonensi a. 451. condemnato iterum Eutyche, veniam impetrauerit [qq]). Idem deinde a. 458. vna cum aliis Isauriae episcopis, quorum metropolitanus erat, per litteras imperatorem Leonem [rr]) rogauit, vt comprobata Chalcedonensi synodo intrusionem Timothei Aeluri in sedem Alexandrinam refutaret. Ex scriptis eius exstant [ss]):

1. Ho-

ll) In MS. Caesareo apud *Nesselium* V. p. 96. vocatur archiepiscopus. [v. ad nr. 18.]

mm) Confer *Tillemont.* tom. XV. p. 342. *Fabr.* Praeter ea vid. de hoc Basilio *G. Caue* histor. liter. SS. eccles. tom. I. pag. 441 sq. ed. Basileens. — *L. Ell. du Pin* nouv. Bibl. tom. IV. p. 206. — *R. Ceiller* Hist. gen. des aut. eccl. tom. XIV. pag. 309 sqq. *Hamberger* zuverl. Nachr. III. pag. 193 sqq. *Harl.*

nn) Id. pag. 514.

oo) Id. pag. 561. 562.

pp) Id. pag. 617.

qq) Id. pag. 666.

rr) Haec epistola adhuc exstat latine ad calcem Actor. concilii Chalcedonensis.

ss) Codicum, qui non admodum multi supersunt, et quidem in praesenti eorum, in quibus plura Basilii Seleuc. scripta continentur, notitiam hic subiungam. *Florentiae* in bibl. Medic. Laur. cod. I. nr. 10 — 44. triginta et quinque homiliae, quas singulas pluribus memorat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 196 sqq. *Matriti* in bibl. reg. cod. CII. homilia in Herodiadem cum interpretat. lat. *D. Flaminii Priami Lucensis*: et versio eiusdem latina sermonis in infantes Bethleem ab Herode trucidatos. v. *Iriarte* cat. codd. gr. Matr. pag. 406 sq. — Homiliae eae, quae etiam editae sunt, *Paris.* in cod. MCCIV. bibl. publ. praemisso *Photii* iudicio de Basilio. — *Vindobonnae* in cod. caesareo LXXXI. fragm. ex prima in principium Genesceos oratione. (*Lambecius* comm. III. pag. 466.) — in cod. XIV. nr. 13. orat. in transfigurat. Christi, (in opp. Basilii, Seleuc.

[P] 1. Homilia in illud Genef. I. 1. *in principio creauit Deus coelum et terram.* Incipit: ἅπας μὲν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος. Legit *Photius* cod. CLXVIII. Separatim Hamburgi a. 1618. 8. edidit vtraque lingua *Detleuus Wolderus,* Crempenfis Holfatus, qui praeter rem exiftimauit, primum fe effe, qui illam homiliam latine vertiffet. *Fabr.* In *Io. Patufac* encyclopaed. philol. vol. II. funt Bafilii Seleuc. pag. 41 fqq. homiliae nr. 1. 3. 5. 7. 8. et 9. editae. *Harl.*

2. et 3. *In Adamum.* Incipit prior: ὥσπερ οἱ τὰς τῶν βασιλέων. Pofterior: οἶδα χρεώστην ἐμαυτόν. Legit Photius. Edidit feparatim Fed. Morellus, Parif. 1602. 8. [orat. I. in Adamum, e graeco nuper latinitate donata per *Mart. Meftraeum,* D. Th. e typogr. Steph. Preuofteau. Parif. 1602. 8. v. *Maittar.* A. T. III. pag. 841.]

4. *In Cainum et Abelem.* Incipit: πάλιν ἡμᾶς ὁ τῆς διδασκαλίας νόμος. Legit Photius.

5. et 6. Εἰς τὸν Νῶε, *in Noachum,* fiue *Noemum.* Prior incipit: ἴσος ἔνεστι Θεῷ. Pofterior: ὅτε τὴν ὑμετέραν ἀκοήν.

7. *In Abrahamum.* Incipit: τῷ φιλοθέῳ καὶ πνευματικῷ. Legit Photius. *Fabr.* In tribus codd. bibl. publ. *Parif.* *Harl.*

8. *In Iofephum,* patriarcham. Incipit: τοῖς μὲν τὰ μακρὰ πελάγη. Legit Photius. [In cod. *Parif.* MCCCCLVIII.]

9. *In Moyfen.* Incipit: πολλὰ τὰ πρὸς ὕμνον κινοῦντα. Legit Photius.

10. *In Elifaeum et Sunamitidem.* Τῶν προφητῶν οἱ μὲν λόγῳ. Graece et latine cum *Detleui Wolderi* verfione, Hamb. 1618. 8.

11. *In Eliam.* Incipit: τὸν μὲν μακάριον ἐκεῖνον καὶ μέγαν προφήτην. Legit Photius. Sed Tillemontio iudice homilia haec mifera eft et parum digna Chriftiano. *Tres*

M 2 *pito-*

leuc. eft oratio XL.) (*Lambec.* VIII. p. 249.) et alia anonymi in transfig. Chrifti, quae in alio cod. (v. *Lambec.* IV. pag. 307.) male tribuitur Chryfoftomo, et a Montfauc. prorfus neglecta eft. — In cod. XXXV. nr. 34. orat. de infantibus ab Herode interemtis; nr. 25. — or. in Matth. XX. 18. (fiue inter editas, nr. 31.) — nr. 26. nondum edita *in Iudae proditionem et coenam myfticam:* inc. τοῦ σωτῆρος τὰ πάθη, πένθος μὲν Ἰουδαίων ὑπάρχει. nr. 17. nondum edita *in S. Pafcha:* init. ἄφατος εἰς ἡμᾶς ἡ τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία· v. *Kollar.* fupplem. ad Lambec. comm. pag. 257 fq. cui tamen duae pofteriores videntur fufpectae. — In cod. *Coiflin.* CCCLXXIII. fermones IV. 1) in Centurionem; 2) in filios Zebedaei; 3) in Herodiadem; 4) in nauiculam fluctuantem, et Chryfoftomi fermo de confummatione faeculi, latine, interprete *Flaminio Priamo Lucenfe,* Romae Kal. Ian. MDXCVI. v. plura in *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 580 fq. conf. *Iriart.* l. c. — In cod. *Coisl.* CVII. inter aliorum homilias, tres oratt. Bafilii Seleuc. — in cod. CCCVI. d. 29. Dec. orat. in infantes, ab Herode occifos. (bibl. Coisl. pag. 182. et 423.) — *Dublini* inter codd. collegii S. Trinit. cod. CCXXVIII. nr. 428. cat. codd. Angliae etc. excerpta ex Bafilii Seleuc. homiliis et libris II. de miraculis B. Theclae. Add. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 13. b. p. 257. a. p. 494. d. et faepius. v. indic. ad illam. *Harl.*

pitoyable et tres indigne d'un Chretien. tom. XV. memor. pag. 344. [*Mediolani* in bibl. Ambrof.]

12. et 13. *In Ionam.* Incipit prior: ἅπας μὲν ὁ τῆς κτίσεως κόσμος. Pofterior: εἰ τὰς τῶν φρεάτων πηγάς. Alteram, an vtramque legit Photius?

14. 15. 16. 17. *In hiftoriam de Dauide.* Incipit prima: ἄλλοι μὲν ἄλλων τεχνῶν παιδευτάς. Secunda: ὅτε τοῦ πελάγους ἁψάμενος πλωτήρ. Tertia: ὅταν εὕρῃ τῆς ἀκοῆς προθυμίαν ἡ χάρις. Quarta: ἐπειδὴ τῶν τοῦ Δαυὶδ κατορθωμάτων.

18. *In Herodiadem* tt). Matth. XIV. Incipit: τὴν τῆς Ἡρωδιάδος ὄρχησιν.

19. *In Centurionem.* Matth. VIII. Incipit: ἡ τῶν Εὐαγγελίων σάλπιγξ. Legit Photius.

20. *In Cananaeam.* Matth. XV. 22. Incipit: ἦν ἄρα καὶ συμφορὰ μεγίστης εὐφροσύνης.

21. *In claudum, ad portam fpeciofam fedentem.* Actor. III. Incipit: οἱ μὲν τὰς μικρὰς ταύτας.

[P] 22. In illud Matth. VIII. 24. *Difcipuli nauigabant cum Iefu, et ecce tempeftas magna.* Incipit: οἱ μὲν τῇ πτήσει καὶ τῇ φύσει. Legit Photius.

23. Εἰς τὸν δαιμονιῶντα. Luc. VIII. 27. *de obfeffo a daemone.* Incipit: πολλαὶ μὲν αἱ παρὰ τῶν δαιμόνων.

24. In illud Matth. XX. 21. *dic, vt fedeant hi duo filii mei.* Incipit: ἡ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων κατὰ ἀνθρώπων. Legit Photius.

25. In illud Matth. XVI. 13. *quem me dicunt effe homines filium hominis?* Incipit: Μωϋσῆς μὲν ὁ τῶν ἑβραίων παιδευτής. Legit Photius.

26. In illud Ioh. X. 11. *Ego fum paftor bonus.* Incipit: ἡδὺ μὲν τὸ χρῆμα ποιμήν. Separatim exftat edita Parif. 1597. 8. graece et latine apud Fed. Morellum: [cum eius notis, coniectt. et emendatt.]

27. Εἰς τὰ Ὀλύμπια. *In Olympia.* Ne ethnicorum ludis fpectaculisque olympicis interfint chriftiani. Incipit: καὶ τερπνὸς παρατρέχων ὁ χρόνος καὶ φοβερός. Separatim edidit Morellus Parif. 1602. 8.

28. In illud Matth. XVIII. 3. *nifi conuerfi fiatis ficut paruuli etc.* Incipit: πολλὰς σωτηρίας ὁ θεὸς ὁ δεσπότης Θεός.

29. In

tt) In MS. Caefareo [XIV. nr. 74.] infcribitur εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ Ἰωάννου. [d. 29. Aug. v. *Lambec.* comm. VIII. pag. 464. in quo cod. Bafilius vocatur *archiepifcopus Seleuciae.* it. in cod. *Parif.* MCLXXVII. nr. 53. *Harl.*

29. In illud Matth. XI. 28. *venite ad me omnes qui laboratis etc.* Incipit: οἱ μὲν ἐπὶ γῆς βασιλεῖς. Legit Photius.

30. In illud Matth. IV. 19. *venite post me, faciam vos piscatores hominum.* Incipit: οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν. [v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 182. nr. 27.]

31. In illud Matth. XX. 18. *Ecce adscendimus Hierosolyma.* Incipit: αὔξει μὲν τῆς γλώσσης τὴν ἀγωνίαν. Separatim prodiit graece et latine. Parisiis 1600. 8. apud Fed. Morellum.

32. In illud Matth. XXVI. 39. *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Incipit: σάλπιγξ μὲν πολεμικόν.

33. *In quinquies mille homines, quinque panibus pastos.* Matth. XIV. Incipit: Ἐπαινῶ μὲν ὑμῶν τῆς φιληκοΐας.

34. In illud Matth. XI. 3. *Tu es, qui venturus es, an alium exspectabimus?* Incipit: ὅταν εἰς τὸν τῆς ἐκκλησίας ἀποβλέψω λειμῶνα. Legit Photius.

35. *In publicanum et Pharisaeum* Luc. XVIII. Incipit: ἰατρὸς ἀφαρμάκευτος. Legit Photius. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCLX. bis nr. 28. et 32. — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Harl.*

36. *In duos euangelii coecos* Matth. XX. 30. Incipit: οἱ πρὸς λειμῶνα πολυανθῆ.

[P] 37. *De infantibus, ab Herode occisis.* Incipit: πάλιν ὁ γέρων ἐγὼ πρὸς τὸ τῶν λόγων ἄγομαι στάδιον. Prodiit separatim vna cum altera eiusdem argumenti, auctore anonymo, cum versione *Georgii Remi*, et eiusdem atque *Dau. Hoeschelii* notis. Heidelberg. 1598. 4. *Fabr.* *Latine* apud *Surium* 28. Dec. Lipomannum, tom. V. — Inter codd. bibl. *Augustae* Vindel. v. *Reiser.* cat. pag. 28. — Bis in bibl. Ambros. *Mediolan.* — *Oxon.* in cod. Bodlei. V. siue in cat. codd. Angliae I. p. 129. nr. 2500, 22. *sermo in innocentes.* — *Paris.* in bibl. publ. codd. CXXXVII. et MCLXXIII. — *Taurini* in cod. olim regio CXXXV. fol. 71. vid. catal. codd. gr. Taur. pag. 232. add. supra in generali codd. notitia. *Harl.*

38. *Contra Iudaeos, de aduentu Saluatoris demonstratio* ex Danielis hebdomadibus. Incipit: ἐπειδήπερ πολλῆς μαρτυρίας ὅσης. Erudita et egregia diatriba atque ea ipsa, quam, velut antea ineditam, latine ex *Franc. Turriani* versione vulgauit *Petrus Steuartius* in tomo singulari insignium auctorum, Ingolstad. 1616. 4. pag. 405., recusam inde in bibl. patrum T. V. edit. Colon. et tom. VIII. edit. Lugd. pag. 495. (quum iam fuisset ex Dausqueii versione in eodem tomo pag. 478.). Bigotio, Allixio, Io. Garnerio, Caueo non videtur esse Basilii, Seleuciensis, quod et stilus repugnet, nec veterum habeat testimonium, neque inter MSS. inter cetera Basilii scripta reperiatur. Nec tamen de auctore alio constat, quem Theodoritum esse, nescio, quo argumento, adfirmare quidam ausi sunt. *Fabr.* Latine in *Canisii* lect. antiquis, V. p. 405. — rec. ex P. Steuart. additis graecis ex ed. Claud. Dausqueii in *Basnage* Thesauro moniment. eccles. Amstel. 1725.

1725. fol. tom. I. p. 240. et p. 238 sq. *Basnage* in Basilii Sel. demonstrationem adu. Iudaeos animaduersio. *Harl.*

39. Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν, *in annunciationem sanctissimae deiparae.* Incipit: μεγάλας τῶν ἐγκωμίων εὑρήσει τὰς ἀφορμάς. Exstat latine ex Theodori Peltani versione in bibl. patrum Paris. 1589. tom. I. Emendatior autem et suppletis e Mazariniano codice lacunis integrior exstat cum noua versione *Combefisii* in eius auctario nouo bibl. patrum tom. I. pag. 569. sub titulo: Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον Μαρίαν καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Paris. 1648. fol. *Fabr.* *Taurini* in cod. CLXVI. v. cat. codd. gr. pag. 252. *Harl.*

In editione graeca Commeliniana, et in latina versione Dausqueii sequuntur quatuor homiliae tamquam Basilii, quas esse S. Chrysostomi compertum fuit; quare illae in editione graecolatina Paris. sunt intermissae, licet exstent sub Basilii, Seleuc., nomine etiam in bibl. patrum a. 1589. tom. I. ex Theodori Peltani versione:

a) In illud Ioh. XI. 1. *Erat quidam aegrotans Lazarus.* Incipit: πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅταν ἴδωσι. Est homilia LXI. Chrysostomi in euangelium Iohannis. [v. supra, vol. VIII. pag. 518.]

b) In illud Ioh. XI. 30. *Nondum venerat Iesus in castellum.* Incipit: μέγα ἀγαθὸν φιλοσοφία. Homilia haec in graeca editione in [¶] duas diuisa, quarum altera incipit: μέγα γὰρ πίστις ἀγαθόν. Est vero LXII. Chrysostomi in Iohannem. [v. supra, vol. VIII. p. 493.]

c) In illud Ioh. XI. 41. *Iesus, eleuatis sursum oculis suis, dixit: Pater gratias ago tibi.* Incipit: ὃ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ. Etiam hanc in duas editio graeca diuidit. Alterius initium est: ἀλλ' ὅπερ ἔφην, δεινὸν ἡ βασκανία. Chrysostomi LXVIII. in Iohannem. [v. supra, vol. VIII. pag. 502.]

40. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, *in transfigurationem Domini et Dei et saluatoris nostri Iesu Christi.* Incipit: ἥλιος ἄρτι κατὰ γῆς ἐπαφιείς. In graeca editione Commeliniana haec homilia desideratur, edita primum graece et latine a *Dausqueio* ad calcem editionis latinae 1604. 8. Latine apud Surium, VI. August. *Fabr.* In quatuor codd. *Paris.* bibl. — *Vindobonnae* in cod. caesar. XIV. nr. 13. in magno Menologio, d. VI. Aug. vid. *Lambec.* et *Kollar.* comm. VIII. p. 249. add. infra, vol. IX. p. 89. vet. edit. *Harl.*

Prodierunt orationes *Basilii, Seleuc.*, primum graece ex Commelini officina Lugd. Bat. 1596. 8. II. vol.

Deinde oratt. XLIV. latine, *Claudio Dausqueio,* Audomario, ex - Iesuita, interprete, cum subiunctis eius notis. Ex eiusdem Commelini officina 1604. 8. Atque sine notis in tom. V. bibliothecae patrum Coloniensis et tom. VIII. pag. 428. Lugd. 1677. [add. cat. bibl. *Leid.* pag. 32.]

Graece

Graece et latine oratt. XL. ad calcem Gregorii, thaumaturgi, vna cum Macario Aegyptio et canonicis patrum epiſtolis, expoſitione Ioannis Zonarae illuſtratis, Paris. 1622. fol. [add. ſupra, vol. VII. p. 259. *Maittaire* A. T. III. p. 879. ſq.]

Dausqueius nullis MStis codicibus, ſed ſola Commeliniana editione fuit vſus, neque in verſione ſemper rem acu tetigit, quamobrem perſtringitur a Caſaubono p. 93. ad epiſtolam Nyſſeni, et a *Combefiſio* in bibliotheca concionatoria patrum graecorum, qui Dausqueium adpellat *nec ſatis graecum, nec probe theologum, et iuuenili quadam affectatione non illepidum.* Idem in auctario nouo bibliothecae patrum tom. I. p. 600. *deprehendi*, inquit, *viſum interpretem vitioſo multis codice, vt ſaepe ei miracula ſint, ac Baſiliani flores, vbi lacunae ſunt aliaque vitia ſcriptionis: vt non inutile moliturus eſſet opus, qui melioribus inſtructus codicibus Baſilium integrum emendatiorem iterum praelo mandaret.* Facere hoc inſtituit *Emericus Bigotius*, ſeriamque, teſte alibi Combefiſio, operam Baſilii recenſendis atque illuſtrandis ſcriptis nauauit, cuius eruditae induſtriae fructibus quod carere cogimur, dolendum eſt. Qui interea nouam huius ſcriptoris editionem parare vſibus publicis voluerit, ei iam praeiuit idem *Combefiſius*, qui in bibliotheca concionatoria, opere octateucho Paris. 1662. fol. et diligentius in eccleſiaſte [?] graeco ibid. 1674. 4. multa in homiliis Baſilii ad graecos codices MStos collatis, rectius preſſiusque interpretatus eſt, licet ſtili eius ſtribliginem et obſcuritatem accuſet *Elias du Pin* tom. IV. bibl. ſcriptorum eccleſiaſt. p. 209. [In catena Macarii in Lucam ſunt Baſil. Sel. loca. vid. ſupra, vol. VIII. p. 679. *H.*]

In editione Pariſienſi a. 1622. fol. praeterea exſtant:

Πράξεις καὶ θαύματα τῆς ἁγίας Ἀποστόλου καὶ πρωτομάρτυρος Θέκλης, *acta et miracula ſanctae apoſtoli et protomartyris, Theclae, virginis Iconienſis, libris duobus* συγγραφικῷ χαρακτῆρι, ſiue proſario ſermone deſcripta. Haec primus cum verſione ſua et notis edidit *Petrus Pantinus*, Tiletanus, decanus Bruxellenſis, Antwerp. ex officina Plantin. 1608. 4. ſubiuncta graece et latine vita eiusdem *Theclae*, ſcripta a Simeone Metaphraſte, ſed quae ab editione Pariſienſi abeſt uu). Ceterum acta Theclae, quae carmine compoſita a Baſilio

uu) De vita et miraculis *S. Theclae* libri II. gr. cum verſione lat. et notis *Petri Pantini*, cum XL. oratt. *Baſilii Sel.* et Greg., thaumaturgi etc. Opp. Pariſ. 1622. fol. v. *Hamberger*. l. c. pag. 194. et *Caue* l. mem. pag. 441. qui negat, illos libros eſſe *Baſilii Seleuc.* it. ſupra, vol. VIII. p. 633. infra, inter elogia Sanctorum vol. IX. pag. 146. vet. edit. — *Baſilii* hom. in S. Theclam in cod. *Pariſ.* bibl. publ. MDXXI. nr. 24. — Martyrium *S. Theclae* virginis et martyris, conſcriptum a *Symeone Metaphraſte*, *Vindobonnae* in cod. XVI. nr. 23. vid. *Lambec.* comm. VIII. pag. 518. ed. Kollar. qui in not. *A*, pag. 519. de aliis, inquit, eius martyrii actis Hagiographi ad XXIII. Septembr. in praeuio commentario erudite diſſerunt, vbi quoque haec Metaphraſtae acta p. 548. nr. 13. nigro calculo ſunt notata. — *Mosquae* in bibl. ſynod. cod. XXVI. nr. 1. Βασιλείου — εἰς τὰς πράξεις τῆς ἁγίας ἀποστόλου καὶ μάρτυρος Θέκλης συγγραφικῷ χαρακτῆρι προθεωρία· et nr. 2. θαύματα τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης προθεωρία· v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. p. 3. et 4. — Audacem Baſilii Sel. figuram in vita Theclae pag. 8 Ἰκόνιον πόλις τῶν Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη, carpit *Hemſterh.* ad Luciani ſomnium c. 3. fin. p. 6. tom. I. Luciani Opp. *Harl.*

filio Photius [vv]) memorat, pridem interciderunt. Certe praeter duos libros, quos habemus, alia etiam de illa martyre scripsisse se Basilius haud obscure indicat sub libri secundi initium: Εἴρηται δὲ ἡμῖν ἤδη περὶ τῆς μάρτυρος πολλά τε, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ πρόλαβὸν περὶ αὐτῆς σύνταγμα. At enim antiquiora [ww]) (qualia Tertullianus legisse se innuit,) S. Theclae acta sequutum se testatur, quando in exordio libri I. ait, quod nolit quicquam in hoc opere adferre ἔξω τοῦ σκοποῦ τῶν πάλαι συγγραφέντων. Verum δι' ἑτέρας μόνον, ὡς εἰπεῖν συνθήκης καὶ λέξεως τὸν ἄλλοις προπονηθέντα πόνον οἰκειώσασθαι καὶ ἀναθέσθαι τῇ μεγίστῃ μάρτυρι, προσυφήναντα αὐτῇ καὶ δημηγορίας κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον etc. Dexiani, decessoris sui in episcopatu Seleuciensi, meminit lib. II. c. 13. 17. 30. Olympii eiusque patris Alypii, γραμματιστῶν, et Isocasii atque Aretarchi, sophistarum mentio cap. 24. seq. eiusdem libri.

In Parisiensi etiam editione desiderantur:

1. *Homilia de S. Stephano*, protomartyre, et *eius reliquiis*, (a. C. 415. repertis,) graece et latine edita a *Francisco Combefisio* vna cum S. Chrysostomi variis, et Seueriani, Gabalorum episcopi, de cruce, [†] Zachariae, episcopi Hierosol. ad suae plebis reliquias e Perside, et incerti de eadem captiuitate et vrbis excidio, Paris. 1656. 8. *Fabr.* Exstat *Paris.* in bibl. publ. codd. MCLXXI. nr. 18. *Harl.*

2. *Epistola ad Leonem, imp.*, pro concilio Chalcedonensi aduersus Timothei Aeluri intrusionem in sedem Alexandrinam scripta a. C. 458. nomine episcoporum Isauriae, et latine vulgata in conciliorum tomis inter epistolas, subiectas actis synodi Chalcedonensis tom. II. edit. Binianae p. 385. Incipit: *quem alterum decebat imperatorem.*

3. *Homilia in beatum Iobum* adhuc inedita, quam habuit Allatius pag. 115. de Simeonum scriptis. Incipit: ὥσπερ οἱ κατὰ γῆν βασιλεύοντες τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἐν παρατάξεσιν ἀριστεύσαντας. [v. infra, vol. IX. p. 103. ed. vet. inter elogia Sctorum.]

4. Homilia *in sacram pentecosten*, itidem inedita, quam vna cum illa in Iobum edere voluit Allatius libro συμμίκτων sexto. Incipit: ὥσπερ οἱ κατὰ γῆν βασιλεύοντες. [in cod. Barocc. nr. CLXXIV. *Fabr.* In cod. *Paris.* MMMC. nr. 1. bibl. publ. *Basilii Seleuc.* homiliae in pentecosten et in Iobum. acced. variae lectiones. Inter elogia Sctor. infra vol. IX. p. 133. vet. ed. citatur *Basilii, Seleuc.*, orat. in pentecostes festum diem, quae incipit: πυκνὰ μὲν ἡμῖν, ἀλλ' ἐπωφελῆ. *Harl.*

5. Basilio, Seleuciensi, etiam tribuitur in quibusdam codicibus MStis homilia *Athanasii in S. pascha et in recens baptizatos*, quae incipit: Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. Idemque eius-

vv) Photius cod. CLXVIII. Ἔτι δὲ Βασιλείου ἔπεσι καὶ μέτροις ἐκτείνας τὰ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης ἔργα καὶ ἆθλα καὶ νικητήρια. Καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῦ συγγράμματα φέρεται. [Vide infra, vol. IX. p. 430. vet. edit.]

ww) Confer, si placet, acta antiqua Theclae, quae graece et lat. vulgauit *Grabius* tom. I. spicilegii patrum. Oxon. 1699. et 1714. 8. *Fabr.* add. supra, in vol. VII. post praefat. pag. XIX. not. * et pag. 4. §. III. *Harl.*

eiusdem *Athanasii* edita nomine, altera *in Christi adsumtionem*, quae (stilo floridiore, quam quo vtitur Athanasius, concepta) incipit: ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη. Testatur id, qui vtramque graece et latine tamquam Athanasii edidit *Combefisius* tom. II. auctarii noui p. 539-551. Paris. 1648. fol. *Fabr.* v. supra, vol. VIII. p. 204. nr. 13. et 14. homilia, quae incipit: Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. Infra in vol. IX. p. 149. vet. ed. citatur Basilii Sel. orat. *in Thomam apostolum* et p. 150. alia Basilii in eumdem apostolum, cuius est initium: ὁ μὲν παλαιὸς ἀνθρώπων βίος. Atque in cod. CXCIX. est nr. 2. *Basilii Sel.* homilia in laudem *S. Thomae*, apostoli, et nr. 5. eiusd. hom. in laudem *S. Andreae*, apostoli. — in cod. MCDLXX. nr. 8. eiusd. hom. *in quadragesimam. Harl.*

XI. Mantissae loco subiiciam huic capiti alterius Basilii longe iunioris, *patricii*, et *cubiculi* apud imperatorem Constantinum Porphyrogenetum *praefecti*, Naumachica, Gabrieli Naudaeo **) pridem laudata et adhuc inedita, quae Frid. Lindebrogius Londini a. 1616. descripsit ex apographo codicis Veneti, consignato per Andream Darmarium a. 1573. *Fabr.*

[Illa *Naumachica* temporis ratione adductus ad supplementa reseruabo. Sunt quoque illa in cod. *Taurinensi* CCLXXVII. fol. 113. nec differre illa ab iis, quae edidit Fabr. adfirmat confector cat. codd. gr. Taur. p. 370. — Bis *Mediol.* in bibl. Ambros. — In cod. *Escorial.* v. Plüer itinerar. per Hispan. p. 161. — Inter codd. *Th. Gale*, nr. MMMMMMXXXVIII. — *Leidae* inter codd. Vossianos. v. cat. bibl. Leid. pag. 400. nr. 1. Add. *Saxii* Onom. II. p. 146. ad an. 930. *Harl.*

**) *Naudaeus* bibliographia militari pag. 63. *Quamobrem pluris nunc* (quam Leonis) *facienda sunt Basilii, patricii, Naumachica, quae ex regio et Palatino codice forsan integra proferri possint, nam Pinellianus mancus erat in fine.* Leonis Naumachica dedi volumine sexto huius bibl. pag. 372 seq. [vol. VII. pag. 707 sqq. nostrae edit.] nactus ea beneficio clarissimi viri, *Michaelis Richey*, qui etiam haec Basilii mecum pro suo in me amore communicauit.

CAPVT XV. (olim XX.)

De GREGORIO NYSSENO.

I. *Gregorii Nysseni aetas et vita.* II. *Catalogus eius scriptorum cum variis obseruationibus, et codd. MSSt. Scripta, quae continentur tomo I. editionis graecolatinae Paris. a. 1615.* III. *Scripta, quae in tomo II.* IV. *Scripta, quae in adpendice anni 1618.* V. *Scripta, quae in neutra editione graecolatina reperiuntur.* VI. *De transsubstantiatione, symbolum fidei, philosophia de homine.* VII. *Scripta deperdita.* VIII. *Editiones operum Nysseni.*

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

GREGORIVS, Basilii M. frater, minor aetate, at ingenio, litteris et doctrina propemodum par et aequalis, vnde [144] ob eruditionem yy) ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας ἀνάπλεως, ob stili amoenitatem perspicuitatemque zz) γλυκύτατος a), λαμπρὸς καὶ ἡδονῆς ὠσὶν ἀποστάζων, ob auctoritatem autem quam in ecclesia meritis suis obtinuit b), ὁ τῶν πατέρων πατὴρ et ὁ τῶν Νυσσαέων φωστὴρ, ἀνὴρ μετὰ τὸν ἀδελφὸν δεύτερος ἔν τε λόγοις καὶ τρόποις ab antiquis adpellatur. Ex lectore, rhetoris functus munere, ἄδοξον illum vt adpellat c) *Nazianzenus*, εὐδοξίαν sectari deinceps desiit, et annos natus circiter quadraginta a Basilio, fratre d), ordinatus est *Nyssae* e) in Cappadocia episcopus circa exordium anni Christi 372. Deinde ob zelum pro catholico dogmate odium expertus Arianorum, sede sua f) motus, neque nisi imp. Valente a. 378. mortuo restitutus est ab Gratiano. Interfuit concilio oecumenico secundo CPolitano g) a. 381. atque deinde alteri ibidem h) celebrato a. 394. De vxoris, *Theosebiae,* morte eum iam ἱερέα solatur *Nazianzenus* epist. 95. qui et alias ad eum epistolas dedit, et orat. VI. digno eum mactat elogio: [ex quibus de vita et ingenio Gregorii Nyss. facili negotio iudicari potest.] Quamdiu post ann. 394. superuixerit, nullo certo testimonio constat i). Latini

yy) *Suid.* in Γρηγόριος.

zz) Vide *Casaub.* p. 58. ad epist. Nysseni.

a) *Photius* cod. VI.

b) Concilium Nicaenum 2. actione VI. tom. VII. edit. Labbei p. 477. *Nicephorus* XI. 44. hist. et XI. 19.

c) *Naz.* epist. XLIII. [XXXIV.] adde *Mabillonium* de studiis monasticis pag. 9. [Rhetorices enim studio ab annis iunioribus tenebatur.]

d) Vide *S. Basilii* epist. CCCLXXXV.

e) Theodorus Prodromus: Γρηγόριον μετέπειτα κασίγνητον Βασιλείῳ ποιμένι (ita leg. non ποιμένα) Καισαρέων ποιμένα Νυσσαέων. [v. *Baron.* annal. a. C. 369. nr. XVII. tom. V. p. 277.]

f) Vide *Tillemont.* tom. IX. p. 567 seq.

g) *Socrates* V. 8. hist. *Theodoritus* V. 8.

h) Concil. tom. II. edit. Labbei p. 1151. *Tillemont.* tom. IX. pag. 591 sq.

i) *Oudin.* loco mox citando, col. 586. obiisse eum scribit d. 9. Martii a. 395. vel 396. *Pagius* vero, (notante *Saxio* in Onom. I. pag. 433.) in crit. Baron. a. C. 394. nr. VI. tom. VI. pag. 152. iudicat, eum vita decessisse post a. C. 394. *Harl.*

Latini eius memoriam inter ſanctos celebrant die IX. Martii, Graeci X. Ianuarii, Copti XIV. Octob. et XXII. Nou.

Quae hodie paſſim in Nyſſeni ſcriptis adparent *Origenianorum* dogmatum veſtigia, illa iam olim Germanus patriarcha Cpolitanus, (qui a. Chr. 730. obiit,) ei ab haereticis inſerta eſſe contendit libro ſingulari, quem inſcripſit ἀνταποδοτικὸν ſiue ἀνόθευτον, de quo videndus *Photius* cod. CCXXXIII. Conferenda etiam, quae adverſus Barlaamum, qui Nyſſenum Origenianorum errorum audacter inſimulat, diſputantur a *Leone Allatio*, libro de [P] purgatorio pag. [166. ſqq. §. XXIII.] 173. ſeq. 177. 945 [k]). Praeter alios de Nyſſeno et eius vita videndus *Papebrochius* ad IX. Martii tom. II. act. Sanctor. pag. 44. ſeq. ac qui diligentiſſime et accuratiſſime illam eſt perſequutus, *Tillemontius*, tomo IX. memor. hiſt. eccleſ. p. 561. ſeq. [l])

N 2 Nobis

k) *Dallaeus* tamen in libro IV. de poenis et ſatisfactionibus humanis cap. 7. p. 368 ſqq. Amſtel. 1649. 4. ex Gregorii Nyſſeni libris, atque ex Nili, Germani et Photii teſtimoniis euincere adlaborauit, Gregorium Nyſſenum ad Origenis delirià acceſſiſſe, eiusque operibus non paucis origenicam iſtam labem iam pridem inſediſſe; nec diſſentire videtur *Oudinus* in comment. de ſcript. eccleſ. tom. I. diſſ. 4. (in qua a pag. 584. vitam et ſcripta Greg. Nyſſeni, epiſcopi, vberrime expoſuit, at paene omnia ex Dallaeo, Riueto, Zacagnio aliisque congeſſit,) in cap. ſecundo, inſcripto, *ex Origeniana haereſi, ſalutem omnium, etiam damnatorum, immo et daemonum, docuiſſe Greg. Nyſſ., epiſc., dicitur.* Nam in eo cap. Dallaei caput, quod aureum plane vocat, eoque nitidius nihil ſcribi poſſe iudicat, integrum, ne mutato quidem vocabulo, deſcripſit. Nec diſſentit cl. *Schroeckh* in: chriſtl. Kirchengeſchichte tom. XIV. (vbi a pag. 1—147. diligenter enarrat vitam fataque Gregorii, inprimis eius opera horumque argumenta late explicat, de illisque intelligenter iudicat,) pag. 140 ſqq. vbi ſobrium fert iudicium de ingenio eius dicendique facultate, ac virtutibus aeque ac animi infirmitatibus. Non igitur negat, illum nonnulla Origenis placita adoptaſſe; ſed negat, eum Origenis fuiſſe coecum adſeclam; qui pe qui alias Origenis ſententias atque hypotheſes reieciſſet. — Dallaei ſententiae calculum album adiecit quoque *D. Io. Salom. Semler.* et *Natalem Alexandr.* (qui in ſelect. H. E. capp. ſaec. IV. part. 1. pag. 571 ſqq. de Gregorio noſtro agit,) in c. 4. art. XX. Originiſtas accuſantem contextus Gregoriani corruptores, refutat in hiſtoria doctrinae chriſtianae, praemiſſa *Baumgartenii* theologiae polemicae, germanice ſcripta, tom. III. p. 239 ſq. in not. et in illis prolegomenis pag. 186 — 240. ex operibus Gregorii Nyſſ. praecipua eius placita iudiciaque dogmatico — theologica docte collegit, bene diſpoſuit, eruditeque illuſtrauit, multo ſcitius hoc in genere verſatus, quam *Stollius* p. 397 ſq. in: Nachricht von den Leben der Kirchenväter der erſten 4 Iahrhunderte. vbi a pag. 376 — 399. vitam, libros, horumque argumenta atque editiones enarrauit. *Harl.*

l) Praeter laudatos viros poſſunt de *Gregorii Nyſſeni* vita ſcriptisque conſuli *Hieronymus* de viris illuſtribus cap. 108. cum notis varior. in biblioth. eccleſiaſt. I. A. Fabricii, *Abr. Scultetus* in Medulla theol. patrum pag. 883 ſqq. qui de ſcriptis Gregorii Nyſſ. eorumque fide et pretio iudicat, *G. Caue* in Hiſt. litterar. ſcriptorr. eccleſiaſt. pag. 217 ſqq. et in Antiquitt. patrum et eccleſ. tom. II. p. 1136 ſqq. — *L. Ellies Du Pin* noua biblioth. auctor. eccleſ. tom. II. p. 590 ſqq. — *Sam. Basnage* in Annal. politico-eccleſ. tom. III. p. 58. et 72. — *Iac. Basnage* in Hiſtoire de l'Egliſe pag. 634. 1082. 1084. 1157 ſq. et 1330. *R. Ceiller* (cuius ſollertia diligentiaque multum ſuperauit Oudini induſtriam,) in Hiſt. gener. des auteurs eccleſ. tom. VII. p. 320. — Hiſtoire litt. de la France, tom. I. pag. 266. — *I. G. Walch.* in Hiſt. eccleſ. N. T. pag. 1345 ſqq. et paſſim in bibl. patriſtica. — *Nath. Lardner* in: Credibility of

Nobis satis fuerit scripta clarissimi doctoris eo ordine, quo in graecolatinis editionibus exhibentur, hoc loco persequi[m]).

I. In

of the G. H. part. II. vol. IX. pag. 153. — *Rössler* in Bibliothek der Kirchenväter part. VII. pag. 158 — 216. vt mittam alios historiae ecclesiasticae conditores. Adde, si vis, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. pag. 252 sqq. *Andreas Riuetus* in critici sacri libris IV. ed. V. Lips. et Francof. 1690. 8. p. 346 sqq. de Gregorii Nyss. opp. Paris. edit. capp. 23 et 24. enumerat supposititia tom. I. et II. et alia seorsim edita et cap. 25. refert quaedam a Posseuino obseruata. Contra Riuet. grauiter disputat *Lambec.* in comm. vol. IV. pag. 71 sqq. *Harl.*

m) Adiungam breuitatis studio eorum codd. msst. in quibus plura *Gregorii Nysseni* opera iunctim, aut fragmenta continentur, notitiam: in quibus vnum tantum aut pauca sunt seruata, eos, saltem nonnullos, suis locis memorabo. Varia igitur exstant *Monachii* in bibl. elect. codd. XXXII — XXXVIII. — LXIX — LXX. — CCXIV. et CCXLII. vid. indicem eorum in cat. codd. gr. Bauar. et p. 8. 9. 22 sqq. et 78. et 83. — *Augustae* Vindel. in bibl. publ. indice *Reisero* in cat. codd. gr. August. pag. 13. nr. 55. *Greg. Nyss.* homiliae XXVII. — p. 21. nr. 40. *de dormientibus orat.* — et in subsellio secundo nr. 3. expositio cantici Mosis diuersorum auctorum, *Gregorii Nysseni, Philonis, Procopii* etc. — pag. 22. nr. 10. *Gregorii Nysseni, Cyrilli Alex. Chrysostomi* et aliorum sententiae contra Arianos. — pag. 39. fragmenta e *Basilio, Nysseno, Nazianzeno,* et aliis. — Ibid. *Damasceni* et *Greg. Nysseni* locus de S. Eucharistia. — *Vindobonae* bibl. caesarea abundat codd. in quibus opera *Gregorii Nyss.* vel plura vel pauciora exstant: illorum vero copiam vno quasi obtutu videbis in *Nesselii* cat. codd. caesar. in ind. voc. *Gregorii Nysseni.* Sic varia opera coniuncta sunt, vt paucos e multis citem, apud Nessel. part. I. p. 104 sq. in cod. XXXV. — p. 119. e cod. XL. nr. 76. exhibet fragmentum ex Greg. Nyss. orat. contra Apollinarem. (Idem edidit *Lambec.* comm. III. p. 417. vbi illum cod. numerat XXXVII. est vero ex antirrhetico adu. Apollinarem a Zaccagnio edito, v. not. Kollar.) Pag. 123 sqq. in cod. XLII. sunt 28. opusc. Greg. et Nessel. dignissimum esse iudicat eum, quem conferat futurus editor, eiusque ope multa emendet et suppleat. — pag. 236. nr. 2 — 4. plura opusc. in cod. CLX. etc. add. *Lambec.* comm. I. p. 91 sq. qui, se, testatur, inuenisse in bibl. caesar. *viginti* codd. quibus Greg. Nyss. contineatur; n. inter theologicos gr. sedecim, (quos numerat,) inter philosophicos et philolog. graecos duo; inter theologicos lat. vnum et inter historicos latinos vnum. Quoties nomen et loca Greg. in catenis occurrant, partim in superiore cap. iam vidimus, partim codd. caesar. huc pertinentes recenset *Lambec.* in vol. III. et IV. v. ind. v. *Greg. Nyss.* — Notabilis locus *de S. Trinitate* est in cod. CXXXII. nr. 5. et aliud fragmentum in cod. CCLVII. nr. 10. teste *Lambec.* V. pag. 142. et 568. — Fragmentum de excommunicatione, ex orat. in eos, qui aegre ferunt reprehensiones, in cod. VI. nr. 10. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 58. — *Venetiis* in bibl. D. Marci sunt in quatuordecim codd. varia Gregor. opusc. et in quinque catenarum codd. excerpta. Vide cat. codd. gr. Marc. ind. voc. *Greg. Nyss.* multa praecipue in codd. LXVII. LXVIII. atque LXIX. in quo etiam est *Nysseni* vita sine auctoris nomine. — *Florentiae* in bibl. Laurent. quot sint codd. opuscula Greg. Nyss. continentes, disces ex ind. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. tom. III. Hic memorabo cod. IV. plut. 7. nr. 1. de hominis opificio liber vnus, quem sequitur nr. 2. demonstratio rationalis naturae tres esse requies, nr. 3. quod animae potentiae sint quinque, mens, intellectus, opinio, phantasia, sensus; nr. 4. quod mens sacratissima inter quatuor virtutes, velut in throno collocata sit; nr. 5. elementa esse quatuor, ignem, aërem, terram et aquam; nr. 6. triplex lex; nr. 7. de centum denariis; nr. 8. versus iambici, s. Dodecastichon iambic. praecipuos continens festos dies, qui apud Graecos celebrabantur: quae quidem omnia a nr. 2 — 8. licet in cod. nomen Gregorii Nyss. at perperam, prae se ferant, quia breuia sunt, *Bandin.* in cat. I. pag. 203 sq. necdum edita typis excudenda curauit. — nr. 9. *Greg. Nyss.* explicatio apologetica in Hexaëmeron; nr. 10. eiusd. antirrheticus aduersus Apol.

I. In tomo primo continentur [n]).

1. Ἀπολογητικὸς περὶ τῆς ἑξαημέρȣ. Explicatio apologetica *in Hexaëmeron*, ad Petrum, Sebaſtenum epiſcopum, fratrem, p. 1 — 43. Incipit: ταῦτα ποιεῖς ὦ ἄνθρωπε Θεȣ̃. Apologetica adpellatur, quoniam continet ſimul defenſionem Moyſis, et eorum, quae in fratris Baſilii Hexaëmero nonnulli vel reprehenderant, vel deſiderauerant. Latine vertit *Laurentius Sifanius* in latina edit. operum Nyſſeni Baſil. 1562. fol. pag. 283. atque *Petrus Franciſcus Zinus*, Veronenſis, Venet. 1553. 1574. 8. cuius interpretatio ſeruata in graecolatinis editionibus. Quae *Combefiſius* in Baſilio ſuo recenſito tom. I. p. 543 — 557. dedit graece et latine ex Nyſſeni apologia Nyſſeni pro officio ſex dierum, epitomen fere praecipuorum capitum, quae in hoc libro pertractantur, continent e cod. regis chriſtianiſſ. MCDLXXII. In calce huius libri p. 43. teſtatur Nyſſ., ſe libr. de opificio hominis iam ad fratrem praemiſiſſe. Πλὴν τῆς ἀνθρώπȣ κατασκευῆς, ἣν

 ἡμεῖς

Apollinarium: codex diligenter et perſpicue ſcriptus eſt manu *Io. Rhoſi*, ſacerdotis Cretenſis, ſumtib. Laur. de Medicis a. Chr. 1489. quod notauit Band. ad augendam Montfauc. palaeogr. gr. lib. I. cap. 7. — In cod. VI. nr. 8. plut. 86. ſunt 83. teſtimonia de praeſcientia et praedeterminatione dei ex S. Scriptura et doctor. eccl. deſumta, in his ex *Greg. Nyſſeni* opere de opificio hominis, cap. 18. v. *Bandin.* III. 295. — Excerpta theologica de Spiritu S. ex variis *Nyſſeni* libris et ex variis patribus, in cod. VIII. nr. 20. plut. 86. v. *Band.* III. p. 524. In tom. I. plura Nyſſeni loca in catenis, in expoſitione ſacrorum praeceptor. aliisque operibus, (quae in indice ſub eius nomine citantur,) occurrunt. — In bibl. reg. *Taurin.* in pluribus codd. ſunt Nyſſeni opp. praecipue permulta in cod. LXXI. quorum indicem dabit auctor catal. codd. gr. Taur. pag. 166 ſqq. — *Mosquae* in bibl. ſynodali cod. XXV. in catena patrum in Eſaiam ex quatuor Greg. Nyſſ. opuſc. notante *Matthaei* in notit. codd. Mosq. p. 36. — varias Nyſſeni orationes exſtare in cod. Mosquenſi ſaec. XII., teſtatur *Athan. Schiada* in catal. codd. gr. Mosquenſ. p. 40. — In bibl. *Bodleiana*, *Cantabrigienſibus* et aliis *Angliae* bibl. numerus codd. in quibus *Greg. Nyſſ.* opp. varii generis comprehenduntur, tantus eſt, vt verear, ne eorum commemoratione moleſtus ſiam; quare lectoris cupidos ad indices cat. codd. Angliae etc. ablego. Idem mihi dicendum eſt de multitudine codd. in bibl. publ. *Pariſ.* ſeruatorum, et quorum notitia petenda eſt ex indice ad vol. II. catalogi Pariſ. codd. Permulta vero Greg. Nyſſ. opp. ſunt inprimis in codd. DIII. — DLXXXIV. — CLXXXV. ex antiquo bibl. *Grimanae* exemplari manu Zachariae ſacerdotis deſcripto; — in codd. DLXXXVI. — DLXXXVIII. — M. — MX etc. — *Montfaucon* in bibl. *Coislin.* et in bibl. biblioth. MSS. quot variarum bibl. codd. Greg. Nyſſ. aut catenas, aut aliorum collectiones, in quibus occurrunt particulae, nominauerit, cognoſces ex ind. ad illam. — In cod. *Coisl.* LVIII. ſunt varia Nyſſeni opera. — in cod. CVII. inter diuerſas variorum homilias *Greg. Nyſſ.* ſex habent auctorem, (v. pag. 182.) In cod. CCXC. fol. 39. *Nyſſeni*, quod panis ſanctificatus mutetur, et quod humanae naturae neceſſaria ſit eius participatio. (p. 406.) *Romae* monaſterium S. Baſilii varia Nyſſ. opp. msta ſeruat eaque indicat *Montfauc.* in diar. ital. pag. 213. et 215. — Idem ibid. p. 362. obſeruat, *Florentiae* inter codd. monaſt. Adnunt. haberi duas *Greg. Nyſſ.* homilias, Baſilio adſcriptas, et p. 434. memorat duo codd. in bibl. Iulii Iuſtiniani, *Venet. Nyſſ.* de anima et in orat. dominicam continentes. — De codd. bibl. reg. *Neapol.* v. catal. illorum, ſupra in vol. V. p. 777. et 786. nr. 35. et 181. Sed haec ſufficiant. *Harl.*

n) *Oudin.* l. c. cap. III. — VI. recenſet examinatque vberius opera, ſecundum ordinem eorum, in ed. ſeruatum, et virorum doctorum de ſingulis iudicia, vbi opus eſſet, aliaque notatu digniora collegit. Quare breuioribus nobis eſſe licebit. Semleri et Schroeckhii Roeſslerique diligentiam in recenſendis Nyſſeni operibus iam laudauimus. *Harl.*

ἡμεῖς ἐν ἰδιάζοντι βιβλίῳ πρὸ τούτων πονήσαντες ἀπεστείλαμέν σου τῇ τελειότητι. *Fabr.* *Oudinus* p. 597. dubitat, num hoc opus sit Gregorii Nysseni, sed leues eius dubitationis rationes, ostenderunt *Semler* p. 188. not. et *Schroeckh* p. 28. — Id opus est in IX. codd. *Paris.* — In cod. *Coislin.* CCXXIX. membr. fol. 83. verso *Greg. Nyss.* Petro, episcopo, fratri: init. εἰ o) ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς· fol. 85. index capp. XXXI. vbi enarratio de mundo, et de iis, quae ante hominem condita sunt, eiusdem Gregorii: inc. αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς· fol. 154. eiusd. ad Petrum fratrem in Hexaëmeron: init. Τί (quod voc. in edit. Paris. a. 1638. statim ab initio culpa, credo, operarum est omissum,) ταῦτα ποιεῖς, ὦ ἄνθρωπε p)); — In cod. CCLIII. eiusd. *in Hexaëm.* tom. XII. τρόπω συλλογιστικῷ aduers. Manichaeos, et *de anima hominis* capp. 96. (p. 304. bibl.) — *in hexaëm.* in cod. Bauar. XXXVI. in cod. LXIX. cum aliis opusc. Nysseni atque cum Basilio in idem, et Nyssen. in idium sabbatum, in cod. CCXLII. — In cod. caesar. XLII. nr. 12. excerpta ex illo opere; v. *Lambec.* VII. p. 177. — *Florentiae* in codd. Laurent. cod. XVII. nr. 17. plut. 6. — XII. nr. 5. plut. 10. — IV. (in quo plura sunt opp. Nysseni, vt supra iam monuimus.) nr. 9. plut 7. — XVIII. nr. 6. in Hexaëm. et nr. 5. de opificio hominis, capp. 30. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 128. 482. 205. et 54. *Harl.*

2. Περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, *de opificio hominis* liber ad eumdem Petrum, fratrem, atque, vt *Lambecius* III. p. 110. seq. et 122. obseruat, iam episcopum, missus a. C. 379. circa paschatos festum p. 44 — 138 Τεῦχος θαυμάσιον adpellat Suidas, compositum supplendo Basilii Hexaëmero, vt praeter Nicephorum XI. 19. hist. Nicetas in praemisso decasticho et Nyssenus ipse in limine scripti testantur. Incipit: εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς. Citatur a Damasceno I. de imaginibus. Vertit iam olim *Dionysius Exiguus,* Romanus ante a. C. 556. denatus, cuius interpretatio exstat in latina operum Nysseni editione Basil. 1562. fol. p. 417. Prodiit [p] illa primum Coloniae a. 1537. inde 1551. 1573. Sed in omnibus his editionibus deest versio praefationis Nysseni, et Dionysii ipsius epistola dedicatoria ad *Eugippium,* presbyterum, eumdem haud dubie, quem vna cum Dionysio celebrat Cassiodorus diuinar. lect. cap. 23. Vtramque e MS. Corbeiensi dedit *Io. Mabillonius* in limine tomi II. Analectorum, Paris. 1677. 8. et 1723. At in graecolatinis editionibus exstat ex versione accuratiore *Ioannis Leunclauii,* qui, graecam Venetam anni 1536. 8. in bibliotheca Io. Iac. Grynaei nactus, illo hortante transtulit, et lingua vtraque cum notis Basil. 1567. 8. ex Io. Oporini officina vulgauit. Leunclauii notae ad calcem tom. I. operum Nysseni subiunctae leguntur, additis etiam animaduersionibus nouis *Frontonis Ducaei,* qui, collata antiqua Dionysii versione, nonnulla loca insigniter illustrauit. Conferre etiam operae pretium est castigationes in hunc librum eius-

o) In cod. Coisl. CCXXXV. pag. 296. bibl. Coisl. idem opus est, sed incipit Ἀεὶ ταῖς etc. et fol. 210. Greg. in illud: *quum subiecta ei fuerint omnia* etc.

p) Sed τί deest quoque in cod. reg. *Taurin.* LXXI. sec. cat. codd. gr. Taur. p. 166. at legitur in cod. *Matrit.* reg. CXXIV. p. 98. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matr. p. 502.

eiusque interpretem Leunclauium, Combefisianas in *Franc. Combefisii*, regiis Parisiensibus codd. vsi, Basilio recensito tom. I. p. 566-597. Septem egregii huius libri *Nysseniani* codices msti exstant in bibl. Caesarea, de quibus *Lambecius* I. p. 97. [p. 91. 92. 93. 212. et p. 262. atque vol. III. p. 286. notamque v. *Kollarii* p. 287. de cod. LXII. pag. 289. de cod. LXIII. p. 294. de cod. LXIV. p. 315. de cod. LXV.] seq. III. pag. 109. seq. 112. seq. 114. seq. inter alia obseruans, quod Leunclauium, Ducaeum et Combefisium fugit, in lemmate capitis XI. legendum ὅτι ἀθεώρητος ἡ τȣ̃ νȣ̃ φύσις, non ut editi, ἡ τȣ̃ ἀνθρώπȣ. *Fabr.* Add. cod. caesar. CCXV. nr. 7. ap. *Lamb.* V. p. 540. — *Augustae Vindel.* περὶ κατασκευῆς τȣ̃ ἀνθρώπȣ, teste *Reisero* p. 30. catal. qui praeterea monet in eodem cod. exstare *Basilii* homilias XI. in primum caput Genes. s. Hexaëmeron, et duas earum posteriores adscribi *Gregorio Nysseno*, sed, iudice Hoeschelio, perperam, eiusdem quidem argumenti, nec vero eiusdem methodi. — In cod. *Coislin.* CCXXVIII. fol. 63. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 280. — *Taurini* in bibl. reg. cod. LXXI. supra iam laudato, et cod. CCCLXVIII. praemissa ad Petrum epistola. v. cat. codd. Taur. p. 168. et 486. De aliis codd. v. ad not. priorem et §. praeced. in notit. codd. *Harl.* — v. *Fabric.* de veritate relig. christianae cap. II. §. 20. p. 86. *Heum.*

3. In verba Genes. I. 26. *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, homiliae duae. Prior incipit p. 139. παλαιȣ̃ χρέȣς ἔκτισιν ἀποπληρώσων ἥκω. Posterior p. 153. Ὁ μὲν σοφὸς Σολομών. Exhibentur in graecolatinis Nysseni editionibus cum latina interpretatione *Petri Francisci Zini*, Venet. 1553. et 1574. 8. edita. Sunt autem eaedem cum iis, quae tamquam homilia X. et XI. subiici solent Hexaëmero Basilii in antiquis eiusdem tam graecis quam latinis editionibus, vt in Basilio p. 70. seq. [vet. ed.] dicemus vbi etiam de aliis harumce homiliarum interpretibus.

4. Περὶ τȣ̃ βίȣ Μωϋσέως τȣ̃ νομοθέτȣ, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος, vita *Moysis* mystice enarrata, perfectamque formulam viuendi cuilibet Christiano praescribens. Incipit: οἷόν τι πάσχȣσιν οἱ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων φιλοθεάμονες. p. 167. Vertit *Georgius Trapezuntius*, separatim Viennae 1527. [q]) apud Io. Gremperium, et Basil. 1521. 4. apud

q) Fabric. et Oudinus p. 598. (vbi de hoc opusculo egit,) errarunt in anni nota. Exemplar est in bibl. *Erlang.* et inscriptum: *Gregorii Nysseni* — de vitae perfectione, s. vita Moysi, liber vtilissimus per Gregorium Trapezuntium e graeco in latinum conuersus, et iam primum in solidioris doctrinae studiosorum emolumentum, quam fieri potuit, castigatissima impressione vulgatus. Ad lectorem *Vadianus:* Quod sua Cornigero tribuerunt saecula Mosi etc. (sunt IV. disticha.) In calce: Impressum Viennae Pannoniae per Hieron. Victorem. Expensis Leonardi et Lucae Alantsae, fratrum. Mense Dec. MDXVII. (1517.) 4. Dedicat. scripta est a *Io. Grempero* (qui editor fuit, non, typographus,) ad Georg. episcopum Vindob. Plura de hac edit. animaduertit *Denis* in: Wiens Buchdruck. Geschichte pag. 176. sqq. qui suspicatur, Gremperum vsum fuisse cod. gr. Coruin. Anni notam iam recte indicauit *Apost. Zenus* in Dissertazioni Vossiane tom. II. p. 8. de Gregorio Trapezuntio. *Cratandri* edit. inscripta est: *Greg. Nysseni* — Mystica mosaicae vitae enarratio, perfectam formulam viuendi cuilibet Christiano praescribens, Georg. Trapez. interprete. Basil. in aed. Andr. Cratandri. 1521. 4. ib. 1562. 4. Cratand. in praef. profitetur, se Viennensem ed. non aequare

apud Andr. Cratandrum. Deinde in latinis [?] Nysseni editionibus antiquioribus. Denique a *Frontone Ducaeo* recognita et suppleta in editione latina anni 1603. et in graecolatina vtraque anni 1615. et 1638. Graece prodiit hic liber vna cum aliis quatuor Nysseni opusculis et notis *Hoeschelii*, Lugduni Batauor. 1593. 8. Exstant et in eum notae eiusdem Ducaei. Citatur a Theodorito dialogo I. et Damasceno in parallelis sub titulo περὶ τελειότητος βίου. *Caesarium*, in cuius gratiam hunc librum Nyssenus composuit, quemque sub extremum operis nominat, temporis ratio impedit Nazianzeni fratrem intelligi. *Fabr.* De ed. Vindob. 1517. v. quoque Ios. de Sartori cat. libror. in bibl. acad. Theres. Viennae 1801. 4. p. 135. nr. 261. — Est lib. in tribus codd. *Paris.* bibl. publ. in cod. *Taurin.* LXXI. etc. *Harl.*

5. Εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν, βιβλία β'. *De Psalmorum inscriptionibus libelli duo.* Incipit: ἐδεξάμην σου τὸ ἐπίταγμα μετὰ προθυμίας, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ· p. 257. liber secundus: τούτων οὕτως ἡμῖν διευκρινηθέντων. p. 291. Vertit latine *Iacobus Gretserus*, cum cuius interpretatione, quae etiam a Parisiensibus seruata est, prodierant, additis nouem Leonis imp. homiliis, e bibl. Bauarica, Ingolstad. 1600. 1617. 4. Sixtus Senensis, Nysseni in Psalterium commentarios in Vaticana graece conscriptos testatus, non alios fortasse, quam hos duos libellos innuit. *Fabr.* In codd. *Escorial.* pluribus sunt hi II. libelli et plura alia Nysseni opp. quorum indicem dedit *Plüer* in itiner. per Hisp. — p. 171. — In cod. *Monach. Bauar.* cod. LXIX. et LXX. — *Vindob.* in cod. caesar. XIII. nr. 14. cum subiuncta adpend. de Diapsalmate. v. *Lambec.* VI. part. I. pag. 107. — in cod. XVIII. nr. 2. inscript. ἑρμηνεία ἐν τόμοις εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν· quomodo hoc scriptum exemplar differat ab edito, docet *Kollarius* in supplem. pag. 165. sq. — *Florentiae* in cod. Laurent. cod. III. nr. 19. plut. 6. fragmenta in inscriptiones Psalmorum — nr. 20. ex interpretatione super Psalmorum inscriptiones, duo capp. — nr. 22. in diapsalma, et nr. 18. disp. quod res gestae et vita Dauidis non fuerunt eo ordine peractae, quo Psalmi ordinati sunt. — In cod. I. nr. 1. plut. 7. interpretatio breuis in inscriptionem Psalmorum. v. *Bandin.* cat. etc. I. p. 89. sqq. et 165. — *Paris.* in septem codd. bibl. publ. de illo et tribus sqq. opusc. v. *Schroeckh.* l. c. pag. 64. sqq. *Harl.*

6 Homilia *in Psalmum sextum*, περὶ τῆς ὀγδόης, *de octaua*, siue festo circumcisionis. Inc. οἱ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευόμενοι. pag. 367. cum versione *Laurentii Sifani*, quae prodierat in latina Nysseni editione Basil. 1562. fol. pag. 106. Vertit et *Maximus Margunius*, Cytherorum episcopus. Venet. 1585. 8. *Fabr.* *Taurini* in bibl. reg. cod. LXXI.

aequare modo studuisse, sed et superare, nactum cod. manu B. Rhenani multis modis notatum castigatumque. — Spuria editio esse videtur *Gregorii Nysseni vita Mosis.* August. Vindel. 1521. quam *Valentin. Ern. Loescher* in Stromat. p. 281. et, haesitans quidem illo duce male certo, *Zapf* in: Augsburgs Buchdruck. Gesch. tom. I. p. 149. adtulerunt: nec eam memorat cl. *Panzer.* in A. T. VI. p. 160. sq. libros ibidem illo anno excusos enumerans. *Harl.*

LXXI. fol. 166. de pſalmorum inſcriptionibus, et fol. 193. homilia in Pſalmum VI. de octaua. *Harl.*

7. Ἐξήγησις ἀκριβὴς, *accurata expoſitio eccleſiaſtae Salomonis,* homiliis VIII. quarum vltima deſinit in explicatione commatis 13. capitis III. p. 373-467. Incipit: πρόκειται ἡμῖν ὁ ἐκκλησιαστὴς εἰς ἐξήγησιν. Meminit Suidas in Γρηγόριος. Vertit *Gentianus Heruetus,* cuius interpretationem ſubinde caſtigat *Ducaeus* in notis. Integrius hoc opus fuit apud *Petrum Poſſinum,* qui in prologo ad Theſaurum aſceticum, Paris. 1684. 4. vulgatum, ait, ſe ad editionem paratum habere integrum Nyſſeni commentarium in eccleſiaſtem, deſcriptum e MS. Romano, quem hactenus mutilum editiones exhibuerint. Sed quum illud a Poſſino promiſſum opus nemo adhuc in lucem protulerit: notare iuuat, in bibliotheca Seguieriana ſiue Coisliniana exſtare ſub falſo Greg. Nyſſeni nomine MS. graecum commentarium in eccleſiaſtem, nihil [?] cum edito habentem commune, et in quo Nyſſeni expoſitio quandoque confutatur. Diuiditur in ſermones decem, quorum primus incipit: ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσαι σοι βούτυρον. Vide *Montfauconi* catalogum bibl. Coislinianae p. 120. ſeq. *Fabr.* *Auguſtae Vindel.* Greg. Nyſſ. in eccleſiaſten, teſte *Reiſero* cat. pag. 36. — In quatuor codd. bibl. publ. *Paris.* expoſitio in eccleſiaſten. *Harl.*

8. Ἐξήγησις ἀκριβὴς, *accurata expoſitio cantici canticorum,* ad Olympiadem, homiliis XV. quarum vltima deſinit in illuſtrando verſu 9. capitis VI. p. 468-711. Prooemium incipit ἀπεδεξάμην ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ σου βίῳ. Citat Damaſcenus in parallelis. Meminit et Suidas in Γρηγόριος, et Hadrianus I. papa in loco, qui adfertur in actis concilii VII. tom. VII. edit. Labbei p. 109. Vertit idem *Gentianus Heruetus,* cuius verſionem ſubinde caſtigat Fronto Ducaeus in notis, adhibita etiam interpretatione *Ioannis Leunclauii,* quae lucem vidit Baſil. 1570. *Fabr.* *Auguſtae Vindel.* in Procopii epitome expoſitionum in canticum canticorum e Gregorio Nyſſ. et aliis. — in alio cod. *Gregorius Nyſſ.* et *Theodoretus* in canticum canticorum. v. *Reiſer.* cat. p. 36. et 38. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XXII. *Nyſſeni* et *Nili,* mon., interpretatio in cant. canticor. ad VI. priora capp. v. cat. codd. Marc. gr. pag. 21. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CXVIII. comm. in cant. canticor. opus mutilum; nam vix ſeptem ſunt ſermones. v. cat. codd. gr. Taur. p. 227. — *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXX. plut. 7. praecedit prologus ſ. epiſtola ad Olympiadem: tum incipiunt ipſi commentarii in cant. canticor. in XV. ſermones diſtributi, quos recenſet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 290. ſq. *Harl.*

9. Εἰς τὴν προσευχὴν, *in orationem dominicam homiliae V.* lectu digniſſimae pag. 712-761. quarum prima incipit: προσευχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν. Tranſtulit *Laurentius Siſanius,* cuius verſio ſeruata in graecolatinis editionibus. Exſtat et *Petri Galeſinii* interpretatio Rom. 1565. 4. Citat ſaepe Damaſcenus in parallelis, et Anaſtaſius quaeſt. 1. et 11. Locum a Graecis in hoc opere corruptum arguit *Allatius* c. XII. de proceſſione Spiritus S. pag. 63. ſeq. librum tertium Nyſſeni περὶ προσευχῆς citat Euthymius in Pano-

plia. *Fabr.* In cod. reg. *Matrit.* L. quinque homil. in orat. dominic. quarum prima inc. Εὐχῆς ἡμῶν· et homiliae octo in tot beatitudines. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p.168. sq. — *Vindobonnae* in bibl. caesar. cod. CVI. (in quo, a *Lambec.* comm. IV. p. 51. sqq. valde laudato, 28 oratt. et epp. Greg. Nyss. continentur,) nr. 2. adde not. Kollar. p. 59. — et in cod. XIII. nr. 12. et nr. 13. sunt Nysseni homiliae VIII. in totidem beatitudines euangel. ap. S. Matthaeum cap. V. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 106. sq. — In sex codd. *Paris.* bibl. publ. — *Taurini* in cod. LXXI. reg. v. catal. etc. p. 162. conf. *Semler* l. c. p. 191. et *Schroeckh.* p. 71. sqq. *Harl.*

10. Εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, *in octo beatitudines* Matth. V. homiliae VIII. p. 762-837. prima incipit: Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν; Vertit idem *Laurentius Sifanus*, cuius interpretationem Parisienses seruarunt, et *Petrus Galesinius.* Citatur in actis concilii Ephesini, nec non a Theodorito in dialog. et Damasceno in parallelis, *Liberato* in breuiar. etc. In hoc opere desinit *tomus primus* editionis operum Nysseni graecolatinae a. 1638. quae hactenus prioris a. 1615. paginas seruat. *Fabr.* *Liberati* breuiarium caussae Nestorianorum et Eutychianorum etc. editum est cum notis Ioann. Garnerii, Paris. 1675. 8. hinc omissum ab Harduino in collectione conciliorum. vide infra vol. XI. p. 443. de collection. conciliorum. — De cod. caesar. v. ad nr. 9. — Illae hom. in beatitud. sunt in quinque codd. bibl. publ. *Paris.* et in tribus codd. bibl. regiae *Taurini.* *Harl.*

11. In illud 1. Corinth. XV. 28. *quando sibi subiecerit omnia, tunc ipse quoque Filius* etc. r) p. 838-853. cum versione *Gentiani Herueti*, incipit: πάντα μὲν τὰ λόγια Κυρίου. *Fabr.* In cod. *Taurin.* LXXI. Illa homilia quod repleta est erroribus Origenianis et ipsi Gregorio Nysseno in eius indubiis opusculis repugnat: *Oudin.* I. p. 599. sq. iudicat, vel illam Gregor. Nyss. non habuisse parentem, vel probabilius, omnia mirum in modum ab aliis esse interpolata. *Harl.*

12. In illud Genes. I. 16. *ad imaginem DEI et ad similitudinem* s), p. 854-866. cum versione *Frontonis Ducaei*, qui etiam notas adiunxit. Prodierat graece cum Ducaei versione Ingolstad. 1596. 8. Incipit: [[?] οἱ τὴν ἑαυτῶν ἀπλανῶς τοῦ προσώπου. Aliis auctor huius scripti non Nyssenus videtur, sed *Anastasius*, Sinaita t). Vide *Tillemontium* tom. IX. p. 741. qui pag. 605. illud putat esse fragmentum maioris operis, in quo difficilia scripturae loca auctor illustrauit. *Fabr.* Conf. *Semler* l. c. pag. 184. sqq. 192. sqq. *Schroeckh* p. 74. sqq. etiam de seq. opusc. *Lambec.* et *Kollar.* comm. III. pag. 314. seq. de cod. LXV. *Harl.*

13. Ad Theodosium, episcopum, epistola, *de Engastrimytho* u), pag. 867-871. cum eiusdem *Ducaei* versione et notis. Incipit: ὁ εἰπὼν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. In fine testatur, se

ἰδίῳ

r) In edit. a. 1638. tom. II. pag. 6.

s) Ibid. pag. 22.

t) Vide infra, in vol. IX. pag. 331. nr. 7. de Anastasii, Sinaitae, scriptis. *Harl.*

u) In edit. a. 1638. tom. II. p. 35.

ἰδίῳ λόγῳ fusius explicasse πῶς παραγίνεται τὸ πνεῦμα πρὸ βαπτίσματος. At sententia, qua non verum Samuelem, sed daemonem sub Samuelis specie Sauli adparuisse disputat, communis ipsi est cum pluribus antiquis ecclesiae doctoribus, vt demonstravit *Allatius* diss. de Engastrimytho [ad Eustath. Antioch. Hexaëmeron v. cap. seq. §. I. nr. 2.] Prodierat hoc scriptum Nysseni cum Ducaei versione, Ingolstad. 1596. 8.

14. Εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν, *quum episcopus ordinatus esset*[v]), p. 872-879. cum *Frontonis Ducaei* versione ac notis. Incipit: ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἑστιάσεως λειτουργία. Citat *Ioannes Damascenus* in parallelis pag. 773. sub titulo περὶ τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει καταστάσεως τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. Itaque haec oratio dicta a. C. 394. in concilio CPol. non autem 372. quo episcopus ordinatus est. Confer *Tillemontium* tom. IX. p. 733. 734. Prodierat cum Ducaei versione Ingolstad. 1596. 8.

15. *Contra Apollinarium* fragmentum. [w]) p. 879. 880. cum eiusdem *Ducaei* interpretatione, cum qua iam lucem viderat Ingolstad. 1596. 8. Incipit: ὥστε κίνδυνος ἐστιν ἡμῖν οὐδείς. Aliud Nysseni fragmentum aduersus Apollinarium e MSto caesareo graece publicauit *Lambecius* III. p. 167. [p. 416. sq. ed. Kollar. cuius nott. vide. *H.*] Confer infra, nr. 7.

16. Περὶ φιλοπτωχίας, *de pauperibus caritate complectendis,* λόγος β', (prior latine infra, nr. 24. et graece nr. 72.) in illud Matth. XXV. 40. *quatenus vni ex his fecistis, mihi fecistis*[x]), p. 881-893. cum *Petri Francisci Zini* versione, quae prodierat Venet. 1574. 8. et quam locis nonnullis castigat in notis *Ducaeus.* Incipit: ἔτι πρὸς τῷ θεάματι τῆς φοβερᾶς τοῦ βασιλέως ἐπιφανείας εἰμί. Graece viderat lucem Augustae apud Mangerum 1587. 8. edente Hoeschelio, non 1527. vt in Ducaei notis excusum est. *Fabr. Gregor. Nazianz.* de pauperibus amandis, orat. lat. *Petro Franc. Zino,* Veronensi, interprete; *Gregorii Nysseni* in idem argumentum oratt. duae, latine, numquam antehac neque latine excusae, eodem interprete. Lutet. ap. Vascosan. 1550. 4. v. *Maittaire* A. T. II. p. 586. — Venetiis apud Aldi filios. 1550. 8. v. Serie dell' Ediz. Aldine, p. 90. Illud opusc. est in tribus codd. bibl. *Paris.* publ. *Harl.*

[P] 17. Κατὰ εἱμαρμένης. *contra fatum* disputatio cum ethnico philosopho, adiuncta eiusdem *Zini* versione[y]), pag. 894-913. Incipit: μέμνησαι πάντως ὅτι μοι γέγονεν. Citat Anastasius quaest. 19. *Tillemontio* videtur scripta CPoli a. C. 381. vide eius memorias tom. IX. pag. 586. sq. *Fabr.* *Greg. Nyss.* libelli octo de homine, de anima, de elementis, de viribus animae, de voluntario, de inuoluntario, de fato, de libero arbitrio, de prouidentia etc. latine. Argentinae typis Matthiae Schürer. 1512. fol. v. *Lambacher* in bibl. antiqua ciuica Vindob. p. 90. et cel. *Panzer.* A. T. VI. pag. 55. nr. 249. — cod. DLIX. in bibl. *Veneta* Marc. pag. 295. cat. codd. gr. — *Paris.* in cod. DIII. bibl. publ. *Harl.*

v) Edit. a. 1638. tom. II. pag. 40.
w) pag. 47.
x) pag. 49.
y) pag. 62.

18. Πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, *aduersus ethnicos* de deo trino *ex communibus notionibus* [z]), p. 914-921. cum versione *Federici Morelli.* Incipit: εἰ τὸ Θεὸς ὄνομα προσώπων δηλωτικόν.

19. Περὶ ψυχῆς, *de anima,* cum eiusdem *Morelli* versione [aa]) pag. 922-945. Incipit: διαφώνηται σχεδὸν ἅπασι τοῖς παλαιοῖς. Non est Nysseni, sed caput secundum et tertium *Nemesii* de natura hominis. *Fabr.* Sub nomine *Greg. Nyss.* in cod. *Monach.* LXXI. v. cat. codd. gr. Bau. p. 24. — in cod. *August. Vindel.* teste *Reisero* in cat. p. 21. conf. cl. *Matthaei* ad Nemesium cap. 2. et 3. p. 67. sqq. *Harl.*

20. *Epistola canonica ad Letoium,* qui in episcopatu Melitines Cappadociae, (non Mytilenes, vt Posseuinus,) post a. C. 381. Otreio successit, cum *Gentiani Herueti* versione, quae plus semel prodiit inter epistolas SS. patrum canonicas, scholiis *Theod. Balsamonis, Io. Zonarae,* atque *Alexii Aristeni* illustratas [bb]). Incipit: ἐν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτήν. [cc]) p. 946-955. Vidit etiam lucem Venetiis 1584. 4. cum poenitentiali romano et variis canonibus poenitentialibus et Bedae ac Rabani libro poenitentium, cum notis *Antonii Augustini,* nec non ibid. 1585. 8. vna cum aliis quibusdam Nysseni, interprete *Maximo Margunio,* episcopo Cytherensi. Confer *Lambecium* III. pag. 101. 133. 149 [dd]). Respicit concilium in Trullo canones Nysseni laudans, licet non integrum hoc scriptum videatur ad nos peruenisse.

21. *Aduersus eos, qui differunt baptismum* p. 956-960 [ee]). Latine, eodem *Herueto* interprete. Incipit: *huius mundi reges cum leges scripserint.* Graece occurret infra nr. 70.

22. *In*

z) Edit. a. 1638. tom. II. pag. 82.

aa) pag. 90.

bb) In Io. Zonarae et Theodori Balsamonis syntagmate canonum, cum eorum commentariis graecis Lutet. Paris. 1618. et 1620. II. tom. pag. 1036 — 1059. — in Beueregii synodico tom. II. pag. 381. VIII. canones. — In collectione concilior. ed. Labbei pag. 1775 sqq. v. infra, vol. XI. pag. 56. et 390. add. pag. 437. *Harl.*

cc) pag. 114.

dd) Vide cod. LIX. nr. 16. *Lamb.* comm. III. pag. 266. ed. Kollar. — in cod. LXVII. inter opera Basilii, cui illud encomium in eo cod. perperam adtribuitur, notante *Lambec.* ibid. p. 331. — in cod. LXXVI. nr. 3. inscr. anonymi excerpta ex Greg. Nyss. epistola quadam paschali; sed *Lamb.* III. pag. 374. docet, intelligi eius *Nyss.* epist. ad S. Letoium. — in cod. XVIII. nr. 4. excerpta inter veterum patrum fragmenta canonica, v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 150. — Integra epistola canonica, in cod. XLIV. nr. 37. v. *Lambec.* VIII. pag. 895. — In cod. XLV. nr. 9. in quo scholia, quae in synodico Balsamonis esse feruntur, Zonarae tribuuntur, auctore *Kollar.* in supplem. ad Lamb. comm. pag. 519. — In cod. *Coislin.* CCCLXIV. fol. 264. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 564. — *Dublini* in cod. CXXXV. collegii S. Trinitat. in cat. codd. Angliae etc. vol. II. part. 2. pag. 24. nr. 277, 23. conf. *Oudin.* l. c. p. 600. qui contra Scultetum, in Medulla patrum eam supposititiam esse adfirmantem, docet, vanas esse Sculteti argumentationes: praeterea memorat edit. Augustae Vindel. ex versione *Gentiani Herueti,* cum oratione de diuinitate Filii et Spiritus Sancti, 1591. *Harl.*

ee) Ibid. pag. 124.

22. *In illud apostoli:* 1. Corinth. VI. 18. *omne peccatum, quod fecerit homo, est extra corpus, qui autem fornicatur* etc. p. 961-963.[ff]) Latine interprete *Gentiano Herueto.* Incipit: *Terribilis tuba apostolici praecepti.* Graece occurret infra, nr. 74.

23. *In mulierem peccatricem,* siue *ad eos, qui durius alios iudicant et conuersione indigent,* p. 964-970.[gg]) Latine, *Petro Francisco Zino* interprete. Incipit: *homo Pharisaeus, vt ex euangelio Lucae.* Graece occurret infra, nr. 67. vbi notabo, Asterii esse, non Nysseni.

[24] *De pauperibus caritate complectendis* homilia I. [hh]) pag. 970-975. eodem *Zino* interprete, latine. Incipit: *qui huic ecclesiae praesidet; atque adeo omnes.* Graecae occurret infra, nr. 72. Homilia II. huius argumenti graece etiam prodiit, vt dixi supra, nr. 16. Vtraque latine ex Zini versione exstat et in orthodoxographis p. 1780. Basil. 1569. fol. *Fabr.* Heil. zwayer Priester *Gregorii Nazianzeni* vnd *Gregorii Nyssenii* drey treflich vnd nützlich Predig, dass yedermann die Armen Leüt lieb halten soll, — geetütscht durch *Christoph Pfreyssleben,* der Rechten Doctor — Gedruckt zu Wienn in Oesterreich durch Raphael Hoffhalter, sine anni nota. (intra a. 1556 et 1562.) 4. v. *Denis* Wiens Buchdruck. Geschichte, p. 685. *Harl.*

25. *In pentecosten,* de spiritu S. [ii]) p. 976-977. latine ex eiusdem *Zini* versione. Incipit: *Nullum est tam clarum celebritatis argumentum.* Graece primus ex tribus codd. Vatican. cum noua versione sua edidit *Laur. Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum. Rom. 1699. 4. p. 346. Incipit: πᾶσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ δι' ἑαυτοῦ ἀπεργάζεται.

26. *Contra foeneratores* p. 978-982. latine, *Iac. Gretsero* interprete. Incipit: *hominum, virtutis studiosorum, et qui mores.* Graece occurret infra, nr. 71.

27. *Testimonia de SS. Trinitate ex veteri testamento aduersus Iudaeos* [kk]), p. 983-984. latine, interprete *Laur. Sifano.* Incipit: *Dicit Dauid in Psalmo XXXII.* Graece primus ex duobus codicibus Vaticanis cum noua versione sua edidit *Laurentius Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum iam laudatis p. 288. Notandum autem est, postremam partem p. 993. sq. siue explicationem dicti Ioh. XIX. 34. *statim exiuit sanguis et aqua,* in qua *Theologus (Nazianzenus,)* et *Chrysostomus* citantur, ab illo scripto alienam, in graeco recte abesse. *Fabr.* In tribus codd. *Paris.* bibl. publ. — Scultetus Riuinus, du Pin, Caueus et Oudinus id opusculum, quia Gregorius Nazianz. in eo citetur, adulterinum esse censent. Accedit *Semler* l. c. p. 200. not. 354. *Harl.*

ff) Edit. a. 1638. tom. II. pag. 129.

gg) pag. 132.

hh) pag. 138.

ii) Ibid. pag. 145.

kk) pag. 153.

II. In tomo II. edit. a. 1615. continentur:

28. Κατὰ Εὐνομίου λόγοι ἀντιῤῥητικοὶ, *aduersus Eunomium*, liber II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. et XIII. cum versione *Nicolai Gulonii* [ll]) p. 1-437. Incipit: ἡ τῶν χριστιανῶν πίστις ἡ εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Castigationes in calce voluminis adiecit Gulonii filius, *Ioannes a. S. Francisco*, monachus Fuliensis, testatus, *librum primum*, qui deinde lucem vidit, (confer infra, nr. 66.) exstare MS. in bibl. Vaticana, et incipere his verbis: οὐκ ἦν ὡς ἔοικεν τῷ πάντα σε θέλειν εὐεργετεῖν. Confer de hoc opere *Tillemontium* tom. IX. pag. 577. seq. et de Eunomii libris, quos Nyssenus [?] confutauit, *Iac. Godofredum*, ad Philostorgii VIII. 12. *Sirmondus* ad librum XI. Facundi Hermianensis tom. II. Opp. p. 763. notauit, libros hos Nysseni, quibus fidem catholicam tueri, et Basilii, iam defuncti, opus aduersus Eunomium defendere instituit, non vno modo citari apud veteres solere. Quae enim Facundus et ecloge Anastasii bibl. profert ex tertio eius operis libro, Leontius secundo libro adtribuit, re ipsa autem exstant in quarto edit. graecolatinae. Eodemque modo in quinto exstant reliqua omnia, quae Facundus citat ex quarto. *Photius* cod. VI. bibliothecae suae opus Gregorii Nysseni ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου memorat, et mox codice VII. alteram illius πραγματείαν eiusdem argumenti, ἐν ᾗ λογικώτερον Εὐνομίῳ συμπλακεὶς κατὰ κράτος αἱρεῖ, πάντα σαθρώσας τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα. Neque dubium est, per eamdem librum vltimum ab eo intelligi, qui ceteris omnibus est longior, et in quo nouum cum Eunomio certamen ingredi se profitetur Nyssenus in ipso libri limine: τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων ἱκανῶς ἤδη κατὰ θείαν συμμαχίαν ἐν τοῖς φθάσασι διήνυσαι πόνοις. Suidas de Gregorio Nysseno: οὗτος συνέταξε κατ' Εὐνομίου λόγον ἐξαίρετον. Citatur a Theodorito in dialog. [a Damasceno. v. infra, vol. VIII. p. 795. nr. 11. pag. 796. vet. ed.] multisque aliis veteribus, quorum loca notauit *Tillemontius* tom. IX. pag. 579. seq. qui pag. 585. coniicit, quod *Hieronymus* cap. 128. de scriptor. eccles. refert, lectos Nazianzeno et sibi a Nysseno illos contra Eunomium libros, id factum CPoli, vbi occasione concilii a. C. 381. in illa vrbe celebrati conuenerint. Scripsit Nyssenus post Basilii obitum, vt *Nicephoro* etiam XI. 19. hist. adnotatum, circa a. 381. *Fabr.* Hoc opus, quod praestantissimum Nyss. operum habetur, docte et copiose recensent *Semler*. l. c. §. 99. pag. 201-219. et *Schroeckh* pag. 28-54. — Est *Florentiae* in cod. *Laurent*. XVII. plut. 6. v. *Bandin*. cat. codd. gr. Laur. I. p. 127. sq. et in cod. *Taurin*. LXXI. fol. 216. v. cat. codd. gr. Taur. p. 169. *Harl.*

29. *Ad Eustathium*, (Sebastenum) *de SS. Trinitate* et contra Pneumatomachos, *quod Spiritus S. sit Deus* [mm]) p. 439-447. cum versione *Laurentii Sifani*, sed a *Fed. Morello* recognita. Hoc scriptum integrum fere iisdem verbis inter *S. Basilii* epistolas octogesima [ep. 189. tom. III. p. 276. ed. Garnier.] legitur, Nysseno rectius vindicandum, sub cuius nomine citatur ab Euthymio in Panoplia. Compositum circa a. C. 380. [De eo, et

ll) Edit. a. 1638. tom. II. pag. 265.

mm) Edit. a. 1638. tom. III. p. 6.

et 11. seqq. v. *Semler* l. c. 220. sqq. Atque in not. ad Garn. ed. l. c. a scholiaste gr. Nysseno adscribitur propter scribendi rationem. *H.]*

30. Περὶ τοῦ μὴ οἴεσθαι λέγειν τρεῖς Θεοὺς, *quod non putandum sit, tres Deos dici oportere,* ad Ablabium [nn]) p. 457-460. cum eiusdem *Sifani* versione. Incipit: ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστι τοὺς ἀκμάζοντας. Citatur a Iohanne II., papa, in epistola ad Auienum, scripta [?] a. C. 532. Sed citantur etiam ab Euthymio in Panoplia ex Nysseno ad Ablabium, quae in hoc scripto non reperias. *Fabr.* Exstat *Venetiis* in cod. Marc. DIV. v. catal. codd. gr. Marc. p. 267. *Paris.* in bibl. publ. codd. DLXXXV. et DLXXXVI. in quibus plura Nysseni opuscula continentur. *Harl.*

31. Περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, *de differentia essentiae et hypostaseos,* ad Petrum, fratrem [oo]), p. 460-469. cum versione eiusdem *Sifani.* Incipit: Ἐπειδὴ πολλοὶ τόν τε τῆς οὐσίας λόγον. Legitur haec, velut a S. Basilio ad Nyssenum scripta, inter Basilii epistolas tricesima quarta. Vertit ante Sifanum *Ioannes Cano,* Colon. 1537. fol. inter Nysseni opera latine edita. *Fabr.* Reperitur in tribus codd. bibl. publ. *Paris.* in cod. *Veneto* Marc. XXII. sub Basilii nomine; nec non *Vindobon.* in cod. caesar. LX. nr. 10. vbi inscribitur *epistola S. Basilii M. ad fratrem suum, S. Greg. Nyss.* v. *Lambec.* comm. III. pag. 273. inprimis Kollar. in nota *A.* Exstat in edit. Basilii M. Garnieriana, tom. III. p. 115. epist. XXXVIII. atque editor in nota *c.* adserit illam Basilio, quod huic omnes, quos contulit editor, codd. tribuant, stilus Basilii foetum esse clamitet, et ipsa etiam synodus Chalcedonensis, (concil. Chalced. part. III. cap. I. pag. 825.) Basilium agnoscat epistolae parentem. *Harl.*

32. Πρὸς Σιμπλίκιον περὶ πίστεως, *ad Simplicium,* tribunum, *de fide,* siue de patre, Filio et Spiritu S. [pp]) p. 470-474. cum versione *Laurentii Sifani.* Incipit: Κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου. Notas *Fronto Ducaeus* addidit. Prodierat cum aliis quatuor Nysseni opusculis, graece, Lugd. Bat. 1593. 8. Magnam partem adfert Euthymius in Panoplia citans Nyssenum ἐκ τοῦ β' λόγου τοῦ πρὸς Σιμπλίκιον περὶ υἱοῦ. *Fabr.* Inter codd. Ant. Eparchi. v. infra, vol. X. p. 482. — *de confessione* in cod. *Paris.* bibl. publ. MDCXXX. nr. 57. *Harl.*

33. Λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας, *sermo magnus catecheticus* pro iis, qui catechumenos instituere debent, diuisus in LX. capita [qq]) pag. 475-542. cum versione *Gentiani Herueti,* notisque *Frontonis Ducaei.* Vertit etiam *Petrus Morellus,* Paris. 1568. 8. et *Petrus Franciscus Zinus,* in Euthymii panoplia, cui magna huius libri pars inserta legitur. Incipit: ὁ τῆς κατηχήσεως λόγος ἀναγκαῖος μὲν ἐστι. Citatur et a Theodorito in dialog.

nn) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 15.

oo) Ibid. pag. 28.

pp) pag. 58.

qq) pag. 45.

leg. 2. et 3. et Gregorio M. atque Damafceno *opus plane eximium, fi paucos naeuos excipias, quos ex lectione Origenis contraxit*, vt monet *Is. Cafaubonus* p. 116. ad epiftolam Nyffeni. Sed illa Origeniana ab haereticis inferta olim arguit S. Germanus, CPol. apud Photium cod. CCXXXIII. Certe fub finem adfuta claufula, in qua Seueri, haeretici Acephali mentio, [ex *Theodori Raithuenfis* libro de incarnatione domini, qualem non Beza, fed Rob. Balforeus Paris. 1599. 8. et *Ducaeus* edidit. Vide *Albertinum* de S. Euchariftia p. 486. *Fabr.* v. *Oudin.* l. c. pag. 602. fq. qui repetit locum longum *Edm. Albertini*, a Fabricio citatum: add. *Schroeckh.* l. c. p. 79. fqq. *Semler.* l. mem. p. 220. fqq. — *Gregorius von Nyffa*, vnd *Auguftinus* ueber den erften chriftlichen Religionsunterricht. Aus dem Griechifchen vnd Lateinifchen ueberfetzt (von *Glauber.*) Mit Anmerk. Lips. 1781. mai. 8. — Exftat illud opus notatu dignum *Monachii* in cod. XXXIX. bibl. elect. v. cat. codd. Bauar. p. 11. — *Auguftae Vindel.* tefte *Reifero* in cat. codd. p. 41. — *Vindobonnae* in cod. XVIII. nr. 3. multa de eo adnotauit *Kollar.* in fupplem. pag. 166. fq. — *Florentiae* in cod. Laurent. XIII. nr. 6. v. *Bandin.* III. p. 335. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MX. nr. 4. — *Taurini* in bibl. reg. cod. LXXI. fol. 62. et CCLXIX. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 168 et 373. Particula ex illo eft in Liturgiis S. S. patrum, Paris. apud Guil. Morellum. fol. vid. infra vol. XIII. p. 814. fq. *Harl.*

34. Περὶ παρθενίας *de virginitate* liber, cum praemiffa epiftola exhortatoria ad virtutem [rr]) p. 543-611. cum notis *Ducaei*, et verfione *Petri Galefinii*, quae lucem vidit Rom. 1562. 4. ap. P. Manut. Praeterea hunc librum cum verfione fua notisque vulgavit *Ioannes Liueneius*, Antwerp. ex off. Plantin. 1574. 4. Incipit: ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου ἐστιν ἐπιθυμίαν [?] τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ζωῆς. Scriptus circa a. C. 371. In Liuineii verfione nonnulla reprehendit Billius apud Poffeuinum. *Fabr.* Strenue et inconfideranter commendat, abreptus confuetudine et iudicio aliorum, mutata priftina fententia, coelibatum. v. *Schroeckh* hift. eccleſ. part. VIII. p. 252. fqq. part. XIV. p. 6. et 131. fq. Id. opufculum abiudicauit Nyffeno Scultetus; fed contrarium docent Du Pin, et Oudinus. Auctor nouae edit. in praef. rem in dubio reliquit, nec *Riueto*, p. 347. fq. de re leuis momenti libuit altercari. — Eft opufc. in cod. regio *Matrit.* LXXXVII. vna cum Nyffeni explicatione apologetica in Hexaëmeron, et de opificio, v. *Iriart.* cat. codd. Matrit. p. 356. — it. in cod. LXXIV. vna cum *Nyff.* apologia in Hexaëmeron, et fermone in dormientes. v. *Iriart.* pag. 501. fq. in cod. *Taurin.* LXXI. v. cat. codd. *Taur.* gr. p. 168. et in tribus codd. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

35. *Decem fyllogifmi aduerfus Manichaeos* [ss]), p. 612. cum verfione *Frontonis Ducaei*, cuius etiam notae videndae p. 17. Incipit: εἴ τι ἂν κακὸν κολαστέον. *Fabr.* In hoc libello parum graui probaturus erat Nyffenus, τὸ κακὸν nec effe ἀγέννητον, nec οὐσίαν fiue ὄν, quia id fit ποῖον, *qualitas.* *Harl.*

36. Τὰ

rr) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 111.

ss) pag. 180.

36. Τὰ Μακρίνια, περὶ ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως, *Macrinia*, siue *de anima et resurrectione*, dialogus cum sorore, Macrina, quum Basilium, fratrem, a. C. 379. exstinctum, lugerent [tt]), p. 613 - 692. cum versione *Laurentii Sifani*. Incipit: ἐπειδὴ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου πολύς. Meminit Photius cod. CCXXXIII. et Suidas, testatus, Gregorium Nyssenum scripsisse μακρόν τινα καὶ περικαλλῆ πρὸς τὴν ἀδελφὴν Μακρίναν περὶ ψυχῆς λόγον. Hic est Nysseni de immortalitate animae liber, qui *Daniele Augentio* interprete prodiit latine Paris. 1557. 8. *Fabr.* Diuersa variorum de illo dialogo iudicia collegit *Oudinus* l. c. p. 604. — *Io. Christph. Wolf.* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 28. sqq. primum dedit magnam particulam gr. ac lat. cum notis vt plurimum criticis, tum, ne longior esset, p. 319. vsque ad p. 330. et in tomo III. p. 1 - 47 in eorum commodum et vsum, quibus, vt ait, consultum videbitur, egregiam illam commentat. aliquando noua luce ornatam publico sistere, varias duorum codd. lectiones. In praefat. ad tom. II. valde laudauit commentationem, et, quod perspexit, totam illam pluribus locis in vtraque edit. Paris. inprimis vero in priore, pessime acceptam esse et habitam: partem illius totam cum versione latina pristina suisque notis exhibuit. Illas varietates lectionis sumsit ex duobus diuersis codd. iisque bonae notae, et vt plurimum in iis, quae alicuius sunt momenti, conspirantibus; altero, quondam *Vffenbachiano*, cum varr. lection. partim in margine, partim ad calcem scriptis, et quem curate descripsit *I. H. Maius* in biblioth. Vffenbach. MSta, part. II. p. 425. sqq. altero *Hasselmanniano*, (a possessore illius, Zachar. Hasselmanno, verbi diuini apud Oldenburgenses in Wagria ministro, nuncupato,) in quo colloquentium sermones, descriptis rubro colore disputantium *Gregorii* et *Macrinae* nominibus, a se inuicem distinguuntur. De hoc dialogo, et de opusc. *de anima* ad historiam antiquae philosophiae et veterum philosophor. ac patrum de animo opiniones noscendas valde vtili, vide *Semler* l. c. p. 233. sqq. et *Schroeckh* p. 97. sqq. et 102. sq. — Exstat vero in pluribus codd. ex gr. *Monachii* in cod. XXXII. Bauar. — *August. Vindel.* bis, teste *Reisero* in cat. p. 22. et 34 — *Vindob.* in cod. caesar. XVIII. nr. 1. v. *Kollar.* in supplem. ad Lambecii comm. pag. 165. — *Venetiis* in bibl. Marc. DCII. *Nysseni* ad Macrinam de anima et resurrectione, et de anima sermo. — *Taurini* in bibl. reg. codd. XXXIV. LXIX. et CCLXXXIX. v. cat. codd. Taur. pag. 140. 159. et 386. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. I. nr. 2. plut. 7. — in cod. XXXV. nr. 26. eiusd. plut. — et in cod. XIII. nr. 3. plut. 86. vid. *Bandin.* cat. etc. I. pag. 165. 298. et III. p. 335. — In septem codd., et vita Macrinae in tribus codd. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

37. Κατὰ Ἀπολιναρίου, *contra Apollinarium*, liber ad *Theophilum*, ab a. C. 385. episcopum Alexandrinum [uu]), p. 693 - 698. cum *Frontonis Ducaei* versione et notis. Incipit: οὐ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας εὔφρονες. Citatur ab Euthymio in Panoplia. Prodiit graece, curante Hoeschelio Lugd. Bat. 1595. 8. cum aliis Nysseni opusculis. Et ex ... *Ducaei*

tt) Ed. a. 1638. tom. III. pag. 181. uu) pag. 216.

Ducaei interpretatione latine. Ingolstad. 1596. 8. Ex *Turriani* autem versione in tom. V. lection. antiquarum Henrici Canisii, Ingolstad. 1604. 4. pag. 191. *Fabr.* In *Basnagii* thesauro monum. eccles. Amstel. 1725. fol. tom. V. p. 161. Basnagius graeca addidit ex edit. Fronton. Ducaei tom. II. p. 677. conf. *Semler* l. c. p. 236. — Exstat in cod. DIII. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

38. Περὶ τȣ̃, τί τὸ χριςιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα, *quid nomen professione christianorum sibi velit, ad Harmonium*[vv]) pag. 699-707. cum versione *Laurentii Sifani.* Incipit: ὅπερ ποιῶσι πρὸς τȣ̀ς κρατȣ̃ντας. Verterat et *Maximus Margunius*, Cytherorum episcopus. Venet. 1585. 8. graece prodiit Lugd. Bat. 1593. 8. *Fabr.* Reperitur in *quatuor* codd. bibl. publ. *Paris.* et in cod. *Taur.* LXXI. fol. 164. *Harl.*

39. Περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριςιανὸν, *liber de perfectione, et qualem oporteat esse christianum, ad Olympium*, monachum[ww]) p. 706-730. cum versione *Petri Francisci Zini*, et *Frontonis Ducaei* notis ad voluminis calcem. Incipit: πρέπȣσα τῇ προαιρέσει ἡ σπȣδὴ, Vertit et *Maximus Margunius*, Venet. 1585. Graece prodierat primum Venet. 1574. 8. et deinde Lugd. Bat. 1593. 8. Citatur ab Anastasio Sinaita quaest. I. Nyssenus ad Olympium ἀσκητήν. Photio cod. CCXXXIII. λόγος περὶ τȣ̃ τελείȣ βίȣ. *Fabr.* In cod. *Taurin.* reg. LXXI. fol. 159. v. cat. codd. gr. Taur. p. 169. — in quatuor codd. *Paris.* bibl. publ. *Harl.*

[155] 40. Ὑποτύπωσις siue *summaria descriptio veri scopi vitae asceticae*, cum versione *Fed. Morelli*, p. 730-743. Incipit: εἴ τις σμικρὸν ἀποςήσας τȣ̃ σώματος. Prodierat separatim cum Morelli versione Paris. 1606. 8.

41. Πρὸς τȣ̀ς ἀχθομένȣς ταῖς ἐπιτιμήσεσιν, *ad eos, qui castigationes aegre ferunt*[xx]), pag. 743-749. cum versione *Gentiani Herueti.* Incipit: Θεῖον ἀληθῶς καὶ ἱερὸν χρῆμα ὁ λόγος Θεȣ̃. Prodierat graece Paris. 1570. 8. *Fabr.* Exstat in quatuor codd. *Paris.* et in cod. *Taurin.* LXXI. *Harl.*

42. Περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἀφαρπαζομένων νηπίων, *de infantibus, qui praemature abripiuntur.* Ad Hierium,[yy]) Cappadociae praefectum, p. 748-770. cum versione *Laurentii Sifani.* Incipit: Σοὶ μὲν, ὦ ἄριςε, πάντες σοφιςαί τε καὶ λογογράφοι. Citatur ab Anastasio quaest. 16. A Nysseno iam sene haec epistola scripta est. *Fabr.* Reperitur in tribus codd. *Paris* et in cod. *Taurin.* LXXI. fol. 331. In hoc opusc. p. 322. est a Ducaeo locus de igne purgatorio insertus: qua de re alii id vel spurium vel interpolatum habuerunt; v *Oudin.* p. 605. et *Riuetum* in critico sacro cap. 23. p. 348. sqq. Sed compara *Tillemont.* p. 612. et 615. *Semler* l. c. p. 237. in primis *Schroeckh* de illo opusc. locoque pag. 132. sqq. *Harl.*

43. Εἰς

vv) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 267.

ww) pag. 298.

xx) p. 311.

yy) pag. 317.

43. Εἰς τὴν γέννησιν, *in natalem domini noſtri Ieſu Chriſti, et in infantes Bethlehemiticos*[zz]) p. 771 - 786. cum verſione *Petri Franciſci Zini*, et *Ducaei* notis ad voluminis calcem. Incipit: σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι. Graece ediderat *Dau. Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel. 1587. 8. inter varias patrum homilias p. 103. et vna cum Nyſſ. orat. de S. Stephano, primo martyre, cum verſione ſua *Ioach. Camerarius*. Lipſ. 1564. 8. In hoc ſermone ſunt quaedam ex apocryphis et incertis hauſta narrationibus. Sunt et quaedam petita ex magno Nyſſeni ſermone catechetico. Quaedam iisdem propemodum verbis leguntur apud Cyrillum contra Anthropomorphitas. Vide *Tillemontium* tom. IX. memor. p. 612. *Fabr.* Et *Schroeckh* l. c. p. 125. ſq. — Exſtat in IX. codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *Taurin.* LXXI. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 29. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 522. *Harl.*

44. *In S. Stephanum, protomartyrem*[a]), pag. 786 - 798. cum verſione *Laurentii Sifani*, et *Ducaei* notis. Incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Laudant Suidas et πολυθαύμαστον adpellat. Ediderat *Hoeſchelius* graece l. cit. a. 1587. 8. p. 131. Auguſtae Vindel. latine ex *Zini* verſione occurrit apud Surium ad 26. Decemb. Fallitur poſt Labbeum Oudinus p. 605. ſq. qui hanc homiliam Aſterii eſſe adfirmat. Alia enim huius in Stephanum homilia eſt, quae itidem exſtat, et edita eſt a *Combefiſio* tom. I. auctarii noui pag. 283. Incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς. *Fabr.* conf. *Schroeckh* p. 131. add. infra, nr. 79. — Seruatur in XVI. codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *Coislin.* CCCVI. ad d. 27. Decembr. in parte I. homiliar. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 423. et ad eumdem diem inter homilias in feſtos dies *Florent.* in cod. *Laurent.* IV. nr. 28. — in cod. XXVI. nr. 2. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 277. et 522. et fragment. in cod. XXVII. nr. 2. Laur. (*Bandin.* I. p. 494.) — in cod. *Taurin.* LXXI. fol. 106. *Harl.*

45. Εἰς τὴν ἡμέραν τῶν φώτων, *in diem luminum, qua Chriſtus baptizatus eſt:*[b]) pag. 798 - 813. cum eiusdem *Sifani* verſione et *Ducaei* notis. Incipit: νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην. In editione graeca, quam *Dau. Hoeſchelius* curauit Auguſtae Vindel. 1587. 8. haec homilia [?] inſcribitur εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Gallice a *Fed. Morello* verſa prodiit Paris. 1606. 12. *Fabr.* Conf. *Schroeckh* l. c. p. 128. ſq. et *Semler.* p. 237. ſq. de hac et antecedenti homiliis. — Eſt in tribus codd. *Paris.* bibl. publ. — in cod. *Taur.* LXXI. v. catal. codd. gr. Taur. p. 169. *Harl.*

46. Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ περὶ τῆς τριημέρου προθεσμίας τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως *in S. paſcha et de triduano feſto reſurrectionis Chriſti*[c]), pag. 814 - 831. cum *Ducaei* notis ad voluminis calcem, et verſione *Sifani*, quae exſtat in latinis Nyſſeni operum editionibus. Incipit: εἴ τις πατριαρχῶν εὐλογία. *Fabr.* In cod. *Monach.* CXIV. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 44. — *Vindobonnae* in cod. caeſar. CCXLIV. 1. excerpta ex hac

 orat.

zz) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 339.

a) pag. 354.

b) pag. 366.

c) pag. 382.

orat. v. *Lambec.* comm. V. p. 235. — In tribus codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *Taurin.* LXXI. fol. 102. — *Nyss.* orationes II. vna de filii et spiritus S. deitate; altera dicta die paschatos, gr. et lat. ex vers. *Ioach. Camerarii* Lips. 1564. 8. *Harl.*

47. Homilia II. *resurrectione de Christi,* et ὅτι κατὰ μηδὲν ἀλλήλοις ἐναντιωθέντες οἱ Εὐαγγελιςαὶ, *quod nullo modo contrarii inter se sint euangelistae*[d]), p. 832-848. cum *Laur. Sifani* versione. Incipit: πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν ἀναδέχονται. Hanc sub *Hesychii Hierosol.* nomine edidit graece et latine *Franc. Combesisius* tom I. Auctarii noui p. 743. *Fabr.* *Combef.* p. 775. et 777. Hesychio hanc homiliam adscripsit, quoniam in cod. quodam tributa sit Hesychio, et illa homiliae primae in explicatione loci cuiusdam in Matthaei euang. repugnet, nec eumdem orationis atque eloquentiae colorem, qui in reliquis Nysseni oratt. cernatur, prae se ferat: idem dubitat, num prima similis argumenti oratio sit genuina. Sed non satisfecit *Schroeckhio* pag. 128. qui illam criticam quaestionem curatius esse inuestigandam atque examinandam iudicat: ac p. 126. sqq. latius disputat de V. homiliis de resurrect. Christi. — *De resurrectione* in nouem codd. bibl. publ. *Paris.* — de resurrectione Christi et quod nullo modo contrarii inter se sint euangelistae, in cod. *Taurin.* LXXI. fol. 114. — Eadem in cod. *Mosquensi* V. notante *Matthaei* in notit. codd. Mosquens. p. 7. nr. 23. — In cod. *Coisl.* CVII. sunt nr. 6-9. quatuor Nysseni hom. in S. pascha h. l. numeratae 46-49. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 182. *Harl.*

48. *In magna dominica,* homilia III. de festo paschatos et resurrectione[e]) 848-866. cum eiusdem *Sifani* versione. Incipit: οἱ πένητες τῶν ἀνθρώπων φιλέορτοι.

49. Homilia IV. Εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον πάσχα, *de sancto et salutifero paschate*[f]) p. 866-869. cum *Laurentii Sifani* versione. Incipit: ἡ ἀληθινὴ τοῦ σαββάτου κατάπαυσις. Exstat et cum versione *Ioach. Camerarii,* Lipsiae 1563. 8. et cum interpretatione eiusdem Camerarii, atque altera *Henrici Oelschlegelii,* huiusque notis philologicis ac theologicis, in tironum vsus adornatis. Dresdae 1628. 8.

50. Homilia V. Εἰς τὴν φωτοφόρον καὶ ἁγίαν ἀνάςασιν *in luminiferam et sanctam resurrectionem domini et dei nostri*[g]) pag. 869-873. cum versione *Federici Morelli.* Incipit: Εὐλογητὸς ὁ Θεός Εὐφημήσωμεν. Prodierat separatim gr. cum Morelli versione Paris. 1600. 8. et *Tillemontio* vt rerum inanis, ita recentis graeculi esse videtur tom. IX. memor. eccles. p. 613.

51. Εἰς τὴν ἀνάληψιν *in adscensionem domini nostri Iesu Christi,* quae dies festa Cappadocibus dicta est ἡ ἐπισωζομένη[h]) p. 873-876. cum versione *Petri Francisci Zini.* Incip. ὡς γλυκὺς συνέμπορος τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ προφήτης Δαυΐδ. Vertit et *Laur. Sifanus.* Sed

d) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 400.

e) pag. 416.

f) pag. 435.

g) ibid. pag. 437.

h) ibid. pag. 441.

Sed Zini versio etiam in Breuiario romano praefertur, vt Posseuino notatum. *Fabr.* Est in II. codd. *Paris.* et in cod. LXXI. *Taurin.* *Harl.*

[*] 52. *Εἰς τὴν ὑπαπαντήν, de occursu domini, deipara et iusto Simeone* [i]). pag. 876 — 896. cum versione *Laur. Sifani.* Incipit: τῇ φρονήσει τῶν οὐρανίων μετέωρος. Exstat et latine apud Surium 2. Febr. Metaphrastae interpolatoris vestigia in hac homilia notant viri docti. Et a *Lud. Thomassino* pro suppositititiis habentur omnes illi in τὴν ὑπαπαντὴν sermones, qui feruntur sub nominibus antiquiorum patrum, Methodii, Cyrilli Hierosol. Nazianzeni, Nysseni, Ambrosii, Chrysostomi et Fulgentii: quum festum illud constet demum celebrari coepisse in ecclesia anno XV. Iustiniani, imp. Vide *Thomassinum* in scripto gallice edito de festis lib. II. cap. 11. et *Wilh. Ernestum Tentzelium* diss. de ritu lectionum sacrar. §. 6. *Fabr.* Acc. *Schroeckh.* pag. 130. Sub nomine tamen *Nysseni* est in cod. *Monach.* VIII. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 3. — in cod. *Vindobon.* caesar. XI. nr. 5. vid. *Lambec.* VIII. p. 155. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 31. sed ibi sermo in occursum domini, et dei et I. Chr. diuersus est ab edito, et incipit: ἦχε μὲν ἡ τῶν γενεθλίων πανήγυρις etc. v. plura in *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 419. — in cod. *Taurin.* LXX. fol. 343. (cat. codd. gr. Taur. pag. 167.) *Harl.*

53. Περὶ Θεότητος, *de deitate filii et Spiritus Sancti* et de fide Abrahami, (sermo dictus in concilio CPol. a. Chr. 383. vt notatum *Tillemontio* tom. IX. pag. 586.) [k]) pag. 896-910. cum eiusdem *Sifani* versione, qui graece et lat. ediderat Colon. 1586. 8. Nyssenum εἰς τὸν Ἀβραάμ laudant *Theodoritus* in dialog. *Io. Damascenus* I. de imagg. *Hadrianus* I., papa, in epist. et concilium II. Nicaen. act. 4. tom. III. Binii pag. 542. et *Euthymius* in Panoplia. Homilia in Abraam et Isaac latine ex *Achillis Statii* versione prodiit Louanii 1551. vna cum S. Chrysostomi explanatione orat. dominicae, et sermonibus tribus in natalem domini, in sancta theophania et de Dauide, propheta, et Athanasii in magnam parasceuen, Amphilochii in sabbatum sanctum, Gregorii Antiocheni in sepulturam et resurrectionem domini: Sophronii in exaltationem S. crucis et resurrectionem, Cyrilli Alex. in parabolam vineae, Anastasii Sinaitae de sacra synaxi, et de iniuriis remittendis: Marciani Bethlehemitae fragmento, Nili, abbatis, epistolis III. et typis epistolicis anonymi et Libanii, nec non loco de epistolica dictione ex Demetrii libro περὶ ἑρμηνείας. Exstat et cum interpretatione *Ioach. Camerarii,* Lipsiae 1564. 8. et edente *Hoeschelio* graece, Augustae Vindel. 1591. 8. Incipit: οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων. *Fabr.* Exstat in quinque codd. bibl. publ. *Paris.* et in cod. *Taurin.* LXXI. v. cat. cit. pag. 169. *Harl.*

54. Ἐπιτάφιος oratio funebris *in fratrem, Basilium, magnum,* defunctum a. Chr. 379. dicta Caesareae in die eius memoriali [l]). pag. 911 — 930. [*] cum versione *Laurentii Sifani.*

 Inci-

i) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 444.

k) pag. 464.

l) pag. 479.

Incipit: καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς τὴν τάξιν. Memorat Amphilochius in S. Basilii vita. [Est in III. codd. *Paris.*]

55. Ἐγκώμιον, *laus sanctorum XL. martyrum* Sebastenorum, homiliis II. quarum prior incipit: οἷς ἀνιᾶσθαι τοὺς πολλοὺς στοχάζομαι m) pag. 931 — 935. posterior: χθὲς οἱ μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λαὸν ἐκάλουν pag. 936 — 946. cum versione *Laur. Sifani*, et *Ducaei* notis. Tertia homilia huius argumenti occurret infra, nr. LXIX. *Fabr.* Reperitur in II. codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *Taurin.* LXXI. sed in cod. CCLXIX. fol. 54. est sermo in martyres et aduersus Arianos. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 168. et 373. et in cod. *Monach.* XXXII. oratio de defunctis. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 8. *Harl.*

56. Εἰς Πουλχερίαν, *in funere* n) *Pulcheriae*, quae Theodosii M. et Flaccillae filia a. Chr. 384. vel 385. non diu ante matrem CPoli obiit o), p. 946 — 955. cum eiusdem *Sifani* versione. Incipit: οὐκ οἶδα ὅπως τῷ λόγῳ χρήσομαι. *Fabr.* Hanc et sequentem or. continent tres iidemque codd. bibl. publ. *Paris.* et sequens oratio est in cod. *Taurin.* LXXI. *Harl.*

57. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάκιλλαν βασίλισσαν, *oratio funebris in Placillam*, siue *Flaccillam* Augustam, Theodosii Magni coniugem, exstinctam in Thracia sub finem anni 385. p) pag. 940 — 965. cum *Sifani* versione et *Ducaei* notis. Incipit: ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος. [v. ad nr. antecedentem.]

58. *De vita S.Gregorii, thaumaturgi* q), pag. 966 — 1009. cum *Laur. Sifani* versione. Inc. ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστι. Meminit et πολυθαύμαστον ἔπαινον adpellat Suidas in Γρηγόριος. Laudat et *Nicephorus* XI. 19. hist. et *Eustratius*, CPol. presbyter, in libro contra Psychopannychitas cap. 13. Edidit et graece cum noua versione sua et scholiis *Gerardus Vossius* ad calcem operum thaumaturgi Mogunt. 1604. 4. p. 234 sqq. Versionem *Gentiani Herueti* habes apud Lipomannum et Surium 3. Iul. Extremam partem in editis desideratam e MS. codice Coisliniano CV. graece vulgauit *Montfauconus* in catalogo illius bibl. pag. 180. *Fabr.* Vide supra, vol. VII. pag. 249. not. *k.* inprimis pag. 250. not. *x.* et pag. 251. not. *aa. Oudin.* l. c. pag. 606 sq. qui Sculteti opinionem de hoc opusculo vanam reiicit. Praeterea vita Greg. Thaumat. est in codd. *Coislinian.* CVI. et CCCLXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 181. et 565. — In XVII. codd. bibl. publ. *Paris.* — in cod. *August. Vindel.* teste *Reisero* in cat. codd. pag. 28. — *Vindob.* in codd. caesar. XIX. nr. 22. et XX. nr. 3. Plura vide de illis in *Lambec.* comm. VIII. p. 591. et 598. add. cod. CVI. (qui 28. opusc. Nysseni continet,) nr. 25. v. *Lamb.* IV. p. 58. *Mona-*

m) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 499. et 504.

n) Diuersa haec a Pulcheria, Arcadii filia, Theodosii iunioris sorore, et coniuge Marciani, quae diem obiit a. Chr. 453. De hac *Tillemont.* tom. XV. pag. 171 seq.

o) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 517.

p) pag. 527.

q) Ibid. pag. 534.

— *Monachii* in cod. LXXII. v. cat. codd. Bauar. pag. 24. — *Taurini* in cod. LXIX. fol. 34. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 164. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXV. nr. 3. plut. 7. v. *Bandin.* cat. cit. I. pag. 276. vt mittam codd. a *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. citatos. *Harl.*

59. Ἐγκώμιον, *laudes magni martyris, Theodori, s. Theodori Tyronis,* militum praefecti sub Maximino r) pag. 1002 — 1018. cum versione eiusdem *Sifani.* Incipit: ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαός. Vertit et *Zinus,* ex cuius versione exstat apud Surium ad IX. Nouembr. De MStis graecis codicibus caesareis vide *Lambecium* IV. pag. 26. 114. s) VIII. pag. 86. Ad obiecta, quibus nonnulli hanc orationem Nysseno abiudicant, [†] respondit *Natalis Alexander* saeculo IV. cap. 6. pag. 143 seq. editionis in folio. *Fabr.* Dubitationibus aliorum etiam respondent *Du Pin* in Bibl. des Aut. eccl. tom. II. pag. 232. et *Oudin.* I. pag. 607. *Harl.*

60. Ἐπιτάφιος, *oratio funebris,* in magnum *Meletium,* Antiochiae episcopum, a. C. 381. 12. Febr. defunctum, dicta in oecumenico concilio CPolitano t) pag. 1019-1027. cum *Laur. Sifani* versione et *Ducaei* notis. Incipit: ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποστόλων ὁ νέος Ἀπόστολος. In MSS. quibusdam male tribuitur magno Basilio. Ad Nyssenum refert etiam codex caesareus apud *Lambecium* III. p. 129. u) et Nysseno vindicat *Nicephorus* XI. 29 hist. [it. *Socrates* in hist. eccl. libr. V. 9. et alii apud *Lambec.* ad l. cit.]

61. Ἐγκώμιον, *laudes S. patris, Ephraim, Syri* v) p. 1027-1048. cum versione *Gerhardi Vossii,* Tungrensis episcopi, quae lucem viderat cum eius scholiis ante opera Ephraimi ab eodem Vossio Rom. 1589. fol. et deinde Coloniae atque Antwerpiae. Incipit: Κινεῖ με πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. *Fabr.* Num genuinum sit, nec ne? inquirit *Assemann.* ad Ephraimi Syri Opp. prolegg. pag. VI. 1. in eodemque vol. recudi fecit id opusc. graece atque lat. v. de Ephr. Syro supra in h. vol. pag. 217. sqq. p. 223. sq. *Harl.*

62. Πρὸς

r) Edit. a. 1638. tom. III. pag. 570.

s) In cod. CVI. (in quo sunt 28 opuscc. Nysseni, et de quo notanda est animaduersio Kollarii, p. 591.) nr. 12. or. in *Theodorum,* et nr. 13. in laudem *Meletii,* item, *in Theodorum,* in cod. CXLVII. nr. 3. v. *Lamb.* IV. p. 55 et 266 ed. Kollar. — in cod. XI. (qui continet magnum menologium Graecorum mens. Febr.) nr. 26. v. *Lamb.* VIII. p. 183. — In cod. *Monach.* VIII. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 5. — In XIV. codd. bibl. publ. *Paris.* — *Mosquae* in cod. V. part. II. bibl. synod. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. pag. 6. nr. 6. — De ipso *Theodoro* eiusque martyrio et sancta memoria copiose disputat *Wernsdorf* ad Man. Philae carmina gr. pag. 3. sqq. s. in introductione in ignoti poetae in S. Theodorum carmen, ibid. pag. 14 sqq. editum. *Harl.*

t) Edit. A. 1638. T. III. p. 580.

u) Errat Fabric. Namque in vol. III. pag. 331. ed. Kollar. in cod. LXVII. nr. 21. male tribuitur *Basilio M.* vbi Lambec. etiam prouocat ad Martyrolog. romanum d. 12. Febr. atque ibid. notas cardinalis Baronii. Contra in cod. CVI. nr. 13. iure adscribitur *Gregorio Nysseno.* v. *Lambec.* IV. pag. 55. — Praeterea reperitur illa orat. in quatuor codd. *Paris.* bibl. publ. et in cod. LXXI. *Taurin.* saepius laudato. v. de *Basilio M.* pag. 102. nr. 30. vol. VIII. vet. edit. *Harl.*

v) Edit. a. 1638. tom. III. p. 595.

62. Πρὸς τοὺς πενθοῦντας, *non esse dolendum de mortuis, qui ex hac vita ad sempiternam transierunt* [w]) pag. 1049-1076. cum versione *Petri Francisci Zini.* Incipit: οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν. Totus in hoc sermone Origeniana dogmata sapit Nyssenus *Fabr.* Exstat in quatuor codd. *Paris.* bibl. publ. conf. *Schroeckh* l. c. p. 135 sqq. et *Semler* l. mem. p. 239. sq. *Harl.*

63. *Ad Flauianum epistola* [x]), contra Helladium scripta post Petrum Sebastenum a. C. 392. defunctum p. 1077-1083. cum versione *Ioh. Leunclauii.* Incipit: οὐκ ἐν καλοῖς, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τὰ ἡμέτερα.

64. Περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα, *de iis, qui adeunt Hierosolyma,* epistola scripta post a. 380. [y]) pag. 1084-1087. cum incerti versione. Incipit: Ἐπειδήπερ ἠρώτησας, ὦ φίλε. Ex eadem incerti auctoris versione legitur in Centuriis Magdeburgensibus IV. c. 10. et apud Lipomannum. Graece [z]) primum vulgauit Morellus Paris. 1551. 8. Gallice Rob. Stephanus, nepos. Edidit eamdem epistolam etiam separatim cum latina versione sua et notis atque diatriba duplici de peregrinationibus religiosis et de altaribus sacrificiisque christianorum *Petrus Molineus,* Paris. 1605. [aa]) et Hanou. typis Wechelian. 1607. 8. Hinc *Iac. Gretserus,* inter alia Miscellanea theologica vulgauit notas in notas Molinei, et examen tractatus de peregrinationibus, ab eodem Molineo editi, Ingolstad. 1608. 4. Videri etiam possunt, quae idem Gretserus scripserat [?] lib. I. de sacris et religiosis peregrinationibus cap. 10. Ingolstad. 1606. 4. Notae illae Gretserianae ad calcem operum Nysseni recusae sunt; cetera praetermissa. Ab eo tempore *Io. Henricus Heideggerus* dissertationi suae de peregrinationibus religiosis etiam hanc Nysseni epistolam graece et latine subiunxit, eamque aduersus Gretserum vindicauit, Tiguri 1670. 8. Varias lectiones e codice Vindobonensi [CCXXXV. nr. 18. vbi exstat ille libellus,] habes apud

w) Edit. A. 1638. T. II. p. 617.

x) p. 645.

y) p. 652.

z) Graece et lat. Paris. 1551. ap. Guil. Morellium, citatur in *Maittair.* A. T. III. pag. 597. — atque pag. 706. iterum, ibid. 1558. 8. Paris. 1554. 8. in cat. bibl. *Leid.* pag. 255. nr. 453. *Harl.*

aa) *Maittaire* in A. T. III. p. 848. illam editionem, ex Morelliana ductam, prodiisse, tradit, Lutet. ex typograph. Roberti Stephani. 1606. 8. qui in nota *c.* ex epistola typographi praefixa et ex dedicatione Molinei loca notatu digna repetiit. Molin. inter alia narrat, Robert. Stephanum aureolum Gregor. Nyss. libellum de pregrinationibus etc. gallice vertisse ad graeci contextus fidem: libellum autem pupugisse Iesuitas, quippe qui peregrinationes non modo ἐκφαυλίσῃ vt inutiles, sed et sugillaret vt noxias et periculosas: ideo ex Iesuitarum pistrino ludimagistrum sub falso nomine prodiisse et Stephano mirum quam inepte insultasse, argumentis, si quae habuerit, sumtis ex Bellarmino. Add. *Semler* l. c. p. 240. inprimis *Oudin.* p. 607 sqq. — Exstat id opusc. in tribus codd. *Paris.* bibl. publ. — *Florentiae* in bibl. Laur. cod. XX. nr. 17. tribuitur *Gregorio, theologo*: ἐπιστολὴ τοῦ Θεολόγου πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Γρηγόριον τὸν Νύσσης περὶ τῶν ἀπιόντων etc. sed v. *Bandin.* cat. etc. I. p. 425. Atque ib. in cod. XVI. nr. 8. plut. 58. sub vero *Greg. Nysseni* nomine legitur. v. *Bandin.* II. p. 456. — In cod. *Taurin.* LXXI. — in cod. DLXXV. *Veneto* D. Marc. v. cat. cod. gr. Marc. p. 302. — *Neapoli* in bibl S. Ioann. de Carbonaria etc. *Montfauc.* in diario ital. p. 309. *Harl.*

apud *Lambecium* tom. V. pag. 82. seq. [pag. 174. sqq. ed. Kollar. Lambec. stat a Gretseri partibus.]

65. *Ad sorores, Eustathiam, Ambrosiam filiamque Basilissam epistola* scripta a. 380. [bb]) pag. 1088-1094. cum versione *Isaaci Casauboni*, qui eam primus graece cum interpretatione sua et eruditis notis vulgauit [cc]) Paris. 1606. 8. atque inde Hanou. 1607. 8. [dd]) Incipit: ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων. *Iacobi Gretseri* correctiones notarum Casauboni, editae primum Ingolstad. 1604. 4. etiam ad calcem operum Nysseni in editionibus graecolatinis subiectae sunt, Casauboni ipsius notis praetermissis.

IV. *In adpendice ad editionem graecolatinam anni 1615. edita Paris. a. 1618.*

66. *Epistola* Nysseni *ad Petrum, fratrem*, et Petri ad Nyssenum de suscipienda Eunomii confutatione. *Periochae librorum XII. et liber primus aduersus Eunomium,* (supra, nr. 28. desideratus,) ex bibliotheca Bauarica; cum versione *Iac. Gretseri* [ee]). Incipit liber: οὐκ ἦν, ὡς ἔοικε. Epistola vero: μόλις ἐπιτυχών. Ad calcem voluminis lacunae quaedam in libris contra Eunomium supplentur ex MSS. Bauarico et Io. Liuineii.

67. Προτρεπτικὸς πρὸς μετάνοιαν, *adhortatio ad poenitentiam* [ff]), cum versione *Petri Francisci Zini.* Incipit: ἀνὴρ φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν. Haec homilia *Asterio*, Amaseno, tribuitur a Photio, qui locum ex ea profert codice CCLXXI. Latine iam fuit supra, nr. 23. [adde de Asterio, in vol. VIII. p. 611. nr. 21. vet. edit.]

68. *Vita S. Macrinae, sororis, ad Olympium*, monachum, scripta circa extremum anni 380. [gg]) p. 177. cum eiusdem *Zini* versione, [P] quae exstat etiam apud Surium 19. Iul. Incipit: τὸ μὲν εἶδος τοῦ βιβλίου. In MS. codice caesareo [CVI. nr. 3. v. *Lambin.* IV. pag. 52.] non ad Olympium, monachum, sed ad *Euprepium*, episcopum, inscribitur. [v. ad nr. 36.]

69. Homilia III. *in quadraginta martyres*, dicta, vt videtur, Nyssae in eorum martyrio, siue templo, et cum *Iac. Gretseri* versione nunc primum edita [hh]). Incipit: εἰ μὲν ὁπλῖται Ῥωμαίων. Duae priores homiliae supra, nr. 55.

70 *Contra*

bb) Edit. A. 1638 Tom. III. p. 655.

cc) Ex typogr. Roberti Stephani, cum docta disp. de auctore huius epistolae, nec non de Gregorii Nyss. legatione in Arabiam et in Palaestinam transitu. *Harl.*

dd) Graece. Helmaest. 1607. 4. v. *Menk.* cat. I. p. 28. nr. 313. *Harl.*

ee) Edit. A. 1638. Tom. II. p. 265.

ff) Tom. II. p. 165.

gg) Ibid. p. 177.

hh) T. II. p. 205.

70. *Contra eos, qui differunt baptismum* [ii]), cum versione *Gentiani Herueti*. Incipit: οἱ τῆς οἰκουμένης ταύτης βασιλεῖς. Latine iam fuit supra, nr. 21. [v. *Schroeckh.* p. 117. sqq.]

71. Κατὰ τοκιζόντων, *contra vsurarios*, siue *foeneratores*, cum versione *Iac. Gretseri* [kk]). Incipit: τῶν φιλαρέτων ἀνθρώπων. Latine iam fuit supra nr. 26. Laudat S. Basilium et quae ille in Psalmum XIV. contra foeneratores scripserat.

72. *De pauperibus et beneficentia*, περὶ εὐποιΐας, cum *Zini* versione [ll]). Incipit: ὁ τῆς Ἐκκλησίας ταύτης πρόεδρος. Latine iam fuit supra, nr. 24. Graece, addita Zini interpretatione, primus vulgauit *Gretserus*, e codice caesareo, cuius Seb. Tengnagelius ipsi copiam fecit, a. 1617. Ingolstad. 4. ad calcem quaestionum Anastasii Sinaitae.

73. *In principium ieiuniorum*, εἰς παράστασιν νηστειῶν, cum versione *Iac. Gretseri*, qui primus vtraque lingua edidit Ingolstad. 1517. 4. [mm]) Incipit: σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. Haec homilia *Asterio Amaseno* tribuitur a Photio. qui non nihil ex ea adfert cod. CCLXXI. [in cod. *Laurent.* XXVI. nr. 14. plut. 7. v. *Bandin.* I. p. 279. in II. codd. *Paris.* in cod. *Taurin.* LXXI. *H.*]

74. Contra fornicarios, siue in illud apostoli 1. Cor. VI. 18. *qui fornicatur, in proprium corpus peccat* [nn]), cum versione *Gentiani Herueti*. Incipit: Φοβερὰ τῆς ἀποστολικῆς παραγγελίας ἡ σάλπιγξ. Latine iam fuit supra nr. 22. Graece primus cum Herueti versione edidit *Gretserus*, Ingolstad. 1617. 4. Lacunam ex codice graeco Vaticano suppleuit *Laur. Zaccagnius*, in collectaneis monumentorum veterum. Rom. 1698. 4. p. 353.

V. *In neutra editione graecolatina habentur:*

Praeterea, quae quum referrem edita, simul memoraui nr. VII. XV. XXV. XXVII. LVIII. et LXXIV.

[*] 75. *In Petrum et Paulum.* Homilia longior, quam ex MS. caesareo cum versione sua edidit *Iacobus Gretserus* Ingolstad. 1620. 8. Incertum, an Nysseni sit. *Fabr.* Est *Maximi Planudae*, vt late docuit *Lambec.* in comm. vol. IV. p. 119. sqq. de cod. CIX. caesar. in quo nr. 12. illa oratio, principio mutila, *Gregorio Nyss.* adscribitur, et ex quo Gretserus, ex cuius praefat. Lambec. longum excerpsit locum, illam edidit orationem. Sed Lambec. animaduertit, in bibl. duo memorari codices caesar. quorum alter inter codd. histor. gr. etiam continet duas *Maximi Planudis* oratt., in his orat. *in apostolos, Petrum* et *Paullum;* alter, olim LXI. inter codd. philol., quem postea recensuit *Lambec.* in vol. VIII. pag. 135. sqq. et in quo, ibi cod. X. numerato, varia sunt Max. Plan.

ii) Edit. A. 1638. T. II. p. 225.

kk) p. 144.

ll) p. 235.

mm) ib. p. 247.

nn) p. 260.

Plan. opuſcula, in his nr. 5. memorata oratio, cuius etiam, ſub Max. Plan. nomine, meminit *Leo Allatius* in diatriba de Symeonum ſcriptis p. 87. add. *Neſſelii* cat codd. caeſar. part. I. p. 336. et part. IV. pag. 138. cod. CCLXIX. — Sub *Maximi Plan.* nomine exſtat quoque in cod. *Laurent.* XXII. nr. 3. plut. 56. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 327. add. infra vol. X. p. 534. nr. 14. *Harl.*

76. *Expoſitio cantici canticorum, per paraphraſin collecta*, ex SS. Gregorii Nyſſeni, Nili et Maximi commentariis, graece cum *Petri Franciſci Zini* verſione legitur tom. II. auctarii bibl. patrum Ducaeani Paris. 1624. et in bibliotheca patrum Paris. 1654. tom. XIII. MS. graece poſt Theodoritum in canticum canticorum in codice theologico caeſareo CCCXIV. *Fabr.* — *Monach.* in cod. XXXIX. v. cat. gr. codd. Bauar. p. X. — conf. cod. LVI. caeſar. et de illo *Lambec.* comm. III. p. 212. ac ſupra, in hoc vol. p. 283. ſq. nr. 5. ac pag. 96. ſub fin. *Harl.*

77. *Epiſtola ad Euagrium, monachum*, latet inter orationes Nazianzeni, numero XLV. ſed Nyſſeni eſſe videtur, quoniam in ea leguntur, quae Euthymius in panoplia adfert ex Nyſſeno πρὸς Εὐάγριον μόναχον περὶ Θεότητος, et ſub hoc titulo occurrit in variis codd. MSS. vt caeſareo graeco theologico XLII. [oo]). Confer quae ſupra in Nazianzeno dixi. Idem Euagrius, quae a Gregorio de quatuor virtutibus cardinalibus didicerit, retulit in ſuo Gnoſtico, e quo *Socrates IV.* 23. Ἐν δὲ τῷ Γνωστικῷ αὐτοῦ (Εὐάγριος) τοιαῦτά φησι. Τέσσαρας ἀρετὰς καὶ τὰς θεωρίας αὐτῶν παρὰ τοῦ δικαίου Γρηγορίου μεμαθήκαμεν εἶναι, φρόνησιν etc.

78. Ἀντιῤῥητικὸς πρὸς τὰ Ἀπολιναρίου, *antirrheticus aduerſus Apollinarem.* Incipit: καλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον ἡμῖν. Inſigne hoc opus a Leontio Byz. in variis ſcriptis, a Ioh. Damaſceno et Euthymio, nec non in actis ſextae ſynodi actione X. laudatum, memoratumque *Nicephoro* XI. 19. hiſt. primus ex codice Vaticano, 700. circiter annorum vulgauit cum verſione ſua notisque *Laur. Zaccagnius*, in collectaneis monumentor. veterum Rom. 1698. 4. p. 123-287. Confer ſupra, nr. 15. vbi de fragmentis ante editis Nyſſeni contra Apollinarem. *Fabr.* *Zaccagnius* l. c. p. 121 ſq. collegit teſtimonia de illo Nyſſeni Antirrhetico, atque in praef. pag. XVIII. ſqq. demonſtrat primum, opus illud eſſe genuinum Nyſſeni foetum; tum inquirit in tempus, quo illud ſit exaratum, et ſuſpicatur latiusque oſtendit, editum fuiſſe a Nyſſeno medio tempore inter annum CCCLXXIII. et Conſtantinopolitanam I. ſynodum, ante oecumenicam II. ſynodum et ante obitum Apollinaris: pag. XXI. vsque ad pag. XLI. doctrinam placitaque Nyſſeni quaedam explicat, et liberare ſtudet eum a crimine heterodoxiae, quam vocant, agitque de reliquis, quos edidit, Nyſſeni libellis. Sed compara *Schroeckh* l. c. pag. 60 ſqq. de illo opere, qui opinatur, ſerius potuiſſe a Nyſſeno ſcriptum eſſe, et laudat *Chriſt. Aug. Salig*, qui diligentius et moderatius in lib. de Eutychianiſmo ante Eutychen, cap.

 XX.

oo) In cod. caeſar. LXXIX. nr. 51 ſub nomine Gregorii Nazianz. vide ſupra, in vol. VIII. p. 411. *Harl.*

XX. p. 176. ſq. defendiſſet Nyſſen. catholicae diſciplinae deditum, a crimine falſae doctrinae. Add. *Semler.* p. 236. et *Oudin.* p. 609. ſq. — Id opus exſtat quoque *Florentiae* in Laurent. codd. IV. nr. 10. plut. 7. et XII. nr. 6. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 205. et 482. *Harl.*

79. *Homilia II. in S. Stephanum protomartyrem,* Ἐπεδήμησε Χριστὸς τῷ κόσμῳ εἰς σωτηρίαν. Primus graece ex codice Vaticano cum verſione ſua edidit *Zaccagnius* p. 330-345. cum notis. Prior fuit ſupra, nr. 34.

80. *Epiſtolae XIV.* 1. ad Euſebium, incipit: ὅταν πλεονάζειν ἄρχηται. 2. ad Sebaſtenos, ἐγνώρισαν ἡμῖν τινες. 3. διέσωσεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. 4. νόμος ἐστὶν ἡμέτερος κλαίειν μετὰ κλαιόντων. 5. ἐφ᾽ ᾧ μάλιστα παρὰ τῶν σοφῶν ὁ βασιλεὺς τῶν Μακεδόνων. 6. τοιοῦτόν τι θαῦμά φασιν ἐν [P] τοῖς θεάτροις. 7. ποῖον τοιοῦτον [pp]) ἄνθος ἐν ἔαρι. 8. αὐτῶν τι [qq]) προσφυὲς καὶ οἰκεῖον. 9. οὐδὲ τοῦ ἔαρος ἡ χάρις. 10. ἤκουσά τινες Ἰατρικοῦ. 11. ἑορτὴν ἄγειν σύνηθες τοῖς Ῥωμαίοις. 12. καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μικροῦ δεῖν [rr]). 13. ὑμᾶς μὲν ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, et 14. ὡς καλὰ τῶν καλῶν ἐστὶ τὰ ὁμοιώματα. Primus graece cum verſione ſua et notis edidit idem *Zaccagnius* pag. 354-400. *Fabr.* Idem Zacagn. in praefatione p. XII. ſq. quaedam notatu digna de illis obſeruauit. — In cod. autem *Laurent.* XIII. plut. 76. a *Bandinio* in catal. codd. gr. Laurent. tom. III. p. 335. ſqq. curatius deſcripto, ſunt praeter Nyſſ. phyſiologiam ſ. de natura hominis et ſermonem de anima atque catecheticum, ac praeter epp. in edit. Paris. partim, partim a Zacagnio publicatas, ſeptem aliae, ex hoc cod. a *Carraciolo* gr. et lat. in lucem emiſſae. Inſcripta autem eſt editio:

S. Patris noſtri Gregorii, epiſcopi Nyſſae, epiſtolae ſeptem. Primo latine vertit, et edidit, commentariis nonnullisque animaduerſionibus adiectis, *I. B. Caracciolus,* C. R. in Piſano Lyceo publicus philoſophiae Prof. Florentiae, typis magni Ducis, ap. Tartinium et Franchium. 1731. fol. Subiungitur ad calcem ex eod. cod. *S. Maximi* apologia pro Greg. Nyſſ. qua hunc vindicat contra eos, qui ipſum inſimulabant, quod fallacem quandam immutationem ſtatus animarum in ſuis ſcriptis memoraſſet. Accedit ſeries varietatum epiſtolarum Gregorii, a Zacagnio editarum, quas ex collatione cod. Vatic. et Medicei obſeruare licet, interpoſito interdum de iis iudicio. Plura leges de hac edit. in nou. actis erud. Lipſ. m. Iun. a. 1739. part. II. pag. 337. ſqq. Animaduertit tamen

pp) In cod. Laur. καὶ ποῖον τοῦτον ἄνθος. *H.*

qq) In cod. Laur. Ζητῶ τι. *H.*

rr) In cod. *Laurent.* diuiditur haec epiſtola in duas. Prior ad Ioannem et Maximianum inc. καὶ τῶν ἄλλων. poſterior, quae in collectione Zacagnii pag. 382. lin. 22. multas habet lacunas et a Zacagnio ex ingenio ſuppletas, at ſemicirculis incluſas, et coniuncta eſt cum ſuperiore, in cod. Laur. ſcripta eſt ad Strategium, incipitque: οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ τῇ σφαίρᾳ etc. In illo igitur cod. ſunt XIV. epp. quas Zacagnius ex cod. Vatic. primus euulgauerat. *Harl.*

tamen *Bandin.* l. c. pag. 337. poſtremas epp. in ed. Caraccioli minus fide ex cod. medic. fuiſſe deſcriptas, et a futuro opp. Nyſſ. editore nouam illius cod. collationem eſſe inſtituendam. — *Paris.* in bibl. publ. ſunt Nyſſ. paucae iam editae epiſtolae in XIII. codd. in plurimis tamen codd. ſolummodo eſt epiſtola canon. ad Letoium. *Harl.*

Epiſtolae Nyſſeni *ad Amphilochium*, qua queritur, ab Helladio non inuitatum ſe, vt in eccleſia eius verba ſacra faceret, meminit Baronius ad a. C. 40. nr. 13. [Diuerſa igitur erit ab epiſt. ad Amphiloch. quae ſeptima eſt in ed. Caraccioli. *H.*]

VI. In catalogo bibl. Barberinae p. 494. memoratur *Greg. Nyſſenus de transſubſtantiatione.* Nimirum Pariſiis a. 1560. fol. poſt Liturgias Iacobi, Baſilii et Chryſoſtomi inter varia veterum patrum ſcripta de S. Coena p. 123-125. graece exſtat ſub Nyſſeni nomine, ὅτι ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖται, καὶ ὅτι ἐπάναγκες τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει αὐτοῦ μεταλαμβάνειν. *Quod ſanctificatus panis in corpus Dei verbi transmutatur, quodque neceſſe ſit, humanae naturae eo participare.* Eadem Liturgica latine edita a *Claudio de Sainctes.* Antwerp. 1562. 8. vbi Nyſſeni idem apoſpaſmation pag. 74. latine legitur. Eſt autem petitum ex magno illius catechetico cap. 37. atque expenditur copioſe ab *Edmundo Albertino,* in opere de Sacramento Euchariſtiae p. 485. ſeq. De catechetico illo libro dictum ſupra nr. 33.

Symbolum fidei chriſtianae, quod *Gregorii, thaumaturgi,* eſt, adducitur a Nyſſeno in vita Gregorii, thaumaturgi, in quibusdam codicibus MSS. vt graeco caeſareo theologico XLVII. legitur ſub Nyſſeni nomine.

In codice altero bibl. Seguierianae ſiue Coislinianae vita Gregorii, thaumaturgi, non, vt in altero, deſinit in haec verba, ψευδὲς οἰόμενοι τοῖς γεγραμμένοις οὐ προστεθείκαμεν, neque, vt in editis, ſtatim ſubiungit concluſionem, in homiliis et vitis ſanctorum ſolitam; ſed eius loco habet haec, quae ex *Montfauconi* catalogo bibl. Coislinianae p. 180. hic adſcribere iuuat:

Poſtquam igitur precatus eſſet pro iis, qui iam crediderant, vt vsque ad finem in melius proficerent, et in fidelibus, vt converterentur: ſic ex humana vita ad Deum transfertur, cum domeſticis ſuis praecepiſſet, vt ne ipſi locum proprium ad ſepulturam emerent: nam quia dum viueret nunquam voluerit loci cuiuspiam dominus vocari, ſed ut peregrinus et aduena in aliis locis vitam degerit, neque poſt mortem pudebit peregrinum agere. Sed poſt hanc vitam, inquit, hoc in ore ho-

Ἐπευξάμενος τοίνυν τοῖς πεπιστευκόσιν ἤδη τὴν εἰς τέλος αὔξησιν, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῖς ἀπίστοις, οὕτως [P] τοῦ ἀνθρωπίνου βίου πρὸς τὸν Θεὸν μετανίσταται; ἐπισκέψας τοῖς ἐπιτηδείοις μὴ κτήσασθαι αὐτῷ τόπον πρὸς ταφὴν ἰδιάζοντα. Εἰ γὰρ ζῶν κύριος κληθῆναι τόπου τινὸς οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ παροικῶν ἐν ἀλλοτρίοις τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μετὰ θάνατον τῇ παροικίᾳ πάντως ἐπαισχυνθήσεται, ἀλλ' ἔστω, φησὶν, τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ διήγημα, ὅτι Γρηγόριος οὔτε ζῶν ἐπωνομάσθη

minum verſetur, nempe Gregorium, dum in viuis eſſet, nulli loco nomen indidiſſe ſuum, et poſt mortem apud alienos quaſi advenam fuiſſe, quia ſe a toto orbe terrarum alienum fecerat; ita vt ne in loco quidem ſibi proprio ſepeliri voluerit: ſolam quippe ſibi poſſeſſionem honorabilem eſſe eam, quae auaritiae nullum admittit veſtigium, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria cum patre et Spiritu nunc et in ſaecula ſaeculorum, Amen.

νεμάθη τόπῳ τινὶ, καὶ μετὰ θάνατον ἀλλοτρίων ἐγένετο πάσης τῆς γῆς ἑαυτὸν ἀποστήσας, ὡς μὴ ἐνταφῆναι ἰδίῳ καταδέξασθαι τόπῳ. Μόνην γὰρ αὐτῷ κτῆσιν τιμίαν ἐκείνην, ἣ πλεονεξίας ἐφ' ἑαυτὴν ἴχνος οὐ δέχεται, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Gregorius Nyſſenus *de homine, anima, elementis, viribus animae,* latine *Io. Conon,* Norimbergenſi, interprete, editus per Beatum Rhenanum Argentor. apud Schurer. 1512. fol. Paris. 1513. fol. Baſil. 1521. 4. [1512. in *Panzeri* A. T. VI. p. 190.] Hi ſunt *libri VIII. philoſophiae de natura humana,* qui ſub Nyſſeni nomine exſtant in antiquis editionibus latinis, vt Baſileenſi 1562. fol. Nihil autem aliud his continetur, quam liber *Nemeſii* de homine, in octo libellos diſtractus, vt iam monui ſupra VIII. volumine lib. V. [cap. 10. §. 6. pag. 448 ſqq. add. *Manſium* ad Fabric. bibl. lat. med. et inf. aet. tom. I. p. 305. ſq. *Harl.*]

VII. Scripta deperdita.

In prouerbia ſcripſiſſe ſe, videtur innuere Nyſſenus homil. I. in eccleſiaſt. licet locus non ita euidenter hoc euincat. Confer *Tillemontium* tom. IX. p. 742.

[*] *In epiſt. ad Philippenſes.* Cyrillus Alex. ad Euoptium.

Ad Theodoſium, epiſc., *quomodo Cornelius Spiritum S. ante baptiſmum acceperit.* Meminit Nyſſenus ipſe in fine ſcripti de Engaſtrimytho ad eumdem Theodoſium.

Damaſcenus in parallelis p. 773. citat Nyſſenum in illud: *hic eſt filius meus dilectus.*

Euthymius in panoplia adfert nonnulla ἐκ τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης, καὶ καλουμένης Θεογνωσίας.

Idem ex Nyſſeno *ad Ablabium* quaedam recitat, quae non leguntur in ſcripto ad Ablabium, de quo ſupra, nr. XXX.

VIII. Editiones operum Nyſſeni.

Latinae.

Coloniae, 1537. fol. cuius editionis notitiam petere licet ex bibliotheca Geſneri.

Baſil. 1562. fol. pleraque *Laurentio Sifano* interprete. Hanc editionem recenſet Bellarminus de S. E.

Baſil.

Basil. 1571. fol.
Paris. 1573. fol. quae editio recensetur a *Posseuino* in adparatu S.
Paris. 1603. fol. curante *Frontone Ducaeo*, quae et plenior et accuratior ceteris est editio.
Carolum Bonium Nysseni opera vertisse, legas in tomo IX. Italiae S. Ferdinandi Vghelli p. 60. sed illa interpretatio, quod sciam, lucem non adspexit.
Graecolatinae.
Paris. 1615. 2. volumm. fol. curante *Frontone Ducaeo*, ex officina Niuelliana.
Adpendix ibid. 1618. fol. ex suppeditatis et transmissis a Iacobo Gretsero.
Paris. 1638. fol. tribus volumm. in qua editione nihil praeter adpendicem iam memoratam accessit, quum alioqui nec tam nitida sit, nec tam emendata, quam prior Niuelliana. De vtraque Labbeum, si placet, vide et Oudinum. *Fabr.*

Sed quam necessaria sit noua Greg. Nyss. ed. e codd. emendanda, et ex illis et Zacagnii atque Caraccioli editt. memoratis locupletanda, ex iis, quae hucusque a me et a Fabricio obseruata sunt, facile elucebit. Amplissimus autem futuro editori patet campus, in quo vires ingenii, eruditionis, atque diligentiae cum laude pariter ac vtilitate possit exercere.

Aldinae editiones sunt: *Gregorii Nysseni* liber de homine, cum *Gregor. Nazianz.* oratt. IX. quae omnia nunc primum emendatissima in lucem prodeunt, gr. Venet. in aedibus her. Aldi et Andr. Asulani soceri. 1536. 8. — *Greg. Nyss.* opuscula Venet. apud Aldi filios 1553. 8. — Conciones V. de oratione domini. Eiusd. conciones octo de beata vita. Omnes a *Petro Galesinio* conuersae: his adiuncta est ab eodem Nysseni vita, e veteribus auctoribus collecta. Romae, Paull. Manutius. 1563. 4.

Frequens mentio quoniam facta est editionis Hoeschel. curatius eam et propter raritatem illius, quae penes me est, et propter additamenta describam. Integra autem est inscriptio:

D. Gregorii Nysseni opuscula quinque. I. De professione christiana. II. De perfectione, et qualem christianum esse deceat. III. Anagogica vitae Moysis enarratio, qua vitae christianae quidam is typus fuisse, ostenditur. IV. Contra Apollinarium. V. De fide. Graece nunc primum edita studio et opera *Dauidis Hoeschelii*, Augustani Lugd. Batau. ex offic. Plantin. apud Franc. Raphelengium. 1593. 8. ex codd. August. et Maximi Margunii, de quibus agit in praefat. et ego quaedam adnotaui in Introduct. etc. II. 2. p. 253. sq. Quoniam vero *Fabric.* in vol. XIII. p. 538-541. ea, quae in illa editione continentur, iam plene indicauit: integrum illum locum huc reducam.

[*] *S. Gregorii Nysseni* opuscula quinque graeca, primum edita ex codicibus bibl. Augustanae et Maximi Margunii. *α´) πρὸς Ἀρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα.* p. 1. Incip. *ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας.* *β´) περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριστιανόν.* p. 15. Incip. *πρέπουσα τῇ προαιρέσει ἡ σπουδή.* *γ´) περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ᾽ ἀρετὴν τελειότητος.* pag. 54. Incipit: *οἷόν τι πάσχουσιν οἱ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων φιλοθεάμονες,* *δ´) πρὸς Θεόφιλον ἐπίσκοπον Ἀλεξαν-*

Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολιναρίȣ. pag. 169. Incip. ȣ̓ μόνον ἐςὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας. ε) λόγος πρὸς Σιμπλίκιον περὶ πίςεως. p. 175-180. Incip. κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τȣ͂ Προφήτȣ. Lugd. Batau. 1593. 8. Praeter Hoeschelii notas in hoc volumine exstant *Maximi Margunii,* episcopi Cytherensis, epistolae quatuor ad Hoeschelium graecae p. 1. 3. 43. et 57. Exstant et haec p. 153. notata documenta quinque, de diuina Christianismi origine testantia, et quatuor vsus sacrarum scripturarum:

Τεκμήρια τȣ͂ θεόθεν εἶναι τὸν χριςιανισμόν.

α. ἡ θεία πρόνοια.
β΄. τὸ κῦρος τῆς ἐκκλησίας.
γ΄. ὁ Χριςȣ͂ βίος.
δ΄. ἡ ταυτότης διδασκαλίας.
ε. τὰ θαυμάσια τῶν ἔργων καὶ παθῶν.

Ἡ περιβολὴ τῶν μυςικῶν γραμμάτων.

α. παραμυθία τῶν μικροψύχων.
β΄. διδασκαλία τῶν ἀγνοȣ́ντων.
γ΄. προτροπὴ τῶν ἐθελοκακȣ́ντων.
δ΄. ἔλεγχος καὶ κατάπληξις τῶν ἀμετανοήτων.

Lubet etiam hoc loco exhibere catalogum operum Gregorii Nysseni, quem ad eiusdem libelli calcem Hoeschelius consignauit.

Catalogus operum diui Gregorii Nysseni.

B. A. bibliothecam Augustanam,
[M.] M. M. Maximi Margunii, Cytherensis episcopi,
D. H. Hoeschelii priuatam, significat.
Asteriscis notata excudit Michael Mangerus, Augustae.

α. λόγος περὶ θεότητος Υἱȣ͂ καὶ Πνεύματος ἁγίȣ, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ. B. A. et M. M.
β΄. εἰς τὴν ἁγίαν τȣ͂ χριςȣ͂ γέννησιν, B. A. *
γ΄. εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα, B. A. *
δ΄. ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν μέγαν Βασίλειον, B. A. *
ε. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, B. A. *
ϛ΄. εἰς τὸ ῥητὸν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τȣ́των, B. A.
ζ΄. εἰς τȣ̀ς κοιμηθέντας. B. A.
ή. εἰς τὸν ἅγιον μέγαν μάρτυρα Θεόδωρον, ἐλλιπής. B. A.
θ΄. ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν Μελέτιον, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. B. A.
ι. εἰς τȣ̀ς ἁγίȣς μ΄. μάρτυρας. B. A.
ια. εἰς τȣ̀ς αὐτȣ̀ς λόγος β΄. ἐλλιπής. B. A.
ιβ΄. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα λόγος α. B. A. et M. M.
ιγ΄. εἰς τὸ αὐτὸ, λόγος β΄. B. A.

ιδ΄. εἰς

ιδ΄. εἰς τὸ αὐτὸ λόγος γ΄. B. A.
ιε΄. ἄλλος εἰς τὸ αὐτὸ βραχύτερος. *
ιϛ΄. εἰς ἀνάληψιν χριστοῦ. B. A.
ιζ΄. πρὸς Εὐστάθιον. B. A. *exstat inter opera Basilii magni, pag. 333. et recte. Sic enim ad codicem mss. Gr. Nyss. testatur, qui isthaec margini adscripsit:* ὁ παρὼν λόγος, ὃς καὶ ἐν εἴδει ἐπιστολῆς γέγραπται, πρός τινα φιλόσοφον Εὐστάθιον τὸν ἰατρὸν ἐγράφη παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Βασιλείου, καθὼς ἀσφαλῶς ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ εὗρον, καὶ οὐ τοῦδε τοῦ Γρηγορίου. ἔστιν ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος, ὁ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Πέτρον. καὶ δῆλός ἐστιν οὕτος κἀκεῖνος ἀπὸ τῆς φράσεως τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Τοῖς οὖν ἐντυγχάνουσι περιεσκεμμένως, ἑκατέρου τὴν φράσιν ἐν τοῖς αὐτῶν συγγράμμασιν εἴσονται τὸ οὕτως ἔχειν.

ιη΄. περὶ τοῦ μὴ οἴεσθαι λέγειν τρεῖς Θεοὺς, πρὸς Ἀβλάβιον. B. A. *Hic, cum* [¶] *quibusdam aliis, ad Christoph. Plantinum ut exprimeretur missus, nescio qui perierit. Eius certe ministro sese tradidisse, Hoeschelio scripsit Sylburgius.*
ιθ΄. πρὸς Πέτρον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. B. A. *editus inter Basilii M. opera, p. 297. Ad marginem codicis A. haec leguntur adscripta:* ὁ παρὼν λόγος ἐστὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. γραφεὶς καὶ σταλεὶς εἰς τὸν παρόντα ἅγιον Γρηγόριον, ὡς ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ κέκτημαι, καὶ δῆλός ἐστιν ἀπὸ τῆς φράσεως καὶ τοῦ χαρακτῆρος, διὸ καὶ ὀφείλει γράφεσθαι Βασιλείου πρὸς Γρηγόριον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, περὶ *etc.*
κ΄. πρὸς Σιμπλίκιον, περὶ πίστεως. B. A. D. H.

κα΄. περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα, πρὸς Ἁρμόνιον. B. A. et D. H.
κβ΄. περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν χριστιανόν. D. H.
κγ΄. εἰς τὸ, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. B. A.
κδ΄. εἰς Πουλχερίαν. B. A.
κε΄. εἰς Πλάκιλλαν. B. A. et M. M.
κϛ΄. εἰς τὸν ϛ΄. ψαλμὸν, περὶ τῆς ὀγδόης. B. A. *
κζ΄. εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, B. A. *et partem* M. M. *atque* D. H.
κη΄. εἰς προσευχήν. B. A.
κθ΄. εἰς Γρηγόριον τὸν θαυματουργόν. B. A. et D. H.
λ΄. εἰς τὸν ἅγιον Ἐφραίμ. M. M.
λα΄. λόγοι τρισκαίδεκα πρὸς Πέτρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, κατὰ Εὐνομίου. M. M.
λβ΄. πρὸς Θεόφιλον Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ἀπολιναρίου. M. M. et D. H. *ex* Maximi Margunii *liberalitate.*
λγ΄. εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν λόγοι η΄. M. M.
λδ΄. ἀπολογία, περὶ τῆς ἑξαημέρου, πρὸς Πέτρον τὸν ἀδελφόν. M. M.
λε΄. εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν. M. M.
λϛ΄. περὶ τοῦ βίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ᾽ ἀρετὴν τελειότητος. [¶] *huius apographum reuerend. et doctissimus dominus Margunius.* ἐπίσκοπος Κυθήρων, *sua manu exaratum, dono Hoeschelio misit.*
λζ΄. εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν. M. M.

λή. κατηχητικὸς λόγος, M. M. *huius exemplum ab eodem reu. ep. Cyth. Hoeschelius accepit.*

λθ'. περὶ παρθενίας, *exstat in bibliotheca Vaticana, conuersus a Io. Liuincio, G.*

μ'. εἰς τὴν τȣ̃ ἀνθρώπȣ κατασκευήν. B. A. *exstat interprete Io. Leunclauio.*

μά. περὶ ψυχῆς, πρὸς τὴν ἀδελφήν. B. A.

μβ'. εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, λόγοι λέ. *Latine exstant, interprete Ioann. Leunclauio.*

μγ'. πρὸς τȣ̀ς ἀχθομένȣς ταῖς ἐπιτιμήσεσι. *Graece editus Parisiis.*

Codex orationum S. Greg. Nysseni, satis magnus in bibliotheca nobilis et clarissim. viri D. Theodori Canteri.

CAPVT

CAPVT XVI. (olim XXI.)

De EVSTATHIO Antiocheno, SERAPIONE Thmuitano et SOPHRONIO.

I. Eustathius Antiochenus. II. Scripta illius et sub nomine eius edita. III. Deperditorum fragmenta. IV. Alii Eustathii. V. De Serapione, Thmuitano. VI. Alii Serapiones. VII. De Sophronio, amico S. Hieronymi. VIII. Alii Sophronii.

(Cum auctario G. C. Harles.)

I.

EVSTATHIVS ex Side Pamphyliae, ss) confessor, tt) atque fidei catholicae aduersus Arianos adsertor egregius, uu) episcopus Berrhoeensis in Syria, synodo Nicaenae vv) A. C. 325. interfuit, atque in illa imperatorem, Constantinum, synodi nomine laudauit, ab eadem episcopus Antiochenus constitutus in locum Paulini, ww) qui S. Philogono successerat. Postea variis per Arianos petitus calumniis, atque in synodo Antiochena episcopatu depositus xx) circa a. 328. Paulinum alterum yy), episcopum Tyri, successo-

R 2 rem

ss) *Hieron.* c. LXXXV. de S. E. *Fabr.* vbi vide notas varior. in Fabricii biblioth. ecclesiastica, Hamburg. 1718. fol. p. 171. sqq. — De *Eustathio Antioch.* praeter eos, quos iam citauit Fabric. h. l. in notis, conf. *Natal. Alexandri* hist. eccles. saec. IV. cap. 6. artic. 9. p. 118. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. II. p. 27. — *Cas. Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. I. p. 317. sq. — *R. Ceiller* hist. gener. des aut. eccl. tom. IV. p. 184. *Io. G. Walch.* hist. eccles. N. T. pag. 1499. *Hamberger.* zuverl. Nachr. II. p. 737. sqq. *Harl.*

tt) Ὁμολογητὴς vocatur non modo a *Theodoreto* dialog. I. sed etiam ab *Athanasio* in apologia, tom. I. p. 702. et epistola ad solitarios pag. 812. Ab Chrysostomo et Anastasio Sinaita lib. IX. in hexaëmeron atque in titulo libri Eustathii ipsius in hexaëmeron, etiam martyr.

uu) Vide *Tillemont.* tom. VIII. memor. pag. 21. seq.

vv) *Sam. Basnage* ad a. 328. n. 3. *Edmundus Albertinus* de S. Eucharistiae sacramento pag. 388.

ww) Hieron. in Chron. Zonaras et alii. Confer *Tillemont.* tom. VII. memor. p. 22. et p. 646. seqq.

xx) *Antonius Pagi*, a. C. 324. nr. 26. seq. et a. 327. nr. 3. et a. 340. num. 19. *Cave* hist. literar. ad a. 325.

yy) Ita *Philostorgius* apud Nicetam lib. V. thesauri c. 9. licet aliis scriptoribus dissentientibus. Vide *Iac. Godofredum*, p. 156. seq. ad Philostorg. *Fabr.* *Walch.* l. c. pag. 1500. obseruat, *Caesar. Baron.* annal. ad a. Chr. 324. nr. 144. et a. 340. nr. 21. *Dionysium Petauium* dogm. theol. tom. II. lib. IV. cap. 4. p. 202. atque alios putare, Eustathium a. Chr. 340. sub Constantio, imper. missum esse in exsilium; contra ea *Henr. Valesium* ad Euseb. de vita Constantini libr. III. p. 235. *Iac. Gothofred.* diss. in Philostorg. lib. II. cap. 7. pag. 61. sq. et *G. Caueum*, rationibus haud contemnendis monstrasse, id referendum esse ad a. Chr. 329. vel 330. sub Constantino M. atque pro a. circ. 330. militat *Ern. Sam. Cyprian.* ad Hieron. de vir. ill. l. c. p. 173. *Harl.*

rem habuit, et in exſilio Traianopoli [?] in Thracia, [zz]) diem obiit circa a. C. 360. [a]) Nicetas Philippis Macedoniae eum natum eſſe ſcribit lib. V. theſauri orthodoxae fidei c. 9. fortaſſe quoniam, Philippis mortuum, fuere, qui traderent; et Philippis reliquias eius Antiochiam relatas circa a. 482. ſcribit Theodorus, lector. [b]) Inter ſanctos colitur a graeca eccleſia 21. Febr. et 5. Iun. et a latina 16. Iul. magnisque elogiis adficitur [c]) ab Athanaſio, Hieronymo, Theodoreto, Sozomeno, Socrate, Facuudo, Fulgentio, Anaſtaſio Sinaita aliisque: a Chryſoſtomo [d]) etiam ſingulari oratione Antiochiae in die, memoriae eius conſecrato, laudatus, quae incipit: σοφός τις ἀνὴρ καὶ φιλοσοφεῖν εἰδὼς, tom. I. Ducaei homil. 52. pag. 569. et tom. V. Sauil. p. 628. Itaque licet Sabellianiſmi perinde, vt magiſter eius, Marcellus, Ancyranus, [e]) ab Euſebianis accuſatus fuerit, catholicam tamen doctrinam probaſſe et defenſitaſſe Euſtathium mihi perſuadeo.

II. Exſtat ſub eius nomine 1. *Adlocutio ad imperatorem, Conſtantinum, in concilio Nicaeno,* quam ſiue ſeruatam, ſiue ἠθοποιητικῶς potius, vt videtur, ex ingenio effictam a Gregorio Neocaeſarienſi presbytero [f]), in oratione de SS. patribus Nicaenae ſynodi, quoniam breuis eſt, hic adſcribam:

Εὐχαριστοῦμεν, ἔφη, Θεῷ, κράτιστε βασιλεῦ, τῷ τὴν ἐπίγειον συνιθύνοντί σοι βασιλείαν, τῷ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων διὰ σοῦ καταργήσαντι, καὶ τῶν πιστῶν καταστήσαντι ἐν παῤῥησίᾳ τὸ εὔθυμον. Πέπαυται κνίσσα δαιμόνων, καταλέλυται πολυθείας ἑλληνικῆς τὰ σεβάσματα, τὸ τῆς ἀγνωσίας ἀπελαύνεται σκότος, τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ ἡ οἰκου-

Deo, inquit, *gratias agimus, o optime imperator, qui terrarum tibi regnum dirigit, qui errorem ſimulacrorum per te aboleuit, et fidelium animi tranquillitatem in libertate collocauit. Ceſſauit nidor daemonum, multiplici deorum cultu ſoluta eſt falſa religio: expelluntur tenebrae impietatis, luce diuinae cognitionis orbis terrarum illuſtratur. Pater glorifi-*

zz) Ita diſerte *Hieron.* c. 85. de S. E. et *Chryſoſtomus* orat. in Euſtathium, tom. I. p. 571. ὡς τοῦ σώματος αὐτοῦ ταφέντος ἐν Θρᾴκῃ et τὸν μὲν τάφον ἄναι ἐν ἐκείνῳ τῷ βαρβαρικῷ χωρίῳ. Sic et martyrolog. Rom. in 16. Iul.

a) Adhuc vixiſſe Euſtathium, quum Meletius Antiochenae ſedi praeficiendus eſſet, diſerte teſtatur *Chryſoſtomus* p. 577. atque *Theodoretus* III. 4. hiſt. πρὸ τῆς Μελετίου χειροτονίας Euſtathium obiiſſe teſtatus. His itaque adſentiri malo cum Blondello de primatu eccleſiae p. 1196. quam *Tillemontio,* qui tom. VII. memor. pag. 654. Euſtathii mortem refert ad annum 328. ideo, quoniam poſt illius anni geſta de Euſtathio ſcriptores eccleſiaſtici tacent.

b) Vide *Tillemont.* tom. VII. pag. 653. ſeq.

c) Vide teſtimonia praemiſſa notis Allatii in Euſtathium.

d) Meminit menologium, a Sirleto verſum, 21. Febr. et *Chryſoſtomus* ipſe homilia in Ieremiae X. 10. tom. III. Ducaei p. 790. τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου τὰ ἐγκώμια διηγούμενοι καὶ μετ' ἐκεῖνον τοῦ γενναίου μάρτυρος Ῥωμανοῦ τοὺς ἐπαίνους διεξιόντες. Illam Chryſoſtomi homiliam graece et latine integram dat *Allatius* p. 95. ſeq. poſt commentar. in hexaëmeron.

e) Vide *Georgium Bullum* in defenſione fidei Nicaenae p. 53. 54.

f) Latine apud Surium 10. Iul. graece et lat. apud *Allatium* pag. 135. ad Euſtath. et *Combefiſium* tom. II. auctarii noui pag. 555. Idem hic videtur Gregorius, qui deinde Neocaeſarienſis epiſcopus interfuit concilio Nicaeno II.

Euftathius *Ancyranus,* monafterii Attalini in Ancyra Galatiae Abbas, cui Antiochus laurae fiue coenobii S. Sabae Hierofolymis vicini monachus Pandectem S. fcripturae dedicauit temporibus Heraclii imp. vide *Lambecium* III. p. 138. 139. [p. 349. fq. ed. Kollar. Ad eum, Hegumenum, epiftola Antiochi monachi. v. Bibl. *Coisl.* p. 297.]

ll) *Fabric.* in vol. X. pag. 289. fqq. aliorum *Euftathiorum* memoriam renouauit, adeoque dedit fupplementa, quae commodius hic inferam. *Harl.*

Eustathius *Antecessor*, Ictus, cuius scholia ad Nouellas Leonis imp. laudat *Nicol. Comnenus* pag. 320. praenotionum mystagogicarum. *Fabr.* v. mox ad *Eustath. Magistrum, Roman.* et ad *Patricium*. *Harl.*

Eustathius *Armenius*, ὁ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Εὐστάθιος, in quem inuectus Eunomius apud *Gregor. Nyssenum* libr. I. contra Eunomium p. 296.

Eustathius, *Berytius* episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonensi a. 451. imo cum Photio Tyrio praefuit concilio Beryti in caussa Ibae Edesseni celebrato a. C. 448. Vide acta concilii Chalcedonensis, actione X. tom. II. edit. Binianae p. 281. Mentio huius Eustathii apud Zachariam Mytilenaeum in dialogo de mundi opificio pag. 166. edit. Casp. Barthii.

[Eustathius, *Camytze*, proëdrus et chartularius stabuli, atque Eustathius, *diaconus* et *doctor*, interfuerunt synodo CPolit. 1082. ab Alexio Comneno congregatae. v. decretum in cod. *Coislin.* XXXVI. editum a *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 103. sqq. *Harl.]*

Eustathius, *Cappadox*, rhetor disertissimus, ad Gallienum missus ab Antiochenis teste *Eunapio*, quem vide in Aedesio p. 44. seq. et in Iamblicho p. 23.

[Eustathius, *Clericus* magnae ecclesiae, s. templi S. Sophiae, scriba catenae in Psalterium, in cod. caesar. XII. v. *Lambec.* et *Kollar.* comm. III. p. 62. sq. *Harl.]*

[SS. *Eustathii*, vxoris eius Theopistes et filiorum Agapii et Theopisti martyrium, in cod. *Coislin.* CCCVI. d. 8. Sept. v. *Montfauc.* B. Coisl. p. 422. — Eorum martyrium et vita *Florent.* in cod. Laurent. XIX. nr. 2. et diuersa a vita quae est in cod. XX. nr. 17. — gr. et lat. in Actis SS. edit. Antwerp. 1755. Sept. tom. VI. p. 123. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 513 et 514. *Harl.]*

Eustathius, *Dyrrhachenus*, sub Manuele Comneno, vir doctus, sed ob haeresin missus in exsilium. vid. *Allatii* praef. ad excerpta rhetorum, et libr. II. de consensu cap. 12. §. 5.

Eustathius, *Epiphaniensis*, Syrus rhetor, cuius Χρονικὴν ἐπιτομὴν partibus duabus, libris nouem, tempora ab orbe condito ad Aeneam et ab Aenea ad annum duodecimum Anastasii imp., (sub quo vixit,) persequutam laudant Iohannes Malala, Euagrius, (quem vide III. 37. et VI. vlt.) Suidas in εὐστάθιος et Nicephorus in prooemio et XIV. 57. vbi Amidae in Mesopotamia a Cabade Persarum Rege a. 503. expugnatae historiam ab eo traditam memorat. *Fabr.* Exstat *Paris.* in cod. MDLV. nr. 6. de quo confector cat. codd. Paris. vol. II. p. 621. „auctor, ait, praemissa breui rerum ab Adamo ad Augustum vsque gestarum, e Iosephi antiquitatibus, chronologia, fusius ea persequitur, quae ad ceteros imperatores spectant. Desinit ad an. Iustiniani tricesimum sextum. Ibi nonnulla de rebus partim ciuilibus, partim ecclesiasticis reperias, non indigna, quae publicam lucem adspiciant.“ *Harl.*

Alius

Alius Eustathius, *Epiphaniensis,* episcopus, rhetore antiquior, qui inter Arianos conciliabulo Seleuciensi a. 359. subscripsit apud *Epiphanium* LXXIII. 26. De eodem Eustathio Chronicon Alexandrinum siue paschale, a quo tamquam vir sanctus ac religiosus laudatur p. 296. edit. Cangii.

[Eustathius, *Iconii* archiep. interfuit synodo, supra ad Eustathium *Camytz.* memoratae. Num hic idem sit ac *Eustathius Iconiensis*, cuius poema, (Εὐςαθίȣ ποίημα τȣ̃ Ἰκονίȣ) siue *epigrammata* VII. *paraenetica Florentiae* in cod. Laurent XX. nr. 1. exstant, equidem ignoro cum *Bandinio*, qui ista epigr. ex illo cod. gr. edidit in catal. codd. Medic. Laurent. II. p. 679. sq. *Harl.*]

[Eustathius, *Himeriae* episcopus, ad quem Basilius M. scripsit epistolas. v. quoque *Lambec.* III. p. 364. *Harl.*]

[?] Eustathius, *Illyrici* episcopus, cuius mentio in epistola synodica concilii Illyriciani de fide (circa a. C. 375.) apud Theodoritum IV. 9. hist.

Eustathius, siue Eumathius *Macrembolites,* protonobilissimus et magnus Chartophylax CPol. de cuius *XI. libris amorum Ismeniae et Ismenes,* dixi volumine sexto huius bibl. p. 814. seq. [siue vol. VIII. p. 136. sq. nostrae edit. *H.*]

Eustathius, *Macrobii,* latini scriptoris, filius, cui Saturnalium libros ille inscripsit.

Eustathius *Magister,* Romanus, qui scripsit de Hypobolo siue incremento dotis, quod post mortem mariti vltra dotem dabatur vxori: MS. in cod. regio MMXXIII. citat Cangius in Ὑπόβολον. [In cat. codd. *Paris.* bibl. vol. II. est cod. MCCCLI. nr. 26. inc. ἰςέον, ὅτι τὸ μὲν παλαιὸν ἰσότης ἦν] De eodem argumento *Georgius Phobenus* siue rectius *Phorbenus* Dicaephylax Thessalonic. [v. vol. X. pag. 721. et XII. p. 563. sq.] *Fabr.* Add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 184. sq. de cod. Laur. VI. nr. 21. plut. 80. vbi occurrit opus, vt ait, legale, quod continet LXXXV. titulos, cui praecedit πίναξ βιβλίȣ — *tabula libri, qui ab aliquibus quidem nominatur* Experientia (πεῖρα), *ab aliis vero* Doctrina (Διδασκαλία), *ex practicis magni Domini nostri Eustathii, Romani.* Atque *Bandin.* p. 185. „Eius, inquit, praeterea scholium occurrit in Basilicis tom. IV. pag. 489. sqq. ed. gr. lat. Paris. 1647. ex recens. Caroli Annibal. Fabroti, vbi etiam tom. VII. pag. 916. ex eius titulo LXIV. excerpta adferuntur, et alibi saepius." — Eius ὑπόμνημα in Basilii tom. III. p. 116. 480. *Harl.*

Eustathius, *Massiliensis* episcopus, Venerii successor, decessor Graeci. Vide *Sirmondum* ad Sidonii VII. epist. 2. et *Miraeum* ad Gennadii c. 79. [*Photius* cod. LII. et Fabric. vol. IX. p. 392. ed. vet.]

Eustathius, *medicus,* ad quem S. Basilii epistolae 80. et 81. *Fabr.*

Eustathius, Oribasii Pergamensis filius, cui pater Oribasius inscripsit synopseos medicae libros nouem, in cod. *Vindobon.* caesar. XV. v. *Lambec.* comment. VI. part. II. p. 233. sq. add. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 44. cod. CCCXXXVI. *Harl.*

Eusta-

Euſtathius, *Metropolita,* cuius Ἐπίσκεψις βίϐ μοναχικϐ καὶ διόρθωσις τῶν περὶ αὐτόν, MS. in bibl. Caeſarea. Vide *Lambecium* III. p. 124. *Fabr.* Pag. 318. ſqq. ed. Kollarii, qui in nota A. corrigit Lambec. Primo enim docet, integram eſſe epigraphen, a Lambecio minus recte lectam, τϐ μακαριωτάτϐ Μητροπολίτϐ Θεσσαλονίκης κυρίϐ Εὐσταθίϐ Ἐπίσκεψις βίϐ μοναχικϐ· ἐπὶ διορθώσει τῶν περὶ αὐτόν· dein ex illa efficit, hunc Euſtathium haud quaquam alium eſſe, ac percelebrem illum Homeri interpretem. Denique videtur Kollario, opuſculum ineditum adhuc eſſe, ſed in illo cod. caes. mutilum et miſere habitum. *Harl.*

Euſtathius, *Parionis* in Myſia ad Helleſpontum epiſcopus, qui ſepulturae S. Parthenii epiſcopi Lampſaceni medio ſaeculo quarto denati, Heracleae, praeſens adfuit. Vide *Parthenii* vitam apud Bollandum 7. Febr.

Euſtathius, *Patricius* nouae Romae, clarus circa graecor. a. 6533. hoc eſt, a. C. 1025. cuius *iudicium de nuptiis conſobrinorum* exſtat graece et latine in iure graeco rom. *Marquardi Freheri,* Francof. 1696. fol. libro VI. p. 414-424. Eiusdem puto eſſe librum *de varia temporis in foro obſeruatione* praeſcriptione vel dilatione a momento vsque ad centum annorum ſpatium, qui cum *Simonis Schardii* verſione prodiit Baſil. 1561. 8. ante leges Rhodiorum nauales, militaresque et Georgicas Iuſtiniani imp. et Francof. 1670. 4. ad calcem *Chriſtiani Woldenbergii,* de numeris vtriusque iuris, et Petri Lindenbergii de numeris ſacris profaniſque. *Fabr.* In Leunclauii iure graeco-romano; gr. et lat. cum notis, Francof. 1596. fol. — In Iac. *Cuiacii* opp. tom. I. ed. Fabroti plenius editus eſt, quam a Schardio. — Nouiſſima editio eſt: *Euſtathii, anteceſſoris* olim *CPolitani,* de interuallis et praeſcriptionibus, ſiue de varia temporum in iure ciuili obſeruatione libellus, gr. et lat. cum ſcholiis et notis emendatius edidit *L. H. Teucherus.* Lipſiae 1791. 8. conf. infra, vol. XII. p. 417. et *Bachii* hiſtor. iurisprud. romanae, lib. IV. cap. 2. §. 10. — *Vindobonnae* in cod. caeſ. I. nr. 3. et cod. XLVIII. nr. 4. (in editis, ſub finem praecipue, non per omnia conſentit,) ſine nomine auctoris περὶ χρόνων καὶ προθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ´ ἐνιαυτῶν, et cod. III. nr. 10. περὶ ἐνιαυτῶν· vid. *Lambec.* comm. VI. part. I. p. 10. 13. et 36. et *Kollar.* ſupplem. ad Lambecii comm. p. 339. — In cod. VI. nr. 2. *Euſtathii* anteceſſoris ſynopſis actionum iuridicarum et interuallorum temporalium a momento etc. cuius titulus et principium eſt: αἱ ἐν συνόψει ἀγωγαὶ καὶ αἱ ῥοπαί· Τί ἐστιν ἀγωγή; Ἀγωγή ἐστι δίκαιον τϐ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ· altera autem eiusd. ſynopſeos pars *de temporalibus interuallis* inſcribitur atque incipit: περὶ ῥοπῶν· περὶ χρόνων προθεσμίας ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν. Ἠλευθερώθη δέλη. etc. v. *Lamb.* l. c. pag. 54. ſq. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. X. nr. 3. plut. 4. de temporalibus interuallis etc. cum ſcholiis margin. *Athanaſii* ſcholaſtici, Emeſeni. — et in cod. VIII. nr. 19. inc. Ἠλευθερώθη δέλη ἐν διαθήκῃ. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 530. et III. p. 191. — *Paris.* in B. publ. cod. MMD. nr. 4. *Harl.*

Euſtathius, Patriarcha CPol. ab a. 1019. ad 1025. quem cum Theſſalonicenſi archiepiſcopo confundit Freherus in chronologia, iuri graeco rom. praemiſſa, notatus eo nomine a *Labbeo* in protreptico ad hiſtoriam Byzantinam, et ab *Allatio* de conſenſu pag. 613.

Similiter

Similiter falluntur, qui, Scaligerum in Scaligerianis sequuti, Eustathio, Thessalonicensi, tribuunt libros de Ismeniae et Ismenes amoribus, quorum auctor est *Eustathius*, siue *Eumathius* quidam, cognomento Macrembolites, dignitate praenobilissimus. [v. supra, vol. VIII, pag. 136. sq. — *Eustathius* περιμ. v. supra, vol. VIII. p. 457. *Harl.*]

Eustathius, *rex*, S. Anastasiae, martyris, pater, si fides actis incertae fidei.

Eustathius, siue Eustachius, episcopus gentis *Saracenorum*, in Phoenicia secunda, qui concilio Chalcedonensi a. 451. interfuit.

Eustathius[mm]), *Sebastenus*, Sebastiae in Armenia episcopus, cum Basilio [[?]], Ancyrano, promachus Macedonianorum, teste Suida in Εὐςάθιος. Cum Aerio primum monasticum vitae genus amplexus fuit, vt narrat *S. Epiphanius* haeresi LXXV. c. 1. asceticae monasticaeque vitae apud Armenios auctor, cui etiam nonnullos *Asceticum S. Basilii* tribuisse refert [nn]) *Sozomenus* III. 13. et ex eo *Nicephorus* IX. 16. quem tamen constitutionum monasticarum, quae rectius *Basilio* tribuuntur, auctorem non esse disputat *Franciscus Rayaeus* in Actis Sanctor. tom. II. Iunii, pag. 890. seq. [oo]) Gangraena synodus, statim post concilium Nicaenum habita, qua Eustathii huius varii errores damnantur, etiamnum exstat, Zonarae, Balsamonis et Alexii Aristeni scholiis illustrata. Vide et de hoc Eustathio *Epiphanium* haeresi LXXV. c. 2. vbi notat, eum, licet Nicaenae fidei subscripsisset: [pp]) tamen fecisse aperte cum Arianis. Plura de illo *Balthasar Bebelius* in historia saeculi IV. tom. II. pag. 1295. seq. *Guil. Beueregius* in notis ad canones synodor. p. 184. et in codice canonum vindicato p. 40. seq. *Tillemontius* tom. VI. et XI. memor. etc.

Eustathius, *Syrus.* Supra, in Epiphaniensi.

Eustathius, imperatoris, Heraclii, *tabularius*. Vide chronicon paschale pag. 401.

Eustathius, *Thessalonicensis* archi-episcopus, clarus circa a. C. 1180. de cuius commentariis in Homerum dixi lib. II. cap. 3. [vol. I. p. 390. sqq.] et de commentariis in Dionysium

mm) Ab hoc Eustathio dicti haeretici, *Eustathiani*, vt apud *Anastasium Sinaitam* quaest. 80. et *Damascenum* de haeresibus c. 98. in editione Lequiniana tom. I. p. 109. Ceterum notari meretur, dictos etiam esse *Eustathianos*, qui Eustathio, Antiocheno, iniuste deposito, adhaerentes, proprio episcopo vsi sunt ab a. 331. ad 482. Vide *Tillemontium* tom. VII. memor. p. 28. seq.

nn) Fallitur *Baronius* ad a. C. 361. et cum eo *Lambecius* III pag. 125. [p. 320. sq. ed. Kollar.] qui existimant, Sozomenum de Eustathio adfirmasse, quae de *Eutactо*, Armenio monacho, dicere debuisset, de quo *Epiphanius* in haeresi 40. Archonticorum. Vide *Petauium* lib. XIV. de incarnatione verbi cap. 14. §. 3.

oo) Huic *Eustathio Sebasteno* adferitur epistola de diuina essentia, olim Basilio tributa. v. supra ad Basilii epistol. finem notata. *Harl.*

pp) v. *Lambec.* III. p. 301. sq. ed. Kollar. de cod. LXIV. nr. 21. — p. 364. de cod. LXXV. nr. 1. inter epp. Basilii M. *Harl.*

ſium Perigetem lib. IV. c. 1. §. 2. [vol. IV. p. 590. ſqq. add. infra vol. X. p. 189. ſq. *Kollar.* not. ad Lambec. III. p. 319. *Harl.*]

V. SERAPIO, Antonii, monachi, amicus et ex catecheta Alexandrino [qq]) atque monachorum ἡγεμένῳ Thmuitanus [rr]) in Aegypto epiſcopus, et ſub Conſtantio, imp., Ariano, confeſſor, ad quem S. Athanaſii, qui eum ordinauit, epiſtolae exſtant, obiit circa a. C. 358. atque inter Sanctos celebratur a latina eccleſia [?] 21. Martii. De eius libro, qui ſolus aetatem tulit, *contra Manichaeos*, dixi volumine quinto [vol. VII. p. 330 ſq. noſtrae edit.] Eum memorat Photius cod. LXXXV. et egregium Hieronymus adpellat cap. 99. Cetera, quorum idem Hieronymus meminit, Serapionis ſcripta, ob elegantiam ingenii, cognomen *ſcholaſtici* eum meruiſſe teſtatus, interciderunt. Sunt autem haec: *liber de Pſalmorum titulis* et vtiles ad diuerſos *epiſtolae*. *Fabr.* Add. iis, et h. l. et ſupra in vol. VII. p. 330 ſq. laudatis: *G. Caue* H. L. ſcript. eccl. tom. I. pag. 210. *I. G. Walch.* hiſt. eccl. N. T. p. 1518. *Hamberger* zuverl. Nachr. II. pag. 733. ſq. *Saxii* Onom. I. p. 402. *Schroeckh.* hiſt. eccl. N. T. IV. p. 421. et XI. p. 247. ſq. *Basnage* in H. Caniſii lection. antiq. ſiue theſauro monumentor. eccleſiaſt. vol. I. (p. 35 — 155.) aetatem Serapionis refert ad a. 340. et nomen obſcuri cuiusdam haeretici, *Phanii*, mutat in *Marcianus*, ſed V. D. in *Baumgartenii* Nachrichten von einer halliſchen Bibl. tom. VI. Halae 1750. 8. (vbi a pag. 233. Basnagii opus late recenſetur,) pag. 238. malit propter nexum verborum Μανεῖς. — *Serapion*, (neſcio, quis?) citatur in florilegio ſententiar. in cod. Laurent. XV. nr. 4. plut. 7. teſte *Bandinio* in catal. codd. gr. Laur. I. p. 254. — Vita Serapionis, monachi Aegypt., in hiſtoria monachorum Aegyptiorum, quae in codd. *Coislin.* LXXXIII. et CCCLXX. perperam adſcribitur *Hieronymo.* v. *Montfaucon* bibl. Coisl. pag. 138. ſq. (et p. 574. an illa hiſtoria eſt *Palladii* hiſtoria Lauſiaca? ſuſpicante ipſo Montfauc. et conf. cod. *Nanian.* XCII. in cat. codd. Nan. p. 181.) — Ibid. p. 295. de cod. CCXXXII. in quo, de vita aſcetica, patrum et abbatum dicta ordine alphabetico ſecundum eorum nominum ſeriem per capita diſponuntur, *Serapion* nominatur. — Fragmm. in catena patrum in Octateuchum in cod. *Veneto* Marc. XV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 17. — in catena in Geneſin in cod. caeſar. *Vindobon.* IV. v. *Lambec.* comm. III. p. 35. et ſupra, vol. VIII. p. 645. ſq. ſect. V. — De eius epp. ad Athanaſ. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 116. et *Lambec.* comm. bibl. caeſar. III. p. 224. — *Vindobonnae* in cod. caeſ. XII. in canonibus ſ. canticis ſacris in ſanctos menſis Aprilis, d. V. in martyrem *Sarapionem* (Serap.), et alios. v. *Lambec.* VIII. pag. 209. — in cod. XIV. nr. 49. epitome martyrii SS. martyrum Hermiae, *Serapionis* et Polyaeni, ex hoc cod. edita gr. ac lat. ab Hagiographis menſ. Auguſti. tom. III. p. 574. nr. 3. et 4. v. *Lambec.* VIII. p. 424. ſq. ibique not. Kollar. — *Serapionis* breviarium *Oxon.* inter MSSt. collegii Merton. nr. 696. *Serapionis* vita S. Macarii, *Pariſ.*

qq) Philippus Sidetes in fragmento apud *Dodwellum* pag. 489. diſſ. ad Irenaeum, qui Dodwellus etiam eccleſiam Serapionis Alexandriae obſervat ex Epiphanii LXIX. 2. Confer *Tillemont.* tom. VIII. p. 144. Acta Sanctor. tom. III. Martii 21. p. 260.

rr) De Thmui ſiue Damiata, celebri Aegypti vrbe, vide *Iac. Golium* ad Alfraganum, p. 292.

ris. in bibl. publ. inter codd. arabicos, cod. CXLV. nr. 3. et CLXVII. nr. 1. atque in cod. CLXVIII. nr. 1. vita S. Serapionis, arabice. v. catal. codd. Parif. vol. I. pag. 118. et 121. *Harl.*

VI. Alii Serapiones.

[Serapion, *abbas.* de octo vitiis principalibus, *Mediolani* in bibl. Ambrof. cod. membr. (*Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 523. C.) et ex illo cod. praefat. exfcripta in cod. MMMLXXXIV. nr. 7. *Parif.* bibl. publ. fecund. cat. codd. Par. II. p. 606. *Harl.*]

Serapion, *Alexandrinus* medicus, Celfo, Galeno et aliis laudatus, de quo infra, libro VI. [vol. XIII. p. 392. fq. in elencho medicor. vett.]

Aelius Serapion, *Alexandrinus* rhetor, Hadriani, imp., temporibus clarus, cuius haec fcripta memorantur a Suida in Σαραπίων.

> περὶ τῶν ἐν ταῖς μελέταις ἁμαρτανομένων, *de vitiis declamationum.*
>
> Ἀκροάσεων βιβλία ζ. *aufcultationum libri VII.*
>
> Πανηγυρικὸς ἐπὶ Ἀδριανῷ βασιλεῖ, *panegyricus ad Hadrianum, imp.*
>
> Βουλευτικὰ, Ἀλεξανδρεῦσιν, *confultationes ad Alexandrinos.*
>
> Εἰ δικαίως Πλάτων Ὅμηρον ἀπέπεμψε τῆς πολιτείας, *recte ne Plato Homerum e rep. fua ablegarit.* [v. fupra, III. p. 91.]
>
> Τέχνη ῥητορικὴ, *ars oratoria. Fabr.* v. fupra vol. VI. p. 137. — *Serapionis* opufc. aftrologic. v. fupra, vol. IV. p. 161. *Harl.*

Serapion, *Alexandrinus* rhetor, iunior, de quo Porphyrius in vita Plotini cap. 7. [fupra, vol. III. p. 65.]

Serapion, *Antiochenus,* quo vfum fe profitetur *Plinius* libro II. IV. V. Idem videtur cum Serapione geographo, cuius millefimam partem fe non intelligere ait *Cicero* II. 4. ad Atticum et epift. 6. eiusdem libri notat, eum pluribus locis contradicere Hipparcho atque Eratofthení. [fed conf. Fabr. infra, vol. XIII. p. 92.]

Serapion, *Antiochenus* alius, Chriftianus, fecundi fcriptor faeculi, de quo fupra vid. volum. V. [VII. p. 166. fq.]

Serapion, *Afcalonita,* quem de interpretatione fomniorum fcripfiffe tradit *Fulgentius* lib. I. Mytholog. cap. 13. vbi de lauro. Meminit et *Tertullianus* cap. 46. libri de anima.

Serapio, *Athenienfis,* infra in Serapione, poëta.

Serapion, *geographus.* Vide paullo ante, in Antiocheno.

Serapion, *Hierapolita*, stoicus philosophus, de quo *Stephanus Byz.* in Ἱεράπολις. Idem, ni fallor, de quo *Seneca* epist. 40. [supra, vol. III. p. 575.]

Serapio, *martyr*, de quo in Actis apocryphis Meletii, ducis, qui sub M. Antonino, imp. passus esse traditur, tom. V. Act. Sanctor. Maii pag. 443. seq. [conf. supra in vol. VII. p. 167. §. 17. fin. et paullo ante ad §. V. de codd.]

Ioannes Serapio, *medicus* Arabs, quem circa a C. 1070. claruisse, notat *Tiraquellus* de nobilitate pag. 371. Plura de illo *Vossius* libro de philosophia, pag. 116. seq. *Fabr.* Vid. infra, vol. XIII. p. 392. sq. in elencho vett. medicor. et ibid. pag. 299. sq. de *Ioanne Serapione*, aut, vt alii dicunt, filio *Serapionis*, medico arabe, circa a. C. 1070. — *Serap. arabis* opus de virtutibus simplicium, in bibl. *Vaticana* inter codd. reginae Sueciae nr. 401. et *Lipsiae* inter MSSt. collegii principum maioris. v. *Montfauc.* bibl. bibliothec. MSS. I. p. 23. C. et p. 598. C. — *Serapio* de re medica ex arabico versus, in bibl. *Bodlei.* nr. 650. — *Serapionis* medicina, in bibl. *Paris.* olim regia, nr. 4770. — in bibl. *Guil. Pelliserii* — *Ser.* de medicinis simplicibus I. vol. inter codd. monasterii S. Trinit. *de Vindocino.* v. *Montfauc.* l. c. I. p. 650. E. — tom. II. pag. 752. C. 1198. C. et 1204. C. — *Serapionis* practica, ex arabico in latinum conuersa ab *Andrea Alpago*, et simplicium medicamentorum temperamenta, latine per *Abraham.*, *Iudaeum*, et Simonem Ianuensem. Venet. 1550. fol. v. catal. bibl. Leidens. p. 143. — Liber *Seruitoris* (Serapionis). Liber XXVIII. Bulchasi Benaberazerin, translatus a *Simone Ianuensi*; interprete *Abraham Iudaeo* Tortuosiensi. Venet. Nic. Ienson. 1471. 4. v. *Pinelli* catal. I. p. 312. nr. 1864. — *Serapionis* liber aggregatus de medicinis simplicibus, translatio *Symonis Ianuensis*, interprete *Abraam Iudaeo* Tortuos. de arabico in lat. Complexa sunt haec opera *Io. filii Serapionis*, Mediolani per Anton. Zarot. 1473. fol. (v. *Panzer.* A. T. II. p. 14. et quos ille citat.) — idem lib. impressus Kal. Aug. per Rynaldum de Nouimagio. Venet. 1479. v. *Maittaire* A. T. IV. pag. 404. — *Serapionis* breviarium et practica *Platearii*, Ferrariae 1488. fol. — Venet. per Bonetum Locatellum, 1497. fol. et Basil. 1499. fol. v. *Maitt.* l. c. pag. 781. 633. ac 704. — De libro Serapionis aggregato, et de *Ioannis*, filii Serapionis, breuiario, edd. Ven. v. etiam cel. *Panzer* A. T. pag. 148. nr. 404. et 405. — *Mesue* cum expositione Mundini. — Libell. *Bulcasis* s. *Seruitoris* etc. Venet. per Bonet. Locatellum — 1495. *Maitt.* l. c. pag. 602. *Harl.*

Serapio, *philosophus*, cuius falsam eloquentiam perstringit *Seneca* epistola XL. ad quem locum digna lectu est praeclari Mureti adnotatio, [ss]) etiam atque etiam consideranda

ss) Muretus ad Senecae epist. 40. *De Serapione quodam pseudophilosopho scribit, qui quasi conciones habebat ad populum, in quibus nihil aeque cauebat, quam ne vsquam haesitare atque insistere videretur. Prouoluebat verba nusquam interrupto impetu, non illud laborans, vt, qui audiebant, meliores fierent, sed vt ipse promtus in dicendo ac copiosus haberetur. Tale disputandi*

randa iis, qui, in ſuggeſtu ſacro verba ad chriſtianum populum facturi, Serapiones reddere, quam ſermone, grauitatis ac ſanctimoniae pleno, vti malunt. Forſan hic Senecae Serapio idem eſt cum Hierapolitano, de quo ſupra.

Serapio, *philoſophus* iunior, de quo Damaſcius in Iſidori vita, et ex eo Suidas in Σαραπίων, inter alia referens, eum nihil praeter tres aut duos libros poſſediſſe, atque in his Orphei poëmata.

Serapio, *pictor*, quem laudat Varro apud *Plinium* XXXV. 10. pag. 221. Hic ſcenas optime pinxit, ſed hominem pingere non potuit.

[*] Serapio, *poëta*, ἐν ἔπεσι laudatur a Clemente Alexandrino I. Strom. pag. 304. vbi ex eo refert, ne mortuae quidem Sibyllae ceſſaſſe diuinandi facultatem, qua de re ibi plura parum credibilia leguntur. Serapionis verſus hos duos iambicos adfert Stobaeus ſermone 10. de auaritia:

tandi genus ait circulatoribus magis quam philoſophis conuenire. Huius ipſius vitii exempla, vel maxime illuſtria, notaui in quibusdam maximarum rerum ad populum interpretibus: quorum oratio, quae non comta ac calamiſtrata, ſed grauitatis, auctoritatis, maieſtatis ac ſanctimoniae plena eſſe deberet, tota papauere ac ſeſamo ſparſa eſt, et ex mellitis verborum contexta globulis: ita, vt ad eos, non tamquam ad vitae magiſtros, aut vitiorum correctores, ſed tamquam ad comoedos aut hiſtriones eatur. Stant illi, et cum frontem bis terue perfricuerunt, barbamque permulſerunt, hiante et mirificum aliquid ac θεσπέσιον *expectante plebe, plebis autem nomine etiam quosdam ex optime veſtitis comprehendo, laxant habenas linguae, et ſimiliter cadentia, ſimiliterque deſinentia coacervantes, paria paribus, contraria contrariis opponentes, muta etiam ſemel ſuo ordine dicta ſurſum verſum, aut alias variato ordine repetentes: eaque in rei memoriam pueriliter oſtentantes, a quae haec ſaltatricularum in morem, geſticulationis nequeuntquam quietis manibus, adiuuantes argute multa, quibus riſum excutiant, dicunt: numquam interim aut ſibi aut auditoribus reſpirandi facultate permiſſa: quibus omnibus rebus admirationem imperitis; cordatis et intelligentibus nauſeam ac ſtomachum commouent. Hos igitur nouos Serapiones cuperem hanc epiſtolam cum cura legere, et inſpicere, num cui vitio adfines ſint eorum, quae hic a Seneca reprehenduntur. Profuerit eisdem legere et ea, quae ſuper eadem re apud ſcriptorem Noctium Atticarum a Muſonio diſputantur, quae et ipſa ſubiiciam:* Muſonium, *inquit*, philoſophum ſolitum dicere accepimus: Cum philoſophus hortatur, monet, ſuadet, obiurgat, aliudve quid diſciplinarum differit: tum qui audiunt, ſi de ſummo et ſoluto pectore obuias vulgatasque laudes effutiunt, ſi clamitant etiam, ſi geſtiunt, ſi vocum eius feſtiuitatibus, ſi modulis verborum, ſi quibusdam quaſi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, et geſtiunt: tum ſcias, et qui dicit, et qui audit, fruſtra eſſe: neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere. Animus, inquit, audientis philoſophum, ſi, quae dicuntur, vtilia ac ſalubria ſunt, quaeque errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium prolixe laudandi non habet. Quisquis ille eſt, qui audit, niſi ille eſt plane deperditus, inter ipſam philoſophi orationem et perhorreſcat neceſſe eſt, et pudeat tacitus, et poeniteat; & gaudeat, et admiretur: varios adeo vultus diſparilesque ſenſus gerat, perinde vt eum conſcientiamque eius affecerit vtrarumque animi partium aut ſincerarum, aut aegrarum, philoſophi pertractatio.

Οὐ τῆς ἐμῆς ἕκητι καρδίας φέρεις
Λόγους προσηνεῖς, τοῦ δὲ σοῦ κέρδους χάριν.

Non ista blanda verba tu fundis, meo
Animo obsecundans, sed tuo compendio.

Non plane certum, idemne sit Serapio, Atheniensis poëta, quem colloquentem indicit Plutarchus lib. de eo, quod Pythia non fundat oracula carmine, ac pag. 396. ad illum Boëthus geometra: ποιήματα μὲν γράφεις τοῖς μὲν πράγμασι φιλοσόφως καὶ αὐστηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ περὶ λέξιν ἐοικότα τοῖς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ Πυθίας ἐκφερομένοις. *Fabr.* v. supra, vol. II. p. 491. et vol. I. p. 747. *Harl.*

Serapio, *rhetor*. Supra, in Alexandrino.

Serapion, anachoreta *Sindonites*, de quo Palladius in Lausiaca, c. 84.

[P] VII. SOPHRONIVS, *vir adprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, et nuper* [tt]) (scripsit Hieronymus suum catalogum a. C. 392.) *de subuersione Serapis* [uu]) *insignem librum composuit: de virginitate quoque ad Eustochium, et vitam Hilarionis* [vv]) *monachi, (opuscula mea) in graecum eleganti sermone transtulit. Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de hebraeo in latinum vertimus.* Haec de Sophronio Hieronymus cap. 134. [ww]) quae ita graece leguntur in versione catalogi Hieronymiani graeca, quae sub huius ipsius Sophronii nomine exstat, quum cetera omnia Hieronymo commemorata pridem interciderint: Σωφρόνιος ἀνὴρ εἰς ἄκρον πεπαιδευμένος, τοὺς ἐπαίνους Βηθλεὲμ ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σεραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγράμματά μου, εἰς Ἑλληνικὸν λόγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον δὲ καὶ τοὺς προφήτας, οὓς ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἑβραΐου εἰς Ῥωμαϊκὸν μετηνέγκαμεν. Hanc graecam catalogi Hieronymiani versionem primus vulgauit Erasmus, Basil. 1539. 4. exemplar emendatum ac vetustum, vt ait, nactus, ex quo permulta se et deprauatissima testatur in Hieronymi latinis restituisse. Hinc *mirum est, quosdam extitisse,* inquit *Stephanus le Moyne* notis ad varia sacra pag. 418., *qui versionem istam graecam Erasmo tribuere non dubitarint, quum multa extiterint,*

tt) Ex hoc Hieronymi loco colligit *Saxius* in Onom. I. p. 442. Sophronium forsitan a. C. 381. potissimum fuisse clarum. Add. *Cauei* hist. litt. script. eccl. I. p. 285. qui etiam contra Is. Vossium dimicat, opinantem, Erasmum, linguae graecae exercendae gratia versionem catalogi Hieronymiani sub Sophronii nomine procudisse. *Harl.*

uu) De illa subuersione conferendus *Rufinus* lib. XI. hist. eccles. cap. 27. seq.

vv) *Vossius* de hist. graecis pag. 257. Sophronium auctorem vitae Hilarionis facit, cuius tantum fuit graecus interpres. [conf. infra in h. libro et vol. cap. 24. de S. Hieronymo.]

ww) Vbi vid. *Fabric.* in bibl. eccles. p. 221. add. p. 11. sqq. *Harl.*

rint xx) *MSta, Erasmo vetustiora, et versio ista graeca a multis Erasmo vetustioribus etiam citari soleat.* Quibus verbis notatur ab eo *If. Vossius*, cuius haec sunt in notis ad S. Ignatii epist. ad Smyrnaeos pag. 257. *Mihi constat, translationem illam graecam Sophronii nomen mentiri. Quid? an verisimile est, ita Sophronium fuisse negligentem, vt non inspexisset ipsum Ignatium, quum Ignatii loca essent vertenda! Sed hoc leue. Versio illa innumeris locis non est graeca: innumeris quoque in locis male Hieronymi mentem expressit. Quidquid in Hieronymo est corruptum, eodem modo sese habet in graeco. Quaecunque in illo Hieronymi catalogo desunt, (deesse autem multa, ex MSS. collatione adparebit,) desunt quoque in illo Pseudo Sophronio. Mille id exemplis in tam exiguo scripto comprobare possumus. Sed puto, nasutum lectorem satis* [?] *id per se animaduertere. - - Mihi in nulla vnquam bibliotheca illam paraphrasin MS. videre contigit. Scripsit quoque nuper Cl. vir Ismael Bullialdus, illam non exstare in bibliotheca regia Parisiis. Non exstare vspiam puto. Aut si exstet, multum vereor, ne a recentissima sit manu exarata, ne CL annos excedente. Nam etiam recentissimi codices latini eius catalogi multo sunt meliores ista paraphrasi graeca. Sed quid facias Erasmo, qui, quum primus sit, qui illam ediderit, dicit, se Sophronii exemplar vetustum et emendatum nactum fuisse? Nisi Erasmus haec diceret, multum de eius fide dubitarem. Suspicari tamen aliquis non immerito possit, ipsum nobis supposuisse hanc translationem, idque animi gratia: vel vt ostenderet, si sibi fuisset voluntas, sua aliis adfingendi, ad hoc neque defuturum ingenium, neque eruditionem. - - Sed credamus potius, illum a nebulone aliquo fuisse deceptum, qui, corruptissimum Hieronymi catalogum nactus, graece a se redditum huic Heroi pro antiqua Sophronii versione venditarit. Eadem forsan manus est, quae paraphrasin illam supposuit, et quae priorem partem catalogi Hieronymiani corruperit. Nam quorsum in eo inter scriptores ecclesiasticos referuntur tot apostoli, qui nihil omnino scripserunt, quorumque vitas, adparet, desumtas esse* yy)*, paucis tantum mutatis, ex ineptissimo scripto Dorothei de XII. Apostolis. Inquit Erasmus, Sophronium adiunxisse reliquos istos apostolos, qui nihil scripserunt. Sed vnde hoc resciuit, nisi ipse fuerit Sophronius?* Haec ille. Quae vero de vitiis huius versionis ait vir doctus, partim nimis exaggerata sunt, partim non probant, auctorem non esse Sophronium. Deinde quaedam rectius graeca versio, quam vulgati latini codices, MStis antiquissimis et veteribus scriptoribus, qui Hieronymi laudant verba, graecam lectionem comprobantibus, vt in notis ad catalogum Hieronymi, ab Ernesto Salomone Cypriano editum p. 213. pluribus exemplis vel in vno capite de Clemente Rom. pridem ostendi. Denique negari nequit, graecam catalogi Hieronymiani versionem

xx) Operae pretium erat indicare, quando, et quibus in locis.

yy) Sunt illae ipsae vitae, quae sine nomine auctoris adiunctae leguntur Oecumenii commentariis. Vnde *Stephanus le Moyne* notis ad varia sacra pag. 1059. colligebat, *auctorem versionis graecae catalogi Hieronymiani esse satis antiquum, quum illius auctoris memoria occurrat apud Oecumenium.* Sed illas vitas ab alio, quam Sophronio, adiunctas *Tillemontius* sibi tom. XII. memor. pag. 142. persuadet vel eo nomine, quod recentiorum Graecorum traditiones nimium sapiant. *Elles ont pour l'ordinaire plus de raport aux traditions des Grecs modernes qu' à la retenue des anciens, qui n' aimoient pas à parler de ce qu' ils ne favoient point.*

nem lectam a Suida, qui loca plura ad verbum [P] ex illa adducit, vt in Βασίλειος, Καισαρείας, Γρηγόριος, Ναζιανζοῦ Γρηγόριος ὁ καὶ Θεόδωρος, Δάμασος, Ἐπιφάνιος, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἰουστῖνος φιλόσοφος, Ἰοῦστος Τιβεριεύς, Ἰώσηπος Ἰουδαῖος, Μεθόδιος, Ὠριγένης, Πολύκαρπος, Φίλων Ἰουδαῖος· licet Hieronymum Suidas vel Sophronium numquam laudet de nomine. Hinc illam If. Vossii opinionem reiicit *Huetius* de claris interpretibus pag. 215. et manifestum hominum, male suspicacium, errorem adpellat lib. I. Origenianorum cap. 2. et ante Huetium improbauerat *Io. Andreas Bosius* in exercitatione de testimonio Iosephi de Christo, cap. 2. §. 30. et introductione in notitiam scriptor. eccles. cap. 3. Vide et *Stephani le Moyne* prolegomena ad varia sacra * 16. Graecam illam versionem nescio quare omiserit Io. Marcianaeus in noua sua operum S. Hieronymi editione Parisiensi. Exstat autem in veteribus, vt Parisiensi 1623. et Francofurtensi, a. 1684. fol. zz) Errorem calami in viro doctissimo, Lilio Gyraldo, omitto, qui dialogo V. de historia poëtarum scribit, Sophronii librum de viris illustribus ab Hieronymo esse ex latina in graecam linguam conuersum. Nam et illi falluntur, qui vel omnium veteris testamenti librorum versionem Hieronymianam, vel illam, quam ex LXX. Interpretibus composuit Hieronymus, a Sophronio graece versam scribunt. Certe solam versionem Psalmorum et Prophetarum, quam ex hebraico Hieronymus adornauerat, graece Sophronium conuertisse ex Hieronymi testimonio constat. Vide *Humfredum Hody* libro IV. de SS. blibliorum textibus originalibus et versionibus graecis pag. 630. [supra, vol. III. p. 717. §. XV.]

Videtur huius Sophronii fuisse *liber pro Basilio aduersus Eunomium*, laudatus Photio in bibl. codice V. vbi eum a perspicuitate et succincta breuitate et acumine celebrat. [v. infra, de Photio, vol. IX. p. 382. ed. vet.] At *epistola ad Paulam et Eustochium* de adsumtione Mariae, virginis, quae latine exstat inter S. Hieronymi opera tom. V. edit. Io. Marcianaei pag. 82. et incipit: [P] *Cogitis me, o Paula et Eustochium, imo charitas Christi:* Sophronio ab Erasmo leui coniectura tribuitur: verum nec Hieronymi eam nec Sophronii, sed scriptoris, damnato Nestorio et Eutychis haeresi iunioris, esse probat

zz) Fabricius in superiore edit. promiserat collectionem auctorum veterum de scriptoribus ecclesiasticis, in quibus familiam ducat Hieronymi catalogus cum versione graeca, Sophronio tributa. Atque a promissis stetit, et opus inscripsit: *Bibliotheca ecclesiastica, in qua continentur de scriptoribus ecclesiasticis S. Hieronymus, cum veteri versione graeca, quam vocant Sophronii,* et nunc primum vulgatis editoris notis, Hieronymum cum Eusebio accurate conferentibus: adiunctis praeterea castigationibus *Suffridi Petri* et *Io. Marcianaei*, nec non integris *Erasmi, Mariani Victorii, Henr. Grauii, Aub. Miraei, Wilh. Ern. Tentzelii* et *Ern. Salom. Cypriani* adnotationibus, etc. curante *Io. Alb. Fabricio.* Hamburgi 1718. fol. Hieronymi catalogus ita excusus est, vt ex altera parte semper adponerentur verba Eusebii graeca, quae ille ante oculos habuit, ex altera autem Sophronio tributa interpretatio; subiunctis cuique capiti primum Fabricii, dein Erasmi et reliquorum, in inscriptione memoratorum VV. DD. adnotationibus. — In cod. *Norfolciano* DLIII. est *S. Hieronymus de monachis aegyptiacis, a* Sophronio *conuers.* in graecum sermonem, secundum cat. codd. Angl. tom. II. p. 84. nr. MMMCDLII. et in indice tribuitur *Sophronio Hierosolymitano. Harl.*

probat *Baronius* tom. I. annal. eccl. ad a. C. 48. nr. 17. seq. et ad martyrolog. Rom. ad 15. August. v. *Lambecium* VIII. pag. 148. [p. 316. sqq. 321. sq. 323. sqq. ed. Kollar. cuius not. p. 283. addes.] et in Diario itineris Cellensis pag. 105. Dubium Combefisio videtur, qui *e breuiario romano recte eiectam* obseruat in bibl. concionatoria. *Fabr.* Add. *I. G. Walchii* hist. eccles. N. T. p. 1527. sq. *Harl.*

Psalterium Sophronio rogante latine ex hebraico vertisse se testatur ipse Hieronymus epistola 134.

Alii Sophronii.

Sophronius, de quo *Martialis* XI. 109.

Tanti tibi est animi probitas, orisque, [a]) Sophroni,
Vt mirer, fieri te potuisse patrem.

Sophronius, *abbas*, eremita, de quo Io. Moschus c. 159. prati spiritalis.

Sophronius, patriarcha *Alexandrinus*, ab a. C. 844. ad 857. quem philosophum ac sapientem fuisse scribit *Eutychius* tom. II. annal. p. 441. Confer *Eusebium Renaudotum* in historia patriarcharum Alex. pag. 289.

Sophronius, *Alexandrinus* patriarcha iunior, qui imperatori, Manueli Comneno, Mariam, Raymundi, Antiochiae principis, filiam vxorem ducenti, manus imposuit vna cum Luca Chrysoberge CPol. et Athanasio, Antiocheno patriarcha, 25. Decembr. a. C. 1160. Vide *Cinnamum* lib. V. pag. 228.

Sophronius, *archiepiscopus primae Iustinianae et Achridarum*, seculo XVI. cuius epistolam ad patriarcham CPol. graece et latine exhibet *Crusius* in Turcograecia libro IV. Vide eum pag. 341. Idem *Crusius* pag. 303. 304 exhibet epistolam Sophronii, hieromonachi in Chio, antea abbatis, ad patriarcham CPol., Ieremiam.

Sophronium, patriarcham *CPolitanum*, nullum reperio, et miror, vnde hauserint lexicorum vniuersalium scriptores, Hofmannus et [?] Morerius, qui saeculo XV. in sede CPolitana Sophronium fuisse narrant. Nam et in prima editione Bibl. patrum fragmentum de Petro et Paulo male exstat sub Sophronii CPol. nomine, quod in aliis Sophronio, Hierosolymitano patriarchae, adscribitur. *Fabr.* — Enimuero reuera in viuis fuisse illum Sophronium, Fabricio dubium, *Bricherius Columbus*, patricius Finariensis, in epistolari dissertatione, sub calcem bibl. antiquae Vindobonens. ciuicae, a Lambachero editae pag. 25. sqq. ostendit ex litteris patentibus, (post CPolin a Turcis captam,) illius

a) Primam in nomine Sophronii corripit, producit alteram, quasi non Σωφρόνιος esset, sed Σοφρώνιος.

illius patriarchae nomine a. mundi 6972. m. Aug. indictione XII. datis cuidam *Georgio Polo*, manuque exaratis et in extrema libri Crestoni Boni Accursii Lexici pagina exemplaris, quod seruat bibl. Vindob. ciuica, fauentibus Musis, a bibliopego seruatis. Inde descripsit eas *Briecher.* et l. c. graece ac lat. p. 27 — 33. publicauit, multaque alia in hanc sententiam pro fideque illarum litterarum, de catalogis patriarcharum CPolitan. haud omnino certis atque exploratis, ac de fragmento de Petro et Paullo, haud temere Sophronio CPol. adtributo, scripsit. *Harl.*

Sophronius, *hieromonachus Hierosolymitanus*, a quo digestum ac conscriptum Typicum S. Sabae memorat *Montfauconus* in bibl. Coisliniana pag. 561. Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαςικῆς ἀκολυθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τȣ̃ ὁσίȣ καὶ Θεοφόρȣ Πατρὸς ἡμῶν Σάβα, συντεθὲν καὶ συγγραφὲν παρὰ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ πατρὸς καὶ ἱερομοναχȣ̃, κυρȣ̃ Σωφρονίȣ. Αὕτη ἡ ἀκολυθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν Ἱεροσολύμων ἁγίαις μοναῖς. Fortasse idem hic cum patriarcha Hierosol. de quo infra. [conf. *Crusii* Turcograec. libr. IV. et supra, vol. VIII. p. 94.]

Sophronius, *monachus iatrosophista*, cuius et Sophronii, Hierosolymitani, carmina in Deiparam vna cum carminibus Heliae Syncelli, Michaëlis Syncelli, et Ignatii, grammatici, diaconi de eodem argumento editurum se promisit *Allatius* ad Eustathium, Antiochenum pag. 284.

Sophronius, *Gothiae metropolita*, circa a. C. 1292. cuius mentio in codice graeco caesareo, quo vitae Sanctorum continentur, apud *Lambecium* VIII. pag. 358. et 365.

Sophronius, Damascenus, Iohannis Moschi familiaris, ex sophista [b]) monachus S. Sabae. ac denique post Modestum ab a. C. 629. ad 638. [c]) *patriarcha Hierosolymitanus*. Vide *Papebrochium* in Actis Sanctor. ad XI. Martii tom. II. pag. 65. seq. Sergii, Cyrique, Monothelitarum, constans aduersarius, de quo *Combefisius* in historia Monothelitarum pag. 22. seq. Sub eius nomine feruntur:

1) Fragmen-

b) *Sophistam* Sophronium adpellat *Io. Moschus* cap. 92. et in praefat. [v. inf. vol. IX. p. 22. ed. vet.]

c) Alii 636. quorum sententiam *Papebrochius* loco laudato oppugnat probabilibus argumentis. *Fabr.* *Saxius* in Onom. lit. II. pag. 75. prodit, Sophronium ab a. 633. fuisse patriarcham hierosolymitanum, laudatque *Pagii* critic. Baron. 633. VI. VII. p. 274 — 276. a. 636. (quo Sophronius e vita decessit,) III. IV. p. 314. 315. tom. IX. atque in Analectis *Moshemii* hist. ecclesiast. saec. VII. part. II. cap. II. §. V. (o.) — *Caueus* in hist. litterar. script. eccl. I. p. 579. ad a. 629. hoc demum anno, nr. 629. Sophronium, scribit, patriarchae Hierosolymitani dignitatem esse consequutum, et, indefessus, ait, orthodoxae veritatis vindex, qui praesens Alexandriae factus a. 633. Cyrum sub obtentu pacis ineundae haeresin in ecclesiam inuexisse strenue exclamauit, et communionem ei renuntiauit etc. Tum recenset eius scripta. Add. *Lambec.* comm. de bibl. caesar. III. p. 137. sq. not. 2. vbi is de Sophronio eiusque aetate agit, aliosque laudat VV. DD. de illo disputantes, et supra, vol. IIX. p. 353. not. *q.* *Harl.*

1) Fragmentum hypomnematum *de laboribus, certaminibus et peregrinationibus apostolorum, Petri et Pauli,* lat. in bibl. patrum Paris. 1575. tom. II. et 1589. et 1654. tom. VII. col. 107 et 108. Col. 1618. tom. IV. et Lugd. 1677. tom. V. pag. 1123. Incipit: *Petrus genere fuit Hebraeus.* Elogium Sophronii in Petrum et Paulum, apostolos, graece incipit: πάλιν ἡμῖν δυὰς ἀδιάλειπτος. *Fabr.* Sophronii *oratt.* latine in bibl. maxima patrum, Lugd. tom. XII. p. 206—214. — *homiliae*, gr. in cod. *Escorial.* v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 190. — it. in bibl. *Vaticana*, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. p. 134. B. — In cod. *Coislin.* CCLXXXII. in Marci Monachi collectione dictorum aduersus Barlaam et Acindynum loca quoque Sophronii nostri adducuntur. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 404. sq. — In bibl. *Vaticana* Sophron. de vita et martyrio Sct. apostolor. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 101. *A.* et conf. infra, vol. IX. p. 135. ed. vet. *Harl.*

2) Fragmentum *de Baptismate apostolorum,* graece et lat. apud *Lambecium* III. p. 52. seq. [p. 138. sqq. ed. Kollar.] et ad calcem Pseudo-Dorothei, Tyrii, *) quem [?] cum libris de vita Moysis, a Gaulmino illustratis, edidi Hamb. 1714. 8. pag. 552. seq. Sub *Theodoreti* nomine ex cod. regio Symeonis Logothetae gr. ac lat. exstat in adpendice Cangiana ad chron. paschale pag. 438. *Fabr.* *Lambec.* III. cit. p. 138. sqq. not. 1—3. atque Kollar. not. A. et ad cod. XXX. p. 123. et in additam. p. 542. sqq. de singularibus quibusdam Sophronii narrationibus atque opinionibus differit; (sed conf. *Cauei* iudicium, p. 579.) praeter ea Kollar. ad pag. 137. notat, id fragmentum ex Sophronio decerptum esse a Theodoreto, Cyri episcopo; ideoque in cod. regio huic Theodor. id tribui: atque consulere iubet *Epiphan.* in haeresi Antidicomarianitarum LXXVII. nr. VII. *Petrum Siculum* in historia Manichaeorum pag. 18. et *Glycam* in annalibus, pag. 209. etc. — Idem fragm. ex Sophronii Hypomnematibus desumtum est *Vindob.* in cod. caesar. CCCXX. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 589. sq. *Harl.*

3) Fragmentum ex *encomio S. Iohannis, theologi et euangelistae,* graece et lat. apud *Cotelerium* ad constitutt. apostol. III. 6. Aliud apud *Lambecium* III. pag. 100. [d]) Meminit et huius encomii Hippolytus Thebanus in chronico: ἐγκωμιάζων δὲ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος, διδάσκει τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ὅτι Πατὴρ τοῦ Θεολόγου Ζεβεδαῖος ἦν, Σαλώμη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ etc.

4) *In S. Iohannem, praecursorem.* Latine in bibl. concionatoria Combefisii. Incipit: ἰδοὺ ἡμῖν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, τὴν φωνήν. [conf. infra, vol. IX. p. 99. vet. ed.]

*) Vid. supra, vol. VII. p. 455. *Harl.*

d) Cod. LIX. nr. 13. pag. 264. sq. ed. Kollar. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CLXXXVI. nr. 2. excerpta ex illo encomio. *Harl.*

5) *In S. Iohannem Chrysostomum.* Memoratur ab Anonymo Sauiliano. *Fabr.* v. *Lambec.* comm. VIII. pag. 635. sqq. de cod. caesar. XXVII. cum Kollarii nota, et supra, vol. VIII. p. 457. et 458. *Harl.*

6) *Laudes Iohannis, eleemosynarii.* Meminit Leontius. *Fabr.* Conf. *Lambec.* VIII. p. 575. sqq. de cod. XIX. s. menologio Graecor. etc. *Harl.*

7) *In Christi natalitia* sermo habitus a. C. 1638. Hierosolymis iam per Saracenos captis. Exstat latine in bibliothecis patrum, vt tom. XII. edit. Lugd. pag. 206. *Fabr.* In cod. bibl. publ. *Paris.* MCLXXI. nr. 20. — *Vindobon.* in cod. CCCIII. nr. 1. menologio Graecorum m. Sept. inserta sunt *Troparia Sophronii Hieros. in vigilia natalis Christi cantari solita,* et nr. 3. eiusdem *horologium magnae parasceues,* cum antiquis notis musicis. v. *Lambec.* V. p. 568. sq. — add. infra, vol. XIII. p. 806. not. *Harl.*

8) Sermo *de Hypapante domini*, e MS. mediceo versus et latine editus a Bollando in Actis Sanctor. tom. I. Februarii pag. 274. seq. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. caes. XXXIX. nr. 1. excerpta ex Sophr. orat. in adnuntiatione deiparae. v. *Lambec.* VIII. p. 818. — oratio ipsa in cod. *Coislin.* CCLXXIV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 389. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXXIV. nr. 3. orat. in praesentationem; et cod. MCDLII. nr. 3. hom. in purificationem. add. infra, vol. IX. p. 114. ed. vet. *Harl.*

9) *In SS. quadraginta duos martyres* Amorienses, latine in bibl. concionatoria Combefisii. Incipit: ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ ἔπαθλα. *Fabr.* Graece in cod. *Paris.* bibl. publ. MCDXLVII. nr. 3. conf. infra, vol. IX. p. 121. vet. ed. *Harl.*

10) *Encomium SS. Cyri et Iohannis.* Citat *Iohannes Damascenus* l. 3. de imaginibus tom. I. edit. nouae p. 387. et septima synodus actione IV. vbi fragmenta duo exinde adferuntur tom. III. Binii, p. 561. seq. Edere promisit integrum graece et latine *Papebrochius* ad XI. Martii tom. II. p. 67. Laudat *Allatius* contra Creyghtonum pag. 517. seq. Incipit: ἄλλοι μὲν ἄλλως τοὺς ἁγίους τιμήτωσαν. *Fabr.* Conf. infra, vol. IX. pag. 70. *Harl.*

11) *Vita S. Mariae Aegyptiacae* latine ex Paulli, diaconi Neapolitani, versione, [ap. *Heribert. Rosweid.* de vitis patrum pag. 381. v. infra, vol. IX. pag. 28. vet. ed.] apud *Surium* ad II. April. et graece in Actis Sanctor. ad calcem tom. I. Aprilis pag. XIII. licet Sophronium auctorem esse neget *Papebrochius* tom. I. April. pag. 69. Graece tamen sub Sophronii nomine exstat MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* IV. pag. 128. [p. 294. Koll. cod. CLI. nr. 13.] et V. pag. 27. [p. 62. Koll. cod. CCX. nr. 32.] lib. VIII. [?] pag. 231. [p. 491. Koll. cod. XV. nr. 28.] Etiam in *Montfauc.* bibl. *Coisliniana* p. 126. [add. p. 121. ad calcem cod. LVIII. — pag. 196. cod. CXXI. nr. 34. — p. 401. cod. CCLXXXIV. fol. 148. et p. 149. codd. CCCIV. nr. 25. *H.]* Incipit: μυστήριον βασιλέως κρύπτειν καλόν. Citatur et a Damasceno III. de imag. pag. 388. *Fabr.* Add. codd. *Monach.* in bibl. elect. XXVII. et LXXV. (v. cat. codd. gr. Bauar. p. 7. et 25.) — *Venet.* Nanian. LIX. nr. 5. et

et XCVI. nr. 3. (cat. codd. gr. Nanian. p. 66. et 188. — in bibl. *Bodlei.* nr. 290, inter codd. gr. Oliu. Cromwelli. — In tom. II. catal. codd. Angliae etc. nr. 6157. inter codd. Thomae Gale. — *Taurini* in bibl. quondam regia, codd. XXI. et CCCXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 92. et 402. *) *Florentiae* in bibl. Laurent. Med. cod. XXXIV. nr. 11. plut. 7. v. *Bandin.* cat. gr. codd. Laur. I. p. 294. sq. qui praeter alia laudat *Gudii* epistolas p. 278. Rosweidum habuisse vitam Mariae aegyptiacae, a *Metaphraste* graece scriptam, et adnotat, Papebrochium Mariam illam ad a. Chr. 421. reuocare. — ibid. in cod. XXXV. nr. 12. et *Bandin.* l. c. p. 459. obseruat, ab alia, sed antiqua, manu litteris rubris adscriptum fuisse: συγγραφεὶς παρὰ Σωφρονίȣ Ἱερολυμίτȣ. — In cod. bibl. *Sfortianae,* teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 699. A. — *Paris.* in bibl. publ. codd. triginta. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. XXXIX. fol. 201. sub nomine Sophronii, at sine auctoris nomine in cod. XLI. nr. 5. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 61. add. eumdem V. D. in praef. ad Euthymii Zigabeni comment. in IV. euangelia, tom. I. p. 37. et infra vol. IX. vet. ed. *Harl.*

12) *SS. archangelorum et angelorum encomium.* Exstat latine ex versione Theodori Peltani in bibliothecis patrum, vt tom. XII. edit. Lugd. pag. 209. *Fabr.* Graece *Monachii* in cod. elect. CXIV. fin. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 45. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CXXXVII. nr. 4. sic citatur in cat. codd. Paris. II. p. 22. *Chrysostomi,* vel *Sophronii potius oratio in laudem S. Michaelis,* archangeli, pari modo ibid. nr. 5. orat. *in festo angelorum dicta.* (v. supra, vol. VIII. p. 469. et pag. 508.) *Harl.*

13) *In exaltationem venerandae crucis, et in sanctam ἀνάςασιν.* Sermo graece et latine editus a *Iacobo Gretsero* tom. II. de Cruce pag. 88. Hinc latine in bibl. patrum tom. XII. edit. Lugd. pag. 212. Incipit: ςαυρȣ̃ πανήγυρις, καὶ τίς ȣ̓κ ἐξεγείρεται; Verterat et ante Gretserum *Achilles Statius. Fabr.* In codd. quinque bibl. *Paris.* publ. *orat. in S. crucem.* — *Oxon.* in cod. Barocc. nr. 234. — *Florent.* in bibl. Laur. Med. cod. IV. nr. 6. plut. 4. sermo in *exaltationem crucis.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 520. — In cod. *Vaticano* DCCCCIII. de veneratione crucis, in media dominica Quadragesimae, teste *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 33. C. — Inter codd. bibl. *Sfortianae* encomium in exaltationem crucis, teste eodem l. c. pag. 701. A. add. infra, vol. IX. pag. 93. ed. vet. *Harl.*

14) *In adorationem S. crucis et de ieiunio,* lat. ab eodem Gretsero pag. 283. edit. primae et in bibl. patrum tom. XII. edit. Lugd. pag. 213. Incipit: καὶ οἱ ἰατροὶ μὲν. Vertit Godfridus Tilmannus. *Fabr.* v. infra vol. IX. p. 91. vet. edit. *Harl.*

 15) *Car-*

*) In eiusd. bibl. *Taur.* cod. CV. fol. 414. est ex *Sophronii* synodica cap. XXXV. *de haereticis atque haeresiarchis:* atque in cod. CCLXXI. fol. 76. *Sophronii de interpunctione.* v. cat. cit. pag. 198. et 375. *Harl.*

15) *Carmen Anacreonticum de Simeone, sene, Christum suscipiente,* quod melle ipso, vt ait, suauius graece edidit *Allatius* in diatriba de Simeonibus pag. 5. seq. Incipit: ἀπὸ Βηθλεὲμ παρέλθω.

16) *Epistola synodica ad Sergium, patriarcham CPol.* quae incipit βαβαὶ, βαβαὶ μακάρισοι, atque exstat latine, (non integra quidem,) apud *Baronium* tom. VIII. ad a. 633. nr. 8. seq. vbi testatur, in codice alio graeco non ad Sergium, sed ad Honorium, papam, inscribi. Graece et latine integra in Actis sextae synodi, habitae adversus Monothelitarum haeresin CPoli a. C. 680. Actione X. tom. III. edit. Binianae pag. 113—132. In hac synodica legitur longa illa enumeratio haereticorum, quam dedi volumine superiore pag. 483. seq. *Fabr.* f. vol. VIII. nostrae edit. p. 353. sqq. vbi in not. q. plures memoraui codd. quibus addes cod. *Laurent.* XII. nr. 35. plut. 6. vbi est particula ex confessione fidei S. *Sophronii,* Hierosolym., quam misit ad oecumenicam sextam synodum: eaque, vt ait *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 122. in actis concilii CPolitani III. act. XI. et est pars epistolae eiusdem Sophronii, *Sergio,* patriarchae CPolitano, inscriptae, Labbeanae concil. editionis tom. VII. p. 887. — Ibid. in cod. VIII. nr. 55. plut. 9. inter definitiones breues patrum de substantia et natura, hypostasi et persona legitur p. 305. ex *Sophronii* Hieros. epistola ad *Honorium,* Romae pontificem. (*Bandin.* I. p. 402.) — In cod. *Baroccıano* CLXXXV. e *Sophronii Hier.* synodicis scriptis, Romam missis, excerpta; et eiusdem, (vt videtur confectori cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 24.) *confessio de incarnatione Christi:* et in cod. CXCVII. e synodico *Sophronii de S. Trinitate;* id. *de incarnatione Christi.* — In vol. II. catalogi mem. inter codd. *Vossian.* nr. 2138. *Sophronii* συνοδικαὶ διατάξεις. — et inter codd. *Th. Gale* nr. 5838. cat. de haeresibus et haeresiarchis, ex *Sophronii* synodicis. — An ex hac epistola est *Sophronii* opusc. de illis, qui officium ecclesiasticum non recitant? quod est in cod. *Paris.* bibl. publ. MDCXXXII. nr. 12. — Quae Fabricius infra XI. p. 45. ed. vet. scripserat, huc reducam: „*Sophronii,* patriarchae hierosol., a. C. 638. defuncti, collectio ex synodis MS. in bibl. Galliar. reginae matris in 4. memoratur a *Petro Pithoeo,* nec aliunde mihi nota est" Inprimis, quae *Fabricius* infra de scriptoribus, in *Photii* biblioth. censurae subiectis, in vol. IX. p. 484. sqq. vet. ed. litteris consignarat, ad h. loc. commodiorem referenda arbitror. Ita vero Fabric. „Cod. CCXXXI. *Sophronii,* patriarchae hierosol., *synodica* missa ad *Honorium,* f) qui episcopus romanus fuit ab a. 626. ad 638. Eadem est haud dubie, quae, missa ad *Sergium,* CPol. patriarcham (ab a. 610. ad 639.) seruata exstat integra in actione vndecima synodi sextae, CPoli in Trullo habitae a. 680. tom. III. ed. Binianae, et Labbeanae VI. et nouissimae Harduinianae

f) Fugit hic locus Photii *Combefisium* in histor. monothelitarum p. 31. vbi tamen recte coniicit, hanc synodicam a Sophronio missam ad Honorium, non ad Ioannem, papam, vti tradunt Cedrenus et Zonaras.

nianae tom. III. p. 1257 — 1296. Nam in eadem leguntur, quae Photius adnotauit, omnia, Magnus cum Apollinario percussus anathemate, Theodoreti contra Cyrillum scripta reprobata; duo distincti Origenes, vetustior alter, et alter, cognomine Adamantius: nec non Iacobus, Syrus, a quo Acephali Iacobitae dicti, cum aliis haereticis condemnatus. Ex hac synodica locum, vbi haereses et haereticos anathemati subiicit exhibui vol. [VIII. pag. 353. sqq.] [g]) Satis autem constat vel ex ipsis Honorii et Sergii nominibus, recentius esse et subdititium additamentum, quod post verba [p. 357. lin. 15.] καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι exhibent *Cotelerius* tom. I. pag. 528. πρὸς τούτοις ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα Κῦρος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μοιχὸς ἀθεσμώτατος, Θεόδωρος Φαρανίτης, Σέργιος Κωνσταντινουπόλεως, Ὀνώριος Ῥώμης, οἱ τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως ἀρχηγοὶ καὶ συνήγοροι, Πύῤῥος, Παῦλος, Πέτρος, οἱ τῆς βασιλίδος πρόεδροι, τῆς ἀσεβείας δὲ πρόβολοι, ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχεσάμενοι, Μακάριος Ἀντιοχείας καὶ Στέφανος ὁ τούτου μαθητὴς καὶ ἀπονοίας διδάσκαλος Πολυχρόνιος, νέος Σίμων Μάγος, καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, μέχρι νῦν τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος Ἁρμάσιος τὸ κάθαρμα, οἵ, τε σὺν αὐτοῖς αἱρετικοὶ καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πολέμιοι, Σαῤῥακηνικῷ φρυάγματι σεμνυνόμενοι. *Praeter hos anathema sit et catathema* Cyrus, *Alexandriae ecclesiae scelestissimus adulter,* Theodorus, *Pharanita,* Sergius, *CPolitanus,* Honorius, *Romanus, Monotheletarum haeresis duces et patroni:* Pyrrhus, Paullus, Petrus, *regiae quidem vrbis antistites, verum impietatis propugnatores, secum et cum veritate pugnantes:* Macarius, *Antiochenus, eiusque discipulus simulque amentiae magister,* Stephanus, Polychronius, *nouus* Simon *magus, et, qui Alexandriae veritatem adhuc oppugnat,* Harmasius, *piacularis homo, quique cum illis haeretici atque orthodoxae fidei hostes, Saracenico fastu elati.*" Hactenus Fabricius. *Harl.*

17) In actis synodi septimae, siue Nicaenae secundae, (a. C. 787. celebratae,) aliquoties laudatur Sophronius, adferunturque loca sub illius nomine ἐκ τοῦ λειμωναρίου Vide tom. III. edit. Binianae pag. 562. 613. 614. et 615. Etiam apud *Io. Damascenum* lib. I. de imaginibus tom. I. pag. 328. edit. nouae et II. pag. 344. et Sophronio tribuit *Nicephorus* lib. VIII. hist. cap. 41. At constat, auctorem λειμωναρίου, siue *prati spiritalis,* quo vita et dicta solitariorum describuntur, non esse [P] Sophronium, sed Sophronii amicum, *Ioannem Moschum,* [h]) qui opus illud Sophronio dedicauit, quemque in praef. ἱερὸν καὶ πιστὸν

g) Conf. *Oudin.* de scriptor. eccles. I. col. 1605. sq. vbi quoque codd. in quibus Sophronii libelli *de Trinitate,* et *incarnatione Christi* ex synodico occurrunt, memorantur. *Harl.*

h) Τοῦ Μόσχου, vide Photium cod. CIC. et Heriberti Rosweidi prolegomena ad vitas patrum p. 20. seq. Pro *Iohanne Euirato,* vt habet Lipomanni editio, graecus codex, quem Cotelerius inspexit, habet Ἰωάννου τοῦ Εὐκράτου, *Ioannis Eucratae,* tom. II. monument. p. 341. 655. *Lambecium* VIII. pag. 399. [p. 844. sq. ed. Koll.]

πιςὸν τέκνον, alibi, vt cap. 92. 102. 135. fratrem vocat. Meminit et Sophronii cap. 21. 69. 110. 111. 113. 157. 162. et 77 vbi nomen auctor ipse suum ponit: *dixit mihi Sophronius: Vere, abba IOANNES, hodie nihil vltra studeamus.* Et Stephanum, sophistam, se cum illo refert frequentasse. Sophronium etiam ipsum sophistam adpellat cap. 92. abbatem vero cap. 102. Non diffitetur hic scriptor, qui κανονάρχης inter monachos fuit (cap. 50.) et temporibus Tiberii II. imp. Oasin Aegypti petiit, (c. 112.) prae manibus se habuisse vitas patrum et sententias ante ipsum, nescio quibus auctoribus, descriptas cap. 212. et βιβλίον γεροντικὸν, [i]) cuius meminit p. 50. Ex his credibile est, fabulas, quas non paucas habet, eum bona fide transscripsisse. Palladii, abbatis, velut aequalis sui, meminit cap. 176. passimque invehitur in haeresin Seueri Acephali. Quum italice modo typis excusum exstaret hoc opus, latine ex *Ambrosii Camaldulensis* versione primus edidit *Aloysius Lipomannus* Venet. 1558. 4. Deinde post editionem Coloniensem, 1583. (et Bigneanam in bibliotheca patrum Paris. 1575. tom. II. et 1589. tom. VII.) *Heribertus Rosweydus,* in vitis patrum Antwerp. 1617. 1628. fol. libro decimo, additis etiam breuibus notis. Aliam *Paschasii Auriaci,* ordinis minorum insulani versionem, dubito, an editam, memorat *Possevinus* tom. II. apparatus sacri p. 426. Hinc graece et latine in auctario bibl. patrum edidit *Fronto Ducaeus* tom. II. p. 1057. Paris. 1624. fol. Lacunas ex codice MMCDLXVI. bibl. regiae Paris. et tribus bibl. Colbertinae suppleuit, multaque emendauit *Cotelerius* tom. II. monument. ecclesiae graecae, Paris. 1681. 4. p. 341—456. Exstat quoque graece et latine in bibl. patrum Paris 1654. tom. XIII. *Fabr.* Plura leges infra, vol. IX. lib. V. cap. 32. §. XI. XII. et XIII. pag. 21. sqq. ed. vet. adde *Oudin.* l. c. pag. 1607. et infra, vol. X. p. 205. ed. vet. — In cod. *Coislin.* CCCLXIX. Λειμὼν Ἰωάννου καὶ Σωφρονίου, πατριαρχῶν etc. constat capp. 296. et in fine deficit. v. *Montfaucon* bibl. Coisl. p. 573. — In cod. MMMDLXXXV. *Sophronii,* patriarchae, pratum spirituale, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 123. *A.* add. *Lambec.* comm. VIII. pag. 575. not. 3. — *Dublini* inter codd. Narcissi, Dublin. archiepiscopi, nr. MCCLXII. catal. etc. est *Sophronii* hortus monasticus, s. pratum spirituale, arabice. *Harl.*

[P] 18) Acta S. Anastasii, Persae, Sophronium auctorem, habere coniicit *Baronius* ad a. C. 627. nr. 1.

[De sermone suppositio *de adsumtione Mariae,* vid. *Lambec.* comm. VIII. p. 316. sqq. in primis p. 322—326. sqq. — Ex eo quoque in cod. *Selden.* LIII. in bibl. Bodlei. cat. codd. Angl. etc. nr. MMMCCCLXXXIII. — In ead. bibl. nr. 272. *Sophron.* patriarcha *de moribus et consuetudinibus.* — In eod. cat. codd. inter codd. bibl. publ. *Cantabrig.* nr. MMCCCXXXI. *pars prima glossarum* a b. Eusebio, Hieronymo, *Sophronio,* (forsan Hieronymi amico,) hebr. graece, lat. composita et exposita.

Hymnos

i) Nonnulli hoc Iohannis Moschi λειμωνάριον adpellant νέον πατερικὸν, alii νέον παράδεισον, respectu vetustioris λειμωναρίου nempe, de quo *Photius* cod. CXCVIII.

Hymnos aliaque poemata confecit. v. paullo ante ad nr. 7. — In cod. *Naniano* CLIV. nr. 33. *ποίημα Σωφρονίε* etc. inc. *δοξάζομέν σε δέσποτα φιλάνθρωπε* etc. v. catal. codd. gr. Nan. p. 349. — In cod. *Barocc.* XCVI. sec. catal. codd. Angliae etc. I. p. 11. occurrit et citatur *Sophronii*, patr. Hierosol., *carmen in Thermas;* idem cum illo, quod circumfertur in adpendice Anthologiae gr. conf. supra, vol. IV. p. 432. 487. sqq. et vol. VII. p. 170. sect. 24.

Sophronius quidam *presbyter*, qui dicitur S. Bassae, martyris, in insula Halone s. Proconneso decollatae, (a. Chr. 304. auctore *Baronio* in annal. eccles. tomo II. ad illum annum nr. 75.) reliquias collocasse in eadem insula, loco admodum edito. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 430. ibique Kollar. et p. 433. *Harl.*]

Alius Sophronius, patriarcha Hierosol. iunior, saeculi XVI. cuius epistola ad Manuelem Ducam exstat graece et latine in Turco-Graecia Martini Crusii libro IV. pag. 296. [supra, vol. VIII. p. 94.]

CAPVT XVII. (olim XXII.)

De PAPPO, et THEONE Alexandrinis, Theonisque filia, HYPATIA, et Hypatiae discipulo, SYNESIO, episcopo.

I. Pappi, Alexandrini, aetas et scripta. II. De editis libris eius μαθηματικῶν συναγωγῶν. III. Index scriptorum, in illis citatorum. IV. Commentarius in Ptolemaei magnam syntaxin. V. Alii Pappi. VI. De Theone, Alex. VII. Eius scripta deperdita. VIII. Commentarii, qui exstant in Euclidem, Aratum, Ptolemaeum. IX. Index scriptorum, in magna Ptolemaei syntaxi et graecis ad eam commentariis citatorum. X. De Hypatia. XI. Eiusque discipulo, Synesio. XII. Scripta Synesii edita. XIII. Index eorum, ad quos epistolas scripsit. XIV. Synesii editiones. XV. Scripta deperdita. XVI. Alii Synesii. XVII. Epistola ad Dioscorum, Serapidis sacerdotem, de magna arte, graece et latine.

(Cum auctario G. C. Harles.)

I.

PAPPVS, Alexandrinus philosophus, Theodosii magni temporibus vixisse a Suida [k]) traditur, qui imperio praefuit ab a. C. 379. ad 395. Rei mathematicae insigniter studiosum ac peritum scripta ipsius, quae exstant, testantur: [v. supra, vol. IV. p. 86.] plura autem alia scripserat, quae interciderunt, vt Χωρογραφίαν οἰκουμενικὴν, *vniuersalem chorographiam*, siue *descriptionem locorum per totum orbem:* Ποταμοὺς τοὺς ἐν Λιβύῃ, *de fluuiis Africae:* Ὀνειροκριτικά, *somniorum interpretationes.* Meminit idem Suidas. [v. supra, vol. V. pag. 269.] Citatur Pappus a Marino, Procli discipulo [l]) in προθεωρίᾳ ad data Euclidis, qui respicit ad illius opus μαθηματικῶν συναγωγῶν, siue *mathematicarum*

k) Suid. in Θέων et Πάππος. *Fabr.* Atque *Eudoc.* in Ἰωνιᾷ pag. 561. Add. *Heilbronneri* hist. mathes. p. 372. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. II. pag. 810 sqq. qui Pappum vixisse circ. an. Chr. 379. tradit; *Montucla* Histoire des Mathématiques, tom. I. part. I. lib. V. §. 8. p. 324. — *Saxium* in Onom. lib. I. p. 452. qui suspicatur, Pappum sub Theodosio M. cum filio Arcadio circ. a. 390. floruisse. Contra *Reiske* in notitia poetar. anthologic. p. 250 opinatur, *Pappum*, a Leonida, Alexandrino, carm. DCLIX. p. 115. Anthol. gr. Cephalae, a Reiskio editae, aut in *Meineckii* edit. vtriusque Leonidae carm. XXVI. pag. 171. laudatum, esse cel. nostrum mathematicum. Hinc arbitratur, eum falso a Suida reiici ad tempora Theodosii, et, nihil, ait, reperio, quod impediat, quin dicamus, eum sub Hadriano, (imperante a. 117—138.) vixisse, et Suidam falsa tradidisse. Nullum enim scriptorem in iis, quos citauit Pappus, reperio, quorum indicem dedit Fabricius [in hoc cap. §. III.] saeculo post C. N. secundo iuniorem. Laudatur a Tzetza secundum emendationem *Lambecii* VII. p. 409. sq. *Harl.*

l) V. infra de *Marino* p. 463. vol. VIII. vet. edit. *Harl.*

maticarum collectionum libros, qui a medio libri secundi vsque ad octaui finem graece fuere in bibl. Isaaci Vossii, atque in Bodleiana inter libros Sauilianos aliisque in bibliothecis reperiuntur. *Fabr.* v. catal. bibl. *Leidensis* inter codd. Vossianos, p. 392. nr. 18. — ibid. inter codd. Scaliger. p. 339. nr. 3. cod. alius sic citatur: „*Pappi Alex. opera*, sed quorum initium deest: inc. Γὰρ αὐτὸς ἐλάσσονος μὲν εἶναι ἑκατοντάδος etc. quae sunt in libro secundo Μαθηματικῶν συναγωγῶν, quae sic procedunt ad, τῶν συναγωγῶν Πάππε τέλος — scripta manu perfectissima, etiam figuris adcurate ductis. In margine interdum ipse Scaliger chirographo suo, interdum alius aliqua emendauit. Graece, in charta." — Ex II. MSS. Sauil. auct. editurus erat *Bernhardus*. v. supra vol. IV. p. 209. — In priore *Sauil.* cod. nr. 6550. (p. 299. vol. I. catal. codd. Angliae etc.) sunt libri III. IV. V. VI. VII. VIII. in posteriore autem s. nr. 6556. deest liber I. et VII. et initium II. (p. 300. cat. cit.) — In eod. catal. II. p. 227. est nr. 7400. inter codd. Ed. Bernhardi, *Pappi* florilegium mathematicum. — Praeter ea in aliis codd. quorum mentionem adhuc facturus sum, reperiuntur Pappiana. — *Vindobon.* in cod. caesar. LXV. nr. 2. *Pappi* ex libris VIII. mathemat. collection. libri III. IV. V. VI. et VII. sed fine mutilus, quem cod. diligenter recenset *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. p. 432. sqq. et comparat cum latina Fed. Commandini versione, optume edita a *Carolo Manolessio*, Bonon. 1660. fol. Inter alia obseruat, ab initio cod. in argumento adpellari foeminam, mathematicarum artium peritam: (vt in sequenti codice caesareo,) ὦ κρατίστη πανδρόσιον· nomen *Pandrosion* desiderari in lat. versione, et epitheton κρατίστη haberi pro nomine proprio: contra Kollarius existimat, πανδρόσιον esse nomen muliebre, et designari foeminam eruditam. — In cod. LXVII. ex Colbertino exemplari descripto, nr. 3. mathem. collection. lib. III. IV. V. VI. VII. et VIII. integri, de quo idem *Kollarius* multus est l. c. pag. 440. sqq. et ex quo suppleri potest Commandini versio. — Secundum *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. exstant in bibl. *Patau.* Nicol. Triuisani *Pappi* synagoge, gr. (I. p. 488. E.) — *Venetiis* in bibl. Grimana, συναγωγῶν τρίτον de geometricis. (I. p. 478. B.) — *Veronae* in cod. Io. Saibantae collectiones cum figg. (I. p. 490. D.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. collectionum mathem. libri octo: gr. bis et latine, (I. p. 503. A. et 521. A.) — *Romae* in bibl. Vaticana *Pappi* de musica, et inter codd. reginae Sueciae, *Pappi* mathematica, graece. (I. p. 11. B. et p. 89. A.) — De cod. *Baluzii*, in quo est liber VIII. v. *Montfauc.* palaeogr. graec. pag. 80. — *Paris.* in bibl. publ. sunt in septem codd. *Pappi* collectiones mathematicae: modo vnus liber; modo, vt in cod. MMCCCLXVIII. a. 1562. manu Nicolai Nancelii scripto, libri octo; in quo tamen initium primi libri desideratur, et in cod. MMCDXL. in quo autem totus primus deest; secundus vero capitibus primis 14. mutilus; in cod. MMDXXXV. nr. 2. problematum mechanicorum collectio. — *Florentiae* in bibl. Laurent. mathematicar. collectionum libri III. IV. V. et VI. atque initium septimi. v. *Bandin.* in cat. codd. italicorum bibl. Mediceae Laur. Gaddianae et S. Crucis tom. V. Florent. 1778. fol. in Addendis p. 772. nr. IX. — Ibid. in bibl. Laurent. cod. XXXIV. nr. 14. plut. 28. *Hemerodromium Pappi* de iis (astris,) quae res gubernant et administrant. vid. *Bandin.* cat. codd. Laurent. II. pag. 61. — In eod. vol. pag. 35. sq. egregius saeculi X. codex XVIII.

plut. 28. a Bandinio recensetur: in eo est Pappi scholion in Ptolemaei mathematicor. libr. V. nr. 6. et nr. 7. in librum VI. et Bandin. monet, Pappi comm. in librum VI. hucusque incognitum fuisse Fabricio nostro aliisque bibliographis, notatque Fabricium opinantem, etiam commentarium in libr. I. II. et IV. esse Pappo tribuendum. conf. supra, vol. V. pag. 281. sq. *Harl.*

II. Graece nihil adhuc ex his lucem adspexit, nisi *aliquot lemmata libri septimi*, quae cum versione sua produxit *Marcus Meibomius* dialogo de proportionibus, edito Hafniae 1655. fol. pag. 154. et 156. atque *libri secundi propositio XIV. usque ad XXVII.* siue extremam, quae methodum multiplicandi maiores numeros continent, et ex codice Sauiliano cum versione et notis *Ioh. Wallisii* prodierunt ad Aristarchi Samii calcem Oxon. 1688. 8. et in tomo tertio operum laudati Wallisii, Oxon. 1699. fol. pag. 597 — 614. m) *Pars praefationis ad librum* VII. Hermodoro, filio, inscriptum, in qua de veterum Analysi geometrica tractat et Euclidis Data *) describit eorumque vsum indicat, graece cum Commandini versione legitur in prolegomenis *Davidis Gregorii* ad luculentam illam Euclidis editionem Oxon. 1703. fol. Denique *praefatio integra libri VII.* in qua argumenta librorum duorum Apollonii Pergaei περὶ λόγȣ ἀποτομῆς, totidem περὶ χωρίȣ ἀποτομῆς, 2. περὶ διωρισμένης τομῆς, 2. περὶ ἐπαφῶν, n) et Euclidis 3. librorum πορισμάτων, Apollonii τόπων ἐπιπέδων 2, et 2. νεύσεων atque conicorum 8. nec non *lemmata librorum* περὶ λόγȣ καὶ χωρίȣ ἀποτομῆς, graece et latine edita ab *Edmundo Halley* ante Apollonii Pergaei libros duos de sectione rationis, ex Arabico

m) *Aristarchus* de magnitudinibus et distantiis solis ac lunae, cum *Pappi Alex.* explicatt. ex versione et cum comment. *Fed. Commandini*. Pisauri 1572. 4. *Harl.*

*) V. supra vol. IV. p. 78. §. XI. *Harl.*

n) Conf. supra vol. IV. de Apollonio Pergaeo, pag. 195. sq. de *Halleii* ed. Apollonii Pergaei conicorum librr. cum lemmatibus *Pappi* etc. gr. lat. Oxon. 1710. fol. item pag. 201. et *Clement* bibl. curieuse crit. etc. tom. I. pag. 415. sq. de edit. lat. *Apollonii Pergaei* conicor. libri IV. priores, vna cum *Pappi Alex.* lemmatibus etc. ex interpretat. et cum commentariis *Fed. Commandini*, Bonon. 1566. fol. — *Apollonii* de Tactionibus, quae supersunt, ac maxime lemmata *Pappi* in hos libros graece nunc primum edita, e codd. msstis cum *Vietae* librorum Apollonii restitutione, adiectis obss. computationibus ac problematis Apolloniani historia, a *Io. Guil. Camerer*. Gothae et Amstel. 1795. 8. *Apollonii* libr. gr. ex edit. *Halley* cum huius versione: *Pappi lemmata* ex II. codd. Paris. nr. MMCCCLXVIII. et MMCDXL. coll. cum cod. Argentorat. *Vietae* restitutio II. libror. Apollonii, olim Apollonii Galli inscripta, Paris. 1600. cum Camereri et Pfleidereri adnotatt.

Apollonius von Pergen ebene Oerter. Wiederhergestellt von *Rob. Simson*. Aus dem Lateinischen vebersetzt. Mit Berechnungen, Bemerkungen, vnd einer Sammlung geometrischer Aufgaben begleitet von *Io. Wilhelm. Camerer*. Lipf. (cum textu graeco,) 1796. 8. cum multis tabb. aeneis. Textus graecus sumtus est ex praefat. *Pappi Alexandr* ad libr. VII. illius mathemat. collection. ab *Halley* II. libris Apollonii praefixar. Textus gr. collatus est cum II. codd. Paris. ante memoratis. — *Pappi Alex.* propositiones duae, quibus plura ex *Euclidis* porismatis complexus est, restitutae, auct. *Roberto Simson*, in Philosophical Transactions, nr. 377. *Harl.*

Arabico verſos, quibus totidem de ſectione ſpatii, ex ingenio ſuo reſtitutos, ſubiunxit, Oxon. 1706. 8. [o]) *Liber tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus et octauus* latine tantum hactenus viderunt lucem ex verſione poſtuma *Federici Commandini*, Vrbinatis, cui commentarios etiam addidit editor, *Guidus Vbaldus*, [p]) Piſauri 1588. Venet. 1589. atque iterum Piſauri 1602. fol. Sed praeſtantiſſima editio eſt, quam *Carolus Manoleſſius* parauit Bononiae 1660. fol. [q]) cuius haec ſunt verba:

Fidem meam dudum in Galilaei operibus tibi oppignoratam vt liberare incipiam, Pappi mathematicas profero collectiones, in quibus emaculandis qualem, quantamue inſumſerim operam, facile tibi periculum prioris illius cum mea hac editione facienti innoteſcet. Vſus ſiquidem labore, et indicio virorum tum graecae linguae, tum mathematicarum, quos ſtudiorum mater, Bononia, educat, peritiorum effeci, vt deterſae ſint mendae prope innumerae, quibus graecus vndique ſcatebat contextus, et, (quod caput eſt,) reſtituti litterarum characteres in figuris quampluribus, [P] *perperam diſpoſitis, qui quantum operi adderent difficultatis, nemo alius demonſtrationum, nuperrime licet, initiatus eſt, qui neſciat. Latina quoque ſeu verſio, ſeu commentatio diligentiſſima interpunctione, quantum fieri potuit, ab amphibologico ſenſu eſt vindicata, adeo vt emaculatiorem, aut diligentiorem editionem nullam fieri poſſe hac noſtra exiſtimem. Sed id anteanium eſto. Iam tum menti obſeruantur Apollonii Conica, Archimedis opera, vt Trigonum priſcorum ſummorum in matheſi virorum perficiam. Hiſce addam Neotericos primae notae auctores, Guidonem Vbaldum e marchionibus montis, Federicum Commandinum, Lucam Valerium, Bonauenturam Caualerium, Benedictum Caſtellum, quorum opera vel coepere formis noſtris iterum viuere, vel partum ſecundum iisdem ab typis praeſtolantur.* etc.

o) v. *Clement.* l. c. pag. 417. ſq. *Harl.*

p) *Hamberger.* l. c. 811. contra Fabricium noſtrum monet, commentarium non habere auctorem *Guidum Vbaldum*, cuius nullum inueniatur veſtigium; ſed *Commandinum*, et poſt huius mortem verſionem ſumtu Franciſci Mariae, ducis Vrbinat. cui Valerius Spacciolus, Commandini gener, librum dedicauit, prelo fuiſſe ſubiectam. *Harl.*

q) Inſcriptio huius editionis eſt: *Pappi Alexandrini* mathematicae collectiones a *Federico Commandino*, Vrbinate, in latinum conuerſae et commentariis illuſtratae. In hac noſtra editione ab innumeris, quibus ſcatebant, mendis, et praecipue in graeco contextu diligenter vindicatae. Bononiae, ex typographia H. H. de Ducciis. 1660. fol. Manoleſſius nomen ſubſcripſit dedicationi, Kal. Mai. 1659. In fine legitur: Bononiae, ex typogr. H. H. de Duciis. MDCLVIII. — A *Brüggemanno* in View etc. pag. 419. ſq. adhuc memorantur: *Pappi Alexandrini* collectionum mathematicarum libri quarti propoſitio quarta generalior facta, cui propoſitiones aliquot, eodem ſpectantes, adiiciuntur: auctore *Mattheo Stewart*, in acad. Edinenſi matheſeos profeſſore: in Eſſays and Obſſ. phyſical and literary, read before ſociety in Edinburgh, and publiſhed by them. vol. I. art. III. atque: On finding the values of algebraical quantities by converging ſerieſes and demonſtrating and extending propoſitions given by *Pappus* and others, in the Philoſ. Transactions for the year 1757. — Add. *Käſtneri* recitatio de monachis Apollonii Pergaei in *Pappi* collect. mathem. propoſ. 59. 61. 62. 64. cuius recitationis ſumma legitur in ephem. litter. Gotting. a. 1798. plag. 104. pag. 1025 — 1029. et *F. T. Schubert* comment. in *Pappi* lib. V. theor. 16. in nouis actis acad. ſcient. Petropolitanae, tom. III. Petroburgi 1788. inter mathematic. commentatt. nr. 6. *Harl.*

Iam olim *Iohannes Baptista Raymundus* ad Paulum V., pontificem, scripsit in praefat. ad librum Tasriph r) siue grammaticam arabicam, Romae 1610. 4. *Apparabam etiam e longa nocte, in qua sepulti iacent, in aspectum lucemque proferre libros omnes, quos Pappus, Alexandrinus, ad certam et euidentem rerum mathematicarum scientiam, quam resolutiuam vocant, comprehendendam necessarios testatur.*

Contractam Pappi collectionem exhibet *Marinus Mersennus* in synopsi mathematica Paris. 1644. 4. sed illis tantum propositionibus adlatis, quae absque schematibus possunt intelligi, testatus, graecum codicem Pappi exstitisse in bibliotheca Lescuierii, senatoris.

Iohannem Gallaesium nouissime Pappi editionem molitum, didici e memoriis literariis Treuoltinis a. 1707. Augusto p. 1431.

Claudius etiam Nicasius pag. 8. diss., gallice editae, de forma ac figura sirenum Paris. 1691. 4. testatus est, *Io. Baptistam Lantinum* parare editionem graecolatinam Pappi Alexandrini de numeris atque Arithmeticae Nicomachi Geraseni. Illa Pappi de numeris non alia mihi videntur, quam quae Wallisio nos debere iam monui. Nonnulla Pappi adtigit vertitque et illustrauit ante Commandinum *Bartolomaeus Zambertus* et *Franciscus Maurolycus*. Vide Gesneri bibl. in Maurolyco.

Pluresne libros hocce συναγωγῶν opus complexum fuerit, quam octo, haud constat: nam in praef. vbi duodecimum librum citare videtur pag. 252. incertum est propter luxata latinae versionis verba, an alterius potius scriptoris, (Euclidis fortasse,) librum [?] duodecimum elementorum intelligat. Ceterum profitetur, se, Pappus, omnia scripta, necessaria ad vniuersam matheseos cognitionem, hoc opere voluisse complecti, ne quicquam opus esset extrinsecus inquirere, vt ait libro VIII. p. 481. licet in libros, magna ex parte depravatos, et principio ac fine carentes, incidisse se queratur pag. 482. Libros duos priores arithmeticis impendit, atque in illis exposuit, quae de numerorum disciplina tradidere Euclides, Archimedes, Nicomachus aliique: libro tertio, quarto, quinto geometrica tractat ex Euclide et Archimede. Sextus sphaerica ex Theodosio potissimum persequitur. Septimo Euclidis data, ac porismata, variaque scripta Apollonii Pergaei. Octauo mechanica ex Herone et aliis. Sed vt, quos auctores sequutus Pappus sit, eo liquidius constet, ecce tibi scriptorum indicem, quorum ille mentionem facit.

III. *Index scriptorum, in Pappi mathematica collectione laudatorum,*

compositus a me ad paginas editionis Bononiensis.

r) Vide *Tentzelium* in dialogis menstruis anni 1692. pag. 569.

Nico-

IV. Suidas scriptum reliquit, a Pappo compositum esse ὑπόμνημα εἰς τὰ τέσσαρα βιβλία τῆς Πτολεμαίου s) μεγάλης συντάξεως, *commentarium in libros quatuor magnae syntaxeos Claudii Ptolemaei.* Sed hodie sub Pappi nomine habemus tantummodo *commentarium in libri quinti partem,* pag. 231—236. edit. graecae Ptolemaei Basil. 1538. t) Deinde sequitur: λείπει τὰ Πάππου. Hinc iterum pag. 245 seq. τὸ δὲ ἑξῆς Πάππου. Atque hinc *Theonis,* Alexandrini, commentarii in quintum et caeteros Ptolemaei libros succedunt p. 237. τοῦ Θέωνος εἰς τὸ λεῖπον τοῦ Πάππου. In primum vero ac secundum librum quemadmodum in quartum quoque, commentarius eidem Theoni tribuitur: in tertium autem *Nicolao Cabasilae.* Τοῦ Θέωνος τὸ τρίτον λείπει, καὶ οὐδὲ εὑρίσκεται τὸ σύνολον. u) Si MSti codices suffragarentur, etiam commentarium in primum, v) secundum et quartum [P] librum Pappo libenter tribuerem, w) vt Pappus libros quatuor priores, (ex quibus perditus sit tertius,) illustra-

s) Confer Gassendum tom. V. Opp. pag. 381.

t) V. supra, vol. V. p. 280. §. III. *Harl.*

u) Exstat omnino *Theonis* comm. in librum *tertium,* v. not. seq. *Harl.*

v) Commentarius in primum librum Theoni diserte tribuitur a Cabasila ad librum III. pag. 151. et a Theone ipso agnoscitur p. 316. Sic et in ceteros libros.

w) Fabricium erroris arguit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. II. p. 55. sq. auctoritate codicis Medic. Laur. XVIII. plut. 28. in quo *Theonis* comment. in libr. Ptolemaei construct. I. II. III. IV. et VI. et *Pappi* scholia in libr. V. et VI. exstant

illustrauerit, et quinto fuerit immortuus, Theo autem deinde reliqua suppleuerit, totumque opus recensuerit. De *Theone*, Pappi aequali, statim infra hoc capite sum dicturus: de *Nicolao Cabasila*, archiepiscopo Thessalonicensi, qui circa a. C. 1350. claruit, eiusque scriptis adire iuuabit *Leonem Allatium* libro de Nilis p. 72. seq. edit. a me curatae, [x]) et *Bernhardum de Montfaucon*, qui plura eius inedita commemorat in bibliotheca Coisliniana pag. 426. seq. [add. ind. ad cat. codd. Paris. regg. vol. II. sub voc. *Nicolaus Cabasilas.*] Theonis et Pappi commentarios ad magnam syntaxin laudauit etiam *Eutocius*, qui Iustiniani, imp., temporibus vixit, ad librum Archimedis de circuli dimensione pag. 49. εἴρηται δὲ Πάππῳ καὶ Θέωνι καὶ ἑτέροις πλείοσιν ἐξηγουμένοις τὴν μεγάλην σύνταξιν τοῦ Κλαυδίου. Facit iterum vtriusque mentionem ad librum de sphaera ac cylindro pag. 28. ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐντυγχάνοντας Πάππῳ τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ ἐν πολλοῖς συντάγμασι οὐκ ἀποδεικτικῶς, ἀλλ' ἐπαγωγῇ τὸ λεγόμενον παριστῶσιν.

V. *Alii Pappi.*

[*Pappus, philosophus* seu *chemicus.* v. infra, vol. XII. p. 766. *Lambecii* comm. VI. p. 425. ed. Kollar. — *Zanett.* cat. codd. gr. Venet. Marc. p. 140. de cod. CCXCIX. *Harl.*]

In memoriam mihi reuocat hic Pappus theologum ecclesiae nostrae hoc nomine, *Iohannem Pappum,* Hieronymi Pappi, consulis Lindauiensis F. virum, singularis memoriae vi admirandum, et doctrina ac zelo laudatissimum, [y]) qui diem obiit Argentorati a. C. 1610. De eius scriptis ac vita laudibusque consuli possunt D. *Io. Conr. Dannhauerus* in homiliis academicis tom. II. p. 701. seq. *Io. Fechtius* in adparatu ad epistolas Marbachianas pag. 135. seq. et in historia colloquii Emmendingensis, quod a. 1590. habitum est, capite 8. *Matthias Berneggerus* in decade oratt. pag. 53. seq. *Georgius Serpilius* in epitaphiis theologorum Sueuicorum pag. 115. *Reinhardus Henricus Rollius* in bibliotheca nobilium theologorum p. 187. seq. et 510. [z]) et *Ioh. Balthasar Nien-*

stant et disertis verbis significantur, nomine illorum addito. Ibidem monet, in tertium Ptolemaei librum *Theonis* comment. incognitum fuisse Fabricio, dum (h. l. et paullo post §. VIII. de Theone, sect. 4.) adfirmat, *Nicolai* tantum *Cabasilae* in eundem librum exstare enarrationem.

Pappus quoque dicitur continuasse Porphyrii comment. in Ptolemaei Harmonica. v. supra vol. V. p. 740. *Harl.*

x) Add. supra, vol. IV. p. 213. de synopsi Bernhard. vol. IIX. et IX. — et vol. V. p. 284. §. III. De reliquis eius scriptis passim exponitur in hac bibl. gr. v. indic. add. *Saxii* Onom. II. p. 368. sq. *Harl.*

y) Edidit Συνοδικὸν — s. libellum synodicum, omnes synodos, tam orthodoxas, quam haereticas, breui compendio continentem etc. graece et lat. Argentor. 1601. 4. v. infra vol. XI. p. 184. sqq. et 544. *Harl.*

z) V. etiam *Io. Fabric.* in historia biblioth. Fabric. IV. p. 236. It. *Saxii* Onomast. liter. part. IV. pag. 98. sq. et pag. 575. in analectis. *Harl.*

Nieuhenck in Theologo Lutherano fama et vita nobili pag. 50. qui de Pappo hoc dicturus, dubium relinquit, vtrum ille inter maiores suos computare potuerit, quorum millenis alter, alter bis millenis fere annis illum antecessit, Pappum nostrum, Alexandrinum, [?] an *Pappum, historicum,* cuius mentionem iniicit Plutarchus [aa]) in Demosthenis vita, an iuniorem multis lustris *Leonhardum Pappum,* episcopum Constantiensem, qui Leopoldi, gloriosae memoriae imp., ad Heluetios legatus fuit a. C. 1674. Fuit et *Pappus* in Armenia episcopus, qui concilio Gangrensi aduersum Eustathium Sebastenum interfuit, non diu post primam synodum Nicaenam.

VI. Pappi, Alexandrini, aequalis, teste Suida, atque adeo Theodosii magni aetate clarus, fuit THEO, Alexandrinus, in Museo, [bb]) siue praeclaro eruditorum virorum contubernio, quod Alexandriae in Bruchio a Ptolemaei Philadelphi temporibus [cc]) floruit, sodalis, a *Theone,* mathematico, [dd]) qui Hadriani tempore obseruationes [ee]) astronomicas suscepit, quemque ipse Θέωνα παλαιὸν adpellat, distinguendus, licet et ipse mathematicus; pater *Hypatiae,* [ff]) doctissimae et mathematicarum etiam disciplinarum peritissimae foemi-

aa) Pag. 860. Πάππος τις, ȣ̂ τὴν ἱςορίαν Ἑρμιππος ἀνάληφε. Obiter notare licet, quod apud *Pollucem* IV. 19. inter personas comicas refertur Πάππος, de quo *Casaubonus* lib. I. de satyrica poësi cap. 4. et *Meursius* parte II. exerc. critic. c. 12. Hic apud Isidorum legit *Pappus* in glossar. pro *Pappas, paedagogus, qui sequitur studentes.* Sed *Pappas* habent etiam Iuuenalis codices VI. 633.

bb) Suidas: Θέων ὁ ἐκ τȣ̃ Μȣσείȣ, Αἰγύπτιος φιλόσοφος, σύγχρονος δὲ Πάππῳ τῷ φιλοσόφῳ αὐτȣ̃ Ἀλεξανδρεῖ. Ἐτύγχανον δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ Θεοδοσίȣ βασιλέως τȣ̃ πρεσβυτέρȣ. *Fabr.* et ex Suida, *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 229. Conf. *I. A. Schmid* diss. de Hipparcho, Theonibus et Hypatia. Ien. 1689. 4. *Io. Frid. Weidler* hist. astronomiae cap. 7. §. 22. pag. 188. — *I. Ch. Heilbronner* histor. matheseos, p. 374. — *Montucla* Histoire des Mathematiqves, tom. I. part. I. libr. V. §. VIII. p. 326. — Obss. in *Theonis* fastos graecos priores, et in eiusdem fragmentum in expeditos canones. Acc. de canone regum astronomico, eiusque auctoribus, editionibus, MStis, et quae eo pertinent, dissertatio, in qua duplex canon regum astronomicus nunc primum editur ex cod. msto Lugduno-Batauo, et eiusdem quoque codicis ampla notitia exhibetur. Amstel. ap. Io. Boom. 1735. 4. — *Hamberger.* zuverl. Nachr. II. p. 758. sqq. — *Saxii* Onom. liter. part. I. p. 452. vbi ad a. Chr. 390. refertur Theon. — *Bruckeri* hist. crit. philos. II. p. 351. not. *Harl.*

cc) Vide *Io. Frid. Gronouii* et *Ludolphi Kusteri* diatribas de museo Alexandrino, tom. VIII. thesauri antiqu. graecar. et D. *Adami Rechenbergii* dissertationem excusam Lipsiae a. 1709. aliosque laudatos a me III. 17. [vol. III. p. 821.] et IV. 32. p. 369. [2. vol. VI.]

dd) De illo dixi libri III. cap. [18. vol. IV. p. 55. sqq.] quemadmodum de aliis Theonibus lib. IV. c. 33. [vol. VI. p. 98. sqq.] Iam lubet adnotare, falli *Iac. Gothofredum,* qui p. 337. seq. ad Philostorgium, eumdem cum nostro Hypatiae parente putat esse Theonem, cuius Eunapius in vita Ionici meminit. At illum, Eunapius ait, claruisse ἐν Γαλατίᾳ, (hoc est in Galatia, non, vt Hadr. Iunius, in Gallia,) quum noster Alexandriae perpetuo vixerit. Ille medicus fuit: fortasse archiater ille Theo, cuius liber, ἄνθρωπος inscriptus, memoratur a *Photio* cod. CCXX. at noster philosophus ac mathematicus.

ee) Theo in lib. X. p. 395. μίαν μὲν ὑπὸ Θέωνος παλαιȣ̃ μαθηματικȣ̃ γεγενημένην, ἃς ὑπὸ Ἀδριανȣ̃ ἐποιεῖτο τὰς τηρήσεις.

ff) De ea infra hoc capite.

foeminae. Ipſe meminit diligentiſſime obſeruatae [?] a ſe eclipſeos ſolaris, gg) Alexandriae ſub meridiem diei XXII. menſis Payni, (ſecundum alios Aegyptios Thoth,) anno Nabonaſſari 1112. hoc eſt Chriſti 365. tum eclipſeos lunaris hh) eodem anno 1112. Nabonaſſari ſiue anno Diocletiani 81. die prima menſis Athyr, vt Alexandrini tempora computabant, ſecundum alios vero Aegyptios menſis Phamenoth: nec non συνοδικῆς συζυγίας eodem anno 1112. Nabonaſſari. ii)

VII. Deperdita Theonis ſcripta haec a Suida memorantur:

Μαθηματικὰ, *mathematica*, niſi commentarios, quos habemus, in Ptolemaei magnam ſyntaxin intelligit; hanc enim in limine prooemii μαθηματικὴν σύνταξιν Theo adpellat.

Ἀριθμητικὰ, *arithmetica.*

Περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀρνέων, καὶ τῆς τῶν κοράκων φωνῆς, *de auſpiciis et voce coruorum.*

Περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς, *de ortu caniculae.*

Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως, *de Nili adſcenſu,* ſiue incremento.

Εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολόγον ὑπόμνημα, *in paruum aſtrologum commentarius;* ita enim legendum mihi videtur pro: εἰς τὸν μικρὸν ἀστρολάβον, *in paruum aſtrolabium.* Nam poſt μέγαν ἀστρολόγον, ſiue magnam ſyntaxin Ptolemaei, habebant libellos Theodoſii Tripolitae, Autolyci, Ariſtarchi, Hypſiclis ac Menelai, quos cum datis Euclidis in vnum volumen compingebant, et μικρὸν ἀστρολόγον adpellabant, vt notaui lib. III. cap. 18. §. 12. [p. 16. ſq. vol. IV.]

VIII. Scripta, quae exſtant.

Exſtant hodie *Theonis* illius 1. ἔκδοσις *ac recenſio elementorum Euclidis*, de qua dixi lib. III. capite 19 §. 3. [vol. IV. p. 72. ſq. et conf. *Kaeſtneri* Geſchichte der Mathemat. tom. I. pag. 248 ſqq. 255. ſqq.]

gg) In librum VI. pag. 332. κατ' Αἰγυπτίους τῷ αριβ ἔτει ἀπὸ Ναβονασσάρου βασιλείας μετὰ β, ς', γ'', ὥρας ἰσημερινὰς, τῆς ἐν τῇ κδ' τοῦ Θὼθ μεσημβρίας, κατὰ δὲ Ἀλεξανδρέας πρὸ τὰ καιρικὰ καὶ ἁπλῶς λαμβανόμενα νυχθήμερα. αριβ τῆς αὐτῆς βασιλείας μετὰ τὰς ἴσας ἀπὸ μεσημβρίας ὥρας ἰσημερινὰς β', ς', γ'', τῆς ἐν τῇ κβ' τοῦ παϋνὶ μεσημβρίας.

hh) Ib. pag. 284. *Scaliger* de emendat. temp. V. pag. 496.

ii) *Theo* in lib. VI. pag. 277. *Fabr.* De anno aegyptiaco late diſputat *Dionyſ. Petauius* in auctario operis de doctrina temporum, ſubiecto eiusd. Vranologio Lutet. Pariſ. 1630. fol. libro V. cap. III — VI. et quaedam in Theonis προχείροις κανόσι, (quorum codicem habuit ex bibl. regia Pariſ.) illuſtrat emendatue p. 194. 199. et 303. Idem in eodem libro paſſim multa Theonis in Aratum loca explicat emendatue. *Harl.*

[P] 2. *Fragmenta commentarii in Ptolemaei* πρόχειρον κανόνα, *canonem expeditum*, siue succinctam recensionem chronologicam regum a Nabonassaro ad Antoninum, pium, de qua libri IV. cap. [16. §. 6. vol. V. pag. 289. sq. add vol. IV. p. 37.]. Huius commentarii Theonis meminit Suidas, ex quo, tunc inedito, nonnulla adtulit *Iac. Golius* ad Alfraganum pag. 17. seq. et 46. alibi p. 59. testatus, ab Arabibus quibusdam, vt Kauxiano Gilaeo pro canonis ipsius auctore Theonem haberi, perperam sane: vnde et Alfraganus tabulas illas, siue canonem, non sub Theonis, sed Ptolemaei recte laudat nomine. Theonis commentarius in canones Ptolemaei ad *Epiphanium*, filium, (eumdem, cui commentarios in magnam syntaxin dicauit,) MStus exstat in bibl. Laurentiana Florentiae, kk) in codice saeculi XIV. Fragmen-

kk) In cod. VII. nr. 1. plut. 28. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 16. sq. qui ex adlato prooemii principio efficit, duo exstare Theonis syntagmata, εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας ἐξήγησις· *posterius*, quod incipit ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας etc. ad Epiphanium, filium, in hoc codice, cuius etiam meminit Fabricius h. l. item, (vt Bandin. quoque iam adnotauit,) *Venetiis* in cod. Marc. CCCXV. (et cod. CCCXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 146. et 148.) Idem *posterius* seruatur in cod. Laurent. XXI. nr. 4. (*Bandin.* I. p. 40.) et XXVI. plut. 28. qui continet *Theonis* comment. vna cum tabulis astronomicis, et quem copiose recenset *Bandin.* l. c. pag. 46. sqq. Primum autem animaduertit, Theonis commentar. videri conscriptum ineunte saec. XIV. charactere minuto, membranis recentibus; tabulas vero astronomicas a p. 53. *b.* vsque ad finem, saec. X. ineunte, vncialibus characteribus aureis, quadratis; atque coniicit, commentarium ex antiquis membranis, laceris fortasse ac pereuntibus, fuisse restitutum, et reliquis, integris adhuc ac superstitibus veteris calligraphi membranis adsutum; errasse igitur Langium et Montfauc. arbitratos, cod. circ. 800. esse scriptum. Tum singula recenset, et in notis obseruat ad nr. V. (s. tabulam, continentem catalogum imperatorum, suis laterculis distinctum, cum annis, quibus regnarunt,) totum illum catal. editum esse atque illustratum a *Io. Lamio* in nouellis litterar. a. 1749. d. XX. Iun. nr. 25. — ad nr. VI. s. tabulam chronologicam consulum romanorum notat, *Hadrianum. Relandum* ex apographo huius tabulae illum catal. adiiciendum curasse consularibus fastis fratris sui Relandi, in appendice (p. m. 757. sqq. Traiecti Bat. 1715. 8. et in praef. p. 757. sq. animaduertit, fastos illos consulares in codd. Laurent. XXVI. et XII. esse eosdem, quos Dodwellus publici iuris fecisset, quibusque praefixisset nomen Theonis, et cod. Vossianum apographum esse codicis Medicei, ideoque fastos, qui Theonis hactenus nomen praetulissent, se adpellasse Florentinos minores, eos vero, qui temere nimis Heracliani *) sint crediti, Florentianos nuncupasse maiores. p. 784. sqq. subiecit variantem scripturam, qua cod. mediceus et Sauilianus (in bibl. *Bodlei.* cod. IV. siue nr. 6551. catal. codd. Angliae etc. add. nr. 6612.) a Dodwello editus, inter se discrepant. Bandin. citauit Fastor. illorum Rel. ed. Amstel. 1740. 8. praef. p. 515. sqq.) — Ad nr. IX. s. *Hemerologium*, s. diuersas mensium adpellationes apud quatuordecim nationes, adnotat, hanc tabulam post Massonium et Dodwellum illustratam esse a *Io. Lamio* in litterar. nouellis, a. 1748. d. V. Ian. nr. 1. — Ab eo cod. XXVI. s. syntagmate posteriore partim differunt quaedam, praecipue menologium variarum gentium; partim conueniunt alia, quae leguntur in cod. XII. nr. 6. — In hoc autem cod. est quoque nr. 2. sq. syntagma *prius*, et IV. libris seu tomis digestum figurisque astronomicis vbique instructum ad Eulalium et Origenem: prooemium incipit: τὴν λογικὴν ἔφοδον τῆς τῶν προχείρων κανόνων πραγματείας etc. liber quartus περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων πραγματείας, ad Epiphanium

*) Conf. auctorem obseruationum in Theonis fastos supra citatarum p. 282. sqq. de hac controuersia, et codd. copiosius differentem.

Fragmenta, quae dixi, ex codicibus Voſſianis graece et latine edidit *Henr. Dodwellus* ad calcem diſſertationum Cyprianicarum, Oxon. 1682. fol. iterum 1684. 8. quae deinde ſubiuncta S. Cypriano, *Ioh. Felli,* epiſcopi Oxonienſis, curis recenſito, Oxon. 1685. fol. Brem. 1690. fol. et Amſtelod. 1700. fol. *Fabr.* Multo doctius et copioſius agitur in Obſeruatt. in Theonis faſtos graec. ſupra laudatis de duobus Theonis Alex. ſcriptis, a Dodwello primum editis, quorum primum *Faſtorum* nomine venit, ſed reuera eſt Κανόνιον, ſ. tabula aſtronomica; alterum, quod vocatur *Theonis fragmentum,* eſtque caput I. commentarii Theonis Alex. in expeditos canones; de edd. ac msstis, interpretibusque, de cod. Leidenſi, quem Golius ex oriente aduexit, et diligenter recenſet auctor p. 305 — 334. animaduerſionibus varii generis adſperſis, cuius lect. a Dodwell. editione diuerſae pag. 309. ſqq. adnotantur, et pag. 339. ſqq. quaedam emendantur atque illuſtrantur, (add. pag. 123. ſqq.); de canone ipſo eiusque apud varios notitia, multaque alia latius explicantur expenduntur ue quae pertinent ad interiorem canonis, aſtronomiae et chronologiae ſcientiam hiſtoriamque, ad aeras Nabonaſſari, Philippi, Auguſti, Diocletiani cognoſcendas, ad quaeſtionem, num Cl. Ptolemaeus auctor ſit prioris partis, quae a Nabonaſſaro vsque ad Ptolemaei mortem decurrit, (quod probat, v. pag. 194. ſqq.) et an Theon Alex. ſit canonis regnorum

 ad

nium, filium, eſt ineditum Fabricioque incognitum. Plura dabit *Bandin.* l. c. pag. 22. ſqq. qui docet, totam πραγματείαν libris quinque conſtitiſſe. — Idem poſterius ſyntagma ad Epiphanium, filium, vna cum tabulis aſtronomicis in principio, ib. in cod. XXXI. nr. 1. plut. 28. in cod. XXXXVI. nr. 4. et cod. XLVIII. nr. 2. plut. 28. v. *Bandin.* l. c. pag. 55. 69. ac 70. — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. nouem ſunt Theonis ſcholia in expeditos canonas; ſed in cat. voluminis II. non diſtincte ſignificatur, num prius, an poſterius ſyntagma ſit intelligendum: prius tamen quoque in nonnullis reperiri codd. ex perbreui ſingulorum notitia colligi poteſt. — In cod. *Coislin.* CLXXIII. vti citatur a *Montfauc.* in B. Coisl. p. 229. eſt *Theonis Alex.* aſtronomicum opus, ſed ex prooemii init. τὴν λογικὴν ἔφοδον etc. fuit manifeſtum, id eſſe ſyntagma prius; poſterius autem eſſe in cod. CCCXXXVIII. fol. 85. patet ex initio apud *Montfauc.* l. c. pag. 450. — Poſterius quoque exſtat *Vindob.* in cod. caeſar. CXXV. nr. 9. et cum antiquis ſcholiis gr. margini atque ampliſſ. adpendice, in cod. CXXVI. nr. 4. v. *Lambec.* comment. cum not. Kollar. VII. pag. 484. ſq. et 494. — *Oxonii* in bibl. Bodl. inter codd. Oliu. Cromwell. nr. CCXCVII. tria ita ſignata occurrunt opuſc. 1) *Theon Alex.* in tabulas προχείρους Ptolemaei; 2) *Theonis* in προχείρους canones comment. 3) *Heraclii,* imp., liber aſtronomicus, continet explicationem Theonis in can. προχ. vtrumque ſyntagma, (vti ex indice in cat. codd. Angliae etc. I. p. 152. coniicere licet,) in cod. Bodlei. CLXIII. ſ. nr. catal. 2946. — In cod. cat. vol. II. nr. 6068. Theon. comment. in Ptolemaei canones προχείρους, cum ſcholiis et variis lectionibus; ac nr. 6071. eiusd. introductio logica in canones προχείρους, inter codd. *Th. Gale.* — Inter codd. *Guil. Pelliſerii,* teſte *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. II. p. 1199. *C.* — A *Pliero* in itiner. per Hiſp. p. 192. de codd. *Eſcorial.* nominantur duo codd. nr. 1) *Theonis* Alex. tractatus in breves canones aſtronomiae et harmonicae; 2) in magnam Ptolemaei compoſitionem: in breues canones aſtronom. et in apotelesmatica, conducentia in II. libros: ſine titulo. — Inter codd. quos Golius ex Oriente adtulit, et qui *Leidae* in bibl. publ. ſeruantur, eſt Θέωνος εἰς τοὺς προχείρους κανόνας, gr. v. cat. bibl. Leid. p. 478. add. auctorem Obſeruationum etc. citatarum pag. 14. ſqq. et 67. ſqq. p. 283. ſqq. Quando vero in *Eudociae* Ἰωνιᾷ p. 229. de Theone Alex. legitur, eum ſcripſiſſe εἰς τὸν Πτολεμαῖον πρόχειρον κανόνα, corrigendum eſt εἰς τὸν Πτολεμαίου πρόχειρον, ex *Suida* v. Θέων, vol. II. p. 182. ſecundum Küſteri emendationem. *Harl.*

ad Diocletianum vsque auctor (quod negat), vel, *ll*) continuator, (de quo tamen ille dubitat, neque vero plane negatur, v. p. 196.) et num *Heraclius*, vti dicitur in codd. p. g. 285. sq. adductis, sit canonis illius continuator, de qua re pariter haesitat obseruatt. auctor, idemque Dodwelli, Petauii aliorumque sententias atque expositiones frequenter examinat. Add. *Freret* recitat. de Theonis canone astronomico in Mem. de Litterat. de l'Acad. — Par. tom. XXVII. p. 121 — 152. et german. versum in: Abhandlungen vnd Auszügen der Koen. Akad. der Inschriften — zu Paris. — veberfetzt — von *Mich. Hißmann.* — alte Geschichte — Asiens erst. Band. Lips. 1782. mai. 8. pag. 393 — 433. *Harl.*

3. *Scholia in Aratum* huic Theoni tribuunt Io. Baptista Ricciolus in Almagesto, Ludolphus Kusterus ad Suidam, aliique viri docti, licet, qualia hodie exstant, ex aliorum etiam scholiis interpolata esse iam notare me memini lib. III. cap. 20. §. 4. [vol. IV. p. 95. et de comm. in Apollonii Argon. ib. p. 265. §. IV.]

4. *Commentarius in magnam Ptolemaei syntaxin.* Opus ipsum Ptolemaei (de quo lib. IV. cap. 16. a me dictum fuit,) tredecim libris constat, sed ὑπομνήματα, quae graece cum praefat. Ioachimi Camerarii ad senatum Noribergensem ex codice cardinalis Bessarionis ad calcem magnae syntaxeos prodiere Basil. 1538. fol. *mmm*) non in omnes libros, nec Theonis omnia sunt, supra in Pappo iam adtigi. In prooemio *Epiphanium*, filium, Theo adloquitur, in cuius gratiam etiam commentarios in canones προχείρους adornauit: συνεχέστερον προτρεπόμενος παρὰ τῶν ἀκροατῶν, τέκνον Ἐπιφάνιε, ὑπαγορεύειν εἰς τὰ ἑκάστῳ δοκοῦντα δυσχερῆ τῆς Πτολεμαίου μαθηματικῆς συντάξεως, καλῶς ἔχειν ἡγησάμην, τὸν ὑπομνηματισμὸν ταύτης ποιήσασθαι etc. Theonis exstant commentaria in librum *primum, secundum, quartum*, in maiorem partem *quinti*, in *sextum, septimum*, (in cuius exordio iterum filium, *Epiphanium,* adloquitur) *octauum, nonum, decimum*, in *decimum tertium.* Commentarius in librum tertium est *Nicolai Cabasilae, nnn*) in quinti initium et partem *Pappo* debetur; at in decimi extremam partem, vndecimum integrum et duodecimi priorem partem maiorem desideratur. Latine [?] qui verteret hos commentarios, repertus fuit ante centum amplius annos *Ioh. Baptista Theophilus,* Vrbinas, cuius interpretationem MS. a Viuiano traditam sibi, vt regis christianissimi bibliothecae inferretur, narrat *Ioannes Mabillonius* in itinere Italico pag. 193. At *Gerh. Io. Vossius* de scientiis mathematicis pag. 165. testatur, librum primum commentariorum Theonis editum esse Neapoli a. 1605. ex versione latina *Iohannis Baptistae de la Porta,* Neapolitani. [conf. *Nic. Toppi* Addizioni copiose di Leon. Nicodemo alia Bibliotheca Napoletana, Neap. 1683. fol. p. 116. sq. *H.*]

IX. In-

ll) Quod *Io. Bainbridge*, qui illum canonem regum gr. ac lat. edidit in opere: *Procli* sphaera: *Ptolemaei* de hypothesibus planetarum liber singularis nunc primum in lucem editus: cui accessit eiusdem Ptolemaei canon regnorum etc. Londini 1620. putabat. v. auctorem obseruatt. citatarum p. 84. sqq. p. 110. etc. add. p. 275. sqq. *Harl.*

mmm) V. supra, vol. V. p. 280. §. III. p. 285. etc. add. vol. IV. p. 211. et 213. de cod. *Ottobon.* Rom. v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 186. *Harl.*

nnn) Sed vid. supra §. IV. de Pappo, et paullo post, §. IX. in indiculo scriptorum etc. voc. *Theo iunior.* *Harl.*

IX. Indiculus scriptorum, in Ptolemaei magna syntaxi et graecis ad eam commentariis laudatorum.

concinnatus a me ad editionem graecam Basileensem.

Ptol. paginas magnae syntaxeos, *Th.* commentariorum graecorum denotat.

Diony-

ἐπὶ

ὑπὸ τῦ Ἱππάρχυ τετηρημέναι καὶ ἀναγεγραμμέναι τῆς σελήνης πάροδοι. Ptol. p. 108.

reprehenditur. Ptol. pag. 133. Th. 138. 268. 375. 376. tantum solis et lunae motus adtendit, quinque planetarum ne suscepit quidem Ptol. 210.

Instrumenta obseruandis sideribus. Ptol. pag. 17. (confer Proclum in ὑποτυπώσει astronomicarum ὑποθέσεων.) 108. Anni ratio adcurate obseruata ab Hipparcho ἐπὶ τῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κειμένου χαλκῦ κρίκυ. Ptol. pag. 60. Astrolabium Ptol. pag. 111. 16[?]. 1[?]2. 211. 241. 245 255. 260. 263. Th. 55. seq. et 131. sq. 166. 233. 361. 376. 386. seq. Instrumentum παραλλακτικὸν μοιρογνωμόνιον. Ptol. 121. 122. Th. 257. ἐξ ὑδρίυ ὀργανοπίυ. Th. pag. 82. 196. eius descriptio. 261. Obseruatio facta ab Hipparcho διὰ τῦ τετραπήχυς κανόνος διόπτραν. Ptol. pag. 125.

A Mardocempadi anno secundo ad Hadriani XIX. sunt anni DCCCLIV. Ptol. pag. 100. ab anno primo Nabonassari ad annum secundum Mardocempadi, anni Aegyptiaci XXIV. pag. 101.

Mathematici. Ptol. pag. 63. 210. 289. Th. p. 140. μαθηματικῶς, φυσικῶς etc. ἐπιβαλεῖν τῷ λόγῳ. Th. 133. οἱ πλεῖστοι τῶν παρατηρέντων τὰς ἐκλειπτικὰς σημασίας. 316.

Menelaus, geometra, Romae sidera contemplatus primo anni Traiani (Nabonassari DCCCXLV.) Ptol. pag. 170. 171. ἐν τοῖς σφαιρικοῖς. Th. p. 77. 99. 203. 342. Menelai θεώρημα. 344.

Meton. Vide supra in Euctemone.

Ab initio Nabonassari τὰς παλαιὰς τηρήσεις ἔχομεν. Ptol. pag. 77. 81. 100. a primo anno Nabonassari ad mortem Alexandri M. anni secundum Aegyptios CCCCXXIV. Ptol. p. 79. a morte Alexandri ad Augusti imperium anni CCXCIV. a primo anno Augusti ad XVII. Hadriani, CLXI. Ptol. pag. 79. Th. pag. 180. A primo Nabonassari anno computat alia Ptol. pag. 105. 106. 111. 125. 136. 141. 169. 170. 231. 232. 238. 244. 254. 262. 271. Th. 180. 181. 182. 183. 194. 195. 225. 228. 229. 231. 241. 255. 274. 277. 281. 282. 323. 324. 332. 395. 398. 399. 400.

[?] Nicolaus Cabasila in librum III. pag. 131 — 194. CPoli scripsisse videtur, vt colligo ex pag. 182. vbi meridiani Alexandriae differentiam a meridiano Byzantii adnotat.

Obseruationes ἀπλέστεραι. Th. p. 39.

Οἱ παλαιοί. Ptol. pag. 83. 209. 231. Th. pag. 216. οἱ παλαιότεροι μαθηματικοί. Th. pag. 140. 206. 235. 261. παχυμερεστέραις κατεχρήσαντο ἐπισκέψεσι. Th. pag. 195. αἱ πλεῖσται τῶν παλαιῶν τηρήσεις ἀνεξετάστως καὶ ἀκριβῶς γεγραμμέναι. Th. 373. 375. Itaque παλαιότεραι ταῖς ἀκριβεστέραις opponuntur 380.

Pappus Alex. in librum quintum pag. 231 — 236. et 245. seq.

Parallelorum circulorum per terrarum orbem descriptio. Ptol. p. 28. seq. (Latine apud Bedam libro de natura rerum cap. 6. *ex secundo libro Ptolemaei de magna operatione, quod Almagestum inscribitur*, tom. II. Opp. pag. 38. seq.)

Οἱ γνησίως φιλοσοφήσαντες. Th. p. 1.

Plato. Th. 372. Eius quinque πολύεδρα τεταγμένα σχήματα. pag. 17.

Ptolemaeus obseruationes suas ad meridianum Alexandriae Aegypti computat. Ptol. pag. 58. 79. 95. 111. 122. 123. 125. 141. 142. 157. 170. 171. Th. pag. 182. ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐπιδείξομεν. Ptol. pag. 59. (respicit librum septimum magnae syntaxeos,) obseruationes adcurate instituit aequinoctii anno XVII. Hadriani oo) p. 77. et anno III. Antonini (Pii) a morte Alexandri CCCCLXIII. 62. 72. Th. 167. Eclipses tres obseruauit Alexandriae, primam anno XVII. alteram XIX., tertiam XX. anno Hadriani 98. inde emendandum pag. 102. τῷ η' ἔτει Ἀδριανοῦ et scribendum τῷ ιθ. Alia obseruatio facta anno secundo Antonini, Ptol. 111. 167. vbi et plures fixarum obseruationes testatur se fecisse κατ' ἀρχὴν Ἀντωνίνου. Adde 172. 206. Th. 358. 384. 385. 386. 393. 399. Aliae obseruationes XI. anno Hadriani. Ptol. 263. XV. p. 245. Th. 403. XVII. Ptol. 225. 263. XVI. et XVIII. Ptol. 231. 233. 240. et XIX. pag. 233. 245. et XX. pag. 123. 263. Th. pag. 258. XXI. Ptol. 239. 240. 255. Th. 396. 397. et Antonini I. (Nabonassari DCCCCLXXXIV.) Ptol. 231. 233. [P] 242. 253. 255. 260. et II. pag. 234. 236. 241. 245. 251. 260. 268. Th. pag. 241. 253. 380. 403. III. Ptol. 240. IV. pag. 233. XIV. p. 239. (interpres rectius IV.) Praeclare ait, astronomiae (adde, cuiuscunque veritatis vtilis,) studiosos non modo operam debere impendere, vt priorum inuenta emendent ac perficiant, sed etiam libenter ferre nec turpe existimare, vt ipsimet etiam vel a se vel ab aliis emendentur. Προσήκει γὰρ τοῖς τῷ ὄντι φιλαλήθως καὶ ζητητικῶς τῇ τοιαύτῃ θεωρίᾳ προσερχομένοις, μὴ πρὸς μόνην τῶν παλαιῶν ὑποθέσεων διόρθωσιν συγχρῆσθαι, τῇ καινότητι τῶν ἐπὶ τὸ ἀδιστακτότερον εὑρισκομένων ἐφόδων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἰδίων, ἂν οὕτως ἔχωσι, μηδὲ αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι μεγάλης τινὸς καὶ θείας οὔσης τῆς ἐπαγγελίας, κἂν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ μόνον ὑφ' αὐτῶν τῆς ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον τύχωσι διορθώσεως. Ptol. 101. Breue nimis tempus esse, a quo errantium stellarum obseruationes confectas habeamus. 209.

Ptolemaei geographia. Th. pag. 23. respicitur pag. 81. 94. 280.

Φάσεις ἀπλανῶν. Th. 371.

ἐν τῷ πρώτῳ τῆς συντάξεως. Th. pag. 98. ἐν τῷ πέμπτῳ. 132. etc. ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν μαθηματικῶν. 231. ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ δ' βιβλίου, ἐν τῷ τετάρτῳ etc. 165. τῷ τρίτῳ θεωρήματι. 246. 256. 346. etc. Lunae diametrum δι' ἀκριβεστέρων τηρήσεων καὶ χαριεστέρων ἐφόδων καταλαμβανόμενος. Th. 227. προχειροτέραις καὶ σαφεστέραις ἐφόδοις vsus, quam Hipparchus. 228.

Scholion insertum. Th. 312. Ζήτει τὸ ἑξῆς ἐν τοῖς σχολίοις. 423.

Syrus, cui Ptolemaeus magnam syntaxin inscripsit. Ptol. pag. 1. 327.

Theo. ὡς ἐν ταῖς παρὰ Θέωνος εἰλημμέναις τηρήσεσιν εὕρομεν. Ptol. pag. 234. (anno XIV. Hadriani.) ἐν ταῖς παρὰ Θέωνος τοῦ μαθηματικοῦ δοθείσαις ἡμῖν τηρήσεσιν (anno XII. et XIII. et XVI. Hadriani.) Ptol. pag. 239. παλαιὸς μαθηματικὸς ὃς ἐπὶ Ἀδριανοῦ ἐποιεῖτο τὰς τηρήσεις. Th. 395. Mentio iterum 390. 396.

Theo iunior testatur, se in quintum librum scripsisse. Καθάπερ δείκνυται ἡμῖν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ. Th. pag. 28. ἐδείχθη ἡμῖν ἐν τοῖς ἐπάνω. 50. ἐπάνω ἐπὶ τῆς τῶν εὐθειῶν

oo) Male *Domitiani* in versione Trapezuntii.

εὐθειῶν καταγραφῆς ἐδείκνυμεν. 69. *ὡς ἐν τῷ δ' καὶ ε' βιβλίῳ κατὰ τοὺς οἰκείους τόπους ἀποδείξομεν.* 81. *ἐδείξαμεν ἐν τοῖς εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον.* 81. 83. 110. *πεπραγμάτευται γὰρ ἡμῖν τὸ τοιοῦτον ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ.* 101. *ἡμῖς ἐν τοῖς εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον ὑπομνήμασι.* 316. *ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τὴν* [ρ] *τοῦ τοιούτου λῆψιν ἀπεδείκνυμεν.* 305. *ἐν τῷ γ' καὶ δ' βιβλίῳ ἐδηλοῦμεν.* 377. *ἡ ἡμετέρα δι' Ἀλεξανδρείας οἴκησις.* 105. 332. *τοῖς διδαχθεῖσιν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον σφαιρικοῦ θεωρήματος.* 110. *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν σύνταξιν βιβλίων ἐδίδαξε Θέων.* (Nic. Cabaſila in lib. III.) p. 131. Terram aeternam ſtatuit Theo p. 199. *ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐκλείψεων* (ad lib. IV. ſyntaxeos) *διαληψόμεθα.* 202. *καθάπερ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ ἐπὶ τῆς ἡλιακῆς ἀνωμαλίας ἀπεδείκνυμεν.* 206. 220. *ἐδείξαμεν ἐν τοῖς εἰς τὸ τρίτον βιβλίον σχολίοις.* 296. *ἐν τῷ γ' βιβλίῳ διεξήλθομεν.* 379. 382. *ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ ἐδηλοῦμεν.* 387. *δέδεικται ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ εἰς τὸ τέταρτον βιβλίον σχολίῳ.* 258. *δέδεικται ἡμῖν εἰς τὸ ε' βιβλίον.* 285. *δέδεικται ἡμῖν ἐν τῇ ἐκδόσει τῶν στοιχείων* (Euclidis) *πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἕκτου βιβλίου.* Th. pag. 50. Obſeruationis a ſe factae Alexandriae anno LXXXI. Diocletiani (Nabonaſſari MCXII.) meminit 284. 319. 332.

Theodoſii ſphaerica. Th. pag. 37. *σφαιρικὸν θεώρημα.* 71. *δέδεικται καὶ τοῦτο ἐν τῷ ιη' θεωρήματι τοῦ δευτέρου τῶν σφαιρικῶν.* 86. *καθάπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σφαιρικῶν ἐδείχθη.* 92. 99. 104.

Timocharis. Ptol. p. 164. 166. 168. 169. Th. 356. Supra in Ariſtyllo. Eius obſeruationes non dignae fide, vtpote *ὁλοσχερῶς εἰλημμέναι.* Ptol. pag. 168. Obſeruationes inſtituit Alexandriae anno XLVII. primae periodi ſiue *ἑκκαιεβδομηκονταετηρίδος* Calippicae. (Nabonaſſari CCCCLXV.) Ptol. pag. 169. et anno XXXVI. periodi I. Calippicae, Nabonaſſari CCCCLIV. pag. 170. 171. et anno periodi primae Calippicae XLVIII. Nabonaſſari CCCCLXVI. p. 170. Anno XIII. Philadelphi, Nabonaſſari CCCCLXXVI. Ptol. pag. 242. Th. 399. 400.

Zenodorus *ἐν τῷ περὶ ἰσομέτρων σχημάτων.* Th. pag. 11.

X. HYPATIAM, Theonis filiam, a patre edoctam licet, atque eruditiſſimam, paucis perſtringere ſatis fuerit, quoniam diligentius de illa iam dixerunt viri clariſſimi pp)

 et

pp) De Hypatia videndus inprimis *Tillemontius* tom. XIV. memor. eccleſ. pag. 274. ſeq. *Iac. Gothofredus* ad Philoſtorgii VIII. 9. *Valeſius* ad Socratis VII. 15. *Meurſius* ad Heſychium illuſtrem p. 209. et *Aegidius Menagius* in hiſtoria mulierum philoſopharum, qui tamen fallitur, quum pag. 56. putat, in Salmaſii epiſtola et in obſeruationibus ad ius atticum et romanum errore typographico vel memoriae lapſu Hippiam pro Hypatia adpellari. Nam vtique de Hippia, ſophiſta, non de Hypatia ibi Salmaſius loquitur, reſpicitque ad ea, quae de Hippia, nullum genus artis vel opificii inexpertum relinquente, narrat Apuleius in floridis. Praeterea D. *Io. Andreas Schmidius* diatribam de Hipparcho, duobus Theonibus atque Hypatia vulgauit Ienae 1691. 4. *Fabr.* Add. ſupra, vol. III. pag. 194. — *Iac. Brucker.* in hiſt. critica philoſophiae, tom. II. pag. 351. ſqq. de ſecta eclectica §. XLIII. qui Cyrillum, hominem impotentem et arrogantem, non ab omni turbarum caedisque cruentae ſuſpicione culpaque liberat; — *Toland* in Tetradymus: containing I. Hodegus — II. Clidophonis — III. *Hypatia;* or the hiſtory of

et nihil ex eius scriptis aetatem tulit. Vnicam enim, quam sub eius ferunt nomine [℣] versam latine, *epistola* qq) breuis ad *Cyrillum Alex.* pro supposititia habetur non sine certissima ratione. Philosophiam docuit, et mathemata, rr) *Isidori*, philosophi, coniux, ss) sed ita, vt

of a most beautiful, most virtuous, most learned, and every way accomplish'd Lady; who was torn to pieces by the Clergy of Alexandria, to gratify the pride, emulation, and cruelty of their Archbishop Cyril, commonly but vndeservedly stil'd Saint Cyril etc. Londini 1720. 8. pag. 101. 136. (de quo libro v. *Brüggemann* View etc. pag. 421. in primis *Windheim* Bemühungen der Weltweisen vom Iahr 1700 — 1750. tom. IV. pag. 487. sqq. qui alios VV. DD. de illo libro laudat. — *Io. Christ. Wolf* in Mulierum graecarum, quae oratione prosa vsae sunt, fragmentis et elogiis, primum pag. 72. epistolam Hypatiae ad Cyrillum spuriam recudi fecit cum Baluzii notis; tum reddidit *Synesii* modo epistolas ad illam integras, modo excerpta ex epp. aliis gr. ac lat. cum adnotatt. dein pari modo repetiit, quae *Suidas* ex vita Isidori, a Damascio conscripta, *Socrates scholasticus* hist. VII. 15. p. 352. ed. Vales. *Nicephor. Callistus* hist. eccl. XIV. cap. 16. pag. 469. *Philostorgius Cappadox* in eccl. historia, a Photio in epitomen reducta, libr. VIII. cap. 9. p. 114. ed. Gothofr. aliique de ea tradiderunt, denique epigramma, cum nota Fabricii h. l. de eo scripta, reposuit. In catalogo autem foeminarum olim illustrium subiecto p. 368. sqq. de Hypatia agit et eius vitam fataque, ex *Menagii* historia mulier. philosoph. segm. 49 — 56. vberius exposita, insertis paucis obss. retulit. — *Montuclae* hist. matheseos, tom. I. part. I. libr. V. §. 8. pag. 326. — *Saxium* in Onom. I. p. 458. sq. qui cum *Pagio* in crit. Baron. a. C. 415. nr. XX. p. 64. tom. VII. Hypatiam, sumit, in seditione populari a. C. 414. misere laniatam periisse. — (M. G.) dissert. sur *Hypatie*, où l'on justifie St. Cyrille d'Alexandrie, sur la mort de cette Sçavante, in: Continuation des Memoires de Litterature du P. *Desmoletz*, tom. V. p. 138 — 187. et ibid. p. 187 — 191. Lettre de Mademoiselle B. à M. G. sur la diss. précédente. — In primis laudandae veniunt *Io. Chr. Wernsdorfii* dissertationes IV. de Hypatia, philosopha Alexandrina. Vitemb. 1747. et 1748. 4. de quibus in Introd. in hist. L. Gr. I. 2. p. 347. sq. et 350. pluribus disserui. Is Hypatiae vitam fataque vberius persequitur; de eius caede caussisque agit, eiusque diem natalem ad a. Ch. circ. 350. imperante Constantio; miserum autem interitum refert ad a. C. 416. in quarta disp. speciatim in enarranda Cyrilli episcopi vita, cum primis in eo in caussa tumultus Alexandrini caedisque Hypatiae contra Gothofr. Arnoldum, et Io. Tolandum defendendo, versatur. Cultui quidem deorum erat addicta, sed mitius et modestius sensit de religione christiana, quam alii Platonici. *Harl.*

qq) Epistola illa exstat in synodico contra tragoediam Irenaei, quod post *Christianum Lupum* [in synodico aduers. tragoediam Irenaei, Louan. 1682.] edidit *Stephanus Baluzius* in tom. I. concilior. pag. 926. et *Io. Garnerius* in auctario Theodoreti pag. 673. Epistolam integram etiam exhibet *Menagius*, qui eam Hypatiae nomen mentiri non dubitat, quemadmodum nec *Tillemontius* tom. XIV. memor. eccles. pag. 606. [nec *Wernsdorf.* disp. cit. I. p. 23. sqq. qui eam quoque edidit. add. *I. Ch. Wolf.* l. mem.]

rr) *Socrates* VII. 15. de Hypatia: Ἐπὶ τοσοῦτον προὔβη παιδείας, ὡς ὑπερακοντίσαι τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους, τὴν δὲ Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβὴν διαδέξασθαι, καὶ πάντα τὰ φιλόσοφα μαθήματα τοῖς βουλομένοις ἐκτίθεσθαι. Διὸ καὶ οἱ πανταχόθεν φιλοσοφεῖν βουλόμενοι κατέτρεχον παρ' αὐτήν etc. Eadem ex Socrate hist. tripartita XI. 12. et *Nicephorus* XIV. 16. *Philostorgius* VIII. 9. παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξασκῆσαι τὰ μαθήματα, πολλῷ δὲ κράττω γενέσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ μάλιστά γε περὶ τὴν ἀστροθεάμονα τέχνην, καὶ καθηγήσασθαι δὲ πολλῶν ἐν τοῖς μαθήμασι. Suidas: τὴν φύσιν γενναιοτέρα τοῦ πατρὸς οὖσα, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς ὑπὸ τῶν μαθημάτων παιδεύμασιν ὑπὸ τῷ πατρί, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας ἥψατο ἄλλης οὐκ ἀγεννῶς. περιβαλλομένη γὰρ τρίβωνα ἡ γυνὴ καὶ διὰ μέσου τοῦ ἄστεος ποιουμένη τὰς προόδους, ἐξηγεῖτο δημοσίᾳ τοῖς ἀκροᾶσθαι βουλομένοις ἢ τὸν Πλάτωνα, ἢ τὸν Ἀριστοτέλην, ἢ τὰ ἄλλα ὅτου δὴ τῶν φιλοσόφων. E discipulis Hypatiae fuit *Synesius*, qui eam

vt coniugii vsu abstineret. Insano plebis Alexandrinae tumultu, praefecti Alexandrini, Orestis, cum Cyrillo inimicitias ") Hypatiae imputantis, [tt] detracta de curru et misere obtruncata est a. C. 415, (non 406. vt Theophanes,) quarto anno episcopatus Cyrilli, et annis adeo 21. antequam Nestorius in exsilium pelleretur, cuius in illa suppostitia epistola fit mentio. *Fabr.*

[Eudocia in Ἰωνιᾷ pag. 357. de *Panolbio, poeta,* memorat huius ἐπιτάφιον Ὑπατίας θυγατρὸς Ἐρυθρίου. *Harl.*]

Scripta Hypatiae, quae vniuersa interciderunt, Suidas commemorat haec tria:

Ὑπόμνημα εἰς Διόφαντον, *commentarium in Diophantum,* cuius arithmeticum opus adhuc habemus, et de quo dixi libro IV. cap. 27. [vol. V. p. 642.]

Ἀστρονομικὸν κανόνα, *canonem astronomicum.*

Εἰς τὰ Κωνικὰ Ἀπολλωνίου ὑπόμνημα, *commentarium in conica Apollonii,* Pergaei, de quibus dixi lib. III. cap. 22. [vol. IV. p. 203.]

Ita distinguendus et intelligendus Suidae locus, qui in editis male habetur. Neque placet Kusteri lectio: ὑπόμνημα εἰς Διοφάντου ἀστρονομικὸν κανόνα. Nam inter astronomos numquam celebris fuit Diophantus, ἀλλὰ arithmeticorum.

Prouerbium Ὑπατία ἄλλη, pro docta et singularis ingenii foemina, occurrit apud *Nicephorum Gregoram* VIII. 5. Hist. Epigramma vetus ineditum in Hypatiae laudem adferri ad Philostorgium scribit Menagius, sed non aliud a Gothofredo producitur, quam quod

eam magnis mactat laudibus epist. 16. 135. 153. Vide et epistolam 15. vbi hydroscopium [de quo v. *I. Chr. Wolf.* l. c. pag. 74. not. 87.] ab ea mitti sibi petit, et 33. 80. 124. et 10. vbi per eam condiscipulos quondam suos, τοὺς μακαριωτάτους ἑταίρους salutat, ex quibus epist. 16. nominat *Theotecnum* et *Athanasium*, ipsam Hypatiam διδάσκαλον adpellans.

ss) Suidas in Ὑπατία ex vita Isidori, a Damascio scripta. *Fabr.* *Wernsd.* l. c. negat, Hypatiam fuisse *Isidori*, philosophi, vxorem, aut illam, Isidoro desponsam, ante nuptias periisse, (vti quidem etiam *Tolandus* in Tedradymo pag. 121. opinatur;) nam, dum *Isidori*, Alexandrinae s. neo-platonicae sectae adseclae, Gazaque oriundi et saeculo V. clari, vitam fusius enarrat, demonstrat, per temporum rationes Isidorum Hypatiae matrimonio iunctum esse non potuisse, immo vero illum, sub initium saeculi sexti forte vita defunctum, Hypatiae aetatem plane non adtigisse. Idem probat Bruckeri coniecturam, a Suida diuersas separatasque Damascii de Hypatia et Isidoro narrationes vna orationis serie exscriptas esse et imprudenter coniunctas; refutat autem Bruckerum, qui natalem Isidori in a. 465. mortem vero in medium saeculum sextum reiicit. Adde Hypatiae laudationem, (Eloge en abregé,) in biblioth. germanique tom. III. p. 157. *Harl.*

tt) Vide *Valesium* ad Socratem pag. 86. *Gothofredum* ad Philostorgium p. 339. Minus est credibile, quod scribit *Hesychius illustris* et ex eo Suidas, tam grauia illam esse passam διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας· vel quod Philostorgius, διασπασθῆναι τὸ γύναιον ὑπὸ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευόντων. Veriora videntur, quae Socrates atque ex Damascio idem Suidas retulit.

quod ipse ex lib. I. Anthologiae cap. 76. pag. 159. edit. Wechel. adscripsit, et Gothofredus praeter rem adpellat ἀνέκδοτον, male etiam pro τῶν λόγων εὐμορφία, quomodo et meus codex MS. anthologiae membranaceus exhibet, legens εὐφημία vel εὐφορβία.

XI. SYNESIVS, Cyrenaeus, [uu]) ex nobili familia, ingenium felix tum in patria, tum Alexandriae, vbi Hypatiam audiuit, doctrina omnifaria ita excoluit, vt eloquentiae graecique carminis laude valeret, et disciplinarum omnium ac philosophiae, (Platonicae praesertim) adprime peritus esset. Etiam cum laude iampridem legatione ad imp., Arcadium, a. C. 397. patriae nomine functus fuerat, quando Theophili, archiep. Alexandrini [vv]) suasu baptismum [?] suscepit, christianaque amplexus sacra et ab eodem Theophilo a. C. 410. licet inuitus, [ww]) episcopus ordinatus est, (non Cyrenes, [xx]) vt Photius cod. XXVI. scribit,) sed Ptolemaidis, quae Libyae Cyrenaicae, siue, vt tunc adpellabatur, Pentapoleos metropolis fuit. Noluit tamen vxorem dimittere, [yy]) et resurrectionem futuram corporis [zz]) persuadere sibi non posse professus est, quam postea demum episco-

uu) Diligentissime de Synesii vita et fatis studiisque *Tillemontius* tom. XII. memor. ecclesiast. p. 499. seq. *Fabr.* Add. *Theodori Metochitae Logothetae* opus de rebus philosophicis, politicis etc. in cod. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 222. sq. — *Eudociam* in Ἰωνιᾷ pag. 388. sq. — Pourtraits et Vies des Hommes illustres Grecz, Latins et Payens recueilliz — par *Andre Thevet,* premier Cosmographe du Roy. à Paris. 1584. fol. tom. I. de quo opere raro v. Thesaur. bibliothec. tom. II. Norib. 1738. p. 549. — *G. Cauei* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 389. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. III. p. 262. *Bruckeri* hist. crit. philos. tom. III. p. 511. sqq. et in Adpend. siue vol. VI. p. 552. de Synesio et Pseudo-Dionysio Areopagita, eiusdemque philosophia. Nam *Maturin Veissiere la Croze* in Hist. du Christianisme d'Ethiopie lib. I. p. 10. sqq. per coniecturam efficere conatus est, Synesium, et philosophum pseudonymum, qui *Dionysii Areopagitae* nomen mentitus est, vnum eundemque esse scriptorem: sed eius rationes vberius examinauit reiecitque *Brucker.* III. pag. 507. sqq. *R. Ceiller* Hist. gen. des aut. eccl. tom. X. p. 496. — *Luc. Holstenii* diss. de Synesio cum *Theodoreti* et *Euagrii* hist. eccl. Cantabr. 1720. fol. p. 612. sq. — *Wernsdorf.* diss. I. de Hypatia pag. 18. sqq. *Hambergeri* zuv. Nachr. III. pag. 119. sqq. *Saxii* Onom. I. p. 467. sq. *Montuclae* hist. mathes. tom. I. part. I. lib. V. §. 8. pag. 326. — Historiolam de *Synesio,* episcopo, et *Euagrio,* philosopho, ex cod. Barocc. bibl. Bodlei. gr. et lat. edidit *Car. Christian. Woog.* Lipsiae 1758. 4. *I. G. Heineccii* disp. de philosophis semichristianis, (in quorum classem is refert Synesium) Halae 1714. 4. §. 24. p. 50. sqq. *Harl.*

vv) *Theophilus* in episcopatu Alexandrino a. C. 385. successit Timotheo, defunctusque a. 412. successorem habuit Cyrillum, Alex. Ad hunc Theophilum plures Synesii epistolae.

ww) Vide *Lucae Holstenii* diss. III. Euagrio Valesii subiectam, quae est de Synesio et fuga episcopatus, *Antonium Pagi* in critica Baroniana ad a. C. 410. nr. 37. p. 602.

xx) *Blondellus* de episcopis et presb. pag. 68. *Tillemontius* tom. XII. memor. p. 516.

yy) *Synes.* epist. 105. pag. 248. seq. *Valesius* p. 61. ad Euagrium. [*Bruck.* III. p. 512. sqq.]

zz) De animae immortalitate atque ζωῇ μετὰ μοίρας Hymn. III. vers. 286. persuasus, vt Platonicus existimauit, corpus carceris modo illi, quae pridem praeexstiterit, in poenam datum esse, adeoque per mortem ab illo animum iterum liberari.

episcopus a) agnouit. Etiam Euagrium, philosophum, ab ethnica superstitione ad Christi nomen perductum a Synesio legas in Ioh. Moschi prato c. 195. Quamdiu vixerit, non adeo adcurate licet definire, licet vltra annum 430. non produxisse vitam constet vel ex eo, quod Euoptius, frater minor natu Synesii et successor episcopus Ptolemaidis concilio Ephesino a. C. 431. interfuit. Scripta eius si euoluas, non ab re factum videbis, quod a Casaubono b) *suauissimus* dicitur *philosophus, et piarum delicium musarum:* ab Heinsio c) *antiquarum elegantiarum magnus imitator:* a Caussino d) denique, *qui Platonem, Demosthenem, Pindarum, christiano ore loquentes inducit.*

Gesnerus in bibliotheca pag. 606. b. adlatis Ludouici Viuis verbis: *Philostratus floridus ac picturatus: dilucidus magis et simplex Libanius: ex nostris Synesius elaboratus, et translationibus paullo obscurioribus frequens.* Subiungit: *quasi vero latine scripserit Synesius.* At Viues *nostros* non Latinos hic adpellat, verum Christianos.

XII. Scripta eius, quae exstant, haec sunt:

1. Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρκάδιον περὶ βασιλείας pag. 1—32. *de regno* bene gerendo *ad Arcadium, imperatorem*, vndeuiginti annos natum, biennio post Theodosium magnum, ipsius parentem, exstinctum dicta [?] oratio CPoli circa a. C. 397. e) quum, (necdum episcopus,) Cyrenis missus esset ad coronae aureae munus illi offerendum. Ἐμέ σοι πέμπει Κυρήνη, στεφανώσαντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλήν, φιλοσοφίᾳ δὲ ψυχήν, inquit pag. 2. Scythas, h. e. Gothos, remouendos et senatu, dignitatibus, castris, domibus arcendos monet p. 22. seq. nec obscure perstringit Rufinum, illis indulgentem pag. 24. et eos a Theodosio in belli ac ciuitatis societatem receptos dolet τοὺς παλαμναίους Ῥωμαϊκῆς, *pestes romani imperii* p. 25. Meminit huius scripti Synesiani *Photius* cod. XXVI. et *Nicephorus* XIV. 55. qui perperam tradit, Theodosio iuniori dicatam esse. Idem error *Euagrii* lib. I. c. 15. nisi προσφωνητικὸς πρὸς Θεοδόσιον, illi memoratus, alius sit, iam deperditus, ac per Theodosium Theodosius Magnus ab eo intelligatur.

Ante *Cornarium Petauiumque* latine vertit *Ioach. Camerarius* additis notis et praemissa de Synesio narratione. Lipsiae in offic. Val. Papae 1555. 8. Francof. 1583. 8. [in *opusc. moralibus* a filio Io. Camer. med. Noriberg. editis. v. *Freytag* adpar. litter. III. pag. 502. sqq.]

Ioannes

a) *Euagrius* lib. I. c. 15. *Photius* cod. XXVI. *Nicephorus* XIV. 55. *D. Martini Chladenii* diss. qua Synesii Θεολογήματα, Witeberg. 1713. 4. et exercitatio *Petri Adolphi Boysen*, qua φιλοσοφήματα Synesii adtinguntur, prodiit Halae Sax. 1714. 4.

b) *Casaub.* praef. ad epistolam Greg. Nysseni.

c) *Heinsius* p. 16. ad Hesiodum.

d) *Caussin.* III. 14. de eloqu. sacra et profana.

e) Vide *Iac. Gothofredum* ad legem *quisquis* pag. 77. seq. et *Tillemontium* tom. XII. memor. pag. 509. *Fabr.* — Synesium a. C. 399. cultissimam *de regno* orationem recitasse, *Saxius* l. c. autumat secundum verisimilem argumentationem *Pagii* in crit. Baron. ad a. Ch. 399. nr. XIX. p. 319. tom. VI. add. *Petauii* adnot. ad Synes. de regno, pag. 1. *Harl.*

Ioannes Zamoſcius, Stanislaus Ilouius, Polonus. Venet. 1563. 4.

Gallice *Daniel d'Ange,* graecae linguae profeſſor, Paris. 1555. 8.

[Exſtat haec oratio *Paris.* in bibl. publ. codd. nouem; — in cod. *Coislin.* CCXLIX. fol. 150. teſte *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 303. — *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XXVII. nr. 22. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 547. Plura interdum *Synesii* ſcripta ſimul ſunt in vno eodemque codice: quae breuitatis ſtudio hic memorare iuuat: In eadem bibl. *Laur.* cod. VI. nr. 2—10. plut. 55. de regno et alia Syneſii opuſc. nec non in cod. LV. nr. 3—12. eiusd. plutei. — in cod. VI. nr. 12—17. (v. *Bandin.* II. p. 241. 269. et 591. ſq. plut. 60.) — in cod. XIX. nr. 3—8. plut. 80. (*Band.* III. p. 2.8.) — effata quaedam *Synesii,* inter ſententias VII. ſapient. in cod. VIII. nr. 22. (*Bandin.* III. pag. 325.) — *Venetiis* in bibl. Marciana cod. CCLXIV. ſunt *Synesii* opera, quae a Fabricio h. l. recenſentur, nr. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 10. 11. — in cod. CDXXII. ſunt nr. 1. 2. 3. 5. 6. 8. 10. — in cod. CCCCXXXVI. ſunt nr. 3. 5. 7. 8. 9. 10. — *de regno* in cod. DXIV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 130. 206. etc. — In bibl. quondam *Vffenbach.* Francof. ad M. cod. VI. ſunt nr. 8 9. 10. 11. et 12. — v. *I. H. Maii* bibl. Vffenbach. mst. p. 426. ſq. — *Vindobon.* inter codd. quondam Seb. Ericii, dein in bibl. caeſar. illatos, *Synesii* or. *de regno;* eiusdem *Dion* et *de prouidentia* libri II. poſtea inter codd. philoſoph. numeratur cod. XIV. v. *Lambec.* et *Kollar.* comment. IV. pag. 504. et clarius recenſentur illi libri in vol. VII. pag. 82. ſq. — Eadem opuſc. *Romae* in quatuor codd. bibl. Vatic. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. pag. 69. — In cod. regio *Matrit.* LXIX. hoc ordine ſunt Syneſii plura ſcripta, cum aliquot ſcholiis notisque margin. 1) caluitii encomium; 2) Dion; 3) Aegyptii ſ. de prouidentia, ſermones duo, cum προθεωρίᾳ ſ. praefatione; 4) ad Paeonium ὑπὲρ τοῦ δώρου· τὸ δὲ ἦν ἀστρολάβιον· 5) de inſomniis, cum praefatione; 6) de regno, περὶ βασιλείας· ad oram cod. exteriorem ab antiqua manu exarata eſt haec inſcriptio: λόγος εἰς τὸν αὐτοκράτορα περὶ βασιλείας· et ſupra alteram illam inſcriptionem antiquior legitur nota, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἀρκάδιον· vnde, iudice *Iriarto,* qui illum cod. recenſet pag. 247. ſqq. cat. codd. gr. Matrit. pag. 248. firmatur Petauii ſententia, hanc orationem ex eius argumento, non ex titulo codicis vllius msti auctoritate praedito, imperatori, *Arcadio,* non, vt tradit Euagrius, *Theodoſio,* fuiſſe inſcriptam; 7) epiſtolae. — Inter codd. Mendozanos Syneſii oratt. et epiſtolae; teſte *Iriarto* l. c. pag. 277. — inter codd. *Eſcorial. orat. aduerſus Andronicum* et caluitii encomium, v. *Plüer.* itiner. per Hiſpan. pag. 190. — *Oxonii* in bibl. Bodlei. inter codd. Barocc. cod. XIII. quaedam de *Syneſio* et Euagrio. — cod. LVI. *Syneſius* de regno, tum, eiusdem epiſtolae, vtraque Cataſtaſis, caluitii encomium, Dion, de prouidentia ſermo; ad Paionium de munere, et hymni III. IV. X. — cod. CXXV. de regno, cataſtaſis, et epiſtolae. — cod. CXXXIX et cod CCXIX. quae numerantur a Fabricio, omnia, praeter hymnos et in cod. poſter. etiam praeter epiſtolas. — In eadem bibl. Bodlei. nr. 6942. catal. a Treatiſe of the Philoſophers Stone, by *Syneſius* the Greek Abbot. — *Dublin.* inter codd. collegii S. Trinit. nr. 428. excerpta ex Syneſii epiſtolis et hymnis. — Quaedam *Synesii* in bibl. *Wratislav.* Rehdinger. teſte *Krantz* in Memor. bibl. publ. Wratisl. pag. 83. — *Monachii* in bibl. elect. cod. CLXII. de regno et alia Syneſii ſcripta. — in cod. CCXLVI. Syneſii oratt. et hymni. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 63. et 84. — *Auguſtae* Vindel. in aliquot codd. plurima Syneſii opuſc. v. *Reiſeri*

indicem

indicem MSSt. bibl. August. pag. 73. 77. et 87. et eius or. ad Arcadium ac liber de somniis ibid. p. 86. — Secundum Montfauc. bibl. bibl. MSSt. Mediolani Ambros. cod. de regno de vita solitaria, carmina et alia Synesii opuscula; et in alio cod. Synesii opp. (tom. I. pag. 504. A. et 528. D.) — in bibl. Guil. Pelliserii, Synesii opp. (tom. II. p. 1199. B.) et ita in multis aliis codd. bibliothecarum in illo opere memoratarum. *Harl.*]

2. Δίων, ἢ περὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν διαγωγῆς. pag. 35 — 62. *Dio siue de suo vitae instituto*, qui Dionis Chrysostomi exemplo pro sophista philosophus esse et solidae omnis eruditionis sectator elegit. Estque hic liber scriptus circa a. C. 404. non diu post initum connubium, [f]) insignis quaedam liberalis doctrinae ac philosophiae commendatio ac diserta, cuius facit mentionem *Synesius* epist. 153. vbi inuidis et velut inutilium rerum studiis occupatum calumniantibus hoc scriptum se opposuisse testatur. Docet autem Synesius, frustra ad philosophiam adspirare rudes bonarum disciplinarum, δεῖ γάρ τοι πρῶτον ἀποδῦναι τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι πρὶν δᾳδουχῆσαι, καὶ δᾳδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι. pag 52. Sophista ipsi est ὁ δόξαν ἀντ' ἀληθείας ἐρανιζόμενος. pag. 55. Hoc scriptum ad filium suum direxit pater, quem proximo anno nasciturum, et cuius spem sibi a DEO factam ait pag. 41. 58. quemque adloquitur pag. 59. et 61. Cum *Dionysii Petauii* [g]) versione, qui post *Cornarium* vertit, praemittitur dissertationibus Dionis Chrysostomi [P] graece et latine editus a *Fed. Morello* Paris. 1604. fol. Hunc veluti gustum interpretationis suae Synesianae praemissum ad litteratorum hominum palatum fuisse scribit Petauius in praef. ad Synesium, editum demum integrum graece ac latine a. 1612. [Est in octo codd. bibl. *Paris.* et de aliis codd. vid. ad nr. 1.]

3. Φαλάκρας ἐγκώμιον, pag. 63 — 87. *Encomion caluitii*, siue, vt pag. 67. ipse argumentum illius exponit, *viro caluo* [h]) *nequaquam esse erubescendum.* Oratio ingenii ac doctrinae picta luminibus, a caluo [i]) scripta, oppositaque κόμης ἐγκωμίῳ, quod Dio Chrysostomus scripserat, sed hodie desideramus. Meminit illius praeter Suidam et Synesium, (qui plura ex eadem confutaturus repetit,) *Ioannes Tzetzes* Chiliad. XI. 725.

ὡς ὕστερον Συνέσιος ἐγκώμιον Φαλάκρας
ἀνθ' ὧνπερ ὁ Χρυσόστομος ὁ Προυσαεὺς ὁ Δίων
πολὺ τελῶν παλαίτερος αὐτοῦ τοῦ Συνεσίου
ῥητορικῶς συνέγραψεν ψόγον κατὰ Φαλάκρας.

Isla..

f) Vid. epist. 105. pag. 248. 249. [?] Palemoni. pag. 512. 513.

g) Morellus *Dionysium Paetum* adpellat pro Petauio. *Fabr.* Sed *Niceron.* in Mem. viror. doct. (ex versione *Baumgarten.* german. tom. I. p. 1 sq. sq. et 232. sq. contra Fabricium monet, Petauium (*Petau,*) iuuenem, reuera nomen suum scripsisse in titulo huius versionis, et alibi, *Dionysius Paetus.* *Harl.*

h) Φαλακρὸν ἄνδρα. Petauius *homini caluo* reddit; sed virum de industria posuit Synesius, quoniam Dio, contra quem disputat, conatus erat demonstrare, viros potius, quam foeminas decere comam. Vide pag. 83. [?]

i) Vide pag. 66

Latine vertit ante Cornarium ac Petauium *Ioannes Phrea*, Britannus, quae versio cum scholiis *Beati Rhenani* subiecta Erasmi Moriae, excusae Basil. 1515. 1519. 4. [k]) 1521. 8. 1524. 4. 1551. 8. Exstat et graece, subiuncta Phreae interpretatione, in *Caspari Dornavii* amphitheatro sapientiae Socraticae iocoseriae tom. I. pag. 281. seq.

4. Αἰγύπτιος ἢ περὶ προνοίας pag. 88—129. *Aegyptius, hoc est, de prouidentia* liber in duas sectiones diuisus, siue vt *Nicephorus* XIV. 55. duo libri, atque, vt in προθεωρίᾳ [l]) notatum est, scripti de Tauri filiis, A. C. 400. et 401. Estque aenigmatica descriptio calamitatis publicae [(*)] illorum temporum, quae exponitur sub velamine fabulae Aegyptiae de Osiride ac Typhone, fratribus contrarii ingenii, atque quomodo in huiusmodi casibus accusanda prouidentia non sit, demonstratur, qua de re vide pag. 102. 116. 120. 125. Λόγον θαυμάσιον Suidas adpellat, meminit et *Photius* cod. XXVI. Ante *Cornarium* ac *Petauium* vertit *Esromus Rudingerus*, Papebergensis. Basil. 1556. 8. [ap. Hamberg. 1557. 8. gr. et lat. cum epist. ad Orum.] additis etiam notis. [Exstat in septem codd. Paris.]

5. Ὁμιλία, pag. 130. 131. *Homilia* breuis, quae incipit: ὢ θήσομαι τὴν πανήγυριν ἄφωνον, dicta in festali panegyri, monens, dies festos sobrie et pie obeundos, et allegorica explicatione illustrans locum Psalmi LXXV. 8. ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες etc. Nouum et vetus inter se testamentum conferens, docet, vnum eumdemque spiritum et per prophetas et per apostolos loquutum esse; sed instar periti pictoris primum, quae vellet, adumbrasse, deinde adcurate descripsisse et elaborasse: ἐν γὰρ ἔπνευσε Πνεῦμα καὶ

*) Confer *Baelii* lexicon. tom. III. p. 241.

k) In meo exemplari inscripto: *Io. Frobenius lectori S. D. Habes iterum Moriae encomium pro castigatissimo castigatius, vna cum Listrii commentariis et aliis complusculis libellis, non minus eruditis quam festiuis, quorum catalogum proxima mox indicabit pagella. Bene vale. ap. inclytam Basileam* M. D. XIX. Synesii oratio non subiecta est, sed praemissa Erasmi encomio Moriae. Hoc enim ordine sequuntur, quae insunt, opusc. 1) Ludus L. Annaei Senecae. — 2) *Synesius de laudibus caluitii.* — 3) Erasmi Rot. moriae encomium. — 4) Erasmi epist. apologetica ad Mart. Dorpium, theologum. Idem ordo est in edit. Basil. 1517. 4. quam adfert *Maittaire* in A. T. in ind. p. 375. — Exstat separatim, (vt codd. ad nr. 1. memoratos omittam.) in bibl. et codd. *Bodlei.* XXII. siue nr. 2268. cat. codd. Angliae etc. I. et cod. LXXI. s. nr. 5561. In septem codd. bibl. publ. *Paris.* — *Romae* in bibl. Vatic. bis. (*Montf.* bibl. bibl. MSS. pag. 69. D.) *Harl.*

l) Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισί, καὶ τό γε πρῶτον μέρος τὸ μέχρι τοῦ κατὰ τὸν λύκον αἰνίγματος (p. 115.) ἀνεγνώσθη, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ὁ χείρων ἐκράτει τῇ στάσει περιγενόμενος. Προσυφάνθη δὲ τὸ ἑπόμενον μετὰ τὴν κάθοδον etc. - - πρυτανευομένης οὖν ἤδη τῆς τυραννικῆς καθαιρέσεως, συμπροῆλθεν ὁ λόγος τοῖς πράγμασιν. Per Osirin intelligitur *Aurelianus*, Tauri praefecti F. in consulatu a. C. 400. Gainae praelatus. Per Typhonem *Gainas*, qui Gothis suis vnice fauit, et seditione, (de qua *Zosimus* lib. V. c. 19.) excitata Aurelianum exsilio adfecit, non diu post cum magna gloria iterum reuocatum, vt narrat *Socrates* VI. 6. Tauri praefecti mentio apud *Ammianum Marcellinum* XXII. 3. et *Sulpitium Seuerum* lib. II. cap. 56. etc. Consulatum gessit a. C. 361. Huius filius fuit ille Aurelianus, qui et ipse filium habuit, Taurum nomine, quem τὰς ἀγαθὰς Ῥωμαίων ἐλπίδας adpellat *Synesius* epist. 31. Προνοίας diuinae meminit in epistola ad Aurelianum 34.

καὶ εἰς Προφήτην, καὶ εἰς Ἀπόςολον. Καὶ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς ζωγράφους πάλαι μὲν ἐσκιαγράφησεν, ἔπειτα μέντοι διηκρίβωσε τὰ μέλη τῆς γνώσεως. Negat quoque, ſtili minutias captare vel curare in ſcriptoribus ſacris Spiritum S. οὐδὲν μέλει τῷ Θεῷ θεοφορήτου λέξεως. Πνεῦμα θεῖον ὑπερορᾷ μικρολογίαν συγγραφικήν. Fallitur Caueus, qui homiliam in Pſalmum LXXIV. ſcribit, in poſtrema editione acceſſiſſe. Nam haec ipſa eſt, quae in omnibus tribus anni 1612. 1631. 1640. graecolatinis legitur: etiam in graeca Turnebi a. 1553. et in Iani Cornarii latina a. 1560. *Fabr.* — v. ad nr. 8. — *Syneſii* homiliae duae, et conſtitutio ſ. elogium Anyſii, gr. ex bibliotheca Huralti Meſſaei, auguſti ſacrique conſeſſus conſiliarii, et lat. interprete Fed. Morello, ap. eumd. Lutet. 1600. 8. v. *Maittaire* A. T. III. p. 835. et ib. p. 846. profertur *Syneſii* φιλαδελφοι, vel *de benignitate* oratio, nunc primum gr. prodit ex bibl. regia cum latina *Fed. Morelli* verſione Paris. ap. Fed. Morel. 1604. 4. De orat. de benignitate, ſiue *Philadelphi,* quae eſt in cod. MMCMLXXXVIII. nr. 4. *Paris.* bibl. publ. v. infra, nr. XIV. de illa oratione. — Homiliae in quinque codd. gr. *Paris.* bibl. publ. *Harl.*

6. Περὶ ἐνυπνίων pag. 132 — 158. *De inſomniis* liber, quem epiſt. 154. ad Hypatiam mittens, his verbis deſcribit: θάτερον δὲ Θεὸς καὶ ἐπέταξεν καὶ ἀνέκρινεν, ὃ τῇ φανταςικῇ φύσει χαριςήριον ἀνατέθειται. Ἔσκεπται δὲ ἐν αὐτῷ περὶ τῆς εἰδωλικῆς ἁπάσης ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἄττα προκεχείριςαι δόγματα τῶν οὔπω φιλοσοφηθέντων Ἕλλησι. Meminit *Nicephorus* XIV. 55. Ab deorum cultore adhuc ſcriptum eſſe nec negauerim cum Caveo, nec cum aliis viris doctis praefracte [?] adfirmauerim, licet in hanc ſententiam animus magis inclinet, atque id a *Nicephoro Gregora* etiam videatur probari, qui hunc librum graeco commentario illuſtrauit inſcripſitque Theodoro Metochitae, Magno Logothetae, vt e MSS. caeſareis regiisque *Lambecius* et *Boiuinus* obſeruarunt. m) Commentarius ille in Petauia-

m) *Vindobon.* in cod. caeſ. CXLII. nr. 1. *Syneſii* — *de inſomniis* cum *Nicephori Gregorae* praef. ad Magnum Logothetam, *Theodorum Metochitam*, et expoſitione partim marginali, partim interlineari. v. *Lambecii* comm. VII. p. 558. ſq. et Lamb. dignum cenſet illum cod. qui conferatur cum edit. *Petau.* — Ibid. in cod. LXVIII. nr. 9. ſunt *Mathuſalae*, alias dicti Μαχάρος, ſ. *Machiris*, monachi montis Sinai, collectanea varia, in his excerpta ex *Syneſii* libro de inſomniis. — Liber ipſe *Syneſii* eſt in nouem codd. bibl. publ. *Paris.* et in cod. quidem DCCCXXX. nr. 5. atque cod. MMDCXXIX. nr. 11. cum praefat. et commentario perpetuo *Nicephori Gregorae*, coniectis paſſim inter lineas ſcholiis miniatis: in cod. DCCCXXXI. nr. 7. cum *Nicephori Greg.* commentariis: et cod. MMCMLXXXIX. cum gloſſis paſſim inter lineas miniatis. — *Auguſtae* Vindelic. de inſomniis, vna cum expoſitione *Nicephori Greg.* et in alio cod. ſine illo commentario, teſte *Reiſero* in ind. MSSt. bibl. Auguſt. p. 81. et 86. — *Monachii* in bibl. elect. cod. CLXII. fin. et cod. CCXLVI. *Nicephori Greg.* in inſomnia Syneſii expoſitio ad Palaeologinem. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 63. et 84. — *Taurini* in bibl. quondam regia cod. CXII. de inſomniis, cum Niceph. Greg. commentario, additis etiam interlinearibus nonnumquam gloſſis. v. cat. codd. gr. Taur. p. 216. — *Venetiis* in cod. Marc. CCCCXXII. Syneſius de inſomniis, et in margine comment. cuius init. ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 206. — *Veronae* in muſeo Io. Saibantae, teſte *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. p. 490. A. — *Romae* in bibl. *Vaticana* in II. codd. Petauin. teſte eod. ibid. pag. 69. — In bibl. *Bodlei.* inter codd. Henr. Sauilii nr. 6558. *Niceph. Greg.* comment. in Syneſium de inſomniis. — *Matriti* in bibl. reg.

tauiana Synesii editione exstat p. 239. 247. cum latina versione *Antonii Pichonii,* Paris. 1586. 8. pridem edita et ibid. 1601. 8. a *Fed. Morello* recognita. Sed in limine Nicephorus ille male vocatur patriarcha CPolitanus, quum priuatam vitam vixerit et in monasterio consenuerit, defunctus a. C. 1359. vt notare me memini lib. V. c. 5. pag. 300. Synesii liber MS. in *Montf.* bibl. *Coisliniana* pag. 228. Graece lucem viderat Venetiis 1518. 8. apud Aldum, vna cum Artemidoro. n) Inde cum Gregorae commentario graece vulgauit Turnebus inter Synesii opera Paris. 1553. fol. Latine Synesium de insomniis ante Cornarium, Petauiumque vertit a. 1489. *Marsilius Ficinus* dicauitque Petro Medici, recusum Venet. 1497. 1516. fol. et cum Augerii Ferrerii, Tolosatis, libello eiusdem argumenti Lugd. 1541. forma minore, [ed. Lugd. 1549. 16. *Haller.* in bibl. anatomica tom. I. p. 123. citat de libroque iudicat] et inter *Ficini* opera tom. II. pag. 919. Paris. 1641. fol. *Praeter ceteros adhortatus est, non quicquam scripsit in arte* (somniorum interpretandorum) *ad illius studium Synesius: ob quem etiam nos Synesiorum somniorum interpretationem adpellauimus.* Haec *Hieronymus Cardanus* in limine somniorum Synesiorum, quae libris quatuor edidit Basil. 1562. 4. recusis tomo V. operum Cardani, Lugd. 1663. fol. *Fabr.* conf. *Morhof.* polyhist. tom. II. libr. III. 1. §. 8. p. m. 456. *Harl.*

7. Ἐπιστολαί, pag. 159—294. *Epistolae CLV.* Licet enim in enumeratione singularum numerus 101. omissus, vicissim 129. bis positus est. o) Plures legisse videtur Nicephorus:

reg. cod. LXXXIV. fin. cum particula comment. Niceph. Gregorae, ab initio. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 347. *Harl.*

n) De edit. Ald. 1518. plura dabit tibi *Clement* in biblioth. cur. histor. et critique tom. II. pag. 150. — Editionem *Marsilii Ficini* latinam cum *Iamblicho* de mysteriis — *Proclo* etc. 1483. quam citat Fabric. supra, vol. V. p. 763. ignorant *Maittaire*, *Goetz.* in mem. bibl. Dresd. I. pag. 492. qui ed. a. 1497. recenset, *Panzer* aliique. Aeque dubia esse videtur edit. a. 1489. Contra edit. Venet. a. 1497. cum Iamblicho —, Proclo —, Porphyrio —, Psello aliisque ex versione Marsilii Ficini. Venet. in aedibus Aldi M. III. D. fol. principem esse indicat cel. *Panzer* A. typ. III. p. 420. sq. vbi plures laudat, qui vberiorem illius dederunt notitiam. add. catal. librorum rarissimorum etc. s. a. et l. pag. 53. sq. Serie dell' Ediz. Aldine, pag. 6. sq. *Denis* memor. bibl. Garell. pag. 167. sqq. In cat. Libl. Ducis de la Valliere, tom. I. p. 375. sq. duo exemplaria eiusd. editionis, (quae *premiere edition* vocatur,) a. 1497. plene citantur, in quorum quidem altero *Synesius de somniis* memoratur in inscriptione; in altero autem omittitur. De *Marsilio Ficino* v. supra, vol. I. p. 52. — De repetita *Synesii* de somniis, Iamblichi et reliquorum edit. Aldina, Venet. 1516. fol. v. *Panzer* vol. VIII. p. 434. nr. 795. — *Synesii liber de insomniis*, ad fidem optimorum codd. emendatus, *graece*, et seorsim latine, interprete *Anton. Pichonio*, regio litterar. graecar. professore apud Turonenses, cum eiusd. notis, et *Nicephori Gregorae* commentariis, latinitate nunc primum ab eodem donatis. Lutet. ap. Fed. Morel. 1586. 8. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 796. *Harl.*

o) Idem quoque de numero epistolarum in edit. Petau. omnino esse CLVI. non, CLV. vt ipsa prae se fert editio, obseruat *Iriart.* in cat. codd. graec. Matrit. p. 252. de cod. LXIX. in quo sunt a pag. 99. vsque ad fin. *Synesii* epistolae CLIV. quibus post epist. XLVIII. accedit alia et peregrina atque ad marginem num. μθ'. i. e. XLIX. notata, *epistola Amasidis Aegypti regis ad Polycratem*, — — *quorum etiam Synesius in hac epistola* meminit. Haec vero, ait Iriarte, apud Herodoti Thaliam occurrit; vnde in Aldinam aliasque epistolarum graecarum collectiones transscripta

phorus: nam inter Synesii scripta primo loco memorat Ἐπιςολῶν βιβλίον, ἅπερ εἰσὶ πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, *epistolas ad CLX.* Etiam *Photius* cod. XXVI. meminit epistolae ad Theophilum Alex. quae hodie non exstat. Κομψῶς καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημένας, hoc est iam scriptas ab episcopo, notat *Euagrius* lib. I. c. 15. et ex eo *Nicephorus.* *Suidas* θαυμαζομένας celebrat, et *Photius* cod. XXVI. ait, eas χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀποςάζειν μετὰ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν ἰσχύος καὶ πυκνότητος. Graece primum una cum aliis Graecorum epistolis [p]) edidit Aldus, Venet. 1499. 4. Deinde Turnebus cum aliis Synesii scriptis Paris. 1553. fol. Latine itidem inter Synesii opera *Ianus Cornarius* vulgauit Basil. 1560. Separatim cum sua versione *Thomas Naogeorgus,* Straubingensis, quem non raro [?] grauiter labi notauit *Meursius* glossario graecobarbaro in Ῥεβαίεβος. [q]) Hinc, collatis codd msstis

scripta est. Ea igitur in Petauii edit. non comparet. Singulas illas epist. vt plurimum cum glossis interscriptis et adnotationibus scholiisque ad margines frequentissimis recenset Iriarte a p. 248. singularumque initia et discrepantiam ab editis adnotat. Desunt vero in illo cod. duae edit. Petau. postremae epp. ad Domitianum Scholasticum. — *Romae* in bibl. Vaticana, inter codd. Petau. epp. gr. cum interpretatione Dionysii Augiensis, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 69. *D.* — Codices multos, in quibus Synesii aliorumque reperiuntur epistolae, supra enumeraui in vol. I. p. 666. sqq. quibus addes collectionem multarum epistolarum in cod. *Naniano* CCLXXVIII. vbi p. 150. aliquae sunt *Synesii* epp. v. catal. codd. gr. Nan. pag. 460. sq. — *Taurini* in bibl. quondam regia cod. CLXXII. — CLXXIX. — 11. epp. in cod. CCXXXIX. — 157. epp. eodem fere, quo in editis, ordine, in cod. CCCXXIX. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 259. 266. 363. et 412. — In alio cod. *Escorial.* epistolae 146. cum glossis; in alio epp. 14. v. *Plüer.* itiner. per Hisp. pag. 190. — *Monachii* in bibl. elect. cod. XCVI. *Synesii* epistolae 157. cum aliorum epistolis. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 36. — In alia collectione *Augustae* Vindel. *Syn.* epistolae, et in alio codice *Synesii* epp. cum scholiis, teste *Reisero* in indice, s. catal. codd. August. pag. 84. et 87. — *Vindobonae* in cod. caesar. CCXCII. nr. 12. sex *Synesii* epistolae, quarum tertia, (in Petauii ed. epistola 33. sine nomine Hypatiae,) inscripta est τῇ φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ· v. *Lambec.* comm. V. p. 526. sq. — *Paris.* in bibl. publ. sunt Synesii epp. in XXII. codd. — Inter codd. *Eparchi* quaedam ex Synesii epp. v. infra, vol. X. p. 480. *Harl.*

p) Vide supra lib. II. cap. 10. *Fabr.* p. 417. sqq. vet. ed. in nostra autem edit. vol. I. p. 682. Sed fere omnia h. l. repetierat Fabric. Haec tantum omisit h. l. „Transtulit etiam nonnullas epp. *Petrus Nannius,* Alcmarinus;" et „Praeterea, ni fallor, Synesio nostro tribuitur epistola ad Dioscorum, Serapidis Alexandrini sacerdotem, siue *scholia ad Chemicum Democriti librum,* in edit. operum Synesii recte omissa, de qua ep. dixi libro sexto, in recensione scriptorum variorum chemicorum." — De collectione epistolarum etc. Aldina a. 1499. 4. v. supra, vol. I. p. 676. sqq. et cl. *Panzeri* A. T. vol. III. pag. 460. vbi plures laudat VV. DD. *Harl.*

q) *Naogeorgi* editio inscripta est: *Synesii,* philosophi ac episcopi Ptolemaidis Cyrenaicae, epistolae lectu dignissimae, in vtriusque linguae studiosorum gratiam gr. ac lat. editae. *Thoma Naogeorgo,* Straubingensi, interprete. Basilea per Io. Oporin. In calce: finis epistolarum Synesii 25. Aprilis 1558. 8. Numerantur epp. 156 — *Synesii* epistolae quaedam breues et Laconicae. Graece, Lutetiae, ap. Fed. Morellum, 1581 4. (*Maittaire* A. T. III. pag. 782.) — *Synesii* epistolae et *Pythagorae* carmina, gr. Andegaui, ap. Ant. Hernault 4. sine a. nota, in biblioth. Askeuiana p. 120. nr. 3117. — *Synesii* ep. XLIV. in *Io. Patusae* encyclopaedia philolog. vol. I. p. 278. — *Synesii* epp. ad Simplicium, Heliodorum, ad fratrem tres, et vna ad Theodorum, medicum, in: Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιςολῶν ἀνθολογία. Paris. ex typogr. Steph. Preuosteau. 1583. 4. — In epist. quadam ad Hypatiam (s. ep. XV.) est locus de instrumento quodam, quod Petauius se haud intellexisse professus est; *de Fermat* vero locum

mistis, cum versione et animaduersionibus *Hadr. Turnebi*, qui publicis praelectionibur eas Parisiis est interpretatus, notisque *Francisci Porti*, edente Fed. Morello, prodiere Paris. 1605. 8. [v. *Maittaire* A. T. III. p. 847.] Exstant et in collectione epistolarum graecarum cum latina versione excusa Genev. 1606. fol. pag. 169. Incipit: *liberos ego genui orationes.* At Naogeorgianae versionis hoc est exordium: *pueros ego genui libros.* Petauianae vero: *filios ego libros sustuli.* Expositionem MS. *Matthaei Camarictae* in Synesii epistolas memorat *Allatius* diatriba de Georgiis pag. 398. Epistolarum ipsarum codicem MS. insignem seruat in patria mea Lipsiae bibliotheca Paulina, ex quo non paucis locis Petauianam editionem posse emendari, monuit me, qui ante multos annos contulit, Io. Fridericus Fellerus. Ex eodem codice, cum voluptate intellexi, nouam editionem parare D. *Christianum Fridericum Boernerum*, graecarum tunc litterarum, hodie S. theologiae in academia Lipsiensi professorem dignissimum. Hic ordinem quoque temporum, *) quo scriptae a Synesio sunt, restituet, qui in vulgatis libris est, vt in omnibus fere epistolarum veterum *συναγωγαῖς*, admodum perturbatus. Synesii epistolae XXVIII. breuiores, editae graece Paris. 1577. et 1581. 8. vna cum aliis aliorum, seligente ea in tironum vsus *H. Stephano:* [r]) latine ex *Petri Nannii* versione epistolae Synesii vndecim exstant in farragine epistolarum Laconicarum Gilberti Cognati, Basil. 1654. 12. Denique *epistola ad Orum,* [s]) quam cum Aegyptio, siue libro de prouidentia, graece et latine ibid. 1656. 8. vulgauit *Esromus Rudingerus*, in editionibus operum Synesii, speciatim Petauiana legitur sub titulo: *ad Paeonium de dono Astrolabii.* In codice bibliothecae Mantuanae epistolas Synesii ad CLVII. numerari, adeoque binas esse plures, quam in editis, colligas ex Montfauconi itinere italico p. 32. licet XXX. priores ibi desiderentur.

8. Ὁμι-

locum illum explicuit sub finem libri, gallice versi, de la Mesure des eaux courantes de *Benedetto Castelli* par le Sieur *Saporta*, Castres 1664. 4. et init. libri: *Diophanti Alexandrini* arithmeticorum libri VI. Tolosae, Bern. Bosc. 1670. fol. teste Nicer. l. c. pag. 236. *Harl.*

*) Confer *Christfridi Waechtleri* epistolam, insertam actis eruditor. a. 1710. pag. 482. et *Tillemont.* in vita Synesii, tom. XII. memor.

r) In libro inscripto: *Epistolia, dialogi breves poematia,* ex variis vtriusque linguae scriptoribus 1577. 8. — Tres *Synesii* epistolae in libro: *Thomae Galleti,* presbyteri I. C. Religiosus. cui adnectuntur Sctorum aliquot varia opuscula nondum edita, eiusdem auctoris studio et opera collecta. Lugduni, sumt. Horat. Cardon. 1615. 8. in altera parte. — In conciliorum edit. reg. tom. IV. — *Labbei* tom. II. et Harduini tom. I. ad a. C. 411. est *Synodus Ptolemaidensis*, in qua *Synesius*, coacto presbyterio, Andronicum Beronicensem, Pentapolitanae prouinciae praefectum, qui edicta sua foribus ecclesiae adfixerat, excommunicauit, lata sententia, quam ad omnes episcopos misit. Ea est epistola Synesii LVIII. Quid postea sit consequutum, docet idem epistola LXXII. et LXXXIX. — Nouissima et in vsum graecae iuuentutis curata editio est: Αἱ ἐπιστολαὶ Συνεσίου τοῦ Κυρηναίου, μετὰ τῶν σχολίων τοῦ διδασκάλου νεοφύτου Ἱεροδιακόνου τοῦ Πελοποννησίου ἐκδοθεῖσαι σπουδῇ καὶ ἐπιστασίᾳ Γρηγορίου Ἱεροδιακόνου Δημητριέως τοῦ Κωνσταντᾶ, καὶ συνδρομῇ ἐν μέρει τῶν ἐντιμοτάτων κυρίων ἐλευθερίου Μιχαὴλ Ῥαψανιώτου, καὶ Ἀβραμίου Χατζῆ, Δημητρίου Ἀμπελακιώτου. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, ἐν τῇ τυπογραφίᾳ Γεωργίου τοῦ Βεντότου. αψπβ'. mai. 8. *Harl.*

s) Errorem Fabricii h. l. corrigit *Monnoye* not. ad Bailleti Iugem. tom. I. pag. 181. *Heum.*

8. Ὁμιλία pag. 295. 296. breuis *homilia* dicta *in peruigilio natalis domini.* Incipit: νὺξ ἱερὰ φῶς ἀνεγκοῦσα. Vertit *Federicus Morellus*, qui graece et latine ediderat Paris. 1600. 8. eiusque versionem Petauius seruauit. Ante Morellum graece et latine vulgauerat *Guil. Canterus* Basil. 1567. 8. apud Oporin. *Fabr.* in ed. *Synesii oratt. IV. et hymni. a Guil. Cantero,* gr. lat. add. ad nr. 5. et de codd. ad nr. 1. adnotata. — *Taurini* in cod. CCCXXIX. haec homilia, et altera, nr. 5. memorata. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 412. *Harl.*

[[P]] 9. Κατάστασις ῥηθεῖσα ἐπὶ τῇ μεγίστῃ τῶν βαρβάρων ἐφόδῳ, ἡγεμονεύοντος Γενναδίου καὶ Δουκὸς ὄντος Ἰννοκεντίου. pag. 298—303. *Concio dicta* a. C. 412. [t]) *in maximam barbarorum excursionem* Hunnigardorum, Marcomannorum, Ausurianorum, viciniam Pentapolitanam vastantium, *praefecto Gennadio ac duce Innocentio.* Graece ex Papyrii Massoni codice edidit *Fed. Morellus* Paris. 1595. [u]) 1601. 8. Latine vertit Petauius. Graece recudendam dedit D. Christianus Fridricus Boernerus, laudatus mihi paullo ante, qui praelectionibus publicis adhuc ineditis illustrauit a. 1711. 8. Primus graece et latine vulgaverat *Guil. Canterus*, Basil. 1567. 8. [in ed. nr. 8. laudata.]

10. Κατάστασις. *Concio in laudem Anysii,* Libyae praefecti [v]), pag. 304. 305. Edidit graece et latine Fed. Morellus. Paris. 1601. [w]) 8. Verterat *Petrus Morellus* Turonensis, *sed quod nonnullis in locis*, inquit Petauius, *penitus hallucinatus esset, malui interpretari ipse, quam alterius operae interpolator videri.* Ante Morellum *Guil. Canterus* graece et latine edidit Basil. 1567. 8. [v. ad nr. 8. et 9. Est in quinque codd. *Paris.]*

11. Πρὸς Παιόνιον ὑπὲρ τοῦ δώρου λόγος pag. 306—312. *de dono Astrolabii* dissertatio ad *Paeonium,* imperatori, Arcadio, carum, scripta circa a. C. 399. quum legatus patriae caussa CPoli Synesius versaretur, vt ipse docet epist. 153. ad Hypatiam. Προστέθηκα τὸν περὶ τοῦ δώρου πάλαι γενόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρεσβείας πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ δυναστεύοντα.

t) *Tillemont.* tom. XII. pag. 550.

u) *Bauer.* in bibl. libr. rariorum vniuersali, tom. IV. pag. 140. ex bibl. anon. Hag. I. p. 4. adfert edit. huius catastaseos vna cum Synesii epistola ad Troilum, gr. et lat. ap. Fed. Morel. 1585. 8. sed vereor, ne in nota anni erratum sit, loco a. 1595. cuius edit. inscriptio, teste *Maittaire* A. T. III. p. 810. sq. haec est: *Synesii Cyrenaei Catastasis* s. constitutio, in qua Pentapolis calamitas describitur, quam in maxima barbarorum irruptione pronunciauit, quo tempore principis partes Gennadius ageret, duxque Innocentius esset: graece, cum latina *Petri Morelli,* Turonensis, interpretatione et coniectaneis; eiusdem Synesii de eod. argumento ad Troilum epistola, (quae est eius epistolar. 73.) graece ap. Fed. Morell. Lutetiae 1595. 8. Interpres et editor vsi sunt cod. gr. ex bibl. Io. a S. Andrea. — Eiusdem anni nota signata est illa ed. in bibl. Barber. Leidensi aliisque. — Haec et sequens orat. sunt in cod. *Paris.* bibl. publ. MXL. — et cum duabus aliis Synesii homiliis in cod. *Taurin.* ad nr. 8. laudato. *Harl.*

v) De hoc idem pag. 547. seq.

w) A. 1600. ap. Maitt. ad nr. 5. citatum. *Harl.*

σεύοντα. Καί τι τοῦ λόγου τε καὶ τοῦ δώρου Πεντάπολις ὤνατο. *Ex oratione et ex dono fructus non omnino nullus ad Pentapolin redundauit.* Ediderat graece cum versione sua, (quam Petauius etiam seruauit,) *Fredericus Morellus* Paris. 1601. *) 1604. 8. et ante Morellum *Guil. Canterus* itidem graece et lat. 1567. 8. Meminit Nicephorus XIV. 55. *Fabr.* Est in septem codd. bibl. publ. *Paris.* et, teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. pag. 69. D. Romae, in bibl. *Vaticana.* *Harl.* [illegible]

[illegible], *Hymni decem* p. 313—348. lyrico carminis genere. Ex his quatuor [illegible] crediderim scriptos a Synesio, nondum Christiano, *) licet ita sentiat *Henricus Dodwellus* de iure Laicorum [?] sacerdotali §. 10. pag. 287. In ceteris totam Valentinianorum mataeologiam ad orthodoxam theologiam christianam aptasse, arguit *Io. Ernestus Grabe* notis ad S. Irenaeum pag. 7. Confer alia, quae in illis, licet alioqui pulcherrimis, notat *Tillemontius* tom. XII. pag. 507. [et *Brucker*. l. cit.] Primus graece edidit et latino reddidit carmine *Guil. Canterus* et cum superioribus quatuor opusculis dicauit Io. Vincentio Pinello Basil. 1567. 8. Deinde *Henricus Stephanus* cum prosaria *Francisci Porti* versione y) publicauit Paris. 1568. forma minore. Prodiere etiam graece cum versione ad calcem subiecta [illegible] Paris. 1570. 8. Vt editiones graecolatinas Lugdunensem, et nouam collegii S. I. auctam Turnonensem a. 1603. forma minore, omittam. Ex Canteriana editione recusi graece sunt Romae 1590. 8. apud Franciscum Zannettum, edente *Hieronymo Brunello* S. I. et ibid. 1599. 8. ad calcem selectorum Nazianzeni carminum et Georgii Pisidae Hexaëmeri sub falso Cyrilli Alex. nomine editi. Ex editione H. Stephani praelis graece

*) V. catal. bibl. Leident. p. 26. nr. 113. et *Maittaire* A. T. III. p. 838. *Harl.*

*) Sane in primis etiam hymnis SS. Trinitatem christiano more celebrare videtur. Vide hymn. 1. vers. 65. seq. Hymn. 2. vers. 25. seq. Hymn. 3. vers. 201. seq. praecipue vers. 222. seq. 300. seq. Hymn. 4. vers. 75. et 87. seq. 110. 117. seq. 130. seq. 164. 221. Nimirum Christianis dogmatis imbutum iam, ac de illis etiam persuasum, sed nondum baptizatum, nedum episcopum. CPoli reuersum se composuisse illos hymnos, quum per triennium pro patriae salute ibi in aula Arcadii vigilasset, satis perspicue innuit hymno III. vers. 430.

[illegible] ἐκ Θρήκης,	*Votum debitum e Thracia,*
[illegible] τὸ τρίετες	*vbi per triennium*
[illegible] ἀγυιὰν	*habitaui in vicinia*
[illegible]	*regiarum [illegible]*
[illegible] ἀνακτόρων	*terrae aedium*
[illegible] μόχθων.	*tuliquе labores.*
[illegible] δὲ πόνους	*tuli cruciatus*
[illegible]	*valde lacrimabiles*
[illegible] φέρων	*humeris ferens*
[illegible]	*matrem patriam. Fabr.*

Addere libet codicum quorumdam notitiam: Hymni nomen in cod. Bauar. *Monach.* CLXII. v. cat. codd. gr. Bau. pag. 63. — In bibl. quondam *Vffenbach.* cod. VI. hymni, quotquot exstant, omnes, sed aliter collocati, ac in editis exemplis. v. ad nr. 1. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MXXXIX. cum octo aliis Synesii libris. — *Florentiae* in cod. Laurent. VIII. nr. 2. plut. 55. decem hymni, alio quoque ordine positi. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 269. *Harl.*

y) Et cum Gregorii Nazianz. aliquot odis, v. supra, vol. VIII. p. 397. vbi etiam aliae Synesii hymnorum et Greg. Naz. odarum editt. proferuntur. *Harl.*

z) Cum *Damasceni* hymno acrosticho in Theogon. et *Gregorii Nazianz.* odis quatuor, apud Io. Benenatum. v. *Maittaire* A. T. III. pag. [illegible] *Harl.*

graece iterum subiiciendos curauit *Io. Caselius* Rostoch. 1586. 8. cum quibusdam Nazianzeni odis, et hymno Clementis, Alexandrini. Cum latina versione, (eadem, quae in Petauianis editionibus legitur,) exstant in corpore poëtarum graecorum, tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammatariorum, quod graece et latine vulgauit *Io. Lectius* Geneu. 1614. fol. tom. II. pag. 162. *Infinita sunt, quae peccat Petauius in Synesio vertendo, praesertim in hymnis,* inquit *Iac. Vindetus* libro de vita functorum statu pag. 42. qui de iisdem illustrandis cogitauit. [aa]) Gallicis versibus pridem reddidit *Iacobus de Courtin*, Paris. 1581. 12. Synesii πρὸς Θεὸν ὕμνους εὐτόνως αὐτῷ πεποιημένους laudat *Nicephorus* XIV. 55.

[P] *XIII. Index eorum, ad quos scribit Synesius.* [bb])

Ad

aa) Verum enim vero Vindeti crimen esse iniustum, quippe quum Petau. non vertisset Synesii hymnos, sed textui adiunxisset versionem *Francisci Porti*, iudicat *Niceron.* in vita Petauii, in memoriis VV. cell. tom. I. p. 235. sec. version. Baumgart. germ. — *Synesii* hymni decem et *Gregorii*, Nazianz. odae quatuor, gr. Lutet. ap. Fed. Morell. 1586. v. *Maittaire* A. T. III. p. 796. qui pag. 743. Stephanianam edit. cum aliis notat, lucem adspexisse 1568. sed in catal. Pinell. tom. I. pag. 81. nr. 496. adscribitur a. 1569. Sunt quoque epigramma et duo fragmm. inter epigrammata gr. edita a *Brunckio* tom. II. p. 449. et a *Iacobs.* tom. III. pag. 155. Anthologiae graecae. — Cl. *Ern. Frid. Car. Rosenmüller*, in praesenti Profess. linguae arab. in acad. Lips. germanice vertit et illustrauit *quintum Synesii hymnum*, atque in prooemio de vita, ingenio scriptisque illius breuiter quidem, at bene disputauit. Lips. 1786. mai. 8. *Harl.* Synesii-hymni-cum adiuncta interpret. lat. Franc. Porti Cretensis. Schaffhusii, typis I. C. Suteri. A. MDCLVII. 12. (Curauit ed. Steph. Spleissius Gymn. Scaph. Rect.) *B.*

bb) Add. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 252. sqq. *Harl.*

Ad episcopos. 58. 72,
Ad episcopum, quod Arii dogma non probaret, pulsum episcopatu. 128.
Ἑταίρῳ. 41.
Euoptio, fratri. 3. 4. 8. 18. 32. 35. 36. 38. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 65. 81. 83. 84. 85. 86. 88. 91. 94. 104. 105. cc) 106. 107. 108. 109. 110. 113. 114. 120. 122. 125. 127. 131. 134. 135. (Hic Euoptius, frater Synesii iunior, in episcopatu Ptolemaidis ei successit, atque concilio Ephesino a. C. 431. interfuit.)
Heliodoro. 17. 25. 117.
Heracliano. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145.
Herodi. 19. (cognatum suum vocat epist. 38.)
Hesychio. 92.
Hypatiae, τῇ φιλοσόφῳ. 10. 15. 16. 33. 80. 124. 153. Haec postrema respicitur a Nicephoro Gregora praef. ad librum de insomniis, vbi Synesii, ad Hypatiam scribentis, meminit.
Ioannis. 2. 44. 63. 64. 146.
Martyrio. 19.
[?] Nicandro. 1. 75.
Olympio. 45. 95. 96. 97. 98. 132. 147. 148.
Ad Orum epistola edita ab Efromo Rudingero Basil. 1556. 8.
Pentadio, Αὐγουσταλίῳ. 29. 30.
Petro, presbytero. 13.
Τοῖς πρεσβυτέροις. 5. 11.
Proclo. 70.
Pylaemeni. 48. 61. 71. 74. 87. 99. 100. 101. 102. 103. 105. 106. 129. a. 130. 133. 149. 150. 151. 152.
Simplicio. 24. 28. 129. b.
Sorori. 7. Stratonicae.
Theodoro. 7. medico. 115.
Theophilo, archi episcopo. 9. 66. 67. 68. 69. 76. 79. 89. Alexandrinum intellige.
Theotimo. 47. 49.
Troilo. 26. 73. 90. 111. 112. 118. 123.
Tryphoni. 119. licet in edit. Petauii Troilo inscribatur.
Vranio. 40.

[Sunt praeterea loca ex Synesianis excerpta in catenis patrum in Leuiticum, Numeros etc. in cod. *Coislin.* V. — in *Nicetae* collectione interpretr. in euang. Lucae; in cod. CCLXXVI. in *Io. Monachi* parallelis, (*Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 41. 251. 390.) — in *S. Maximi* locis communibus. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 440. *Harl.*]

XIV. Edi-

cc) Epistolam 105. Nicephorus historiae suae XIV. 55. inseruit.

XIV. *Editiones operum Synesii.*

Graeca Hadr. Turnebi Paris. 1553. fol. typis regiis. *Fabr.* Cum breui Turnebi dedicatione gr. ſcripta. Deſunt vero ea Syneſiana, quae ſupra a nr. 8 — 12. ſunt recenſa. — In bibl. *Pinelliana* Venet. fuit exemplar cum emendatt. msst. viri docti ſaec. XVI. Meo quoque exemplo ſunt paſſim a manu V. D. varia diuerſi generis et pretii adſcripta. *Harl.*

Latina Iani Cornarii Baſil. 1560. fol.

Et ex Petauiana editione in bibliothecis patrum.

Graecolatina Paris. 1612. fol. quae recuſa ibid. 1631. (quidam tituli 1633. praeferunt) et 1640. adiunctis Cyrilli, Hieroſolymitani, operibus. Sed notis amplioribus auctiores eſſe editiones anni 1640. quum ſcribit Caueus, virum clariſſ. memoria ſua feſellit. *Fabr.* In *Niceron.* Memoriis VV. cell. ex verſione german. Baumgartenii, in vita *Dion. Petauii*, tom. I. p. 234. nominantur edit. Opp. Syneſii, Paris. ap. Claud. Morel. 1612. fol. — Paris. ap. Car. Morel. 1631. et ibid. ap. Seb. Cramoiſy 1633. fol. atque ex poſtrema illarum editt. Syneſii opp. latine, ſine notis, recuſa ſunt in bibl. patrum Lugdun. vol. VI. a. 1677. fol. p. 67 — 163. Atque Nicer. caſtigat *Du Pin*, qui in bibl. des Auteurs eccl. tom. III. dum memorat edit. a. 1612. addit, illam a. 1640. auctiorem prodiiſſe, vna cum *Cyrilli* catecheſibus. (Atque in cat. bibl. Leidens. p. 37. iam occurrunt *Cyrilli, Hieroſolymitani*, et *Syneſii opera*, gr. et lat. ex verſione *Io. Grodecii*, aucta et emendata per *Io. Preuotium*. Lutet. Paris. 1631. fol. *Maittaire* autem A. T. III. p. 896. adfert tamquam ſeparatim edita *Cyrilli, Hier.*, *opp.* gr. lat. *Grodeccio* interprete, opera Preuotii ap. Hier. Drouart et Car. Morel. Paris. 1631. fol. et aliquanto poſt: *Syneſii Opp.* gr. lat. interprete Dion. Petau. Paris. ap. Car. Morel. 1631. fol. — tum p. 902. refert edit. Cyr., Hieroſol., opp. gr. et lat. *Io. Grodecio* interprete, emendat. a *Io. Preuotio*, ap. Seb. Cramoiſy. Par. 1640. fol. nulla tamen Syneſii mentione facta. Add. ſupra, vol. VIII. p. 442. not. *U.*) — Niceron. igitur exiſtimat, Du Pin iudicio deceptos fuiſſe Caueum et Caſ. Oudinum, dum narrant, a Petauio curatam fuiſſe catacheſeon Cyrilli editionem: verum eſſe, pergit, reperiri *Syneſii opp.* a Petauio edita cum Cyrilli opp. in vno volumine iuncta et inſcripta: *S. patris noſtri Cyrilli Hieroſ.* et *Syneſii Cyrenenſis epiſcoporum opp.* gr. et lat. Lutet. Paris. ſumt. Dionyſii Bechet. 1640. fol. ſed huius anni edit. nullam aliam eſſe quam illam a. 1633. mutato tantum primo inſcriptionis fol. ideo Du Pin non adcurate ſcripſiſſe, edit. a. 1612. recuſam fuiſſe auct. a. 1640. Illi autem ed. a. 1633. additam eſſe *adpendicem ad Syneſianas notas*, ſiue aduerſus *Io. Croii* ſpecimem coniecturarum et obſeruationum velitationem idem *Niceron.* l. c. pag. 245. prodit. *Harl.*

De benignitate, (φιλάδελφοι,) oratio, quam ſub Syneſii nomine graece et latine vulgauit *Fed. Morellus* Pariſ. 1604. 8. non eſt Syneſii, ſed inter Themiſtii orationes ſexta περὶ

 φιλαν-

φιλανθρωπίας, vt dixi ſupra cap. 44. *Fabr.* ſ. vol. VI. pag. 796. nr. 6. — conf. ſupra ad §. V. et de edit. etiam *Maittaire* A. T. III. pag. 846. *Harl.*

XV. Scripta Syneſii deperdita.

Προσφωνητικὸς *ad Theodoſium.* Euagrius lib. I. cap. 15. niſi, vt Nicephorus XIV. 55. orationem περὶ βασιλείας intellexerit, quae non ad Theodoſium dicta, ſed Arcadium, vt ſupra notaui.

[*] Poëmata varia, vt Κυνηγετικὰ, quorum meminit epiſt. 153.

Tragoediae, et comoediae, quas veterum imitatione compoſuiſſe ſe innuit in Dione ſub extrem.

Epiſtolae quaedam, vt illa ad Theophilum, Alex., cuius meminit *Photius* cod. XXVI.

XVI. Alii Syneſii.

[Syneſius, *hierodiaconus,* cuius exſtant verſus in imaginem dei matris in gena ſauciatam, ex qua ſanguis effluxiſſe dicitur, in Io. Comneni deſcriptione montis Atho, in *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 469. ſq. *Harl.]*

Syneſius Lydus, Philadelphienſis, Porphyrii tempore clarus, Androclidis pater. *Suid.* [et *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 75.] in Ἀνδροκλείδης.

Syneſius, capitis accuſatus, pro quo intercedit Gregorius, Nyſſenus, in epiſtola, quam edidit *Laur. Zaccagnius* in monumentis veteribus pag. 366.

Syneſius, Athenienſis, Hieracis frater, de quo Suidas in Αἰδεσία ex Damaſcio de vita Iſidori, philoſophi.

Syneſius, de quo *Anna Comnena* lib. VII. Alexiadis pag. 202. ſeq.

[Syneſius, *ſcholaſticus,* poeta epigramm. v. ſupra, vol. IV. pag. 496. *Harl.]*

[Syneſii duo inter melodos gr., infra, vol. X. p. 137. enumeratos. *Harl.]*

[De Syneſio, philoſopho *chemico,* v. infra, vol. XII. p. 752. ſqq. et p. 769. ſect. 34. Hunc chemicum, qui alias adpellatur *Syneſius, abbas,* haud alium eſſe, ac *Syneſium,* epiſcopum Cyren., opinatur *Curt. Sprengel* in hiſtoria medicae artis germanice ſcripta, tom. II. p. 156. ed. prior. coll. epiſtola Syneſii Cyren. ad Herculian. 142. pag. 279. praeeuntibus iam *Morhof.* in Polyhiſt. litter. I. libr. I. c. 11. §. 37. et *Lambec.* comm. de bibl. caeſar. VI. pag. 395. vbi cod. LI. recenſet continentem gr. ſcriptores de chryſopoeia in his, nr. 4. Syneſii epiſt. ad Dioſcorum. Sed negauit id *Reineſius* in iudicio de cod. Gothano etc. infra, vol. XII. p. 752. ſq. De illa epiſt. mox plura dicemus. Hic adhuc

huc alius prodeat *Synesius*, sub cuius quidem nomine editum est opusc. medicum huius sententiae:

Synesius de febribus, quem nunc primum ex codice MS. [quondam Vossiano, nunc] bibliothecae Lugduno-Batauae edidit, vertit, notisque illustrauit *Io. Steph. Bernard.* Accedit Viatici, *Constantino Africano* interprete, libri VII. pars. Amstel. 1749. m. 8. In notis multorum aliorum auctorum loca tentantur, emendantur aut vindicantur. conf. doctam censuram in nouis actis erudit. Lipf. mens. Oct. 1750. p. 589. sqq. Inter alia: „quis ille fuerit *Synesius*, inquit censor (forsan *I. I. Reiske,*) cui cl. editor eum post catalogi librorum Vossianorum auctorem tribuit, non constat; neque id ipsum constat, auctori nomen id fuisse. Forte aliunde nata ea opinio non fuit, quam ex eo, quod inuolucro codicis *Synesii* nomen inscriptum a librario fuit. Certius id est, eum sua paene omnia et verbotenus ex Arabe quodam, illo ipso, qui sub *Constantini Africani*, et *Viatici peregrinantium* nomine latine prostat, descripsisse, ita tamen, vt pauca quaedam de suo addiderit, et rectius fideliusque nonnulla, quam *Constantinus* reddiderit. Constituit hoc *Synesii*, cuius fertur, *de febribus* opusculum octo priora capita libri vltimi *de Viatico peregrinantium Constantini Africani*: qui liber quum rarior esset inuentu; visum fuit cl. editori octo illa capita ex eius semibarbara interpretatione in fine adiicere." — Librum ex arabico graece conuersum esse et haberi in *viatico Constantini Africani*, (de quo v. infra in elencho medicorum, vol. XIII. pag. 123. sqq.) subolerat Bernard: qua in sententia postea confirmatus est a Reiskio, quem per litteras consulebat: ab illo edoctus in litteris [dd]) cognouit, libellum, Synesio tributum, esse versionem particulae *viatici peregrinantis* et ab medico quodam arabe, *Abu Gjafer Ahmed, filio Ibrahimi, Africano* (siue *ol Afriki*, quod erat cognomen,) viuente sub init. saec. X. s. sub finem dynastiae Aglabitarum, et sub initia dynastiae Fathemidarum circ. a. C. 909. scripti [ee]) et a Constantino Africano s. graece s. potius lat. conuersi: cuius particula graece versa, (quam Reiske contulit cum textu arabico,) a Synesio, qui intra saec. X. et XIII. probabiliter in viuis fuisse videtur, sic confecta est, vt, iudice censore, per se aspera et barbariei sordibus inquinatam dictionem adhuc magis corruperit auctoris studium, arabica verba stricte interpretandi. Saepe tam seruiliter adhaeret arabi medico, vt eius verba velut adnumeret, incertum, qua de caussa, nisi forte arabice non satis, et paullo minus, quam graece, calluisse putetur: quod collatione graecae versionis cum textu arabico in nonnullis a censore demonstratur exemplis. *Harl.*]

dd) Confer *Bernardi* praef. in primis *Bernardi* epp. ad Reiskium, a lectas *Reiskii* vitae, (Lipf. 1783. 8.) p. 233. sq. 242. sqq. 247. 251. sqq. 257. 315. *Harl.*

ee) Conf. *Kurt Sprengel.* Geschichte der Arzneykunde, part. II. p. 240. ed. prior. qui arabem scriptorem vocat *Abu Dschafar Ahmed* eiusque aetatem refert ad exitum saec. XI. et de Synesii libro agit. *Harl.*

XVII. Epistola Synesii, philosophi, ad Dioscorum, Serapidis sacerdotem.

Inter graecos chemicos scriptores, qui in variis bibliothecis MSti feruntur, et de quibus adcuratius dicere infra libro VI. [vol. XII. c. 8. pag. 747. sqq. de cod. *Gothano* etc.] animus mihi est, occurrit sub *Synesii, philosophi,* nomine *epistola ad Dioscorum,* quae cum graece lucem nondum viderit, hoc loco a me cum bona, vt spero, lectoris venia subiungetur, adiecta ff) *Dominici Pizimentii,* Vibonensis, interpretatione.

ff) Prodiit latina Pizimentii versio Patauii apud Simonem Galignanum 1573. 8. in volumine: cui titulus: *Democritus de arte magna siue de rebus naturalibus, nec non Synesii, Pelagii et Stephani Alexandrini et Michaëlis Pselli in eundem commentaria.* Dicauit Pizimentus versionem suam Antonio Perrenoto Burgundo, cardinali, narratque, se graecum codicem emisse a Corcyraeo quodam, qui Venetiis Romam se contulerat. Ego graecum apographum debeo *Paulo Vindingio* τῷ μακαρίτῃ, qui illud Parisiis descriptum humaniter mecum communicauit. *Fabr.* Ego vero hanc epistolam referuabo, (si placet VV. DD.) supplementorum volumini. Hic autem codicum, in quibus illa seruatur, dabo notitiam. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. codd. XVI. f. collectione gr. chemicorum, nr. 5. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 548.) — Pariter *Mediolani* in bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in diar. ital. p. 15. sq. bibl. bibl. MSS. II. p. 529. *D.* — in cod. *Guil. Pelliserii*, ibid. II. p. 1200. *D.* — *Vindob.* in codd. caes. LI. et LII. v. *Lambec.* comm. VI. part. II. p. 380. — 435. in primis de Synesio p. 392. sqq. — *Venetiis* in cod. Marc. CCXCIX. (cat. codd. gr. p. 140.) — *Taurini* in codd. LXXXII. fol. 168. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 177. — in bibl. *Bodlei.* inter codd. Ashmolean. nr. 7614. — *Paris.* in bibl. publ. in quatuor codd. — in cod. *Escorial.* v. Plüer. in itin. per Hisp. p. 190. graecus textus integer antiquissimorum chemicorum *Vratislau.* v. *Krantzii* in memorabb. bibl. publ. — Rehdigerianae p. 85. — *Leidae* inter codd. Vossian. *Synesius* de lapide philosoph. cum multis aliorum scriptis, lingua bohemica. — Βιβλίον ἰατρικὸν θεραπείας δι' ἀφορες ἐν συνόψει, liber, (qui in catal. Vossiano tribuitur Synesio vel anonymo,) diuersorum contra morbos remediorum. v. catal. bibl. Leidens. p. 360. et 394. — Add. *Montfauc.* palaeograph. graec. p. 375. sq. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XVIII. (olim XXIII.)

De EVNOMIO et aliis quarti seculi haereticis.

I. De Eunomio. II. Scriptores veteres, qui eius haeresin confutarunt. III. Eunomii scripta. IV. Alii Eunomii. V. Libellus fidei Theodosio, imp., oblatus. VI. [Apologia nunc primum edita integra graece et latine in h. ed. omissa.] VII. De haereticis saeculi quarti, Ario, VIII. Photino. IX. Aëtio. X. Aliisque.

(*Cum supplementis G. C. Härles.*)

I.

EVNOMIVS in Dacora, gg) Cappadociae vico, natus, a Baronio, S. Basilium hh) sequuto, praeter rem Galata adpellatur: [P] ὑπογραφεὺς, siue notarius, discipulus et defensor fuit Aëtii, Ariani, magistro etiam subtilior, ii) et in haeresi prodenda audacior, auctor sectae *Anomoeorum.* kk) Ex diacono Antiocheno factus a. C. 360. episcopus Cyzici

gg) *Sozom.* VII. 17. cum quo non pugnat Nyssenus, Oltiserium, (in quo Dacorenses agri) patriam Nysseni prodens.

hh) Ex Basilio in Eunom. lib. I. p. 2. *Baronius* ad a. C. 360. nr. 35. Sed videndus *Nyssenus* in Eunom. lib. I. pag. 307. seq. et qui ex recentioribus de Eunomio inprimis videndi *Tillemontius* tom. VI. memor. eccles. pag. 501. seq. edit. Paris. et *Samuel Basnage* ad a. C. 360. n. 14. *Fabr.* Add. *G. Caue* hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 219. *L. Ell. du Pin* nouv. biblioth. tom. II. p. 123. *R. Ceiller* hist. gen. des AA. eccl. tom. VIII. p. 444. *Iac. Basnagii* animaduerss. circa Eunomium et eius scripta, in Canisii Lect. antiq. tom. I. pag. 172—177. rec. et illustr. in *Vogtii* biblioth. haeresiol. tom. I. p. 485. sq. — *Sandii* nucleum hist. eccles. p. 218. et 252. Colon. 1676. 4. *Hamberger.* zuverl. Nachr. part. II. p. 897. sq. *Saxii* Onom. I. p. 412. sq. *Schroeckh* christl. Kirchengesch. tom. VI. pag. 119. sqq. de *Aëtio* et p. 124. sqq. de eius discipulo, *Eunomio.* — *Garnier.* praefat. ad Basilii Caes. Cappad. archiep. Opp. tom. I. §. XI. inprimis sect. 73. sq. pag. LXIX. sqq. de duobus Eunomii libris, et pag. LXXI. sq. quaedam contra Fabricium modeste monet. *Harl.*

ii) Confer *Nyssenum* lib. I. contra Eunom. p. 294. *Casp. Sagittarium* introduct. in hist. eccles. pag. 946. qui plura ibi de Eunomio eiusque haeresi, quemadmodum et D. *Balthasar Bebelius* sec. IV. tom. II. pag. 1285. seq. *Iac. Gothofredus* ad Philostorg. etc.

kk) *Anomoeos* dici notum est a dogmate, quod filium non modo aequalem, vt ceteri Ariani, sed etiam similem et ὅμοιον DEO patri negarent. Nonnulli tamen veteres, ad nomen Eunomii adludentes velut ἀνόμους interpretantur, vt in veteri codice canonum, quem ad calcem operum Leonis Magni edidit *Paschasius Quesnellus* cap. 58. *anathematizari omnem haeresin, specialiter autem Eunomianorum qui latine sine lege dicuntur.* [Contra Anomoeos *Gratianus* edictum promulgauit. v. *I. G. Walch* hist. eccl. N. T. p. 1584. *Mediol.* in bibl. Ambros. *Eunomiani*, i. e. contra Eunomianos incerti auctoris, MS. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 494. *B.* Condemnatur *Eunom.* in definitt. fidei orthodoxae, in cod. *Coislin.* CCV. edit. a *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 265. sq. — *Eunom.* ὁ δυσσεβὴς citatur in lexico, ibid. edito p. 471. *Harl.*]

ci, [ll]) haeretica, quam primum dissimulabat, doctrina sua graues in ecclesia turbas dedit, vnde Constantii, imp., iussu eodem anno depositus et in exsilium missus est. A Valente propemodum vltimo supplicio adfectus fuisset, quod in ipsius agris Procopius, tyrannus, [mm]) a. 365. delituerat; sed et hic imperator nouo eum exsilio in Mauritaniam adficere satis habuit, vnde deinde reuocatum non diu post Theodosius senior iterum relegauit; [nn]) a quo venia denique impetrata ipsi est ad patrios Dacorae agros reuertendi, in quibus obiit ante a. C. 396. Plura de Eunomio Philostorgius, Eunomianus, qui, viginti annos natus, Eunomium, a. 361. CPoli versantem, vidit, [oo]) et praeter illa, quae in historia ecclesiastica de illo tradit, non diffitetur, etiam singulari scripto se Eunomii persequutum [pp]) laudes, ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι. III. 21. sed quod aetatem haud tulit.

[✝] *II. Scriptores veteres de Eunomio, et contra Eunomii haeresin.* [qq])

Illis, qui interciderunt, additus asteriscus.

* Andronicianus, cuius libros breues duos aduersus Eunomianos memorat Photius cod. XXXXV.

* Apollinaris, quem inter eos, qui Eunomium confutarunt, primo loco ponit Hieronymus c. 120. de scriptor. eccles. Meminit et Philostorgius VIII. 12.

S. Athanasius dialogo 2. de trinitate, vbi refutat Aëtii epistolam, scholiis Eunomii illustratam.

Basilius Magnus epist. 168. et in libris contra Eunomium. Vide supra pag. 78. seq.

* Didymus, Caesareensis, Eunomium confutauit teste Hieron. c. 120. de scriptoribus ecclesiasticis.

S. Epiphanius haeresi 76. Io. Damascenus haeresi 76. et Harmenopulus haeresi 13. qui confirmat, quod traditur a Ioanne Zonara scholiis ad canonem in deiparam, apud *Cotelerium* III. monument. ecclesiae graecae, pag. 466. Eunomium, quae de suppliciis impiorum aeternis sacra habet pagina, πρὸς ἀπειλὴν συγγεγράφθαι πλάσματι μόνῳ *tantum ad comminationem solo figmento scripta* pronunciasse.

* Ge-

ll) Eleusii in episcopatu Cyziceno successor. *Nyssenus* I. contra Eunom. p. 308. sq. *Niceph.* IX. 46. XI. 5.

mm) *Philostorg.* IX. 5. *Tillemont.* tom. VI. memor. pag. 509. qui de Procopio illo accurate Histor. imperator. tom. V. p. 152. sqq.

nn) *Sozom.* VII. 17. *Nicephorus* XII. 29. hist.

oo) *Philostorg.* X. 6.

pp) Ipsam historiam ecclesiasticam Philostorgii haud fere aliud, quam Eunomii encomium censeri debere, recte notat *Guil. Caueus.* Vide inprimis lib. X. c. 6.

qq) Add. *Vogtii* biblioth. histor. haeresiol. fasc. 3. pag. 505. *Harl.*

* Gelaſius, Caeſareenſis in Palaeſtina epiſcopus, cuius librum aduerſus Anomoeos memorat *Photius* cod. LXXXVIII. LXXXIX. et CII.

Gregorius, Nazianzenus, inter eos, qui Eunomio reſponderunt, laudatur ab Hieronymo, reſpiciente quinque λόγες eius θεολογικὲς aduerſus Eunomianos et Macedonianos, inter orationes Nazianzeni XXXIII — XXXVII.

Gregorius, Nyſſenus. Vide ſupra, pag. 151. ſeq. et 160. ed. vet. Idem etiam libro de anima perſtringit Eunomium, quod carnem cum ſenſibus ſolum a λόγῳ adſumtam docuit, de quo eius errore *Gennadius* c. 2. de eccleſiae dogmatibus. Itaque quod in Eunomii expoſitione fidei legitur ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, intellectum ab eo ſecundum Apollinaris haereſin, vt per ψυχὴν non mentem, ſed inferiorem modo animam, ſenſibus conſtantem, acceperit.

[*] Ioannes Chryſoſtomus in homiliis de incomprehenſibili DEI natura. Incipiunt: τί τȣ̃το ὁ ποιμήν. Et ſexta: μίαν ὑμῖν διελέχθην. Hoc enim inprimis datum vitio eſt Eunomio, quod ita de DEo etiam aduerſus perſpicua S. ſcripturae dicta diſſeruit, ac ſi illius naturam perſpectiſſimam et ad vnguem notam haberet. Vide *S. Baſilii* epiſt. 168. et *Theodorit.* lib. IV. haeret. fab. cap. III. *S. Hieronymus* in XII. Matthaei: *Erubeſcat Eunomius tantam ſibi notitiam patris et filii, quantam alterutrum inter ſe habeant, vindicans.* Verba Eunomii apud Socratem IV. 7. ὁ Θεὸς περὶ τῆς ἑαυτȣ̃ ȣ̓σίας ȣ̓δὲν πλέον ἡμῶν ἐπίςαται. etc.

Hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores, Socrates, Sozomenus, Theodoritus, *Rufinus*, Nicephorus. Nec non, qui annales et chronica condidere, Cedrenus, Zonaras etc.

Nicetas Choniates libro V. theſauri orthodoxae fidei.

Philaſtrius de haereſibus cap. 68. *Auguſtinus* et *auctor Praedeſtinati* haereſi 54. *Honorius* haereſi 56. Eunomium dialecticum adpellat.

* Sophronius, (ille, vt ſuſpicor, S. Hieronymi amicus,) pro Baſilio contra Eunomium, laudatus *Photio* cod. V. et CXXXVIII. bibliothecae.

Theodoritus lib. IV. haereticarum fabularum cap. 3. qui inter alia Eunomianis tribuit, quod et ipſi cum Marcione duo rerum principia, malum et bonum, ſtatuerint, et inferiores partes a malo principio ortas et hinc non totum baptizandum eſſe hominem docuerint. Cui congruit, quod S. Ambroſius Eunomianos iungit Marcioni lib. I. de officiis c. 2. ad quem locum conferendae notae monachor. Benedictinor. tom. II. pag. 31.

* Theodorus, Antiochenus, Mopſueſtiae epiſcopus, cuius libros XXV. pro Baſilio contra Eunomium memorat *Photius* cod. IV. et cod. CXXXVIII. et CLXXVII. pag. 207. et ante eum Theodoritus loco iam laudato.

Timotheus, presbyter, de receptione haereticorum, apud *Cotelerium* III. monument. eccleſiae graecae pag. 383. ſeq.

III. Eunomii Scripta.

Plurima contra fidem nostram scripsisse, et disputandi leges suis dedisse sectatoribus, notat *Rufinus* lib. I. hist. eccles. cap. 25. atque [¶] illa tanti facta ab Eunomianis, *vt maioris autoritatis arbitrarentur, quam euangelia, et in ipso crederent lumen esse veritatis*, traditum Hieronymo aduersus Vigilantium: vicissim imperatores edictis publicis libros eius, (nuper defuncti,) iussisse aboleri, constat non modo ex *Philostorgii* XI. 5. sed etiam ex lege Arcadii, data a. C. 398. lib. XVI. 34. Cod. Theodos. tom. VI. pag. 152. *Codices sane eorum* (Eunomianorum), *scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes, summa sagacitate mox quaeri ac prodi exerta auctoritate mandamus, sub aspectibus eorum iudicantium incendio mox cremandos. Ex quibus si qui forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse, nec prodidisse conuincitur, sciat, se velut noxiorum codicum, et maleficii crimine conscriptorum, retentorem capite esse plectendum.* Et iam S. Basilius lib. I. contra Eunom. pag. 5. ridet Eunomii superbiam, quod speraret, libros suos aetatem laturos: *ὦ τῆς ἀλαζονείας, τὸ καὶ ὕστερον οἴεσθαι αὐτῷ διαρκέσειν τὸν λόγον, καὶ ἀθάνατον εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τὴν μνήμην αὐτοῦ φυλαχθήσεσθαι.* Ac certe pauca quaedam seruari contigit et illorum ipsorum, qui eum confutarunt studio, ceteris omnibus longa nocte sepultis ac deperditis. Scripserat autem:

1. *Commentarium in epistolam ad Romanos*, tomis septem, in quibus verbositatem rerum inanem perstringit *Socrates* IV. 7. *πολύχους δὲ τὴν λέξιν καὶ τὰ αὐτὰ περιστρέφων ἀεὶ καὶ μὴ δυνάμενος περιγίνεσθαι τοῦ προτεθέντος σκοποῦ, ὡς δεικνύουσιν αὐτοῦ οἱ ἑπτὰ τόμοι, οὓς ἐματαιοπόνησεν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου Ἐπιστολήν. Πολλοὺς γὰρ λόγους εἰς αὐτὴν ἀναλώσας, τῆς Ἐπιστολῆς τὸν σκοπὸν λαβεῖν οὐ δεδύνηται.* Idem ex Socrate repetit hist. tripartia VII. 19. et Suidas in *Εὐνόμιος*. Addit vero Socrates, idem de aliis eius scriptis posse affirmari, *ἐφάμιλλοι δὲ αὐτοῦ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ φερόμενοι λόγοι τυγχάνουσιν, ὧν ὁ βουλόμενος πεῖραν λαβεῖν, εὑρήσει ἐν πολυλεξίᾳ τὴν τῶν νοημάτων εὐτέλειαν.*

2. *Epistolas*, quas ceteris Eunomii scriptis praefert *Philostorgius* X. 6, et ab eo praelatas notauit *Nicephorus* XII. 29. Meminit epistolarum eius etiam *Photius* codice CXXXVIII. ad quadragenas ex illis legisse se testatus; sed non ita praeclare de illis iudicat. *Ἀνεγνώσθησαν δὲ καὶ ἐπιστολαὶ αὐτοῦ πρὸς διαφόρους, μέχρι τεσσαράκοντα, ἀλλὰ καὶ ἐν ταύταις τὸ αὐτὸ τῶν λόγων εἶδος λεπτουργῶν, παντελῶς τοῦ τῶν ἐπιστολῶν χαρακτῆρος οὐδὲ τοὺς νόμους ἀκοῦσαι, μήτιγε τριβεὶς ἐν αὐτοῖς εἰς τὸ στηλιτευθῆναι διέπεσεν.*

[¶] 3. *Ἔκθεσιν πίστεως*, *fidei libellum*, Theodosio, imp., oblatum CPoli a. C. 383. cum episcopos plures rr) ad se vocasset, et confessiones eorum exhiberi sibi fecisset, vt narrant

rr) Confer *Nyssenum* lib. II. contra Eunom. Gregorae historiam pag. 793. *Tillemont.* tom. VI. tom. II. p. 7. seq. *Boiuini* notas ad Nicephori memor. p. 625. seq.

rant *Socrates* V. 10. et *Sozomenus* VII. 12. Hunc libellum in codice Bauarico ss) et Liuenei subiectum, in MS. Florentino autem, vnde Emericus Bigotius descripsit, praefixum libris Nysseni contra Eunomium publicauit *Valesius* in notis ad laudatum Socratis locum, et post eum *Baluzius* in noua collectione concilior. tom. I. pag. 89. *Fabr.* — Hoc scriptum quoque exhibet *Basnag.* tom. I. nouae edit. Lection. Canisian. antiq. pag. 170. sqq. vbi etiam pag. 172. de Eunomio et eius scriptis disputatur. *Heumann.* Add. collection. concilior. ed. Harduini, tom. I. de synodo CPolit. a. Chr. 383. *Eunomii* ἔκθεσιν multo emendatiorem edidit *Rettberg*, partium minus studiosus, in libello, inscripto: *Marcelliana.* Acced. *Eunomii* ἔκθεσις πίστεως emendatior. Edidit et animaduersionibus instruxit *Christ. Henr. Georg. Rettberg.* Gottingae. 1794. 8. conf. supra, vol. VII. p. 294. sect. 7. Quapropter eam ego in h. ed. omisi. Fabricius enim in vet. ed. h. l. eam expositionem, quoniam breuis sit, et vt cum apologetico posset conferri, integram exhibuerat, addito Valesii iudicio in notis ad Socratis locum: „*nec inutile fuerit, eam hic adponere. Etsi enim totam Eunomii impietatem complectitur: quaedam tamen habet minime spernenda.*" *Harl.*

4. Ἀπολογητικὸς, *defensio doctrinae suae.* tt) Hoc ipsum est scriptum illud famosum, quod quinque aduersus Eunomium libris, quos etiam nunc habemus, S. Basilius confutauit, notatque, titulum illum vafre ac versute ab Eunomio esse excogitatum, ne haereticum suum dogma, quod peroptabat, exponere ac promulgare sponte, sed veluti coactus tueri se ac defensionem suam edere videretur. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ πάντων κακέργημα, τὸ σχῆμα τοῦτο τῶν λόγων ἐπινενόηται, ἐν ἀπολογίας [σχήματι] ἔδει διδασκαλίαν συνθέντι, ἵνα δόξῃ προηγουμένως ποιεῖσθαι τῶν δογμάτων τῆς ἀσεβείας τὴν ἔκθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοὺς λόγους τούτους ἐληλυθέναι. Exordium huius apologetici, epilogumque graece cum *Henr. Warthoni* versione ex codice Thomae Tenison vulgauit *Guil. Caueus* in historia literaria scriptorum ecclesiasticorum. Integrum anglice vertit ediditque *Wilhelmus Whistonus* in tomo primo operis. Eunomianismo incrustando destinati, quod primitiuum Christianismum redi-

 uiuum

ss) In cod. CXII. sub fin. et in cat. codd. gr. Bau. pag. 45. sic indicatur: *Eunomii haeretici liber, quem refutauit S. Basilius.* — In bibl. *Scorial.* regis Hispan. *Eunomii* et orthodoxi contra Eunomium dialogus, cuius initium ab impii Aëtii epistola ducitur, secund. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. II. p. 619. A. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. inter codd. Cromwell. nr. 291. fragmenta Seueriani, *Eunomii* et aliorum. — Inter codd. Vossian. *Eunomii catechesis religionis christianae.* secundum catal. codd. Angliae etc. pag. 60. vol. II. nr. 2210. Contra in bibl. *Leidensi* inter codd. Vossian. pag. 395. nominatur *Eunomii* τοῦ δυσσεβοῦς *apologeticus*, contra quem scripsit antirrheticos sermones Magn. Basil. et p. 397. citatur *Eunomius* de mercede meretricis non admittenda in templum, graece. — *Vindobon.* in cod. caesar. XLII. nr. 6. sunt *Mathusaiae*, monachi montis Sinai, excerpta de S. Trinitate ex Hermete Trismegisto, Platone, Aristotele et *Eunomio.* v. *Lambec.* comm. VII. p. 175. — In *Nicetae Choniatae Acominati* panoplia dogmatica, (cod. Baluz.) tom. V. est enarratio de Aëtii et *Eunomii* haeresi; deinceps capita, quibus Eunomius probare nititur, filium post patrem ortum remque esse creatam: sub haec propositiones quaedam haereticae Aëtii et Eunomii, earumque refutationes, teste *Montfaucon.* in palaeographia gr. pag. 329. Add. *Schroeckh.* l. c. *Harl.*

tt) Coram clero CPolitano. Vide *Valesium* ad Philostorgii VI. 1.

viuum inſcripſit, Lond. 1711. 8. uu) Graece exſtat in variis bibliothecis, meminique, me Eunomii apologeticum MS. euoluere inter libros Marquardi Gudii, atque hunc ipſum reſpici haud dubito a praeſtantiſſimo *Morhofio*, quando memoriae lapſu ſcripſit Photini apologiam ineditam in Gudii bibliotheca reperiri. Neque alia eſt Eunomii *catecheſis*, ad quam e MS. *Iſaaci Voſſii* vv) vulgandam atque verſione et confutatione donandam Balthaſar Beckerus inuitatus eſt a Samuele Mareſio, ww) in litteris datis Groningae a. 1670. Quandoquidem vero in manus meas peruenit libellus hic integer cum latina verſione *Iacobi Fabricii*, Holſati, xx) deſcriptus ex codice, qui manu Friderici Lindebrogii exaratus exſtat in bibliotheca Iohannea huius vrbis: exiſtimaui, me rem non ingratam facturum ſtudioſis eccleſiaſticarum litterarum, ſi eum hoc loco ſubiungerem, cum verſione illa ſubinde emendata et adnotatis in ima pagina locis S. Baſilii, quibus argutiae eius confutantur. Neque enim verendum eſt, vt collatis egregii doctoris reſponſionibus aliquis Eunomiana verſutia valde commoueatur. At operae pretium eſt videre, quomodo haeretici quoque acutiſſimi pro haereſi ſua decertantes fruſtra ſint, et quomodo Eunomius etiam longe praeclarius de CHriſto ſenſerit Socini ſchola, neque ea fuerit impudentia, vt, clariſſimis S. ſcripturae oraculis contrarium teſtantibus, Chriſtum ante Mariam exſtitiſſe negaret. *Philoſtorgius* VIII. 12. teſtatus eſt, non modo Baſilium, ſed et Apollinarium praeterea πρὸς τὴν ἀπολογίαν Εὐνομίου ἀντιγράψαι, *aduerſus Eunomii apologiam ſcripſiſſe*, quod Apollinarii opus intercidit. *Photius* cod. CXXXVII. Eunomii apologeticum βιβλιδάριον adpellat, narratque illius συναιρεσιώταις in maxima admiratione [?] atque inter arcana habitum fuiſſe, ita vt S. Baſilius aegre exemplum eius conſequi potuerit. Διὰ θαύματος μὲν ἤγετο, κρύφιον δὲ καὶ ἀνέκφορον τοῖς ἄλλοις εἶναι διεσπούδαστο. Fallitur *Federicus Morellus*, qui praefatione ad tom. I. Nyſſeni edit. a. 1618. Photium de minore ἐκθέσει loqui exiſtimat: nam certiſſime conſtat, de longe alia ei δυσσεβείας Eunomianae ἐκθέσει ſermonem eſſe, illa nempe, quam Baſilius confutauit, et quam proxime ſubiungam, vbi notauero, apud Photium poſt verba ὧ ἡ ἐπιγραφὴ, excidiſſe vocem ἀπολογητικός. *Fabr.* Ego vero in hac ed. longius hoc opuſculum eo rectius putaui omittendum eſſe, quod id integrum *Garnier* in edit. Opp. Baſilii, tom. I. pag. 618. ſqq. ex noſtra bibl. gr. (perperam tamen, nec ſcio, quare? excluſis Fabricii noſtri adnotatt. maximam partem criticis,) gr. ac lat. recudi fecit. *Harl.*

5. Hunc

uu) De hoc Whiſtoni libro vid. *Baumgarten.* Nachricht. von einer halliſchen Bibl. tom. IV. p. 237. ſqq. inprimis p. 238. de eius verſione Eunom. libelli anglica. — In *Caniſii* lectt. antiq. ex edit. *Iac. Baſnagii* tom. I. p. 172—187. praeter *Eunomii confeſſ. fidei*, interpr. H. Valeſio, eſt quoque prologus et epilogus apologiae *Eunomii* gr. et lat. interprete *Henr. Whartono* et *Eunomii* ſcholion ac diſputatio orthodoxi contra eum, latine ex *Turriani* verſione. — *Apologeticus* eſt etiam *Mediolani* in cod. bibl. Ambroſianae, teſte *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 497. A. *Harl.*

vv) V. cat. bibl. *Leidens.* p. 395. et ſupra ad nr. 3. de codd. *Harl.*

ww) Vide *Michaëlis Lilienthal* ſelecta hiſtorico-literaria pag. 33.

xx) Suſpicor, hunc eſſe Iacobum Fabricium, Iacobi F. Superintendentem deinde generalem Sleſuicenſem, defunctum a. C. 1645. de quo dixi in centuria Fabriciorum pag. 42. ſeq.

5. Hunc Eunomii apologeticum quum praeter Apollinarium S. Basilius refellisset, cuius et solida inprimis visa est, atque aetatem tulit lucubratio: Eunomius multis annis post, suam aduersus Basilium responsionem siue ἀπολογίας ἀπολογίαν yy) in lucem protulit, illo iam defuncto; sed et hanc postea *Gregorius Nyssenus*, cuius opus exstat, tum *Sophronius* et libris XXV. *Theodorus*, Mopsuestenus, confutarunt. Sophronii et Theodori scripta, cum Eunomii ipsius libris, Basilio oppositis, interciderunt. Parum est credibile, quod *Philostorgius* VIII. 12. narrat, Basilium, quum in primum Eunomianae responsionis librum incidisset, βαρυθυμήσαντα *animo dolore adfectum vita excessisse.* Idque mendacii non dubitat arguere *Photius*, qui in bibl. codice CXXXVIII. refert, Eunomium, post plures demum Olympiadas elucubratum opus studiose clam habuisse, ac vix sectatoribus suis monstrasse, ne in Basilii manus veniret, atque illo demum defuncto euulgasse. Ταύτην τὴν βίβλον ὠδίνοντα, πολλάς φασιν αὐτὸν ἐτῶν ὀλυμπιάδας κατατρίψαι ἐν οἰκίσκῳ ἑαυτὸν καθειργνύντα, καὶ λαθραίαις μίξεσι τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο τέρας κύοντα, μόλις εἰς φῶς δι' ἐτῶν ἀμβλωθρίδιον ἐκτρῶσαι· θάλπειν [P] τε ἐκεῖθεν, καὶ μόλις καὶ αὐτοῖς τοῖς συμμύσταις ἐπιδεικνύναι τὸ κύημα, δεδιότα μάλιστα, μήπως καὶ αὐτὸ ταῖς Βασιλείου χερσὶν ἐπιπεσὸν, πρὶν ἢ πῆξιν λαβεῖν, διασπασθῇ· καὶ πρὸ τοῦ ἀνθῆσαι ξηρανθῇ ἄωρον ἀποφθαρέν. Διόπερ ἐπιμελῶς, καὶ ὥσπερ ὁ τοῦ Κρόνου μῦθος, τὸ γέννημα καταπιὼν, ἔκρυπτέ τε καὶ συνεκάλυπτε, μέχρις ἂν ἡ Βασιλείου ζωὴ τῷ ἐπικήρῳ παρατεινομένη βίῳ τὸν φοῖβον ἐπέσειεν. Etiam κατ' αὐτὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου τὴν κοίμησιν *sub ipsam Basilii mortem* se Eunomii scriptum accepisse Nyssenus testatur, plenum conuiciis in beatum virum. Quod porro Photius tantum libros tres responsionis Eunomianae commemorat, Philostorgius autem libros quinque; factum inde esse potest, nisi in numeris ex altera parte error, vel lapsus memoriae; quod Basilius tribus libris proprie et κατὰ πόδα Eunomii apologeticum confutauerat, subiunctis aduersus eumdem, veluti spicilegii in morem, duobus libris ἀπειριῶν, vt supra pag. 78. notare me memini. Itaque Eunomius potuit tribus prioribus libris tres libros opposuisse, quos legit Photius, deinde respondisse etiam ad duos posteriores: atque adeo omnes quinque Philostorgio innotuisse. Hinc puto, Nyssenum duplices Eunomii λόγους commemorare in epistola ad Petrum, fratrem suum, libris aduersus Eunom. praemissa, γεγράπται δέ μοι οὐ πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς λόγους. *Scripsi autem non contra vtrumque Eunomii opus; neque enim tantum temporis concessum est, quum is, qui librum haereticum commodato dederat, eum valde inciuiliter repetiuerit, - - nam, septendecim tantum dies huic lucubrationi impendens, fieri non potuit, vt tam breui tempore vtrumque refellerem.* Praeter ea, quae lib. I. pag. 317. seq. ad 428. tertio libro iterum incipit Nyssenus Eunomii contra Basilium opus, quod ad dogmatica adtinet, confutare, vbi ait eum ἐκ τρίτου, *tertia vice,* insurgere aduersus veritatem. Nimirum secundam vicem intelligens illam ἔκθεσιν fidei, quam Theodosio imp. Eunomius obtulit, quamque integro libro secundo Nyssenus refellit, qui primus est in editione graecolatina anni 1615. Prima vice insurrexit aduersus catholicam de filio ac Spiritu S. doctrinam Eunomius, quando apologeticum scripsit, a Basilio confutatum. Hunc Basilium intelligit Nyssenus, quando suum Πατέρα, καθηγητὴν, διδάσκαλον adpellat, vt lib. III. pag. 105. καὶ ὑπὲρ τίνος μάχεται πρὸς τὸν

 διδά-

yy) *Nyssenus* tom. II. p. 289. et 298. seq. lib. I. contra Eunom. edit. a. 1638.

διδάσκαλον ἡμῶν, τὸν συμβουλεύοντα, μὴ κατατολμᾶν ἐπὶ τῶν θείων δογμάτων τῆς ὀνοματοποιΐας. Primi libri Nyſſeniani prior pars a pag. 264. ad 317. calumniis aduerſus Baſilium [P] et conuiciis [zz]) Eunomii repellendis impenditur, exagitans ſubinde Eunomii loquacitatem et ἀμέτρητόν τινα σωρείαν ῥημάτων vt pag. 287. loquitur, et ſophiſticam τεχνολογίαν pag. 343.

In transcurſu liceat hoc loco monere, quod in editione Pariſienſi a. 1638. l. I. Nyſſeni contra Eunom. tom. II. p. 285. adnotatur in margine, *auxilium S. Pauli a Nyſſeno inuocari.* Quam notam a Gretſero, docto illo, ſed feruido ac maledicentiſſimo romanae eccleſiae dogmatum propugnatore, adpoſitam, falſam comperiet haud dubie, qui Nyſſeni verba inſpexerit: Μόνον ἔλθοι ἐφ' ἡμᾶς ἡ τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύουσα δύναμις διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ τελειώσαντος, *tantum adſit nobis virtus illa, quae imbecillitates corroborat, per preces eius, qui in corporis infirmitate vim propriam perfecit.* His verbis non ad Paulum, ſed ad Chriſtum reſpicitur Matth. XXVI. 41. Similiter frigidum eſt, quod pag. 306. idem Gretſerus in margine adnotauit, *Eunomium eſſe Lutheranum.* Quamobrem quaeſo? quia nempe Nyſſenus ait, Eunomium ſtatuiſſe μόνην ἀρκεῖν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν αἱρετικὴν πίστιν πρὸς τελειότητα, *ad perfectionem ſufficere homini ſolam haereticam fidem.* Itaque Gretſero fides Eunomiana eſt et haeretica, quam ad iuſtitiam ſuffeciſſe Abrahamo ſcripſit S. Paulus, apoſtolus; neque enim aliud Lutherus ſentit, aliud Paulus, cuius haec ſunt Rom. IV. 5. *Ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiae DEi.*

[Alius fuit *Eunomius*, epiſcop. Nicomediae, qui ſubſcripſit Gennadii, patriarchae CPolit. a. 459. epiſtolae encyclicae ad omnes metropolitanos, (nouiſſime in *Manſi* collectione concilior. tom. VII. p. 915.) in cod. caeſar. *Vindob.* XLIV. nr. 35. v. *Lambec.* comment. VIII. p. 888. ſqq. cum not. Kollar.

Eunomianus, h. e. ſectae Eunomianae adſecla quidam; inter poetas epigrammat. a Leonardo Philara collectos, in cod. *Coislin.* CCCLII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 519. et ſupra, vol. IV. p. 475. *Harl.*]

VII. Duos ARIOS, [a]) *acerrimos* haereſeos Arianae *auctores*, diſerte memorat Sulpicius Seuerus l. 2. hiſtor. c. 49. Alexander Alexandrinus apud Socratem lib. I. c. 6. pag. 10. Gelaſium Cyzic. II. 3. hiſt. ſynodi Nicaenae, Nicephorum VIII. 8. Et apud Theodoritum lib. I. Hiſtor. eccleſ. cap. 4. pag. 20. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν Ἄρειος, ἀπὸ διακόνων δὲ Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος etc. Ἄρειος ἕτερος. Ex his prior ille

zz) Vide pag. 300. 305. 307. 371. 379. etc. πολὺ εὑροῦν ταῖς λοιδορίαις p. 396.

a) Confer *Io. Rainoldum* in cenſura Apocryphorum tom. I. pag. 179. et *Io. Pearſonium* ad ſymbolum apoſtolicum pag. 236. ſeq. qui Phoebadium quoque Ariorum mentionem facere obſeruat. cap. 25.

ille auctor haereseos pra puus, ex Libya oriundus, *b*) Ammonii F. presbyter Alexandrinus, licet alter, quem d. conis Alexander apud Theodoretum adnumerat, etiam presbyteris iam accenseatur in subscriptione epistolae apud *Epiphanium* haeresi LXIX. 8. Horum amborum Ariorum res etiam ab antiquis scriptoribus [!] confundi quandoque, non est incredibile, ac diserte id notarunt viri doctissimi, *Henr. Valesius* lib. II. obseruatt. ecclesiastic. c. 2. et ad Sozomeni II. 30. *Petrus Franciscus Chifletius* ad Vigilium p. 137. et D. *Thomas Ittigius* in historia concilii Nicaeni pag. 58. *c*) Erupit haeresis Arii, Alexandro Alexandrinam moderante ecclesiam, circa a. C. 316. *d*) Ipse haeresios auctor in concilio Nicaeno *e*) a. 325. damnatus actusque in exsilium, postea a. 327. post missum ad episcopos satisfactionis libellum reuocatur, *f*) et quum aliam fidei professionem deinde etiam imperatori, Constantino, obtulisset, neque aliud, quam illa comprehenderetur, sentire se confirmasset iureiurando, a quibusdam ecclesiis, nec non a synodo Hierosol. a. 335. recipitur, sed antequam ab Alexandro CPolitano, quod sperabat se impetraturum, admitteretur, CPoli repentina morte, dum in secessu aluum leuare instituit, exstinguitur a. 336. vt complures veteres vno ore tradunt, *g*) quibus fidem non habere parum pudens esse existimo, licet incredibile mihi videatur, quod legas in Faustini et Marcellini libello precum, pag. 5. *grauissimo repente dolore cruciatum omnia sua viscera et ipsum cor, quod erat thesaurus impietatis, effudisse in stercora, atque ita, mirabile dictu, internis omnibus euacuatis attenuatum esse, vt per angustias foraminis et sedilis totus ipse laberetur.* *Fabr.* v. *Walch.* Ketzergesch. l. c. pag. 500—510. De *Arii* morte misera ex antiquitatis ecclesiasticae monumentis disseruerunt *Georg. Nic. Ockel*, Rostoch. 1708. — *M. Arnold. Grenius* in diss. Athanasius de morte Arii referens, Witteb. 1722. et *Io. Frid. Wucherer* diss. Ienae 1730. quam ille praemisit *aeternis diuinitatis Iesu* [illegible] *Christi*

b) Epiph. LXIX. 1. et pag. 722. et 731. *Fabr.* Post Caueum, *Trauasa* libro mox memorando pag. 1. sqq. euincere studet, Arium natum esse Alexandriae in Aegypto; si ex *Libya* oriundus ab aliis dicitur, intelligendam esse Libyam in sensu generaliori, quae etiam, vti Africa, Aegyptum, comprehenderit: idem diem Arii natalem adserit a. circ. 285. et praefert Fabricii nostri sententiam, Arium fuisse filium Ammonii, interpretationi Basnagii ac Montfauconii, etc. Sed *Lardnero* in credibility etc. part. II. vol. VII. p. 256. et *Walch.* in hist. haeresium II. p. 590. res incerta est. *Harl.*

c) Quibus addes *Sandii* adpendicem ad nucleum historiae eccles. Colon. 1678. 4. pag. 27. Idem in adpendice, inprimis in ipso nucleo hist. eccl. libr. I. pag. 138—157. et aliis pluribus locis more suo copiose persequitur Arii Arianorumque placita atque errores, et p. 141. sqq. euincere conatur, Arium non fuisse doctrinae suae inuentorem. *Harl.*

d) *Trauasa* l. c. pag. 80. sqq. a. 320. id factum, et Arium ab Alexandro et synodo II. Alexandrina condemnatum esse, contendit contra Fabricium aliosque. In libr. III. c. 2. et 3. de concilio Nicaeno agitur. *Harl.*

e) Catalogum patrum Nicaenorum pleniorem ex cod. Marciano CCCXLIV. qui continet *Theodori, Lectoris* CPolitani, compendium hist. eccles. etc. publicauit cel. *Morell.* in biblioth. Marc. MSta gr. et lat. tom. I. Bassani, 1802. pag. 225. sqq. *Harl.*

f) Conf. *Walch.* l. c. p. 486. sqq. *Harl.*

g) Vide *Hermantium* de vita Athanasii IV. 19. D. *Ittigii* histor. concilii Nicaeni §. 56. *Tillemont.* tom. VI. pag. 296. seq. memor. *Fabr.* add. *Trauasa* libr. IV. cap. 8. pag. 316. sqq. *Harl.*

Christi vindiciis, Guil. Whistono oppositis, et ibid. eodemque anno disputauit *de patribus ecclesiae ante-Nicaenis Arianismo non fauentibus.* *Harl.*

Res Arii et Arianorum, praeter veteres, Athanasium, Epiphanium haeresi 69. Gelasium in historia concilii Nicaeni, Nicetam libro V. thesauri orthodox. fidei, Eutychium Panopliae titulo XI. annaliumque et historiae ecclesiasticae scriptores, singulari studio persequuti sunt, gallico idiomate *Godfridus Hermantius* in vita S. Athanasii, *Tillemontius* tomo sexto memoriarum, *Ludouicus Maimburgius* in Arianismi historia: latine *Petauius* in dogmatibus theol. de SS. Trinitate, atque ex nostris b. doctor meus, *Thomas Ittigius* in historia concilii Nicaeni, quam post eius obitum Christianus Ludouici edidit cum notis, Lips. 1711. 4. *Fabr.* *Io. Meisner.* de origine et progressu Arianismi, Witteb. 1653. — *Balthasar Bebelius* de mediis Arianismi Argentor. 1669. — Nemo tamen forsan grauius scripsit contra Arium eiusque haeresin, quae vocatur atrocissima omniumque, quae exstiterunt vmquam haeresium pestilentissima, et contra Sandium, Arianismi patronum, quam *M. Christoph. Reuchlin*, in disp. inscripta: *Arianismi antiqui et noui breues lineae ductae* etc. sub praes. *Io. Ad. Osiandri*, theologi quondam Tubingensis, Tubingae m. Ian. 1688. 4. ventilata. Vbertim quoque agitur de concilio et symbolo Nicaeno. — *Scharbau* de Arianorum adfectata pietate, in tom. IX. Miscellan. Lisp. p. 163. sqq. — *Io. Sam. Müller* disquis. de Ario, rationem crepante, non sequente. 1729. 4. — *Prudent. Maran.* sur les Semi-Ariens, in *Io. Voigtii* bibl. histor. haeresiologicae, tom. II. fasc. I. pag. 119. sqq. — *Guil. Caue* in antiquitatt. ecclesiast. in vita Athanasii, tom. II. p. 244. sqq. et multis aliis locis, ex vers. german. de Ario et Arianis. — *Sagittarii* introduct. in hist. eccl. tom. I. p. 845. sqq. et 858. — *Io. G. Walch.* bibl. theol. III. p. 760. — *D. W. Webster.* in: *A compleat History of Arianisme* etc. h. e. historia Arianismi completa ab a. 306. vsque ad an. 1666. in qua eius influxus in regimen ciuicum, et caussam detrimenti veteris regni exposuit. 1735. Adiecta est historia Socinianismi, a Maimburgio et Lamyo gallice descripta, in linguamque translata anglicanam. — *Lud. Guil. Wittich* Handbuch der christlich. Kirchen v. Dogmengeschichte, secund. ordinem alphab. ed. a *Guil. Frider. Hezel.* tom. I. Erford. 1801. 4. de Ario pag. 147. sq. et de Arianis, horumque per plurima saecula fatis, aduersariis, fidei formulis, conciliis, legibus paucis pro illis, pluribus vero contra eos latis etc. pag. 141—146. — Cum primis notanda est *Storia critica della vita di Arrio, primo Eresiarca del IV. secolo, scritta da Gaetano Maria Travasa*, clerico regolare Teatino. Venet. 1746. mai. 8. cum effigie Arii, aeri incisa, desumta ex *Hartmanni Schedelii* libro raro de temporibus mundi, a. 1493. pag. 131. Neque tamen omnia Trauasae iudicia atque narrationes probantur viris eruditis. Copiose autem recensetur Trauasae opus in: *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallischen Bibl. tom. I. pag. 149—174. Atque auctor illius censurae iudicat, *Ludou. Maimburg* in historia Arianismi, (Histoire de l'arianisme avec l'heresie des Sociniens, Paris. 1673. 4. II. vol.) aliorum diligentiae multa reliquisse addenda emendandaque, et *Phil. Lud. Hanneckenii epitomen historiae Arianae*, Giessae 1660. 12. esse admodum mancam. Basnagii autem aliorumque iudicia ac rationes saepe passimque refutantur a Trauasa. Atque contra *Maimburg.* edidit anonymus: Entretiens d'Eudoxe et Eucharisse, Colon. 1683. 12. Late quoque historiam Arii atque arianismi persequitur cel. *Schroeckh.* in historia ecclesiast. christiana, tom.

tom. V. pag. 321. ſqq. et tom. VI. pag. 52. ſqq. de Semiarianis pag. 113. ſqq. etc. Add. *Scip. Maffei* fragmento inſigne di ſtoria eccles. del quarto ſeculo, quae eſt vita Athanaſii, in qua lites et controuerſiae Arii eiusque adſeclarum explicantur, in *Maffei* Iſtoria teologica delle dottrine Tridenti 1742. fol. pag. 254. ſqq. — *Io. Iac. Iablonski* diſſ. de Arianorum veterum baptiſmo in SS. Trinitatem. Francof. 1734. — *Ed. Gibbon's* Geſchichte des Verfalls v. Vntergangs des röm. Reichs, ex vers. germ. *Car. Godofr. Schreiteri*, tom. V. pag. 80. ſqq. — *D. Io. Aug. Stark* Verſuch einer Geſchichte des Arianiſmus, tom. I. Berol. 1783. tom. II. ibid. 1785. 8. conf. eph. litter. Erlang. a. 1783. nr. 52. pag. 458. ſqq. — In primis conferendus eſt *Chr. Guil. Franz Walch*, theolog. quondam Gotting. in: Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Ketzereien etc. part. II. Lipſ. 1764. 8. p. 385 — 700. qui Arii vitam pariter fataque, et haereſeos, huiusque cum adſeclarum tum aduerſariorum, atque conciliorum ea de re habitorum etc. hiſtoriam per multa ſaecula fuſe enarrat multosque citat in vtramque partem diſputantes, vt permulta alia ſcripta, quorum nonnulla paullo infra indicantur et conditores hiſtoriae eccleſiaſticae, ad quam vberior illius haereſeos et tragoediarum, quas iſta omni tempore excitauit, expoſitio pertinet, hic praetermittantur et cui dictus non eſt Hylas? *Harl.*

Symbola nouem varia Arianorum, quibus ipſi non ſatis conſtabant ſibi, vel fidem ſuam ex parte diſſimulabant, memorat *Socrates* lib. II. cap. 41. hiſt.

Vix proditam Arii haereſin ſummo ſtudio oppugnare inſtituerunt Alexander Alexandrinus, Athanaſius, [Ephraem Syrus, in opp. tom. II. in oratt. contra haereticos pag. 437. ſqq. ed. Aſſemanni, huiusque v. praef. pag. 16. ſqq. *H.*] Lucifer Calaritanus, [?] Hilarius, aliique orientis pariter et occidentis doctores clariſſimi, quorum ſcripta partim etiam aetatem tulere. [v. *I. G. Walchii* biblioth. patriſtic. pag. 439. ſqq. in primis *C. Guil. Franc. Walch* in: Entwurf einer Hiſtorie der Ketzer. II. p. 680. ſqq. *Harl.*

Concilia aduerſus Arium celebrata, Alexandrinum inprimis a. 322. Nicaenumque a. 325. tum alia vndecim vsque ad CPolitanum a. C. 383. vna cum pluribus aliis pro Arianorum, ſemi-Arianorumque factione celebratis exponit *Io. Clericus* in bibliotheca vniuerſali] tomo VIII. ſect. X.

Ariani, ſiue vt Epiphanio, Ariomanitae, vocantur etiam *Exucontii*, quod Chriſtum docuerunt eſſe ἐξ οὐκ ὄντων, *Coteler.* tom. I. monument. graec. pag. 780. ſeq. et *Porphyriani*, a Conſtantino Magno apud Gelaſ. in actis concilii Nicaen. lib. II. cap. 37. et *Socratem* lib. I. cap. 9. pag. 32. velut, qui Chriſtomachi, Porphyrii, inſtiterint veſtigiis: *Lucianiſtae* etiam a Luciano Antiocheno, et *Euſebiani* ab Euſebio Nicomedienſi, *Aëtiani* et *Eunomiani* ab Aëtio et Eunomio, qui et *Anomoei*, quod Chriſtum ἀνόμοιον patri docerent eſſe: vti *Semiariani*, Georgio Laodiceno et Baſilio Ancyrano auctore, non ὁμοούσιον quidem, at ὁμοιούσιον.

Arii, haeretici, scripta.

1. *Epistolae* variae, ex quibus exstant *epistola ad Eusebium, Nicomediensem*, quam seruauit *Epiphanius* LXIX. 6. et *Theodoritus* lib. I. hist. cap. 5. Incipit: τῦ Πατρὸς μυ Ἀμμωνίυ, Exstat et apud *Nicephorum* VIII. 9. et latine in Tripartita lib. I. cap. 15. *Fabr.* Vid. *Trauasa* l. c. libr. II. cap. 5. et 6. sqq. et libr. IV. cap. vltim. de Arii scriptis. it. *Walch.* l. m. pag. 398. sqq. et *Lardner* Credibility of the G. H. part. II. vol. I. pag. 263. *Harl.*

Ad Alexandrum Alexandrinum. Habent *Epiphanius* LXIX. 7. et *Athanasius* lib. de synodis, Ariminensi et Seleuciensi. tom. I. pag. 885. et latine *S. Hilarius* IV. de S. Trinitate p. 83. atque *Marius Victorinus* ante libros quatuor de S. Trinitate, tom. IV. bibl. patrum edit. Lugd. Incipit: ἡ πίςις ἡμῶν ἡ ἐκ προγόνων.

Epistola siue, vt *Rufinus* lib. I. c. 11. Histor. adpellat, fides *ad Constantinum, imp.* apud *Socratem* l. I. c. 26. *Sozomenum* II. 27. Incipit: καθὼς προσέταξεν ἡ θεοφιλής σου εὐσέβεια. Exstat et apud *Nicephorum* VIII. 47. et latine in Tripartita III. 6. Valesium, qui hunc satisfactionis libellum a. C. 335. non ab Ario, haeresiarcha, sed altero, iuniore, oblatum Constantino putat, refellit *Antonius Pagi* ad a. C. 340. nr. 16. seq.

Non omittendum, quod *Socrates* lib. I. cap. 6. pag. 15. narrat, Arium collectionem fecisse epistolarum, caussae suae fauentium, in quibus non dubium est, etiam Arii ipsius epistolas insertas [?] fuisse. Sic contrariam epistolarum συναγωγὴν composuit Alexander Alexandrinus, vt idem Socrates testatur. Πεποίηνται τῶν Ἐπιςολῶν τούτων συναγωγὰς Ἄρειος μὲν τῶν ὑπὲρ αὐτῦ, Ἀλέξανδρος δὲ τῶν ἐναντίων. *Sozomenus* lib. I. cap. 1. pag. 401. Εἰς ἀπόδειξίν τε τῦ δόξαι σέβειν ὀρθῶς, οἱ μὲν τοῖς, οἱ δὲ ἐκείνοις προστιθέμενοι, συναγωγὴν ἐποιήσαντο τῶν ὑπὲρ τῆς οἰκείας αἱρέσεως φερομένων Ἐπιςολῶν, καὶ τὰς ἐναντίας παρέλιπον.

2. *Libellus satisfactionis* ad episcopos, per quem obtinuit vt a. C. 328. ab exsilio reuocaretur. Vide *Antonium Pagi* ad a. 327. nr. 4.

3. ᾄσματα *cantica varia*, de quibus Photius in excerptis e Philostorgio II. 2. ὅτι τὸν Ἄρειον ἀποπηδήσαντα τῆς Ἐκκλησίας φησὶ ᾄσματά τε ναυτικὰ καὶ ἐπιμύλια καὶ ὁδοιπορικὰ *cantica, quae a nauigantibus, vel ad molas* h) *laborantibus mannarias, vel ab iter facientibus decantarentur*, καὶ τοι αὖθ' ἕτερα συντιθέντα εἰς μελῳδίας ἐντεῖναι, ἃς ἐνόμιζεν ἑκάςοις ἁρμόζειν διὰ τῆς ἐν ταῖς μελῳδίαις ἡδονῆς ἐκκλέπτων πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τοὺς ἀμαθεςέρους τῶν ἀνθρώπων. Confer D. *Io. Andreae Schmidii* diatribam de propagatione religionis per carmina, Helmstad. 1710. §. 24. et *Salomonis Ernesti*

h) Confer *Iac. Gothofredum* ad Philostorgium pag. 47. seq.

nesti Cypriani de propagatione haerefium per cantilenas, Coburg. 1708. Ien. 1715. cap. 4. Meminit *ᾀσματίων* Arii *S. Athanasius* de fynodi Nicaenae decretis tom. I. pag. 264.

4. Canticis illis eodem loco iungit Athanafius Arii *Thaliam*, de qua faepius alibi mentionem facit, teftatus, eam haerefi fuae diffeminandae compofitam ab Ario, quum, ab Alexandro Alexandrino eiectus, apud Eufebium, Nicomedienfem, verfaretur. *Ἐκβληθεὶς καὶ ἐπιτριβεὶς Ἄρειος παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, συνέθηκεν ἑαυτοῦ τὴν αἵρεσιν ἐν χάρτῃ, καὶ ὡς ἐν Θαλίᾳ* (in conuiuali laetitia) *ζηλώσας οὐδένα τῶν φρονίμων, ἀλλὰ τὸν Αἰγύπτιον Σωτάδην ἐν τῷ ἤθει καὶ ἐκλύσει τοῦ μέλους.* p. 883. de fynodis Arimini et Seleuciae, vbi longum ex illo Arii fcripto locum adfert, fed in quo nullum licet metrum deprehendere. Idem pag. 552. lib. de Dionyfii Alex. fententia: *ὁ μὲν Ἄρειος τὴν ἰδίαν κακοδοξίαν ἐκτιθέμενος ἔγραψε Θαλείαν, ἐκτεθηλυμένοις καὶ γελοίοις ἤθεσι κατὰ τὸν Αἰγύπτιον Σωτάδην,* Et orat. I. contra Arianos pag. 307. *Ἀντὶ γὰρ Χριστοῦ παρ᾽ αὐτοῖς Ἄρειος, ὡς παρὰ Μανιχαίοις Μανιχαῖος. Ἀντὶ δὲ Μώσεως καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων Σωτάδης* [?] *τις ἐξεύρηται παρ᾽ αὐτοῖς, ὁ καὶ παρ᾽ Ἕλλησι γελώμενος, καὶ ἡ θυγάτηρ Ἡρωδιάδος. Τοῦ μὲν γὰρ τὸ κεκλασμένον καὶ θηλυκὸν ἦθος μεμίμηται γράφων Ἄρειος αὐτὸς Θαλίας. τῆς δὲ τὴν ὄρχησιν ἐζήλωσε ἐξορχούμενος καὶ παίζων ἐν ταῖς κατὰ Σωτῆρος δυσφημίαις* etc. Et p. 309. *παρὰ μηδενὶ θαλείας εὑρισκομένης, ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τοῖς σπουδαίοις τῶν ἑλλήνων, ἢ παρὰ μόνοις τοῖς ᾄδουσι τὰ τοιαῦτα παρὰ πότον μετὰ κρότου καὶ σκωμμάτων ἐν παιδιαῖς, ἕνεκεν τοῦ γελᾶσθαι παρ᾽ ἑτέρων. Ὁ θαυμαστὸς Ἄρειος οὐδὲν σεμνὸν μιμησάμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν σπουδαίων ἀγνοήσας, πλεῖστά τε τῶν ἄλλων αἱρέσεων ὑποκλέψας τὴν τοῦ Σωτάδου μόνου γελοιολογίαν ἐζήλωσε. Τί γὰρ ἔπρεπε ποιεῖν αὐτὸν, ἢ θέλοντα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ὀρχήσασθαι, τὰ δύστηνα ἑαυτοῦ ῥήματα τῆς ἀσεβείας ἐν ἐκλύτοις καὶ παρειμένοις μέλεσι σημαίνειν.* Et pag. 312. *μετὰ τούτων δὲ ὥσπερ καὶ διάδοχος τῆς προπετείας τοῦ διαβόλου γενόμενος ἔθηκεν ἐν τῇ Θαλείᾳ, ὡς ἄρα καὶ τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ ἀόρατος ὑπάρχει.* Ac poft nonnulla ex illo Arii fcripto adducta, *ταῦτα*, inquit, *μέρη τῶν ἐν τῷ γελοίῳ συγγράμματι κειμένων μυθιδίων ἐστὶν Ἀρείου. Τίς τοίνυν τῶν τοιούτων καὶ τοῦ μέλους Θαλείας ἀκούσας, οὐ μισήσειεν ἐν δίκῃ παίζοντα τὸν Ἄρειον ὡς ἐπὶ τούτων;* a concilio Nicaeno reprobatam Arii Thaliam teftatur *Socrates* lib. I. cap. 9. pag. 30. *Ἰστέον δὲ, ὅτι Ἄρειος βιβλίον συνέγραψε περὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης, ὃ ἐπέγραψε Θαλείαν. Ἔστι δὲ ὁ χαρακτὴρ τοῦ βιβλίου χαῦνος καὶ διαλελυμένος, τοῖς Σωταδείοις* i) *ᾄσμασιν ἤτοι μέτροις παραπλήσιος. Ὅπερ καὶ αὐτὸ τότε ἡ Σύνοδος ἀπεκήρυξεν.* *Sozomenus* lib. I. c. 21. *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπεκήρυξαν, καὶ τὸ βιβλίον ὃ περὶ ταύτης συντάξας Θαλείαν ἐπέγραψε. Τούτου γὰρ τοῦ συντάγματος ὡς ἐπυθόμην, οὐ γὰρ ἐνέτυχον, διαλελυμένος ἐστὶν ὁ χαρακτὴρ, ὡς ἐμφερὴς ἐκείνῃ τῇ χαυνότητι τοῖς Σωτάδου ᾄσμασιν.* Ita Sozomeni iam aetate difficulter Thalia Arii reperiebatur.

i) De Sotadis carminibus dicere me memini lib. II. huius bibliothecae cap. 22. [vol. II. p. 495. fq.] A Sotade titulum libri fui petiiffe Arium, adfentior *Tillemontio* tom. VI. memor. pag. 257. *Fabr.* conf. *Trauafa* l. cit. libr. III. cap. 7. p. 225. fq. D. *Stemler* de Arii Thalia libello carminum, ad religionis infectionem atque iniuriam excogitato. Numburgi. 1730. 4. *Harl.*

Arii scripta poena capitis in occultantes proposita flammis tradi iubentur in epistola Constantini apud *Socratem* lib. I. cap. 9. pag. 32. et *Gelasium Cyzicenum* lib. II. de actis concilii Nicaeni c. 36. Confer *Iac. Gretserum* lib. I. de more et iure prohibendi libros malos, cap. 6.

[P] *Patres ante-Nicaenos cum Ario non sensisse.*

Aduersus eos, qui recentiore aetate vel incrustare adgressi sunt [k]) Arianismum, vel patres etiam antenicaenos cum Ario sensisse contenderunt, vt *Daniel Zwickerus*, in Irenico irenicorum Amsterd. 1658. 8. et in irenicomastige a. 1662. 8. *Christophorus Sandius* in Nucleo historiae ecclesiasticae, siue Arianorum potius historia et apologia [l]) eiusque adpendice, 1676. et 1678. 4. atque in Anglia *Gilbertus Clarcke* in Antenicaenismo, et responsione ad Bullum, *Lucasque Meilierus* siue *Samuel Crellius*, Iohannis Crellii, in Socini schola celebratissimi, nepos, in fide primorum Christianorum ex Barnaba, Herma et Clemente Romano demonstrata, et in antiqua fide de diuinitate Christi adserta Lond. 1695. 1697. 8. Et in variis schediasmatibus anglice in 4. a. 1691. 1692. etc. editis: tum Pictauiensi in Prouincia pridem ecclesiastes, deinde extorris *Superanius* [m]) auctor, vt aiunt, libri gallice editi *le Platonisme devoilé*, Amst. 1700. 8. ac denique *Guilelmus Whistonus* in primitiuo Christianismo, vulgato anglice Lond. 1711. 8. quinque voluminibus. *Fabr.* De *Guil. Whistoni* vita, scriptis huc pertinentibus, erroribus

k) Vel hodie labe ista multos esse infectos atque per Britanniam quam late sparsa sint illius semina, quot inde ortae sint controuersiae, satis constat. In *Baumgartenii* Nachr. von einer Hallisch. Bibl. tom. I. pag. 537. sqq. et Nachrichten von merkwürdigen Büch. tom. VII. p. 228. sqq. et tom. VIII. pag. 114. 136. sqq. 142. sqq. 218. *Woolstonii* (sub titulo Origenis Adamantii renati,) *Taylori*, *Clarkii*, *Io. Iacksoni* etc. scripta, in quibus Arianorum placita erroresque recoquuntur, vberius recensentur; quorum tamen aliorumque tam adseclarum, quam aduersariorum scripta, in quibus in vtramque partem disputatur, quo minus copiosius enumeremus, instituti nostri ratio prohibet. Atque quorumdam, in quibus historia Arianismi exponitur, librorum iam paullo ante fecimus mentionem. Add. *Ge. Frid. Seileri* progr. de difficultatibus arianismi subtilioris, inprimis Clarkiani. Erlangae, s. a. 4. *Harl.*

l) Pag. 59. Appendicis, *velim meminisse lectorem*, inquit Sandius, *me haec in gratiam Arianorum et quasi in persona Ariani scripsisse. Iudicet ipse, quantum argumenta mea valeant.*

m) *Mr. Souverain*, autrefois ministre en Poitou. Memoires de Trevoux A. 1703. p. 386. edit. Amst. et Mr. Bayle, dans sa reponse aux questions d'un Provincial. tom. I. p. 628. seq. *Fabr.* *Souverain* lib. recusus est Coloniae, (f. potius Amstel. aut in vrbe quadam alia Batau.) 1708. 8. conf. *Baumgart.* Nachricht. von einer hallisch. Biblioth. tom. III. p. 553. sqq. et p. 543. vbi cum Vogtio in cat. p. 537. dicitur *liber pestilentissimus*, et ad multos alios VV. DD. qui de isto egerunt, ablegantur lectores; it. *Stolle* Nachricht von den Büch. — in der Stoll. Bibl. vol. II. pag. 459. sq. — Versuch veber den Platonismus der Kirchenväter; oder Vntersuchung veber den Einfluss der Platonischen Philosophie auf die Dreyeinigkeitslehre in den ersten Iahrhunderten. (Aus dem Französischen, mit einer Vorrede vnd Anmerkungen, von *Ios. Frid. Christi. Löffler.*) Züllichau. 1782. mai. 8. rec. ibid. 1792. mai. 8. *Harl.*

bus et orta inde controuersia plura leges in *Ern. Ludou. Rathlefii* Geschichte jetzt lebender Gelehrten, part. IV. Cellae, 1742. 8. pag. 283. *Harl.*

Aduersus hos, inquam, aliosque cum his facientes, non inficiandam doctrinae catholicae de Christo aeterno et ὁμοουσίῳ cum patre Deo antiquitatem, patrumque Nicaenorum fidem alienam ab Arianismo, vindicarunt e nostris quidem Augustanae confessionis subscriptoribus:

D. *Abraham Calouius* in confessione martyrum et aliorum fidelium ac inprimis ecclesiae doctorum post SS. apostolorum excessum vsque ad concilium Nicaenum de SS. Trinitate, Witeb. 1660. 4. et inter opera b. viri anti-Sociniana tom. II. pag. 484. seq. Vlm. 1684. fol.

Hermannus Conringius in programmatibus sacris, pag. 102. seq. Helmstad. 1651. 4.

[Osiander f. *Reuchlin.* in disp. supra memorata. *H.]*

[†] *Melchior Zeidlerus* in opere MS. aduersus Sandium, patrem, memorato apud Christoph. Hartknochium in historia ecclesiarum Prussicarum pag. 646. quod editurum se promisit Philippus Iacobus Hardtmannus libro de gestis Christianorum sub apostolis p. 181.

D. Godfridus Olearius ὁ μακαρίτης in diss. de Spiritus S. cum patre et filio adoratione et glorificatione, contra Guilelmum Whistonum. Lips. 1711. 4.

Vrbanus Godfridus Siberus in schediasmate, cui titulus: *martyres diuinitatis Christi testes.* Lipsiae 1714. 4.

[Recentius plures in hoc argumento versati sunt, vt *Ioh. Frid. Burscherus* doctrina publica eccl. Christ. post apostolos de Deo trinuno et de Iesu Chr. persona. Lips. 1780. 8.

Add. etiam qui de historia dogmatum scripserunt: *Guil. Münscher* Handbuch der christl. Dogmengesch. tom. I. p. 376. sq. tom. III. p. 369. sq. *I. C. F. Wundemann* Geschichte des christl. Glaubens von Athanasius bis auf Gregor den Gr. tom. I. p. 218. sq. *Fr. Münter* Handbuch der ält. christl. Dogmengesch. tom. I. p. 365. sq. *Beck.]*

Ex Romanae ecclesiae sociis *Rob. Bellarminus* lib. I. de Christo, capite 10. *Iodocus Coccius* thesauri catholici tom. I. p. 39. sq. 64. seq.

Dionysius Petauius S. I. praefat. ad tomum II. dogmatum theol. atque in tomo illo ipso, qui est de SS. Trinitate Paris. 1644. fol. nec non libro XVI. de incarnatione verbi, cap. 2. Paris. 1650.

Iosephus Saenz, cardinalis *de Aguirre,* in prolegomenis ad tom. II. Operum Anselmi Cantuariensis, Rom. 1688. fol.

Natalis Alexander, in selectis historiae ecclesiasticae capitibus, saeculo III. part. II. pag. 335. seq. edit. in fol.

Petrus Daniel Huetius libro II. origenianor. capite 2. quaest. 2.

Ludouicus Thomassinus in dogmatibus theol. tomo III. tractatu 2. qui est de SS. Trinitate.

Ex Anglis:

Samuel Gardinerus in hypotypoſi ſiue delineatione catholicae circa SS. Trinitatem fidei ex ſcriptis patrum ante-Nicaenorum deſumta, Lond. 1677. 8. Eiusdem reſponſio ad obiectiones nuclei Sandiniani. Ibid. epiſtola ad Sandium in huius adpendice nuclei pag. 106. et reſponſio valedictoria, cum adpendice de Cingallo. n) Lond. 1681. 8.

Georgius Bullus, poſtea epiſcopus S. Dauidis, a. 1705. denatus, in defenſione fidei Nicaenae de aeterna diuinitate filii DEI ex ſcriptis SS. patrum, qui intra tria prima eccleſiae chriſtianae ſaeculi floruerunt, in qua obiter quoque CPolitanum ſymbolum de diuinitate Spiritus S. ex antiquiorum teſtimoniis adſtruitur. Oxon. 1685. 4. Amſtel. 1688. 4. et inter viri doctiſſimi opera, Lond. [ſ] 1703. fol. in quibus etiam exſtat eiusdem iudicium veteris eccleſiae de neceſſitate credendi, quod Chriſtus ſit Deus, contra Sim. Epiſcopium, quod ſeparatim prodierat quoque Amſtelod. 1697. 8. Nec omittenda eius primitiua et apoſtolica traditio dogmatis, in eccleſia catholica recepti, de Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri diuinitate aſſerta et euidenter demonſtrata contra Zwickerum, eiusque nuperos in anglia ſectatores.

Danielis Whitby de vera Chriſti deitate aduerſus Arii et Socini haereſes, Oxon. 1691. 4.

Eduard Stillingfleet capite nono libri, anglice editi, cui titulus: a diſcourſe in vindication of the Trinity. Lond. 1697. 8. pag. 177. ſeqq.

Io. Erneſtus Grabe in libro, anglice poſt eius obitum vulgato, cui titulus: *ſome inſtances of the defects and omiſſions in Mr. Whiſtons collection of teſtimonies from the Scriptures and the Fathers againſt the true Deity of the Son and the Holy Goſt, and of miſapplying and miſinterpreting them,* Lond. 1712. 8.

Ex aliis reformatis:

Io. Amos Comenius in admonitione ad omnes Chriſtianos de irenico irenicorum. Amſtelod. 1660. 8. pag. 97. ſeq. Idem in iterata admonitione etc.

Stephanus le Moyne in notis ad varia ſacra, Lugd. Bat. 1684. 4. pag. 137—292.

Frid. Spanhemius fil. tom. III. opp. pag. 1216. ſeq.

Io. Hornbeckius tom. I. Socinifmi confutati pag. 394. ſeq.

Benedictus Pictetus tom. I. theologiae chriſtianae, lib. III. cap. 20. p. 212. ſeq.

Armandus Borbonius et *Stephanus Dechamps* in epiſtolis et notis, editis gallice a. 1689.

VIII. PHOTINVS, de Gallograecia Ancyranus in patria diaconus, atque inde epiſcopus Sirmienſis, o) quem Scotinum Lucifer et Athanaſius adpellant, vir, (vt de eo cap.

n) Sandius ſub Hermanni Cingalli nomine edidit librum pro Arii haereſi, quem inſcripſit *ſcriptura S. Trinitatis reuelatrix*, Goudae, 1677. 12.

o) Sirmium, caput Illyrici. Hodie *Szerem*, vicus.

cap. 16. Vincentius Lirinenfis,) *et ingenii viribus valens et doctrinae opibus excellens et eloquio praepotens, quippe qui vtroque fermone* (graeco et latino) *copiofe et grauiter difputaret et fcriberet*, inftaurator fectae Ebionis, Artemonis et Pauli Samofateni, (Socini anteambulo,) haerefin fuam non videtur prodidiffe [*] ante a. C. 341. vti ex *Socratis* II. 14. feq. obferuat *Matthaeus Larroquanus* in diff. de Photino, Geneu. 1670. 8. Confer Benedictinorum notas ad S. Ambrofium tom. II. pag. 445. Igitur licet in Ario etiam Photini fectam, antequam nafceretur, damnauerit ecclefia, tamen proprie damnatus Photinus non eft a. 325. in concilio Nicaeno, nec in concilio eodem tempore habito Romae fub Siluefiro, vt refertur in conficto quodam epilogo concilii romani. Neque a. 336. cum magiftro fuo, Marcello, Ancyrano, in fynodo CPol. vt Sulpicii Seueri, diuerfo gefta tempore perperam coniungentis, fide, tradunt *Petauius* diff. de Photino, *Pearfonius* commentario ad fymbolum apoftol. p. 212. et *Chifletius* ad Vigilium pag. 121. Sed primum in fynodo fecunda Antiochena a. 345. ab Eufebianis. *Athanaf. de fynodis et Socrates lib. I. cap. 19.* Deinde a catholicis in concilio Sardicenfi a. 347. nifi Sardicenfem cum Sirmienfi fynodo confudere *Epiphan. LXXI. 1. et Sulpicius Seuerus II. 36.* tertio, in fynodo Mediolanenfi, itidem a catholicis a. 347. *Hilarius in fragm. Liberius, papa, et epifcopi catholici in fynodo Ariminenfi et epiftola Valentis et Vrfacii ad Iulium, pontificem rom.* quarto a. 349. in fynodo Sirmienfi depofitus ab epifcopis catholicis occidentalibus, licet ob exiftimationem fauoremque populi remoueri non potuiffet. *Idem Hilarius in fragm.* quinto in altera fynodo Sirmienfi a. 351. iterum depofitus ab orientalibus epifcopis, atque a Bafilio Ancyrano conuictus et relegatus eft. *Hilarius, Epiphan. Sozomenus IV. 6. Socrates II. 30.* etc. fexto in concilio Mediolanenfi a. 355. Denique inter alios haereticos in multis pofterioribus fynodis, vt Romana fub Damafo, CPolitana I. Oecumenica aliisque. *Fabr.* Nofter autem Fabr. infra vol. XI. in recenfione conciliorum edit. regiae, Labbei et Harduini, p. 379. plura refert, et locum noftrum retractat p. 378. in nota *c.* Priore igitur loco, „*Dionyfii Petauii* S. I. diff. inquit, de Photino, haeretico, eiusque damnatione in quinque fynodis facta, exhibetur a *Labbeo* tom. II. pag. 729. [et a *Manfio* in collectione concil. ampliffima, tom. III. p. 185.] Eadem faepius prodiit ad calcem rationarii temporum Petauiani et cum Sirmondi diatriba duplici Sirmitana, Petauio oppofita; exftat quoque tom. IV. operum Sirmondi, Paris. 1696. fol. [p]) ad-

p) Petau. primus *Baronii* ordinem rationesnes adgreffus eft, et plura in medium protulit concilia in notis ad Epiphan. p. 506. Sed *Baronii* defenfionem fufcepit *Sirmondus* in diatriba de anno fynodi Sirmienfis et de fidei formulis in ea editis, poft eius mortem a *Baluzio* Marcae opufc. p. 451. fqq. fubiuncta. Petauius refpondit in diff. de Photino haeretico eiusque damnatione, tertiae edit. rationarii temporum, Paris. 1636. 8. addita. Sed Sirmondus oppofuit diatribam fecundam, examen continentem differtationis, quam de Photino, haeretico, eiusque damnatione Dion. Petauius in lucem nuper edidit, a Baluzio etiam Marcae opufc. pag. 501. adiunctam. Quo facto Petauius confcripfit elenchum diatribae vtriusque de Photino et Sirmienfi fynodo, primum probabiliter editum in IV. tomo Sirmondi Opp. vbi pag. 531. fqq. ed. Paris. aut tom. IV. pag. 569. fqq. ed. Ven. fcripta vtriusque memorata fiut collecta. v. Walch. l. c. III. pag. 6 fq. Elenchus quoque eft in tom. III. de doctrina temporum, ed. Amftel. v. *Niceron.* mem. VV. DD. tom. I. pag. 250. fq. verf. Baumgart. *In,*

adiunctum habens eiusdem Petauii elenchum aduerſus Sirmondum. Conſulendus idem *Petavius* notis ad Epiphanium pag. 307. ſqq. *Petri de Marca* diſſ. 10. eccleſiaſt. de tempore ſynodi Sirmienſis plenariae, et de Valentis et Vrſacii venia, ad calcem operis de concordia ſacerdotii et imperii: *Matth. Larroquani* diſſ. de Photino, Geneu. 1670. 8. eiusdem Conſiderations ſervant de réponſe à ce que Ms. David a ecrit contre la diſſ. ſur Photin, à Rouen 1671. 4." Pag. autem 378. ſcripſerat Fabric. „*Sirmienſe* concil. plenarium, a. C. 357. in quo damnatus Photinus. Exemplum fidei, Sirmii ab orientalibus contra Photinum, conſcriptae, vna cum 27. anathematiſmis: latine ap. *Hilarium* de ſynodis, graece apud *Athanaſ.* de ſynodis p. 900. et *Socratem* II. 30. Exemplum blaſphemiae apud Sirmium per Oſium, Cordubenſem, et Potamium, Vlyſſiponnenſem epiſcopum, lat. et gr. apud laudatos auctores. Confer. *D. Io. Ge. Dorſchei* collatio ad concilium Sirmienſe Argentor. 1650. 4." „Atque in nota ita retractat ea, quae in tomo noſtro ſcripſerat." Vt ſuppleam et emendem, quae de Photini damnatione notaui vol. VIII. p. 315. [vet. ed. ſiue noſtro, in quo verſamur, loco.] Reprobatus eſt primum in ſynodo ſecunda Antiochena a. 345. ab Euſebianis. *Athanaſ.* de ſynodis et *Socrates* libr. I. cap. 19. Synodicon *Pappi*, cap. 43. Deinde a catholicis in concilio Sardicenſi a. 347. niſi Sardicenſem cum Sirmienſi ſynodo confuderunt *Epiphan.* LXXI. 1. et *Sulpicius Seuerus* II. 36. Tertio damnatus in ſynodo Mediolanenſi, ibidem a catholicis a. 347. *Hilarius* in fragm. *Liberius, papa,* et epiſcopi catholici in ſynodo Ariminenſi et epiſtola *Valentis* atque *Vrſacii* ad Iulium, pontificem rom. [in qua tamen magis de reconciliatione Vrſacii ac Valentis, quam de Photino agebatur:] Quarto a. 349. in ſynodo romana. *Hilarius* in fragm. Quinto, eodem anno in ſynodo Sirmienſi depoſitus ab epiſcopis catholicis occidentalibus, licet ob exiſtimationem fauoremque populi remoueri non potuerit. Idem *Hilarius.* [Sed ſynodus romana, quae Marcae eſt opinio, a Sirmienſi, eodem anno ſecundum Petauium habita haud diuerſa eſt, et omnis controuerſia in coniecturis poſita:] Sexto in concilio Mediolanenſi a. 355. Septimo in altera ſynodo Sirmienſi a. 357. iterum depoſitus ab orientalibus epiſcopis, atque a Baſilio Ancyrano conuictus et relegatus eſt. *Hilar. Epiphan. Socrates* II. 29. 30. *Sozomen.* IV. 6. *Philaſtr.* cap. 65. *Synodicon Pappi* cap. 50. Sirmienſem ſynodum ante Mediolanenſem habitam commemorans. Octauo, pulſum a Valentiniano, (qui a. 364. coepit imperitare,) Photinum ſcribit *Hieronymus* cap. 107. de ſcript. eccles. nempe iterata vice, poſtquam a Iuliano a. 362. revocatus ab exſilio fuerat. Vid. *Tillemontium* tom. VI. memor. p. 354. Denique in multis poſterioribus ſynodis damnatus inter alios haereticos, vt romana ſub Damaſo, CPolitana I. oecumenica, aliisque." Hactenus *Fabricius* noſter. *Walch.* in hiſtoria haereſium, (Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Ketzereien, Spaltungen vnd Religionsſtreitigkeiten, bis auf die Zeiten der Reformation:) part. III. Lipſ. 1766. 8. (vbi p. 3—70. hiſtoriam haereſeos Photin. copioſe docteque perſequitur,) pag. 42. ſqq. inveſtigat diligenter, quot concilia, in quibus Photini haereſes condemnabantur, ſint habita, et primum refert ea, quae Hilarius, Sulpitius Seuerus, Epiphanius, Socrates, Sozomenus, et Hieronymus haud ſatis dilucide diſtincteque de illis memoriae prodiderunt; tum enumerat diuerſas Baronii, Petauii, Sirmondi, Larroque, Marca, (qui medium tenet inter Petauii et Sirmondi rationes, ſex ſynodos contra Photinum congregatas numerat in ſynopſi chronologica, in opuſculis p. 185. cui maximam partem accedunt

dunt *Pagius* in crit. in annal. Baron. tom. IV. p. 410. 413. 439. 502. edit. Manſ. Ittigius aliique recentiores,) Tillemontii, Conſtantii, in notis ad Hilar. tom. II. Opp. p. 635. 639. edit. Veron.) Fabricii noſtri, (quocum tamen non plane conſentit,) et Manſii, (in tom. III. collect. ampliſſ. concilior. p. 92. ſqq.) Denique examinat et veterum et recentiorum narrationes de illis rationesque, ſuamque dicit explicatque ſententiam, ſecundum quam Photini haereſis tantum certo condemnata fuit in conciliis, Antiocheno a. 344. Mediolanenſi, a. 355. Sirmienſi 351. vel, ſecundum Marcam, Romano a. 350. in quo quidem Photinus haereſeos arguebatur, ſed propter vim factionis aduerſariae munere priuari non potuit, quod factum a. 364. et in conciliis, Rom. a. 375. et CPolit. a. 381. negat vero cum Baronio aliisque contra Petauium, in concilio Sardicenſi a. 347. de Photino fuiſſe actum et illum condemnatum. Sed vberior diuerſarum narrationum atque opinionum rationumque expoſitio pertinet ad hiſtoriam eccl. atque conciliorum. Atque *Walch* prouocat quoque ad ſuam conciliorum hiſtoriam (*Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Kirchenverſammlungen,* Lipſ. 1759. mai. 8.) p. 182. ſqq. *Lardneri* credibil. of the G. H. part. II. vol. IX. pag. 15. ſqq. aliosque bene multos tam veteris, quam recentioris aetatis. Add. *Semler* hiſtor. introduct. praemiſſam Baumgartenii theologiae polemicae, vol. III. p. 24. ſqq. de Ario eiusque doctrina et fatis, pag. 62. ſqq. de ſymbolis catholicorum atque Arianorum, et pag. 80. ſqq. de concilio Sirmienſi a. (vt ſcribit Semler.) 357. contra Photinum habito: et *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſt. tom. VI. p. 191. ſqq. *Harl.* Add. etiam *Fuchs.* Bibl. der Kirchenverſ. tom. II. p. 183. ſq.

Haec vt veriſimillima paucis adnotare volui ex copioſis de Photino diatribis Petavii, Sirmondi, Larroquani: et ex Petri de Marca ac D. *Dorſchei* noſtri de concilio Sirmienſi, tum *Tillemontii* tom. IV. memor. pag. 328. ſeq. et b. doctoris mei, *Tho. Ittigii,* hiſtoria Photini, quae erudita illius viri commentatio in heptade diſſertationum cum adpendice diſſ. de haereſiarchis apoſtolicae aetatis lucem vidit Lipſiae [?] 1696. 4. Vide ſis etiam, quae de Photino *Beueregius* ad can. 7. Laodicen. et 1 CPol. *Elmenhorſtius* pag. 148. ad Gennadium de dogmatibus eccleſ. *Cotelerii* monumenta eccleſiae graecae tom. III. pag. 384. q) Mortuus Photinus in Galatia a. C. 376. vt teſtatur Hieronymus in chronico.

Photini ſcripta.

Poſt habitam cum Baſilio, Ancyrano, diſſertationem, tum graeco, tum latino ſermone ſcripta in exſilio vulgauit, quibus, excepta opinione ſua, reliquas omnes falſas conabatur oſten-

q) Add. *Sandii* nucleum hiſtoriae eccles. pag. 116. ſq. de *Photino,* cum Samoſateno et Sabellio ſentiente; p. 224. ſq. de illo, in concilio Sirmienſi (a. 359. ſcripſit Sand.) ab Arianis condemnato; pag. 64. et 66. quomodo Photiniani dixerint, filium non eſſe ante Mariam, nec Chriſtum fuiſſe deum, ſed purum hominem; nec eſſe trinitatem perſonarum in diuinis. — *Sagittarii* introduct. in hiſt. eccles. I. ſect. LX. pag. 1145. ſqq. qui priorem ſynodum Sirmienſem, a catholicis aduerſus Photinum coactam, adſerit a. 360. poſteriorem vero, ab Arianis contra iſtum celebratam, refert ad a. 351. *Harl.*

ostendere. *Λόγους τε τῇ Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων φωνῇ συγγράφων ἐξεδίδου, δι' ὧν ἐπειρᾶτο πλὴν τῆς αὐτοῦ τὰς τῶν ἄλλων δόξας ψευδεῖς ἀποφαίνειν.* *Sozomenus* IV. 6. Hoc fuit opus *aduersus omnes haereses*, vtraque lingua a Photino editum, de quo *Socrates* II. 31. *ἐν φυγῇ τε διάγων τοῦ λοιποῦ λόγον συνέγραψεν ἀμφοτέραις γλώσσαις, ἐπεὶ μηδὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἦν ἄμοιρος. Ἔγραφε δὲ κατὰ πασῶν αἱρέσεων, τὸ οἰκεῖον μόνον δόγμα παρατιθέμενος.*

S. Hieronymus cap. 107. de scriptor. eccles. *Photinus a Valentiniano, principe, pulsus ecclesia, plura scripsit volumina, in quibus vel praecipua* r) *sunt contra Gentes, et ad Valentinianum libri.*

Rufinus commentario in symbolum: *Comperi, nonnullos illustrium tractatorum aliqua de his pie et breuiter edidisse: Photinum vero, haereticum, scio eatenus conscripsisse, non vt rationem dictorum audientibus explanaret, sed vt simpliciter ac fideliter dicta ad argumentum sui dogmatis traheret.*

Photinum confutarunt e Graecis *Diodorus*, Tarsensis, libris IV. teste Theodorito lib. II. de haeret. fab. c. 11. e Latinis *Audentius*, Hispanus, in libro *de fide aduersus omnes haereticos*. Gennad. cap. 14. de S. E. nec non auctor quaestionum V. et N. T. qui exstat inter Augustini opera et Photino adhuc superstite videtur scripsisse.

Alii Photini.

Photinus, Lugdunensis episcopus, quem celebrant Lugdunenses in notissima apud *Eusebium* epistola lib. V. et martyrologia 2. Iunii.

Photinus, martyr Nicomediensis sub Diocletiano, 12. August.

[*] Photinus, CPol. presbyter, clarus imperante Mauritio circa extremum saeculi VI. et auctor vitae Iohannis, ieiunatoris, ex qua fragmentum in synodo Nicaena II. actione 4. tom. III. edit. Binianae pag. 570.

[*Photinus*, episcopus Ὄτρου, et *Photinus*, episcopus τῶν Θερμῶν, qui subscripserunt concilio CPolitano sub Gennadio, patriarcha, a. C. 459. in cod. *Vindob.* caesar. XLIV. teste *Lambec.* comment. VIII. p. 891. et 893.

Martyrii *S. Photinae*, Samaritanae, filiorumque ipsius et sororum historia, in cod. *Vindob.* caesar. CXI. de quo, adhuc inedito, v. *Lambec.* comm. IV. p. 128. sqq. qui praeter ea notat, memoriam illius celebrari d. XX. Martii, et ablegat lectores ad Baronii notas ad martyrolog. roman. illo die, et ad Bolland. etc. acta Sanctor. m. Mart. *Harl.*]

XI. AE-

r) MS. Guelpherbyt. notante S. E. Cypriano: *in quibus libri praecipui sunt contra Gentes.*

IX. AETIVS, Antiochenus, s) relicta cultura vineae, artem fabrilem in aere auroque exercuit, inde famulus medici (Sopolidis,) t) atque ab Armenio quodam pecuniis largius suppeditatis ipse artem professus medicam, et lingua factiosus atque Aristotelis imbutus dialectica, exortae Arii haeresi non modo adsensit; sed etiam vlterius ex Arii principiis provehere, et cum discipulo, Eunomio, Anomoeorum sectae princeps esse instituit, per Theophilum Blemmyn et Leontium, Antiochiae episcopum, Gallo, caesari, quem sacris literis etiam instituit, u) commendatus, et amicus Georgii Tarbasthenitae, Ariani, qui post eiectum S. Athanasium ecclesiae Alexandrinae praefuit. v) Ab eo diaconatum quoque suscepit, w) quem Leontius Antiochiae obtulerat, vbi haeresin suam primum spargere coepit x) sub Constantio, a quo missus in exsilium, sed a Iuliano reuocatus, cuius ad Aëtium litterae exstant, *Sozomeno* V. c. 5. etiam memoratae, et singularis gratiae ac beneficiorum documenta. Quum epistolam illam ad Aëtium Iulianus scriberet, iam episcopus y) ordinatus ille erat in synodo CPolitana a. C. 361. Postea a. 365. in discrimen capitis venit, apud Procopium, tyrannum, delatus, quod Valenti faueret, sed amici intercessione dimissus CPolin se contulit, ibique non diu post obiit praesente discipulo, Eunomio. z) Propter haereseos proteruam [?] disseminationem *ἄθεος* cognomen Aëtio tribuitur ab Athanasio aa), Socrate, Sozomeno, Suida, aliisque.

s) *Socrates* II. 35. *Suidas* in Ἀέτιος. *Nicetas* V. 30. thesauri etc. Fallitur *Damascenus*, qui Aëtium *Cilicem* vocat haeresi 76. et *Vossius* de philosophia pag. 103. qui ex Apamea Mesopotamiae oriundum facit. *Fabr.* Quod Damascenus Aëtium vocat *Cilicem*, falsa lectio esse videtur, et inde orta, quoniam *Basilius* libr. I. aduers. Eunom. pag. 10. vti *Philostorg.* III. c. 15. eius patriam fuisse, tradunt, *Coelen* (vnde aliquis perperam legendo aut compendium scribendi male interpretando stulte effinxerit *Cilic.*) *Syriam*, in qua Antiochia sita est, aut quod Aëtius, Antiochia pulsus, Anazarbum *Ciliciae* venisse, ibique Athanasio, Anazarbi episcopo, et Ariano adhaesisse, iterumque Antiochia, quo redierat, pulsus, *Ciliciam* profectus dicitur. Plura de Aëtio, eius vita fatisque et erroribus v. in *Iac. Gothofredi* diss. ad Philostorg. III. §. 15. 16. et 17. pag. 153. sqq. et ad libr. VI. cap. 7. VII. cap. 5. et 6. VIII. cap. 2. pag. 216. 288. sqq. 316. sq. Geneu. 1643. 4. Add. *Caue* hist. litt. SS. eccl. I. p. 218. *Du Pin* hist. eccl. vol. II. p. 98. *Chr. Guil. Franc. Walchii* Entwurf einer — Hist. der Ketzereien etc. tom. II. p. 119. sq. *Roesler* Bibl. der Kirchenv. part. II. p. 4. — *Wittich* Handbuch der christl. Kirchen u. Dogmen-Gesch. part. I. p. 58. in primis *Schroeckh* christl. Kirchen-Geschichte tom. VI. pag. 119—123. *Harl.*

t) *Philostorg.* III. 15. *Niceph.* IX. 17.

u) *Philostorg.* III. 27. [ad quem loc. v. Gothofredi diss. p. 189. sqq.]

v) Haec de Aëtio ex Athanasii, Galatarum episcopi, fide *Greg. Nyssenus* lib. I. contra Eunom. pag. 292. seq. quae conferenda cum Philostorgio, Aëtii encomiaste.

w) *Epiphan.* LXXVI. 1. confer *Tillemont.* tom. VI. memor. pag. 409. seq.

x) *Sozom.* IV. 12. *Iulian.* epist. 31.

y) *Philostorg.* VII. 6. *Epiphanius* tom. I. p. 992.

z) *Philostorg.* IX. 6. [vbi vid. *Gothofredi* diss. pag. 376.] Alios Aëtii discipulos, Demophilum, et Hypatium, memorat *Epiphanius* tom. I. pag. 886.

aa) *Balthasar Germon* de veteribus haereticis, ecclesiasticorum codicum corruptoribus p. 373. per Chronitas, putat, ab Aëtio intelligi Eudoxium, Menophilum aliosque, a quibus persequutionem passus fuerat, Arianos. Sed aliud visum

Eius ſcripta, *trecenta* κεφάλαια, ſiue *capita de fide*, e quibus opuſculum, ſeptem et quadraginta capitulis conſtans, exhibet ac refellit *S. Epiphanius* haereſi LXXVI. 10. ſeq. Idque ipſum eſt opuſculum περὶ γεννητȣ̃ Θεȣ̃ καὶ ἀγεννήτȣ, quod a Chronitis, hoc eſt a catholicis chriſtianis, corruptum eſſe queritur in prooemio apud *Epiphan.* tom. I. pag. 924. 931. quod ipſum prooemium [bb]) etiam exſtat apud Athanaſium dialogo 2. de trinitate, tom. II. pag. 192. vbi illud confutat, opuſculi ipſius etiam argumenta deinceps exhibens et refellens.

De *epiſtolis* Aëtii Socrates II. 35. Ἐπιστολάς τε συνετάττει πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον καὶ πρὸς ἑτέρȣς τινὰς ἐρεσχελίας συμπλέκων καὶ σοφίσματα μελετῶν. Epiſtolarum ad Conſtantium mentio etiam apud Suidam in Ἀέτιος. Ex vna illarum videntur eſſe, quae referunt *Epiphanius* LXXVI. 3. p. 916. et *S. Baſilius* de Spiritu S. cap. 2. ἔστι γάρ τι αὐτοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Ἀετίȣ τȣ̃ προστάτȣ τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐξευρεθὲν, ὅς ἔγραψέ πȣ τῶν ἑαυτȣ̃ Ἐπιστολῶν λέγων· Τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοίως προφέρεσθαι. Καὶ ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίως προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν φύσιν.

Alii Aëtii.

Ianus Cornarius dubitat, idemne cum haeretico ſit Aëtius, auctor operis medici, quod graece habemus, atque idem Cornarius latine vertit. Plane etiam cum illo confunditur ab *Hendreichio* in pandectis Brandenburg. et tamen traditur claruiſſe a. 437. atque in bibliotheca medica Lindenio-Mercкliniana nouo errore dicitur diſcipulus Eunomii, quum Aëtius, haereticus fuerit Eunomii magiſter. Sed rectius vtique diſtinguit Geſnerus in bibl. opusque illud iatricum Aëtio, medico iuniori et ab haeretico illo longe diuerſo, tribuunt *Marſilius Cagnatus* [cc]) lib. IV. variar. obſeruatt. c. 17. *Lambecius* VI. p. 103. [p. 236. ed. Kollar.] de bibl. [319] Vindob. *Voſſius* lib. de philoſophia cap. 12. §. 30. *Hermannus Conringius* introduct. ad artem medicam §. 19. qui refert ad ſaeculum quintum, et *Io. Ionſius* lib. IV. de ſcriptoribus hiſt. philoſophicae pag. 319. qui Iuſtiniani aetate hunc celebrem fuiſſe adfirmat. Fallitur quoque *Tiraquellus*, qui lib. de nobilitate pag. 232. [ſuſpicatur ex loco Paulli Aeginetae corrupto, *Cappadocem* fuiſſe Aëtium, et] notat, Eunapium Aëtii, medici, qui ſub Conſtantino Magno medicorum ante ſe dicta coniunxerit, vitam deſcripſiſſe: nam Oribaſii, ex quo multa hauſit Aëtius, non Aëtii, cuius ne verbo quidem meminit, vitam Eunapius ſcripſit. Ceterum iuniores Oribaſio ſcriptores pauci ab Aëtio laudantur; neque mihi conſtat, quo argumento ad Iuſtiniani aetatem illum Ionſius detrudat, niſi, vt ſuſpicor, quod apud Cagnatum

ſum *S. Athanaſio* dialogo 2. de trinitate tom. II. pag. 193. vbi Aëtium ita adloquitur: τίνας δὲ λέγεις Χρονίτας; τȣ̀ς ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μέχρι καὶ σήμερον κινȣ̃ντας Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

bb) Fallitur Caueus, qui illud habet pro Aëtii epiſtola ad Eunomium ſcripta.

cc) In Lampade artium Gruteriana tom. III. p. 646. ſeq.

tum legit, dignitatem comitis Ὀψικίου, dd) quae scriptori huic in manu exaratis quibusdam libris tribuitur, apud idoneos auctores vix ante aetatem Iustiniani reperiri, vti post illam reperitur saepe, apud Theophanem, et in historia miscella. At ex eo ipso, quod Oribasii scripta laudat, non Constantino Magno modo, sed etiam Aëtio, haeretico, se prodit iuniorem: nam ille medicinam quidem fecit et ipse, sed ante Iuliani imperium; sub quo, vel post quod, Oribasius scripsit. Praeterea satis distinguitur ab eo praeclari operis medici auctor, quod illud veterum nemo tribuit haeretico, vbi de illo sermo est. At hic scriptor in quibusdam codicibus MSS. ee), Cornario et Cangio teste, diserte vocatur, Ἀέτιος Ἀμιδηνὸς, Κόμης

dd) Amplissimum fuit Θέμα ὀψικίου siue *Asiae prouinciae*, cui praesidii loco imponebatur *legio obsequii*, h. e. militum, qui imperatorem, ordinis tuendi et honoris caussa, praeibant. Huic Θέματι et legioni Ὀψικίου comes praefuit, de quo consulendus *Constantinus Porphyrogenitus* libro I. de thematibus pag. 9. qui docet, illud a mari et sinu Astaceno et a promontorio Dascilio ad Tritonem vsque et montes Sigrianae atque Proconnesum ad ipsam quoque Abydum, Cyzicum et Parium se porrexisse. Vide et *Cangium* in glossario vtroque, *Vulcanium* ad Constantinum pag. 65. [*Lambec.* comm. VI. pag. 235. not. 2.] Acta Sanctor. tom. I. Iunii pag. 760. et *Montfauconi* Diarium Italicum, p. 78.

ee) Sic Κόμης Ὀψικίου dicitur in tribus codd. bibl. publ. Paris. quorum lection. varr. exempla possedit *I. C. G. Ernesti*, prof. Lips. teste *Weigelio* in disp. mox memoranda pag. 8. et in aliis codd. Atque *Amidenus* vocatur in cod. caes. *Vindobon.* memorabili et peruetusto XVII. in quo continetur Aetii τετράβιβλος, siue syntagma (integrum) medicinae ex veteribus contractae, diuisum in quatuor primarias partes, seu sectiones, quarum quaelibet quatuor libros complectitur, ita vt totum syntagma in vniuersum constet libris *sedecim;* argumentum totius operis inscribitur atque incipit: Δήλωσις τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν τοῖς ις' βιβλίοις τοῦ Ἀετίου· et libri primi initium est: Ἀετίου Ἀμιδηνοῦ βιβλίον πρῶτον· σύνοψις τῶν τριῶν βιβλίων Ὀριβασίου etc. Atque *Lambec.* l. c. pag. 235 sq. notat, ed. gr. Aldinam posse beneficio huius cod. MSti caes. non solum plurimis locis emendari atque illustrari; sed etiam integris *octo posterioribus libris* suppleri: in nota autem 2. et 3. corrigit errorem *Petri Castellani*, in libro de vitis illustrium medicorum pag. 130. perperam legentis *comes opificii*, et *libris septemdecim* in not. 4. obseruat, ex hac inscriptione aliisque Aetii locis manifeste adparere, Aetium Oribasio esse aliquanto iuniorem. — Ibid. in cod. XVIII. chartaceo antiquo continentur eiusdem operis libri IX. (initio mutilus,) X. XI. XII. XIII. XIV. et, (qui fine caret,) XV. (*Lambec.* l. c. pag. 236. sq.) — Ibid. in cod. XXVII. nr. 5. sunt *miscellanea medica*, et inter illa, *excerpta ex Aëtii libro II. de speciebus terrae, de metallicis et de animalibus.* (*Lambec.* l. c. pag. 277.) — In cod. LI. in duo voll. diuiso, sunt Aëtii contractae medicinae librorum XVI. libri posteriores nouem, sine vlla communi epigraphe: prius volumen continet libros integros quinque, n. VIIIum, IX. X. XI. XII. et decimi tertii initium: in vol. II. continuatur liber XIII. quem excipiunt tres reliqui integri. — In cod. LII. libri sex, n. octauus, nonus, decimus, vndecimus, duodecimus et decimus tertius, manu Io. Magenbuchii circ. a. 1523. scripti. Illos duo codd. recenset *Kollarius* in suppl. ad Lamb. comment. pag. 394. sqq. et pag. 396. se in vsum Lipsiensis cuiusdam eruditi, (Hebenstreiti opinatur,) ex codd. Aetii Vindobon. ab ipso et Lambecio recensis innumeras paene collegisse VV. lectt. et „tantam, ait, in impressis graecis latinisque exemplaribus erratorum omissorumque copiam comperisse mihi visus sum, vt hoc Aetii opus non prius salutari arti vtile fore existimem, quam cum scriptis libris nostris diligentissime fuerit comparatum, emendatum atque suppletum.“ Atque, vt postea declarabimus, XVI. libros graecos edituri erant quidam viri docti, et in codd. Vindobon. comparandis curandaque noua versione versatur cl. *Weigelius*, ideo a. 1798. Vindobonae commoratus. *Harl.*

Κόμης τῶ ὀψικίου, quum haereticum, Syrum patria et Antiochenum, omnes, nemo Mesopotamium, nemo Amidenum ff) nemo Opsicii comitem adpellet. Christianum se perspicue testatur tetrabiblo 2. lib. IV cap. 50. sed non minus superstitiosum, quam Christianum. Nam ad educendam, si quis incautus hauserit, spinam, suadet adprehenso aegri gutture dicere: *Blasius, martyr et seruus Christi, dicit, aut adscende aut descende.* Praeceptorem [P] suum, nomine praeterito, laudat tetrabibl. 1. libr. II. cap. 175. sed illum *Lucium* vocat tetrab. 4. lib. III. pag. 761. gg) quum Aëtii, haeretici, magister, a quo medicinam didicit, dictus sit Sopolis, vt supra notare me memini. Alexandriae se versatum et oleum nardinum et salcae ibi se parasse innuit aliquot locis libri primi p. 22. 23. 63. vnde in illa vrbe, quae claris medicorum nominibus celebratissima fuit, studiorum gratia vixisse colligit *Conringius* lib. I. de Hermetica medicina cap. 9. Ex Coele Syria prope Hierichuntem se gagatem adtulisse scribit pag. 68. hh) Diuisio librorum est ab ipso auctore; nec vero horum in tetrabiblos digestio, quam *Photius* cod. CCXXI. bibl. ignorat, librorum sedecim argumenta referens. Quisquis est illius auctor diuisionis, (nam in MS. codice reperisse se eam Cornarius testatur,) sequutus est exemplum Thrasylli, qui scripta Platonis sic per tetralogias, vt Porphyrius Plotini dissertationes enneadibus distinxit. Aëtius ipse, suos libros laudans, semper librorum numeros memorat, *quintum, octauum, decimum tertium, decimum quartum, quintum decimum;* nusquam tetrabiblorum facit mentionem. *Fabr.* Add. *Freind* loco mox memorando, pag. 157. ed. *Paris.* opp. Sed multo accuratius scripserunt de Aëtio *Carolus Weigel,* atque *Curt Sprengel.* Prior in disp. inscripta: *Aëtianarum exercitationum specimen*, d. XXVI. Mart. 1791. 4. adsumto socio Leopoldo Reinhold, Lipsiae ventilata, qui ab initio monet, praeter *Freindium,* (praecipue in dogmatibus Aëtii recensendis eiusque arte med. examinanda versatum.) in hist. med. p. 21. sqq. Lugd. Bat. 1734. 8. (s. p. 144—157. ex latina Io. Wigani versione part. II. Opp. omnium medicor. *Freind.* ed. II. Paris. 1735. 4. qui a. C. 500. adserit Aëtii aetatem,) neminem eruditorum de Aëtio curate disputasse, manca esse, quae habeant Fabricius (h. l.) Hallerus in bibliothecis aliique in compendiis hist. med. Primum igitur docet, *Amida,* hodie *Caraëmid* s. *Diarbeckr,* oppido in Mesopotamia, Tigri fluuio vicino, Aëtium esse ortum, et refellit Cagnatum ac Tiraquellum. Tum ostendit, eum scripsisse inter an. 540. et 550. tempore Iustiniani. Postea de eius vitae genere, professione christiana munereque, κόμης Ὀψικίου, agit, obseruatque, illum in Aegypto vixisse et medicinam exercuisse. Deinde de Synonymis breuis est; copiosior vero de Aëtii dogmatibus; quorum quidem amplior notitia etiamsi potius pertineat ad historiam medicinae; pauca tamen, duce Weigelio, hic commemorabimus. Compilauit quidem Aëtius, quae ante ipsum scripta erant; sed ita, vt iudicium, etiam limam adhiberet

ff) *Abydenum* pro *Amideno* suspicatur Cagnatus, sed contra fidem MSS. et Photii cod. CCXXI.

gg) In Tetrab. VI. serm. III. c. 14. pag. 490. *Lucius* quidem vocatur praeceptor, sed ex nexu orationis docet *Weigel.* disp. pag. 12. sq. non *Aetii* nostri, sed veterem illum, *Asclepiadis Bithynii* praeceptorem esse intelligendum. *Harl.*

hh) De Galeno, qui gagatem ibi inuenit, locus est intelligendus. *Harl.*

hiberet, et auctores in compendium redigeret. Hinc etiam a Galeno, quo tamen prae ceteris vtebatur, et cuius verba interdum fecerat sua, hinc inde, vt pote qui methodicae sectae potius addictus esset, quam Galenicae, recessit. Quo modo autem dici ille possit methodicus, exposuit Weigel, idemque, quas artis salutaris partes ac qua ratione tractarit Aëtius, breuiter quidem, at diligenter, opinor, explicuit. Denique codd. editt. et commentatores, nec vero omnes, et breuiter, nominat. Multo curatius fusiusque dogmata Aëtii propria, missis eorum placitis, quae ille excerpserat, recenset, et interdum examinat, paucis de Aëtii vita arteque praemissis, cel. *Curt Sprengel.* in: Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneikunde, part. II. Halae 1793. 8. pag. 199 — 209. Hunc autem Aesculapii filii ipsi consulent, aut Aetium ipsum legent. Nam *Boerhau.* in methodo studii med. (p. 432. Lond. 1728. 8. vti citauit Weigel. p. 4. s. p. 830. sq. part. XIV. methodi emaculatae et access. locupletatae ab *Alberto ab Haller,* qui in not. a. pauca de arte Aëtii editionibusque adscripsit, tom. II. Amstel. 1751. 4.) „quoties, ait, quis vult de morbo quocumque scribere, semper in indice prius euoluat *Aëtium:* nullus enim scriptor, ex quo possumus discere, quid Hippocrates et Galenus de morbis censuere, quam ex Aëtio. Nam vti Iustinianus, quum pandectas iuris peritorum colligeret, iussit, prius euolui omnes scriptores; sic fecit Aëtius: in illo enim inueniemus auctores, quos ignoraremus." — *Alb. de Haller.* in bibl. medicinae pract. tom. I. pag. 299. sqq. quaedam de Aëtio tradit: copiosius refert argumenta singulorum librorum: tum codd. MSSt. editiones atque commentatores paucis, nec plene commemorat. Add. eiusdem bibl. botan. tom. I. p. 158. sqq. et tom. II. in addendis p. 637. eiusd. bibl. anatom. tom. I. pag. 116. et bibl. chirurgic. I. pag. 105. — *Hamberger.* zuverl. Nachr. III. p. 283. sqq. Is Aëtii aetatem refert ad a. circ. 500. — *Saxii* Onomast. II. p. 33. sqq. et in Analect. pag. 534. vbi aetatem Aëtii adsignat a. circ. 530. *Harl.*

Aëtii medici [codd. MSSt. et] editiones.

[Primum *codd.* qui multi supersunt, post Hallerum aliosque paucis indicabo. Codd. Vindob. caes. iam supra laudaui copiosius. — *Florentiae* in bibl. Laurent. in plut. 75. cod. II. *Aëtii* libri medicinales VII. a. libr. IV. vsque ad XV. — in cod. V. nr. 1—3. libri III. a libro VI—VIII. et nr. 4. capita nonnulla excerpta ex libro II. et III. — in cod. VII. nr. 1—3. libri IV. a libr. XIII. vsque ad XVI. — in cod. VIII. nr. 1. opusc. (quod *Aëtii* esse, suspicatur Montfauc.) inscriptum: *ἑτέρα διάγνωσις ὄρου, alia vrinae dignotio;* nr. 2. *Aëtii* synopsis de vrinis, translata e medica arte Persarum; nr. 3. *Aëtii* de significatione ex pulsibus, excerptum breuissimum. — In cod. X. nr. 7. fragmentum ab extremo capite libri IX. vsque ad cap. 69. libri XII. — In cod. XII. *Aëtii τμήματα δύο,* Α′ καὶ Β′ *segmenta duo, primum et secundum;* contractae ex veteribus, medicinae libri tres priores: — et in cod. XIII. nr. 1 — 3. libr. XIV. XV. XVI. plura autem capp. continet liber XIV. in cod. quam in edit. — in cod. XVIII. libri IX. — XIII. — in cod. XX. libri quinque priores, et in cod. XXI. libri octo posteriores. De his codd. consules *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III.

pag.

pag. 139. 146. 151. 153. 157. 159. 160. 166. 168. et 169. — *Venetiis* in bibl. D. Marci sunt in cod. CCLXXXIX. libri VII. priores, et in cod. CCXC. libri nouem posteriores; in cod. autem CCXCI. libri sedecim; denique in cod. DXCVI. libri octo priores. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 138. et 312. et cel. *Morellium* in bibl. gr. et lat. msta Marc. tom. I. pag. 165. de cod. CCLXXXIX. inprimis pag. 166. de cod. CCXCI a variarum lectionum bonitate commendabili, et quem contulit Weigel. Accedit, vt in quibusdam codd. Paris. aliisque *Africani* (h. e. Sexti Iulii Africani) excerptum de ponderibus et mensuris. — In bibl. *Escorial.* Hisp. *Aëtii* (vitiose apud *Plüer* in itin. per Hisp. pag. 155. *Aelii Armideni Canitis*, et in *Clarkii* Briefen von dem gegenwärtigen Zustande des Königr. Span. p. 394. *Aelii,)* in quatuor codd. gr. 1) Medicinae tetrabiblos I. et II. sermones duo; 2) tetrabibl. I. 3) duae vltimae; 4) de arte medendi. — *Paris.* rerum medicinal. libri, in duodecim codd. Atque secund. catal. codd. Paris. vol. II. in codd. MMCXCI. et sequentibus duobus; item in cod. MMCXCVIII. sunt libri ipsi sedecim, et praeterea in primo illorum, nr. 4. liber singularis, vbi de rebus chirurgicis, antiballomenis, ponderibus ac mensuris agitur, et a nonnullis tribuitur *Aëtio:* in codd. MMCXCIV. et tribus sequentibus, ac MDXXXIII. reliquisque sunt pauciores libri. In codd. MMDCCCXLVII. nr. 6. et 7. *Aëtii* II. fragmenta de Theodori antidoto, et de curanda podagra. Conf. *Weigel.* disp. p. 27. sq. apud quem diversus est plurimorum codd. Paris. numerus: trium codd. Par. lectiones varr. penes I. C. G. Ernesti fuisse, supra iam adnotauimus. — In *Montfauc.* bibl. *Coislin.* memoratur p. 448. sq. cod. CCCXXXV. sub cuius finem exstare dicitur, adnotante medico quodam in fronte libri: „Synopsis trium librorum Oribasii ad Iulianum, ad Eustathium et ad Eunapium; ac librorum methodi medendi Galeni, Archigenis, Rufi aliorumque veterum illustrium. Explicatio *Aëtii Asnideni* (sic) dicti, comparata ex Dioscoridis lib. de alimentis, digesta ordine alphabetico et descripta a Simeone magistro, dicto Seth, et oblata Michaëli Ducae, imperatori. Liber est Simeonis Sethi, qui vixit sub Michaële Duca a. C. 1075. Is vero longe auctior est eo, nuper edito Paris. a. 1658. ap. vid. Mathurini du Puy." — Ib. pag. 598. in cod. CCCLXXXVII. f. opusc. a Montf. gr. ac lat. p. 596. sqq. edito, de artium et disciplinarum inuentoribus, inter medicos celebres nominatur *Aëtius.* — In *Britannia* sec. catal. codd. Angl. et Hibern. adseruantur in bibl. *Bodlei.* in cod. LXXXVIII. liber quintus *μέϱος* saepiuscule variat ab editis. — nr. 260. excerpta ex Aëtio, cap. 68. — nr. 749. de re medica. — *Leidae* in bibl. publ. opera medica, libris IV. — inter codd. Vossian. opera omnia, vt scribitur quidem et adnotationes mstae in sex primos Aëtii libr. v. cat. bibl. Leid. p. 334. 394. 372. — *Patauii* in bibl. S. Ioan. in viridario *Aëtii* opera. (*Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. pag. 485. *C.)* De cod. in bibl. senat. *Lipsica* postea sermo erit. MSt. cod. quem consuluit Cornar. habuit τετϱαβίβλȣ inscriptionem ante aliquot sermones partiales. v. eius praef. ad versionem suam a. 1542. quam ille rationem sequutus est. *Harl.]*

Operis titulus apud Photium est: *βιβλίον ἰατϱικὸν ἐν λόγοις ιϛ΄. Opus medicum libris XVI.* Pro quo Cornarius inscripsit *medicinam e veteribus contractam,* non male, quod ad pharmacorum inprimis tum simplicium tum compositorum notitiam et rationem vniuersam medendi adtinet: nam ceteras artis salutaris partes minus adtigit. *Crede mihi,* inquit Corna-

Cornarius, *quisquis es rerum medicarum studiose, si totum Galenum contractum, si totum Oribasium explicatum, si Paulum* (Aeginetam) *amplificatum, si omnes veterum species tum per pharmaca, tum per chirurgiam aggressiones ad omnes affectiones in summa habere voles, Aëtium habes, vnde totum hoc petere ac ferre potes.* Singulorum librorum argumenta vberius Photius, breuius Gesnerus in bibliotheca persequitur. In cod. MS. Caesareo [XVII. supra laudato] haec nota praemittitur: *ἐν μὲν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ λόγῳ σύνοψίς ἐστι τοῦ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων Γαληνοῦ, καὶ τοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεων.* Deinde: *σύνοψις τῶν τριῶν βιβλίων Ὀριβασίου, λέγω δὴ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν, καὶ τῶν πρὸς Εὐστάθιον, καὶ τῶν πρὸς Εὐνάπιον· καὶ τῶν Θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνοῦ καὶ Ἀρχιγένους καὶ Ῥέφου, καὶ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπιστήμων. Σύνοψις τῶν ἁπλῶν Γαληνοῦ πρῶτον.*

[P] *Graece* tantum priores octo libri hactenus viderunt lucem, ex Asulani et Aldi officina Venet. 1534. fol. ii) Ceteri octo posteriores, MSS. fuere in bibl. *Renati Moreau*, teste *Labbeo* p. 212. bibl. nouae MStor. kk) atque in variis bibliothecis supersunt, vt in caesarea, teste *Lambecio* VI. p. 102. [p. 235. v. supra de hoc aliisque codd.]

Latine Ianus Cornarius primum edidit libros sex *ab octauo vsque ad decimum tertium*, solorum illorum codicem graecum MS. nactus. ll) Nonnulla, perperam expressa, castigat Cornarius ipse in commentariis suis ad Galeni libros de medicamentis *κατὰ τόπους.*

Hinc

ii) Exemplum in manibus habeo Aldinae ed. inscriptae: *Ἀετίου Ἀμιδηνοῦ* — — *Aetii Amideni librorum medicinalium tomus primus*, primi scilicet libri octo nunc primum in lucem editi. Ne quis alius impune aut Venetiis, aut vsquam locorum hos Aetii libros imprimat, et Clementis VII. pont. max. et senatus Veneti decreto cautum est. MDXXXIIII. (1534.) fol. graece. In fine: Venetiis, in aedibus haeredum Aldi Manutii et Andreae Asulani. mense Sept. MDXXXIIII. In breui praefat. scriptor, Asulanus forte, profitetur, hos primos octo libros, ex codd. antiquissimorum collectione summo studio diligentiaque recognitos, eiusmodi exire, vt vel doctissimi cuiusque iudicio satis fuerit factum: denique „reliquos," inquit, octo libros exspectabitis: quos, vbi primum exemplaria, quae totius operis editionem morantur, acceperimus: eadem cura, vel etiam acriore emendatos emittemus." Sed a promissis stare non potuerunt Aldi heredes. Adde de hac graeca et pluribus lat. edd. *Clement* bibl. curieuse, histor. etc. tom. I. pag. 71. sq. *Harl.*

kk) Atque a *Ren. Mor.* exspectabatur integrum Aetii opus. v. *Conringii* introduct. in vniuersam artem medicam, ed. Schelhammerianae. Helmstad. 1687. 4. cap. III. §. 19. *Harl.*

ll) Inscriptio rarioris huius edit. cuius exemplar est in bibl. acad. Erlang. haec est: *Aetii Antiocheni medici de cognoscendis et curandis morbis, sermones sex*, iam primum in lucem editi, interprete *Iano Cornario*, Zuiccau. medico. Quae in singulis sermonibus continentur, in principio cuiusque habetur. De ponderibus et mensuris ex Paulo Aegineta, eodem interprete. Basil. in offic. Froben. a. M. D. XXXIII. (1533.) fol. In perbreui praefat. se quoque alios quinque, n. primum et quatuor, qui deinceps sequuntur, quos se nactum esse scripsit, postquam sex illi sermones iam sub prelo essent, pollicetur. In epistola nuncupatoria ad Carolum V. imper. data Zuiccauii Boethlandiae, cal. Sept. 1532. errat, dum ab Eunapio Aetii vitam esse descriptam scribit, et dum illum medicum eundem esse putat cum Aetio, diacono, verum haereseos Eunomianae,

Hinc *Io. Baptista Montanus,* medicus Veronensis, primos septem, nec minus tres posteriores ex sua versione addidit, atque ita vniuersos XVI. iunctim vulgauit Basil. 1535. fol. apud Froben. *Fabr.* *Aëtii Amideni libri medicinales partim a Io. Bapt. Montano, partim a Iano Cornario translati.* v. *Clement.* l. c. qui memorat edd. 1535. et 1538. Basil. apud Froben. fol. *Haller.* l. c. alteram edit. a. 1536. Basil. prelum reliquisse tradit, addito asterisco, testante, Hallerum possedisse illam ed. sed in nota ad *Boerhauii* method. studii medic. p. 831. illius edit. mentione omissa, scribit, ed. 1535. se habere. Editio a. 1535. est in bibl. publ. Norica, teste *Panzero,* A. T. VI. p. 305. nr. 1007. *Harl.*

Deinde *Ianus Cornarius* totum opus de integro vertit Francofurti, vbi tunc medicum agebat a. 1541. atque ex sua versione, ad duo exemplaria exacta et ad Galeni ac Pauli Aeginetae lectionem collata, edidit Basil. 1542. fol. [mm]) optans non modo a Montano idem fieri, sed etiam ab *Christophoro Orofcio,* Hispano, [nn]) qui aliquot versionis Montani, et Cornarii loca perstrinxerat. Hunc enim Oroscium tangunt verba: *Atque vtinam etiam hi, qui ex Hispanis altas de montibus vmbras nobis vtrisque offundunt, et in alienis libris ingeniosi sunt, huc incumberent, vt similem, aut potiorem (qualem ostentant) operam praestarent: plenis buccis studium hominum collaudarem. Iam quod illos facere iuuat, nemini prodesse video. Et reuera*

nomianae; et fuisse castrorum Iuliani, apostatae vt medicum atque etiam sophistam ita vna cum Oribasio sectatorem. Impetrauit vero opera Matthaei Aurogalli exemplar mst. gr. multis locis tum situ, tum carie ac blattis exesum ex bibliotheca familiae Hasisteniae. In eadem epistola mire laudat Aetium.

Posthaec lucem adspexerunt *Aetii Amideni operis medici libri XVI.* latine redditi a *Io. Baptista Montano* et *Iano Cornario.* Venetiis in offic. Lucaeantonii Iuntae. 1534. fol. tom. I — III. Montanus, codicem mst. roman. nactus, vertit septem priores et tres vltimos libros et adiunxit sex libros, a Cornario latine factos. vid. *Clement* l. c. et catal. Pinell. I. pag. 281. Illam editionem Cornarius recudi fecit, vt mox ad Fabricii verba notabimus. *Haller.* in bibl. med. pract. tom. I. pag. 302. Montani edit. apud Aldum 1534. fol. 1553. 8. prodiisse scribit: sed ego dubito. *Harl.*

mm) Inscriptio huius edit. (cuius exemplar seruatur in bibl. acad. Erlang.) haec est: *Aetii medici gr. contractae ex veteribus medicinae tetrabiblos, h. e. quaternio, id est, libri vniuersales quatuor, singuli quatuor sermonum quaterniones, id est, sermones XVI. per Ianum Cornarium medicum physicum latine conscripti.* Froben. Basil. MDXLII. (1542.) fol. In fine: Excusum Basileae impensis Hier. Frobenii, et Nic. Episcopii, mense Sept. M. D. XLII. Epistola dedicat. ad senatum imper. vrbis Francforden. data est Francfordiae cal. Nou. 1541. In illa iudicat de Montani labore atque edit. et de Hispani cuiusdam (Horoscii) opera furtoque litterario; se, profitetur, totum Aetii opus, ne amplius esset stili diuersorum interpretum in vno opere pugna, denuo conuertendum suscepisse, et, vti in relatorum, (vt ait,) commentariorum editione potissimos locos prioris suae in Aetio translationis indicasset et retractasset, ita hoc saepius se fecisse in huius repetitae suae translationis editione. Quod Montanus in sua praefatione argumenta haud leuia contra Aetii antiquiorem aetatem, a Cornario defensam, protulit: Cornar. in dedicat. ad hanc ed. a. 1542. haud quidem dimittit pristinam suam sententiam neque tamen acrius defendere conatur; et *nihil,* ait, *pronuncio neque quicquam refert:* quod tamen falsum est. *Harl.*

nn) V. Fabr. ad finem huius de Aetio sectionis. *Harl.*

ra in quatuor verſibus, ſi quando aliquid e ſuo exemplari, velut potiore, citat ille, plures errores in conuertendo admittit, quam integro ſermone prioris editionis inueniuntur. Deinde leuiſſima quaeque et nullius momenti notat: verum vbi nodus aliquis incidit, ibi tranſilit velut angue conſpecto, et nihil hic ſecat Tenedia ipſius bipennis. Sed huc progredi nolebam: hoc volebam expetendum mihi videri, vt ex Hiſpanis latina Aëtii translatio extaret, quo ſic ſtudioſi medici vel auctam vel decurtatam aut etiam corruptam lectionem diuerſorum graecorum exemplarium cognoſcerent. oo) Recuſa Cornarii interpretatio eſt Baſil. 1549. fol. pp) atque inter medicos principes Henrici Stephani, *) Geneu. 1567. fol. Exſtant et editiones duae Lugdunenſes [?] a. 1549. fol. et 1560. 12. qq) Conferendum quoque ad duos priores libros, *Simeonis Sethi* opuſculum περὶ τροφῶν δυνάμεων, de quo infra, lib. VI. Excerpta ex Aëtio leguntur in collectionibus ſcriptorum de balneis et de febribus, Venet. 1553. fol. 1576. rr) fol. *Io. Brodaei* notae in octo priores Aëtii libros fuere MSS. in bibliotheca Voſſii. *Fabr. Chriſtph. Oroſcius,* ſiue *de Horoſzco,* ſcripſit adnotationes in Aetii interpretes, Montanum et Cornarium, cum indice Baſil. 1540. 4. contra quem tam Cornar. ſe defendit, (vti iam Fabr. poſthaec et iam antea obſeruauit,) quam *Thom. Reineſius* dedit in eum animaduerſſ. in epiſtolis ad Daumium pag. 336. ſq. Ienae 1670. 4. Idem *Reineſius* in variis lectionibus, Altenburg. 1640. 4. *Hieron.*

oo) Prodiit deinde *Lacunae* [falſo: ſed *Oroſcii*] epiſtola apologetica ad Cornarium, Lugd. 1554. 8. qua plures eius in interpretatione admiſſas hallucinationes exagitat. *Fabr.* De Oroſcii commentario, ait *Bernard.* in ep. ad Reiskium in huius vita pag. 298. in Aëtium minus praeclare ſentit Th. Reines; ſi ſpes decollat de edit. Gunzii, rem gratam feceris, ſi illum miſeris. v. paullo poſt de Oroſcii comm. *Harl.*

pp) Recuſa eſt, teſte Weigelio, Venet. in officina Farreana 1543. *Harl.*

*) V. *Goetzii* mem. bibl. Dresd. II. faſc. I. p. 162. ſqq. *Harl.*

qq) De ed. a. 1549. fol. v. *Goetzii* memorabb. bibl. Dresdenſis tom. II. p. 182. ſq. qui adnotat, illi exempl. Dresd. a. Reuſnero varr. obſſ. in marg. eſſe adſcriptas. — Ed. a. 1560. conſtat IIII. tom. et inſcriptio haec eſt: *Aëtii medici graeci contractae ex veteribus medicinae Tetrabiblos,* hoc eſt, libri quatuor, in totidem tomos partiti, *Iano Cornario,* medico, interprete. Acceſſerunt in duos priores libros de ſimplicibus ſcholia per *Hugonem Solerium,* Sanionenſem, ſuo quaeque loco digeſta. Cum ditiſſimo indice. Lugduni ap. Sebaſtianum de Honoratis M. D. LX. 12. — Recuſa etiam Venet. ap. Io. Gryphium, 1549. 8. notante Hambergero l. c. De edd. *Haller.* in bibl. med. pract. I. p. 502. conſulere iubet *Schelhammer.* vniu. med. I. pag. XXXVIII. — *Solerii* ſcholia prodiiſſe dicuntur Venet. 1549. 8. — Noviſſime in *Halleri* medicae artis principibus. Lauſan. 1769. 8. — *Ponticus Virunius,* patria *Bellunenſis,* non, *Taruiſinus,* vti Lambec. Voſſius et Fabricius ſcripſerunt, mortuus a. 1520., dicitur quoque *Aetium* aliosque medicos graecos latine vertiſſe. v. *Apoſtoli Zeni* diſſertazioni Voſſiane tom. II. (vbi a pag. 295. vitam ſcriptaque *Pontici Virunii* perſequitur,) pag. 310. et 312. nr. 45. atque *Fabr.* bibl. med. et inf. aet. tom. VI. pag. 5. ſq. ed. Manſi. — De ſignificationibus ſtellarum, ex ſermone III. Tetrabibli *Aetii Amideni,* cap. 164. gr. cum verſione lat. in *Dionyſ. Petauii* Vranologio, Lutet. Paris. 1630. F. pag. 421—424. et ibid. pag. 268. ad auctar. operis de doctrina tempor. Petau. locum de Vergiliis, quae cal. April. ſub initium noctis adpareant, interpretatur et acriter diſputat contra *Salmaſium,* qui in exercitatt. Plinianis multa Aetii loca citat explicatque. — Caput XXV. ſerm. I. tetrab. III. edidit graece *I. C. Hornius,* Lipſiae 1654. *Harl.*

rr) V. *Stolle* Nachr. von den Büch. — in der Stoll. Bibl. tom. II. p. 482. ſqq. *Harl.*

ron. Mercurialis in variis lect. Venet. 1593. 8. *Iac. Nic. Loens.* in miscell. epiphyll. III. cap. 8. et 23. (in Gruteri thes. crit. tom. V. supplem.) *Io. Brodaeus* in miscell. VII. 29. (in Grut. thes. crit. IV. pag. 25.) *Caspar. Barth.* in Aduersar. Francof. 1624. fol. *Caspar. Hofmann.* in variis lectionibus, Lips. 1619. 8. *Dan. Guil. Triller* in obss. criticis, Francof. ad M. 1742. 8. aliique apud Weigel. passim emendarunt aut illustrarunt.

Integros Aetii libros rec. aetate plures edituri erant: quorum vero consilium mors destituit. Primum Boerhau. ea de caussa ex cod. reg. Paris. octo Aetii posteriores libros sibi curauerat describendos. Id exemplum e sectione librorum Petri van der Aa, bibliopolae Lugdun. peruenit ad *Iustum Godofr. Gunzium*, Professorem Lipsiens. et regis Poloniae archiatrum, sedecim Aetii libros gr. et lat. recensere instituentem, qui ad opus rite profligandum multa, vt ex eius bibliothecae catalogo colligi potest, subsidia congesserat litteraria. Dein illius chartas nactus *Io. Ern. Hebenstreit*, medicus Lips. et philologus, de iisdem XVI. libris recensendis cogitauit, et in duobus prolusionibus promulsidem dedit ac saliuam eruditorum valde mouit: Prior inscripta est:

Tentamen philologico-medicum super *Aetii Amideni* synopsis medicorum veterum libris octo, post illos octo, quos Aldus Manutius Venetiis 1534. euulgauit, qui supersunt, nondum editis ex MSto *Gunzii*, sistens libri seu sermonis noni aliquot capita, gr. et lat. (ex versione Iani Cornarii) Lipsiae 1757. 4. iterum in nouis actis eruditor. m. Sept. a. 1757. part. I. pag. 505. sqq. vbi in introductione docte disputatur de his Aetii libris eorumque codd. atque editt. atque in not. *f.* obseruatur, in *Orofcii* adnotatt. in interpretes Aetii varia haberi, quae in MSStis Aetii, per Hispanias exstantibus, inuenta, et a Cornario omissa dicuntur esse, quorum aliqua ad libros adtineant posteriores. Praeter ea Kollar. contulerat in illius vsum cod. caesar. — Posterior prol. inscripta est: *Aetii Amideni* Ἀνεκδότων libri IX. cap. 28. exhibens tenuioris intestini morbum, quem ileon, et chordapsum dicunt, vna cum veterum super hac aegrotatione sententiis. Lips. 1757. 4. conf. *I. A. Ernesti* opuscula oratoria etc. in elogio Gunzii p. 302. et in memoria Hebenstreitii pag. 228. sq. vbi Ernesti prodit, se Hebenstreitio exemplum Aetii, morte Gunzii destituti, mstum tradidisse. add. *Saxii* Onom. II. p. 34. sq. Boerhau. apographum a I. Aug. Ernesti recognitum bibl. Lips. senatoriae postea est illatum, quo potissimum, tamquam fundo, vsurus est Weigelius in noua, quam promisit, editione, in qua quid exspectandum sit, indicat *Brehm* in: bibliographischen Handbuch etc. part. I. Lips. 1800. 8. pag. 46. sq. — *Franzii* quoque, professoris quondam Lips. consilio, integri Aetii edendi, mors obstitit. Atque de Franzii codice, qui multis in locis auctior est eo, quem Cornarius sequutus est, v. *Schneideri* praefat. ad Nicandri Alexipharm. pag. XV. sq. *Harl.*

Index scriptorum ab Aëtio medico laudatorum.

Compositus a me ad paginas editionis latinae H. Stephani. ss)

Acholius. pag. 413.
Acro, Agrigentinus. 223.

Adaman-

ss) Qui ex futura edit. Weigel. augeri poterit. *Harl.*

tt) Antylli nomen pro Antalo reponendum in bibl. Coisliniana pag. 598.

Demo-

Mono

Thomae Reineſii animaduerſiones ad Oroſcium et plura Aëtii loca leguntur in epiſtolis ad Daumium p. 336. ſeq. Nam quae [*] ſupra p. 321. [ed. vet.] exhibui, Cornarii verba, ad huncce *Chriſtophorum Horozco, ſiue Horoſcium,* reſpiciunt, qui Baſil. 1540. uu) 4. adnotationes in interpretes Aëtii, Montanum et Cornarium, edidit, et cuius nomen ad *altas,* quas loquitur Cornarius, *de montibus umbras* manifeſte adludit. Vſus is eſt codice Aëtii graeco Pintianeo.

Aëtii, Cappadocis, mentio in graeca editione Pauli Aeginetae, cuius liber quartus his verbis incipit: *ὀρθῶς οἶμαι τὸν Καππαδόκην Ἀέτιον εἰπεῖν, μείζονα τῶν νόσων χρῆναι τὴν τῶν βοηθημάτων ὑπάρχειν δύναμιν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δύνασθαι τυγχάνειν ἰάσεως τὸν ἐλέφαντα.* Sed ſunt haec Aretaei verba lib. II. de curatione morborum diuturnorum cap. vlt. Itaque et Aretaei nomen pro Aëtio reponendum pulcre ſuboluit Tiraquello lib. de nobilitate, atque in latina Aeginetae verſione, quam dedit Cornarius, Aretaei nomen pro Aëtio legitur. De Aretaeo hoc Cappadoce dixi lib. IV. [cap. 4. vol. IV. pag. 703. ſqq.]

Aëtii cuiusdam *τὴν περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις συναγωγὴν, collectionem eorum, quae philoſophis placuerunt,* laudat *Theodoritus* H. E. I. cap. 5. atque ex illa, quemadmodum ex Plutarchi Porphyrii libris eiusdem argumenti nonnulla referre ſe ait libro II. et IV. atque V. de curatione graecarum affect. Hunc Aëtium ethnicum fuiſſe, ex eodem Theodorito colligere licet, quoniam eius auctoritatem, vbi aduerſus ethnicos ſcribit, illis opponit, ne videatur philoſophis iniuriam facere, quorum diſſidia et opiniones ineptas perſequitur. Fuit itaque Aëtius iſte ab haeretico pariter, medicoque diuerſus, quos ambos certum eſt e Chriſtianis exſtitiſſe.

uu) A. 1538. ſignatur in act. erudit. ſupra citatis; ſed in *Goetzii* memor. bibl. Dresd. vol. II. pag. 183. vbi recenſetur, a. 1540. additur. *Harl.*

Aëtium, ἔφορον Palaestinae, memorat *Philostorgius* III. 12. Hic est Aëtius, Lyddae, siue Diospolis, episcopus, qui cum Ario fecit, vt patet ex eius epistola apud *Theodoritum* lib. I. histor. eccles. cap. 5.

Aëtius, praefectus CPolitanae vrbis, in ecclesia cultro, sub libello supplice occultato, percussus a. C. 410. Chron. paschale pag. 310.

Omitto Aëtium, ὑποστράτηγον sub Ioanne, (qui post Honorium exstinctum tyrannidem in occidente occupauit a. C. 424.) et deinde reconciliatum Valentiniano, imp., comitisque dignitatem adsequutum, et quater consulis quoque: sed qui, conseruator licet imperii, post magnas res gestas suspectus, eiusdem imperatoris gladio, lacrimabile fatum clausit a. 459. De hoc satis multa annalium scriptores, Iornandes c. 34. 35. etc.

[*] De Aëtio, siue Etio, archidiacono Paris. qui in concilio Parisiensi a. C. 577. caussae Praetextati, Remensis archiep., adfuit, vide Gregorium Turonensem V. 18. De Aëtio, eunucho, gratioso apud Augustam, Irenem, qui, imperium fratri suo, Leoni Clocae, paraturus, impediuit, ne Irene Carolo Magno nuberet, annalium scriptores ad a. C. 802. *Fabr.*

[In cod. *Naniano* LXIII. nr. 35. secundum cat. codd. Nan. graec. pag. 105. legitur Ἀαιτίου (sic) πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία λεχθεῖσα εἰς τὸ γενέσιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ. — — λόγος λϛ'. (n. in illa plurium libellorum collectione.) *Harl.*]

Aëtium Sicanium quoque ingerit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, ex cuius et aliorum libris excerptum sit scriptum περὶ μελαγχολίας, quod inter Galeni opera legitur tom. IV. edit. graecae Basil. pag. 496. Sed non dubium est, Aëtium illum eumdem esse cum Aëtio, cuius libros XVI. de re medica habemus. In titulo autem libri de atra bile, qui Galeno perperam tribuitur, legendum: Ἐκ τῶν Γαληνοῦ, καὶ Ῥούφου καὶ Ποσειδωνίου καὶ Ἀετίου, non, vt editum est, ἀπὸ Σικαμίου τοῦ Ἀετίου.

Aëtium denique quemdam Labeonem idem Hendreichius nobis effinxit. Verum is est Accius siue Attius, de quo scholiastes ad illud Persii Sat. I. 50. *Non hic est Ilias Atti ebria veratro: Accius Labeo Iliadem Homeri versibus foedissime composuit.*

X. Ceteri saeculo IV. haeretici sunt:

AERIVS, monachus, cum Ario sentiens, et amicus Eustathii, Sebasteni, a quo presbyter in minore Armenia constitutus episcopatum ei inuidere coepit, contenditque, presbyterum dignitate et ratione muneris nequicquam inferiorem esse episcopo, [vv]) vt narrat *Epiphanius*

vv) Non minus peccabat Aërius, vsum ecclesiae sua aetate improbans et episcopos contemnens, quam ab Aërii haeresi alieni sumus nos, qui illud inter episcopos et presbyteros discrimen ab ecclesia induci potuisse et inductum esse libenter agnoscimus; at Apostolorum aetate adhuc ignoratum

phanius haeresi 74. [ww]) vt omittam alia, quae de eo *Damascenus* haeresi 74. *Philastrius* c. 72. *Augustinus* et auctor Praedestinati cap. 53. et *Zonaras* apud *Cotelerium* tom. III. monument. pag. 470. Apud eumdem *Damascenum* tom. I. Coteler. pag. 325. pro τῶν ὀνομαζομένων 'Αρειανῶν puto legendum Ἀερειανῶν. Quod postea vidi etiam probari *Mich. le Quien* tom. I. Opp. Damasceni pag. 109. [add. Fabr. not. in Philastr. pag. 141.] Scripta Aërii nulla memorata reperi. *Fabr.* *Aerius* eiusque adseclae contendebant 1) in iis rebus ac muneribus, quibus tum episcopi cum presbyteris communiter fungebantur, presbyteros haud inferiores esse episcopis; de quorum quidem propria ἐπισκοπῇ nihil monuit Aerius: 2) preces et sacrificia s. potius, vti vocantur, oblationes pro defunctis esse inutiles, siue potius, defunctis nihil prodesse; 3) a cibo se certis et constitutis diebus abstinere, esse illegitimum, et cuiusque arbitrio relinquendum; 4) sacrificium agni tempore, quo memoria resurrectionis Christi celebratur, doctrinae christianae repugnare. De Aerio eiusque dogmatibus atque sectatoribus, qui etiam *Syllabici* vocantur, teste *Danaeo* ad Augustin. de haeresi pag. 141. et *Hildebr.* diss. de Aerio §. 7. conf. etiam *Tillemont.* in Memoir. pour l' histoire eccles. tom. IX. p. 87. *Arnold* Kirch. vnd Ketzerhist. tom. III. pag. 381. *Larduer* in: Credibility of the G. H. part. II. vol. VIII. pag. 285. in primis *Christ. Guil. Franc. Walch* in: Entwurf einer vollständ. Historie der Ketzereien etc. part. III. pag. 321 — 338. qui ceteris curatius diligentiusque versatur in inuestigandis explicandisque et examinandis Aerii placitis et ab omni partium studio alienus, illum, vti iam iudicarunt Epiphanius atque Augustinus, eximit numero haereticorum, et aliquoties refutat Danaei atque Hildebrandi iudicia atque interpretationes. Quod amicus fuit Eustathio, Sebasteno, hic vero, (monente *Moshemio* in institutt. hist. eccles. pag. 172.) Semiarianus; *Walchio* l. c. pag. 328. probabile esse videtur, (neque tamen secus sentientibus Epiphanio aliisque litem intendere conatur,) Aerium partibus Semiarianorum fauisse. Nec dissentit *Schroeckh* in: christl. Kirchengesch. part. VI. pag. 235. vbi de Aerio eiusque placitis copiose agit. — Walchium in primis sequitur *Lud. Guil. Wittich,* qui in: Handbuch der christlichen Kirchen- v. Dogmengeschichte etc. tom. I. pag. 57. sq. de Aerio et Aerianis scitu maxime necessaria breuiter refert. *Harl.*

[?] APOLLINARIS, Dimoeritarum, siue Apollinaristarum, auctor, de cuius scriptis dixi volumine superiore [VIII. cap. XII. pag. 587. sqq.]

COLLVTHVS, Alexandrinus presbyter, Arii aequalis, et cum ipso aliorum haereticorum placitorum disseminator, licet eius sectam diuturnam fuisse neget *Epiphanius*

ratum fuisse nobis persuademus. Vide *D. Ioach. Hildebrandi* discussionem haereseos Aërii, quae protestantibus impingitur. Helmstad. 1656. 4. *Balthas. Bebelium* sec. IV. tom. II. pag. 1134. seq. *Fabr.* add. *Guil. Alex. Schwollmanni,* minist. verbi diuini in arce Gottorp. et eccl. Fridrichsberg. comment. de episcopis a presbyteris diuersis. Hamburg. 1780. 4. — *I. Fr. Gruneri* exercit. de origine episcoporum eorumque in ecclesia primitiua iure. Halae Sax. 1764. 4. — *Fabric.* noster in bibliogr. antiquaria, pag. 654 sqq. ed. Schaffshausen. multos alios VV. DD., in vtramque partem disputantes, in medium produxit. *Harl.*

ww) Vixit Aerius medio saeculo IV. adhuc a. 376. *Harl.*

rius LXIX. 2. pag. 728. Quantum ex *Philastrio* cap. 78. et Augustino atque auctore Praedestinati haeresi [?] 65. colligitur, diuersum a DEO induxit principium ποιητικὸν malorum, atque adeo visus suffragari Manichaeo. Confer *Petauium* dogmat. theol. tom. II. pag. 36. seq. In concilio Alex. a. 324. depositus, et ante a. 340. defunctus Colluthus fuit. Vide *Tillemontium* tom. VI. pag. 231. Pro Colluthianis apud Honorium male *Colicianorum* nomen legitur. **) Ab hoc diuersus et iunior Colluthus, haereticus Monophysita et Seuerianus, cuius fragmenta quaedam leguntur in actis concilii Lateranensis a. 649. tom. II. Binii, parte II. pag. 468. ex eius satisfactione pro Theodosio, Alexandrino haeretico, et ex rescriptis contra Themistium, agnoëtam, pro eodem Theodosio.

HIERACAS, Leontopolitanus, Aegyptius, auctor Hieracitarum, linguae graecae atque pariter patriae Aegyptiacae nec non medicae artis et astronomiae atque aliarum scientiarum peritus, vt ex eius λόγοις adparere testatur *Epiphanius* LXVII. 1. qui mox mentionem facit eius ἐξηγήσεων in libros Veteris et Noui Testamenti. Sed et longam ab eodem πραγματείαν siue commentationem de Spiritu S. compositam esse, refert pag. 711. seq. quod ex Epiphanio repetit etiam *Nicetas* IV. 34. thesauri orthodoxae fidei. yy) Praeterea commentarios allegoricos in Hexaëmeron graece et aegyptiace, et Psalmos nouitios siue νεωτερικὰς. Quum Epiphanius ista scriberet a. C. 375. iam obierat Hieracas maior nonagenario, quum ad obitum vsque calligraphi artem exercuisset. Vide pag. 712. Vetus Testamentum non recepisse, legas apud *Athanasium* contra haereses tom. I. pag. 1083. licet Vetere et Nouo Test. vti scribit *Damascenus* haeresi 67. diuinae naturae diuisionem in filio inducere sit visus Hieracas, ἐδ᾽ ὡς Ἱερακᾶς λύχνον ἀπὸ λύχνȣ, ἢ ὡς λαμπάδα εἰς δύο. Arius epistola ad Alexandrum, apud *Athanas.* de synodis tom. I. p. 885. *Epiphanium* LXIX. 7. et *Hilarium* VI. de Trin. De Hieracitis locus insignis Ioannis, Carpathii episcopi, ex MS. opere de Anachoretis, productus a Cangio in adpendice ad Glossarium graecum: πλανᾷ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀληθȣ̃ς πίστεως, καὶ ἄγει αὐτὸν εἰς τὸ Φρόνημα τῶν λεγομένων Ἱερακιτῶν, οἵτινες λέγȣσι, μὴ ἀνθρώπινον σῶμα ἀνειλῆφθαι τὸν Σωτῆρα, μήτε ἐγείρεσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα ὃ περικείμεθα. Καὶ ὅτι τρεῖς εἰσιν ἀρχαὶ, Θεὸς καὶ Ὕλη καὶ Κακία. Ἐξ ὧν κατασκευάζεται, μηδὲ ἐνηνθρωπικέναι τὸν Λόγον, καὶ τέλειον ἀναληφθῆναι ἄνθρωπον, μήτε μὴν [?] σώζεσθαι, τὸ εἶναι ἕνα τῶν πάντων αἴτιον. *In errorem abripit cum a recta fide et abducit ad sententiam Hieracitarum, qui aiunt, a Saluatore non esse adsumtum corpus, neque corpus nostrum, quo sumus induti, resurgere. Et tria esse principia, DEum, materiam et malitiam. Ex quibus consequitur, nec verbum factum esse hominem, neque perfectum hominem suscepisse, nec saluum teneri dogma, quod vna sit omnium caussa.* *Fabr.* Conf. *Cauei* hist. litter. scriptor. eccl. I. p. 161. secundum quem *Hieracas* vixit circ. an. 302. — *Tillemont.* Mem. pour seruir a l'hist. eccl. tom. IV. part. II. pag. 817. *I. G. Walch* hist. eccl. N. T. pag. 1211. sq. et alios, quos ille laudat. *Harl.*

LVCIVS,

xx) Conf. *Semleri* introduct. etc. praemissam Baumgartenii theol. polem. tom. III. p. 22. sq. not. 37. vbi etiam locum in Alexandri, episcopi, epistola ad episcopos, aliter explicat, ac *Ceiller* in: Hist. generale des Auteurs etc. tom. IV. p. 103. fecerat, et p. 26. sq. *Harl.*

yy) Conf. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 529 *Harl.*

LVCIVS, ὁ δεύτερος Ἄρειος *Nazianzeno* orat. XXIII. pag. 417. ab Arianis in Samosatenam primum, deinde in Alexandrinam sedem, Petro, Athanasii successore, detruso, euectus a. C. 371. de cuius truculentia in catholicos meminit *Socrates* IV. 21. 36. *Epiphanius* LXXIII. 38. pag. 886. et LXVIII. 10. pag. 726. seq. et vberius *Petrus* ipse in epistola apud *Theodoretum* IV. 22. hist. ad quam addendae notae *Georgii Henschenii* in Actis Sanctor. Maii tom. III. pag. 207. seq. Anno 375. adhuc sedisse constat ex *Epiphanii* LXVIII. 10. Postea iterum exturbatum Lucium CPolis excepit, vt narrat idem *Socrates* IV. 37. hinc CPoli etiam excedere coactus est una cum Demophilo a. 380. *Niceph.* XII. 8. Ex huius Lucii sermone de paschate pauca quaedam referuntur in actis concilii Romani Lateranensis, sub Martino I. habiti a. C. 649. tom. II. edit. Binianae pag. 466. *Fabr.* It. in *Harduini* concil. tom. III. p. 629. Conf. *Hieronym.* de viris illustr. cap. 118. ibique interpretes in *Fabricii* biblioth. eccles. pag. 208. sq. *Tillemont.* Mem. eccles. vol. VI. ad haeres. Arian. art. 123. et 134. *Sandii* nucl. hist. eccl. pag. 246. et 256. *Cauei* hist. litter. SS. eccles. I. pag. 254. *C. Guil. Fr. Walchii* Histor. der Ketzereien etc. II. pag. 670. *Harl.*

MACEDONIVS, sed cuius nulla scripta memorari memini, episcopus ab a. C. 343. zz) CPolitanus, a. 361. depositus et in concilio CPolitano, quod inter Oecumenica secundum est, damnatus a. 381. Hunc de patre et filio similia cum catholicis sensisse scribit *Ratramnus* lib. II. contra graecos cap. 2. at enim noluit quidem Macedonius cum Arianis creaturam adfirmare, quem filium nuncupat S. Scriptura: tamen ὁμοιούσιον tantum cum Semi-Arianis a) etiam, non ὁμοούσιον patri illum esse docuit, vt ex *Theodorito* II. 2. hist. et aliis veteribus scriptoribus patet. Spiritum S. vero κτίσμα esse et ποίημα haud erubuit profiteri, vt post alios plurimos tradunt *Io. Zonaras* apud Cotelerium III. monument. pag. 465. et *Photius* epist. 1. pag. 7. *Fabr.* Hinc Macedoniani a Graecis quoque vocabantur πνευματομάχοι. Enimuero, num et quatenus Macedoniani de S. Spiritu adeo impie edixerint *Walch* in hist. haer. III. pag. 84. sqq. sobrie diligenterque inquirit. — Quando autem Macedonius e vita excesserit, haud omnino exploratum est. Sed probabile videtur VV. DD. eum haud multo post, quam a. 360. munere CPolitano, in primis auctore atque impulsore Acacio, fuit priuatus, fatis interceptum esse. v. *Baron.* ann. CCCLX. §. 20. tom. V. p. 6. Falsa igitur est narratio, Macedonium ipsum interfuisse concilio oecumenico CPolitano II. a. 381. De eo autem alii, vt *Arnold* in: Kirch. vnd Ketzerhist. tom. I. p. 212. ed. Schafshaus. lenius, alii, vt Ittig. et Goetz. in diss. de Macedon. Lips. 1688. 4. seuerius iudicant. Medium tenet, vitam, fataque et opiniones atque controuersias turbasque inter doctores sacr. illius tempore et postea motas, tum fata Macedonianorum, qui Semiariani fuerant, et olim aliis quoque nominibus insigniebantur, candide copioseque persequitur *Walch.* in hist. haer. III. pag. 70 — 119. Idem diligenter colligit testimonia iudiciaque tam veterum quam recentiorum

zz) Al. a. 342. v. *Pagi.* crit. in annal. Baron. a. 242. §. 17. tom. IV. pag. 400. ed. Mansian. et *Walch.* hist. haeres. III. p. 77. *Harl.*

a) Vide Epiphanium LXXIII. 23. et 27. pag. 870. et 875. vbi Macedonium semiarianis accenset. Confer, quae idem de Pneumatomachis haeres. l. XXIV.

tiorum omniaque lance aequa ponderat enumeratque Macedonii adſeclas, inter quos eminuerunt *Marathonius*, (circ. a. C. 358. 360.) qui, militia relicta, caſtra ſacra ſequutus, primum diaconus euaſit, dein ſeceſſit in monaſterium, quod ipſe CPoli condidit; tum a Macedonio epiſcopus Cyzic. conſecratus eſt, et poſt Macedonii mortem, Macedonianorum epiſcopus CPoli fuiſſe videtur, a quo Macedonicis etiam nomen *Marathonianorum* adhaeſit, v. *Sozomen.* IV. cap. 20. et 27. *Socrat.* II. cap. 38. et 45. et *Tillemont.* l. c. tom. VI. pag. 397. et 770. — atque *Eleuſius*, ſemiarianus, qui varias expertus eſt vitae munerumque mutationes. (v. *Lequien* orient. chriſtian. tom. I. pag. 750. ſqq.) Poſthaec concilia ſynodosque, in quibus Macedonianorum doctrina damnata eſt, et aduerſarios, qui illam oppugnarunt iiquo multi ſunt, diligentius, quam *Vogt.* in bibl. haereſiol. vol. I. faſc. I. pag. 196. ſq. vbi adverſariorum dedit catalogum, recenſet Walch. ſuamque de erroribus et litibus Macedonianorum moderate intelligenterque dicit ſententiam. Quae *Natalis Alexander* in hiſt. eccl. N. T. ſaec. IV. diſſ. 43. p. 525. *Sagittarius* in introduct. in hiſt. eccles. I. pag. 1034. ſqq. et *Lud. Ceiller.* hiſt. des auteurs eccles. tom. V. pag. 594. ſqq. de ea re ſcripſerunt, ea Walchio haud ſatis fecerunt. Curate quoque poſt illum Macedonii eiusque ſectae hiſtoriam exponit cl. *Schroeckh* in hiſt. eccl. chriſtiana, tom. VI. pag. 77. ſq. in primis pag. 197. ſqq. — *Goetz.* diſſ. de Macedon. recuſa notisque illuſtrata eſt in *Vogtii* bibl. haereſiol. vol. I. faſc. I. pag. 165. ſqq. — *Scuberti* diſſ. ad initium euangelii S. Ioannis, a Macedonianis corrupti. Altdorf. 1679. 4. citatur a Walchio; a quo etiam pag. 72. not. 1. memorantur alii eiusdem nominis:

Macedonius, *Mopsueſt.*, aequalis, et turbis quoque implicitus arianis; v. *Socrat.* H. E. II. cap. 19. et *Hilar.* tom. II. pag. 662.

Macedonius, epiſcopus ſub Anaſtaſio, imper., *CPolitanus*, qui tamen propter animum ac ſeueritatem contra Eutychianos munere depoſitus eſt. *Walch.* laudat *Pfaffii* primit. Tubing. pag. 50. *Natalis Alexand.* H. E. tom. I. pag. 277. et *Lequien* orient. chriſtian. tom. I. pag. 220, atque obſeruat, plures *Macedonios* nominari in *Vogtii* bibl. haeres. vol. I. faſc. I. pag. 171. ſqq. — A Fabricio in bibl. gr. adhuc proferuntur:

Macedonius, *Antiochenus*, inter Monothelitas memoratus, in vol. XII. pag. 195. et 203.

Macedonius *CPolit.* ex medico monachus, in vol. XIII. pag. 312.

Macedonius, *conſul*, poeta epigramm. v. ſupra, vol. IV. pag. 481. *Harl.*

MARCELLVS, Ancyranus [b]), circa a. C. 373. vel 374. demum, biennio, ante quam Epiphanius aduerſus haereſes ſcriberet, obiit. Facere [335] cum Sabellio,

b) Epiſcopus Ancyrae, quae vrbs fuit primaria in Galatia: hinc a veteribus hiſt. eccl. ſcriptoribus aliisque frequenter dicitur *Galata*. v. *Walch.* hiſt. haer. III. p. 233. Marcellus iam initio ſaec. IV. circ. a. 314. fuit diaconus: et in initio litium cum Arianis, iam ſenex. vid. *Wormii* hiſt. Sabell.

lio, c) licet negaret, d) visus atque ideo in synodo CPol. a. C. 336. depositus, sed in Sardicensi a. 347. restitutus est. Vide *Epiphanium* haeresi LXXII. qui eius expositionem fidei pag. 842. seq. et epistolam de fide, qua se Iulio, episcopo romano, purgare voluit, seruauit pag. 834 — 836. [Epist. ad Iul. gr. et lat. in *Constant* epp. romanor. pontificum etc. Paris. 1721. fol. pag. 390. *Harl.*] Contra Marcellum scripsit non modo *Acacius*, Caesareensis, ex quo idem *Epiphanius* pag. 838 — 842. sed et *Basilius M.* in pluribus epp. qui tamen postea mitius sensit, ac *Basilius*, Ancyranus, teste *Hieronymo* cap. 89. et Suida Βασίλειος: tum Acacii decessor, *Eusebius*, de cuius quinque libris contra Marcellum dixi alio loco e) vbi etiam de amplo Marcelli opere aduersus Asterium, sophistam, et alios Arianos, ex quo fragmenta apud Eusebium supersunt: [nec non *Diodorus*, *Tarsensis*, v. infra in h. vol. p. 359. ed. vet.] *Gregorii Nysseni* epistola ad Sebastenos, quae apologiam de receptis in communionem Marcellianis continet, edita est a *Laur. Alexandro Zaccagnio* in collectaneis monumentorum veterum pag. 358. *Fabr.* Multo plenius et diligentius de Marcello Ancyrano eiusque placitis indeque ortis controuersiis, et, quae in vtramque partem a pluribus tum antiquioribus tum recentioribus auctoribus, atque in conciliis synodisque disputata sunt, fusius agit, intelligenter iudicat et Marcellum, negat, esse haereticis adnumerandum, *C. Guil. Franz. Walch.* in histor. haeresium saepius laudata, tom. III. pag. 229 — 299. nobisque fecit otium. Conf. quoque possunt *Tillemont.* Mem. tom. VII. p. 502. sqq. *Cau.* hist. litt. scriptt. eccl. I. pag. 202. sqq. *Du Pin* II. pag. 106. sqq. *Basnage* in annal. polit. eccl. tom. II. pag. 556. sqq. Lardner aliique a Walchio iam citati, interdum refutati. *Montfauc.* diatriba de caussa Marcelli Ancyrani, praefixa illius nou. collect. patrum et scriptor. graec. tom. II. pag. 1. sqq. Paris. 1707. fol. qui Marcellum defendit a crimine haereseos, — rec. et illustrata in *Vogtii* bibl. haeresiol. vol. I. fasc. 2. pag. 297. add. ibid. p. 339. atque *C. G. Fr. Walch*, l. c. pag. 254.

Sabell. pag. 177. *Montfauc.* diat. de Marcell. cap. I. p. 302. aliosque, a Walchio l. c. pag. 258. citatos. *Harl.*

c) Conf. *Walch.* l. c. pag. 249. sqq. in primis pag. 280. sqq. 289. sqq. *Harl.*

d) De SABELLII haeresi doleo intercidisse dissertationem, quam promisit b. doctor meus, *Tho. Ittigius*, in adpendice de haeresiarchis apostolicae aetatis pag. 432. Duos fuisse Sabellios υἱοπατορίας et ταυτοουσίας propugnatores, vnum Libycum, siue Afrum, alterum Pentapolitanum episcopum, scribit *Timotheus*, presbyter, de receptione haereticorum, editus a Cotelerio III. monument. pag. 385. Sed Libycus ab illo Pentapolitano neutiquam diuersus est, qui [vti quidam tradiderunt, sed minus probabiliter,] haeresin praeceptoris sui, Noeti, disseminare latius coepit a. C. 257. vt notarunt Benedictini notis ad S. Ambrosium tom. II. pag. 445. *Petauius* dogm. theol. tom. II. pag. 33. seq. et nimis operose *Christianus Wormius* in historia Sabellianismi, edita Francof. 1696. 8. capite III. Idem de Marcello Ancyrano videndus capite V. *Fabr.* Conf. *Tillemont.* mem. etc. IV. pag. 239. *Sand.* nucleum hist. eccl. p. 78. sqq. 111. sq. *Moshem.* comment. de reb. christianor. pag. 683. sqq. *Lardner* credibility of the G. H. part. II. vol. IV. pag. 595. 602. sqq. vol. IX. pag. 73. sqq. in primis *C. G. Fr. Walch.* in hist. haeres. saepius laudata, tom. II. pag. 14 — 64. qui multos alios VV. DD. excitat, interdum Worm. Sandium aliosque refutat et omnem rem caussamque Sabellii docte explicat. Add. *Semleri* hist. dogmatum tom. I. p. 233. seqq. praemissam Baumgartenii theol. polem. *Harl.*

e) Septimo cap. IV. pag. 394. sq. sect. 7. vbi quoque de *Rettberg. Marcellianis* agitur. *Harl.*

254. sq. *I. G. Walch.* in hist. eccl. N. T. I. pag. 1513. sqq. qui, vt iam antea fecerant *Garnier* ad opp. Mar. Mercatoris tom. II. pag. 312. *Caueus* l. c. pag. 203. *Weismann* in memor. hist. eccl. vol. I. pag. 326. aliique, nil certi pronuntiare audet, quod Marcellus, quamvis (initio quidem in libro contra Asterium,) non recte satis de trinitate et de Christo loquutus videretur; varius tamen fuit, nec ita se gessit, vt iure pro haeretico, proprie ita adpellato, posset haberi. Eius tamen filius, theologus Gottingens. in hist. haer. l. c. pag. 280. sqq. illam quaestionem subtilius et sollertius explicat, dirimitque litem secundum Marcellum. — M. *Christ. Henr. Vogel.* diss. de Marcello, Ancyrae episcopo, Gotting, 1757. 4. *Christi. Frid. Ilgeni* diss. de Marcello, Ancyrae episcopo, haereticorum catalogo eximendo. Hafniae 1753. cum primis *Schroeckh.* hist. eccl. christian. tom. VI. pag. 180 — 191. Sed aetas illa et sequens similis paene erat arenae gladiatoriae, in qua homines, interdum docti paratique, interdum more Antabatarum, et in factiones fere descripti, nonnulli eorum arrogantia fastuque aut inuidia odioque incensi, furiisque armorum quasi decretoriorum flammati, ad internecionem vsque certare et inter se de dogmatibus diuinaeque doctrinae, ad salutem hominum vnice efficacis, interpretatione modo vera, modo peruersa crociter digladiari, ciuitatemque lacerare consueuerunt. Et illi homines fuerunt theologi, pacis, temperantiae ac lenitatis praecones. *Harl.*

Arii fautores, principio proditae haereseos. f)

Achilles, presbyter.
Aetius, Diospolitanus episcopus. [v. supra §. IX.]
Aithalus, presbyter.
Ammon, siue Parammon, diaconus.
Antonius, Tarsensis.
Arius, presbyter, (diuersus ab Ario, haeresiarcha.)
Asterius, sophista. [de quo vide infra cap. 28. libri V. §. XI. pag. 612. vet. ed. vol. VIII.]
Athanasius, Anazarbensis.
Auxentius, Mediolanensis. g)

[Basi-

f) De multis Arii fautoribus atque adseclis vberius egerunt *Buddeus* in isagoge etc. pag. 904. sqq. *Lardner* in: Credibility of the G. H. part. II. vol. VII. p. 284. *Caueus* in hist. litt. SS. eccl. I. de saeculo Ariano, pag. 159. sqq. *Chr. Guil. Franc. Walch* in historia haeresium etc. part. II. pag. 445. sqq. maxime pag. 656. sqq. *Schroeckh* in hist. eccl. christ. part. V. et VI. de haeresi, controuersiis et factionibus Arianorum: ad quos aliosque de Ario eiusque disciplina scriptores, supra iam laudatos ablegamus historiae ecclesiast. studiosos. *Harl.*

g) Circ. a. Ch. 362. aut secund. *Schroeckh* H. eccl. VI. p. 117. episc. Mediol. ab a. 355. Duo autem Auxentii, episcopi Mediolanenses, innotuerunt in historia Arianorum. De quo h. l. est sermo, is est senior, semiarianus, cuius fidei confessio exstat in *Hilarii* Opp. tom. II. p. 600. sq. ed. Veron. de qua *Weismann.* in memor. hist. eccl. tom. I. pag. 363. mitius sensisse, animaduertit et de Auxentio agit *Walch.* l. c. pag. 663. et *Wittich.* Handbuch der christl. Kirch. v. Dogm. Gesch. I. pag. 184. *Harl.*

[Basilius, Ancyrae episcopus, de quo in cap. seq. agitur.]
Caius, Pannonius.
Cares, presbyter.
Carponas, presbyter.
Ethales, Ἐθάλης, presbyter.
Eudoxius, Germaniciae episcopus.[h])
[Eunomius, de quo supra iam disputatum est, et conf. *Walch.* hist. haer. II. p. 665. sq. *H.*]
[?] Eusebius, Caesareensis episc.
[Eusebius *Emesenus.* v. supra, vol. VII. pag. 411. praecipue pag. 412. sq. *Fabric.* in bibl. med. et inf. aetat. tom. II. pag. 127. sq. ed. Mans. *Cau.* hist. litt. SS. eccl. I. p. 207.

h) Patria Armenus, inclaruit circ. a. 360. primum Germaniciae, quae prouinciae Euphratensis vrbs erat in confinio Ciliciae, Syriae, et Cappadociae sita, episcopus; dein, mortuo Leontio a. 356. paullo post *) per vim occupauit ecclesiam Antiochenam, in synodo Seleuciensi depositus ab Acacianis. A. 359. exeunte, vel potius ineunte sequenti, mens. Ian. 27. Macedonio in synodo 72. episcoporum deposito, sedem CPolitanam adsequutus, obiit a. 370. (a. 372. sec. *Sandium* in nucl. H. eccl. pag. 252. sq.) dum Niceae, vt episcopum ordinaret, versaretur. Homo erat varius atque inconstans; primum sectatus est Arianorum errores, dein Semiarianis se adplicuit; denique fecit immoderate cum Aëtianorum secta. Ex *Eudoxii,* patriarchae CPolitani, *oratione de incarnatione dei verbi* excerpta sunt *Vindob.* in cod. caesar. LXXVII. nr. 77. v. *Lambec.* comm. III. p. 418. ed. Kollar. Ad hunc etiam is ibid. p. 66. sq. refert, quae in cod. XV. f. in catena in Psalterium sub *Eudoxii* nomine occurrunt. (v. supra, vol. VII. pag. 652. et 654.) et diserte nominatur Εὐδόξιος φιλόσοφος in catena patr. in cantica sacra in cod. CLXVII. caesar. et *Lamb.* IV. pag. 394. intelligit Eudoc. CPol. arianum. Insuper *Bandin.* de codd. gr. bibl. Laur. I. pag. 21. de cod. IX. nr. 7. plut. 5. *Eudoxii, philosophi,* (qui sit idem est, ac noster,) fragmenta in cat. in Daniel. et pag. 92. *Eudoxii, philosophi,* scholia in cantica S. Script. memorat. Ita quoque in cod. *Coislin.* LXXXI. v. *Montf.* bibl. coisl. pag. 138. add. pag. 244. de cod. CLXXXVIII. item in cod. *Paris.* CXXIX. et cod. *Veneto* D. Marc. XVII. in catena in cantica V. ac N. T. vid. cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. Ven. pag. 54. — Fragmentum libri *de incarnatione* habetur gr. apud *Damasc.* in collectione quadam testimoniorum in cod. msto Claromontano, cap. 9. vbi Eudoxius diserte dicitur episcopus CPolit. Arianus. v. *Labbei* conspect. oper. Damasc. p. 50. Alia habeatur ap. Nicephor. patr. antirrh. contra Epiphanidem, (v. supra, vol. VII. pag. 624. fin.) et in *Leontii* Byzant. libr. de scriptis, quae patribus ab Eutychianis supposita sunt, pag. 1111. bibl. PP. tom. IV. part. II. Paris. 1654. Conf. *Cauenm* (quem in multis sequutus sum,) in hist. litt. SS. eccl. I. pag. 218. sq. *Tillemont.* Memoir. tom. VI. pag. 425. sqq. *Walch.* in hist. haeres. II. pag. 664. sq. vbi adnotauit, Eudoxium fuisse primum Arianum, dein Semiarianum; pag. autem 553. §. III. tradidit, primum stetisse eum a partibus Semiarianorum; postea sequutum esse castra Arianorum: add. eumdem pag. 557. §. IV. et pag. 545. §. VI. Laudat Eudoxium *Sand.* in nucleo hist. eccl. pag. 233. add. eumd. pag. 242. it. cl. *Schroeckh* in hist. eccl. christ. tom. VI. pag. 145. sq. pag. 166. et pag. 179. de orat. quadam, inconsiderate dicta. — De *Eudoxio, sophista,* Cappadoce v. *Fabric.* paullo infra pag. 366. ed. vet. cui in indice adscribit fragm. in catena. — *Eudoxii,* Rhomyli, Zenonis et Macarii, martyrum, supplicium, sub Traiano, Florent. in cod. Laurent. XX. nr. 6. plut. 11. et gr. ac lat. in actis SS. ad diem V. Sept. tom. II. pag. 511. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 514. *Harl.*

*) A. 359. scripsit *Lambec.* Contra *Schroeckh,* sub fin. a. 357. *Walch.* vero p. 533. hist. haer. II. tradit, id factum esse a. 358. *Harl.*

207. *Walch.* hist. haeres. II. pag. 667. Curatius et copiosius *Schroeckh* hist. eccl. christ. tom. VI. p. 70. sqq. de eo egit et iudicauit, it. p. 117. *Harl.*]

Eusebius, Nicomediensis episc. [i])

Eustathius Sebastenus. [k])

Euzoius Antiochenus. [l])

Gregorius, Beryti episc.

Georgius, Alexandrinus, atque inde Arethusae presbyter, ac denique episcopus Laodicenus. [m])

Helladius, diaconus.

Irenaeus, diaconus.

Iulianus, diaconus.

Iulius, diaconus, qui cum Ario subscripsit epistolae apud Epiphan. LXIX. 7.

Leontius, Antiochenus. [v. *Caveum* I. pag. 211. *Schroeckh.* l. c. pag. 96. sq. *Sand.* l. c. pag. 217.]

Lucius, diaconus. [n])

Macarius, diaconus.

[Marathonius, de quo v. supra paullo ante in voc. *Macedonius.* *H.*]

Marcus, Alexandrinus. [o])

Maris

i) Vide supra vol. VII. p. 415. *Walch.* l. c. p. 667. sq. *Cav.* l. c. tom. I. p. 186. *Schroekh.* l. c. pag. 53. (vbi quoque *Eusebius*, cubiculi praepositus, apud quem, vt *Ammian. Marcell.* lib. XVIII. cap. 4. ait, multa Constantius potuit, Arianorum fautor nominatur,) p. 55. et 77. vbi iste mortuus dicitur a. 341. *Harl.*

k) Semiarianus fuit. v. *Walch.* l. cit. p. 668. vbi prouocat ad suum libr. Antiquitt. pallii philos. p. 239. sqq. in primis tom. III. p. 536. sqq. de Eustathianis, vbi ea, quae in libro Antiqq. pallii etc. scripserat, partim retractauit, partim auxit, aut omisit, et *Schroeckh.* l. mem. p. 117. 161. 166. p. 170. vbi Eustathius opera fraudeque Acacianorum munere a. 360. priuatus fuisse dicitur, et de eius controuersiis pag. 243. 244. sqq. Add. supra de *Eustathiis* pag. 153. huius vol. *Harl.*

l) Duo exstiterunt *Euzoii*, Ariani; senior, constans Arii ab initio motuum Alexandrinorum sectator, et Aetii aduersarius, a. 364. fit episcopus Antiochiae, et moritur a. 376. — Iunior, vir doctus ac diligens, post Acacium, a. 366. defunctum, episcopus apud Caesarienses constituitur, sed circ. a. 380. remouetur ab officio. v. *Hieronym.* de viris illustr. cap. 113. ibique interpret. *Fabricii* bibl. eccles. *Caveum* l. c. pag. 231. et *Walch.* hist. haeres. II. p. 669. *Harl.*

m) Duo fuerunt *Georgii*: alter episcopus Alexandrinus, primum Semiarianorum, dein Anomoeorum sectator, et martyr, de quo multus est *Sandius* in nucleo H. E. p. 220. sqq. qui eum et famosum illum equitem, *Georgium*, sanctis adnumeratum, cum nonnullis putat esse vnum eumdemque, et p. 246. Add. *Walch.* hist. haer. II. p. 669. et *Schroeckh.* l. c. p. 109. sq. et 342. coll. tom. V. p. 55. et p. 74. sqq. de *Gregorio*, Cappadoce. Alter *Georgius*, episcopus Laodicenus, de quo in cap. seq. p. 373. vet. ed. sermo erit. *Harl.*

n) De quo v. paullo ante hunc catalog. fautorum etc. voc. *Lucius.* *Harl.*

o) De *Marco*, episcopo Arethusiorum, Ariano, v. *Schroeckh.* l. c. p. 151. et *Sand.* l. c. pag. 247. sq. *Harl.*

Maris, episcopus Chalcedonensis. [v. *Schroeckh.* l. c. pag. 343. *Sand.* pag. 168. et 245.]
Menas, diaconus.
Menophantus, Ephesi episc.
Menophilus.
Narcissus, Neroniadis, siue Irenopolis in Cilicia episcopus.
Paramnon, siue Amnon, diaconus.
Patrophilus, Scythopolitanus episcopus. [*Sand.* l. c. pag. 247.]
Paulinus, Tyri episcopus.
Pistus, presbyter Mareotis, et deinde Arianorum episcopus Alex. [*Sand.* pag. 161. et 165.]
[*Sabinus*, semiarianus, episc. Macedonian. Heracl. v. supra, vol. VII. p. 424. not. *Walch.* hist. haer. tom. II. p. 672. *Harl.*]
Saras siue Seras, presbyter ac deinde episcopus Paretoinensis in Libya.
Sarmatas, presbyter.
Secundus episcopus Ptolemaidis Pentapolitanus.
Serapion, diaconus.
[Siluanus, primum Semiarianus, sed lenis; dein sequutus est partes orthodoxorum. v. *Walch.* l. c. pag. 672. qui laudat *Maran.* sur les Semiariens §. 6. *Harl.*]
Sisinnius, Libycus.
[Theodorus, Heracleae in Thracia episcopus. vid. in cap. seq. voc. *Theodorus* pag. 412. vet. ed. *Harl.*]
Theodotus, Laodicenus episcopus.
Theognis, Nicaenus episc.
Theonas, Libyae episcopus Marmaricensis. [conf. *Cauei* H. lit. SS. EE. I. p. 172.]
Valens Pannonius.
[Vlphilas, Gothorum episcopus, primum subscripserat concilio Nicaeno: dein transiit ad Arianorum partes. v. *Schroeckh.* l. c. pag. 31. *Sand.* l. mem. p. 175. sq. *Cau.* hist. litt. SS. EE. I. p. 229. sq. inprimis *Walch.* l. c. p. 555. p. 673. sqq. qui alios quoque laudat viros doctos, et p. 675. quaedam notat de Vrsacio et Valente, et *Saxii* Onomast. I. p. 430. sqq. *Harl.*]
Vrsacius, Pannonius.
Zosimus, diaconus.

CAPVT XIX. (olim XXIV.)

De aliis saeculi IV. scriptoribus, hactenus indictis.

ACACIVS luscus, Eusebii, a. C. 339. defuncti, in episcopatu Caesareensi successor librorumque haeres, sed in fide mire inconstans et iam Semiarianorum, iam Anomoeorum promachus, iam Nicaeni subsignator symboli, obiit circa a. C. 366. Vide *Tillemontium* tom. VI. memoriar. historiae eccles. p. 304. *Fabr.* De hoc *Acacio* aliisque vel sectatoribus vel aduersariis haereseos Arianae copiose docteque disserit *Walch.* l. c. II. p. 656. sqq. *Lardner* Crédibil. of the G. H. part. II. vol. VII. p. 284. sqq. *Schroeckh.* in hist. eccl. christiana, tom. VI. p. 56. et 137. sq. it. tom. X. p. 468. de alio *Acacio*, episcopo Beroënsi, aduersario Chrysostomi, et tom. VII. p. 395. sq. de alio *Acacio*, episcopo Amidensi, init. saec. V. qui multos Persas, captiuos milites, ope vasorum sacrorum e captiuitate romanorum militum redemtos, liberauit, regique Persarum remisit. — *Acacii* fragm. occurrunt in catenis etc. et in Theodoret. in loca difficilia S. script. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. 42. et 187. in codd. *Venet.* D. Marc. v. catal. codd. gr. Marc. p. 17. et 289. in codd. *Vindob.* caesar. v. *Nessel.* catal. part. I. p. 20. et 241. etc. *Harl.*

Huius Acacii expositio fidei, in synodo Seleucensi a. 359. edita, cuius meminit Suidas in Ἰωβιανὸς, exstat apud *Epiphan.* LXXIII. 25. cui subscripsere:

Apollonius, episcopus Oxyrinchi.
Arabion, Adraorum, Ἀδϱαίων in Arabia.
Augarus, Cyri Euphratesiae.
Augustus, Euphratesiae.
Barochius, Arabiae.
Basilius, Cauniorum Lydiae.
Charisius, Azoti.
Cyrion, Doliches episcopus.
Elissaeus, Diocletianopolitanus.
Euagrius, episcopus Mitylenes insularum.
Eudoxius, episcopus. [v. *Walch.* hist. haeres. II. p. 664. sq.]
Eusebius, Sebastenus in Palaestina.
Eusebius, Seleuciensis in Syria.
Eustathius, Epiphaniae episcopus.
Eustathius, Pinarorum et Didymorum.
Eutychianus, Patarorum in Lycia.
Eutychius, Eleutheropolitanus.
Exeresius, Gerasorum.

Georgius

Georgius Alexandriae. [v. *Walch.* l. c. p. 540. ſq. ac p. 669. et de alio *Georgio*, Alexandrino, eiusdem aetatis ib. et infra in h. vol. p. 373. vet. ed.]
Germanus, Petrarum.
[¶] Heliodorus, Sozuſae Pentapolis epiſcopus.
Irenaeus, Tripolitanus in Phoenicia.
Leontius, Lydiae.
Magnus, Themiſorum in Phrygia.
Pancratius, Peluſii.
Paulus, Emeſenus.
Petrus, Hippi Palaeſtinae.
Philicadus, Anguſtadorum in Phrygia.
Phoebus, Polychalandae Lydiae.
Ptolemaeus, Thmueos Auguſtonices.
Pollux; prouinciae ſecundae Libyae.
Serapion, Antipyrgi Libyae.
Seras, Σέρας Paraetonii Libyae.
Stephanus, Ptolemaidis Libyae.
Theoctiſtus, Oſtracines.
Theodoſius, Philadelphiae Lydiae.
Vranius, Tyri.
Zoilus, Lariſſae Syriae.

De caeteris Acacii ſcriptis dixi ſupra in Euſebio tom. VII. huius bibl. pag. 336. not. *e*. vbi et de aliis Acaciis. Sed occaſione Acacii, Caeſareenſis in Palaeſtina epiſcopi, iuuat hoc loco ſyllabum Caeſareenſium epiſcoporum ſubiicere, qualem ex actis Conciliorum *Hadrianus Relandus* in Palaeſtina ſua lib. III. pag. 676. ſeq. exhibuit. Praemittam autem illi locum de antiquioribus Caeſareenſibus epiſcopis, qui exſtat in Conſtitutionibus apoſtolorum Clementinis lib. VII. cap. 46. Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιςίνης πρότερον μὲν Ζακχαῖος ὁ ποτὲ τελώνης, μεθ' ὃν Κορνήλιος, καὶ τρίτος Θεόφιλος. Ad quae verba Cotelerius: *Concordant in* Zacchaeo *alia Clementi pariter adſcripta, itemque Rufinus praefatione ad recognitiones, ac haereſiographus Sirmondianus, haereſi 11. et 13.* *In* Cornelio *Martyrologia, nec non Egeſippus tractatu de diſtantiis locorum terrae ſanctae.* Theophili *autem epiſcopi, huius aut alterius, ad quem euangeliſta, Lucas, ſcripſerit, mentio fit ab Iſidoro, originum libro VI. cap. 2. Verum Pſeudo Clementis apocryphos libros aut non legit, aut potius lectos ſpreuit Euſebius, Caeſarienſis, alias tanta eccleſiae ſuae ornamenta nequaquam in operibus ſuis omiſſurus.*

[¶] Epiſcopos Caeſareae hos inuenio in actis Conciliorum commemoratos:

THEOPHILVM, qui actis concilii Caeſareenſis, habiti anno aerae chriſtianae 198. ſubſcripſit. Vide Euſebium *hiſtor. eccleſ.* V. 23. Hieron. cap. 43. Catalog. et Stephani Baluzii nouam collectionem conciliorum, Pariſiis editam anno huius ſaeculi ſeptimo pag. 13.

AGRI-

AGRICOLAVM. Hic subscripsit concilio Ancyrano habito anno 314. Vide *tomum I.* conciliorum generalium pag. 1475. At alii Agricolam hunc non agnoscunt, sed seriem episcoporum a Theoctisto ad Eusebium ita texunt, THEOCTISTVS, DOMNVS, THEOTECNVS, AGAPIVS, EVSEBIVS. Confer Eusebii *histor. eccles.* VI. 19. et VII. 14.

EVSEBIVM, [p]) ab amicitia martyris, Pamphili, dictum, virum scriptis clarissimum. Hic subscripsit concilio Palaestino, habito anno 318. Vide Baluzii nouam collectionem conciliorum pag. 23. Subscripsit et concilio Nicaeno. Vide tom. II. conciliorum general. pag. 51. [v. *Walch.* l. c. p. 676. sq.]

ACACIVM. Hic successit Eusebio. Theophanes in Chron. Ἀπέθανεν (Εὐσέβιος) Ἀκάκιον μαθητὴν καὶ διάδοχον τοῦ θρόνου Καισαρείας ἐάσας. Hieronymus epist. ad Mineruium: *Acacius, Caesareae, quae prius turris Stratonis vocabatur, post Eusebium Pamphili episcopus.* Hic subscripsit conciliabulo Seleuciensi anno 359. (Vide Epiphanium *Haeres.* LXXIII. pag. 874. aut Baluzii supplement. concilior. pag. 66.) et concilio Antiocheno anno 363. Vide Socratis *histor. eccles.* III. 25. aut *tom.* II. concilior. pag. 828. Huius et Euzoii studium in instauranda celebri bibliotheca Caesareensi, quam Pamphilus dedicauerat, laudat *Hieronymus* in epist. ad Marcellam et in catal. script. ecclesiasticorum. Laudat plus semel codicem euangelii Matthaei, chaldaico et syro sermone sed hebraicis litteris conscriptum, qui in illa bibliotheca erat. Hinc discimus, euangelia Matthaei hebraea, quae circumferuntur, esse commentitia. Chaldaicum syrumque erat id, quod citat Hieronymus, sed hebraicum adpellat, quod litteris esset conscriptum hebraeis. Vide eum l. III. *dial. aduersus Pelagianos*, pag. 533. [?] (De Acacii successore, Euzoio [q]) ita Epiphanius LXXIII. 37. p. 885. Ἐξ αὐτῶν γὰρ Εὐζώϊος etc. *Ex hoc enim grege Caesariensis EVZOIVS prodiit, illorum* (Semiarianorum) *discipulus, qui post Acacium sedi illi praefuit, cum ante PHILVMENVS a Cyrillo, Hierosolymitano, in illa constitutus fuisset, ac deinde CYRILLVS senex ibidem ab Eutychio collocatus, ac demum GELASIVS ab Cyrillo, Hierosol., cuius sororis erat filius, rursus esset impositus. Cum enim hi tres illis ordinati forent, et ob mutuas simultates dignitate cessissent, postmodum EVZOIVS sedem illam obtinuit.* Hieronymus de scriptor. E. cap. 113. *Euzoius apud Thespesium, rhetorem, cum Gregorio, Nazianzeno episcopo, adolescens Caesareae eruditus est: et eiusdem postea vrbis episcopus plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus est. Feruntur eius varii multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est.* Idem cap. 131. *Gelasius, Caesareae Palaestinae post Euzoium episcopus, accurati limatique sermonis, fertur quaedam scribere, sed celare.)*

GELA-

p) Ante Eusebium perperam scribunt episcopatu Caesareensi functum Pamphilum, martyrem, Ivo Carnotensis et Petrus de Natalibus.

q) Conf. in cap. antec. inter Arii fautores etc. voc. *Euzoius;* ibique de duobus hominibus eiusdem nominis. *H.*

GELASIVM. Subſcripſit concilio Conſtantinopolitano anno 381. Vide tom. II. concilior, pag. 956.

EVLOGIVM. Subſcripſit concilio Dioſpolitano, anno 415. Vide tom. II. concilior. pag. 1532. an forte *Euzoius* legendum?

GLYCONEM. Subſcripſit concilio Chalcedonenſi per Zozimum, anno 451. Vide tom. IV. concilior. pag. 80. et 787.

IRENAEVM. Mentio eius fit in actis concilio Chalcedonenſi ſubiectis. Vide tom. IV. concilior. general. pag. 889.

ELIAM. Subſcripſit concilio Hieroſolymitano anno 536. Vide tom. V. concilior. pag. 284.

IOHANNEM. In actis concilii Conſtantinopolitani, anno 553. Vide nouam collectionem Baluzii pag. 1497. et tom. V. concilior. pag. 192. et 416.

Alios quosdam Caeſareae Palaeſtinae epiſcopos vide apud *Sandium* pag. 33. adpendicis ad nucleum hiſtoriae eccleſiaſticae.

ALEXANDER, Alexandrinus ab a. C. 312. ad 326. epiſcopus, ſucceſſor Achillae, fratris, aduerſarius praecipuus Arii, quem in concilio Alexandrino a. 324. et Nicaeno a. 325. damnauit poſt haereſin ipſius variis prius ſcriptis epiſtolis confutatam, quas cum reſponſoriis epiſcoporum in vnum volumen congeſſit, vt ex Socrate et Sozomeno notaui ſupra pag. 218. [r]) Ex his exſtant.

[C] 1. Epiſtola encyclica de depoſitione Arii, apud *Socratem* lib. I. cap. 6. *Gelaſium* II. 3. de actis concilii Nicaeni, [libr. II. cap. 3. p. 793. ſq. tom. III. Manſ. collect. concilior. ampliſſimae,] (vbi etiam ſubſcriptiones) [s]) tum apud *Nicephorum* VIII. 8. et in Tripartita I. 13. [*Montfaucon* curatius edidit in vol. I. opp. Athanas. p. 397.]

2. Ad

r) Copioſius et curatius de *Alexandro* eiusque controuerſiis diſſeruit *Walch.* in hiſtoria haereſium ſaepe citata II. p. 412. ſqq. et ſaepius per totam paragr. XX. p. 443. ſqq. — nec non §. IX. ſqq. p. 424. ſqq. praecipue de concilio Alexandrino et altera ſynodo presbyterorum atque diaconorum Alexandrinorum et prouinciae Mareotidis p. 432. ſqq. de epiſtolis Alexandri adhuc ſuperſtitibus et aliis tum p. 439. ſq. et 448. quando et ad quos duae illae, quae ſuperſunt, epiſtolae fuerint ſcriptae, et p. 485. quando Alexander e vita diſceſſerit, p. 445. qui fuerint tres illi epiſcopi Syri, de quibus Alexander ad Alex. CPol. loquitur, denique p. 584. ſqq. et 594. quaenam illius fuerit doctrina, ab Athanaſiana tamen et veritate diſcrepans et dubia. Add. *Semler.* in hiſtoria dogmatum, praefixa tom. III. Baumgarten. theol. polem. p. 21. ſqq. et p. 24. ſqq. *Du Pin* hiſt. eccl. vol. II. p. 27. *Caue* hiſt. litt. ſcritor. eccl. vol. I. pag. 173. ſq. *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſt. tom. V. p. 324. ſqq. *Harl.*

s) In Gelaſio ſubſcribuntur nomina 33. presbyterorum, et diaconorum 29. ſed in noua Athanaſii editione tom. I. pag. 401. habes nomina presbyterorum 36. et diaconorum 44. [differt

2. Ad Alexandrum, CPolitanum, *t*) (sunt, qui Thessalonicensem malint.) *τόμος*, siue epistola de fide, apud *Theodoritum* lib. I. hist. cap. 4. vbi Valesius verba: *πρὸς ὁμώνυμον*, male vertit *ad gentilem suum.*

Tales fere septuaginta ad diuersos episcopos (*τοῖς πανταχῆ ἐπισκόποις Sozom.* lib. I. c. 15.) scripsisse refert *Epiphanius* LXIX. 4. Nominatim ad Macarium, Hierosolymitanum, Eusebium Caesareensem, Asclepium Gazaeum, Macrinum Iamniensem Zenonem, Tyrium Philogonum Antiochenum, Eustathium Berrhoënsem.

His accedit 3. quam e codice MMCDXVII. regis christianissimi *u*) dedit *Cotelerius* ad constitutt. apostol. 28.

Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου παρὼν παροῦσιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον προτρέπων *v*) αὐτοῖς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς

Depositio Arii et eorum, qui cum illo, per Alexandrum, archiepiscopum Alexandriae.

Alexander presbyteris et diaconis Alexandriae atque Mareotae praesens praesentibus, dilectis fratribus in domino salutem.

Licet iam subscripseritis illis, quae ad Arium et Arianos misi, adhortans eos ad negandam impietatem et ad adsentiendum sanae atque catholicae fidei, rectamque sententiam vestram ostenderitis, nec non in dogmatibus consonantiam cum ecclesia catholica; tamen, quia et ad

ἐκκλη-

[differt quoque in nonnullis lectionn. ab ea ep., quae legitur ap. Socratem. conf. *Semleri* histor. dogm. cit. §. 73. p. 55. sqq. *Harl.*]

t) Dubitat *Walch.* l. c. p. 436. sqq. eam ad Alex. CPol. esse scriptam; et arbitratur, eam potius fuisse encyclicam. *Harl.*

u) Exstat et in Caesarea bibl. teste *Lambecio* III. pag. 87. *Fabric.* p. 252. sq. ed. Koll. cod. LVII. nr. 47. exstat *Alexandri* archiepiscopi Alexandrini breuis epistola ad presbyteros et diaconos Alexandriae et Mareotidis, (quam ex cod. regio edidit *Cotelerius* in not. ad PP. apostolicos col. 517.) et nr. 48. est eiusdem ep. encyclica ad omnes vbique orthodoxos episcopos, in quo cod. vti in *Gelasii Cyziceni* syntagmate actor. concilii Nicaeni p. 51. ed. Parisinae *Roberti Balforei* ap. Fred. Morell. 1599. 8. reperiri subscriptiones presbyterorum et diaconorum Alexandriae et Mareotidis, adnotat Lambec. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CDLXXIV. nr. 11. depositio Arii et sociorum ab Alexandro, Alexandrino, et 12. *Alexandri* epist. ad omnes catholicae ecclesiae episcopos. — In cod. MMDV. eiusd. liber inscriptus *περὶ φυτῶν*, i. e. *de naturis*, in quo de rebus ad astrologiam, quam iudiciariam vocant, pertinentibus differitur. — In cod. *Coislin.* CXXII. in Niconis collectione loca ex Alexandro ad M. Eusebium, et in cod. CCXCVII. in collectaneis ex variis scriptoribus, loca ex Alexandri quaestione ad Eusebium. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 198. et 414. *Harl.*

v) f. *αὐτοῖς.*

ἐκκλησίας, ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον [?] ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἐπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι· ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήν τε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. Πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

omnes vbique terrarum comministros de Ariana secta litteras dedi, necessarium censui, vt vos quidem [?] ciuitatis clericos congregarem, vos vero, qui de Mareota estis, arcesserem, praecipue quum ex vobis quoque Chares et Pistus, presbyteri, Serapio, Parammon, Zosimus, et Irenaeus, diaconi, Arianos adsectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quo tum, quae nunc scriptis mandata sunt, cognoscatis, tum vestrum in iis consensum demonstretis, itemque Arii, Pisti, sociorumque depositioni suffragemini. Decet enim, vos, quae a me scripta sunt, scire, et vnumquemque ea, quasi a se essent exarata, corde retinere.

Constantini M. epistola, scripta sub extremum a. 323. Nicomedia ad Alexandrum hunc et Arium exstat integra apud *Euseb.* II. 64—72. de vita Const. et ex parte apud *Socratem* I. 4. Niceph. VIII. 13. Confer *D. Balthasaris Bebelii* diss. ad hanc epistolam, editam Argentorati 1663. *Dannhaueri* salue reformatum contra Bergium pag. 171. seq. et *Tillemontium* tom. VI. memor. pag. 228. qui Eusebium, Nicomediensem, imperatori stylum suum commodasse in hac epistola scribenda suspicatur. De *Alexandro* altero, qui S. Athanasium successorem habuit, accurate, vt solet, idem *Tillemontius* pag. 213—238. et de *Alexandro, CPolitano,* tom. VII. p. 32. seq. *Fabr.* Plura leges de hac epistola in *Walchii* citata haeresium historia, tom. II. pag. 457—461. *Harl.*

AMBROSIVS, Alexandrinus, Didymi auditor, diuersus ab Ambrosio, Alexandrino, celebri illo [w]) Origenis ἐργοδιώκτῃ, [?] scripsit teste Hieronymo cap. 126. catalogi, *ad-*

 versus

w) Dixi de hoc in volumine VII. huius bibl. pag. 289. sq. A duobus his diuersi 1) *Ambrosius*, Mediolanensis episc. de quo nota vox Theodosii, imp., apud *Theodoritum* V. 18. hist. Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον Ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον, *vnum Ambrosium noui, qui episcopus dici mereatur.* Illum a. C. 398. obiisse probat Papebrochius in diss. de anno et die mortis S. Ambrosii, quae exstat ante tomum I. Act. Sanctor. Aprilis pag. XXXVIII. seq. De eius vita ex veteribus videndus Paulinus, presbyter, (diuersus a Nolano) Ambrosii notarius: tum metaphrastes a Benedictinis graece et latine editus. E recentioribus *Erasmus* XXVIII. epist. 3. *Baronius* ante edit. Ambrosii romanam et in annalibus, tomo IV. Tillemontius tom. X. memor. Paris. 1705. 4. et huius memoriis tunc needum editis vsi Godfridus Hermantius in vita Ambrosii libris XII. distincta editaque gallice Paris. 1678. 4. et Benedictini Iac. Frichius et *Nic. Nourritus* ante luculentam suam Ambrosii editionem Paris. 1686. fol. Non alienum ab instituto meo adscribere iudicium, quod de Ambrosio hoc fert *Combefisius* in bibl. concionatoria. *Suspexi Ambrosii in reddendis vertendisque graecis* (Philonis) *Origenis, Eusebii,*

versus Apollinarem volumen multorum versuum *de dogmatibus* et *commentarium in Iob.* Vide acta Sanctor. 17. Martii tom. II. p. 513. seq.

Apud Caueum calami errore post Ambrosium, Didymi auditorem, Ambrosius etiam Tomitarum episcopus memoratur, sed pro Ambrosio ibi legendum Theotimus.

AMMON siue AMMONAS vel AMMONIVS inter primos *) monachos et coenobii Nitriensis in Aegypto conditor, de quo *Athanasius* in vita Antonii et epist. ad Dracontium tom. I. pag. 957. *Palladius* in hist. Lausiaca cap. 7. *Rufinus* in vitis patrum cap. 29. *Socrates* IV. 23. *Sozomenus* lib. I. cap. 14. atque inde tripartita lib. I. c. 11. Graeci Menologio 4. Octob. Huic tribuuntur *capita XIX. Paraenetica* siue Ascetica, quae e graeco versa latine edidit *Gerh. Vossius* inter Ephraemi Syri opera tom. II. pag. 499. Exstant eadem Ammonae capita ascetica graece MSS. in bibl. caesarea. Incipiunt: τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς ἀγαπητέ. Ex eiusdem institutionibus asceticis capita XXII. Τέσσαρα πράγματά εἰσιν. Hoc idem scriptum memorat *Labbeus* pag. 91. bibliothecae nouae MSS. *de quatuor illis, quorum si vel vnum quis habeat, nec poenitentiam agere potest, nec DEus eius orationem exaudit.* Alius *Ammon,* Arianus, quem ab Alexandro episcopo Alex. eiectum ecclesia, testatur *Athanasius* ad solitariam vitam agentes tom. I. p. 818. Alius, episcopus Pachnemunitanus in Aegypto, ab Arianis sub Constantio et deinde iterum a. 373. missus in exsilium, cuius mentio apud *Athanas.* in apologia ad Constantium et [(?)] epist. ad Antiochen. tom. I. p. 705. 580. et apud *Epiphan.* LXXII. 11. Alius *Ammon,* Thebaidis episc. ad quem exstat epistola canonica Theophili, Alexandrini, in pandectis canonum Beuereg. tom. II. p. 170. Idem *Ammon* episcopus *Elaearchiae,* cuius epistolam ad Theophilum Alex., de vita et conuersatione SS. Pachomii et Theodori edidit Papebrochius in actis S. Pachomii tom. III. Maii p. 63. [*Florent.* in cod. Laur. IX. nr. 22. plut. 11. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 505. *Harl.*] Alius *Ammon,* episc. Hadrianopolitanus, laudatus a *Cyrillo, Alex.,* libro ad Reginas tom. V. parte II. pag. 50. et *S. Maximo* ad Dionysium Areopag. cap. 7. de coelesti hierarch. pag. 88. Ἄμμων ὁ Ἀδριανουπολίτης ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως αὐτῷ κατὰ Ὠριγένους λόγοις. Eiusdem Ammonis nomen excidit p. 423. ad cap. 7. de eccles. hierarchia,

Eusebii, maximeque Basilii, dexteritatem, quo in genere omnium facile princeps videri possit, mihique sane multis partibus Hieronymo superior videtur: sic tota sensus expressione stilo ipse suo ac puriori nitet, nec tam ex aliorum scriptis in suos videtur alueos corrogare, quam a se propria fundere 2) *Ambrosius,* monachus graecus, cuius sermonem ad virgines sacras, latine versum sub Ambrosii Mediolanensis nomine edidere actorum Sanctorum curatores. Vide *Baronium* ad a. 528. n. 107. et Benedictinos not. ad Ambros. tom. II. p. 478. 3) *Ambrosius, thaumaturgus,* quem περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως laudat Io. Damascenus in parallelis p. 775. Ne dicam de *Ambrosio Autperto,* vel de *Ambrosio,* ad quem Petrus Damiani scripsit opusc. I. aut de *Ambrosio, Coriolano,* vel de *Ambrosio Taegio,* ord. praedicator. et de *Ambrosio, Camaldulensi,* aliisque iunioribus.

*) Vid. *Tillemont.* tom. VII. memor. pag. 153. seq. [*Schroeckh.* l. c. T. V. p. 174. et tom. X. pag. 204. sqq. de alio *Ammonio,* eremita Nitriensi, saec. IV. et V. *Harl.*]

rarchia, ita enim legendus ille locus: ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ Ὀλυμπίου Ἐπισκόπου τῆς Λυκίας *sancti martyris et episcopi Olympi in Lycia* (haec enim omnia ad vnum Methodium pertinere, acute vidit Caueus,) καὶ Ἄμμωνος Ἀδριανουπόλεως τὰ κατ' αὐτοῦ (Ὠριγένους) περὶ ἀναστάσεως γραφέντα. Praeter hos *Ammon* siue *Ammonius* quidam Alexandrinus scriptor graecus quinti saeculi subinde citatur in catenis graecorum patrum. y) Sed de hoc et aliis Ammoniis dixi lib. IV. cap. 29. vol. V. pag. 712. sqq. 723. sqq. Incertum cuius Ammonii *plures epistolas* ferri apud Chaldaeos scribit Hebediesu in catalogo n. 50.

ANASTASIA, sub Diocletiano martyr romana, cuius nomine epistolae duae z) ad Chrysogonum cum huius responsoriis exstant apud *Suidam* in Χρυσόγονος et *Nicephorum* lib. XIV. sub extrem. Huius Anastasiae vita apud Surium 25. Dec. Alia *Anastasia*, martyr virgo, de qua apud eundem Surium ad 28. Octobr.

S. ANTONIVS, Ammonis suppar, monachorum et ipse Aegyptiorum atque eremitarum post Paulum, Thebanum, pater, abstinentis vitae, sanctitatis et zeli pro Christo, in mediis persequutionibus probati, laude clarissimus, obiit in Thebaide 17. Ianuar. a. C. 357. [*] aetatis CV. aa) Neque scriptis, neque sapientia externa, neque arte quacumque; sed

 sola

y) Ex *Ammonii, presbyteri Alexandrini*, opere contra Eutychetis et Dioscori haeresin, in cod. *Taurin.* CC. nr. 19. v. cat. codd. gr. Taur. p. 298. *Harl.*

z) Oliuierus Maillardus sermone IV. post cineres: *Scotus dicit in tertio, quod, quando quis offendit nos, non possumus optare damnationem suam sine peccato mortali, nec etiam, quod moriatur, nisi in duobus casibus. Primo quando impedit bonum commune et seruitium diuinum: secundo, quando est publicus peccator, et non vult se corrigere. Et fundat se in vna littera, quam mandauit S. Athanasia beato Chrysogono, quae habebat virum malum, et rogabat eum, quod oraret, vt moreretur: nec ipsa peccauit in hoc, quod impediebat eam a seruitio diuino.* Vide Menagiana tom. IV. pag. 208.

aa) Secundum *Saxium* in onom. I. pag. 396. natus est Antonius a. Chr. 251. et mortuus a. C. 356. isque laudat praeter alios *Pagii* crit. Baron. ad a. C. 318. nr. XIV. XV. p. 645—648. tom. III. ad a. Ch. 343. nr. II. pag. 403. sq. et a. 358. nr. II. p. 625. sq. tom. IV. Add. praeter eos, quos iam citauit Fabricius. *G. Caue* hist. litter. SS. eccl. tom. I. p. 200. *Du Pin* nouv. bibl. tom. II. pag. 66. *Cas. Oudin.* comment. de S. S. eccl. tom. I. p. 322. sq. *G. Stollii* Nachricht von den Kirchenvätern, p. 252. *R. Ceillier* hist. gen. des AA. eccl. tom. IV. pag. 501. *I. G. Walch.* H. eccl. N. T. p. 1511. *Hamberger* z. N. II. p. 751. sq. copiosius *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. tom. V. pag. 154. sqq. et p. 160. sq. de eius septem epistolis et aliis, quae illi adtributa sunt, opusculis, differit. *Athanasii* et aliorum de S. Antonio scripta, cum notis et comment. praeuio *Io. Bollandi*, in actis S. S. Antwerp. Ian. tom. II. pag. 107. sqq. *Brüggemann* in: View etc. ex Herberti typogr. antiqq. I. p. 307. memorat Here begynneth the lyfe of Saynte Anthonye. Lond. by Iulyian Notary. 4. s. a. nota. — *Florent.* in cod. IV. Laurent. Antonii vita, teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 100. sed num sit ab Athanasio, an ab alio scripta, non additur. Vita Antonii, auctore Athanasio, in cod. *Coislin.* CCLXXXII. de quo v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 399. De loco, vbi natus est *Antonius*, disquirit *Wesseling.* ad Hieroclis Synecdem. in veter. Romanorum itinerariis, p. 729. *Harl.*

ſola in DEum pietate inclaruiſſe Antonium, ſcribit Athanaſius in eius vita pag. 121. ὃ γὰρ ἐκ συγγραμμάτων, ὀδὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας, ὀδὲ διά τινα τέχνην, διὰ δὲ μόνην θεοσέβειαν ὁ Ἀντώνιος ἐγνωρίσθη. Et pag. 95. ὅτι μὴ μεμάθηκε γράμματα. Graece non calluiſſe Antonium, teſtatur Palladius in Lauſiaca hiſtoria cap. 69. verum *ſeptem* eius, apoſtolici ſenſus ſermoniſque *epiſtolas* ad diuerſa monaſteria, ex aegyptiaca in graecam linguam translatas iam olim teſtatus eſt *Hieronymus* c. 88. de ſcriptoribus eccleſ. addens, praecipuam ex his eſſe *ad Arſenoitas.* Hodie ſeptem illas epiſtolas aſceticas lectu dignas et praeclaras habemus latine e graeco verſas a *Valerio Saraſio.* Sed in bibliotheca patrum [bb]), quod mireris, vniuerſae praeter primam ad fratres Arſenoitas inſcribuntur, male hoc quidem, excepta ſecunda, quam vere ad Arſenoitas ſcriptam et Hieronymi iudicio ceteris praelatam dubium haud eſt. Haec ſola etiam ad Arſenoitas inſcribitur in antiquioribus editionibus, vt in Micropresbytico Baſil. 1550. fol. et in Orthodoxographis 1555. fol.

2. Caueus auctor eſt, in bibliotheca patrum haberi ſub Antonii nomine *ſermonum libros duos,* illoſque auctoris eſſe longe recentioris, atque id Baſilii, Chryſoſtomi, et aliorum in iis nomina deprehenſa ſatis liquido oſtendere. Sed in bibliotheca patrum Lugd. nusquam duos illos ſermonum libros, verum tom. IV. p. 77. ſqq. vnicum tantum breuem Antonii ſermonem reperies, *de vanitate mundi et reſurrectione mortuorum,* qualem latine ex veteri codice Aldi Manutii vulgauerat *Gerhardus Voſſius* ad calcem Gregorii, thaumaturgi, pag. 128. Mogunt. 1604. 4. At enim ſermonum libri duo, quos Antonio noſtro *Trithemius* tribuit, et qui in bibliothecis patrum antiquioribus Paris. a. 1575. tomo I. et 1589. tomo V. latine leguntur, ſunt *Antonii,* monachi longe iunioris, qui ab excerpendi ſtudio dictus eſt *Meliſſa,* libri duo locorum communium de virtutibus et vitiis, de quibus [✝] dicam infra capite trigeſimo, et quorum auctorem Caueus alibi refert ad medium ſaeculum a Chriſto nato duodecimum.

3. *Exhortatio ad monachos,* apud Athanaſium in Antonii vita pag. 25. 60. edit. primae Hoeſchelianae.

4. *Regula* monachis praeſcripta [cc]) primo loco legitur latine in codice regularum monaſticarum, collecto a *Benedicto,* Anianenſe abbate, (qui a. C. 800. claruit,) edito *a Luca Holſtenio,* Rom. 1663. 4. et Paris. 1663. 4. Eiusdem regulae verſionem ex arabico edidit Abraham, Ecchellenſis, Paris. 1646. 8. *Fabr.* Inſcriptio libri eſt: *Antonii* regulae, ſermones

bb) Bibl. patrum edit. Lugd. tomo IV. (ſic et in aliis editionibus bibliothecae patrum Paris. et Colon.) Praemittitur Symphoriani Campegii ſive Champerii, Lugdunenſis, epiſtola, cuius etiam latinam epiſtolarum verſionem eſſe, falſo traditur in Hendreichii pandectis Brandenburgicis. *Antonii* epiſtolas, a Symphoriano primum editas Paris. 1515. et deinde cum Dionyſio, Carthuſiano ad Dionyſium Areopagitam recuſas, notat *Io. Godfridus Olearius* in bibliotheca ſcriptorum eccleſiaſticorum p. 64.

cc) Dubia ſpuriaque cum ſcriptis reliquis videtur eſſe *Oudin.* l. c. *H.*

nes, documenta, admonitiones, reponsiones et vita duplex. Omnia nunc primum ex arabica lingua latine reddita studio *Abrah. Ecchellensis.* Paris. Adr. Topinart. 1646. 8. — *Paris.* in bibl. publ. sunt in cod. *syriaco* XCIV. nr. 2. *officium schematis scti*, s. induendi habitus monastici, quod, (vt ait confector catal. codd. Paris. vol. I. p. 60.) Scto Antonio tribuitur, et e lingua coptica in syriacam et arabicam conuersum est. Ibid. inter codd. syriacos sunt in cod. CXLV. nr. 3. et 4. *Antonii* monita, discipulis testamenti loco relicta, et eiusdem epistolae asceticae: atque in cod. CLIV. nr. 6. monita quaedam ascetica, quorum auctor fertur S. Antonius. v. cat. cit. pag. 67. et 68. *Harl.*

5. *Epistolae XX.* latine versae ex Arabico ab Abrahamo, Ecchellensi, et cardinali Barberino dicatae, Paris. 1641. 4. [al. 8.] Has Antonii ingenio, diuina eius sapientia, hominis vere θεοδιδάκτου dignissimas et eius viuos characteres esse, adfirmat *Combefisius* in bibl. concionatoria. Aliae illius epistolae, vt quas ad Constantinum M. scriptas memorat *Sozomenus* II. 31. quemadmodum et Constantini ad Antonium, de quibus *Hieron.* in chron. ad a. 335. etc. interciderunt.

6. *Sermones XX. ad monachos.*

7. *Admonitiones et dogmata varia ad monachos.*

8. *Sententiarum quarumdam expositio et ad interrogata varia responsiones.* Haec omnia itidem ex arabico conuersa a se, latine vulgauit idem Ecchellensis, adiuncta duplici S. Antonii vita itidem ex arabico versa, et Borhaneddini Alzernouchi, scriptoris arabis, libello ethico, qui *Enchiridion studiosi* inscribitur, quem arabice cum eiusdem Ecchellensis, et altera *Frid. Rostgaardi* versione vulgauit *Relandus*, Traiecti ad Rhen. 1709. 8.

De Antonii vita, ab *Athanasio* scripta, dixi lib. V. cap. 2. pag. 187. sq. vol. VIII. Illius lectione multos ab ethnicismo ad dogma christianum conuersos scribit *Augustinus* VIII. 6. Confess. Laudant et Nazianzenus, Palladius multique alii. Illustrat etiam *Caspar Barthius* LVII. 1. Aduersar. De symbolis, S. Antonii imagini adpingi solitis, igne, sue, libro, baculo, tintinnabulo, Tau vesti appicto, fuse differit *Theophilus Raynaudus* tom. VIII. opp. pag. 367. seq. atque chronotaxin Antonianam, siue vitam S. Antonii, ordine annorum digestam, exhibet pag. 411 — 421. Accurate etiam de illo *Tillemontius* tom. VII. memor. pag. 101. seq. et de eius scriptis pag. 134. seq.

[P] AQVILIVS dd) SEVERVS *in Hispania de genere illius Seueri, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen quasi ὁδοιπορικὸν totius suae vitae statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocauit καταστροφὴν siue πεῖραν,* ee) *et sub Valentiniano*

dd) In quibusdam Honorii Augustod. codicibus male *Achillius.* Alii *Acilius.* Apud *Freculphum* tom. II. chron. lib. II. c. 15. *Acylius* (Graecis Ἀκύλιοι.) Apud eumdem pro verbis καταστροφὴν siue πεῖραν, monstrum habes vocabuli *cintacipoiam siue petram.*

ee) In quo opusc. totius vitae conditionem depinxit. v. *Caue* hist. litter. SS. eccl. I. p. 225. *H.*

tiniano principe obiit. Haec *Hieronymus* cap. III. catalogi. [vbi v. interpretes in Fabr. bibl. eccles.] Sed volumen illud Aquilii, quod ex graeco carmine et profario fermone mixtum fuiffe innuit Hieronymus, perinde, vt duos illos Lactantii, latini fcriptoris, epiftolarum libros defideramus. Ex Hieronymo idem repetit Pfeudo Dexter in chronico ad a. C. 370. *Aquilius Seuerus domo Toletanus, ex genere alterius Aquilii Seueri, ad quem Lactantius nuncupauit volumen epiftolarum, hoc tempore magno in pretio habetur.* In alio fragmento chronici, quod fub Dextri nomine exftat ad calcem bibliothecae hifpanicae Nic. Antonii ad a. C. 372. tantum haec leguntur verba: *Aquilius Seuerus Toletanus floret.* De familia apud Romanos celebratiffima *Aquiliorum* accurate *Ioannes Glandorpius* in onomaftico p. III. feq. et *Philippus a Turre* in monumentis veteris Antii cap. 2.

BASILIVS, epifcopus Ancyranus, (non confundendus cum Bafilio, Ancyrano presbytero, qui tempore Iuliani martyrium fubiit, et de quo acta Sanctor. ad diem XXII. Martii, ac *Io. Tillemontius* tom. VII. memor. pag. 375. feq. 728. feq.) Apud *Hieron.* cap. 89. catalog. multi codices, etiam Io. Marcianaei editio habet: *Bafilius, Ancyranus epifcopus, artis medicinae*, quemadmodum et apud Freculfum et Honorium legitur, et graecus Hieronymi interpres atque Suidas: ἰατρὸς τὴν τέχνην, licet haec verba in Francofurtenfi Sophronii editione fint omiffa. Quoniam mihi infolens videbatur loquutio, *epifcopus artis medicinae,* pro artis illius perito: atque in Miraei editione reperiebam, *Bafilius, Ancyranus, epifcopus Arcis Mecheae*, hanc potius amplexus fum lectionem, quum plures referrem Bafilios, fupra pag. 6. in h. v. et p. 7. [ibique vid. adnotata] praecipue cum et Caueo [ff]) illam vidiffem placuiffe. Iam vero adtentius Hieronymi verba cogitans, fateor, illum arcis Mecheae epifcopatum fufpectiorem etiam mihi videri. Omitto, quod apud alios veteres de hac Bafilii ἐπισκοπῇ altum filentium. Illud tantum vrgeo, apud Hieronymum neceffario iungenda effe verba *Ancyranus epifcopus:* nam [P] certe Hieronymus fcripfit diu poft a. C. 336. quo datus eft Bafilius Marcello, Ancyrano, fucceffor. Ita arci Mecheae nullus locus relinquitur. Ceterum epifcopos artis medicae peritos plures habemus, (ne de Aëtio, quae fupra dixi, repetam,) quos referunt *Andreas Tiraquellus* lib. de nobilitate pag. 262. feq. *Theophilus Raynaudus* tom. VIII. opp. pag. 569. 587. *Abraham Bzouius* in nomenclatore fanctorum profeffione medicorum Colon. 1623. 12. *Chriftianus Benedictus Carpzouius* in diff. de Medicis ab ecclefia pro fanctis habitis, Lipf. 1709. 4. neque tamen cum Tiraquello [gg]) mihi facile perfuaferim, Bafilium, Ancyranum, intelligi, quando a *Paulo Aegineta* IV. 55. et VII. 19. Bafilii medicamenta referuntur. Denique nec genus loquendi adeo infolens debet videri, quod eft Hieronymo vfitatum. Sic ftatim de Theodoro cap. 90. *Theodorus, Heracliae Thraciarum epifcopus, elegantis apertique fermonis et magis hiftoricae intelligentiae.* Scripta Bafilii, quae Hiero-

ff) Et *Caueum* in hiftor. litterar. S. S. eccles. I. pag. 210. et ib. p. 640. fq. de altero *Bafilio*, presbytero Ancyrano, qui claruit a. C. 787. quo in fynodo II. Nicaena iconomachiae reus factus eft. At poftea fcripfit *confeffionem*, f. libellum fupplicem, in quo iconomachos deuouit et imaginibus deberi cultum confeffus eft: quae *confeffio* exftat gr. ac lat. inter acta conciliabuli Nicaeni, concil. tom. VII. p. 56. *Harl.*

gg) Lib. de nobilitate p. 345.

Hieronymus commemorat, perierunt vtraque, *liber de Virginitate,* nec minus alter *aduersus Marcellum, Ancyranum.* Quamquam vero semiarianos inter diu eminuit hic Basilius, vt adparet ex *Epiphanii* haeresi 73. §. 1. vbi acta concilii Ancyrani a. 358. et Basilii professionem fidei § 11. pag. 859. exhibet: cui iungendus *Athanasius* de synodis tom. I. pag. 916.: tamen Eunomianos in eodem concilio condemnauit, et Photinum confutauit in concilio Sirmiensi a. 351. [v. *Ittig.* histor. Photin. p. 454.] Depositus postea concilio CPol. a. 360. et relegatus in Illyricum, vna cum aliis Macedonianis Iouiniano, imp., obtulit a. 363. libellum supplicem, rogans in episcopatum suum restitui, vt narrat *Socrates* III. 25. Sed repulsam tulit, Athanasio in Ancyrana sede ipsi praelato. Confer [*Sozomen.* lib. IV. cap. 24.] *Tillemontium* tom. VI. memor. hist. eccles. *Fabr.* item *C. G. Franc. Walch* histor. haeresium citatam, tom. II. pag. 663. sq. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. VI. pag. 115. sq. *Harl.*

CRESCENTII, (Κρισκεντίυ) et Alexandri Alexandrini, scripta contraria *de Paschate,* quo die celebrandum esset, quibus acerrime inter se pugnauerint, memorat *Epiphanius* haeresi LXX. 9. p. 829.

DIADOCHVS, Photices in veteri Epiro siue Illyrico episcopus, ab *Oudino* [tom. I. p. 1262. sqq.] et *Caueo* hh) ad a. C. 450. refertur, non aliam ob rationem, quam quod Victor Vitensis ii) libros de Persequutione [*] Africana dicauit cuidam *erudito a tanto pontifice totoque laudis genere praedicando beato Diadocho, cuius, vt astra lucentia, exstant quamplurima catholici dogmatis monumenta dictorum.* [conf. *Fabr.* infra vol. IX. pag. 446. vet. ed. de Photio.] Ob eamdem caussam *Cotelerius* III. monument. eccles. graecae p. 598. *Victoris* illius

hh) In histor. litter. scriptor. eccl. I. p. 472. ed. Basil. Add. *Du Pin* hist. eccl. vol. III. pag. 5. *Saxii* onom. litt. I. p. 510. sq. *Hamberg.* z. N. III. p. 173. Diuersus est a *S. Marco,* discipulo S. Chrysostomi, Eremita Aegyptio et Asceta, circ. a. C. 400. de quo egit quoque Fabric. et in hac sectione et infra, vol. IX. pag. 445. vet. ed. de Photii cod. CC. add. *Cauei* hist. cit. vol. I. pag. 372. *Du Pin* hist. eccles. vol. III. p. 2. *C. Oudin.* comm. de SS. eccl. I. 902. sqq. (vbi quoque is recenset *codd.* opusculorum Marci, asceetae, Venetum D. Marci, anglicanos, et Bauaricum, (in quo sunt VII. sermones, v. cat. codd. gr. Bau. p. 54.) atque iudicat, Marcum Pelagianam sapuisse doctrinam, atque nimium indulsisse humanae libertati; idem opinatur, quatuor rationibus ductus, Marcum hunc esse quoque auctorem homiliarum seu quaestionum asceticarum XLIX. quae sub nomine *S. Macarii,* s. Aegyptii s. Alexandrini, circumferuntur; denique monet, Marcum nostrum caute distinguendum esse ab alio, itidem monacho, qui tempore Leonis, imperatoris, philosophi, circ. a. 900. vitae sanctitate clarus, saucium illum imperatorem curavit:) item *Hambergeri* z. N. III. pag. 1. sqq. et *Saxii* onom. I. p. 470. sq. Vita Marci, eremitae, in cod. *Paris.* teste *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 323. — Ibid. p. 528. de haeresi Marci in cod. Baluz. qui continet Nicetae Choniatae Acominati panopliam dogmaticam. *Harl.*

ii) In bibliotheca Iohannea huius vrbis Hamburgensis exstat editio Victoris Vitensis Parisina anni 1569. 8. collata a Frid. Lindenbrogio cum codice praeclaro Lugdunensi. Ceterum cum iis, quae de hoc scriptore obseruarunt *Petrus Franciscus Chifletius* in sua Victoris editione Diuion. 1664. 4. et *Theodoricus Ruinartus* Paris. 1694. 8. conferendus *Tillemontius* tom. XVI. memor. et anonymus scriptor, qui vitam nouam Victoris gallica lingua edidit Paris. 1708. 8.

lius hiſtoriam ſuſpicatur ſcriptam eſſe in veteri Epiro, non CPoli, vt volebat Chifletius, nec Acacio, CPol., dedicatam, quod refellit etiam *Tillemontius* tom. XVI. pag. 597. atque praef. ad Victorem Theodoricus Ruinartus. Hic tamen non in Epiro, ſed in Africa illum ſcripſiſſe exiſtimat; vnde conſequitur, eſſe etiam incertum, Photicesne epiſcopus Diadochus, an alius potius hoc nomine epiſcopus Africanus a Victore innuatur. At *Marcum Diadochum*, cuius homilia aduerſus Arianos in codice caeſareo pariter et Baſileenſi, ſcriptis S. Athanaſii admixta legitur, ad ſaeculum VI. referunt viri docti, putantque, eſſe vnum ex illis duobus Marcis, Aegypti epiſcopis, (Philarum alter fuit, alter Zygrenſis,) qui ſubſcripſerunt epiſtolae Athanaſii ad Antiochenos tom. I. pag. 580. et quos ab Arianis miſſos in exſilium queritur apologia pro fuga pag. 705. et epiſt. ad ſolitarios pag. 858. Illa homilia incipit *ἀρχῆς κρείττονα τὸν λόγον ὁ Θεολόγος λέγει*, eamque *Lambecius* III. pag. 85. kk) promiſit ſe vulgaturum

kk) S. pag. 225. ſqq. ed. Kollar. in cod. LVII. nr. 36. In eodem vol. in cod. XLII. citatur *S. Diadochus*, Photices in veteri Epiro ſiue Illyrico epiſcopus, in anonymi commentario in praecipua V. et N. T. loca, et in cod. LVIII. nr. 2. notabilis locus ex *capitibus aſceticis de vero deum adorandi modo in ſpiritu et veritate.* v. *Lambec.* cum nota Kollarii, III. p. 179. ſqq. et pag. 258. ſq. — In cod. caeſareo CLVI. nr. 12. ſunt *Diadochi*, ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς Ἠπείρου τοῦ Ἰλλυρικοῦ, *capita aſcetica decem de perfectione ſpirituali;* vide *Lambec.* cat. codd. gr. IV. pag. 329. — in codd. CLVIII. nr. 1. eiusd. *capita centum aſcetica*, praefixis *decem definitionibus*, (quarum ſecundam, n. *definitionem ſpei*, apud Photium mancam, *Lambec.* IV. p. 341. ſupplet ex hoc cod.) et in cod. CLIX. nr. 1. eadem capita, ſed omiſſis decem illis definitt. (*Lambec.* IV. pag. 543.) — Eadem centum capp. exſtant in codd. CCXXXIV. nr. 17. — CCXXXVII. nr. 2. — CCXL. nr. 4. praefixis decem definitionibus. — in cod. CCXXVII. nr. 16. excerpta quaedam: — in cod. CCXXXVII. nr. 3. eiusd. *quaeſtiones et reſponſiones ſacrae* 38. et nr. 4. caput quoddam aſceticum. — Idem *Diadoch.* citatur in Io., patriarchae Antiocheni, eclogis aſceticis, in cod. CCXLI. nr. 1. et in locis communibus aſceticis, in cod. CCLI. v. *Lambec.* V. p. 151. p. 187. nr. 2. vbi notat Kollar. ad nr. 3. *quaeſtion. et reſponſiones* ab *Oudino* I. pag. 1263. tribui iuniori cuidam Diadocho, in *Barocc.* tamen cod. adſcribi eas etiam Diadocho, Photices epiſcopo: et in not. *D.* animaduertit contra Lambec. quaeſtiones etc. illas priores nouem exſtare quidem in adpendice opuſculorum *Symeonis iunioris theologi*, a *Iac. Pontano* editorum pag. 358. ſqq. ſed latine tantum; item in ſupplemento bibl. patrum Morelliano 1639. tom. I. p. 842. nequaquam vero quaeſtiones prioribus ſimiles cod. fol. 93. ſequi; verum hanc inſcriptionem: *Viſio S. Diadochi*, qua de variis fidei myſteriis continetur colloquium; duo igitur hic diuerſa opuſcula Diadocho adtribui. Eaedem Diadochi *viſiones* ſunt in cod. *Barocc.* LXIX. p. 205. b. Tum ap. *Lambec.* l. c. pag. 188. nr. 4. — p. 209. nr. 16. p. 214. nr. 4. p. 222. nr. 1. ibique not. Kollar. 1. de Ioannis Antiocheni eclogis, et p. 324. ſqq. Ex his caeſareis codd. nec non cod. XXXVI. in quo itidem exſtant *practica capp. centum* etc. ſed deſunt decem praeuiae definitiones, illa capp. aſcetica poſſe multo correctiora, quam in editis factum ſit, in lucem proferri, cum *Oudino* l. c. I. p. 1265. iudicat *Kollarius* in ſupplem. ad Lambec. comm. p. 269. ſq. — In indice cod. *Antonii Eparchi*. v. infra, vol. IX. pag. 487. vet. ed. — *Monachii* in cod. LXXXIIX. *Marci*, monachi, ſermones X. et *Diadochi*, Photices epiſcopi, capp. 100. de perfectione. v. catal. codd. gr. Bauar. pag. 34. — *Auguſtae* Vind. *Diadochi* capp. centum; in duobus codd. eadem et definitiones fidei decem. v. *Reiſeri* indic. MSS. Auguſt. p. 23. 26. et 28. ibid. p. 58. nr. 55. *Marci* alicuius monachi preces ad deum. — In *Montfauc.* bibl. *Coiſlin.* p. 111. loca Diadochi et Marci monachi in cod. XXXVII. et pag. 190. ſiue cod. CXVII. it. pag. 198. ſ. cod. CXXII. ſiue *Niconis* collectione locorum SS. etc. p. 188. in cod. CXV. et p. 193. ſ. cod. CXX. it. p. 305.

gaturum esse e codice caesareo in supplemento, quod edere in animo habuit, bibliothecae patrum. Sed primus e codice Basileensi publicauit, latinamque versionem suam addidit *Io. Rudolphus Wetstenius*, ll) ad calcem Origenis de oratione pag. 152—173. Basil. 1694. 4. *Photius* in bibliotheca sua cod. CC. *Marci*, sed quem monachum adpellat, *librorum nouem asceticorum* facit mentionem. In postremo aduersus Melchisedecitas pugnasse, et simul haereseos non minoris rerum semetipsum libri auctorem Marcum peregisse, Photius adnotat, mm) ac deinde proxime cod. CCI. subiicit *Diadochi*, Photices in veteri Epiro episcopi, *definitiones decem*, nn) *et capita centum ascetica* de spiritali perfectione, quae ex *Francisci Turriani* versione lucem viderunt latine Florent. 1570. 8. Antwerp. 1575. 12. Lugd. 1627. 12. ne bibliothecas patrum oo) memorem: sed et graece pp) cum duabus centuriis sententiarum spirita-

lium

305. s. cod. CCLIX. S. *Anastasii* quaestion. et resp. — p. 590. s. cod. CCLXXVI. in parallelis S. Ioannis. — p. 506. s. cod. CCLXII. inter scholia ad Ioannis Clim. scalam (add. infr. in hoc vol. p. 618. nr. 5. vet. ed.) — p. 414. s. cod. CCXVI. eiusdem et Marci, monachi, inter testimonia variorum. — p. 199. s. cod. CXXII. *Diadochi capp. moralia et ascetica decem.* — pag. 306. s. cod. CCLXII. — p. 312. s. in cod. CCLXVIII. inter scholia ad Isaaci Syri etc. sermones asceticos. — *Paris.* in nouem codd. bibl. publ. *Diadochi* capita ascetica, v. indic. ad cat. codd. Paris. II. sub voc. *Diadochus.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. IX. nr. 28. *Diad.* capita gnostica, siue definitiones X. — in cod. VI. nr. 8. loca Diad. inter testimonia de praescientia etc. dei. — Citatur quoque in expositione sacrorum praeceptorum, et in collectione capp. asceticorum. v. *Bandin.* cat. gr. Laur. I. pag. 506. III. p. 295. I. p. 99. et 495. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CXXXII. centum capp. de perfect. spirituali, praefixis X. definitt. v. cat. codd. gr. Marc. p. 77. — ibid. in bibl. *Naniana* XCV. nr. 8. et 9. decem definitt. et centum capp. ascetica. v. cat. codd. gr. Nan. p. 187. Inter codd. bibl. Bodlei. in cod. *Barroc.* V. sententiae et praecepta ascet. ex Marco, monacho, Diadocho aliisque. — cod. LXX. plura Marci et Diadochi opusc. — nr. 290. et 291. fragmm. et excerpta ex vtroque. — nr. 737. in cod. *Laudi* Diad. capp. C. — De cod. *Galei* paullo post sermo erit. In alio cod. Galei, nr. 6157. loca ex Diadocho aliisque asceticis. *Harl.*

ll) V. supra, vol. VII. p. 222. *Harl.*

mm) *La Croze* in epist. ad nostrum Fabric. in Thesauro epist. Lacroz. tom. III. pag. 125. quod Fabr. h. l. scripserat: *in postremo — Photius adnotat*, ita corrigit eum: „Hic Andream *Schottum* et *Du Pin* sequutus es; nec enim graeca adiisti, quae aliter habent, apud *Photium* cod. CC. ὁ δὲ θ' κατὰ Μελχισεδεκιτῶν ἀγωνιζόμενος οὐδὲν ἔλαττον τὸν γεννησάμενον αὐτὸν αἱρέσεως ἔνοχον οὐ μετριωτέρας στηλιτεύει· quae sic verto: *Nonus vero, qui contra Melchisedecitas pugnat, nihilominus auctorem suum*, (siue parentem, quod de auctore libri intelligendum est,) *haeresis haud leuioris reum traducit.* Itaque nonus ille *Marci* sermo Photio haereticus visus est, proptereaque fortasse periit; ab amanuensibus ideo neglectus. De significatione vocum illarum ὁ πατὴρ τοῦ λόγου et ὁ γεννησάμενος τὸν λόγον, scis, quae dixerit *Casaubon.* ad Athen. p. 3. n. 20. quibus adde *Clement. Alexandrini* verba initio Stromatum: καλὸν δ' οἶμαι καὶ παῖδας ἀγαθοὺς τοῖς ἔπειτα καταλείπειν· οἱ μέν γε παῖδες, σωμάτων, ψυχῆς δὲ ἔγγονοι οἱ λόγοι." Hactenus La Croze. Add. paullo infra de Diodoro, nr. 6. pag. 359. vet. ed. *Harl.*

nn) Ex his *S. Maximus* in diss. cum Pyrrho tom. II. opp. p. 168. θέλησιν τὸ αὐτεξούσιον ὁ μακάριος ὡρίσατο Διάδοχος ὁ Φωτικῆς, εἶναι. Et in opusculis pag. 153. eiusdem tom. II. affert locum ex sexto κεφαλαίῳ τῶν ἀσκητικῶν. Et tom. I. p. 303. citat Diadochum ἐν τῷ ἑκατοστῷ κεφαλαίῳ.

oo) Ex gr. Lugdun. tom. V. p. 884. *H.*

pp) *Oudin.* supplemento de scriptoribus eccles. pag. 91.

lium S. Nili, collatis cum tribus MSS. exemplaribus, et ſcholiis adpoſitis, Florentiae apud Bartholomaeum Sermaterellium 1578. 8. Eiusdem [¶] Diadochi homilia, quam memorat Allatius, et Holſtenius edere voluit, in CHRISTI adſcenſionem, incipit: φέρε μοι νῦν τῆς ἱερατικῆς ἱερεῖς. *Fabr.* conf. infra, vol. IX. pag. 96. nr. XI. vet. ed. inter elogia et vit. Sctor. *Harl.*

Illos Marci libellos aſceticos etiamnum habemus, excepto vltimo, qui hactenus in lucem non eſt prolatus. qq) Exſtat autem MS. apud Galeum λόγος εἰς τὸν Μελχισεδέκ. [v. infra, vol. IX. p. 445. vet. ed.] Ceteri editi ſunt, ſed alio ordine, quam a Photio referuntur, praemittiturque illis prooemii loco, quod Marci non eſt, neque a Photio agnoſcitur; ſed eſt pars homiliae 37. S. Macarii, vt a multis iam fuit adnotatum.

1. *De paradiſo et lege ſpiritali,* capita ſiue ſententiae 200. Haec cum Vincentii Opſopoei verſione leguntur in micropresbytico Baſil. 1550. p. 263. et in priore orthodoxographorum editione, Baſil. 1555. p. 568.

2. *De his, qui putant, ex operibus ſe iuſtificari,* capita 211. Iſtos duos libellos graece et latine cum verſione ſua edidit *Vincentius Opſopoeus,* Hagenoae 1531. 8. atque emendatius *Ioannes a Fuchte,* Helmſt. 1616. [al. 1617.] 8. dolens, ſibi ad manus haud fuiſſe editionem graecam Paris. 1513. Libellum poſteriorem, quo tam praeclare de beneficio DEI

qq) Editi poſtea ſunt *Marci ſermones de ieiunio et de Melchiſedech, qui deperditi putabantur, nunc primum cum latina interpretatione a Balthaſſare Maria Remondini in lucem prolati.* Romae, ex typogr. Anton. de Rubeis. 1748. 4. (in 8. citatur in bibl. ſelecta hiſt. eccl. V. et N. T. Venet. 1776. 8. pag. 336.) Calci adiectae ſunt aliquot editoris obſeruatt. — De *Marco, eremita,* diuerſo a Diadocho, paullo ante egi, et notaui, Oudinum aliquot codd. iam recenſuiſſe, quibus nonnullorum addidi notitiam, aliosque hic memorabo. In cod. *Th. Gale* CI. ſ. in catal. cod. Angliae II. nr. 5935. ſunt *Diadochi, ep. Carpathii,* capp. aſcetica cum prolegomenis et ſcholiis; eiusdem quaeſtiones et reſponſiones, eiusdem viſio; *Marci, monachi,* capp. de ingenito et genitis ſ. de phyſiologia aſcetica; capp. moralia; capp. de oratione; capp. gnoſtica; capp. de actione et contemplatione ſpirituali, atque alia quaedam capita: omnia quidem collata cum alio cod. MS. tum in cod. CII. ſiue nr. catal. 5936. *Marci,* monachi, *ſermo de Melchiſedec;* eiusd. opuſc. de vitiorum et virtutum oppoſitione. — In bibl. Bodlei. ſecund. cat. cit. I. nr. 737. in cod. *Laud.* ſermo *in Melchiſedech,* cum ſeptem aliis Marci ſermonibus. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CXXXII. ſunt libelli editi, a Fabricio indicati; ſed alio ordine; praeterea nr. 9. λόγος *contra Melchiſedechitas.* Idem ibid. in cod. CXXXIII. cum aliis ſex ſermonibus, n. ap. Fabricium nr. 3. 1. 2. 5. 8. et 7. v. cat. codd. gr. Marc. p. 76. et 77. — Ibid. in cod. *Naniano* CXXII. ſermo de poenitentia. — Secundum *Montfauc.* bibl. *Coiſlin.* p. 199. in cod. CXXIII. ſermo *contra Melchiſedechitas* cum aliis octo libr. nempe nr. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 7. 6. et ſaepius loca ex Marco monacho in aliis codd. Coiſlin. ſupra ad Diadochum citatis. — *Paris.* in bibl. publ. nr. 1. in quinque codd. nr. 4. et 5. in tribus codd. nr. 3. 2. 6. 7. et in cod. MXXXVII. nr. 3. quoque in cod. CCCLXII. et nr. 8. etiam in cod. MCLXXXI. — *Vindobonae* in cod. CCXXXVIII. nr. 15. excerpta ex *Marci* erem. ſermonibus catecheticis ad diſcipulos ſuos. v. *Lambec.* comm. V. p. 209. *Harl.*

DEI ex sola per Christum gratia credentes iustificante Marcus scripsit, separatim latine fecit recudi *D. Samuel Schelwigius*, Gedani 1688. 4.

3. *De poenitentia, cunctis necessaria.*

4. Responsio, siue *dialogus ad eos, qui de diuino baptismate dubitabant.* Hunc latine etiam vertit *Petrus Franciscus Zinus*, cuius interpretatio cum S. Ephraemi, Nili atque Esaiae, asctae, scriptis quibusdam vidit lucem Venet. 1574. 8.

5. (Photio VIII.) *Praecepta salutaria* ad Nicolaum, monachum, de ira et libidine compescenda, cum eiusdem Nicolai epistola, qua gratias Marco agit.

6. (Photio VII.) *Capitula de temperantia et ieiunio.* Partem posteriorem, quae in editione Pici desideratur, vertit *Zinus* et cum superiore 4. latine edidit.

7. (Photio VI.) *Disputatio cum seculari causidico.*

8. (Photio V.) *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.* Hanc quoque *Zinus* vertit.

Hi octo libelli, latine versi a *Iohanne Pico*, viderunt lucem Paris. 1563. 8. atque deinde saepius in bibliothecis patrum [ex. gr. Lugdun. tom. V. et XII.] cum fragmento *epistolae.* [gr. vna cum *Nicolai*, monachi, ad Marcum epistola, nitide editi a *Guil. Morello*, Paris. 1563. 8. vna cum *Hesychii*, Hierosol., capitibus, (a Photio cod. CXCVIII. memoratis,) ἀντιρρητικοῖς καὶ εὐκτικοῖς. add. infra, vol. XIII. p. 753. *H.*] Graece vero et latine in auctario Ducaeano tom. I. Paris. 1624. fol. [et in bibl. Morelliana patrum, tom. XI. a. 1644. Opera et sermones in Gallandii bibl. PP. VIII. p. 3. sq.]

[P] Praeter illa octo, *Nicephorus* XIV. 54. testatur, se euoluisse libros alios Marci huius XXXII. δι' ὧν πᾶσαν, inquit, ἀσκητικῆς πολιτείας ὁδὸν διεξέρχεται. Atque *Tho. Galeus* habuit MSta [quae paullo ante citaui,] sub illius nomine κεφάλαια ἠθικὰ et γνωστικὰ, ἀντίζυγα vitiorum et virtutum, paraenesin asceticam, litterarum ordine. Περὶ πράξεως καὶ θεωρίας πνευματικῆς. Orationem in S. crucem. Capita περὶ ἀγεννήτου. Laudatur hic Marcus inter clarissimos saeculo IV. Aegypti monachos a *Palladio* in Lausiaca cap. 20. qui eum prope centum annos natum vidisse se testatur, et a *Sozomeno* VI. 29. Marci fragmenta quaedam leguntur in Corderii Catena ad Lucam, vbi praeter rem adpellatur archiepiscopus. Nam in MS. Mazariniano monachum diserte vocari, notatum Combefisio in bibl. patrum concionatoria. *Fabr.* — In catal. codd. gr. *Taurinens.* pag. 472. cod. CCCXLV. citantur *Diadochi*, philosophi platonici, *elementa theologica.* Sed ille est *Proclus*, qui etiam Diadochus cognominatur. *Harl.*

DIDYMVS, Alexandrinus, Didymo, Alexandrino grammatico chalcentero annis prope quadringentis iunior, nec cum monacho Aegyptio rr) *Didymo*, (de quo *Socrates*

rr) De aliis Didymis *Ionsius* III. 2. [add. *Lambec.* comm. de bibl. caesar. VII. p. 39.]

IV. 33.) confundendus, parua aetate quadrimulus, quum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa, oculorum vsum amisit; sed maiore inde desiderio scientiae verique luminis inflammatus, precibus et audiendi meditandique impigro studio tantum profecit, vt non modo ss) grammaticae, rhetoricae, dialecticae, geometriae, arithmeticae, musicae et astronomiae, ceteraeque philosophiae tt) adyta penetrauerit, sed et sacrarum litterarum insigni peritia instructus, doctorem ecclesiae praestiterit tanto magis eximium, quanto etiam magis vitae exemplo et morum sanctitate celebratum. Viuebat adhuc, catechetae, h. e. professoris theologiae, Alexandrini fungens munere, quum Hieronymus a. C. 392. librum suum de scriptoribus ecclesiasticis componeret, quo tempore annum octogesimum tertium aetatis testatur eum excessisse, quod ego adtigisse interpretor. Nam quinque et octoginta quum excessit annos, [352] obiit uu) a. 396. decennio postquam eum frequentarant Hieronymus et Rufinus: ne de Palladio et Ambrosio, Alexandr., Euagrio, Isidoro innumerisque aliis, qui eius audiendi causa concurrerunt, iam memorem.

Didymi

ss) Vide *Socratem* IV. 25. *Sozom.* III. 15. *Rufin.* XI. 7. Hist. *Theodoritum* IV. 29. Tripartitam VIII. 8. *Cassiodorum* c. 5. Inst. diuin. lit. *Nicephorum* IX. 17. et e recentioribus *Tillemontium* tom. X. p. 387. seq. Porro illustre Didymus exemplum est ex iis, qui, oculorum luce orbati, magnam doctrinae laudem obtinuere: quales commemorantur alii nonnulli a Iacobo Gutherio in Tiresia siue diatriba de coecitatis et sapientiae coniunctione. *Fabr.* Conf. *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 253. *L. Ell. du Pin* nouv. biblioth. II. p. 129. *I. Basnagii* animaduerss. in Didymum et eius opera, in *Canisii* lection. antiquis tom. I. p. 197. sqq. Disputat praecipue contra Baronium, qui ex vno Didymo duos finxerat. *G. Stolle* Nachricht von den Kirchenvätern, pag. 288. *R. Ceillier* Hist. gen. des AA. eccles. tom. VII. p. 727. *I. G. Walch.* hist. eccl. N. T. pag. 1564. *Iac. Bruckeri* hist. critic. philos. tom. III. periodi II. pag. 471. sq. et in adpendice s. vol. VI. pag. 549. sq. *Hambergeri* z. N. part. II. p. 899. sqq. — *Veterum testimonia de Didymo, Alexandrino coeco: ex quibus tres libri de Trinitate, nuper detecti, eidem adseruntur. Ferdinandus Mingarellus*, theologus Camaldulensis, *collegit, atque animaduerss.* adiecit. Romae 1764. 4. (qui in secunda animaduersione probabiliter demonstrauit, Didymum videri a. C. 335. auctore Athanasio, catechetae munus obtinuisse, et in animadu. III. contra Tillemontium disputans, annum mortis refert ad a. Chr. 395.) *Saxium* in Onom. I. pag. 398. sq. qui, „obiit Didymus, ait, circa a. Ch. 395. *Hieronymus* saltem librum suum de scriptoribus eccles. a. 393. scribens, sic de eo, cap. 109. *viuit vsque*, inquit, *hodie, et octogesimum tertium aetatis excessit annum.*" Atque *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. part. VII. pag. 74. sqq. qui inter alia obseruat, *Didymum* ab *Hieronymo*, illius discipulo, quidem laudari, sed tamen in apol. aduers. Ruffinum L. I. pag. 155. tom. II. Opp. lib. II. pag. 147. 148. culpari, quod Origenis fuerit in quibusdam placitis sectator atque admirator. *Harl.*

tt) V. supra, vol. III. p. 491. *Harl.*

uu) Ita *Sigebertus Gemblacensis*, cum quo non difficile fuerit conciliare Palladium, ex cuius sententia ad annum 399. Didymi obitum referendum colligit *Tillemontius* tom. X. memor. pag. 392. 796. Annos 85. aetatis Didymo tribuit *Palladius* cap. 4. Lausiacae historiae.

Didymi scripta, quae exstant. vv)

1. *Liber* insignis *de Spiritu S.* graece quidem intercidit; sed ab *Hieronymo* circa a. 386. latine e graeco versus exstat ex illius versione inter Hieronymi opera, in Io. Marcianaei editione tom. IV. praeter auctoris et interpretis ww) mentem discerptus in libros III. Meminit Augustinus lib. II. quaest. in Exod. cap. 25. Niceph. IX. 17. Prodiit separatim primum Coloniae a. 1531. 8. deinde libri III. quatuor exemplarium collatione a multis mendis epurgati, *Ioanne a Fuchte* curante, Helmstadii 1614. 8. Occurrit et in quibusdam bibliothecae patrum editionibus Paris. 1589. 1654. Plura huius scripti loca illustrat Caspar Barthius in aduersariis. Analysin eius summaque capita vide, si lubet, apud *Abrahamum Scultetum* tom. IV. medullae patrum pag. 428. *Fabr.* *Leidae* inter codd. Scaliger. v. cat. bibl. Leid. p. 339. 2. *Harl.* Excerpta ex hoc libro vernaculo sermone leguntur in *Roesler.* bibl. der Kirchenv. VI. p. 384. sq.

2. Cum eodem libro *de Spiritu S.* lucem viderunt primum, sed itidem latine tantum, Didymi *breues enarrationes in epistolas canonicas,* Coloniae 1531. 8. fallitur enim Caueus, qui a Canisio primum editas scribit. Exstant et in editionibus patrum omnibus Paris. a. 1575. tom. VI. a. 1589. 1644. 1654. tom. IX. Colon. 1618. et Lugd. 1677. tom. IV. Illas enarrationes ex graeco latine vertendas curauit Cassiodorus ab *Epiphanio,* scholastico, vt ipse narrat cap. 8. de institut. diuinarum litterarum. *Sed cum de reliquis canonicis epistolis*

vv) In variis codd. occurrunt libri aut fragmenta opp. Didymi. In bibl. *Bodleiana* secund. cat. cod. Angliae etc. in cod. *Barocc.* CLIV. in catena in L. priores Psalmos: (verum quod in pluribus catenarum editt. et codd. anglicis, Venetis Vindob. gallicis etc. seruata sunt illius loca, istarum mentionem facere desinam.) nr. 277. in cod. Oliu. Cromwell. (pariter in codd. *Coislin.* LXXXIII. et CCLXXXII. sec. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 139. et 399.) in Palladii hist. Lausiaca, nr. 58. vita etc. Didymi. — nr. 1242. in cod. Laudi, VII. epp. canonicae, cum glossis Bedae, *Didymi* et Clementis. — *Oxoniae* in cod. XII. collegii Iesu, s. nr. catal. 2031. *Didymus* de Spiritu S. — idem opusc. *Cantabrigiae* in cod. collegii Caio - Gonv. LXV. 5. siue catal. nr. 755. et in cod. CXCVIII. Pembroch. siue nr. 2126. catal. — idem in cod. eccl. Dunelmens. CXLVI. s. nr. 261. cat. tom. II. — in cod. XI. eccl. Hereford. s. nr. 1603. cat. — Inter codd. Vossian. ibid. nr. 2145. et nr. 2290. *Did.* περὶ τῶν μέτρα μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων in bibl. Iacobaea, nr. 7383. *Didymi* opuscula quaedam. — *Vindobonae* in codd. caesar. *Didymi* lib. vel potius fragmentum libri *contra Manichaeos* in cod. CV. fragmenta quaedam miscell. in cod. CLXIV. nr. 6. alia fragmenta in cod. CLXVII. et CLXVIII. v. *Lambec.* comment. vol. IV. pag. 50. ibique Kollar. ibid. pag. 364. sq. pag. 392. sq. et 395. — *Monachii* in cod. CCXXXVIII. *Did.* περὶ τῶν μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων μετρήσεως, ex Anatolio, v. cat. codd. gr. Bauar. p. 82. et in cod. *Parisin.* MMCDLXXV. nr. 2. et in cat. codd. bibl. Paris. publ. II. p. 503. dicitur opus ineditum: sed alius *Didymus, Alexandr.* videtur fuisse auctor. v. supra vol. VI. pag. 363. — *Venetiis* in *Naniano* cod. XXIII. s. catena in Psalmos insunt plura Didymi loca, quae omnia *Mingarellius* exscripsit in codd. gr. msst. apud Nanios, pag. 19. sqq. et in animadu. quinta, veterum testimon. de Didymo supra laudatorum. *Harl.*

ww) Caue credas *Eliae du Pin*, qui ab Hieronymo in tres libros distinctum scribit, nam vnum librum agnoscit *Hieronymus* in catalogo c. 109. et lib. II. in Rufin. et, qui Hieronymi versionem legit, *Ratramnus* lib. II. contra Graecos, cap. 5.

epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito nobis codex Didymi, graeco stylo conscriptus, in expositionem septem canonicarum epistolarum, Domino largiente, concessus est, qui ab Epiphanio, viro disertissimo, diuinitate iuuante, translatus est. *Labbeus* xx) testatur, se [353] hasce Didymi enarrationes vidisse MStas in quodam codice antiquo coenobii S. Mariae montis DEi, vna cum Clementis, Alexandrini, adumbrationibus in easdem epistolas, quarum et ibidem Cassiodorus mentionem facit.

3. *Liber aduersus Manichaeos,* siue maior certe libri pars: nam integer non videtur ad nos peruenisse, quoniam in eo non reperiuntur haec verba, quae ex Didymo aduersus Manichaeos laudat Damascenus in parallelis pag. 507. φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων καὶ εὐθηνίας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι. Quantum vero illius libri habemus, e graeco vertit *Franciscus Turrianus,* e cuius versione dedit latine primus *Antonius Possevinus* in apparatu S. ad calcem litterae D. Venet. 1603. Colon. 1608. fol. Deinde *Henr. Canisius* tomo V. lectionum antiquarum Ingolstad. 1604. 4. pag. 17. Hinc in bibliothecis patrum Colon. et Lugd. tomo IV. Graece porro primus exhibuit cum noua versione *Franciscus Combefis* in parte secunda auctarii nouissimi pag. 21—32. Paris. 1672. fol. yy) Donauerat ipsi graecum apographum suum ex Italia redux Emericus Bigotius. Antequam graece prodiret, initium ex illo produxit Petrus Possinus ad S. Nili epistolas pag. 342.

[4. Fabricius inter scripta deperdita retulerat *περὶ τριάδος de S. trinitate libros* III. et de iis ea, quae sequuntur, scripserat: „incertum, an iidem cum libris duobus contra Arianos atque simul cum illis computato libro de Spiritu S. vel sectarum volumine. zz) Meminit *Socrates* IV. 25. qui μέγιστον συνήγορον τῆς οἰκείας πίστεως habitum ab ecclesia suae aetatis Didymum, eodem loco testatur.“ Sed detexit eos *Io. Aloysius Mingarelli* in cod. quodam graeco patris cuiusdam incerti, atque de eorum librorum origine opusc. sermone italico, et separatim et tom. XI. Calogerae Nuova racolta d' Opuscoli scient. etc. editum composuit. Illius vestigia sequutus est frater, *Ferdinandus Mingarellus,* in opere, supra iam citato, *veterum testimonia de Didymo, Alexandrino* etc. In prima animadu. docet, hunc Didymum coecum Alexandriae monachum fuisse; in animadu. IV. operam dat, demonstrare, Didymi libros III. de trinitate, ex aliorum opinione deperditos, eosdem esse, quos frater ipsius ab vmbris reuocasset, et verisimil imum esse existimat, Di-

dymum

xx) Tom. I. de scriptoribus eccles. pag. 250. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CCXXIV. fol. 112. epistolae catholicae, cum commentariis Chrysostomi, Origenis, *Didymi* et aliorum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 275. *Harl.*

yy) Graece ex Combefisii auctario et lat. interprete *Turriano* in *H. Canisii* lectt. antiq. ed. *I. Basnagii,* tom. I. p. 197. sqq. *Gallandus* in bibl. PP. tom. VI. p. 309. sqq. conf. *Lambec.* comm. de bibl. caesar. IV. p. 50. sq. de cod. CV. ibique notas Kollarii, et supra, vol. VII. pag. 526. *Harl.*

zz) Hoc vltimum contendit *Mingarell.* in *veterum testimoniis* citatis, animadu. IV. quoniam omnes in illo libro de Trinitate ante Macedonianam haereses ortae memorentur.

dymum libros II. contra Arianos Eunomio, et III. de Trinitate Lucio oppofuiffe. In animadu. V. reliqua Didymi Alex. fcripta, partim edita, partim inedita adhuc perluftrat. In additamento refpondet anonymo cuidam Romanenfi, qui in: Gazette litteraire de l'Europe, a. 1764. euincere fluduit, librum iftum haud profectum effe a Didymo coeco. Conf. longas cenfuras in nouis act. eruditor. Lips. m. Iun. 1768. pag. 248. fqq. et (Schroeckhii) in noua bibl. theol. tom. VII. Lips. 1766. 8. part. IV. p. 303—312. atque *Schroeckh.* in hift. eccl. chrift. VII. p. 85. — Lucem viderunt *Didymi libri tres de Trinitate*, a *Io. Aloyfio Mingarello*, gr. et lat. Bonon. 1769. fol. v. *Mauri Boni* degli autori claffici — bibliot. portatile etc. part. I. Venet. 1793. pag. 287. *Harl.]*

Scripta Didymi deperdita.

Συγγραφέα et facrorum expofitorem fcriptorum, qui multos S. fcripturae libros explicauerit, laudat *Palladius* in Laufiaca (pag. 15. edit. Meurfii,) et in vitis patrum Rofweidi pag. 751. Quin in Heraclidis paradifo, (in iisdem vitis pag. 710.) legas, teftamentum vetus ac nouum ad verbum interpretatum effe, fectas autem omnes tam fubtiliter firmiterque, expofita fuper ipfas ratione differuiffe, vt omnium fcientiam veterum peritiamque tranfiret. *Huius aliquanti dicta*, inquit Rufinus lib. XI. hift. ecclef. cap. 7. *vel communiter difputata vel proponentibus refponfa, adhibitis notariis defcripfere, quae etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen, qui et viuae vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, et ea, quae a nonnullis dicente eo defcripta, legimus; longe maiorem gratiam et diuinum nefcio quid, ac fupra humanam vocem fonans, in illis magis fermonibus, qui de ore ipfius proferebantur, cognouimus.*

[?] Εἰς τὸν Λὼτ καὶ τὸν Δαβίδ. citat *Io. Damafcenus* in facris parallelis pag. 789. tom. II. Opp.

In Iobum commentarii. Hieron. cap. 109. catalogi. Fragmenta plurima in catena patrum graecorum ad Iobi librum.

Λόγος εἰς τὸν Ἰώβ. *Damafcenus* in parallel. pag. 789.

Commentarii in Pfalmos omnes. Hieron. cap. 109. catalogi. Et epift. 89. ad Auguftin. Nicephorus IX. 17. Fragmenta bene multa in Catena ad Pfalmos Corderiana; et in codd. catenar. in Pfalmos.

In Prouerbia. Caffiodorus cap. 5. Inftitut. diuin. lit. *in quo libro Didymum expofitorem in graeca lingua reperimus, qui ab amico noftro viro difertiffimo Epiphanio in latinum fermonem diligentiffime, domino iuuante, translatus eft.* Ex hoc commentario fragmenta in catena patrum ad prouerbia, quam latine Theodorus Peltanus edidit, et in Catena Corderiana ad Lucae VIII. 5.

In Ecclefiaftem. Io. Damafcenus in facris parallelis pag. 685.

In Canticum canticor. Catena a Meursio edita pag. 19. [v. supra, vol. VII. p. 397. sq.]

In Esaiae postrema a quadragesimo vsque capita, tomi XVIII. Hieronymus prologo in Esaiam. *Didymus cuius amicitiis nuper vsi sumus, ab eo loco vbi scriptum est:* Consolamini, consolamini populum meum, sacerdotes, loquimini ad cor Ierusalem, *vsque ad finem voluminis, decem et octo edidit tomo V.* Meminit et cap. 109. Catalogi et Nicephorus IX. 17. citat Damascenus pluribus locis sacr. parallel. pag. 307. 341. 677. 721. 781.

In Ieremiam citat catena Ghisleriana tom. I. pag. 39. tom. II. pag. 704. 753.

In Hoseam libri III. ad Hieronymum scripti, teste ipso *Hieronymo* cap. 109. de S. E. et apologia vltima in Rufin. p. 164. et prooem. in Hoseam, et Zachariam. Citat Damascenus in parallelis pag. 778. Hieronymi verba ex prooemio in Hoseam adscribere placet: *Ante annos circiter viginti duos, quum essem Alexandriae, vidi Didymum et eum frequenter audiui, virum sui temporis eruditissimum, rogauique eum, vt, quod Origenes non fecerat, ipse compleret, et scriberet in Osee commentarios: qui tres libros me petente dictauit, quinque alios in Zachariam.*

In Zachariam libri V. Hieronymo rogante scripti. Id. prooemio in Zachariam: *Didymus quinque explanationum libros me rogante dictauit, quos cum aliis tribus in Osee et mihi* προσεφώνησεν. *Sed tota eorum* ἐξήγησις *allegorica fuit, et historiae vix pauca tetigerunt.*

[P] Etiam *in Michaeam* scripsisse Didymum tres libros, notat Tillemontius tom. X. memor. pag. 393. sed decepit eum corruptus prooemii Hieronymiani in Zachariam locus: *quos cum tribus aliis in Osee et Michaea* προσεφώνησεν, pro: *et mihi* προσεφώνησεν, vt e MSS. cod. recte Marcianaeus restituit.

In euangelium Matthaei, meminit *Hieron.* cap. 109. Catalogi et prooem. in Matthaeum: *Nicephorus* IX. 17. Citat *Damascenus* pag. 676. parallel. In catena edita ad Matthaeum nusquam, quod miratus sum, Didymi nomen occurrit.

In euangelium Iohannis. Hieron. c. 109. catalogi. *Nicephorus* IX. 17. citat *Damascenus* pag. 754. et saepius auctor catenae patrum graecorum editae in Iohannem.

[In acta apostolorum. v. *I. Christph. Wolfii* anecdota gr. tom. IV. pag. 1. sqq. vbi inter excerpta ex Catena MS. in acta apost. et epp. cathol. multas *Didymi* interpretationes, ex eius comment. in acta apost. sumtas, gr. adtulit, latine vertit, et hinc inde explicuit. — In cod. *Coislin.* XXV. qui complectitur *acta apostolorum* et *epp. catholicas* cum commentariis ex Chrysostomo, *Ammonio,* presbytero, *Didymo* aliisque patribus et auctoribus collectis et in ordinem digestis ab Andrea, presbytero. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 75. sq. et p. 263. de cod. CCII. qui continet *acta apostolor.* cum Chrysostomi, *Didymi* aliorumque commentariis. et pag. 264. in cod. CCIV. s. catena in epistolas Paulli. —

Leidae

Leidae inter codd. Vossian. *Didymus* ad cap. III. actorum apostol. vers. 19. et 21. gr. v. cat. bibl. Leid. p. 401. nr. 4. — *Vindobonae* in cod. caes. CCLI. qui continet anonymi locos communes asceticos de interpretationibus diuinorum praeceptorum domini ex varior. patrum opp. collectos fol. 187. exstat *Didymi* fragmentum expositionis in *acta apostolorum.* v. *Lambec.* comment. V. p. 324. sqq. *Harl.*]

In epistolam ad Galatas, (vel certe in illum locum, vbi Petri, a Paulo reprehensi, fit mentio.) Hieron. epist. 89. ad Augustin.

In epistolam ad Ephesios commentarioli. Hieron. I. in Rufin. et prooem. in epist. ad Ephes.

In epistolam ad Corinthios. Hieron. epist. 31. ad Pammachium: *Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Apollinaris, latissime hanc epistolam interpretati sunt.* Citat *Damascenus in parallelis* pag. 721.

Sectarum volumen. [a]) Didymus ipse libro de Spiritu S. tom. IX. opp. Hieron. pag. 323. *Quod autem ab aliis capiatur Spiritus S. et non alia capiat, et nunc et in sectarum volumine, prout potuimus, expressimus.* Et pag. 328. *Hoc ipsum, quod subsistit Spiritus, sapientiae est, et natura eius nihil est aliud, nisi Spiritus veritatis et Spiritus Dei, de quibus iam abundanter in sectarum volumine disputauimus.* Memorat et Didymi aduersus sectas opus Heraclides in paradiso c. 1. p. 710. Ab hoc non distinguendum *dogmatum volumen,* cuius meminit p. 332. *Ex quibus ostenditur, esse Spiritum S. creatorem, vt iam in dogmatum volumine breuiter ostendimus.* Hic est *liber de dogmatibus,* cuius et *Hieronymus* cap. 109. catalogi mentionem facit. Et Theodoritus IV. 29. hist. testatur, eodem tempore Ephraimum Edessae, et Alexandriae Didymum κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων scripta composuisse. Sed quae *Stobaeus* eclog. ethic. pag. 151. ex Didymo περὶ αἱρέσεως adfert, petita sunt ex Didymi alterius [b]), ethnici scriptoris, [?] libro περὶ φιλοσοφίας πυθαγορικῆς, quem laudat Clemens Alex. I. Strom. pag. 309. et cuius περὶ τῶν Πλάτωνι ἀρεσκόντων, laudat Eusebius XI. 23. praeparat. *Epitomen* Stobaeus floril. serm. 101. pag. 557. Vide *Io. Christophori Wolfii* dissertationem, qua philosophumena, quae sub Origenis feruntur nomine, pro illo Didymi sectarum volumine haberi non posse, neque volumen dogmatum Didymi Alex. a sectarum volumine diuersum esse disputat aduersus Christophorum Augustum Heumannum. Prodiit illa dissertatio vna cum secundis laudati Wolfii ad φιλοσοφουμένων scriptorem curis Hamburg. 1714. 8. *Fabr.* v. supra, vol. VII. p. 227. sq. not. *v.* et *w.* *Harl.*

a) V. supra ad nr. 4. *Harl.*

b) Incertum, sitne hic Didymus Heraclidae F. grammaticus et musicus, Nerone clarus imperante, Suidae memoratus, cuius libro περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων vsi Ptolemaeus et Porphyrius, vt dixi supra, lib. II. cap. 13.

Contra Arianos libri II. Hieron. cap. 109. de S. E. *Nicephorus* IX. 17. hist. Videtur respicere Didymus ipse sub extremum explanat. in 1. Iohannis, Arianos perstringens, *horum*, inquit, *singula examinationem, vt fuit possibile, in aliis habuerunt.*

Πρὸς φιλόσοφον. *Damascenus* pag. 643. parallel.

Liber ad Rufinum, quare moriantur infantes, quum propter peccata corpora acceperint. Hieronymus apologia vltima ad Rufin. pag. 164. *Extat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi respondit, non eos multa peccasse, et ideo corporum carceres tantum eis tetigisse sufficere. Magister meus et tuus eo tempore, quo tu ab eo ista quaerebas.*

De impari numero, siue septenario. *Hieron.* apologia pro libris aduersus Iouinianum.

Περὶ ἀσωμάτου. *Damascen.* pag. 780. parallel.

Ὑπομνήματα εἰς τὰ περὶ ἀρχῶν Ὠριγένους, *in libros Origenis de principiis commentaria* c) apologetica, aduersus eius aduersarios, quos calumniari, quae non intelligerent, arguit, teste *Socrate* IV. 25. His praecipue in se odium multorum et inuectiuas contraxit bonus Didymus: atque propter hos commentarios factum est, vt etiam post fata sit cum Origene et Euagrio proscriptus non vno in concilio. Vide cardinalis, *H. Norisii, diss.* de synodo quinta, capite VII. vbi contra Halloisium docet, a quinta synodo [?] generali vtique fuisse damnatos Euagrium, Didymumque a. 553. neque in hoc errasse concilium Lateranense sub Martino, papa, a. 649. synodumque sextam in Trullo a. 680. et septimam 787. Nicaenam, quae exemplum illud concilii quinti sunt sequutae. Argumenta Norisii labefactare non potuit *Io. Garnerius* in diss. de eadem quinta synodo, quam Liberati breuiario subiunxit. Hieronymus lib. II. in Rufin. pag. 148. *Quid respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate catholicus est, cuius etiam nos de Spiritu S. librum in latinam linguam vertimus. Certe hic in his, quae ab haereticis in Origenis operibus* (ex Rufini scilicet opinione) *addita sunt, et in ipsos* περὶ ἀρχῶν, *quos tu interpretatus es, libros breues dictauit commentariolos, quibus non negaret, ab Origene scripta, quae scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere, quae dicuntur, et quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur, hoc duntaxat de Filio et Spiritu S. Ceterum in aliis dogmatibus et Eusebius et Didymus apertissime in Origenis scita concedunt, et quod omnes ecclesiae reprobant, catholice et pie dictum esse defendunt.* Idem apologia postrema pag. 163. *In Didymo memoriam praedicamus, et super Trinitate, fidei puritatem. Sed in ceteris, quae Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.* Adde pag. 159.

De

c) V. supra, vol. VII. p. 233. nr. 19. *Harl.*

De prouidentia et iudicio DEi in hac vita, ne erremus, iuſſit Didymus [a]) obſeruare diligenter varietatem corporum rerumque, quibus mundi decus conſtat, et rationes, quibus Deus per aſpera nos ad virtutem ducit ac ſapientiam. Τοὺς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι. Καὶ τοὺς μὲν περὶ κρίσεως λόγους ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις. Τοὺς δὲ περὶ προνοίας, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι. *Sermones de prouidentia et de iudicio Dei, aſſidua meditatione tecum ipſe recole, ait magnus doctor et ſpiritali ſcientia inſtructus, Didymus, eorumque ſermonem materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et ſermones quidem ac rationes de iudicio, in differentia corporum et in partibus mundi reperies. Sermones autem de prouidentia, in modis illis, quibus a vitio et ignorantia ad virtutem et cognitionem ducimur, deprehendes.*

[P] Styli ſimplicitatem ſignificare, non vitium reprehendere voluit Hieronymus, quando praef. ad librum Didymi de Spiritu S. ſcripſit: *Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia, apoſtolicum virum ex ipſo ſtylo exprimens tam ſenſus lumine, quam ſimplicitate verborum.*

DIODORVS, ſiue THEODORVS, e monacho *Antiochenus* presbyter a Meletio, poſt Valentis mortem reuerſo ab exſilio, conſtitutus a. C. 378. *Tarſi* epiſcopus et metropolitanus Ciliciae; [e]) non diu poſt interfuit concilio Antiocheno ſub extremum anni 379, et CPolitano oecumenico 381. vbi Nectarium ordinauit epiſcopum. Maximam aduerſus ethnicos pariter et haereticos conſtantiae, zeli et induſtriae laudem meruit adhuc presbyter: nam epiſcopatus eius incidit in tempora eccleſiae pacatiora ſub Theodoſio M. Laudatus a S. Chryſoſtomo tum presbytero eſt, quum Antiochiam Diodorus epiſcopus inuiſiſſet circa a. 387. et Chryſoſtomum pro concione laudaſſet. Chryſoſtomi in Diodorum hunc duplex encomium apud *Facundum* IV. 2. [f]) e quibus alterum graece et latine editum eſt ab *Emerico Bigotio* ad calcem Palladii de Chryſoſtomi vita, Paris. 1680. 4. pag. 229—235. [g]) Exſtat et S. Epiphanii ad eum epiſtola, qua librum de gemmis ipſi dicauit. Obiit *plenus dierum* ante a. 394. quo ſucceſſor eius Phalerius ſynodo CPolitanae ſubſcripſit, ac fortaſſe iam anno 392. deceſſerat, vt perſuaſum Tillemontio, qui de hoc Diodoro tradit accurate tomo VIII. memor. [p. 558. ſq. Notes ſur le Diodore de Tarſe p. 802. ſq. ed. Paris.] Sunt interdum,

a) Apud Socratem IV. hiſt. c. 23. pag. 237.

e) Vide *Domni, Antiocheni,* epiſtolam ſynodicam in Diodori laudem, quam ſeruauit Facundus VIII. 5. Theodorum pro Diodoro vocat *Photius* cod. CCXXIII. *Facundus* IV. 2. Diodorum Tarſenſem, Theodori Mopſueſteni magiſtrum, a Neſtorianae haereſeos ἐγκλήματι defendere cupiens, laudat epiſtolam Athanaſii, verum, quae non ad illum, ſed ad Diodorum, Tyrium, ſcripta eſt.

f) In defens. trium capitulor. lib. IV. pag. 374. ſq. ed. Sirmond. in opp. tom. II. Veron. *Harl.*

g) Iterum a *Montfaucon* in ſua edit. Chryſoſtomi, tom. III. p. 747. ſq. *Harl.*

dum, qui confundant cum aliis Diodoris, siue Theodoris, vt Diodoro, Tyrio [h]) et Theodoro, Mopsuesteno, a quibus est diligenter distinguendus. [i]) Sed nunc scripta eius strictim percensere iuuat.

1) Libri VIII. siue capita LIII. κατὰ εἱμαρμένης, *contra fatum*, illudque adserentes astronomos atque astrologos et haereticos, Bardesanem aliosque. Ex hoc opere, quod memorat et Theodorus, lector, apud Suidam Διόδωρος, atque syriace superesse, Hebed Iesu auctor est, exstant ampla excerpta apud *Photium* cod. CCXXIII. [k]) Quod autem in hoc opere scripsit Diodorus pag. 358. τὸ τῶν χριστιανῶν γένος πρὸ τετρακοσίων ἐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἀθρόον δὲ πᾶσαν λαβεῖν τὴν οἰκουμένην, [P] *Christianos coepisse ante annos CCCC., atque totam occupasse terram*, non praecise, sed cum aliqua latitudine accipiendum.

2) Singulare opus *aduersus ethnicos* eorumque idola scripsisse, colligit Tillemontius ex Iuliani, imp., epistola ad Photinum, cuius magnam partem, latine versam, refert *Facundus* IV. 2. pag. 522. vbi inter alia de Diodoro, quem *Nazaraei magnum* blasphema adpellat: *Iste enim malo communis vtilitatis Athenas nauigans et philosophans imprudenter, musicorum participatus est rationem, et rhetoris confectionibus odibilem adarmauit linguam aduersus coelestes Deos, vsque adeo ignorans paganorum mysteria, omnemque miserabiliter imbibens, vt aiunt, degenerum et imperitorum eius theologorum piscatorum errorem.* Videtur hoc esse, quod Theodorus, lector, apud Suidam memorat κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ Θεῶν. Mirum autem, quod ignorantiam saecularium litterarum Diodoro obiectat *Hieronymus* in catalogo cap. 119.

3. *Ad-*

h) Vide *Tillemont.* tom. VIII. pag. 239. 561. 712. seq. [et de Theodoro, Mopsuesteno, infra, vol. IX. p. 153. sqq. vet. ed.]

i) Conf. *Fabricium* nostrum in Delectu argumentor. et scriptor. pro veritate relig. christianae p. 168. sq. *Du Pin* in Hist. eccles. vol. II. p. 188. *Caueum* in histor. litter. SS. eccles. p. 266. sq. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. X. pag. 269. sqq. Diodorus, Tarsensis, vir doctissimus et magister Chrysostomi, in indagando sacrorum oraculorum sensu historico, repudiatis allegoriis, simplicem duntaxat interpretationem ad meliorem certioremque verborum intelligentiam sectatus est, (v. *Caueum* l. c. praesertim *I. A. Ernesti* narrat. crit. de interpretat. prophetiar. Messianar. in ecclesia christiana p. 498. sq. in opusc. theolog.) Neque tamen immunis erat ab erroribus, et in argumentis de Spiritu S. Nestorianismo viam strauisse videbatur. Atque Nestorium habuit discipulum. In libris tamen contra fatum nulla Nestorianismi de Christo vestigia deprehendebantur. Eidem Diodoro a *Maturino Veyss. la Croze* tribuuntur *quaestiones ad orthodoxos*, quae inter *Iustini, martyris*, opera recenseri solent. v. supra vol. IV. p. 580. sq. vbi inter *Diodoros* etiam de nostro et de mem. quaestionibus sententiaque *la Croze* vberius disputatum est, et vol. VII. p. 65. sect. 10. not. *v.* atque infra, vol. X. p. 525. vet. ed. *Diodorus, Tarsensis,* laudatur in scholiis Marcian. ad Homerum, teste *Villoison* in Anecd. gr. II. p. 184. not. *Harl.*

k) V. infra vol. IX. p. 475. ed. vet. Hoc Photii caput, s. excerpta ex *Diodori, Tarsensis,* libris IIX. contra fatum vna cum excerptis ex *Iobi, monachi,* libris IX. de oeconomia Christi, in cod. Photii CCXXII. separatim exstant in cod. Vindobon. caesareo CCX. nr. 14. testibus *Nesselio* in cat. codd. caes. part. I. p. 309. et *Lambecio* V. p. 418. de cod. caes. CCLXVI. 14. *Harl.*

3) *Aduerſus Photinum,* [v. ſupra, p. 226.] *Malchionem, Sabellium et Marcellum, Ancyranum,* de quo *Theodoritus* lib. II. de haereticis fabulis cap. vlt. κατὰ τῶν τεττάρων τέτων συνέγραψεν ὁ θεῖος Διόδωρος ὁ τῶν Κιλίκων ἰθύνας μητρόπολιν, Θεὸν προαιώνιον τὸν Χριςὸν ἀποδείξας, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενον σωτηρίαν. Scripta cetera Diodori Theodoro, lectori, apud Suidam in Διόδωρος memorata ſunt:

4) Χρονικὸν διορθέμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίε τε Παμφίλε περὶ τῶν χρόνων. *Chronicon, quo errata, ab Euſebio in libro de temporibus admiſſa, emendantur.* [v. ſupra, vol. VII. pag. 444.]

5) Περὶ τε, εἷς Θεὸς ἐν Τριάδι. *De eo, quod ſit vnus Deus in Trinitate.* Aduerſus Arianos, ſiue Eunomianos, aduerſus quos Diodori opus exſtare apud Syros teſtatus eſt Hebed Ieſu in catalog. ſcriptorum chaldaicorum.

6) Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν, *contra Melchiſedecitas,* haereticos, quibus, Theodotum Byz. et Hieracen ſequutis, Melchiſedech erat Spiritus S. Ex auctore praedeſtinati cap. 34. cognoſcimus, aduerſus Melchiſedecitas ſcripſiſſe etiam *Dionyſium,* Hieroſolymorum epiſcopum, quemadmodum eosdem oppugnatos a *Diadocho,* Photices epiſcopo, [de quo paullo ante plura ſunt adnotata,] conſtat ex Photii cod. CC.

7) Κατὰ Ἰεδαίων. *Contra Iudaeos.* Etiam hoc eſt inter ea Diodori ſcripta, quae ſyriace ſupereſſe Hebed Ieſu ſcripſit. [v. ſupra, vol. VI. p. 747.]

8) Περὶ νεκρῶν ἀναςάσεως. *De reſurrectione mortuorum.*

[P] 9) Περὶ ψυχῆς, κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. *De anima, aduerſus varias de illa haereticorum opiniones.*

10) Πρὸς Γρατιανὸν κεφάλαια. *Capita ad Gratianum, imp.* Huius Gratiani, Valentiniani et maioris Theodoſii edictum, quo ſolos illos habere eccleſias permittunt, qui communicant Nectario, CPol. Timotheo, Alex. Pelagio Laodiceae et Diodoro Tarſi et totius concilii (κοινε), ſub vicario Aſiae conſtituti, apud *Facundum* IV. 2.

11) Περὶ σφαίρας καὶ τῶν ε ζωνῶν καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀςέρων πορείας. *De ſphaera et quinque zonis et contrario aſtrorum motu.*

12) Περὶ τῆς Ἱππάρχε σφαίρας. *De ſphaera Hipparchi,* Bithyni, qui, vt ait Plinius II. 26. auſus, rem etiam Deo improbam, adnumerare poſteris ſtellas ac ſidera ad nomen expungere, organis excogitatis, per quae ſingularum loca atque magnitudines ſignaret.

13) Περὶ προνοίας. *De prouidentia.* Hic eſt, quem ſyriace adhuc ſupereſſe Hebed Ieſu ſcripſit, Diodori *liber,* quem vocat *politicorum.* Vide *Rich. Simonis* epiſtolas, gallice editas III. 19. pag. 111.

14) Περὶ

14) Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι. *De natura et materia, in quo scripto tractatur de eo, quod iustum est.*

15) Περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλασμένης, (al. minus bene πεπλανημένης.) *De Deo, et falsa Graecorum materia.*

16) Ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ᾽ ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. *Naturas inuisibiles non ex elementis, sed vna cum elementis ex nihilo factas esse.*

17) Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Ad Euphronium, philosophum, per interrogationem et responsionem.* Nescio, an hic sit liber ille scriptus a Diodoro, adhuc presbytero, in quo amoenitatem dialogorum Platonicorum desiderat *S. Basilius* epistola 167. Meminit illius epistolae Basilii ad Diodorum etiam *Facundus* IV. 2. p. 513.

18) Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου. Πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος. Κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν οὐρανόν. *Contra Aristotelem de corpore coelesti: et quomodo sol sit calidus. Et contra eos, qui coelum animal esse dicunt.*

19) Περὶ τοῦ πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. *De eo, quomodo opifex quidem semper, opera vero eius non semper permaneant.*

[P] 20) Πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀϊδίου ὄντος. *Quomodo velle et nolle sit in Deo aeterno.*

21) Κατὰ Πορφυρίου, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν. *Contra Porphyrium de animalibus et sacrificiis.*

22) Κατὰ Μανιχαίων. *Contra Manichaeos* et Addae, Manichaei, μόδιον, libri XXV. Phot. cod. LXXXV. Meminit et Diodori inter Manichaeorum aduersarios *Theodoretus* lib. I. haeretic. fab. capite vlt. Atque Diodori contra Manichaeos opus ferri apud Syros, testatus est Hebed Iesu. [conf. supra, vol. VII. p. 326. et infra, vol. IX. p. 402. vet. edit. de Photii cod. LXXXV.]

23) Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διάφορα ἐπιχειρήματα. *De Spiritu S. varia argumenta,* Macedonianis, vt videtur, opposita. [f]) In his Nestorio praelusisse Diodorum, notat *Photius* cod. CII. qui illa in eodem volumine legit, quo Gelasii, Caesariensis, liber contra Eunomianos comprehensus ferebatur. Duos magnos viros, Diodorum, Tarsi et Theodorum, Mopsuestiae episcopum aduersus Arianos et *Macedonium* et Apollinarem pugnasse, testatur etiam *Leontius* de sectis p. 448.

24) Πρὸς

f) V. infra, vol. IX. p. 407. vet. ed. de Photii cod. CII. et *C. Gu. Fr. Walchii* histor. haeresium, tom. III. p. 115. *Harl.*

24) Πρὸς τοὺς Συνουσιαστὰς *aduersus Synusiastas*, quem titulum et Diodori nostri, et Theodori, Mopsuesteni, et Theodoti, Antiocheni, et Cyrilli, Alex., aduersus Apollinaristas scriptis fuisse praepositum, notat *Sirmondus* ad Facundi VIII. 4. tom. II. Opp. p. 655. Diodori ex *libro primo* contra Synusiastas fragmenta leguntur apud *Leontium Byz.* lib. III. contra *Nestor.* et *Eutychem* tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 704. Vide et *Garnerium* ad Marium Mercatorem tom. II. pag. 317. 318. Ob hos libros, quos adhuc habent Syri, si catalogo Hebed Iesu fides, videtur potissimum Diodorus male audisse post mortem [m]) Nestorianis, ad eum prouocantibus: vnde Cyrillus epist. ad Succensum et Acacium eundem perstrinxit, et singulari opere, quod hodie non exstat, Diodori et Theodori loca oppugnanda sibi sumsit, quae vicissim tueri conatus est in alio opere, itidem deperdito, Theodoretus. Quemadmodum Diodorum ac Theodorum strenue defendit et multis *Facundus*. Ceterum licet ambos, Diodorum, Tarsensem, et Theodorum, Mopsuestenum, condemnatos esse in synodo quinta scribat Photius cod. XVIII. tamen in synodi actis hoc non reperitur.

[ꝶ] 25) *Aduersus Contentiosum* nescio quem, liber, quem apud Syros exstare, Hebed Iesu auctor est, testatus praeterea, composuisse Diodorum libros sexaginta, quos combusserunt Ariani.

26) Praecipuus Diodori labor fuit, quo *plerosque sacrae scripturae libros* interpretando, imitatus est Eusebium, Emesenum, [n]) atque ipse praeiuit Ioanni Chrysostomo atque Theodoro, Mopsuesteno, ita, vt sensum litteralem et historiam potius, quam ex recepto apud plerosque alios illis temporibus more allegorias sectaretur, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος, vt est apud *Socratem* VI. 3. siue, vt *Sozomenus* VIII. 2. περὶ τὸ ῥητὸν τῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσας, τὰς δὲ θεωρίας ἀποφεύγων. Speciatim memorantur eius ἑρμηνεῖαι *in Pentateuchum.* Suid. in Διόδωρος ex Theodoro, lectore.

In Psalmos, id.
In IV. Regnorum libros.
Εἰς τὰ ζητούμενα τῶν παραλειπομένων.
In Prouerbia, cui addidit dissertationem *de differentia theoriae atque allegoriae*, siue sensus mystici ab allegorico atque morali. Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας. Suid.
In Ecclesiastem.
In Canticum canticorum.
In Prophetas.

In

m) Confer *Liberatum* cap. 10. et *Leontium* Byz. de sectis pag. 448. seq. *Tillemontium* tom. VIII. 565. seq.

n) *Hieron.* c. 119. de scriptor. eccles.

In quatuor euangelia.
In Acta apostolorum. Idem Suidas.
In apostolum commentarii. Hieron. cap. 119. de scriptoribus eccles.
In primam epistolam Iohannis. Suid. in Διοδ.

Fragmenta horum commentariorum frequentia in graecorum patrum ad libros sacros catenis, in quibus Diodori nomen frequentissimum est, sed et cum Theodori, Mopsuesteni, haud raro confunditur nomine. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 640. sq. 645. sq. etc. et codd. ibi memoratos aliosque. In *Montfauc.* bibl. Coislin. MSSt. catenae, quibus fragmenta *Diodori, Tarsensis,* intexta sunt, citantur p. 41. 42. 187. 244. 245. 247. inprimis notandus est p. 137. cod. LXXX. qui complectitur *Theodoreti* interpretationem in Psalmos, additis ad marginem scholiis, excerptis ex variis patribus, etiam ex *Diodoro, Tarsensi*, quoniam is aliquando adpellatur haereticus. *Harl.*

Diodori et Theodori Mopsuest. scripta Nestorianis curantibus in Armenorum, Persarum et Syrorum linguas conuersa fuisse, auctor est *Liberatus* cap. 10. breuiarii.

Antiphonarum in ecclesia vsum ad Diodorum et Flauianum, Antiochenum, velut auctores, refert *Theodoritus* lib. II. hist. cap. 24. [?] de quo consule *Io. Bonam* de diuina psalmodia cap. XVI. §. X. pag. 513.

Inter eos, quorum *liturgiae* apud orientales feruntur, *Diodorus* quoque numeratur ab *Abrahamo, Ecchellensi,* ad catalogum Hebed Iesu pag. 134. Confer *Io. Bonam* rerum liturg. lib. I. cap. 9. Videtur tamen non Diodorus, Tarsensis, sed Theodorus, Mopsuestenus, intelligi. Illas liturgias e graeco conuersas syriace habent Maronitae voluitque illas edere, qui latine se vertisse testatur, *Rich. Simon.* tom. II. bibl. selectae pag. 173. Nouissime has liturgias latine vulgauit ex versione sua *Eusebius Renaudotus*, in volumine posteriore collectionis liturgiarum orientalium Paris. 1716. 4. vbi inter alias Theodori, Mopsuesteni, quoque liturgia legitur. [v. supra, in h. vol. p. 149.]

Pelagii perinde vt Nestorii praecursorem fuisse Diodorum, *Christianus Lupus* in diss. ad synodum Ephesinam cap. I. non dubitat, sed liber aduersus dogma de peccato originis, lectus a Photio cod. CLXXVII. quo potissimum argumento Lupus vtitur, non Diodori, Tarsensis est, sed Theodori, Mopsuesteni, vt notauit Rigberius siue Gerberonius in notis ad Marium Mercatorem pag. 102.

In extremo iudicio solum iustos e viuis immutandos statuit. Vide *Elmenhorstii* notas ad Gennadium de eccles. dogmatibus cap. 8.

ESAIAS, quem male archiepiscopum facit *Corderius* catena ad Lucam pag. 473. inter monachos celebratur a *Palladio* in Lausiaca cap. 15. sq. Eius *capitula XIX. ascetica* graece et latine vulgauit *Petrus Possinus* in thesauro ascetico Paris. 1684. 4. p. 315. 325. *Praecepta*

cepta LXVIII. pro tironibus, latine, *Lucas Holftenius* in codice regularum monaſticar. veterum Rom. 1661. 4. *Sermones XXIX.* ex codice, quem Antonius Gibertus peruetuſtis characteribus ſcriptum ipſi commodauit, interpretatus eſt *Petrus Franciſcus Zinus,* Veronenſis, inſcriptosque Petro Contareno, Paphi epiſcopo, latine vulgauit Venet. 1574. 8. vna cum ſcriptis de eodem argumento SS. Ephraimi, Nili et Marci, eremitae. Inde recuſi in bibliothecis Patrum latine; nam graece necdum viderunt lucem, quod ſciam. *Fabr. Caueus* in hiſt. litter. SS. eccl. I. p. 254. de *Eſaia*, ortu, vt videtur, Alexandrino, patre tamen Hiſpano, mercatore, nato claroque eremita in Aegypto circ. a. 371. paucis agit; ſed ignorat, num hic auctor ſit *ſermonum* XXIX. *ad fratres,* certe, qua aetate vixerit homiliarum auctor, haud ſatis conſtare, profitetur, citatque *Tillemont.* mem. eccl. vol. VII. ad vit. *Mucii.* Plura narrantur de eo in *Fabricii* bibl. lat. tom. IV. p. 109. ed. Manſi, et inter alia, quae conferenda ſunt, adnotatur, a *Coteleri*o in Monum. I. p. 445. adferri quaedam *Eſaiae,* abbatis, inter apophthegmata patrum, Zini interpretis locum ibid. in notis p. 802. ſq. et 809. emendari ex cod. Colbertino, X. ſaec. (iudice *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 47. ſed ſecundum catal. codd. gr. Pariſin. bibl. publ. in qua deſignatur nr. DCCCLV. ſaec. XII. et qui continere dicitur *triginta* ſermones,) atque p. 808. agi de Eſaia, ſcriptore. — *Vindobon.* in cod. caeſar. CLVI. nr. 14. ſunt *abbatis, Eſaiae* capp. X. aſcetica, et nr. 23. *Eſaiae, presbyteri et anachoretae,* capp. tria aſcetica de nouitiis, de monocellitis et de iis, qui habitare volunt in coenobio, (quae reſpondent ſermoni inter Eſaiae latine editos tertio;) v. *Lambec.* comm. IV. p. 330. et 332. — Ibid. in cod. caeſ. CCXXXIV. nr. 8. *Eſaiae, abbatis,* capp. XXII. *de aſceſi* ſ. *de exercitatione ſpirituali et de quiete,* vbi *Lambec.* vol. V. p. 147. ſq. nr. 2. obſeruat, diuerſa eſſe haec XXII. capp. ab eiusdem Eſaiae, abbatis, oratt. XXIX. ad fratres, ſecum degentes, latine in tomo II. magnae bibl. vett. patrum graeco-lat. Paris. a col. 181—250. Contra Kollar. in nota A. monet, capp. illa XXII. in cod. Vind. non differre a XVIIII. aſceticis Eſaiae, abbatis, capp. quae Poſſin. edidit, ſi capitum diuiſionem excipias. — In cod. CCXXXVII. nr. 13. excerpta aſcetica ex ſcriptis *Eſaiae,* abbatis, *Euagrii, monachi,* et aliorum; *Lambec.* ib. p. 191. vbi Kollar. in not. animaduertit, excerptum ex Eſaiae ſcriptis eſſe vnum eorum capitulorum, quae Poſſinus edidit, idque quartum et decimum: reliqua duo inter edita non comparere; vnde fortaſſis non male quis coniiciat, illa quoque, a *Poſſino* edita, non eſſe opus ἐλεκληρον. In eod. cod. nr. 24. (*Lamb.* p. 196.) apophthegm. et monita miſcellanea abbatis, *Eſaiae,* et aliorum ex vitis patrum collecta. — In cod. CCXLI. nr. 1. citatur Eſaias in *Ioannis,* patriarchae Antiocheni, *) eclogis aſceticis, v. *Lambec.* V. p. 222. ſqq. ibique *Kollar.* de *Ioanne,* patriarcha Antioch. — Idem *Eſaias* citatur aliquoties in cod. CCLI. ſ. in locis communibus aſceticis. *Lamb.* V. p. 324. ſqq. — *Paris.* in bibl. publica ſunt ſecundum II. vol. cat. in quinque codd. *Eſaiae* ſermones aſcetici. n. in cod. olim Colbertino memorato, tum in cod. CMXVI. nr. 3. excerpta ex variis Eſaiae, abbat., aſceticis opp. nr. 4. *Macarii,* abb. epiſt. ad illum Eſaiam; nr. 5. alia excerpta ex Eſaia, et nr. 15. Eſaiae opuſc. aſcetica. In cod.

*) Inter ſcripta aſcetica inſigniora commendatur Eſaiae liber a *Ioanne,* Antioch., apud *Coteler.* I. monument. p. 167.

MLXVI. nr. 6. Hesaiae homilia de humilitate, et de iis, quae tirones seruare debean: — in cod. MXCII. nr. 4. praecepta ad fratres; nr. 5. praecepta ad illos, qui saeculo valedixerunt; nr. 6. homiliae variae: omnia gr. inedita: — in cod. MCXL. capp. ascetica, in duo libros diuisa, quorum vnusquisque praecepta centum continet. *Harl.*

[P] EVAGRIVS ab Iboris o) Ponticus Hyperiborita, quem sacras literas docuit diaconumque p) CPoli a. 381. Greg. Nazianzenus ordinauit, (non confundendus cum *Euagrio,* presbytero circa idem tempus *Antiocheno,* a quo vitam B. Antonii, quam Athanasius scripsit, latine versam testatur *Hieronymus* cap. 125. de scriptor. eccles. et sub cuius nomine saepius illa versio lucem vidit, vt dixi lib. V. cap. I. [vol. VIII. p. 187. sq.] (confer *Rosweidum* ad vitas Patrum tom. I. pag. 20. et *Tillemontium* tom. XII. memoriar. p. 14. q) postea lustratis Hierosolymis cum eodem Nazianzeno adiit Aegyptum et Macarii vtriusque fuit discipulus, nec minore sanctitatis, (nisi quod Origenis fauore r) male audiit,) et doctrinae gloria in Scetensis Nitriae monasterio per plures annos vixit, plura etiam ascetica scripsit, vt veteribus memorantur:

1. Μοναχὸς ἢ περὶ πρακτικῆς. *Monachus, siue de vita practica.* *Socrat.* IV. 23. *Suid.* in Μακάριος. *Palladius* cap. 86. *Nicephorus* XI. 42. qui c. 43. plura ex illo libro adducit. Hic est *liber centum sententiarum* pro Anachoretis, per capitula digestus, quem *olim* (a Rufino, vt opinor,) *translatum, quia vitiatum et per tempus confusum vidit, partim reinterpretando, partim emendando, auctoris se veritati restituisse,* ait *Gennadius* cap. II. de S. E. Hunc Euagrii libellum vna cum epistola eiusdem ad *Anatolium* graece et latine vulgauit *Cotelerius* Paris. 1686. 4. tom. III. monument. graec. pag. 68—102. subiunctis aliis capitibus XI. quae inscribuntur: τῶν κατὰ μοναχῶν τὰ αἴτια καὶ ἡ καθ' ἡσυχίαν τούτων παράθεσις, rerum monachalium rationes, earumque iuxta quietem adpositio, p. 103—115.

2. Γνω-

o) Vide *Cotelerium* tom. III. monument. pag. 543.

p) Ita *Socrates* IV. 23. At *Sozomenus* VI. 30. et *Nicephorus* XI. 42. scribit, eum Gregorii illius fuisse archidiaconum: lectorem vero Caesareae a S. Basilio et diaconum a Greg., Nysseno, ordinatum tradit *Palladius* Lausiaca hist. cap. 86.

q) Conf. plura de *Euagrio, Pontico,* notata supra, vol. VII. pag. 453. sqq. vbi iam de scripto, περὶ διαφόρων λογισμῶν, illi vindicato, et de eius fragmentis in catenis atque codd. de editt. item de eius opp. in *Gallandi* bibl. gr. lat. vett. patrum, etc. disputauimus. vol. VIII. p. 661. etc. infra, vol. IX. p. 52. ed. vet. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. III. p. 1. *G. Stollii* Nachricht. von den Kirchenv. p. 516. sqq. *I. G. Walch* hist. eccl. N. T. p. 1504. *Hamberger* v. N. II. p. 920. sqq. *Saxii* Onom. I. p. 441. qui iam ex Thesauro epist. Lacrosiano, tom. I. p. 304. obseruat, *Euagrium de monachis aegyptiis,* quem periisse omnes adhuc censuerunt, ex versione *Rufini* in perantiquo cod. fuisse penes Io. Laur. Moshemium. *G. I. Voss.* II. de histor. gr. cap. 19. pag. 206. sq. et in hist. de controuersiis, quas Pelagius eiusque reliquiae mouerunt, ed. II. Amstel. 1655. 4. pag. 6. sq. et 8. *Harl.*

r) Condemnatus cum Origene in quinta synodo a. 553. et in Lateranensi a. 649.

2. Γνωστικὸς ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως. *Gnosticus, siue de iis, qui scientiam consequi meruerunt.* *Socrat.* IV. 23. et *Suid. Niceph.* Hic est *liber quinquaginta sententiarum* pro eruditis ac studiosis, quem idem *Gennadius* primum se latinum fecisse testatur. Citat *S. Maximus* in cap. 7. Dionysii, Areopag., de coelesti hierarchia et ex illo videntur esse Coteleriо, quae velut e practico Euagrii [?] adfert *Socrates* III. 7. hist. Hunc Euagrii libellum videtur inter S. Nili opera graece et latine *Suaresius* vulgasse sub capitum gnosticorum titulo.

3. Ἀντιῤῥητικὸν *Antirrheticus* contra tentatores daemones, in octo partes diuisus secundum numerum *octo vitiosarum cogitationum,* Socrat. Niceph. et Suidas. *Palladius* cap. 86. Lausiac. vbi male *tres libri* pro *octo*, vt rectius Gennadius, qui iussum se ait eumdem eadem simplicitate, qua in graeco inuenerit, latine transtulisse. Huius scripti compendium latine in bibliothecis patrum prodiit atque inter Io. Damasceni opera: et graece ac latine vulgatum est ab *Emerico Bigotio* ad calcem Palladii de vita S. Chrysostomi Paris. 1680. 4. p. 349—355.

4. Προγνωστικὰ προβλήματα. *Prognostica problemata DC.* Socrat. et Suid. S. Maximus ad Dionys. tom. I. p. 94. et 396.

5. Στιχηρά. *Sententiarum libri II.* alter ad monachos συνοδίτας [s]) atque in coenobiis degentes, alter ad virginem. Socrat. Suid. Niceph. locis laudatis. Hieron. ad Ctesiphontem aduersus Pelag. de Euagrio: *scribit ad virgines, scribit ad monachos.* Gennadius: *composuit et coenobitis et synoditis doctrinam aptam vitae communis, et ad virgines, Deo sacratas, libellum, competentem religioni et sexui.* Palladii codices non memorant στιχηρὰ, sed ἱερὰ, pro quo in Heraclidis paradiso ἱερέα, vtrumque vitiose, vt est verisimile. Στιχηρὰ ista exstant ex Gennadii versione latine in *Holstenii* adpendice regularum rom. 1661. 4. pag. 34. atque in bibl. Patrum edit. Lugd. 1677. tom. XXVII. pag. 469—471.

6. *Edidit et paucas sententiolas valde obscuras, et vt ipse in his ait, solis monachorum cordibus cognoscibiles, quas similiter ego latinis edidi.* Gennad.

7. Hieronymus ad Ctesiphontem contra Pelagium, de Euagrio: *scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidiae tenebras: edidit librum et sententias* περὶ ἀπαθείας, *quam nos impossibilitatem vel imperturbationem possumus dicere. - - Huius libros per Orientem graecos, et, interpretante discipulo eius, Rufino, latinos plerique in Occidente lectitant.*

Nn 3 Suidas

s) *Synoditae* monachi, qui non solitarii, sed cum aliis eadem domo vel eremo simul degebant. Vide *Muratorii* anecdota graeca pag. 48.

[P] Suidas in Εὐάγριος ait, eum ſcripſiſſe ὑπόμνημα εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος, quod viri docti [t]) nihil eſſe volunt aliud, ac στιχηρὰ illa ſupra memorata et imitatione prouerbiorum Salomonis ab Euagrio ſcripta, quae et ipſa libris στιχηροῖς, ſiue per commata ac στίχους ſcriptis, adnumerant. Ceterum in catenis ad prouerbia, tam Peltaniana, quae lucem vidit, quam MStis, quae in bibl. Coisliniana aliisque bibliothecis adſeruantur, Euagrius ſubinde citatur. Huius, non Euagrii, vt Corderius putauit, ſcholaſtici videntur eſſe Combefiſio, quae in catena ad X. Lucae leguntur *de eo, qui incidit in latrones*, et in Lucae XIX. *de minarum diſtributione.* Citatur et Euagrius noſter in catenis paſſim tam editis, quam MSS.

Scholion Euagrii de ΠιΠι ſiue *tetragrammato Dei nomine* edidit graece et latine *Cotelerius* tom. III. monument. pag. 116. 117.

Sermonem dogmaticum de S. Trinitate, ad eos, qui monaſticam vitam degunt in patria, dum eſſet CPoli cum S. Gregorio, Naz., compoſitum edidit graece et latine *Ioſephus Maria Suareſius* inter S. Nili opuſcula Rom. 1673. fol. p. 358. teſtatus, Nili et Euagrii ſcripta ſic permiſceri in codd. MSS. vt vix ac ne vix quidem diſcerni queant. Idem confirmans *Cotelerius* ad tom. III. monument eccleſiae graecae pag. 544. *Euagrium, monachum, conſtat quidem, multa ſcripſiſſe, eorumque quaedam tum fragmenta et citationes habemus in codice regularum, in Patrum vitis et apophthegmatibus, in catenis, in libris excerptorum, in theſauro aſcetico et in ſcholiis ad Climacum, nec non apud Palladium, Socratem, Climacum, Dorotheum, Maximum et Nicephorum, itemque in Damaſceno Billii et Palladio Bigotiano; ſed difficultatem parit non mediocrem, quod fuſe probatum eſt a doctis, et ſaepe adparet, etiam in marginibus noſtris, nempe eadem cum libris impreſſis, tum in exemplaribus, manu exaratis, modo Euagrio, modo Nilo adſignari.*

EVSEBIVS, Emeſenus epiſcopus, a. C. 360. defunctus, de quo dictis a me lib. V. cap. [1. vol. VII. p. 412. ſq. et p. 411. de Euſebio, *Emeſeno*, cognominato *Pittaco.] Fabr.* add. *Walch* Ketzergeſchichte etc. p. 666. ſq. (qui alios quoque laudat, in his *Aſſemanni* bibl. oriental. tom. III. p. 44.) et *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſtian. part. VI. p. 700. *Harl.*

EVSTOCHIVS, EVDOXIVS, [u]) STAGIRVS, PRONOVS, PHOTIVS, ſophiſtae, clari amicitia et epiſtolis Gregorii, Nazianzeni, qui Euſtochii inuidiam et ambitionem ſophiſticam grauiter perſtringit epiſt. 61. (55.) Ad hunc Euſtochium, Cappadocem,

t) Vide *Caſimirum Oudinum* ſupplemento de S. E. pag. 49.

u) *Eudoxii*, archiep. CPolitani, qui ſub Conſtantio, imp. a. C. 359. ſedem eccl. CPol. per vim occupauit, fragmm. in cat. in Pſalterium, in cod. caeſar. Vindob. XV. v. *Lambec.* III. p. 66. ſq. — excerpta ex eiusd. orat. de incarnatione dei verbi, ib. in cod. LXXVII. nr. 77. v. *Lambec.* ibid. p. 418. it. de cod. CLXVII. in vol. IV. p. 592. ſqq. et *Baron.* annal. eccl. tom. III. a. 359. *Harl.*

cem, [⁋] epiſtola Iuliani, imp. 20. et duae vel tres Libanii. Teſte Suida ſcripſit τὰ κατὰ τὸν Κώνςαντα τὸν βασιλέα (ita legendum) καὶ ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν ἐθνῶν, *Cappadociae et reliquarum gentium antiquitates et res geſtas ab imperatore Conſtante.* Vide *Cangii* notas ad Zonaram pag. 31. ex *Eudociae* ioniis MSS. [et ipſam *Eudociam* in violar. p. 166. vbi legitur βασιλέα.] Hunc Euſtochium citari a Stephano Byz. in Παντικάπαιον, adſentior Küſtero.

EVTHALIVS, epiſcopus Sulcenſis, [v]) a Turriano aequalis exiſtimatus magni Athanaſii, a *Caveo* refertur ad a. C. 396. [w]) quod ipſe prologo ad epiſtolas Pauli, apoſtoli, innuat, ſe ſcripſiſſe *Arcadio quartum et Honorio tertium COSS.* Sed illa verba non Euthalii ſunt, verum auctoris antiquioris, e quo memoriam martyrii S. Pauli, apoſtoli, ibi repetit, et qui illius epiſtolas ante Euthalium diuiſerat in capitula. Itaque mox deinde ſubiungit: καὶ ἀπὸ τῆς ὑπατίας τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὀνορίου μέχρι τῆς παρούσης ταύτης ὑπατίας πρώτης Λέοντος Αὐγούστου, Ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης, Ἐπιφὶ ε, Διοκλετιανοῦ ρξδ, ἔτη ξγ· *a conſulatu quarto Arcadii, tertioque Honorii vsque ad praeſentem hunc conſulatum primum Leonis Auguſti, indictione XII. Epiphi menſis die V. Diocletiani vero annum CLXXIV. ſunt anni LXIII.* Vnde conficitur, Euthalium haec ſcripſiſſe a. C. 458. [x]) nam apud *Zaccagnium* in notis p. 536. calami errore male excuſum *quingenteſimo* pro *quadringenteſimo quinquageſimo octauo.* Hic *Pauli* quidem *epiſtolas,* [y]) cum diaconi adhuc munere fungeretur, νέος

v) Σούλκης Ἐπίσκοπος adpellatur in codice Vaticano, et illo, quem laudat Turrianus, praef. ad conſtitutiones apoſtol. Sed incertum, vbi illa vrbs fuerit. Vide *Zaccagni,* praef. p. LXIV.

w) Sed in ed. Baſil. 1741. tom. I. p. 446. correxit errorem ſuum, duce Zaccagnio, et retulit Euthalii aetatem ad a. Chr. 458. nec tamen reticet quaſdam dubitationes. *Harl.*

x) Ad hunc annum *Euthalii* aetatem quoque refert *Saxius* in Onom. I. p. 516. citatque *Pagii* critic. Baron. 458. XII. p. 223. 224. add. *Oudin.* comm. de SS. eccl. I. p. 1266. *Hamberger.* zuverl. Nachr. III. p. 195. ſq. *Nath. Lardner's* Credibility of the Goſpel Hiſtory, part. II. vol. XI. p. 205. *Long.* biblioth. ſacram. p. 718. — Vita et peregrinatio Paulli, apoſtoli. Scripta ab *Euthalio,* diacono, etc. Cui adiecta eſt vita Paulli, ex *Hieronymo,* gr. ſcripta a *Sophronio.* In gratiam ſtudioſae iuuentutis graecolatine edita: impenſis Io. Hartmanni, bibliopolae Francof. Marchiae 1601. 8. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIII. qui continet N. T. excepta Ioannis apocalypſi, plut. 6. ſunt nr. 6. ſqq. epiſtolis Paullinis et catholicis praemiſſae *Euthalii,* (quamquam non nominati, ſed illius eſſe, patet ex Zaccagni monumentis etc.) *hypotheſes,* quarum initia refert *Bandin.* in cat. codd. Laur. gr. I. p. 123. ſqq. Eiusdem *Euth. hypothes.* praefixae ſunt ſingulis fere ſcholiis in catena patrum in epp. Paullinas, in cod. Laur. XIX. nr. 2. ſqq. plut. 8. pari modo catenae ſ. *Nicetae* expoſitioni in epp. Paulli, in cod. X. nr. 2. ſqq. plut. IX. — in cod. VI. nr. 1. plut. X. *Euthalii* narratio de S. Paullo, et cod. VII. nr. 2. eadem narratio atque nr. 3. *Euthalii* hypotheſes in epp. Paullinas, (in cod. tamen qui continet comment. in epp. Paullinas, Chryſoſtomo tributae,) teſte *Bandin.* l. c. pag. 362. 404. ſqq. 474. et 475. Ad *Euthalium* epiſtol. ſcripſit Libanius, et ad *Euthalium, monachum* Nilus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 516. et 562. *Harl.*

y) Ἀποστολικῆς βίβλου, verſibus diſtinctae, meminit *Heſychius,* Hieroſol., praef. ad στιχηρὸν duodecim prophetarum, vbi ad Euthalium reſpicere videtur *Rich. Simonio,* qui illum, ſed ſine nomine

νέος χρόνων καὶ μαθημάτων: *actus* vero *apostolorum* et *catholicas epistolas*, episcopalem dignitatem iam adeptus, lectionibus, capitulis ac versiculis distinxit, (sequutus pium quemdam Patrem, qui Paulli epistolas in capita, vt iam dixi, circa a. C. 396. digesserat) argumentis praeterea, (nisi et illa ab alio antiquiore sunt,) capitulorum [ ] indicibus, atque catalogis auctoritatum scripturae, quae in ipsis laudantur, illustrauit. Misit illa deinde, ex codicibus bibliothecae Caesareensis accurate recensita, ad *Athanasium*, Alexandrinum, non primum illum et magnum, sed alterum, iuniorem, qui a. C. 490. Alexandriae ecclesiae episcopatum obtinuit et Petro Moggo successit. Horum omnium partem primus edidit *Franciscus cardinalis Ximenius* in celeberrima Complutensium bibliorum editione a. 1514. Etiam Erasmus iam in prima editione Noui Test. a. 1516. quae mihi ad manus est, atque deinde in ceteris, argumenta epistolarum Pauli et septem catholicarum edidit. Hinc cum commentariis *Oecumenii*, graece vulgatis, curante *Giberto*, episcopo, Veronae 1532. fol. plura etiam Euthalii excusa sunt, et in luculenta editione Noui Test. graeca, quam dedit H. Stephanus Paris. 1550. fol. Prologum in Pauli epistolas integrum primus publicauit e Berneggeri codice graece in sua Noui Test. editione *Io. Henricus Boeclerus*, Argentorat. 1645. 1660. 12. vnde saepius recusus est in variis Noui foederis editionibus, vt Curcellaeana altera, etiam in Milliana, et in criticis sacris Anglis Francofurti et in Belgio recusis tomo VII. Berneggeri codex a Boeclero reginae Christinae oblatus, et ab Alexandro VIII., pontifice, Vaticanae bibl. illatus est. Denique vniuersas Euthalii, quas supra memoraui, lucubrationes ex codd. Vaticanis accurate descripsit et cum latina versione sua notisque ac prolegomenis vulgauit doctissimus *Laurentius Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum ecclesiae graecae. Rom. 1698. 4. z) Inter legendum duo mihi digna visa sunt animaduersione, pag. 407. verbis: καὶ αὖ πάλιν σοφῶν γε ὁ πανάριστος βιωφελῶς τῇ μελέτῃ τὸ πᾶν ἀνέθηκεν, non respicitur Dauid, rex, sed Cleobulus Lindius, cuius nectum apophthegma, μελέτη τὸ πᾶν. Pag. 523. de epistola ad Romanos: διὸ πρώτη τέτακται, οἷα δὴ πρὸς ἀρχὴν ἔχοντας εἰς θεοσέβειαν γραφεῖσα. *Propterea primum locum habet, vtpote quae ad eos, qui prima principia pietatis tenebant, scripta fuerit.* Ita reddendus hic locus, non, *qui pietatis principatum tenebant.* Nam, vt pag. 528. docet Euthalius, putat epistolas Pauli collocatas κατὰ προσαύξησιν profectuum eorum, ad quos ille scripsit, vt a minus perfectis incipiens ad perfectiores progrediatur. *Fabr.* Repetitum est Euthalii opus in *Gallandii* bibl. patrum tom. X. p. 197. sq. vbi in Prolegg. c. 6. p. 11. etiam breuiter de Euthalio agitur. *B.*

Dubitari potest, inquit idem vir dignissimus laude in praef. pag. LXX. an Euthalius praeter horum noui foederis librorum distinctiones, commentarium aliquod in apostolorum acta conscripserit. [ ] *Franciscus* enim *Turrianus* in praefatione ad constitutiones apostolicas

mine auctoris MS. euoluit in bibl. regis christianissimi, epist. criticis gallice editis Basil. 1699. 12. p. 78. seq. .. Zaccagnio, quem vide praef. ad vetera monumenta pag. LXVII. et in opere ipso pag. 402. Idem obseruat, Euthalii diuisiones librorum sacrorum frequenti in vsu apud graecos Christianos fuisse, idque plurimis codicibus MSS. confirmari, quibus fere omnibus habentur capitula ab Euthalio excogitata.

z) V. *Baumgarten*, Nachricht, etc, tom. II. p. 443. sqq. *Harl.*

licas pag. 17. Euthalium commentar. in acta apostolorum scripsisse, eiusque eruditissimum in ea ipsa acta prologum exstare tradit, in quo sic se acta expositurum pollicetur, vt multis in locis τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, hoc est, apostolicarum constitutionum mentionem faciat, quas, inquit, ἤ τε πρὸς τοὺς ἐναντίους, ἤ τε πρὸς τοὺς οἰκείους πεποίηνται, *quas siue contra aduersarios, siue etiam ad fidelium vsum fecerunt. Holstenius* quoque in obseruationibus ad Stephanum de Vrbibus, verbo Ἀττάλεια, *Euthalii,* diaconi, in acta apostolorum commentaria laudare videtur. Attaliam enim, vrbem, notat, ab Euthalio, diacono, aliisque secundum D. Lucam in actis c. XIV. vers. 24. Pamphyliae adsignari. Praeterea *Lambecius* lib. III. bibliothecae caesareae [vol. III. p. 174. ed. Kollar.] testatur, in eiusdem bibliothecae codice theologico XLVI. exstare Catenam Patrum in Pauli epistolam ad Romanos, in qua cum aliis patrum expositionibus, Euthalii fragmenta quaedam fol. 4. et 5. continentur. *Guilielmus* denique *Caue* in ecclesiasticorum scriptorum historia literaria, vbi de Euthalio agit, ipsum in apostolorum acta, et in Lucae euangelium commentaria, quae alicubi latent, scripsisse tradit. Et sane, quae ex Euthalii in acta apostolorum commentariis laudant Turrianus, atque Holstenius, in prologis, et capitulis, nunc primum a nobis editis, non reperiuntur: codices tamen, quibus ipsi vsi fuisse videntur, adhuc inuenire non potui, licet eos in vrbanis bibliothecis diu multumque quaesierim. Quod autem Euthalii fragmentum in Catena Patrum in Pauli epistolam ad Romanos exstare, ait Lambecius, fieri potest, vt ex prologo in epistolas Pauli desumtum fuerit. Sed in vetustissimi Vaticanae bibliothecae codicibus, qui variorum continent commentaria in Pauli epistolas, nullum Euthalii operum fragmentum adparet, multumque vereor, ne ista commentaria in Lucae euangelium perperam a quibusdam Euthalio tribuantur. *Hactenus Zaccagnius.*

Alius, vt videtur, *Euthalius,* qui primarius Alexandrinus diaconus interfuit concilio Chalcedonensi a. C. 451. Alius *Euthalius,* monachus Rhodius S. Basilii, quem circa a. 1300. Concordantias graecas in S. Scripturam composuisse, sed nunquam editas, narrat Sixtus Senensis.

[*] FLAVIANVS, episcopus Antiochenus, ab a. C. 381. ad 403. ex cuius Homilia in Ioannem, baptistam, et in illud, *Spiritus Domini super me,* fragmenta exhibet *Theodoritus* dialogo 1. et 2. Epistolam ad Osroënos episcopos et alteram ad episcopum quemdam Armenium laudat *Photius* cod. LII. [aa]) Orationem pro Antiochenis, qua Theodosii aduersus seditiosos illos iram sedauit, *Chrysostomus* orat. XX. ad pop. Antiochen. Confer *Petri Francii* orationem XXXIV. et *Tillemontium* tom. V. hist. imperator. pag. 592. seq. *Fabr.* It. *Tillemont.* mem. eccles. tom. X. ad vit. Flauiani. *Cau.* hist. litt. S. S. eccl. tom. I. ad a. 381. pag. 277. Iuuit Chrysostomum et ab eo laudatur, atque eloquentia morumque grauitate leniuit animum Theodosii, imperatoris, Antiochensium seditione et furore valde laesi, atque ad

aa) V. infra, vol. IX. p. 591. ed. vet.

ad iram poenasque repetendas incensi. add. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. X. p. 345. sq. 361. sq. 418. et 437. sqq. in vita Chrysostomi. *Harl.*

Alius *Flauianus,* episcopus CPol., Procli successor, ab a. C. 446. ad 449. ad quem exstant Leonis M. epistolae. Huius Flauiani epistolam ad eumdem Leonem graece et latine vulgauit *Cotelerius* tom. I. monument. pag. 50. et *Baluzius* in noua concilior. collectione pag. 1373. Incipit: εὐσεβείας καὶ τῦ ὀρθοτομεῖσθαι. Alia legitur ante acta concilii Chalcedonensis, et incipit: ὐδὲν ἵστησιν ἄρα τὴν τῦ διαβόλυ πονηρίαν. Ibidem exstat fides, quam imp. Theodosio Flauianus obtulit. Confer *Paschasii Quesnelli* notas ad Leonem M. speciatim dissertationem VIII. quae est de caussa huius Flauiani. *Fabr.* Add. infra vol. IX. p. 323. ed. vet. et XI. p. 430. *Cauei* hist. litt. SS. eccl. I. p. 438. *R. Ceillier* Hist. gen. des AA. eccles. tom. XIV. *M. le Quien* or. christ. tom. I. p. 216. *Hamberg.* zuverl. Nachr. III. pag. 152. *Saxii* onom. I. p. 509. qui laudat *Pagii* crit. Baron. 446. XI. p. 601. sq. tom. VII. — *Flauiani* — epist. ad Leonem roman. cum alia, et cum eiusdem confessione fidei, gr. et lat. ex versione veteri exstat quoque in *Io. Harduini* collect. concil. tom. II. p. 3. sqq. *Harl.*

GELASIVS, Caesareae Palaestinae post Euzoium episcopus, (supra pag. 340.) circa a. 367. a Cyrillo, Hierosol., auunculo, constitutus, concilio CPol. interfuit a. 381. anno 394. defunctus. Eius *expositio* [bb]) *symboli* laudatur a Leontio lib. I. contra Nestorium et Eutychen: *homilia in Epiphania,* a Theodorito dialogo 2. *Practica* στοιχειώσις *secundum ecclesiam,* ex cuius libro II. fragmentum in c. 15. collectionis testimoniorum, quam sub Damasceni nomine in codice Claromontano euoluit Labbeus. *Et liber contra Anomoeos* a Photio cod. CII. Nam λόγοι γ΄ ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς *libri III. historiae ecclesiasticae* et τὰ μετὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν Εὐσεβίυ τῦ Παμφίλυ siue *continuatio historiae ecclesiasticae Eusebii,* quae memorat cod. LXXXIX. nihil aliud sunt, ac libri historiae concilii Nicaeni, qui exstant, et de quibus mox dicam in Gelasio, Cyziceno. In illis pag. 6. alterius *Gelasii* fit mentio: ὅγε μὴν Ῥυφῖνος ἤγυν Γελάσιος ταῦτα λέγει ὧδε. Quod autem dicto loco Photius ait, alibi se legisse, quod Gelasius, Caesareensis, [P] historiam Rufini graece verterit a Cyrillo, Hierosol., adiutus, hoc temporis ratio qui patitur, quum Rufinus historiam suam circa a. 400. Chromatio inscripserit, et Gelasius a. 394. Cyrillus a. 386. sit extinctus? Confer *Tillemontium* tom. VIII. memor. *Fabr.* *Caueum* l. c. p. 274. supra, vol. VII. p. 424. not. *m.* vol. VIII. p. 291. de *Gelasii* fragmm. in Theodorito: infra vol. IX. de Photio, p. 383. XV. vet. ed. p. 402. LXXXVIII. et 407. CII. *Harl.*

Alius *Gelasius,* auctor libri *de duobus naturis* contra Eutychem et Nestorium, atque, vt Fulgentii et Ioannis II., papae, nec non Gennadii, aliorumque auctoritate constat, *Gelasius,*

bb) Hanc intellige *Gelasii* expositionem μαθήματος, ex qua fragmenta quaedam adferri in collectione graeca MS. testimoniorum sub nomine Io. Damasceni in cod. Claromontano cap. 4. notauit *Caueus* ex Labbei conspectu operum Damasceni p. 49. Μάθημα pro symbolo, obuium apud veteres Christianos scriptores. Vide thesaurum Suiceri.

Gelasius, papa, qui Romae episcopus fuit ab a. 492. ad 496. *Quisquis ille est*, inquit *Petavius* tom. IV. dogm. theol. de incarnatione verbi II. 3. pag. 122. *latine profecto scripsit, et quidem terse ac diserte, in quo minime est audiendus Melchior Canus* (VI. 8. locor. commun. ad 9. argum.) *qui propterea negat, se Gelasio, Caesareensi, opus illud tribuere, quod purum et politum sermonem dicit eum Hieronymus habuisse, qualem in hoc libello non agnosco.* Nisi, inquit, bono et eleganti auctori contigit malus et impurus interpres. *Mirum ita pronunciasse de Gelasio isto, qui vtrumque illum legisset. Nam commode sane et pure loquitur, vt ecclesiastico scriptori et quidem saeculi istius conuenit.* Confer eumdem *Petauium* III. 2. 2. et *Forbesium* XI. 16. instruct. historico theol. *Caueo* [tom. I. p. 463. sq.] non adsentior, qui post Vossium aliosque hunc librum graece versum putat memorari a Photio cod. CII. vbi laudat Gelasii, Caesareensis, μονόβιβλον aduersus Anomoeos. *Fabr.* Add. de *Gelasio*, pontifice romano, infra, vol. XI. p. 413. 414. 415. 416. et 443. *Fabricii* bibl. med. et inf. latinit. tom. III. p. 27. sq. ed. Mansi; vbi adnotatur, librum *de duabus in Christo naturis* exstare etiam in *Io. Heroldi* haeresiologia, Basil. 1656. fol. in bibl. patrum Lugd. tom. VIII. p. 700. *Hambergeri* zuverl. Nachr. III. p. 272. sqq. et *Saxii* Onom. II. p. 10. a quibus multi alii laudantur viri docti. *Harl.*

Alius *Gelasius*, presbyteri *Cyziceni* filius, qui testatur, ad se peruenisse acta synodi Nicaenae ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις *in codice antiquissimo scripta in membranis*, quae antea fuerint *Dalmatii*, archiepiscopi Cyziceni. Nihilominus tamen non haec, qualia in illo codice reperit, acta vulgasse se integra solaque, sed ex scriptis etiam Eusebii ac Rufini, (quem tamen falso scribit concilio Nicaeno interfuisse,) aliorumque collecta in tres libros, siue τρία συντάγματα cc), digessisse se profitetur, pag. 2. *Cuius synodi acta omnia*, τὰ πεπραγμένα πάντα, *quum, vt supra dixi, cognouissem prius et perquisiuissem, vix tamen inuenire poteram, quae illis tractata et conscripta sunt, apud plures viros, litterarum studiosos, tam aperte expressa, quam apud Ioannem quemdam* Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ ἄγαν γραφικῷ ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν, *presbyterum, virum senem et scribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis: neque tamen omnia inde habui, sed ex aliis etiam scriptoribus variis, vt ex Eusebio Pamphili, episcopo Caesareae et Rufino,* [?] *presbytero Romano,* τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, *qui etiam sanctae illi synodo interfuerunt, aliisque plurimis. Neque vero totius harmoniae consequentiam inueni in sacro illo codice, in quem, vt supra dixi, prius incideram. Solus admirandus Eusebius* ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας *constanter publicam veritatis viam ab aduentu Domini usque ad magni Constantini tempora ingressus est. Sed neque omnia inuenire potui, attamen, quae nota mihi et veritati consentanea in libro, quem antea legeram, reperi, collecta ex virisque necessarium existimaui in hunc librum descripta conferre ad communem vtilitatem, confirmationemque eorum, qui in haec inciderint.* Tertius liber dd) non integer videtur ad nos perue-

cc) Tertii συντάγματος meminit pag. 54. edit. Commelinianae.

dd) *Vossius* II. 21. de hist. graecis pag. 264. *Videtur tertius liber omissus, quia non omnibus proba-*

perueniſſe; nam et breuior eſt ceteris, vnaque et altera Conſtantini epiſtola abſoluitur, et nihil habet de baptiſmo Conſtantini M. quod tamen in eo legiſſe ſe Photius profitetur cod. LXXXIX. vbi hoc opus quemadmodum et cod. LXXXVIII. refert ad Gelaſium, Caeſareenſem, duos vel tres Gelaſios, Caeſareenſes epiſcopos, reperiſſe ſe teſtatus: quum in codice XV. eiusdem bibliothecae laudetur ſub ſimplici nomine Gelaſii: *πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδε ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίε δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν.* Neque Caeſareae, neque Cyzici, ſed in Bithynia ee) ſcripſiſſe ſe poſt a. C. 475. teſtatur auctor ipſe in praef. his verbis *μετὰ δὲ καιρές τινας φθάσας ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν Θεῦ, non multo tempore poſt, quam hus, in prouinciam dico Bithynorum, volente Deo perueniſſem, et commotio atque inquiſitio plurima fieret ſub impii Baſiliſci tyrannide aduerſus catholicam et apoſtolicam Dei eccleſiam, et fidem apoſtolicam, in ea conſtitutam, ſuccendente potiſſimum atque commouente imperatoris aulam eorum factione, qui haeretico, Eutychi, conſentiebant, qui nobis ſubdole proponebant, vt fidem Patrum, Nicaenam inquam, retineremus. Sed conuincebantur a nobis illius fidei hoſtes etc.* Prodiit primum hoc opus cum *Rob. Balforei Scoti* verſione Paris. 1599. 8. adiunctum habens librum Theodori, in Rhaitenſi monaſterio presbyteri, quem vtraque lingua ante Balforeum vulgauerat Beza. Hinc cum actis ſynodi Epheſinae et ſynopſi ſynodorum oecumenicarum apud Commelin. 1604. fol. ff) Poſtea in editione conciliorum generalium Romana, quam curauit *Sirmondus*, 1608. fol. et in conciliis Binii Colon. 1618. *Labbei* Paris. 1672. II. p. 105. et *Harduini* 1716. fol. p. 345. 423. [etiam Manſi coll. ampl. tom. II. atque excerpta inde in Fuchs. bibl. conc. tom. I. p. 416. ſq.] Hos Gelaſii libros et alia quaedam, ad Nicaenam ſynodum et Arii cauſam pertinentia, cum verſione Franciſci [?] Iunii ſoceri ſui, propriisque notis editurum ſe promiſit *Voſſius* pag. 264. de hiſt. graecis. Sed numquam lucem vidit ille Gelaſius Iunio Voſſianus, neque quo deuenerit,

probarentur, quae ſcripſiſſet de baptizato Conſtantino paullo ante mortem, idque ab epiſcopo orthodoxo. Confer D. *Ittigii* hiſtoriam concilii Nicaeni pag. 4.

ee) Nota tamen, quod fuit quoque Caeſarea quaedam Bithyniae.

ff) *Gelaſii συνταγμα των κατα την ἐν Νικαιᾳ ἁγιων συνοδον πραχθεντων. Τα πρακτικα της οἰκεμενικης τριτης συνοδε της ἐν ἐφεσῳ συγκροτηθεισης. Συνοψις των ἁγιων και οἰκεμενικων συνοδων, πε, και ποτε, και κατα τινων ἑκαστη αὐτων συνηχθη.* 1604. fol. Separatim additae ſunt verſiones *Balforei*, *Theodori Peltani* et *Abrahami Sculteti*. v. *Hambergeri* zuverl. Nachr. III. p. 228. ſq. qui praeterea laudat *G. Cauei* hiſt. litt. SS. eccl. I. p. 454. ſq. (qui vero exiſtimat, pluribusque oſtendere ſtudet, copioſas iſtas diſputati ex ipſius Gelaſii, ſaltem antiquiſſimi codicis ab eo vſurpati, auctoris cerebro profluxiſſe.) *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. IV. p. 280. et *R. Ceillier* Hiſt. gen. des AA. eccles. tom. XV. p. 359. inprimis *Fabric.* noſtrum infra, vol. XI. pag. 557. ſqq. vet. ed. vbi etiam codd. msst. memorantur, et vol. IX. p. 402. ſq. vet. ed. *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſt. V. p. 335. etc. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDXIII. et CDXIIII. *Gelaſii* hiſtoria concilii Nicaeni, ac prior deſcriptus dicitur a. 1561. e vetuſto exemplari bibl. Grimanianae, in poſteriore autem tria priora capp. deſiderantur. — *Vindobon.* in cod. caeſ. LVI. nr. 2. ex Gelaſii libro ſecundo actor. concilii Nic. primi fragmentum valde notabile a cap. XII. vsque ad cap. XXIII. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 1027. ſq. — *Taurini* in bibl. regia cod. X. *Gelaſii* ſyntagma actor. concilii Nic. v. cat. codd. gr. Taur. p. 75. — *Venetiis* in bibl. cuiusdam archiepiſcopi, cod. rec. *Gelaſii* hiſtoria, teſte *Montfauc.* in diario ital. p. 46. *Harl.*

nerit, conſtat, quum nec in catalogo MSS. Iſaaci Voſſii, quae iam acceſſerunt bibliothecae publicae Leidenſi, illius fiat mentio. Errores Gelaſii perſequitur *Io. Launoius* VIII. 1. epiſt. p. 697. Non adeo eſſe contemnendum tamen oſtendunt b. doctores, *Balthaſar Bebelius* in antiquitatibus ſaeculi IV. parte I. p. 65. ſeq. et *Io. Georgius Dorscheus* in διατυπώσει concilii Nicaeni p. 85. ſeq.

Fuit et *Gelaſius*, medicus, quem commendat Symmachus lib. I. epiſt. 66. ne dicam de *Gelaſio*, Africano Thanenſi epiſcopo, (cuius eſſe dialogum, Vigilio tributum, monet *Io. Dallaeus* lib. de fidei ex S. Scripturis demonſtratione p. 40.) nec de *Gelaſio* II., papa, qui fuit a. C. 1118.

GEORGIVS, Alexandrinus primum, deinde in Syria Arethuſanus presbyter, denique ope Euſebianorum epiſcopus Laodicenus, modo Arianas partes, modo iterum aduerſarias Eunomianis Homoeuſianorum ſequutus eſt, vide *Iac. Gothofredum*, ad Philoſtorgii VIII. 17. p 353. *Fabr.* Erat dux Semiarianorum. conf. ſupra, vol. VII. pag. 327. *Cauei* hiſt. litt. SS. eccl. I. p. 208. ad a. 304. *Tillemont.* tom. VI. p. 259. *C. Guil. Franc. Walch* hiſt. haereſium etc. II. p. 669. ſq. *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſt. VI. p. 116. *Harl.*

Eius *Homiliam in illud Prou. VIII.* Κύριος ἔκτισέ με, Antiochiae a. 361. habitam, memorat *Theodoritus* II. 31. Hiſt. *Vitam Euſebii*, Emeſeni, *Socrates* II. 9. (ſiue *encomium*, vt idem adpellat lib. I. cap. 24.) *Sozomenus* III. 6. *Epiſtolam ad epiſcopos*, *Ancyrae* congregatos, contra Aetium acrem, quam ſeruauit *Sozomenus* IV. 13. Epiſtolam *ad Alexandrum*, Alex. et aliam *ad Arianos* Athanaſ. de ſynodo Ariminenſi et Seleucienſi. *Libros contra Manichaeos* Epiphan. tom. I. p. 638. *Theodoritus* lib. I. de haeretici fab. c. 28. *Phot.* cod. LXXXV. [v. infra, vol. IX. p. 402. ed. vet.] Confer *Allatium* de Georgiis. 305.

HELLADIVS, qui in epiſcopatu Caeſareenſi Cappadociae Baſilio M. ſucceſſit a. 379. atque interſuit concilio CPolitano non modo a. 381. ſed etiam 394. licet apud Balſamonem Palladii nomen pro Helladio occurrat. De aſperis eius moribus conſuli poteſt *Tillemontius* tom. IX. p. 589. ſeq. *Vitam* deceſſoris ſui, *Baſil. M.*, ſcripſiſſe traditur, de qua dixi ſupra p. 62. Sed quae Damaſcenus ex illa profert, iunioris ſcriptoris aetatem ſapere eruditis videntur. [v. *Caueum* l. c. I. p. 267.]

S. HIERONYMI, Stridonenſis Dalmatae, doctoris eccleſiae illuſtriſſimi, licet latini ſcriptoris, mentionem hoc loco omittere nefas duxi, quoniam non modo ipſe plurima gg) de graeco conuertit, [P] ſed nonnulla eius quoque iam olim e latino graece verſa

 ſunt

gg) Sunt illa (praeter libros ſacros) Origenis et Euſebii plurima, nec non Theophili et Didymi, Alexandrinorum: tum regula Pachomii, epiſtolaeque, et regula Theodori atque Orſieſii doctrina.

ſunt a *Sophronio*, atque *catalogus ſcriptorum eccleſiaſticorum* Hieronymianus graece ſiue ab illo Sophronio ſiue ab alio translatus, etiamnum exſtat, vt dixi ſupra cap. 21. [in h. vol. pag. 158. ſqq.] Nunc addo, quod *vitam S. Hilarionis*, quae inter vitas Simeonis Metaphraſtae 24. Octobris legitur, illam ipſam eſſe, quam Sophronium eleganti ſermone graeco vertiſſe, *Hieronymus* in catalogo c. 134. auctor eſt, ſibi perſuaſit *Heribertus Rosweidus* notis ad vitam Hilarionis, ab Hieronymo ſcriptam, in vitis Patrum p. 65. *Exſtat inter vitas, Metaphraſtae nomine editas a Lipomanno* (tom. VI. pag. 360.) *Hilarionis vita e graeco per Gentianum Heruetum translata. Sed ea Sophronii nomen non praefert. Accepi eam graece Pariſiis beneficio Sirmondi noſtri, vbi nullus vel auctor vel interpres aſſignatur. Exiſtimo tamen, eam eſſe, quam Sophronius ex Hieronymi textu vertit. Eodem enim ordine procedit, etſi in quibusdam ſubinde variet, et quaedam etiam addat.* Exſtat et graece MS. in bibl. Caeſarea aliquoties, teſte *Lambecio* tom. VIII. p. 252. 259. 262. [ſ. p. 539. 552. 557. Kollar. ed.] et incipit: ἐν παλαιστίνῃ πόλις ἐστὶν οὐκ ἔλαττον ἢ πέντε καὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχουσα Γάζης. [*Florentiae* in bibl. Laurent. cod. IX. nr. 1. plut. 11. eſt fragmentum illius vitae. v. *Bandin.* cat. cod. gr. I. p. 502. integra in cod. *Coislin.* CX. et CXLV. antiquo, fol. 158. ſqq. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 185. et 211. *Harl.* —] Sed vt Sophronii verſione vitam auctorem huius graecae vitae nemo negauerit: ſic interpolationes et additiones, ſi cum Hieronymi latina conferantur, tales ſunt, vt interpolatorem potius, qualis fuit Simeon Metaphraſtes, quam interpretem deceant. Confer *Tillemontium* tom. VII. memor. p. 572. Metaphraſtae etiam tribuitur ab *Allatio* de Simeonum ſcriptis p. 126. MStorum codicum haud dubie auctoritate. *Fabr.* *Lambec.* comm. de bibl. caes. vol. VIII. pag. 316. ſqq. operoſe demonſtrare ſtuduit, neque *Hieronymum*, neque *Sophronium* eſſe auctorem ſermonis *de adſumtione b. virginis in coelum.* Sed h. l. nec vacat, nec commodum eſt, de Hieronymo pluribus diſſerere. *Harl.* [illegible]

Praeterea non omittendum, quod poſt Origenis et Euſebii ſtudia, graecos bibliorum V. T. codices Hieronymus recenſuiſſe et caſtigaſſe traditur, id non de ipſis graecis codicibus, ſed latina verſione intelligendum, docuit *Humfredus Hody* lib. III. de bibliorum textibus originalibus p. 355. quo viro nemo diligentius de Hieronymi opera, in libros ſacros priſci foederis impenſa, tractauit. [v. ſupra, vol. III. pag. 717. ſq.] Similiter intelligendum, quod capite vltimo catalogi, vbi ſcripta ſua recenſet Hieronymus, *Nouum Teſtamentum graecae ſe fidei reddidiſſe* ſcribit, hoc eſt, adcurata latina verſione donaſſe. [conf. ſupra, vol. IV. p. 870. ſqq.]

De Hieronymo ipſo, qui a. 331. Stridone natus, et nonagenario propior, presbyter Bethlehemiticus a. C. 420. obiit, nihil dicere, quam pauca, praeſtat, poſt accuratam praecipue *Tillemontii* induſtriam tom. XII. memor. Huius commentariis vſus etiam Io. Marcianaeus, cui Hieronymi [375] vitam, gallice editam Paris. 1706. 4. et praeclaram Hieronymi operum editionem debemus Paris. 1693. 1706. quinque voluminibus fol. licet in hac nonnulla deſiderare viſi ſint, non ſine ratione fortaſſe, *Richardus Simon* in epiſtolis criticis, gallice editis Baſileae 1699. 12. et *Ioannes Clericus* in Hieronymianis quaeſtionibus Amſt. 1700. 8. et bibliothecae ſelectae, gallice editae, tomo XVII. *Fabr.* *Hieronymi* vitam operaque fuſius

sius persequitur et codd. atque edd. copiosius recenset *Schoenemann.* in biblioth. histor. literaria patrum latin. tom. I. p. 426 — 536. Add. quae adnotaui et collegi de Hieronymo, eiusque opp. etc. in Breuiore notitia litteraturae rom. pag. 640. sqq. et in Supplementis ad illam, part. II. pag. 278. sqq. add. bibl. selectam historiae eccles. cum V. tum N. T. Venet. 1776. 8. p. 317. sq. *Harl.*

Alius fuit HIERONYMVS, theologus graecus, aetatis non vsquequaque certae, cuius φιλεπενίαν, *dialogi* more scriptam, *de sensu gratiae diuinae in baptismo Christianismi,* primus e codice regis christianissimi edidit Fed. Morellus in folio fugitiuo Paris. 1598. 8. Atque similiter separato schedio ibid. 1612. 8. eiusdem scriptoris *dialogum de SS. Trinitate Christiani cum Iudaeo.* Paucis visum, opinor, opusculum vtrumque, licet *Christiano Daumio* curante Cygneae, posterius quidem a. 1677. hhh) et prius a. 1680. 8. sed similiter separatis foliis

hhh) Huius editionis, quam habeo, inscriptio haec est: *D. Hieronymi, theologi graeci, dialogus de S. Trinitate.* Graeca ex biblioth. Frid. Lindebrogii primus a. MDCXII. Lutetiae edidit ac latine vertit *Fed. Morellius,* interpres et architypographus regius. Huic accesserunt hac editione *Gennadii, scholarii,* — dial. de via salutis humanae inscriptus: eiusdem confessio de fidei nostrae articulis: item oratio ad vnum et trium personarum deum. Omnia graecolatina B. *Martini Sabariensis Pannonii,* episcopi Turonensis professio fidei de Trinitate. Denuo in lucem edita cura et studio *Christiani Daumii.* Cygneae ap. Sam. Ebel. 1677. 8. Quod *Casp. Barth* cum in notis ad Gallum Confessorem, tum inprimis in Aduersariis Hieronymum graecum adduxit, et nonnulla illustrauit lib. LV. aduersar. toto capite 7. hoc caput Daumius integrum inseruit suae edit. p. 74. sqq. breuibus suis adiunctis notis. Illam edit. copiose quoque recensuit *Io. Fabric.* in hist. bibl. Fabr. VI. p. 446. sqq. errat vero, dum scribit, Fabricium nostrum in bibl. gr. (nostro quondam loco in ed. vet.) vtrumque colloquium cum Morelli interpretatione exhibuisse. Fabricius enim φιλεπονίας tantum retinuerat versionem Morellianam; contra ea ἐρωτήσεως Ἰουδαίου interpretat. Morellianam ita emendauit, vt plane noua videri posset. — *G. Caue* in hist. litt. SS. EE. I. p. 282. *Hieronymum,* de quo hic sermo est, suspicatur, (at infirmo nixus talo,) eundem esse *Hieronymum,* natione Dalmatam, presbyterum et monachum, qui condidit *historiam de vitis Sctorum in Aegypto,* et claruit sub Theodosio M. circ. a. 386. certe Theodosio adhuc imperante, ante a. 395. eiusque stilum et argumentandi rationem laudat; attamen argumenta contra Iudaeos non adeo acuta et ad omnes conuincendos firma sunt validaque. Multo infirmiora nec idonea illa esse indicat *Harenberg.* in commerc. litter. Daumii et Hilarii, rectoris quondam Cellerfeldensis, super scriptis Hieronymi graeci et (praecipue) Gennadii, scholarii, de quo v. *Carpzouii* praefat. ad Hieron. gr. (de cuius editione postea sermo erit,) pag. 14. sqq. et 18. sqq. Atque *Carpzou.* de argumentorum vi et ratione curatius disserit, et p. 21. tandem concludit, doctorem graecum, si etiam non plane acutissimum et doctissimum, antiquum tamen esse et pium. Idem vir, annis meritisque grauissimus praef. pag. 8. sq. comparato fragmento *Hieronymi* quodam, in quo Iudaeo, *quare nos crucem adoremus,* quaerenti, Christianus illius fauces obturare inducitur, ap. *Damascenum* lib. III. de imaginibus, (tom. I. p. 385. ed. Lequien,) qui eum vocat *Hierosolymorum Presbyterum,* cum nostro, colligit, (v. quoque eius praef. ad istud fragm. p. 219. sq.) id frustum eiusdem esse scriptoris, a quo dialogi duo, et inde coniicit, Hieronymum graecum fuisse Hierosolymorum Presbyterum, et saeculum fortasse septiimum aut sextum viuendo antecessisse; id certum esse, cum, quod verba

foliis recudi contigerit. Vt tamen illa hoc loco recudi facerem, non modo mouit me, quod antiqua, pia lectuque digna et breuia sunt, verum etiam, quod non paucis locis illa emendatiora exhibeo ope antiquarum membranarum, in quibus post Adriani isagogen in sacras litteras, vtrumque Hieronymi opusculum MS. seruat bibliotheca Iohannea huius vrbis Hamburgensis. ii) Alius ab vtroque *Hieronymus*, in Aegypto degens, ad quem exstat epistola Procopii, Gazaei, ex qua Procopium male ad saeculum IV. quo S. Hieronymus, Dalmata, vixit, referre volebat Isaacus Vossius.

Προκόπιος Ἱερωνύμῳ.

Πάλιν Αἴγυπτος καὶ τρυφὴ, καὶ πένητες ἡμεῖς παρά σοι, καὶ λόγος απόντων οὐδείς. Οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα. γέλα μόνον χρυσῷ ῥέοντα τὸν Νεῖλον ὁρῶν. κἂν ἔτι μᾶλλον τὴν ὀφρῦν ἀνασπάσῃς, οἴσομεν πάντως ὑπερορώμενοι. Ἔσεται γὰρ ἦμαρ, ὅτε πάλιν ὄψεις τὴν Ἐλοῦσαν καὶ δακρύσεις ψάμμον μεθισαμένην τοῖς πνεύμασι καὶ τέμνουσαν εἰς ῥίζας τὴν ἄμπελον· ἔνθα καὶ Νύμφαι ξέναι τινὲς, καὶ θαλάττιαι, καὶ [*] Ζεὺς ὑέτιος οὐδαμοῦ. Τότε γελάσω μὲν ἐγω καὶ κωμῳδήσω τὴν τύχην. Σὺ δὲ νομίσεις εὐδαίμονα, τὸν νῦν ἀπεῤῥιμμένον, ἐμέ. Πλὴν ἐν ὅσῳ ἄν σοι δίδωσιν ὁ Νεῖλος τρυφᾷν, γράφε μόνον καὶ λάλει σμικροὺς ἡμᾶς καὶ χαμαί τινας ἐρχομένους. Οὕτω γὰρ καὶ σοῦ γράφοντος ἀπολαύσομεν, καὶ την ἀλαζονείαν τῇ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδι παραμυθήσομαι.

Procopius kk) Hieronymo.

Iterum Aegyptus et mollities, nosque tibi pauperes, et absentium ratio nulla? Nihil est istud: rideas modo auro fluentem spectans Nilum. Etiamsi magis etiamnum adtollas supercilium, contemtum omnino patiemur. Erit enim tempus, quum iterum videbis Elusam, et flebis arenam disiectam ventis et radice tenus vastantem vites. Peregrinae aliquae et mari aduenientes Nymphae [*] et Iupiter pluuius ibi nusquam. Tunc quidem ipse ridebo et subsannabo fortunam. Tu vero me, nunc abiectum, tum beatum putabis. Verum tamen, dum tibi Nilus in deliciis viuere permittit, scribe tantummodo, et nos minutos et velut quosdam humo prorepentes adpelles. Sic enim et te scribente fruemur, et tuam superbiam futuri exspectatione mollius feram.

Possit aliquis suspicari, cum alterutro ex his duobus, et maxime cum hoc posteriore commune aliquid habere *Hieronymum*, sub cuius nomine *Vitae patrum et monachorum Aegypti*

verba ex symbolo Nicaeno CPolitano adducit in dialogo de Trinitate, et ex scriptis Athanasii, (saec. IV.) ex cuius quaestione 39. ad Antiochum etiam totum fere fragmentum ap. Damascenum est desumtum, crebro vtitur, saeculo IV. non videri esse superiorem. Atque *Io. Chstph. Wolf.* dum inter scriptores graecos antiiudaicos, in bibl. hebr. part. II. p. 998. *Hieronymi* mentionem facit, eum nominat *Presbyterum Hierosolymit.* prouocans ad Io. Damascenum. Add. *Saxii* Onom. I. p. 426. sq. qui Hieronymum, theolog. graecum esse incertae aetatis pronuntiat. *Harl.*

ii) Sed, cur illa h. ed. excluserim, caussam postea dicam. *Harl.*

kk) Est haec XXVI. inter epistolas Procopii, Gazaei, de quibus dixi lib. II. c. 10. §. 30. [vet. ed.]

Aegypti habentur MSS. post historiam Palladii Lausiacam in codice Colbertino MCCXIII. [in bibl. publ. *Paris.* cod. DCCCLIII. nr. 5.] hoc titulo: Ἑτέρα ἱςορία εἰς τὰς βίους τῶν ἁγίων τῆς Αἰγύπτου συγγραφεῖσα παρὰ Ἱερωνύμου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ ἐκ Δαλματίας. Notat quidem Cangius, eam a Palladio in Lausiaca verbotenus exscribi, auctoremque vixisse sub Theodosio Magno, vt ipsemet testatur in Ioanne abbate. Sed mihi quidem videtur scriptor ille graecus, quisquis fuit, antiquis omnibus ignotus exscripsisse Palladium potius, eoque esse iunior, atque ideo etiam Palladio in codice non praemissus, sed subiunctus. ll) Tribui autem Hieronymo eum existimo, non quod graeci illius scriptoris nomen hoc sit, sed quod vitae quaedam in hac collectione exstent graece versae ex illis, quas S. Hieronymus, latinae ecclesiae lumen, romano sermone mm) scripsit. Illum enim esse, qui per Hieronymum, monachum et presbyterum τὸν ἐκ Δαλματίας, intelligitur, ne dubitandum quidem esse opinor. Atque is ipse est, qui Theodosii, imp., aetate scribere se prodit in vita Ioannis, abbatis. *Fabr.* „Meminit quoque, ait *Carpzou.* praef. p. 10. not., alicuius *Hieronymi graeci* Damascius, philosophus, in Excerpto, quod veterum philosophorum sententias edisserit de principiis rerum, et ex MSt. Oxoniensi publicauit *Io. Christph. Wolf.* Anecd. graec. tom. III. p. 253. Quis vero etiam ille sit, non habeo dicere."

Fabricius igitur in vet. ed. ex cod. Hamburg. emendatiorem dederat 1) *Hieronymi* Φιλοπονίαν siue commentat. christiano cuilibet vtilem, de sensu christianismi, cum breuibus paucisque notis suis, et Morelli interpretatione; 2) Hieronymi dialogum cum Iudaeo, gr. ac lat.; 3) fragm. Hieron. presbyteri Hierosolym., supra memoratum περὶ τῆς τοῦ ςαυροῦ προσκυνήσεως ap. Io. Damascenum. At ea hic repetere nolui. Nam b. *Io. Bened. Carpzou.* abbas regiae Luterae et theol. Helmstad. primum in progr. Helmstadii a. 1768. 4. edidit *Hier.* dialogum de S. Trinitate gr. lat. cum notis variorum et suis, tum a. 1769. 4. *Hier.* Φιλοπονίαν. Postea dialogos illos II. addito fragmento, ex Fabr. nostri recensione, cum varietate lectionis, notisque Fabr. Barthii et Daumii emendatiores iunctim edidit, et adnotationibus suis varii generis eruditis illustrauit, hac praefixa inscriptione: *D. Hieronymi duo dialogi graeci qui supersunt.* Iterum recensuit, et cum adnotatt. breuibus *Casp. Barthii ac Christ. Daumii,* amplioribus autem suis, nouaque versione latina edidit *Io. Bened. Carpzou.* Altenb. 1762. 8. conf. *Gottl. Wernsdorf.* programmatum censuram in bibl. theolog. Gedan. p. 66. (cuius tamen coniecturae p. 451. propositae Carpzou. in ed. II. pag. 102. seq. non adsentitur:) et censuram prioris ed. in *Ernesti* noua theolog. bibl. tom. IX. part. I. pag. 90. sqq. et posterioris ed. in eiusdem in bibl. nouiss. tom. II. part. VI. pag. 563. sqq. *Harl.*

HOSIVS

ll) Hoc Fabricii iudicium Carpzouio praef. pag. 5. sqq. tutius probabiliusue esse, quam Cauci opinio, supra adducta, esse videtur. *Harl.*

mm) Vt Hilarionis, Malchi, Pauli, eremitae etc.

HOSIVS, Cordubenſis vltra ſexaginta annos epiſcopus, quum pluribus ſynodis catholicis interfuiſſet, Nicaenae [nn]) vero a. C. 323. et Sardicenſi a. 347. etiam praefuiſſet, poſtea, praeualentibus ſub Conſtantio Arianis, *ad horam ceſſit*, vt de eo *Athanaſius* de fuga tom. I. pag. 304. qui tamen, non manſiſſe Hoſium in Arianis partibus, ſed catholicum obiiſſe, teſtatur. Diſceſſit e vita maior centenario a. C. 361. De illo Iſidorus Hiſp. de ſcriptoribus eccles. cap. 1. *Hoſius, Cordubenſis, eccleſiae ciuitatis Hiſpaniarum epiſcopus*, *eloquentia viribus exercitatus, ſcripſit ad ſororem ſuam* de laude virginitatis *epiſtolam pulcro ac diſerto comtam eloquio. Compoſuitque et aliud opus* de interpretatione veſtium ſacerdotalium, *quae ſunt in veteri teſtamento, egregio quidem ſenſu et ingenio elaboratum.* In Sardicenſi *etiam* concilio *quam plurimas edidit ipſe ſententias.* Ex his nihil hodie exſtat praeter Canones XX. concilii Sardicenſis. Praeterea *epiſtolam* Hoſii inſignem *ad Conſtantium, imp.*, ſeruauit Athanaſius in ſua ad ſolitarios ſcripta, qui etiam Nicaenam fidei formulam ab eo maxime conceptam innuit. De *Hoſio* accurate *Tillemontius* tomo VII. memoriar. pag. 313. ſeq. et *Nicolaus* [*] *Antonius* bibl. Hiſpanae libro II. cap. I. [oo]) Vtrum hic ſit ille *Hoſius*, cui commen-

nn) Vide *Io. Launoium* lib. VIII. epiſt. 1. pag. 693. *Tillemont.* tom. VI. pag. 637. edit. Paris. *Fabr.* At enim, qui Hoſium praefuiſſe concilio Nicaeno diſerte ſcripſerunt, ii omnes demum poſt Carolum M. vixerunt. Tum neque ex voc. προεδρία, neque ex hiſtoria eccl. antiqua probari poteſt, cum προεδρία ſ. primo loco, epiſcopis aut patriarchis honoris cauſſa conceſſo, aut quod decretis concilii Nicaeni primus ſubſcripſit, coniunctam fuiſſe poteſtatem quandam ſuperiorem: quae aliaque docte lateque expoſuit *Aug. Guil. Erneſti* in diſp. hiſtorico-critica, qua Hoſium concilio Nicaeno non praeſediſſe oſtenditur. Lipſiae 1758. 4. et ſummam huius diſp. v. in ephem. litter. Erlangens. a. 1758. plag. 48. pag. 507. ſqq. Erneſti argumenta comprobat ornatque cl. *Schroeckh.* in hiſt. eccl. chriſt. tom. V. p. 335. ſq. Atque antea *Natalis Alexander* in hiſtor. eccl. ſaec. IV. p. 259 et *Caueus* in hiſt. litt. S. S. eccl. I. p. 185. ſq. ad a. 316. (vbi de Hoſio multus eſt,) aliique docuerunt, inane eſſe Baronii, (*Henſchenium* in actis Sctor. tom. III. Febr. p. 637. patronum nacti,) aliorumque ſomnium, Hoſium illum principis honoris locum ſuſtinuiſſe tamquam romani pontificis, Silueſtri, legatum, atque ex ipſis Pontificiis *Fr. Binarium*, in comm. in Dextri chron. ad a. 324. contendiſſe, Hoſium tantum nomine ſuae prouinciae ſubſcripſiſſe, praeſidisque officio functum ob praeclarae ipſius doctrinae et confeſſionis merita, etc. acceſſit auctoritas, qua valuit apud Conſtantin. M., imper. *Harl.*

oo) Add. *Du Pin* hiſt. eccl. vol. II. pag. 50. *Semler* in hiſtor. chriſtianae doctrinae, praemiſſa III. vol. Baumgart. theol. polemicae, pag. 22. not. *Schroeckh.* l. c. pag. 326. ſq. 345. atque in tom. VI. de concilio Sardicenſi, pag. 85. vbi monet, Hoſium praefuiſſe illi concilio non tamquam legatum epiſcopi romani, quum poſt illum tres epiſcopi italici, pontificis rom. nomine miſſi, ſubſcripſerint, ſed ei illum principis loci honorem conceſſum eſſe propter auctoritatem, in concilio Nicaeno partam, et propter eius ſatis cognitum purae doctrinae amorem ſtudiumque; pag. 159. ſqq. concedit quidem, Hoſium in concilio Sirmienſi, a Conſtantio, imper. a. 357. congregato, ſubſcripſiſſe ſymbolo Arianorum; ſed docet ex *Athanaſii* hiſt. Arianorum ad monachos p. 372. apolog. contra Arianos p. 205. et ex *Sozomeno* IV. cap. 12. Hoſium, centenarium hominem, vi adactum aut falſa quadam perſuaſione deceptum id feciſſe, atque eum, morti vicinum, a. ſequenti 358. conqueſtum de vi, arianam condemnaſſe haereſin. — *Chr. Guil. Franc. Walch* in hiſt. haereſium, germanice ſcripta, tom. II. p. 458. inprimis pag. 462. ſqq. 467. ſq. 470. not. et pag. 678. — *Vindobon.* in cod. caeſar.

commentarium, latine ſcriptum, in Timaeum Platonis *Chalcidius* dicauit, non plane exploratum eſſe profiteor, vti nec, quod in codice bibl. Bodleianae adnotatum reperit *Chriſtophorus Waſe* exercitatione III. animaduerſionum Nonianarum pag. 40. Chalcidium Hoſii, Hiſpani epiſcopi, fuiſſe archidiaconum.

IACOBVS, Niſibenus, qui concilio Nicaeno a. C. 325. et Antiocheno a. 341. interfuit, vt plurima ſcripſit ſyriaco [et armenico] ſermone, quae *Gennadius* cap. 1. pp) commemorat: ita videntur illius nonnulla graece verſa iam innotuiſſe tempore Athanaſii, qui cum Hoſio, Alexandro Alex., Philogonio, Euſtathio aliisque orthodoxis epiſcopis ſcriptoribus *Iacobum* quoque Meſopotamiae praeſidem laudat I. aduerſus Arianos tom. I. pag. 252. De Iacobo illo praeter *Tillemontium* tom. VII. pag. 260. ſeq. *Wilhelmus* noſter *Erneſtus Tentzelius* in exercitationibus ſelectis parte I. exerc. VI. *Fabr.* De hoc Iacobo, vindice doctrinae purioris primario, miraculis, quae ab eo patrata finguntur et aliis rebus, ad eum pertinentibus, v. *Theodorit.* hiſtor. religioſae cap. I. p. 768. Opp. tom. III. eiusd. hiſtor. eccles. lib. II. cap. 30. ſq. *Cauei* hiſt. litter. SS. EE. I. *Du Pin* hiſt. eccl. vol. II. p. 49. *Cas. Oudin.* comm. de SS. EE. I. pag. 321. ſq. vbi quoque codd. ſyriacos et arabicos, quibus homilias et alia *Iacobi,* Niſibis, h. e. Antiochiae Amygdoniae in Meſopotamia, epiſcopi ſcripta continent, et in biblioth. in Anglia et Hibernia ſeruantur, enarrat. In bibl. *Leidenſi* inter codd. orientales, a. Iac. Golio ex oriente adlatos, nr. 55. in cat. bibl. Leid. p. 411. exſtat *Iacobi, epiſcopi Edeſſeni,* hexaemeron, ſiue hiſtoria creationis, ad Conſtantinum, imp. Atque *Cau.* l. c. id opus, notat, temporis quidem rationibus optime congruere; ſed, num Iacobi ſit opus, aliorum ſubmittit iudicio; *Oudin.* vero l. c. addit, ſilentium veterum de opere eiusmodi, fidei plurimum detrahere. Inter eosdem codd. in cat. bibl. Leid. p. 409 nr. 7. occurrit *Pentateuchus* et eius comment. ling. arab. charact. ſyr. ex Ephraemo, Dionyſio, *Iacobo Edeſſeno* etc. — Add. *Schroeckh.* hiſt. eccl. chriſt. tom. VI. p. 49. ſq. qui animaduertit, ſcripta, a Gennadio tributa Iacobo, Niſibeno, auctorem habuiſſe *Iacobum Sapientem,* epiſcop. in Meſopotamia, multo ſeriorem, idque adfatim demonſtratum eſſe ab *Aſſemanno,* in bibl. orientali, tom. I. pag. 19. ſqq. *S. Iacobi,* epiſcopi Niſibeni, *Sermones,* armenice et latine, cum praef. notis et diſſertatione de Aſcetis. Omnia nunc primum in lucem prodierunt Romae 1756. fol. v. *Erneſti* nou. bibl. theolog. tom. VIII. part. III. nr. 1. pag. 195. ſqq. *Harl.*

IOANNES, ab a. C. 386. epiſcopus HIEROSOLYMITANVS, famae Origenis adverſus Epiphanium et Hieronymum ſtrenuus defenſor, obiit a. C. 416. Vide *Tillemont.* tom. XII. memor. Non exſtat eius *liber aduerſus obtrectatores ſtudii ſui,* memoratus *Gennadio* cap. 30. in quo demonſtrauit, ſe Origenis ingenium, non fidem ſequutum. Hanc ſu-

far. cod. II. nr. 91. ſecund. *Neſſelii* catal. part. I. pag. 12. ſiue cod. LVII. ſec. *Lambecii* comm. III. p. 244. eſt *Hoſii* ad imp., Conſtantium, pro S. Athanaſio epiſtola. *Harl.*

pp) Vbi v. interpretes in *Fabricii* biblioth. eccles. p. 6. *Harl.*

ſpicor eſſe illam apologiam ad Theophilum, Alex., ad quam reſpondet Hieronymus epiſtola 61. Librum de inſtitutione monachorum Carmelitici ordinis ad Capraſium, monachum, libenter omitto, qui velut e graeco verſus latine a Carmelitis falſo iactatur, ſaepiusque editus eſt, (etiam in operibus Thomae a Ieſu tom. I. p. 416. ſeq.) et cum pluribus aliis ſcriptis, non maiori pudore ſuppoſitis huic Iohanni Hieroſol. vulgatus a *Petro Waſtelio*, additis ampliſſimis vindiciis, Bruxell. 1643. fol. Sed his vindiciis et eiusdem Waſtelii apologetico pro Ioannis, Hieroſol., monachismo in Carmelo, ibid. 1611. 8. nec non *Bernhardo Alegre*, qui in paradiſo Carmelitici decoris pag. 576. ſeq. copioſe diſputat aduerſus Baronium et Bignaeum, vt Iohannem, Hieroſol., adſcribat Carmelitis, videre, iuuabit, quae oppoſuit *Papebrochius* in tractatu praeliminari ad tom. III. Act. Sanctor. Maii pag. XX. ſeq. et tom. I. April. p. 780. ſeq. nec non *Conradus Ianningus* in apologia pro Papebrochio aduerſus Sebaſtianum a S. Paulo, praemiſſam Actis tom. I. Iunii §. XLIX. ſeq. pag. XL. etc. *Fabr.* Plura v. infra, in vol. IX. p. 280. ſqq. vet. ed. — Inſtitutiones catecheticae illuminatorum et myſtagogicae, in cod. Auguſt. Vind. de quo libro pluribus diſſerit *Reiſer* in indice bibl. Auguſtanae p. 13. De alio ſeriore Io. patriarcha Hieroſolymit., v. *Lambec.* comm. III. p. 178. et Kollar. ibid. in nota *B.* *Harl.*

[P] IVLIVS I. epiſcopus romanus ab a. 337. ad 352. de quo *Tillemontius* tomo ſeptimo, et *Henſchenius* tomo II. Act. Sanctor. April. XII. pag. 82. ſeq. *Epiſtola* ſub eius nomine ad *Dionyſium, Corinthium,* qq) quae incipit: θαυμάζω πυνθανόμενος, graece et latine vulgata eſt a *Lud. Antonio Muratorio* in anecdotis graecis pag. 341 — 346. ſubiuncta diſquiſitione ad Antonium Mariam Saluinium, qua aduerſus *Gennadium* cap. 2. de S. E. negat, auctorem illius Iulium eſſe; rr) ſed ab Apollinari vel Timotheo, Apollinaris diſcipulo, ſuppoſitam probat auctoritate *Facundi,* lib. I. cap. 5. *Euagrii* lib. I. Hiſt. cap. 31. ac *Leontii Byz.* Plura de epiſtolis, Iulio aliisque per Apollinariſtas ſuppoſitis, *Michael le Quien* in diſſ. ſecunda Damaſcenica. Iulii epiſtola *ad Docimum* citatur Act. 1. concilii Epheſini, et a Cyrillo, Alex., in apologetico. Ex verbis πρὸς Δόκιμον, apud Facundum eſt ad Prosdocimum ss). Epiſtola ad

qq) V. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 590. *Harl.*

rr) V. ſupra vol. VIII. pag. 319. not. *mm.* *Harl.*

ss) Hanc epiſtolam *ad Prosdocimum* gr. et lat. exhibuit *Petrus Conſtantius* ex cod. a Mich. Le Quien ſibi communicatam in adpendice ad tom. I. epiſtolarum romanorum pontificum pag. 73. ſqq. et adducit loca Athanaſii atque Ambroſii, quae *Iulium* adprime illuſtrant: (aliae Iulii epp. ſunt ap. eumdem Conſtant. p. 352. 387. 399. 403. etc.) deinde M. *Io. Gottlieb Ehrlich,* in diſp. inſcripta; *Iulii Primi, epiſcopi romani, ad Prosdocimum epiſtola de Trinitate et incarnatione,* quam ex cod. Oxonienſi edit, vertit, vindicat et illuſtrat. Lipſiae 1750. 4. pag. 25. ſqq. In doctis notis primum monet, codicem quidem Laudianum bibl. Bodleianae membr. circiter 700 annor. (ex quo illam epiſtolam integram deſcripſit,) et concilium Epheſin. habere πρὸς δόκιον Marcum tamen Mercatorem, Facundum et alios concilii Epheſini interpretes latinos lectionem πρὸς Προσδόκιον ſuadere; quam poſtremam lectionem ideo praeferendam exiſtimauit, quia codex in ſubiuncta ſalutatione Προσδοκίῳ legat. In iisdem notis paſſim obſeruat Ehrlich, Arianorum errores a Iulio impugnari, examinatque lect. cod. Quieniani.

ad Alexandrinos pro Athanaſio, quae incipit: *συγχαίρω κἀγὼ ὑμῖν, ἀδελφοί*, exſtat apud *Socratem* II. 23. Hiſt. et apologia ſecunda S. Athanaſii, qui epiſtolam Iulii *ad Orientales* etiam in ſua apologia de fuga conſeruauit, Tom. I. pag. 739 — 754. Incipit: *ἀνέγνων τὰ γράμματα.* tt) Praeter has epiſtolas in tomis conciliorum ſub Iulii nomine exſtat latine epiſtola increpatoria ad Orientales pro cauſſa Athanaſii et exceſſibus contra romanam eccleſiam, quae incipit: *decuerat vos, fratres,* cum epiſtola Orientalium ad Iulium, cuius initium: *licet circa omnes romanam eccleſiam,* Iuliique epiſtola ad Orientales, Theognium, Theodorum, Berinthum, altera, quae incipit: *decuerat vos aduerſus ſanctam eccleſiam.* Has Blondellus etiam in Pſeudo-Iſidoro ſuo pag. 443. ſq. exhibet cum cenſuris ſuis, quibus eas ſuppoſititias eſſe demonſtrauit. *Liturgiam* ſub Iulii nomine, verſam e Syriaco, latine exhibet *Euſebius Renaudotus* tom. II. collectionis liturgiarum p. 227.

LIBERIVS, romanus epiſcopus ab a. 352. ad 366. qui communione cum Arianis labem nomini ſuo adſperſit, a catholico dogmate alioqui haud alienus. uu) Vide *Tille-*

niani. In praemiſſa disquiſitione hiſtoriam et libellos Iulii aliaque ſcite perſequutus eſt *Ehrlich;* quare, quae docte lateque expoſuit, paucis comprehendam. Pag. 6. monet, epiſtolae *ad Prosdocium* fragmentum quoddam a concilio Ephes. act. I. concil. *Harduini* tom. I. p. 1401. ſqq. a *Cyrillo, Alex.*, apologet. pro 12. capitibus apud Marium Mercator. ed. Garnerii P. 2. ab *Eulogio* ap. Photium cod. CCXXX. graece, a *Mario Mercatore* autem ed. Baluz. p. 178. et *Facundo Herm.* lat. exhiberi; fragm. autem ex alia quadam Iulii epiſtola, a Leontio lib. I. contra Neſtor. et Eutych. in MStis citari, contra Harduin. obſeruat. Tum argumenta *Mich. le Quien* et *Couſtantii*, qui, vt Iulii epiſtolam ad Prosdocium ab Apollinari, aut Apollinariſta, conſcriptam eſſe oſtenderent, omni ſtudio egerunt, ſingula perſequitur, et fuſe docteque refutat, ideoque multa huius epiſtolae loca, quae Apollinaris errores redolere videbantur, aliter explicat et interpretatur vindicatque illam epiſtolam Iulio et ab Apollinariſtarum haereſi, de qua quaedam inſerit, liberat. — *Vindobon.* in cod. caeſar. LVII. nr. 55. eſt Iulii epiſtola ad Danium, Flacillum, aliosque nonnullos epiſcopos orientales pro S. Athanaſio, et nr. 63. eiusd. ep. ad presbyteros, diaconos et populum eccleſiae Alexandrinae pro S. Athanaſio; nr. 68. *Vrſatii* et *Valentis*, epiſcoporum, de falſis ſuis contra S. Athanaſium criminationibus confeſſio poenitentiae ad pontificem rom. Iulium I. ex latino in graecum ſermon. translata. v. *Lambec.* comm. III. p. 236. 238. et 239. — In cod. CLXXXVII. nr. 20. *Iulio* ſuppoſita epiſtola ad *Iuuenalem*, ep. Hieroſolymit., (de quo vid. *Caueum* l. c. p. 419.) mortuum a. 457. vel 458. teſte cod. *Lambec.* IV. p. 446. — Varia fragmm. et gr. et lat. *Conſtant.* l. c. p. 82. et pag. 83. quae Cyrillus et Iuuenalis Hieros. ad Iulium et Iulius ad Cyrillum de die natali Chriſti ſcripſiſſe traduntur. Plura de *Iulio* I. fortiſſimo purioris doctrinae aduerſus Arianos vindice eiusque epiſtolis aliisque ſcriptis v. apud *Fabricium* noſtrum in bibl. mediae et inf. latinitat. tom. IV. p. 201. ed. Manſi, vbi epiſt. ad Prosdocimum adſeritur *Timotheo*, Apollinaris diſcipulo; *du Pin* hiſt. eccl. vol. II. p. 51. *Cauei* hiſt. litt. SS. EE. I. pag. 204. ad an. 337. *Harl.*

tt) Duae hae epp., a nemine in ſuſpicionem vocatae, ſunt quoque in *Petri Couſtantii* epp. roman. pontificum, tom. I. *Harl.*

uu) Sed diſtinguenda ſunt tempora, antequam propter acre Athanaſii ſtudium et conſtantiam miſſus erat in exſilium, ab eo, quum in exſilio, propter multa, quae, teſte Athanaſio, perpeſſus eſt, et vt epiſcopatum ſuum recuperaret, conſilii animique mutationem ſimularet et Arianorum partibus

Tillemontium tom. VI. p. 781. 790. tom. VIII. p. 714. et Benedictinorum notas ad S. Ambrosium tom. II. pag. 173. *Io. Morinum* de sacris ordinationibus p. 346. sed et *Matthaei Larroquani* diss. de Liberio romano, Geneu. 1670. 8. De scriptis eius non habeo, quae addam *Cauei* industriae, quem si placet, consule, [tom. I. p. 213. add. *P. Coustant* epp. rom. pontific. p. 422. sq. 458. 463. adpend. ad epp. p. 89. 95. 97. et 99. *Fabric.* nostrum bibl. med. et inf. lat. tom. IV. p. 273. sq. ed. Mansi. *Schroeckh.* H. E. christ. IV. p. 105. sq. 141. sqq. Bollandiniani in act. Sctor. m. Sept. in commentat. de S. Liberio; *Walch.* hist. haer. II. p. 518. 520. 530. *Harl.*]

[*] LVCIFER, Calaritanus, siue, vt veteres, Caralitanus (Καράλων) in Sardinia episcopus a. C. 371. defunctus, licet latine scripserit, non tacendus est mihi, quoniam scripta eius graece transferenda curauit S. Athanasius, siue, vt in Marcellini et Faustini libello precum pag. 38. traditur, ipse transtulit. *Dicant nunc, quid Lucifer nouum docuerit - - Et bene quod libros scripsit ad Constantium, non vt plerique, gloriam captans ingenii, sed diuina testimonia aptissime congerens contra haereticos* (Arianos) *et contra ipsum patronum haereticorum* (Constantium) *Quos quidem libros quum per omnia ex integro ageret, suspexit et Athanasius vt veri vindices, atque in graecum stilum transtulit, ne tantum boni graeca lingua non haberet.* Ad hunc Luciferum duae Athanasii epistolae exstant latine inter Luciferi opera et inter Athanasii tom. II. edit. nouae p. 965. Earum alteram emendatiorem quoque dedit *Chifletius* ad Vigilium p. 109. De Lucifero, quem ardor incredibilis et constantia confessoribus, asperitas in episcopos poenitentes horumque receptores, schismatis reis adscripsit, videndi *Godfridus Hermantius* in vita Athanasii, libro praecipue IX. cap. 11. *Tillemontius* tom. VII. memoriar. p. 514. seq. et tom. XII. p. 50. vbi de Hieronymi dialogo aduersus Luciferianos, qui Luciferum ipsum tamen beatum vocare non dubitat et bonum pastorem; *Paschasius Quesnellus*, dissertatione XIV. ad Leonem M. e qua repetitae notae, quae Faustini et Marcellini libello precum in editione Oxoniensi subiiciuntur; Benedictini notis ad S. Ambrosium pag. 1127. et *Papebrochius* tom. V. Act. Sanctor. Maii 20. p. 197. ad 225. qui p. 205. laudat Ambrosii Machin, archiepiscopi Calaritani, defensionem sanctitatis Luciferi, ad Vrbanum VIII. editam Carali a. 1639. fol. Pro eadem pugnat *Antonius Macedo* in libro de Diis tutelaribus orbis christiani p. 215. seq. licet contra eamdem multi, vt *Natalis Alexander* in selectis capitulis historiae saeculi IV. parte I. p. 245. seq.; et *Apostolicus vir* dicitur in libello precum, a Luciferianis composito, p. 10. *Sed et Apostolicus vir, Lucifer, ob hoc, quod bene esset agnitus*

bus se fauere profiteretur. Quare a. C. 358. opera multorum episcoporum ab imp., Constantio, iterum accepit prouinciam sacram romanam. Atque recentiore aetate exstiterunt, qui defendere auderent Liberium, et negare, Liberium ad Arianorum partes vnquam transiisse. v. diss. de non commentitio, eoque gemino, sed excusato lapsu *Liberii*, rom. pont. Vindobon. 1776. 8. et *Schroeckh.* l. c. pag. 144. sq. — *Merendam* vero de gestis *Liberii*, exsulis, p. 147. 179. opp. *S. Damasi*, Romae 1754. aliosque multos, qui ostendere studerent, eum non fuisse Liberii lapsum, qui dogmaticum pontificum romanor. iudicium errori obnoxium euincerent, aut qui alia ratione historiam explicarent, citauit auctor biblioth. selectae H. E. etc. Venet. 1776. 8. p. 299. *Harl.* Ad eos accessit *F. A. Zaccaria* in diss. *de commentitio Liberii lapsu*, in diss. eius de rebus ad hist. eccl. et antiq. pert. tom. I. p. 282—335.

agnitus per contemtum saeculi, per studium sacrarum litterarum, per vitae puritatem, per constantiam fidei, per gratiam diuinam, a romana ecclesia missus est legatus ad Constantium: et ob hoc, quod fidem venerabilem vindicauit, quod detexit et conuicit haereticos, ductus est in exsilium cum omni atrocitate iniuriarum. In scriptis eius familiam ducunt *libri duo Athanasii ad Constantium, imp.,* in quibus totam S. Scripturam ordine percurrit, ex singulis libris ordine repetens, quae ad Constantium adplicet et quibus persequutionem eius [¶] detestetur. Liber secundus a Ieremia incipit. Quoniam vero alia versione vsus est Lucifer, loca pleraque aliter leguntur, quam in latinis nostris bibliorum codicibus, vt adparet ex collatione, qua *I. Ludouicus de la Cerda* cap. CLXIII. Aduersariorum sacrorum p. 404—414. dicta in priore Luciferi libro citata cum interpretatione Vulgata contulit. Cetera Luciferi scripta, non minorem ardorem spirantia, sunt: *de regibus apostaticis. De non conueniendo cum haereticis. De non parcendo delinquentibus in Deum. Quod moriendum sit pro filio Dei.* Quibus denique *epistola* breuis *ad Florentium* subiicitur. Nonnullae *Latini Latinii* castigationes ad editionem Luciferi, curatam a Ioanne Tilio, Paris. 1568. 8. atque in editionibus Patrum Paris. Colon. et Lugd. repetitam, exstant in eius bibliotheca sacro-profana pag. 157 — 163. Sed (Obseruatt. sacr. p. 139.) non vidisse lucem, dolemus, editionem Luciferi, quam parare se professus est *Cotelerius* ad constitutt. Apostol. II. 57. his verbis: *Ceterum hic, vbi locum Luciferi illustrare conatus sum, auctoris omnium, (quod nemo nescit,) deprauatissimi, vtilissimi tamen ad cognitionem scripturarum, admonitum te velim, lector candide, me in purgando eo Augiae stabulo plurimum laboris impendisse, paratumque esse ad procurandam editionem, si librum aliquem MS. nactus fuero. Vt si forte in manus tuas, aut notitiam venerit, mecum communicare non dedigneris, hominem non ingratum singulari beneficio tibi deuincturus.* Sunt, qui suspicentur, consilium illud deinde Cotelerium abiecisse, ne Luciferi verbis regem suum, Hugonottis tunc grauem, pulsare videretur. Qui vero Luciferi in Constantium, imperatorem suum lacessentis acerrime, scripta laudant, facilius excusabunt, quae Lutherus, externi regis scripto respondens, paullo asperius scripsit. *Fabr.* Plura de *Lucifero* memoriae prodidit *Fabric.* in bibl. med. et inf. latinit. tom. IV. pag. 282. sqq. ed. Mansii, qui animaduersione adiecta grauiter in Lutherum inuehitur. Atque ego in Breu. not. litter. rom. pag. 592. sqq. et in Suppl. II. p. 238. egi de illo, aliosque laudaui V. D. quibus addes *I. G. Walch.* hist. eccles. p. 1535. *Stollium* in: Nachricht von den Leben — der Kirchenv. cap. X. p. 283. sqq. vbi bene multos citat. etc. auctor. bibl. selectae H. E. p. 303. sq. *Ceillier* Hist. des auteurs eccles. tom. V. p. 385. sqq. inprimis de eius ingenio animoque incontinenti dicendique genere immoderato et aspero, fatis sectaque *Schroeckh.* in H. E. christ. tom. VI. p. 206. 220. et *Chr. Gu. Franc. Walch* in: Entwurf einer vollständig. Historie der Ketzereien etc. s. hist. haeresium, part. III. sect. III. p. 338 — 377. — *Gallandus* in biblioth. patr. vol. VI. *Luciferi* opera ex ed. Paris. 1644. recudi fecit et aliquoties bene emendauit; sed plenior magisque critica est ed. inscripta: *Luciferi episc. Calaritani opera omnia, quae exstant.* Curantibus *Io. Dominico* et *Iac. Coletis,* Sebastiani filiis. — Venet. excud. fratres Coleti. 1778. fol. cum vita Luciferi pag. 35. sqq. prolegomenorum, de qua ed. v. cl. *Villoison* in anecd. gr. tom. II. pag. 245. not. nr. VI. et longam censuram in D. *Io. Christph. Doederlein* theol. bibl. vol. I. part. VIII. p. 599. sqq. *Harl.*

MAR-

MARCVS, Arethusius, auctor confessionis, editae in concilio Sirmiensi a. 351. teste *Socrate* II. 30. deinde martyr sub Iuliano, laudatus in Nazianzeni orat. 48. Vide *Tillemont.* tom. VII. memor. pag. 726. et *Tho. Ittigii* historiam Photini p. 454.

De MARCO, eremita, dictum supra, p. 349. seq. [v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 43. *Harl.*]

MELETIVS, Melitenus, ab Acacio a. 360. ex Sebasteno [vv]) Antiochiae ordinatus episcopus, mox post mensis spatium ab Arianis iterum expulsus est, Euzoio in eius locum euecto. Cum hoc Meletio quod communicare nollent Eustathiani: non mediocris in [?] ecclesia motus concitatus est, quem ordinatus a Lucifero Paulinus, Eustathianorum episcopus, etiam auxit. Sed sub-Iouiano redditus ecclesiae suae Meletius a. 363. atque sub Valente iterum eiectus in exsilium a. 364. Paulino locum dedit, donec sub Gratiano tertium a. 378. reuocatus eodem Paulino, frustra per aliquod tempus schisma continuante, tandem cum eo in gratiam rediit. Vide Acta Sanctor. 12. Febr. et *Tillemontium* tom. VIII. memor. p. 341. seq. 760. sq. [ww]) Meletium hunc, durante concilio CPoli a. 381. quum Nazianzenus ab eo episcopus CPol. ordinatus esset, defunctum, pro funere laudauit Gregorius, Nyssenus, cuius oratio adhuc exstat, vt dixi supra p. 129. nr. 60. [add. cod. *Laurent.* X. nr. 10. plut. 5. et *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 23.] quemadmodum et exstat sermo Chrysostomi, in ipsius laudem dictus Antiochiae a. 386. qui incipit: πανταχοῦ τῆς τιμίας καὶ ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, et citatur in synodo secunda Nicaena actione IV.

Huius Meletii primum, quem Antiochiae habuit, sermonem seruauit *Epiphanius* LXXIII. 29. 33. Meminit *Sozomenus* IV. 28.

Praeterea epistolam ad Iouianum, imp., in concilio Antiocheno a. 363. scriptam, *Socrates* III. 25. et *Sozomenus* VI. 4. Perstringunt illud concilium *Hieron.* in chron. et *Athanasius* tom. III. edit. nouae pag. 31.

Alii Meletii decem.

Cum hoc Meletio non confundendus 1) MELETIVS, Lycopolitanus in Thebaide Aegypti episcopus, atque sub Diocletiano et Maximiano confessor, a quo schisma *Meletianorum*, negantium ad poenitentiam recipiendos, qui persequutionis metu Christum abnegaue-

vv) Vide *Philostorg.* V. 1. *Socratem* II. 44.

ww) Add. Acta SS. tom. II. Febr. p. 585 *du Pin* H. Eccl. vol. II. p. 187. *Caui* hist. litt. SS. EE. I. p. 223. sq. ad a 360. *I. G. Walch.* H. eccl. N. T. p. 1519. et filii, *Ch. Gu. Franc. Walch.* hist. haeres. II. p. 679. V. *Stollii* Nachr. von d. Leben der Kirchenv. p. 562. §. III. *Schroeckh.* H. E. christ. VI. p. 173. sqq. et X. p. 344. sq. infra, vol. IX. de Photio p. 389. ed. vet. de loco quodam Antiocheni dubio. *Harl.*

negauerant. De hoc *Epiphanius* haerefi LXVIII. Hi deinde male audierunt ob communionem cum Arianis; [xx]) vnde non a melle Meletianos, fed ab amaritudine *Picritianos* adpellat S. Athanafius, [yy]) licet Meletius ipfe inter primos Arii haerefin notaffet et ad Alexandrum detuliffet. [zz]) Meletianum fchisma vtcunque fopitum in concilio Nicaeno, quibusdam illud adhuc continuantibus, vt Iohanne, Memphitano, et Callinio, Pelufiota epifcopo atque Paphnutio anachoreta. Vide *Tillemontium* tom. VI. pag. 233. 662. 735. et b. *Ittigii* hiftoriam concilii Nicaeni pag. 13. et 62. *Fabr.* Inprimis *Schroeckh* l. c. part. V. ed. I. p. 280. fqq. ed. II. pag. 265—273. et *Ch. Gu. Fr. Walchii* hift. haeres. tom. IV. p. 355—410. *Vindobon.* in cod. caes. LVII. nr. 78. *Meletii*, epifc. aegyptiaci, *Breue*, f. recenfio compendiaria epifcoporum aegyptiacor. vna cum presbyteris et diaconis tam alexandrinis, quam ruralibus, data S. Alexandro archiepifcopo Alexandrino, v. *Lambec.* comm. III. pag. 241. *Harl.*

2) Alius Meletius, *Sebaftopolitanus* epifcopus, quem concilio Nicaeno a. 325. interfuiffe teftatur *Athanafius* orat. I. in Arianos tom. I. p. 291. et *Philoftorgius* lib. I. c. 8. Vide *Valefium* ad Eufebii VII. 32.

3) *Meletius*, ad quem haec exftat Libanii epiftola [237. ed. Wolf. p. 113. et antea in illius anecdot. gr. III. p. 275. fq. ep. XV. Idem *Liban.* ep. 898. ed. mai. laudat Meletium. *Harl.*]

4) Meletius, epifcopus *Mopsueftenus* in Cilicia fecunda, Neftorianus: cuius epiftolae vndecim fuperfunt latine in fynodico aduerfus tragoediam Irenaei. Depofitus eft in concilio Ephefino a. C. 431. [infra, vol. IX. p. 154. et 155. not. *l.* vet. ed.]

5) Meletius, chorepifcopus. Garnerii auctar. ad Theodoriti opera p. 198.

6) Meletius, monachus, cuius liber de natura hominis ita infcribitur in codice Seguieriano [a]) et altero Caefareo [b]): πόνημα κατὰ σύνοψιν περὶ φύσεως ἀνθρώπε, ἐξερα-

xx) *Epiphanius* LXVIII. 4.

yy) *Athanaf.* epift. ad folitarios, tom. I. p. 864. D. *Ittig.* diff. de Photino pag. 427.

zz) *Epiphanius* LXVIII. 6. ad quem confer *Godfr. Hermantium* lib. I. de vita Athanafii cap. 7.

a) S. *Coislin.* CCCLXXXIV. fol. 162. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 588. *Harl.*

b) N. XX. nr. 1. vbi, tefte *Lambecio*, comment. VI. part. II. p. 246. infcriptio eft: πόνημα εἰς σύνοψιν περὶ φύσεως — μοναχῦ ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων καὶ τῶν ἔξω λογ. φιλοσ. Sequitur anonymi cuiusdam praefatio, quae in Petraei ed. Veneta lat. perperam adtribuitur ipfi Meletio, ac principio fuo ibi caret, et in hoc principio in cod. leguntur vocc. a Fabricio citata, quafi a Meletio profecta; — — μοναχῦ θέματος — — Τριάδος. atque Lambec. et Kollar. in not. explicant, quid fit θέμα Ὀψικίς, f. pars Afiae minoris, cuius metropolis Nicaea. In hac prouincia quoniam fuit etiam Phrygiae vrbs, Tiberiopolis, Kollar. inde efficit, *Meletium* noftrum ex oppido *Aeroco*, in minoris Afiae comitatu fiue prouincia Comitis Anteambulonis fito, et ad epifcopatum Tiberiopolitanum

ἐξερανιθὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Μελετίου μοναχοῦ [ἐκ] θέματος τοῦ Ὀψικίου βάνδου ἀκρεσκοῦ *) χωρίου Τιβεριουπόλεως (in Phrygia maiore) μονῆς λεγομένης τρεῖς, ἤτοι τῆς ἁγίας Τριάδος:

num pertinente, oriundum, in monasterio S. S. Trinitatis monasticam vitam vixisse. Tum coniicit, an legi possit βάνδου ἀκροκοῦ· χωρίου Τιβεριουπόλεως etc. Cotelerio tamen, monet, in monument. eccl. gr. tom. III. p. 580. legendum videri: βάνδου α. κρόκου vel κροκίου, *vexilli primi crocei.* Illius anonymi praefationem excipit genuina ipsa Meletii praefatio. Opus autem Meletii non est integrum in illo codice. Praeter ea in eadem bibl. eodemque Lambecii vol. exstant p. 231. sq. in cod. XIV. nr. 1. anonymi auctoris opusc. graeco barbarum de structura hominis ex Galeno, Hippocrate et *Meletio, philosopho,* collectum; nr. 4. anonymi auct. eclogae graeco-barbarae ex *Meletii Iatrosophio,* in capp. 217. diuisae, inc. ἀρχὴ τοῦ Μελετίου Ἰατροσοφίου· — p. 237. in cod. XIX. *Meletii* liber auctior, a Fabricio ipso paullo post indicatus. — pag. 278. in cod. XXVII. nr. 9. anonymi auctoris *epitome* libri *Meletii* de natura structuraque hominis incipit a speciali diss. *de capite.* — *Monachii* in cod. CXXXV. *Meletii,* monachi, compendium de natura hominis ex variis sacris et profanis auctoribus collectum: additae sunt medicae quaedam obss. praesertim ex Galeno. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 55. — *Oxon.* in bibl. Bodleiana secundum cat. nr. 27. *Meletii* versus iambici ad Studitam: nr. 131. 260. *Mel.* de constructione hominis σύνοψις, et nr. 261. sic indicatur in cat. *Melet.* monachus, (an Nemesius?) de natura hominis. — ibid. in collegio Iesu, nr. 2126. *Meletius,* monach. de musica et canticis ecclesiasticis, gr. cum perpetuis notis musicis. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCXCVII. vbi quoque inscriptio fere eadem est, quae in cod. Coislin. aut Vindob. πόνημα ἐν συνόψει περὶ φύσεως ἀνθρώπου —— τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων, καὶ τῶν ἔξω λογάδων, καὶ φιλοσόφων· in cod. DXXI. de natura hominis: init. τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. v. cat. codd. gr. Marc. p. 159. et 280. — *Florentiae* in cod. Laurent. XIX. 1. est *Iatrosophion* etc. cuius caput decimum inscribitur *Meletii,* monachi, de natura hominis. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. III. p. 167. Ibid. p. 283. sqq. differit, aut repetit, quae Fabr. noster h. l. obseruauit de Meletio et num ab aliis eiusdem nominis sit diuersus, dum recenset cod. I. in quo nr. 2. plut. 86. *Meletii* πόνημα ἐν συνόψει περὶ φύσεως ἀνθρώπου etc. (vt in aliis antea memoratis codd. legitur,) opus est integrum: quod etiam, maximam quidem partem integrum, at tamen in ordine ac diuisione capitum aliisque rebus ab eo, quod in superiore cod. superest, discrepans, exstat in cod. XX. nr. 1. plut. 86. teste *Bandin.* III. p. 564. — In cod. *Coislin.* CCCXXXV. inter opuscula et fragmm. variorum medicorum sunt fol. 75. excerpta de morbis ex Hippocrate, Galeno et *Meletio.* *Paris.* in *septem* codd. bibl. publicae est *Meletii,* philosophi et medici, *lib. de natura hominis.* Atque in cod. quidem MMCCXXIIII. citantur *Meletii tres libri de re medica*: et ab auctore catal. codd. Paris. II. p. 464. opus illud in eo cod. sic designatur: „*Meletii, monachi, libri tres,* quorum primus est de natura structuraque hominis, reliqui duo de rebus ad medicam pertinentibus. Libri primi capita XIV. secundi XXVI. tertii LIV. Praefixus codici index capitum librorum primi et secundi; at index capitum libri III. subscriptus est libro ipsi tertio." Id si vnum opus vnius auctoris est, fit probabile, *Meletium, monachum,* a *Meletio, medico,* (de quo v. infra, in vol. XIII. p. 328. sq. in elencho medicor. vett.) haud diuersum fuisse; nec adeo inaudita res est, doctos homines et sacris et medicis doctrinis artibusque laudabilem dedisse operam. Saltem, Meletium, monachum, si quoque alius Meletius, arti salutari vnice vacans, in viuis fuerit, artis medicae non omnino expertem fuisse, ideoque duos illos facile a scribis aliisque, etiam doctioribus hominibus, potuisse confundi, inde colligitur. Tum cognoscitur ex eo, librum de natura hominis fuisse primam maioris operis partem: in cod. MMCCXCIX. tres esse *Meletii* monachi, partes, auctor cat. II. p. 478. eo ordine declarat: 1) tractat. de natura hominis; 2) liber

Τριάδος: Συλλογὴ ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας [d]) *ἐνδόξων καὶ τῶν λογάδων φιλοσόφων.* Prodiit tantum latine Venet. a. 1552. 4. ex versione *Nic. Petreii,* Corcyraei. Graece habetur etiam aliquoties MS. Oxonii in bibl. Bodlei. Graeco altero bibl. caesareae codice [XIX. v. *Lambec.* VI. p. 237. sq. et altero in cod. Laurent. *H.]* caput XXXV. de anima quintuplo maius occurrit. *Fabr.*

[Huc reducam ex vol. IX. vet. ed. post praefat. *indicem scriptorum, qui citantur a Meletio in libro de structura hominis,* a Fabricio concinnatum ad paginas edit. Venetae 1552. 4.

Aristophanes, in Equit. 80.
Aristoteles, 68.
Basilius, 2. 7. 21. 48. 57. 72. 77.
Callimachus, 65. 85. 90. 137.
Chrysostomus, 2.
Cyrillus, 2.
Empedocles, 142.
Epicurus, 67.
Galenus, 1. 68. 109. 142.
Gregor. Nazianz. theologus, 67. 114. 142.
Gregorius Nyssenus, 2. 10. 114. 140.
Graeci nugantur, 10.
Hesiodus, 59. 91.
Homerus, 9. 20. 29. 51. 64. 65. *66.* 72. 73. 74. 85. 88. 89. 95. 106. 109. 110. 120. 121. 127. 129. 136. Poeta, 80.
Lycophron, 85.
Pindarus in Dithyrambis, 86.
Plato, 25. 27. Timaeo, 57.
Socrates de hominis natura, (apud Platon.) 1. *Harl.]*

Incertum, diuersus ne ab hoc, (vel illo, quem mox referam,) sit Meletius, ad quem Theodori, Studitae, epistolae supersunt inter ineditas illas CCLXXVII. quas, Sirmondo haud visas, seruat codex bibl. Seguierianae. *Fabr.* V. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. 149. 317. 320. et *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 284. *Harl.*

7) *Μελέτιός τις, Θεοφόρος ἀνὴρ καὶ τῶν γραφῶν ἀκριβὴς ἐξεταστής,* cuius de azymis scriptum inter S. Iohannis Damasceni opera edidit *Mich. le Quien* tom. I. p. 648. seq.

8) Meletius ὁ Πηγᾶ, Cretensis, a Syluestro, patriarcha Alex. ordinatus presbyter et a. 1582. protosyncellus, inde exarchus patriarchae CPol. et in patriarchatu Alexandrino Syluestri successor dignissimus, laudatus *Iosepho Scaligero* epist. 157. et *Georgio Dousae* in itinere CPol., de cuius scriptis aduersus Latinos, aliisque dicendi locus infra libro VI. Vide interim *Crusii* Turco-graeciam p. 234. *Hottingerum* parte V. Hist. eccl. p. 62. seq. *Allatium* de

2) liber de anima; 3) de IV. elementis opusculum ineditum. Eidem Meletio, philosopho ac medico, in cod. MMCCXII. et sequenti tribuitur commentarius in Hippocratis aphorismos, atque in codd. MMCCXL. et MMCCCXV. versus politici de vrinis, illarumque differentia. *Harl.*

c) Al. [vt in cod. caesar. XX. citato,] ἀκροχῇ. Ὀψίκιον et Θέμα Ὀψικίκ quid sit, dixi supra, [pag. 229. not. *dd.*]

d) In cod. Coisl. deest ἐκκλ. tum legitur ἐνδόξων, καὶ τῶν ἐξ εὐλογάδων φιλ. *Harl.*

de consensu pag. 996. Rich. Simonis hist. critic. tom. IV. pag. 11. seq. et praecipue *Eusebium Renaudotum* ad Gennadii et aliorum recentium Graecorum scripta p. 91. seq. [v. ad nr. 9.] Epistola huius Meletii ad Ianum Dousam exstat inter Arminii eiusque sequacium epistolas n. XXV. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLIV. est *Meletii Pigae*, alexandrini patriarchae, *euangelicae doctrinae periodus.* Praemittuntur versus elegiaci in laudem auctoris, et epistola ad Ioannem quemdam Simontam. Plura leges infra in vol. X. p. 437. ed. vet. et vol. XI. p. 770. sq. in *Demetrii Procopii* recensione eruditorum Graecorum. *Renaudot.* edidit *Gennadii,* patriarch. CPol., homilias de sacramento eucharistiae, *Meletii Alexandrini, Nectarii Hierosolym. Meletii Syrigii* et aliorum de eodem argumento opuscula, gr. et lat. Paris. 1709. 4. Renaud. in praef. agit de *Francisco Prossalente.* Add. *Saxii* Onom. IV. p. 57. et 571. *Harl.*

9) Meletius Syrigus, Cretensis, qui iussu synodi CPol. et patriarcharum mandato a. 1638. oppugnauit confessionem Cyrilli Lucaris. Vide laudatum *Renaudotum* p. 151. seq. et *Rich. Simonem* in libro de sententia eccles. oriental. circa transsubstantiationem, edito gallice aduersus Tho. Smithum, Paris. 1684. 12. *Fabr.* Conf. infra, vol. X. p. 437. ed. vet. et XI. p. 777. in laudata Procopii recens. *Saxii* Onom. IV. p. 439. et *Kollarii* supplement. ad Lambecii comment. pag. 240. *Harl.*

10) Meletius, calligraphus XI. saeculi, cuius aliquot codices MSti graeci in bibl. Seguieriana et Colbertina. e) Omitto *Meletium, ducem,* de quo martyrologia et menologia 24. Maii. f) Alios item martyres [P] hoc nomine, nec non duos *Meletios*, hegumenos monasterii S. Pauli Latris, quorum alter saeculo XIV. alter saeculo XV. fuit, quorum mentio in codice Colbertino operum S. Ephraim apud Montfauconum in palaeographia graeca p. 78. *Meletii Macris* mox infra faciam mentionem in Nectario, Hierosol. *Fabr.*

Meletius, Alexandr. patriarcha. vide infra, vol. X. pag. 515. ed. vet.

Meletius,

e) In *Montfaucon.* bibl. Coislin. occurrunt p. 305. *Meletius*, calligraphus, qui cod. CCLX. continentem Dorothei opp. aliaque, descripsit, atque in fine in iambis graeco barbaris tam indicem librorum, quam nomen suum posuit: p. 113. *Meletius, monachus,* cuius sumtibus cod. XXXVIII. secundum notam fol. 502. a Demetrio, hierodiacono, a. 6490., i. e. an. Chr. 1432. scriptus est: p. 127. *Meletii Nili* manu exaratus est cod. LX. continens Ephraemi aliorumque opuscula, et p. 174. cod. CCXXIII. f. synaxarium pro media anni parte, studio et expensis Ioannicii, hieromonachi, a. m. 6809. manu *Meletii peccatoris.* — Teste *Montfauc.* in palaeogr. gr. p. 55. in subscriptione cod. Colbertini saec. XI. legitur: datus est hic liber IV. euangeliorum monasterio deiparae Hieracis a *monacho, Meletio, eremita:* — *Nicolaus Meletius* inter eos, qui Mediceis codd. exscribendis operam impenderunt, citatur a *Bandinio* in praef. ad cat. codd. gr. Laurent. tom. I. pag. XI. not. 1. *Harl.*

f) *Meletii, ducis,* martyrium *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 8. plut. 9. ex quo cod. illa acta fabulosa graece sumta et cum versione *Dan. Cardoni* S. I. recepta sunt in Acta SS. ad 24. Maii, tom. V. p. 436. indice *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 410. *Harl.*

Meletius, metropolita Athen. v. *Dem. Procop.* de eruditis Graecis, nr. 42. infra, vol. XI. p. 784. et confer vol. XIII. p. 486. not. vt mittam *Meletium Gypaldum* et *Meletium, protosyncellum. Harl.*]

NECTARIVS, ortu Tarsensis, Cilix, e senatore ac praetore CPol. atque adeo Laico, [g]) necdum baptizato, episcopus CPolitanus a. 381. post Nazianzeni abdicationem constitutus, [v. *Sozomen.* H. E. libr. VII. cap. 8.] praefuit concilio CPol. a. 394. 27. Sept. et a. 393. defunctus successorem habuit Ioannem Chrysostomum. Vide *Tillemont.* tom. IX. pag. 486. seq. qui eumdem esse putat Nectarium, quem vna cum coniuge de iactura filii vnici solatur *Basilius* M. epist. 188. 189. [h]) Eius *homilia in Theodorum, ςρατηλάτην* martyrem, quem primo sancto ieiunii sabbato Graeci colunt, (et in quem Gregorii, Nysseni, etiam homilia exstat,) latine saepius prodiit, Ioach. Perionio interprete, et inter homilias quasdam Chrysostomi Paris. 1554. 8. [i]) et tom. V. Lipomanni, et apud Surium tom. VI. 9. Nou. Graece MS. exstat in variis bibliothecis et in caesarea quidem saepius. Vide *Lambecium* IV. pag. 97. 124 seq. VIII. p. 86. 231. 349. [k]) Incipit: *ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηςότητός σȣ Κύριε.* *Sententiam synodicam* de Agapio et Gabadio, quorum vterque Bostrensem episcopatum sibi vindicabat, habes in iure graeco romano *Marqu. Freheri* lib. IV. pag. 247. [l]) petitam, vt habet titulus, *ἐκ τῶν πραχθέντων ἐν Κωνςαντινȣπόλει ὑπομνημάτων.* Data est Arcadio tertium et Honorio iterum COSS. hoc est a. C. 394. quo concilium celebratum est.

g) Alia exempla episcoporum e Laicis habes apud *Allatium* de aetate et interstitiis in collatione Ordinum pag. 170. seq.

h) Add. *Cauei* hist. liter. SS. EE. I. p. 277. ad a. 381. qui dubitat, Nectarii homil. de S. Theodoro esse genuinam; *Lud. Ell. du Pin* qui admodum pauca habet in noua bibl. auctorum eccles. saec. IV. tom. II. p. 246. aut p. 452. ed. Colon. 1692. 4. Plura tradit *Oudin.* in comm. de SS. eccl. I. p. 686. sqq. vbi iam refert codd. graecos bibl. Bodlei, nr. 274. Th. Roë cod. XXVIII. p. 121. et cod. DCCXXVI. Guil. Laudi cod. LXXXIV. nec non codd. *Bauar.* gr. *Monachii* enim sunt in codd. VIII. et LXIII. *Nectarii* oratt. de Theodoro, et de ieiunio atque eleemosyna; ac in cod. CXIV. orat. in martyrem, Theodorum, (vid. cat. codd. gr. Bauar. p. 3. 18. et 45.) De codd. *Vindobon.* postea sermo erit. *Mosquae* in bibl. synod. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. graec. p. 57. nr. 15. — *Leidae,* in bibl. publ. inter codd. Vossian. v. cat. illius bibl. p. 401. nr. 4. — In cod. *Coislin.* CCLXXXV. fol. 118. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 401. — *Paris.* in tredecim codd. bibl. publ. sec. cat. codd. vol. II. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. teste *Bandinio* in indice: ibid. in cod. bibl. b. Mariae. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 363. — Conf. Acta Sctorum m. Octobr. — collecta a *Cornelio Byeo, Iac. Byeo, Io. Baptista Fonsono,* presbyteris theologis, tom. V. quo dies X. et XI. continentur. Bruxell. 1786. fol. *Harl.*

i) V. infra, vol. IX. p. 148. vet. ed. *Harl.*

k) In cod. caes. CXLIV. nr. 24. p. 223. vol. IV. ed. Kollar. it. *Lambec.* de cod. CLI. nr. 6. ibid. p. 287. sqq. de alio Theodoro, duce exercitus et martyre. Add. *Kollar.* ad IV. p. 141. et 144. Eadem *Nectarii* narratio de Theodoro, martyre, in codd. caesar. XI. nr. 27. XV. nr. 27. et XXXII. nr. 9. Lamb. VIII. p. 184. 490. sq. et 138. *Harl.*

l) *Oudin.* l. c. citat quoque syntagma canonicum *Io. Zonarae*, pag. 525. cum syntagm. canonico Theodori Balsamonis, p. 761. Paris. 1620. fol. gr. cum Gentiani Herueti lat. vers. *Harl.*

Alii Nectarii.

Nectarius, hieromonachus, cuius lucubrationem, carmine ſcriptam graeco de abbatibus, qui ante ipſum claruerunt, exſtare MS. in bibl. regis Galliae codice MMCXCVIII. teſtatus eſt *Labbeus* in bibl. nou. MSS. p. 135. *Fabr.* Secund. cat. codd. bibl. Paris. publ. II. p. 309. in cod. MCCCLXXI. nr. 10. *Nectarii*, hieromonachi et abbatis, verſus de illis, qui monaſterio quondam praefuerunt. — Manu *Nectarii, hieromonachi* monaſterii S. Nicolai Caſularum vrbis Hydruntis a. 6977. Chriſti 1469., ſcriptus eſt cod. Paris. in quo eſt Calliſthenes de vita Alexandri M. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 83. *Harl.*

Nectarius, Hieroſolymitanus patriarcha, patria Cretenſis, defunctus a. 1665. ſucceſſore Dorotheo, qui eius vitam ſcripſit, in qua narrat, poetica illum didiciſſe a Meletio Macre: Philoſophiam hauſiſſe Athenis a Theophilo Corydale, philoſopho peripatetico. Huius Nectarii *Confutatio imperii papae in eccleſiam,* liber haud [408] contemnendus, lucem vidit Moldauenſibus typis a. 1682. [m]) et latine, Petro Allixio interprete, Lond. 1702. 8. *Fabr.* V. paullo ante ad Melet. Syrigum nr. 9. — Docente cel. *Villoiſon.* in litteris ad me datis prodiit liber vtilis: *ἐπιτομὴ τῆς Ἱεροκοσμικῆς* (ſacrae et profanae) *ἱϛορίας, εἰς πέντε μερισθεῖσα τμήματα, ὧν τὰ μὲν τρία πρῶτα ἐν συντομίᾳ διαλαμβάνουσιν οὐ μόνον τὰ τοῦ ἁγίου θεοβαδίϛου ὄρους Σινᾶ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἐκεῖθεν ᾠκοδομηθέντος θεοδοξαϛίου μοναϛηρίου· τῶν δ' ὑϛέρων τὸ μὲν περιέχει τὰ τῶν βασιλέων πάσης γῆς Αἰγύπτου, μεχρὶ Μωαμὲθ, καὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ, ἕως Σουλθὰν Σελήμ· τὸ δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ Σελὴμ καὶ περὶ τῆς μάχης, ἣν ἤγειρε κατὰ Περσῶν. ἔτι δὲ περὶ τῆς αἱρέσεως τοῦ Τεχῆλ, νέου προφήτου τῶν περσῶν, πραγματεύεται, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πρώην Ἱεροσολύμων πατριάρχου Νεκταρίου τοῦ κρητός. αψπγ΄* (1783.) *ἐνετίησιν.* 4. *Nectarii*, patriarchae, nomine, (vt ea, quae Fabric. olim in vol. X. p. 541. ſcripſerat, huc reducam,) a Doſitheo, ſucceſſore, edita graece eſt *ἀντίῤῥησις* contra Petrum Franciſcanum, qua papae imperium in eccleſiam oppugnatur. Eam, aiunt, ſcriptam primum arabice, quod idioma hodie in Syria Palaeſtinaque vulgare eſt. Nectarium, ſiue, quem auctorem eſſe volunt, Doſitheum, oppugnat praeter *Stephanum de Altimura* *) Nic. Comnenus in praenotionibus myſtagog. reſponſo VI. ſect. 2. qui ſect. 5. p. 384. Nectarium vocat vagum ex more Photianae ſectae patriarcham, qui, vix annum in ſua eccleſia moratus, Aſiam, Aegyptum, Europam ad corradendam pecuniam peragrauerit. — [Atqui probabiliter eſt ille quoque Nectarius, patriarcha, cuius (ante memoratam) deſcriptionem montis Sinai atque coenobii, quum viſitandi cauſſa eodem conceſſiſſet, adcurate confectam vidit *Montfaucon*, et narrauit in diario ital. p. 211. conf. *Demetr.*

m) Vide Ephemerides Paris. a. 1710. pag. 11. 13. Nouellas reip. litterar. a. 1702. tom. II. pag. 112. Acta Er. 1703. pag. 292. Memorias Treuoltinas a. 1704. tom. II. pag. 35. edit. Amſt.

*) Sub hoc nomine latuit *Michael le Quien*, (indice *Pfaffio* in diſſ. de traditionibus, p. 26.) Is ſcripſit *Panopliam contra ſchisma Graecorum*, qua romana et occidentalis eccleſia defenditur aduerſus criminationes *Nectarii*, nuperi patriarchae Hieroſolymitani, quas congeſſit in libro de primatu papae, 1718. 4. vti Fabric. olim in vol. X. p. 444. notauerat. *Harl.*

Demetr. Procop. de erudit. Graecis infr. tom. XI. p. 777. sq. et Nouveaux Mém. des Missions de la Compagnie Iesus, tom. VII. p. 1. 2. 10. et 11. Paris. 1729. 8. *Harl.]* — Subiungit Nectarius *Leonis*, diaconi nomophylacis, expositionem fidei pag. 369. et relationem *Macarii*, Nicomediae, et aliorum episcoporum et clericorum, nec non definitionem *Philothei*, Alex. *Dorothei*, Antiocheni et *Ioachimi*, Hierosol. contra synodum Florentinam, p. 372. 377. Hactenus *Fabricius*. Ab hoc praeterea in vol. X. p. 541. adduntur, h. l. commodius inserendi:

Nectarius, Synaxarii auctor, Nicephoro Callisto antiquior. v. *Goarum* ad Euchol. p. 661. et *Nic. Comnenum*, p. 138.

Nectarius, Calaber, abbas Casulanus, quem, a. 1181. defunctum, laudauit *Georgius Cuphara:* interfuit concilio Lateranensi a. 1180. vt ex actis eius concilii, et *Georgii Corcyrensis* ad Nectarium epistola *Baronius* ad a. 1180. nr. 9. sq. docet. Eius epistolae ad *Georgium*, Corcyrensem archiepiscopum, et alios citantur a Nic. Comneno pag. 12. 207. 227. 342. etc. — Fabricius quoque in vol. X. p. 135. vet. ed. *Nectarium*, abbatem Casularum, inter melodos graecorum numerat, citatque *Allat.* pag. 181. contra Hottingerum. De Manuelis, patriarchae CPolit., litteris, datis tribus monachis, Marco, *Nectario*, et Isaacio, qui ad ipsum ex Calabria venerunt, in cod. Vindob. caes. XLVIII. nr. 12. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 964. sq. *Harl.*

Nectarium, Pictauiensem, quem pro Victorino aliqui comminiscuntur, libenter omitto.

NICOBVLVS, Gregorii, Nazianzeni, amicus et propinquus, auctor carminis epici ad filium cognominem, quo respondet carmini, quod eius nomine ad parentem Nazianzenus scripserat, veniamque pro filio petierat, vt liceret illi extra patriam dare operam eloquentiae. Legitur inter Nazianzeni poemata tom. II. opp. p. 115—120. Incipit: τέκνον ἐμὸν, μύθους ποθέων ποθέεις τὰ φέριστα. De *Nicobulo*, multis antiquiore saeculis, qui de Alexandro M. scripsit, feci mentionem lib. III. [cap. II. vol. III. p. 47.]

ORESIESIS, (aliis *Oriesis*, *Orsesius* vel *Orsisius*, vide *Rosweidum* ad vitas patrum p. 110.) inter Aegypti monachos in vico Thebaidis Tabbena siue Tabbenesio, cum Pachomio et Theodoro clarus, de quo *Tillemontius* tom. VII. pag. 479. seq. 499. 686. 761. Eius *testamentum Gennadio* cap. 9. tantopere laudatum, et quod pro deperdito habet Caueus, [I. hist. litt. SS. EE. pag. 209. ad a. 344.] vtique videtur esse illa doctrina monastica, quam ex graeco versam, latine tantum habemus, editam ad calcem S. Prosperi de vita contemplatiua Colon. apud Io. Gymnicum 1538. 8. et in bibliothecis patrum Paris. Colon. et Lugd. (tom. IV. p. 92.) et in codice regularum monasticarum Holsteniano tom. I. pag. 121. Rom. 1661. 4. Paris. 1663. 4. *Fabr.* Conf. *du Pin* hist. eccl. vol. II. pag. 55. siue p. 117. ed. Colon. *Harl.* Orsiesii Abb. Tabenn. doctrina de institutione monachorum legitur etiam in *Gallandii* Bibl. PP. tom. V. p. 40. sq. et ibid. p. 51. sq. eiusdem libellus de sex cogitationibus Sanctorum. Add. Gallandi Prolegg. p. 8. sq. *B.*

Iunior existimatur *Oresius*, abbas, cuius libellus breuis de sex cogitationibus sanctorum ex Goldasti codice latine editus ab *Henrico Canisio* tom. V. lect. antiquar. parte II. pag. 951. [ed. nou. tom. I. p. 168.]

PACHOMII, monachorum Tabbenensium auctoris praecipui et medio saeculi quarto defuncti, vitam, ab auctore incerto, sed qui illis temporibus vixisse se profitetur, traditam exhibet *Bollandus* tom. III. Act. Sanctor. Maii p. 295. graece quidem in adpendice ad calcem illius voluminis e MSS. Florentino, [n]) Vaticano et Ambrosiano p. 25. et 51. (758.) latine

n) Siue cod. Laur. IX. nr. 20. plut. 11. In eod. cod. nr. 24. sunt ex vita Pachomii paralipomena, lat. quoque in actorum tomo cit. pag. 334. graece p. 814. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 505. qui etiam p. 100. adnotat, multa Pachomii loca citari in expositione sacrorum praecept. in cod. IV. plut. 6. Iuuat hic nostri et aliorum *Pachomiorum*, partim incertae aetatis memoriam, scripta et codd. excitare. Fabricius infra in vol. X. p. 440. vet. ed. ex Actis concil. tom. IX. Harduini p. 397. refert, *Pachomium, abbatem Hieromonachum*, vnioni cum Latinis fauisse. — In cod. *Mosquensi* XI. qui continet Patericum, siue varias adhortationes et narrationes ex variis scriptis et vitis patrum, inter nomina auctorum et indices librorum, ex quibus ille codex est conscriptus, citari quoque ἐν τῷ βίῳ τοῦ ἁγίου Παχωμίου, adnotauit *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosqueus. pag. 16. — *Florentiae* inter codd. bibl. B. Mariae, in cod. XIII. saec. sunt regulae SS. Basilii, *Pachomii* et Augustini, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 371. — In bibl. *Bodleiana*, in cod. CCXL. Barocc. regulatio regulae Pachomianae. — Inter codd. Cromwelli nr. 277. 67. de *Pachomio* et Tabennesiis, ex Palladii Lausiaca historia. — Inter codd. Wheleri, nr. 9105. catal. codd. Angliae etc. II. p. 357. *Pachomii* quaedam contra Monophysitas. — *Vindobon.* est cod. caesar. XXX. qui continet Theodoreti historiam religiosam etc. scriptus a *Pachomio* quodam; qui quis fuerit et quo tempore vixerit, ignorat *Lambecius* comm. VIII. p. 681. coniicit autem, eumdem esse auctorem supplementi capitis XXVI. de Symeone Stylita, adiecto operi Theodoreti in illo codice. — Idem *Lambec.* VII. p. 505. sqq. copiosus de Arsenio eiusque controuersia, monet., *Pachomii, patriarchae CPolit.*, anno decimo septimo post vrbis CPolitanae per Turcas expugnationem, diploma integrum exauguratonis et excommunicationis Arsenii subiectum esse a *Martino Crusio* in Turco-Graecia *Emm. Malaxi* H. E. CPolit. p. 146. sqq. (*Crusius* in eadem Turcograec. libr. IV. exhibuit *Pachomii*, Ganni metropolitae, et Chorae epistolas. v. supra, in vol. VIII. p. 94.) *Lambec.* VII. pag. 545. animaduertit, in fine cod. CXXXIV. a. 1429. scripti adnotatum legi, illum librum esse *Pachomii, Albanitae.* add. *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 78. et 105. — *Pachomium, monachum*, multos codd. qui nunc sunt in bibl. Paris. publ. saec. XVI. scripsisse, tradit *Montfauc.* in palaeogr. gr. p. 105. et p. 480. in descriptione montis Atho, gr. et lat. inter fundatores monasterii Dionysii post Alexium Comnenum, imperatorem, celebratur *Pachomius* quidam *monachus* (qui olim fuisset Alexander, Authentes Valachiae,) Petri Voeuodae gener. — In cod. *Naniano* gr. CXXV. saec. XVI. reperiuntur 29. opusc. varii argumenti et 15. epp. (praeter alia, quae in indice subiecto indicantur quidem, at excisa sunt.) *Pachomii, monachi*, quem schismaticum et *Rhacendytam* vocat et Fabricio ignotum fuisse scribit *Mingarell.* in cat. codd. gr. Nan. CCLVIII. sqq. vbi singula, quae continentur in cod. recenset, quae omnia hic repetere haud vacat. Illum tamen vixisse post inuentam artem typographicam, patet ex opusc. nr. 18. aduersus *Mart. Lutherum*, quem fratrem vocat, κατὰ τοῦ φρὰ μαρτὶ λέτερι; et ex epistola tertia *ad Venetos typographos*. Inter opuscula sunt plures sermones: in his, *contra Monophysitas*, (qui igitur idem esse videtur, (quem paullo ante notauimus, in cod. exstare Wheleriano:) nr. 14. et 15. de Car-

latine autem ex versione *Danielis Cardoni* S. I. pag. 295. et 334. Ammonis quoque, episcopi, epistolam περὶ βίȣ μακαρίȣ καὶ πολιτείας Παχωμίȣ καὶ Θεοδώρȣ, e MS. Florentino graece ad calcem volum. [?] pag. 63. et latine pag. 347. Cui praemissa quaedam ἐκ τῶν ἐντολῶν τȣ̃ Παχωμίȣ, cuius generis sunt *monita spiritalia* Pachomii ex MS. Aldino latine edita a *Gerhardo Vossio* in adpendice ad Gregorium, thaumaturgum, pag. 130. Mogunt. 1604. 4. [sunt etiam in bibl. PP. tom. IV.] Incipiunt: *Honora Deum, et valebis.* Tabulam aeneam, instituti monastici regulas complectentem, Pachomio traditam ab angelo, narrat *Palladius* in Lausiaca cap. 38. et argumentum eius refert. Prodiit etiam saepius *Pachomii regula* vberior latine, quam ab auctore primum scriptam Aegyptiaco sermone, deinde versam graece, et e graeco ad Siluani monachi preces latine redditam a *S. Hieronymo*, nolim inficiari. °) Primus

Cartanitis haereticis eorumque haeresi: nr. 16. et 17. contra Latinos: nr. 27. ars grammatica cum scholiis Pachomii: nr. 28. VIII. canones, in his canon sextus in *S. Pachomium.* — Add. supra, vol. VI. p. 348. — In cod. CXXVI. nr. 1. iterum exstat opusc. aduersus Lutherum, (κατὰ ἁγιοκατηγόρων etc.) — In cod. CXXVII. nr. 13. idem opusc. et nr. 14. — 22. alia, in his quaedam, quae in cod. CXXV. non reperiuntur; ex. gr. nr. 19. collectio monumentorum ecclesiastic. ex quibus constet, vitam monachorum debere esse communem; nr. 21. canon in SS. Athanasium et Cyrillum Alex. nr. 22. canones apostolorum: exscripsit Mingarell. p. 282—297. Inscriptio autem haec est: Διήγησις δανιὴλ μητροπολίτȣ ἐφέσȣ· καὶ περίοδος τῶν ἁγίων τόπων. — In cod. CCCV. scripto saec. XVI. (de quo iam plura adnotaui supra ad vol. VI. p. 347. sq.) est *Grammatica* monachi, *Pachomii Rusani.* Idem eius praefationem siue προθεωρίαν εἰς τὴν γραμματικὴν, (notandam propter memoriam plurium graecor. grammaticorum,) publici iuris fecit. Nr. V. *Pachomii*, (vti suspicatur Mingarell. p. 515.) longa epist. ad Ignatium, episcopum, et monasterii in insula Chio praesulem: nr. VII. *Pachomii* orat. a Mingarellio p. 261. edita: et alia supra loc. cit. indicata. Pag. 221. eiusd. cod. a recentiore manu haec notantur: τὸ παρὸν βιβλίον ἦτοι τȣ̃ ἁγίȣ γεωργίȣ τȣ̃ εἰς τὰ χωμιὰ τῶν βενῶν ζαχίνθȣ καὶ ἦταν τȣ̃ παχωμίȣ τȣ̃ ῥετάνȣ κόπος καὶ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτȣ̃ ὅλον. — *Valent. Ernest. Loescher* in adpendice ad Stromatea, s. dissertatt. sacri et literarii argumenti, etc. Wittemberg. ap. Sax. 1723. 4. p. 121—169. ex cod. msto primum gr. cum vers. lat. edidit *Pachomii, monachi, sermonem**) *contra mores sui saeculi et prouidentiae diuinae contemtum*, n. quod Saracenis permitteret deus, christianos adficere cladibus. Pag. 170. in metalogo animaduertit, duo tantum *Pachomios* in censu scriptorum fuisse cognitos, alterum *Tabennensem*, archimandritam, ex primis Ascetis, saec. IV. ineunte, et *regulae monasticae* auctorem; alterum patriarcham *CPolitanum*, initio saec. XVI. florentem: inter hos medium esse *Pachomium*, monachum, cuius edidit sermonem. „Videtur autem, ait Loescher., Aegyptius aut Syrus ortu fuisse, atque currente saeculo septimo scripsisse, sub Rhinotmeto vel Pogonato, quos vocamus, Augustis. Nam quum a. Ch. 636. Saraceni Hierosolyma occupauerint, Syriam praeterea, et deinceps Asiae magnam partem, deuorarint, ipsique Byzantio graues admodum facti fuerint: Pachomius, testis harum miseriarum, sub barbarorum et gentium nomine Saracenos descripsit, et auctorem mali Muhammedem sub Pseudo-prophetae voc. cap. II. indicauit. Facit praeterea mentionem vrbium, a Christianis secure reaedificatarum, postquam a Saracenis prima irruptione destructae fuerant, cap. V. quod vix alibi, quam in Syria fieri potuit." Hactenus Loesch. *Harl.*

o) Secus tamen sentit *Caueus* in hist. litt. S. S. E. E. I. p. 208. ad a. 340. vbi de *Pachomio*, Thebaide

*) Est quoque, at mutilus, in cod. Naniano CXXV. nr. 20.

mus edidit *Achilles Statius*, Romae 1575. deinde *Petrus Ciacconus* ibid. 1588. Hinc bibliothecae patrum collectores. Non hanc modo regulam cum Hieronymi praefatione, sed etiam *Pachomii epistolas*, quas Gennadius memorat, et plures etiam, illi non memoratas, latine ex interpretatione eiusdem Hieronymi seruauit *Benedictus Anianensis*, qui saeculo IX. claruit, in concordia siue codice regularum, qui ex *Lucae Holstenii* editione prodiit Rom. 1661. 4. recusus Paris. 1663. 4. Plura de Pachomio *Rosweidus* in vitis patrum pag. 81. sqq. praeludio ad vitam Pachomii, a Dionysio Exiguo latine versam, et *Tillemontius* tom. VII. *Fabr.* It. *du Pin* H. eccl. vol. II. p. 116. ed. Colon. (qui Pachom. ad a. 400. diem obiisse tradit.) *Fabricii* bibl. mediae et inf. latin. tom. V. p. 183. sq. ed. Mansi. *Gennad.* de vir illustr. cap. 7. pag. 8. ibique not. in *Fabricii* biblioth. ecclesiast. inprimis *Schroeckh.* H. E. christ. tom. V. pag. 168. sqq. et tom. X. p. 108. *Harl.* In *Gallandi* B. PP. tom. IV. p. 715. sq. leguntur Pachomii regula, epistolae et verba mystica, interprete Hieronymo; p. 735. sq. Praecepta Pachomii e cod. Florent. add. Galland. proleg. c. XVII. *B.*

PAVLINVS, qui ex presbytero a. 362. ordinatus a Lucifero episcopus Antiochenus, magnorum motuum materia fuit, quarum supra in Meletio mentionem feci. Eius *fidei professio*, ab Athanasio probata, exstat apud *Epiphanium* LXXVII. 21. [p]) Hunc Paulinum aetate antecessit non modo *Paulinus*, qui ex Tyrio praesule episcopus Antiochenus a. 331. fauens Arianis, et amicus Eusebii, Caesar., qui illi scripta quaedam dedicauit: sed etiam *Paulinus*, qui ante Eustathium et post Philogonium per breue tempus episcopus Antiochenus fuit a. C. 324. et cuius *maleficiorum libros*, a Macedonio, episcopo Mopsuesteno, et confessore combustos referunt orientales in epistola synodica, quae edita est a *Pithoeo* in Hilarii fragmentis parte II. p. 26. Confer *Valesium* ad Sozomeni III. 11. et *Tillemontium* tom. VII. Alii *Paulini*, qui, vno Pneumatomacho excepto, latine omnes scripserunt: [q])

Paulinus *Aquileiensis* patriarcha, qui Felicem, Orgelitanum, et Elipandum, Toletanum, oppugnauit, defunctus a. C. 804 De eo *Bollandus* [P] in actis Sanctor. ad XI. Ianuar. tom. I. pag. 713. seq. Vide et *Sirmondi* opera tom. IV. p. 641. *Fabr.* Add. *Cauei* hist. litt. SS. EE. I. p. 636. sq. *Saxii* Onom. II. p. 93. et 544. *Opera omnia S. Paulini*, patriarchae Aquileiensis, collegit, notis et dissertatt. illustrauit *Io. Franc. Madrisius*, Vtinensis, congreg.

baide in Aegypto nato et Tabbenensium monachorum auctore atque institutore, mortuoque a. 350. aut 360. agit; et mirum sane esse, arbitratur, Hieronymum, si hanc transtulisset regulam, Pachomium, inter scriptores ecclesiasticos non retulisse. Crediderit potius, breuem illam *regulam*, quam Palladius exhibet, a Pachomii successoribus auctam et locupletatam; saltem dicendum esse, Palladianam esse alterius compendium. *Harl.*

p) Naturae debitum reddidit a. Ch. 388. Conf. *Schroeckh.* H. E. christ. tom. XII. p. 54. sqq. et 84. sq. inprimis *Christ. Guil. Franc. Walch.* in historia haeresium, tom. IV. cap. 7. de *Meletio* et *Meletianis* motibus in Aegypto et Antiochiae p. 355—502. in quo frequens fit *Paulini* mentio, praesertim a pag. 411. p. 444. sqq. 455. sqq. 460. sqq. 473. sqq. *Harl.*

q) De *Paulinis*, qui latine scripserunt, et quorum plenior historia non pertinet ad bibliothecam graecam, copiosius commodiusque differit *Fabricius* noster in bibl. med. et inf. lat. tom. V. p. 204. sqq. ed. Mansi. *Harl.*

cōngreg. oratorii presbyter, addita duplici actorum veterum adpendice, Venet. 1737. fol. v. *Mansium* ad Fabr. l. c. pag. 204. — *Dublini* in cod. coll. S. Trinit. CCXC. f. nr. 430. catal. codd. Angliae etc. II. part. II. p. 31. est *de S. Paulino*. *Harl.*

Paulinus, *Bitterensis* in Gallia episcopus, clarus sub quinti saeculi initia. Eius epistolam de signis terrificis apud *Baronium* ad a. 418. exstare scribit *Oudinus*, I. p. 923. Sed ego incassum eam illo loco quaesiui. [conf. *Cauei* H. E. p. I. pag. 389. *H.*]

Benedictus Paulinus, *Burdegalensis*, ad quem scripsit *Faustus*, Reiensis, r) et quem cum Nolano videtur confundere *S. Auitus* epist. 4.

Paulinus, *Mediolanensis* presbyter, qui vitam magistri sui, S. Ambrosii, Mediolanensis episcopi, scripsit. Idem, qui vt diaconus adhuc Caelestium, Pelagianum, Carthagine oppugnauit. Vide *Baron.* ad a. C. 369. n. 37. et a. 418. n. 11. seq. *Fabr.* Item *Caueum* l. c. pag. 402. ad a. 420. *Saxii* Onom. I. p. 460. — *Paulini*, Mediolanensis, libell. *de benedictionibus patriarcharum* ex cod. Bonon. edidit *Io. Aloysius Mingarellius* in Io. Chrysost. *Trombelli* opusculis Cypriani, Hilarii et aliorum pag. 199. sqq. v. *Mansium* l. c. p. 205. et *Saxium* l. mem. Inter codd. Vossian. in cat. codd. Angliae etc. II. p. 63. nr. 2359. vita S. Ambrosii, auctore *Paulino*. *Harl.* Paullini Mediol. tria opuscula 1. vita Ambrosii, 2. lib. aduersus Caelestium, 3. de bened. patr. in *Galland.* B. PP. VIIII. p. 21. sq.

Meropius Pontius Anicius Paulinus, amicus Ausonii, nat. a. Ch. 353. vel 354. episcopus *Nolanus* a. C. 431. defunctus, doctrinae et eloquentiae laude, poeticae quoque facultatis gloria clarissimus. Operibus eius, a Ducaeo, Rosweido, Chifletio, et Io. Baptista Brun s) illustratis, addenda, quae in lucem protulit *Muratorius* in anecdotis latinis tom. I. Mediolan. 1697. 4. *Caroli Perraulti* poema gallicum de hoc Paulino prodiit Paris. 1686. 8. *Fabr.* V. *Caueum* l. c. I. p. 288. sq. et in nota alii, qui de hoc Paulino egerunt, sunt nominati: *Saxii* Onom. I. p. 453. sqq. et 594. *Moller*, homonymoscopiam p. 601. sqq. *Schroeckh.* H. E. christ. VII. p. 131. sqq. IX. p. 210. sq. et quae ego scripsi de hoc et *Paulino Petrocorio* in Not. br. p. 741. sqq. atque in Supplem. II. p. 364. sqq. — *Leidae* inter codd. Vossian. *Paulini* ep. ad Seuerum et de cura pro mortuis agenda ad Paulin. episc. Nolan. v. cat. bibl. Leid. p. 375. nr. 104. et p. 376. nr. 114. — Sec. cat. codd. Angliae etc. II. part. I. p. 228. nr. 7557. *Paulinus*, *Prosper* et *Hilarius*. *Harl.* *Mingarelli* praef. ad anecd. Paulini Nol. in Galland. B. PP. VIII. p. 13. sq. Prolegg.

Paulinus, *Pellaeus*, Ausonii nepos, cuius eucharisticon de vita sua, quod carmine heroico scripsit, octogenario maior a. 456. exstat ad calcem Paulini Petrocorii, de quo infra. Confer *Tillemontium* tom. XVI. p. 416. seq.

r) De *Fausto*, in specie de eius variis quaestionibus ad Bened. Paulin. v. Fabr. bibl. med. et inf. lat. II. p. 149. nr. 7. De hoc *Paul.* v. *Saxii* On. I. p. 512. sq. *Dublini* in coll. S. Trinit. nr. 755. cat. cit. p. 44. sunt epp. *Paulini* ad Faustum, et huius ad Paulinum. *Harl.*

s) Paulini opera, a Brunio expolita et illustrata, prodierunt Paris. 1685. 4. Petri Franc. Chifletii — *Paulinus* illustratus, Diuione 1662. 4.

Paulinus, cuius tractatus de initio quadragesimae, de die dominica paschae, de obedientia, de poenitentia, de Neophytis memorat *Gennadius* de S. E. cap. 68.

Benedictus Paulinus *Petrocorius*, Aquitanus, qui libros sex de vita S. Martini, scriptos carmine heroico, dedicauit Perpetuo, Turonensi episcopo, quem patronum suum adpellat. Is Perpetuus concilio Turonensi praesedit a. C. 461. Huius Paulini editionem meliorem cum Francisci Iureti et Io. Frid. Gronouii notis debemus *Christiano Daumio*, Lipsiae 1681. 8. *Fabr.* Conf. *Oudin.* l. c. I. pag. 1287. sq. *Caueum* I. p. 449. sq. *Harl.*

[*Mansi* ad Fabr. l. cit. p. 206. docte differit de *Paullini Puteolani* historia a mundo creato ad Henricum VII. Romanorum Augustum, saec. ineunte XIV. in cod. bibl. Caesenatensis Malatestarum. Sed multo curatius et copiosius de hoc aliisque illius operis codd., de *Paulino* illo eiusque aetate, patria (n. Veneta,) conditione etc. agit *Ioseph. Maria Mucciolus* in catal. codd. MSS. Malatest. Caesenatis biblioth. fratrum minor. conuentual. Caesenae, tom. II. 1784. F. p. 59—62. *Harl.*]

Paulinus, *pneumatomachus*, de quo Palladius in hist. Lausiaca capite de Rufino pag. 124. edit. Meursii.

[*Ioannis Paulini Sueci* iudicium de cometa in Suecia, viso m. Dec. 1680. etc. in bibl. Bodlei. inter codd. Ashmoleani, nr. 6654. — ibid. inter codd. Bodlei. nr. 2072, 20. de corio serpentis, opus translatum a *Io. Paulino* ex arabico *Algani*, philosophi, in latinum.

De *Pauliniano*, aequali Hieronymi, v. hunc in epist. CX. pag. 822. sq. *Epiphan.* Opp. tom. II. p. 312. sq. *Schroeckh.* H. E. christ. tom. X. p. 152. sqq. *Harl.*]

[¶] Paulinus *Suetonius*, consul a. C. 66. quem de Atlante, monte, citat *Plinius* V. 1. hist. Nam alios Paulinos, consules, libenter praetereo, quos in Almelouenii fastis pag. 191. si placet, videbis. Tantum notabo, *Paulinum* quoque Nolanum accensendum iis, qui consulatum honorarium gesserunt. Vide *Antonii Pagi* praef. ad diss. Hypaticam. §. XXVI.

Paulinus, *Treuirensis* episcopus, depositus in concilio Arelatensi a. 353. atque inde a Constantio missus in exilium. Vide Baluzium ad Lupum Ferrariensem p. 498. seq. edit. Lipsiensis.

PETRVS ab a. 300. Alexandrinus episcopus, qui martyrium obiit a. C. 311. Acta eius martyrii latine ex *Anastasii* bibl. versione exstant apud *Surium* 25. Nou. Incip. *ad corroboranda corda credentium.* Alia ex Simeone Metaphraste graece et latine cum notis in *Combefisii* selectis triumphis martyrum, Paris. 1660. 8. pag. 189. Incipit: εἶχε μὲν ἡ ἐπιφανὴς Νικομήδεια. De eius *canonibus XIV. poenitentialibus*, a. C. 306. scriptis, qui cum Io. Zonarae et Theodori Balsamonis scholiis Parisiis primum a Frontone Ducaeo, deinde Oxoniae a *Guil. Beueregio* tom. II. pag. 837. sqq. magni synodici graece et latine vulgati sunt, conferendus *Tillemontius* tom. V. pag. 450. seq. et *Lambecius* VIII. pag 414

414. t) *Liber de diuinitate*, a Cyrillo Alex. atque in Actis Concilii Ephesini, act. I. p. 508. act. VII. pag. 836. concil. tom. III. et Chalcedonensis act. I. p. 286. conc. tom. IV. citatus, nec non *Homilia de aduentu Saluatoris*, quam laudat Leontius, Byzantinus, contra Nestorium et Eutychem, interciderunt. *Diatribam de Paschate*, chronico Alex. siue paschali praefixam et a Petauio pridem graece in Vranologio Paris. 1630. F. p. 396. editam, non Petro huic Alexandrino, sed longe iuniori scriptori sub sexti extremum saeculi tribuendam esse, iam notarunt viri doctissimi. [in cod. Laurent. XL. nr. 26.] *Proterium*, Alexandrinum, de quaestione Paschali videtur vocare *Io. Lelandus* de scriptoribus Britannicis p. 387. *Fabr.* Conf. *Caui* hist. litt. SS. EE. I. pag. 160. *Du Pin* nouv. biblioth. tom. II. p. 32. *R. Ceillier* Hist. gen. des AA. eccl. tom. V. p. 17. *Io. G. Walch.* hist. eccl. N. T. p. 1509. *Saxii* Onom. I. p. 389. qui alios citat VV. DD. *Schroeckh.* H. E. christ. tom. V. p. 55. et p. 265. sqq. *Harl.* *Galland.* bibl. Patr. prolegg. tom. IV. p. 10. sq.

t) De cod. XLIV. nr. 20. p. 876. sq. ed. Kollar. atque Lamb. ex hoc cod. supplet lacunam, quae reperitur in syntagm. canonum Theodori Balsamonis et in ed. conciliorum Parisina Labbeana, vbi Petri Alex. canones tom. I. col. 955—968. exstant. XV. canon. ibid. p. 918. in cod. XLV. nr. 23. Fragmenta *Petri* canonum de poenit. sunt in cod. caes. CCLI. et XVIII. nr. 4. v. *Lambec.* comm. V. p. 527. et vol. VI. part. I. p. 129. sq. in cod. XLV. nr. 4. *Petri Alex.* sermo de poenitentia, vna cum Zonarae et Balsamonis scholiis. Sermonem hic subdiuisum esse in canones XV. vltimum tamen in hoc cod. inscribi, τοῦ αὐτοῦ (Petri) ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ εἰς τὸ πάσχα, notat *Kollar.* in supplem. ad Lambec. p. 515. Atque sic quoque in aliis codd. vt in *Taurin.* bibl. cod. CIII. fol. 196. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 196. — In cod. *Coislin.* CCCLXIV. etc. — *Venetiis* in cod. Marc. DIV. inter alia sunt excerpta ex *Petro, episcopo Alex.*, ex libro de diuinitate et ex ep. ad Epictetum etc. secundum cat. codd. Marcian. p. 267. sed cel. *Villoison* in anecd. gr. II. pag. 247. obseruat, Zanettum ad marginem sua manu notasse, vltimum excerptum non esse ex *Petro*, sed ex opere *Athanasii* contra Arianos desumtum. — *Florent.* in bibl. Laurent. canones adlati in eius sermone de poenit. in cod. XXII. nr. 20. — canones XIV. in cod. XL. nr. 25. plut. 5. et nr. 26. excerptum ex eius sermone de paschate. — canones XV. in cod. VIII. nr. 56. plut. 9. — in cod. I. nr. 6. plut. 10. Citatur etiam in expositione sacror. praeceptor. ἐκ τῶν κανόνων, in cod. IV. plut. 6. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 47. 73. 399. 468. et 99. — *Paris.* in bibl. publ. *canones* in vndecim codd. sec. catal. codd. Paris. tom. II. — praecepta ad instituendam vitam vtilia, in cod. MXXXIV. nr. 13. — In bibl. *Coislin.* cod. CV. fol. 52. martyrium *S. Petri Alex.* pro 25. Nou. — in cod. CXIIX. ex vita S. *Petri, Alex.* — cod. CXXII. ex *Petro Alex.* canon. 15. — cod. CCIX. fol. 96. canones ex or. de poenitentia. — cod. CCLXVIII. in scholiis ad Isaaci Syri, anachoretae et episc. Niniues, sermones etiam occurrunt scholia ex *Petro, abbate*, et *S. Petro, Alexandr.* — cod. XXXVII. *Petri, Alex.* loca in Niconis collectione etc. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 178. 192. 198. 268. 312. 564. 111. pag. autem 194. de cod. CXX. in quo etiam est catalogus patriarchar. CPolitan. a b. Marco ad *Petrum* quadragesimum numero. — In bibl. *Escorial.* canones poenitential. cum Balsamonis comment. teste *Pluero* in itinerar. per Hispan. p. 186. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. *canones* in codd. Barocc. XXVI. LXXVI. et cum scholiis Balsamonis in cod. CCV. — epist. de lapsis tempore persequutionis, in cod. Barocc. CLVIII. — Inter codd. *Seldeni* nr. 5401. catal. sic citatur: *Petri, Alexandr. episc.* adsertio, paschatis festum a Iudaeis recte coniici in lunam XIV. mensis I. sicut et excidii Hierosolymitani, (conf. supra, vol. IV. not. nr. 9.) — in tom. II. cat. codd. Angliae, inter codd. collegii *Etonensis*, nr. 1836. inter codd. *Io. Mori*, nr. 9198, 32. *Dublini* inter codd. collegii S. Trinitat. nr. 277. catal. *Petri, Alex.* canones, — inter codd. *Th. Gale* nr. 5905. *Petri* epist. cum scholiis Balsamon. *Harl.* *Petri Alex.* canones (cum Balsam. et Zon. schol.), alia fragmenta, et lib. de tempore paschatis celebrandi, ap. *Galland.* B. PP. IV. p. 91. sq. *B.*

PETRVS, S. Athanasii, a. C. 373. 2. Maii defuncti, in episcopatu Alexandrino successor, ab Arianis, qui Lucium eius loco intruserant, in carcerem coniectus, in illo scripsit *epistolam encyclicam*, cuius praecipua pars legitur apud *Theodoritum* IV. 22. add. cap. 18. 19. Hist. et *Nicephorum* XI. 28. et cum notis *Georg. Henschenii* tom. III. Act. Sanctor. Mai. p. 207. seq. Alterius *epistolae ad episcopos Aegyptios, fidei caussa exsules*, fragmenta duo latine seruauit *Facundus* IV. 2. XI. 2. Post Valentis, imp., mortem a. 378. sedi Alexandrinae restitutus Maximum, philosophum, loco Nazianzeni in CPolitanam sedem euexit a. 379. Vide *Valesium* [?] ad Sozomeni VII. 9. et Theodoriti V. 8. Annalium scriptores ad a. C. 379. Defunctus a. 381. successorem habuit Timotheum. *Tillemont.* VI. memor. pag. 620. seq. *Fabr.* *Du Pin* H. E. vol. II. p. 105. *Caue* l. c. pag. 254. *Schroeckh.* l. c. tom. XII. p. 41. sqq. et 52. *Harl.* Petri II. epist. encycl. et fragmm. in Galland. B. PP. VII. p. 337. vbi v. prolegg. p. 9. sq.

PETRVS, S. Basilii et Gregorii Nysseni, frater, episcopus Sebastenus, a. 391. adhuc superstes, de quo *Bollandus* in Actis Sanctor. ad 9. Ianuar. tom. I. p. 588. seq. et *Tillemontius* tom. IX. 572. 737. seqq. *Fabr.* Add. *Caueum* l. c. I. pag. 246. ad a. 370. qui, quo anno Petrus obierit, incertum esse pronunciat, additque, exstare opus MS. sed arabice scriptum, *Alborhan*, siue *demonstratio*, dictum, ex eiusque parte prima nonnulla in gratiam transsubstantiationis proferre *Abr. Ecchellensem* not. ad catal. Hebediesu p. 51. suspicatur tamen, id opus non omnino genuinum esse. *Harl.*

Exstat eius *epistola ad* fratrem, *Gregorium, Nyssenum*, praemissa huius libris aduersus Eunomium. Meminit huius Petri Basilius, frater, epist. 272. et 307. *Fabr.* *Vindobonae* in cod. caes. LXIII. nr. 2. est *Gregorii, Nysseni*, liber de creatione et structura hominis, cum praefat. ad *Petrum, fratrem*, quem vocat *episcopum*. v. *Lambec.* comment. III. p. 289. sq. — Aliorum *Petrorum* notitiam dedit *Fabric.* infra, vol. X. p. 329. sq. de quibus aliisque *Petris* ad illum locum plura b. c. d. notabimus. Add. indic. scriptorum general. ad bibl. gr. et *Saxii* Onom. in ind. comm. s. part. VII. p. 401. sq. — De *Petro Mansur* v. infra in h. vol. s. vol. VIII. vet. ed. p. 802. sq. — De *Petris*, qui lat. scripserunt, v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. tom. V. p. 232 — 286. *Molleri* Homonymoscop. p. 149. 606. sq. et 921. sq. vt indices ad catalogos codd. saepe laudatos omittam. Ecquis omnes *Petros*, graecos latinosque, quorum nomina scriptaque partim celebrantur, partim obscura sunt, numero illorum paene infinito, enumerare et recensere poterit, aut h. l. quaeret? *Harl.*

THEODORVS, presbyter, Pachomii, (de quo supra,) in abbatia Tabennensis monasterii successor, a vitae Pachomii scriptoribus etiam atque etiam celebratus, scripsit, *Gennadio* c. 8. teste, epistolas tres ad monasteria, ex quibus vnam de paschate, ex graeco versam, latine habemus in codice regularum, quem edidit Holstenius tom. I. pag. 117. De hoc Theodoro Tillemontius tom. VII. pag. 469. seq. Alius *Theodorus, monachus*, discipulus S. Antonii et Amonis, quem in Antonii vita Athanasius memorat.

THEO-

THEODORVS, Heracleae, quae ipſum genuerat, epiſcopus in Thracia, depoſitus in ſynodo Sardicenſi a. 347. Obiit ſentiens cum Homoeuſiaſtis, ſiue ſemi-Arianis, circa a. 355. (adeoque non confundendus cum iuniore Theodoro ſiue Dorotheo [u]) qui ex Heracleae epiſcopo factus epiſcopus Antiochenus poſt a. 370.) *elegantis apertique ſermonis et magis hiſtoricae intelligentiae, edidit ſub Conſtantio, principe, commentarios in Matthaeum et Iohannem et in Apoſtolum* (ſiue Pauli, apoſtoli, epiſtolas) *et in Pſalterium,* Hieron. c. 90. [ad quod cap. vid. interpretes in *Fabric.* bibl. eccles. p. 180. *H.]* de S. E. Ex hiſce commentariis fragmenta bene multa leguntur in Catenis editis atque ineditis graecorum patrum ad iam dictos S. Scripturae libros, [v]) et in alios quoque, vt in Catena ad Lucam edita et in inedita ad Prophetas maiores, cuius mentio apud *Montfauconum* Palaeographiae graecae p. 317. Non pauca etiam ex Catenis MSS. excerpſit deditque latine *Combefiſius* in bibliotheca concionatoria. Commentarium Theodori in Pſalmos integrum cum patrum in Pſalmos Catena *Balthaſar Corderius* graece et latine edidit Antwerp. 1643. fol. quem codex caeſareus anonymum, Mazarinianus cum expreſſo auctoris nomine illi ſuppeditauit. *Fabr.* Enimuero erraſſe *Corderium* noſtrumque *Fabricium,* nec commentarium, qui nomine Theodori circumfertur, eſſe Theodori vnius, ſed multorum patrum, adeoque in catenarum numero ponendum eſſe ex Garnerio ad ed. Baſilii M. opp. Paris. 1721. tom. I. pag. 89. docet *Kollarius* ad Lambecii comm. III. p. 59. not. B. vbi Lambec. a pag. 56. cod. caeſ. XI. qui continet comment. in totum Pſalterium, recenſuit et comment. quod in cod. propter defectum principii nomen auctoris non legitur, cum Corderio adſcripſit Theodoro, Heracl., et de hoc fuſe diſſeruit. — *Theodori, Heracleotae,* et aliorum expoſitio in Iſaiam exſtat in cod. reg. *Eſcorial.* teſte *Pliiero* in itinerar. per Hiſpan. p. 191. — De Theodoro illo v. etiam *Lardner* Credibility etc. pag. 323. *I. G. Walch.* H. eccl. p. 1515. ſq. *Chr. Guil. Franc. Walch.* hiſt. haereſium etc. tom. I. p. 672. ſq. et *Schroeckh.* H. E. chriſt. tom. VI. p. 53. ſq. *Harl.*

[*] THEOTIMVS, *Scythiae Tomorum epiſcopus, in morem dialogorum et veteris eloquentiae breues commaticosque tractatus edidit. Audio, eum et alia ſcribere.* Haec *Hieronymus* c. 131. [w]) de S. E. ſcribens ipſe a. C. 392. Citatur Theotimus a Damaſceno in parallel. De eodem *Baronius* ad martyrolog. et Acta Sanctor. XX. April. Alius *Theotimus*, iunior, itidem Scythiae epiſcopus, cuius epiſtola ad Leonem, imp., de Timotheo Aeluro et ſynodo Chalcedonenſi exſtat latine in Actis Concil. tom. IV. edit. Labbei pag. 911. *Fabr.* De vtroque *Theotimo* v. *Cauei* hiſt. litter. SS. EE. I. p. 288. ad a. C. 392. et p. 445. ad a. 457. De priore conf. *Schroeckh.* H. E. chriſt. VII. p. 376. ſq. et tom. X. p. 245. ſq. *Harl.*

TITVS,

u) Vide *Tillemont.* tom. VI. memor. pag. 794. [et *Cauei* hiſt. litt. S. S. EE. I. p. 205. vbi de ſuperiore *Theodoro* eſt copioſus, et *Moller.* Homonymoſcop. p. 521. ſq. *Harl.*]

v) V. ſupra, vol. VIII. p. 645. 652. de comment. ſ. potius de catena in Pſalmos, p. 669. 675. etc. *Harl.*

w) Ad h. cap. v. interpr. in Fabr. hiſt. eccles. p. 158. *Harl.*

TITVS, Boſtrorum, (Arabiae metropolis,) epiſcopus, ſub Valente defunctus, de quo *Tillemontius* tom. VII. p. 382. ſeq. ſcripſit *libros quatuor aduerſus Manichaeos*, quorum argumenta dedi e codice Holſteniano in volumine V. huius bibliothecae pag. 293. [x]) vbi etiam de editione latina Henrici Caniſii, qui libros duos priores integros cum tertii initio vulgauit e verſione Franciſci Turriani. Non plura, quam vertit Turrianus, exſtant graece MS. in codice Holſteniano, quem ſeruat bibliotheca Iohannea vrbis Hamburg. *Commentarius in Lucam*, ſub Titi nomine editus, ex Theodori Peltani verſione latine Ingolſtad. 1580. lat. in bibl. max. patrum, Lugd. tom. IV. p. 415 — 474. cum libr. III. adu. Manich. ex vers. Turriani, et, graecis additis, a *Frontone Ducaeo* in auctario bibl. patrum Paris. 1624. fol. tom. II. p. 762. non eſt huius Titi, ſed ſcriptoris, Cyrillo, Alexandrino, ac fortaſſe ſaeculo ſexto iunioris, qui ex variis antiquioribus eccleſiae doctoribus illum commentarium collegit. Vide *Rich. Simonem* lib. III. Hiſt. criticae N. T. c. 30. *Etiam du Pin* tom. II. bibl. ſcriptor. eccleſ. pag. 129. *Petitdidierium* in obſeruationibus ad Dupinii bibliothecam, gallice editis, tom. II. pag. 368. ſeq. Sauilii notas ad Chryſoſtomum tom. VIII. pag. 215. qui eiusdem auctoris *quaeſtiones in Matthaeum* et *Iohannem* graece ſe habere MStas teſtatus eſt. In Matthaeum etiam editae ſunt latine Venetiis a. 1555. a Chriſtophoro Serrarigo; incipiunt: *Διὰ τί λέγεται εὐαγγέλιον; ἡ πᾶσα βίβλος λέγεται, ὅτι κολάσεως ἀναίρεσιν καὶ ἁμαρτημάτων λύσιν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ υἱοθεσίαν καὶ κληρονομίαν τῶν οὐρανῶν πᾶσιν εὐαγγελίζεται.* Quaeſtionum in Iohannem hoc eſt initium: *Τίνος ἕνεκα πάντα τἄλλα παραδραμὼν οὗτος Εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς ἀϊδίου γενέσεως εὐθέως διηγεῖται; ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ* etc. In Catena Corderiana ad Lucam exſtant nonnulla *Titi*, quae in vulgato ad Lucam commentario deſiderantur. [y]) Atque vt Combefiſio in bibl. concionatoria notatum, *in catena regia in Matthaeum et Lucam ſaepius allegantur Titi, editis meliora. Quumque regia in Lucam Catena ipſe fere* [Titi] *ſit ſub compendio Titi commentarius, cui ſimilis quae exſtat in codice Raphaelis du Freſne, quum Titi vulgati ſunt, quae in illa habentur, nunquam ille citatur, ſed quum noua illa et qualia etiam occurrunt in Matthaei catena. Exiſtimem ergo, perditos commentarios ſenioris Titi eſſe, cui in Catena Regia Sancti nomen ſubinde tribuitur.* Denique *Titi, Boſtrenſis, iunioris,* Homiliam in ramos

x) S. vol. VII. p. 551. ſq. noſtrae edit. vbi v. cel. *Keil.* additamenta, et cauſſam, cur in h. ed. argumenta mem. ſint omiſſa. Add. *Cauei* hiſt. cit. I. p. 228. ad a. 362. *I. G. Walch.* H. E. noui teſt. p. 1520. *Hamberger* z. N. II. p. 773. ſq. *Harl.*

y) Plura vid. ſupra, in vol. VIII. p. 684. ſq. p. 688. fin. Sic in aliis catenis occurrunt *Titi Boſtr.* expoſitiones, v. vol. cit. p. 670. not. 673. not. 675. 676. 688. 693. et paſſim in codd. bibl. *Coislin.* Bibl. Coisl. Montfauc. et in aliis collectionibus etc. ibid. recenſis occurrunt loca Titi, v. p. 65. p. 186. de cod. CXII. p. 251. de cod. CCI. p. 590. de cod. CCLXXVI. — citatur *Titus* p. 354. in Photii narrat. de Manichaeis repullulantibus, quam *Montfauc.* a p. 349. ex cod. CCLXX. gr. et lat. edidit. — Sub nomine *Titi, Boſtrenſis,* ſunt comment. in Lucam in quinque codd. bibl. publ. *Paris.* et comm. in euangelia Matthaei, Lucae et Ioannis, in cod. *Taurin.* CIX. qui copioſe recenſetur in cat. codd. Taur. p. 215. ſq. — *Titus, Boſtrenſis, Monachii* in cod. XLI. v. cat. codd. gr. Bau. p. 11. add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 161. *Harl.*

ramos palmarum graece et latine vulgauit *Combefisius* tom. I. auctarii noui p. 638. Incipit: ὥσπερ ἡ ἀμέτρητος. Eadem latine in bibliotheca Combefisii concionatoria, atque (vbi cetera etiam Titi, aduersus Manichaeos et quae in Lucam ipsi tribuuntur), in tomo quarto bibliothecae patrum, edit. Lugd. p. 474. sqq. [et in *Galland.* B.PP. tom. V. p. 351. vbi et p. 267. libri III. adu. Man. eorumque supplementa. *B.] Fabr.* Hom. in ramos etc. est in cod. MCLXXIII. nr. 57. bibl. publ. *Paris.* et alia in natiuitatem praecursoris, ibid. in cod. MDXXI. nr. 31. *Harl.*

TRIPHYLLIVS, Constantii, imp., temporibus clarus Ledrorum, Λεδρῶν, in Cypro episcopus, descripsit *miracula* magistri sui, *Spyridonis,* versibus iambicis, vt narrat Suidas Τριφύλλιος. Eloquentissimum suae aetatis quum adpellasset *Hieronymus* cap. 92. de S. E. *legi,* inquit, *eius in Cantica commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quae in nostras manus minime peruenerunt.* Plura de *Triphyllio,* de cuius scriptis nihil plane aetatem tulit, *Iacobus Hasaeus* erudita diatriba de Berytensi ICtorum academia cap. IX. §. V. p. 91. seq. *Fabr.* Add. supra, vol. VIII. p. 633. infra, vol. IX. pag. 43. et *Cauei* hist. litt. SS. EE. I. p. 206. ad a. 340. ed. Basil. *Harl.*

CAPVT XX. (olim XXV.)

MAXIMI, philosophi, carmen περὶ ἀπαρχῶν, [z]) *nunc primum editum e codice Mediceo.* [aa])

Nactus MAXIMI, philosophi, quem Iulianus audiuit et magni fecit, poema, Suidae memoratum, περὶ καταρχῶν, de electionibus, siue auspiciis actionum, quas aliquis suscipit, ex positu Lunae prosperene an secus successurae sint diiudicandis, descriptum e codice Mediceo: rogaui praeclarum atque insigniter eruditum virum D. IOANNEM RENTDORFIVM, vt versionem eius componeret, quod ille quidem pro suo in bonas litteras amore et in me beneuolentia fecit; vnde illud antiquitatis monumentum [*] cum illius interpre-

z) Περὶ καταρχῶν ap. Suidam et Eudociam p. 300. Ἰωνιᾶς, vbi adscribitur *Maximo Epirotae* s. *Byzantino. Harl.*

aa) Diu haesitaueram, num hoc carmen celebre hic repeterem, nec ne; sed cogitatio, et Fabricium nostrum aliquoties in bibl. gr. meminisse huius capitis et carminis, a se editi, et vero haud paucos viros doctos, qui vel de auctore, vel de argumento locisque nonnullis huius carminis, vel de fonte, vnde haustum sit, saepe in vtramque partem disputarunt, ad hoc caput bibl. gr. prouocasse, nec, quantum equidem scio, alibi recusum esse poema, vicit tandem dubitationem, idque ego intactum recudi feci: at quae emendanda, tentanda illustrandaque viderentur, criticorum sagacitati rerumque astrologicarum peritorum sedulitati relinquere satius esse duxi. Atqui *Toup* in Emendatt. in Suidam et Hesych. aliquot loca, multo plura *Doruill.* comm. ad Charit. passim, tum *Valcken.* ad Euripid. Hippolyt. aliique critici hinc inde nostri carminis loca tentarunt atque illustrarunt. Sed futuro carminis editori inquisitionem locorum et emendationum, a criticis excogitatarum, examen relinquere cogimur. — Codex autem *Mediceus,* ex quo descriptum Fabricius dedit poëma, est XXVII. plut. 28. de quo vide *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. II. pag. 52. Idem tamen ibidem pag. 61. vbi cod. XXXIV. plut. 28, qui continet syntagma astrologicum, ex variis collectum astrologiae iudiciariae scriptoribus, et quidem nr. 17. Μαξίμου περὶ καταρχῶν μεταφρασθὲν etc. *Maximi de electionibus* (carmen) *ex heroico metro in pedestrem dictionem translatum,* late recensuit; animaduertit, praecedere tres hexametros, (quos adfert;) metaphrasin inc. πῶς ὁ τεχθεὶς ἄνθρωπος αὐξιφωτούσης τῆς σελήνης ἔμπρακτος ἔσται etc. tum, tria sequi capita (v. supra, vol. IV. pag. 159. not. zz.) reliquorum vero ait metaphrasis capitum tituli, cum illis dicti poematis concordant; vltimum περὶ κλοπῆς. Gaudendum igitur esse, exclamat, quod duobus vel tribus capitibus mutilo Maximi carmine, eius saltem metaphrasis integra ad nos peruenerit. — De *Maximo, Ephesio,* Iuliani, imperat. magistro et de hoc poëmate, iam plura scripta sunt supra in vol. III. p. 527. inter philosophos cynicos, et vol. eod. p. 499. inter philos. peripateticos, (collato tamen *Bruckero* l. mox citando p. 288. sq.) item in vol. IV. pag. 158. sqq. de astrologis vett. ineditis. At in hoc vol. infra p. 769. vet. edit. in catal. plurium *Maximorum,* id carmen maiori iure tribuitur *Maximo, Byzantio,* siue *Epirotae,* itidem Iuliani, imp., praeceptori. Atque huic *Max. Epirotae* id carmen vindicandum esse docet *Brucker.* in hist. critica philos. vol. II. p. 289. et adserere videtur *Saxius* in Onom. I. pag. 409. dum ad a. 357. *Maximus,* ait, *Epirota,* philosophus et sophista *Byzantinus,* magister *Iuliani,* mox Augusti, non miscendus cum *Maximo, Ephesio,* itidem Iuliani praeceptore, et citat inter alios Fabricium in hoc vol. et cap. *Maximum, Ephesium,* magicis artibus deditum (teste *Theodoreto* in hist. eccl. libr. III. cap. 28. p. 148.), philosophis platonicis, non, cynicis, licet moribus et institutis nonnullis fuerit cynicus, adnumerandum esse, contra Baronium aliosque euincere studuit *Moshem.* in comm. de turbata per Platonicos ecclesia, subiuncta vol. II. *Cudworthi* system. intellectual. pag. 781. sq. ed. II. Lugd. Bat. 1773. 4. *Harl.*

terpretatione exſtare hoc loco volui. Argumentum quidem vanum eſt vt vel maxime, atque vt Doblerus recte adnotauit, electionum doctrina, a Ptolemaeo cunctisque ſanioribus aſtrologis ſemper neglecta, a nugatoribus inuenta et tradita fuit: tamen graecae linguae et antiquitatis amatores in hoc monumento, licet capite mutilo, inuenient nonnulla, quae non illibenter fortaſſe percipient ex ſcriptore tam vetuſto tamque clari nominis: atque vanitatis ipſius vanitatem haud melius licebit cognoſcere, quam ſi a tam celebris auctoris ingenio nihil tamen ei acceſſerit, per quod hominibus, minus ſuperſtitioſis, credibilior videri poſſit. *Fabr.*

[At *Ruhnken.* in cel. *Heynii* addendis ad Virgil. tom. IV. p. 236. edit. I. hoc carmen a Fabricio vulgatum, iudicat, non ſcriptum eſſe a Maximo, ſed a poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii aequali. Alia quaeſtio et controuerſia orta eſt. *Weſſeling* in Probabilibus, cap. 17. auctorem carminis, quod deperditis adnumeratur, ἔργα καὶ ἡμέραι, et quod ab Orpheo ſcriptum audacter pronuntiauit *Tzetzes* in praef. ad Heſiodi E. καὶ Ἡ. p. 4. b. ed. Heinſii, auctorem deprehendiſſe et ipſum carmen veluti recuperaſſe ſibi viſus eſt. Namque, quum in carmine, quod h. l. ab Fabricio ſub *Maximi* nomine editum eſt, duo fragmenta, alterum decem, nouem alterum verſuum, quae quidem a Tzetza ex Orphicis Ἔργοις excitata ſunt, ad verbum expreſſa animaduertiſſet, aliosque verſus aliquot, a Tzetza tam in Chiliadibus, quam in commentario ad Lycophronem, tamquam ex Orpheo petitos in noſtro carmine reperiſſet: exinde effici et patere putabat, Maximi, philoſophi, poema eſſe vnum idemque cum Orphei Georgicis, et Tzetzam opinionis aut codicis cuiusdam inſcriptione deceptum, id Orpheo adſcripſiſſe. Id Weſſelingii iudicium omnino comprobat *Thom. Tyrwhitt* in praef. ad ſuam edit. poematis, Orpheo vulgo adſcripti, *de lapidibus*, p. XI. not. Sed multum diſcedit refutatque copioſius Weſſelingii argumenta *Car. Gotthold Lenz* in comment. de fragmentis orphicis, ad aſtronomiam et agriculturam ſpectantibus, Gotting. 1789. m. 8. et, plurimis mutatis auctisque, ita vt nouum exſurgeret opus, in comment. *de perſonati Orphei* ἔργοις καὶ ἡμέραις, in: Neuem Magazin für Schullehrer, herausgegeben von G. A. Ruperti v. H. Schlichthorſt, tom. II. part. II. Bremae 1794. 8. p. 359 — 387. Atque ipſe Weſſelingius, plura ex Apollonio et Arato, a Maximo adumbrata, et interdum iisdem paene verbis expreſſa eſſe vidit. Lenz. igitur primum arbitratur, Maximum, Iuliani praeceptorem, non eſſe excludendum, et argumentum carminis paucis indicat: tum p. 366. ſq. (neu. Magaz.) „*Maximi*, ait, carmen pro excerpto ſiue epitome maioris cuiusdam operis habendum, et, quum in ſegmento π. γεωργίας plures ex Orpheo verſus repetantur, vel hanc totam de agricultura particulam ex orphico carmine fluxiſſe, vel totum forte carmen π. καταρχῆς (ἀπαρχῶν ſ. καταρχῶν) ex quodam Orphicorum codice eſſe decerptum, et ad Iuliani, qui aſtrologicis ſubtilitatibus faueret, commoda in epitomen contractum, probabili quadam coniectura ſtatuere poſſe videor —" etc. et ſimilitudinem aut diuerſitatem oſtendit. Dein adpoſuit ipſa Orphici carminis λείψανα, doctisque illuſtrauit adnotationibus, in quibus ſaepiuſcule comparat Maximi verſus et lectiones. Atque nos poſtea ſuo quamque loco ex nouo promtuario, ſeu Neuem Magazin etc. mem. indicabimus. Add. *Maittaire* A. T. III. p. II. p. 642. ſq. not. qui adduci non poteſt, vt credat, vnum eumdemque Maximum poema aſtrologicum περὶ καταρχῶν, et opus rhetoricum περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, *de oppoſitionibus inſolubilibus*, argumentis adeo diſſimilibus, compoſuiſſe. *Harl.*]

ΜΑΞΙΜΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

περὶ καταρχῶν.

Desunt multa. Περὶ ξενιτείας.

Εἰ δὲ νεμείηται μέσην κατὰ μοιρῶν ὁδεύοι ☽ in ♌
Δευτέρη εἰν ἠοῖ, ἀγανωτέρη ἔσσεται οἶμος,
Ἤματι νυκτί τε δίη ἀπειρέσια τροχάουσα.
Μαψίδιοί τε πέλοιντο πόνοι τῆμος δὲ βροτοῖσιν
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ, τῷ καὶ πεφυλαγμένος εἴης.
Μή σε λάθῃ κούρης θειάντιδος ὠκέα κύκλα
Λοίγιον εἰς ἀρχὴν ἰχνευμένα θηρὸς ἐν αἴγλῃ.
Εἰ δὲ κόρην αὐγῇσι περισκέπτοις ἐπιλάμποι in ♍
Ἀστραίην, δηρὸν μὲν ὁμιλήσεις ξένῃ αἴῃ,
[♍] Ἀβλαβέως δ' οἶκόν τε φίλους τ' εἰσόψεαι αὖτις.
Εἰ δ' ἐν ὀπωρινοῖς ἐνὶ γλήνεσιν αὐγάζοιτο ☽ in ♎
Χηλάων, αἵ τ' τ' ἠελίῳ ἀτάλαντα φέρουσιν·
Εἰ μὲν ἐπὶ πρήξει τε καὶ ἔργοις ἰθυδίκοισιν
Οὔτ' ἔτι χάρμα φέρει περιώσιον οὔτ' ἔτι πῆμα.
Εἰ δέ τ' ἐπὶ σκολιοῖσι καὶ οὐκ εὐήρεσιν ἔργοις,
Τῆμος δ' ἐντύνηται ὁδὸν πολυπαίπαλος ἀνήρ,
Ἦκε παλιμποίνῃσιν ὅγ' ἐγκύρσειε δίκῃσι.
Εἰ δὲ πέλοι τιτηνὶς ἐν ἀστράσιν ἠερίοισιν in ♏
Σκορπίου αἰθερίοιο, φέροι κεν ἐσθλὸν ὄνειαρ.
Εἰ δέ κεν οἰκείηνδε λιλαίεαι αὖτι νέεσθαι
Καὶ δ' ἂν ἐπίκρυφον οἶμον ἐπιφραδέως ἂν ἔλοιο,
Δεικήλῳ δ' ἐνὶ τῷδε φάοι πανδῖα σελήνη,
Κερδαλέον τ' ἀνύσαιο θεῶς ἐρικυδὲς ὄνειαρ
Εἰδώλῳ ἐν τῷδε σεληναίην ἐσαθρήσας.
Εἰ δέ κε τοξευτῆρος ἐλαφροῦ φαίδιμον ἄστρον in ♐
Τιτηνὶς φαιδρῇσιν ἐπαυγάζῃ ἀμαρυγαῖς
Γαῖαν ἐς ἀλλοδαπὴν δ' ἐθέλοις τῆμος δὲ νέεσθαι
Ἤ τ' ἂν ἔτι προτέρω δολιχὴν τελέσειας ἀταρπὸν
Θηθύνων καὶ δηρὸν ἀπέσσεαι, ἀσπασίως δὲ
Πολλῶν ἠελίων ἀνύσας περιμήκεα κύκλα
Σοὺς ἑτάρους κτῆσίν τε καὶ ἀγλαὸν ὄψεαι οἶκον.
Ἐς δὲ πάτρην νόστησον ἰδὼν ἐρίωπα σελήνην
Τοξευτῆρι θέουσαν ὁμοῦ, τῆμος γὰρ ἅπασαν
Εὐφροσύνην ἕξεις ἐσιδὼν πατρώιον οὖδας.
Μὴ μὴν ὁδοιπορίης μιμνήσκεο φάε' ἀθρήσας in ♑
Μήνης αἰγοκέρῆος ἐν ἀστράσιν ἰχνεύοντα.

Ἢ γὰρ

MAXIMI PHILOSOPHI
de electionum auſpiciis.

Si vero Nemeaei (leonis) mediam partem ingrediatur luna
Secunda die, mollius erit iter
Interdiu noctuque per immenſa procurrens.
Vani tunc erunt hominibus labores
Terra in aliena, quod obſeruare debes.
Nec te lateant puellae Theantidis [bb]) celeres orbes,
Exitiale principium veſtigiis conſequentes, ſcorpii in ſplendore.
Si vero virginem radiis conſpicuis illuſtret
Aſtraeam, ſatis diu deges aetatem in terra aliena,
[¶] Innoxius tamen domum amicosque rurſus viſurus.
Si vero in autumnalibus luminibus ſplendeat
Chelarum, ſoli paria ferentibus:
Si ob actionem ac facta recti iuſtique iudicii,
Non feret amplius gaudium nimium neque damnum:
At ſi ob peruerſa ac non expedita opera
Tunc iter carpet vir admodum vafer,
Iterum incurret laborioſas in lites ac moleſta iudicia.
Si autem luna ſit aſtris in vernis
Scorpii aetherei, feret quoque eximium emolumentum.
Si vero cupit ad res domeſticas reuerti,
Et ſecretum iter prudenter agere;
In hoc ſigno quum ſplendet nobilis luna:
Promte feret lucroſum ac praeſtans emolumentum,
In ſimulacro hoc lunam quum adſpexerit.
Quum vero ſagittarii celeris clarum ſidus
Luna illuſtrat ſplendidis fulgoribus,
In terram alienam tunc optes abire,
Aut ſi iam prius longam perfeceris viam,
Tempus producens diu aberis, verum lubenter:
Multorum ſolium peractis magnis circulis
Amicos, opes ac claram adſpicies domum.
In patriam redi videns lumen magnum habentem lunam,
Cum ſagittario ſimul incedentem, tunc enim omnino
Laetus eris patrium ingrediens ſolum.
Itineris noli recordari, lumen adſpiciens
Lunae, capricorni in aſtris incedentis;

 Nam

bb) Lunae.

Ἢ γάρ σοι δολιχός τε πόρος καὶ ἄπρηκτα κέλευθα
Ἔσσεται, καὶ δ' ἂν cc) κε κατηφείῃσιν ἔχοιο.
Πάτρην δ' εἰσανιόντι μετ' αἰγοκερῆος ἐοῦσα
Ὑψίκερως μήνη, πρηῢν καὶ ἀπήμονα νόστον
Σημαίνει, σὺ δὲ μή τι νόῳ νοσφίζεο τῶνδε.
Ὑδροχόου δ' ἠῶ πρώτην πεφυλαγμένος ἔσσο, in ♒
Εἰ δέ κε δεύτερον ἦμαρ ἄγοι πρήϊα κεν εἴη
Καὶ πρῆξιν κε φέρῃσιν ἀπήμονα κερδαλέην τε.
Ἰχθῦσι δ' εἰαρινοῖσιν ἐπὶ στρατιήν πολεμόν τε in ♓
Στειχέμεναι. καὶ δ' ἄν κε φέροιο γριπεῦσιν ὄνειαρ.
[P] Ἠδὲ καὶ ὅσσοι φῶτες ἀνὰ δρυμὰ βησσήεντα
Στείχοντες ταχυνῇσι κυνηλασίῃσι μέλονται.
Χρὴ δὲ καὶ εἰς ἑτέρους σε περιφραδέως ἐσαθρήσας in planetarum
Ἀστέρας, οἳ κεραῆς ταυρώπιδος ἀργέτιν αἴγλην
Δέρκονται τετράγωνον ἐπιστείχοντες ἀταρπὸν □
Μὴ τρίπλευρον ἔχωσι σεληναίης ἀμαρυγὴν △
Ἢ διάμετρα φέρωσιν ἐπ' ἀγλαὰ φάεα μήνης. ☍
Εἰ μὲν γὰρ κακοεργοὶ ἐπ' ἀκτῖνας τανύσαιντο,
Δείδιθ' ὁδοιπλανίην. ἐσθλοῖς δ' ὁρόωσι σελήνην
Βαίνουσαν κατὰ μέτρον εὐσταθέων εἰδώλων,
Θαρσήσας ξείνης ἐπὶ ἤθεα καλὰ πόληος
Στειχέμεναι. καὶ δ' αὐτὸς ἀτάρβητος πέλοι οἶμος.
Εἰ δὲ γάμου λελίησαι ἐπαυρέμεν ἱμερόεντος dd) Περὶ γάμου.
Ἐς θαλάμους δ' ἀγαγέσθαι ἐνηέα βούλεαι εὖνιν,
Σκέπτεσθαι κεραὴν ἑλικόδρομον. Κἢν μὲν ἐῇσι
Τοξευτῆρα κατ' αὐτὸν ἢ ἰχθύας ὑγροκελεύθους
Ἢ καὶ ὑδροχόου περὶ τείρεσιν αὐγάζηται.
Ὄλβιον ἐκτελέσεις γάμον ἠνεκὲς, οὔτινα λώβην
Οὐδ' ἔτ' ἐπεσβολίην δυσερὴν οἴκοισι φέροντα,
Οὐ μὴν νείκεα λυγρὰ τὰ καὶ πινυτήν περ ἐοῦσαν
Ἀνέρι καὶ ποθέοντι θοῶς ἤχθηρεν ἄκοιτιν,
Ἔσται δ' ἠπιόμυθος, ἐχέφρων, ἀγλαοεργός.
Οὕνεκεν ἤμασι τοῖσδε πόρων περικαλλέα ἔδνα
Κουριδίην οἴκοισιν ἑοῖς εἰσῆται ἄνασσαν
Ἀνὴρ εἰ μονίην στυγέοι καὶ ἐλεύθερον ἦμαρ. Luna in ♈ vel ♉
Ἢν δ' ἄρα νυκτιφαὴς ἐπέχῃ κλυτοῦ ἀρνειοῖο
Ἀστέρας ἢ ταύροιο κατ' εὐκεράοιο πολεύῃ,
Μὴ σύγε μοι μνώοιο πολυκτεάνων ὑμεναίων,

Τεῦξει

cc) Fortaſſe δαπάνῃ Holſten.

dd) *Lenz* l. c. pag. 369. animaduertit, formam operis in Orpheo et Maximo eamdem deprehendi: Orpheum praecepta ſua ad Muſaeum omnia dirigere;

Nam longum tibi iter ac moleſtae viae
Erunt, et dedecus non deerit.
Patriam vero ingredienti, cum capricorno dum incedit
Luna, celſa gerens cornua, amoenum ac commodum reditum
Deſignat; tu vero noli haec mente excidant.
Aquarii primam auroram (l. diem) obſeruato.
Etiam diem alterum quum peragit, nam erit auſpicatus,
Actionem ferens non moleſtam, ſed lucroſam.
Piſcibus in vernis, ad pugnam bellumque
Ire iuuat: feres et tunc piſcatoribus emolumentum:
[[?]] Etiam iis qui per ſiluoſos ſaltus
Incedunt, et citas venationes curant.
Oportet et vt alios prudenter inſpicias
Planetas, qui cornutae tauri faciem habentis candidum ſplendorem (lunae)
Contemplantur, quadrata dum inambulant in via,
Nec triangularem habeant lunae fulgorem,
Aut aduerſa ferant ſplendida lunae lumina:
Nam ſi malefici ad radios ſe extendant,
Eſt quod metuas vagationes, bonis vero adſpicientibus lunam
Per gradus ſignorum fixorum incedentem,
Confidens bonis peregrinae vrbis moribus,
Licebit iter facere, imperturbata erit via.
Si autem coniugio cupis deſiderabili frui
Inque thalamos vis ducere frugi vxorem:
Inſpicere oportet cornutam flexuoſe currentem lunam, et quidem ſi ſit
Iuxta ſagittarium aut piſcium humidas vias,
Vel aquarii circa aſtrum ſi ſplendeat:
Felices nuptias obtinebis ſine noxa, quae nullum damnum
Neque moleſtas rixas in domum inferent,
Neque aſpera iurgia, quae et prudentem,
Viro amore flagranti, celeriter reddunt vxorem inimicam.
Erit vero mitis, prudens, operibus ſplendens;
Quapropter his diebus praebens pulchra dona
Iuuenem in domum ſuam introducet dominam,
Vir qui ſolitudinem ac liberum diem odit.
Quum vero noctiluca occupat praeclari arietis
Sidus, vel iuxta taurum pulcre cornutum incedit,
Diuites hymenaeos ne cogites,

Nam

dirigere; in Maximo non minus ſingula ad diſcipulum aliquem, Muſaeum an Iulianum? ſpectare; Maximum ab alio argumento ad aliud tranſiturum formula, ἀ δὲ vt v. 59. fere vti; et prorſus eodem modo partes partibus nectere Orpheum, etc. *Harl.*

Τεύξει γὰρ Φαέθουσα σεληναίη κλυτόπωλος
Τήμος καὶ Φιλίην μινυανθέα καὶ ταχύβουλον
Ἀστασίην. λήσει δ᾽ ἐρατῆς καὶ ἀκηράτου εὐνῆς
Κουρίδιόν τε λέχος προλιπεῖν πόσιός τε λαθέσθαι.
Τεύξει ὁμοφροσύνην τῷ σε φράζεσθαι ἄνωγα,
Ὅππότ᾽ ἐνὶ κριοῖο παλιντρέπτοιο κελεύθου
Αἴγλῃ ἐρευθομένην ἐσίδῃς χρυσάμπυκα μήνην.
Εἰ δὲ κόρης ἀτάλαντος ὁ μὴν ἀνύησι κέλευθον
Ἢ καὶ μαιονίῃσιν ἐφ᾽ ὕδασιν ἰνδάλληται,
[P] Αἴτε κατ᾽ εὐκραίρητος ἐρυγμήλοιο φέρονται
Σιδονίου ταύροιο, καὶ ἐς δόμον ἀρτύνοιο
Ἕδνοισιν βρίθουσαν χλιδάνην ἑλικώπιδα νύμφην
Ἥ τ᾽ ἂν γείτοσι χάρμα δυσηλεγέεσσιν ἄγοιο
Ξυνὴν ὀθνείοισιν ἔχων δυσπέμφελον εὐνήν.
Οὐ γάρ κεν στέρξειεν ἑνὸς λέχος ἤμασι τοῖσδε
Γημαμένη, οὐδ᾽ εἰ νόον αἰνετὸν Ἰκαριώνης
Ἠὲ καὶ Εὐάδνης καπανηΐδος ἐντύναιτο
Ἠὲ καὶ Ἀρσινόης ee) ἐρικυδέος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
Λαοδάμης ἥτ᾽ αἰὲν ἐπ᾽ ἀνέρι κηραίνουσα,
Πάντα γὰρ ἤθεα καλὰ διασκίδνησι γυναικῶν
Ταύρῳ ἐπεμβεβαυῖα Θεαντὶς χρυσοέθειρα.
Εἰ δὲ θεραπαίνῃσιν ἐπορνυμένη διδύμοισιν ☽ in ♊
Δεύτερον ἦμαρ ἄγῃσι, γάμου μεμνημένος εἶναι,
Οἴκοσδον γὰρ ἄκοιτιν ἐνὶ μμεγάροισι κομίζεις.
Μὴ μὲν ἔοι φλογερῷ ἐνὶ Καρκίνῳ, ἢ γὰρ ἂν ὦκα in ♋
Ἐκπροφύγοι μεγάρων ἄλοχος πόσιν ἐχθήρασα
Ἄσπετ᾽ ἐπεσβολέουσα καὶ ἄκριτα παιφάσσουσα.
Εἰ δὲ τύχοι γλήνεσσι νεμειήταο Λέοντος in ♌
Θειαντὶς κούρη φορέουσ᾽ ἐριλαμπέτιν αἴγλην,
Ἦτ᾽ ἂν ὑπερφίαλόν τε δυσόργητόν τε γυναῖκα
Τέτμοι ἀνὴρ, ἀτενεῖ δὲ νόῳ κεχαρημένη εἴη.
Οὐδέ κεν εὐπειθῆ μιν ἔχοι πόσις οὔτ᾽ ἐπέεσσιν
Οὔτ᾽ ἔργοις, ἀλλ᾽ αἰεί κε πανήμερον ὀρσοπολεύοι
Μύθῳ ὀνειδίῳ κέ τε πληγῇσιν ἰάπτοι.
Μαψίδιοι μῦθοι κενὰ δ᾽ ἔργματα τῇδε πέλοιντο,
Πολλάκι καὶ χείρεσσιν ἑὸν λωβήσατ᾽ ἄκοιτιν
Δρασσομένη χαίτης ἢ καὶ ῥεθέεσσιν ἐφεῖσα

Ἀτηρὰς

ee) MS. ἀρσίππης. *Fabr. Gratianus de S. Bauone* (h. e. *Io. Alberti*) in Miscell. Obss. vol. VIII. tom. II. p. 287. sqq. scripsit in hunc Maximi locum animaduersionem, et pro Ἀρσινόης legendum coniicit Ἀρσίππης, quod ad msti lectionem proxime accedat, atque ap. Hesychium Ἀρσίππη· ἡ Ἄλκηστις. Alcestin igitur, Admeti coniugem, quae hic Ἀρσίππη audit, optime coniungi cum

Nam faciet ſplendens luna, citatis gaudens equis,
Tunc amicitiam, ad exiguum tempus durantem, et praecipitis conſilii
Diſcordiam: volet enim amabilem ac incorruptum amplexum
Connubialemque lectum relinquere, ac mariti obliuiſci.
Faciet autem concordiam, cui animum vt aduertas hortor,
Quando in arietis iterum viam vertentis ſemita,
Splendore rub[illegible] inſpexeris, ac fraenis aureis inſignem lunam.
Si vero cum virgine pari paſſu Luna perficiat viam,
Vel obſtetricibus ſub Hyadibus appareat,
[*] Quae iuxta capitonis et prauiter boantis
Sidonii tauri, vt et domum arcturi:
Donis onuſtam, delicatam, ad venuſtam ſponſam,
Vicinis etiam moleſtis gaudium afferentem, adducit,
Commune cum alienis pernicioſum quae habeat cubile:
Non enim diliget vnius viri lectum, his diebus
Quae nupſerit, et ſi animum laudatum Icariones (Penelopes)
Vel Euadnes, Capanei vxoris, inſtructum gerat,
Vel inclytae Arſinoae, ſiue etiam
Laodamiae, ob virum dolore ſemper ſe lacerantis.
Omnes enim caſtos mulierum mores diſſipat
Tauro incedens velociter in aureo aethere luna.
Quum vero miniſtrantibus procedit geminis,
Secundus dies dum agitur, coniugii ne immemor eſto,
Nam vxorem, domus curam habentem, domum deduces.
Noli ardenti in cancro, dum vadit, (vxorem ducere) nam celeriter
E domo pedibus aufugiet vxor, inimicitias gerens,
Magna et innumera probra effutiens ac iterans.
Quum vero incurrit in lumina Nemeaei leonis,
Theae filia diua puella ferens ſplendidum fulgorem,
Certe perfidam ac grauiter iraſcentem mulierem
Inueniet vir, quae obſtinato animo ſe delectabit,
Neque enim obſequentem ſibi habebit maritus neque verbis
Neque operibus, ſed ſemper et per totum diem propera verſabitur
Verbis probroſis; atque plagis inceſſet:
Vani ſermones, vanaque illi erunt opera:
Saepe et manibus contumelioſe ſuum maritum excipiet,
Prenſans comam, aut etiam genis iniiciens

Infeſtas

cum Icarii filia, *Penelope*, et cum *Laodamia*, Proteſilai, vt et cum *Euadne*, Capanei vxore. *Weſſeling.* in Probabil. cap. VII. p. 65. Ἀρχίπ-πης verum eſſe exiſtimabat, eoque nomine Iunonis pellicem, Euryſthei matrem fuiſſe, *Tzetzes* Chiliad. II. 36. monuit. *Harl.*

Ἀτηρὰς παλάμας, ἢ ἐπιρρήσσουσα χιτῶνας.
Ἢν δέ γε δῖα Θεὰ ὑπεριονὶς ἐν σταχύεσσιν — ☽ in ♍
Ἀστραίης κούρης εὐώπιδος αὐγάζηται,
Χήρην μοι τῆμος δὲ συνάορον ἐντύναιο,
Παρθενικὴν δ' ἀλέασθαι, ἐπεὶ μογεροῦ βιότοιο
Αὐτή τ' ἠδὲ πόσις κεκορήσεται πήματα [ff]) πάντα.
Ἢν δέ νυ χηλάων ἐνὶ τείρεσιν αὐγάζηται — ☽ in ♎
Κουριδίην μὲν ἀεικὲς ἐὸν πρὸς δῶμ' ἀγαγέσθαι.
Ὠνητὴ δ' ἂν ἔοι πολυφιλτέρη εὖτε πέληται.
[P] Πολλάκις ὧδε γὰρ ἄστρον ἀναγκαίῃ ὑπὸ λυγρῇ
Λέκτρον ἀεικέλιον γαμίων πάρος ἤγαγε θεσμῶν.
Εἰ δὲ πέλοι πανδῖα χαλαζήεντα κατ' αὐτὸν — ☽ in ♏
Σκόρπιον ἀλγινόεντα, τότ' ἐν πρώτῃ γαμέοιο
Ἠοῖ παρθενικὴν καί κεν φρένας ἠπίη εἴη
Ἀρτίφρων ἀγάνῃσι πεποιθυῖα πραπίδεσσιν.
Εἰ δέ τε δεύτερον ἦμαρ ἠὲ τρίτον ἰθύσειεν
Ἤτ' ἂν καὶ δμώεσσι δυσπαθέεσσι μιγείη.
Ἢν δὲ πελάζηται μήνη κλυτῷ αἰγοκερῆϊ — ☽ in ♑
Πρῶτα, γάμῳ μὲν ἄγει λύπας καὶ πήματα λυγρά.
Εἰ δ' ἄρα δεύτερον ἴσχοι ἀνὴρ λέχος, ἔσσετ' ἄμεινον,
Ἢ χήρην ὀπάσει παντερπέα τῶδε δάμαρτα.
Μὴ μὲν δὴ συνόδοισι σεληναίης ἀγάγοιο — ☽ ☉ ☌ ☍
Εὐνέτιν ἐν μεγάροισιν ἢ ἐν διχομήνιδι πλείῃ,
Οὐ γάρ κεν γάμος εἴη ὀφέλλιμος ἤμασι τούτοις.
Σκέπτεο δ' εἰ κ' ἐσθλοῖσι σὺν ἄστρασι δινεύηται — ☽ ☌ ♃ ♀ ☿
Ἢ Φαέθοντι κλυτῷ ἢ ἑωσφόρῳ αἰγλήεντι
Ἠὲ καὶ εὐπέπλου Μαίης ἐρικυδέϊ παιδί.
Τεύξει γὰρ βιότῳ τε μέγα κλέος εὐφροσύνην τε
Ἤθεα, μειλιχίην τε χάριν τ' εὐεργέα δώσει.
Νῦν δ' ἄγε μοι κούρη πιμπληΐας ἔννεπε Μοῦσα — Περὶ Νόσων.
Ὅσσα φέρει νούσοισιν ἀκήματα δῖα σελήνη
Ὅσσα τε λυγρὰ πέλονται ἐν εἰδώλοισι θεούσης
Δωδεκάτοις ἐνὶ τέρμα πολυτλήτου βιότοιο.
Εἰ μὲν γ' εἰαρινοῖσιν ἐν ἄστρασιν ἀρνειοῖο — Luna in ♈
Πασιφαὴς εἵλοιτο βροτοῖς πανδῖα σελήνη
Ὁππότε τις νούσῳ ἀρήμενος ἀλγινοέσσῃ
Ἀργαλέην ἴσχῃσι μελήδονα μή νύ τι πῆμα
Δειδέχθαι, παιὼν γὰρ ἀκέσσιμος [gg]) ἀνθρώποισι.

Εἰ

ff) ἤματα corrig. *Toup.* emendatt. etc. tom. IV. p. 210. *Harl.*

gg) MS. αἰνέσιμος.

Infeſtas manus, aut lacerans veſtes.
Si vero diua luna in ſpicis
Aſtraeae virginis venuſtae ſplendet,
Viduam mihi videtur tunc conueniens vxorem accipere,
Virginem vero vitare, laborioſa enim vita, poſtquam
Eam acceperit, maritus ſatiabitur, in omnibus damna erunt.
Quum vero in chelarum lumine ſplendet,
Virginem aetate iuuenili conducit in domum ſuam deducere.
Vtilis namque ac amiciſſima erit.
[¶] Saepe enim ſic ſidus triſti ſub neceſſitate
Lectum coniugalem induxit noxium ac nefarium.
Si vero ſit nobilis (luna) iuxta grandinem ferentem
Scorpium dolore afficientem, tunc prima nuptias contrahe
Luce cum virgine, nam ingenium mite habebit,
Mentis integra, placidis confidens praecordiis.
Si vero ſecundum aut tertium diem dirigat,
Certe et cum ancillis miſeris corpus miſcebit.
Quum vero luna in vicinia eſt inclyti capricorni,

[Ὕμνος εἰς Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα memoratur a *Zosimo* histor. libr. IV. cap. 18. p. 310. ed. Reitemeier.

Ad deperdita eius scripta quoque pertinet commentarius in *Aristotelis* libr. de coelo. v. supra, vol. III. p. 230. §. X. it. eius comm. in *Aristot.* libr. de interpretatione. v. supra, vol. III. p. 213. Add. *in Aphthonii progymnasmata graeci commentarii auctoris anonymi*, Syriani, *Sopatri et Marcellini.* Venet. 1509. fol. v. supra, vol. VI. pag. 70. 71. 72. *Harl.]*

Ex

b) Apud Suidam [et Eudoc. l. c.] legitur εἰς τὰ Πρόκλου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. Verum si quis cogitet, Proclum fuisse iuniorem Syriano, eiusque discipulum, et apud eumdem Suidam [it. ap. *Eudociam* p. 366.] in Πρόκλος videat scripta eadem plane memorari, ὑπόμνημα εἰς ὅλον τὸν Ὅμηρον, εἰς τὴν πολιτείαν Πλάτωνος, εἰς τὴν Ὀρφέως Θεολογίαν, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν, συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος et περὶ τὰ λόγια, facile veniet illi in mentem cogitare, verba εἰς τὰ Πρόκλου vel esse notam marginalem lectoris, memoriam Suidae coarguentis et ad Proclum haec referenda esse obseruantis: aut si verba Suidae sunt, quod tamen aegre mihi persuadeo, ita intelligenda sunt, vt innuant, Syrianum simul in hisce Procli scriptis elaborasse, et sub illius praeceptoris sui ductu Proclum haec elucubrasse, aut ex eius ore vel scriptis pleraque eorum repetiisse. Haec certe malim, quam cum Ionsio ista habere pro commentariis Syriani εἰς τὰ Πρόκλου, ac Syriano alicui iuniori tribuere. Licet verum sit, fuisse *Syrianum* iuniorem philosophum, aequalem Hegiae et Isidori, qui Marino successit, cuius meminit *Damascius* in Isidori vita apud Photium cod. CCXLII. pag. 568. Πκρῆνα δὲ Συριανὸν καὶ Ἡγίαν ὁ Ἰσίδωρος, χρεὼν ἂν φιλοσοφίαν ὑποῤῥέουσαν ἀνασώσασθαι. Omitto *Syrianum*, ducem in Aegypto, a quo grauia passus a. C. 355. S. Athanasius, qui in apologiis pro fuga atque alibi mentionem eius facit.

Ex his omnibus nihil tulit aetatem, et fortasse Syrianus illa numquam scripsit; sed Proclus, in cuius scriptis eadem Suidas diserte memorat, licet ex Marino constet, Proclum ansam eorum ex Syriani scholis accepisse. *Timaeum, platonicum,* commentariis illustratum a Syriano ex Proclo in eumdem Timaeum patet [c]), qui etiam laudat praeceptoris sui *συμφωνίας γράμματα*, quibus consensum doctrinae platonicae cum ceteris philosophis, praecipue antiquioribus, Pythagora, Orpheo et chaldaicis oraculis persequutus fuit. Syriani *in Magnam Syntaxin Ptolemaei* memorat Theodorus, Melitenista, prooemio in astronomiam p. 224. Ceterum hodie nihil eorum omnium, sed tantummodo habemus Syriani, (huius, vt mihi persuadeo,) *commentarium in* [†] *Hermogenis, rhetoris, περὶ στάσεων,* (de quo dixi lib. IV.) [c. 33. supra, vol. VI. p. 73. et 75. bis.] graece editum cum Hermogene et aliis rhetoribus Venet. apud Aldum 1509. fol.

Praeterea, sed latine tantum, lucem viderunt Syriani *commentarii in librum III. XIII et XIV. Metaphysicorum Aristotelis,* in quibus hoc inprimis dat sibi negotii, vt Platonem suum aduersus Aristotelis et Peripateticorum obiectiones defendat. Prodierunt ex Hieronymi Bagolini interpretatione Venetiis 1558. 4. Graece nondum viderunt lucem, licet exstent MSS. in variis bibliothecis Italiae et Galliae, [d]) etiam ex doctissimi Holstenii beneficio in bibliotheca Iohannea huius vrbis Hamb. et quidem duobus foliis in extremo, latinis editis auctiora. De codicibus Seguierianae siue Coislinianae bibliothecae vide *Montfauconi* catalogum p. 221. seq. et 446. obseruoque, in altero codice ibi eadem exstare, quae Bagolinus vel non habuit, vel in versione sua omisit, atque in Holsteniani MSti duabus postremis paginis exstant *de Prouidentia.* Siue, vt graecus habet titulus: Εἰς τὰ περὶ προνοίας, τίνα συντελέντα. Incipit: τῶν οὐσιῶν κατὰ Ἀριστοτέλην ἡ μέν ἐστιν ἀσώματός τε καὶ ἄνευ σώματος, εἶδός τι ἄϋλον καὶ χωρὶς ἐνέργειά τις οὖσα ἀπάσης δυνάμεως κεχωρισμένη, ἣν οὐσίαν καὶ νοῦν καλῶν etc.

Catalogus

c) V. supra, vol. III. p. 94. et 95. *Harl.*

d) V. supra, vol. III. p. 258. vbi in nota nominantur codd. in quibus graece supersunt memorati *Syriani* commentarii. Praeter ea *Mosquae* in bibl. synod. exstat cod. chartac. saec. vt videtur XVI. qui continet *Aristotelis* metaphysica cum schol. Alexandri Aphrodisei: in illo fol. 227. legitur: Συριανοῦ τοῦ φιλοξένου περὶ τῶν ἐν τῷ β. τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ ἀριστοτέλους πραγματείας λογικῶς ἠπορημένων καὶ διαίτης ἠξιωμένων· et eiusdem ἐπίσκεψις τῶν ἀριστοτ. ἀποριῶν πρὸς τὰ μαθήματα καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῶν ἐν τῷ μ καὶ ν. τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματείας. v. *Matthaei* not. codd. Mosquens. p. 9. et 10. In cod. *Taurin.* XXXII. *Syriani* comment. in librum II. Metaphys. Aristot. — eiusd. speculationes in Aristot. dubia circa mathemata et numeros in XI. et XII. Metaphys. libro, (initium h. l. aptius videtur, quam quod legitur in bibl. Coislin. pag. 222.) — eiusd. definitiones quaedam de prouidentia. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 139. sq. — iidem libr. in cod. *Escor.* teste *Plüero* in itinerar. per Hisp. p. 190. Passim in codd. a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. excitatis v. indic. voc. *Syrian.* et cl. *Buhle* de Aristot. codd. msst. vol. I. Opp. Arist. p. 186. sq. et 313. *Harl.*

Catalogus scriptorum, a Syriano in commentariis ad metaphys. citatorum, compositus a me ad paginas edit. latinae Venetae.

Comoedia-

[P] Syriani diſcipulus genuinus et in ſchola Athenienſi ſucceſſor e) fuit PROCLVS, Lycius, cuius vitam ſcripſit, qui Proclo deinde ſucceſſit, Marinus, Neapolitanus. Eam, dimidia parte mancam, cum neſcio cuius verſione latina vulgauit primus *Guil. Xylander*, additam Marci Antonini praeclaris, quibus ſe ipſum monet, libellis. Tiguri 1558. [1559.] 8. apud Andream Geſnerum. Recuſa deinde ibidem vtraque lingua cum eodem M. Antonino eſt a. 1559. 8. et ſex libris theologiae platonicae praemiſſa ab *Aemilio Porto*, Hamburg. 1618. fol. Nam latinam editionem Lugdunenſem apud Io. Tornaeſium 1559. 12. e bibl. illuſtriſſimi principis, Ottonis Henrici, et quam non memini me videre, memorat autem catalogus Bodleianus, Lugdunenſem alteram a. 1626. 8. libenter omitto. Integram dare Holſtenius quum voluiſſet, fato prohibitus locum mihi dedit, qui ex codice Gudiano deſcriptam ſuppleui, ac cum verſione mea et notis ſeparatim edidi Hamburg. 1700. 4. recuſam deinde ad calcem bibliothecae meae latinae, Londin. 1703. 8. Eſt autem ſcriptum lectu iucundum illis, qui res philoſophorum illius aetatis cognoſcere voluerint, totumque ita comparatum, vt ex virtutibus Procli, quarum omnes gradus eum impleuiſſe contendit, vere felicem eum fuiſſe colligat. Hinc etiam libello titulum fecit Πρόκλος ſiue *περὶ εὐδαιμονίας, de felicitate.* f) Quum enim ſub notis illis quatuor cardinalibus, omne genus virtutum complectatur, prudentia, fortitudine, iuſtitia ac temperantia: id ſcilicet agit Marinus, vt his virtutibus vniuerſis enituiſſe Proclum doceat gradu primum infimo, qui ipſi eſt phyſicus, ita vt, prudentia bonus habitus ſenſuum, fortitudine robur, per temperantiam pulcritudo, per iuſtitiam valetudo integra corpusque bene ſanum, quo ille vſus eſt, ſignificetur. Deinde ſimiliter conſpicuos in ipſo fuiſſe docet virtutum gradus ſeſe excipientes ad ſummum vsque, ethicarum, politicarum, purgatoriarum, purgatique iam ac defaecati animi, tum contempla-

e) Hinc Διάδοχος cognominatus. Succeſſor autem Syriani factus fuiſſe a. C. 450. videtur *Saxio* in Onom. I. p. 509. ſq. v. de Proclo, nato Byzantii, a. Chr. 412. denato Athenis a. C. 485. *Suid.* h. v. *Eudocia* h. v. pag. 366. ſupra in catal. Platonicor. vol. III. p. 186. et p. 504. in cat. Peripateticor. *Caued* hiſt. litter. SS. EE. I. p. 552. *Brucker.* hiſt. crit. phil. II. p. 318. ſqq. qui, duce potiſſimum Marino, multus eſt de vita, ingenio, eruditione, philoſophia et theurgia etc. Procli; *Lambec.* comm. de bibl. caeſar. vol. VII. p. 92. ſqq. qui de anno Procli natali et a. quo mortuus ſit, (ab a. 443. ſiue 444. vsque ad a. 518. ſ. 519. rationes ſubducit,) in alia omnia tranſit, immo in Suppl. ibid. p. 109. not. mortis annum curatius at falſo definire ſtuduit; atque Kollar. Lambecii errores refutat p. 110. ſq. not. docetque, ab illo duos Proclos fuiſſe confuſos; — *Burigny* de vita et placitis Procli, et de codd. msstis quibusdam, vbi inedita quaedam huius philoſophi reperiuntur, comment. in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. tom. XXXI. p. 139. ſqq. germanice verſa in: *Hiſſmanni* Magazin für die Philoſophie u. ihre Geſchichte, tom. IV. pag. 197. ſqq. inprimis *Tiedemann* in: Geiſt der ſpeculativen Philoſophie, tom. III. cap. 15. pag. 519. ſqq. *Cudworth* hinc inde in ſyſtemate intellect. ex lat. Moshem. verſione, ed. Leid. 1773. 4. p. 369. ſq. 842. ſq. etc. *Hamberger* zuverl. Nachr. III. p. 245. ſqq. atque ego in Introd. in hiſt. L. Gr. II. part. I. pag. 575. ſqq. plura collegi ſcripſique de Proclo. *Harl.*

f) Florent. in cod. *Laurent.* III. nr. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 289. *Harl.*

templatoriarum ac theurgicarum denique. g) Nihil praeterea intermittit eorum, quae ad ſtudia eius et amicitias atque alia, narratione digna, pertinent, quibus laudes eius celebrentur. Verum haec, qui cognoſcere voluerit, libellum Marini, non eſt enim admodum copioſus, conſulat. Neque mihi placet hoc loco repetere, quae vel ad illuſtrandum Marinum, vel ad aetatem Procli conſtituendam alibi [§] dixi: tantum obſeruo praeter ibi a me notata ſic virtutes quatuor cardinales in argumentum laudis ſumſiſſe Agathonem, vbi Deum amorem celebrat apud Platonem in conuiuio pag. 325. Dionem Chryſoſtomum, vbi laudare inſtituit Traianum imp. diſſertatione III. de regno p. 37. ſeq. Ariſtidem, quando ab eo laudatur Marcus Antoninus, tom. I. oratione X. Iamblichum denique cap. 29 — 32. in vita Pythagorae, vbi in laudes philoſophi illius excurrit.

Obiit Proclus Athenis anno Chriſti 485. aetatis 75. a Iuliani h) imperio 124. vt emendandus ſit *Ioannes Keplerus,* qui, Cedrenum ſequutus, Proclum ſub Conſtantino, Maxentio ac Iuliano ait vixiſſe pag. 245. Harmoniae mundi. Sed grauius etiam errant ii, qui Marinum, Procli diſcipulum, confundunt cum Marino, Tyrio, quem in geographia ſua caſtigat Claudius Ptolemaeus: aut qui Plutarchum Syriani et Procli praeceptorem eumdem cum Plutarcho, Chaeronenſi, faciunt, atque inde Proclum etiam ad vicina Traiano tempora reducunt. Sed quo facilius ſit erroribus huiusmodi occurrere, eosque euitare; age Proclos varios itemque Marinos paullo diſtinctius recenſeamus.

Procli varii, noſtro antiquiores.

Calpurnius Proclus, in veteri inſcriptione Ancyrana; apud *Montfauconum* pag. 161. Palaeographiae graecae.

Clau-

g) Timaeus Locrus pag. 564. edit. Galei, pulcritudinem cum iuſtitia confert, et cum temperantia ſanitatem.

h) Marinus cap. 36. Vitae Procli: ἐτελεύτησε δὲ τῷ δʹ καὶ κʹ καὶ ρʹ ἀπὸ τῆς Ἰυλιανῦ βασιλείας, ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικαγόρυ τῦ νεωτέρυ, μηνὸς κατὰ μὲν Ἀθηναίυς μυνυχιῶνος ιζʹ, κατὰ δὲ Ῥωμαίυς Ἀπριλίυ ιζʹ. Scholion, in MS. adiectum, monet, non de Iuliano, apoſtata, ſed de alio, neſcio quo, Iuliano verba Marini accipienda eſſe, ὐ τὸν παραβάτην Ἰυλιανὸν λέγει, ἀλλ' ἐν Ἀθήναις κληρωτὸν ἄρχοντα. Sed hoc ſcholion falſum eſſe non dubito. Nam in Iuliano, imp., tempus optime congruit, et nomen βασιλείας, nec mirum, philoſopho pagano, Marino, natione Syro, ſanctiſſimam fuiſſe apoſtatae memoriam, vt ab illius imperio quamdam veluti epocham repetere voluerit, qui tantis beneficiis et honoribus adfecerat philoſophos, et ipſe non mediocriter in philoſophia profecerat. Etiam in more poſitum orientalibus, aeram ducere ab exortu principis alicuius, qui de ipſis eſſet praeclare meritus, eamque producere quam diutiſſime liceret, donec alterius maiore beneficio prioris recordationem veluti delerent, vt bene obſeruauit Ioh. Harduinus in chronologia Vet. Teſtamenti. Alioqui Syris et aliis Aſiae populis ſollemne eſt, annos ab Alexandri Macedonis regno numerare, vt notat Andreas Maſius praefat. ad librum Moſis Barcepha de paradiſo, et Henricus Noriſius libro de Epochis Syro Macedonum.

Claudius Aurelius Proclus, heros, in antiquo marmore Oxonienſi pag. 299. edit. Humfredi Prideaux. Huius fortaſſe filiam, Ἰϐλίαν Πρόκλαν Ἡρωΐδα, vides memorari in numo veteri apud *Seguinum* pag. 61. et 74. Niſi ea propius attingit Iulium Proclum, a Commodo, imp., vna cum ſuis, vt narrat Lampridius, interfectum.

Claudius Proclus, ſophiſta Smyrnaeus et praetor tempore M. Aurelii Antonini, cuius fit mentio in nummis, vt in illo, quem exhibet *Ezech. Spanhemius* de Veſta et prytanibus Graecorum tom. V. theſauri rom. Graeuiani p. 701. * Vide *Godfr. Olearii* notas ad Philoſtratum p. 602.

Proclus ab a. C. 434. patriarcha *CPolitanus* a. C. 446. defunctus, de cuius vita et ſcriptis dicam infra capite XXVIII.

Eutychius Proclus, Siccenſis, Afer, *grammaticus*, quo praeceptore vſus eſt M. Antoninus, vt narrat in huius vita Iulius Capitolinus cap. 2. Videtur hic Proclus ille eſſe, qui ſui temporis doctiſſimus grammaticus Trebellio Pollioni dicitur in Aemiliano Tyranno.

Iulius Proclus, quem Commodus, imp., iuſſit cum ſuis interfici, teſte *Aelio Lampridio* in eius vita cap. 7. Hunc ſuſpicor eſſe Proculum, ad quem reſcripſit Marcus et Verus.

Proclus, ſiue Proculus, inter *iuriſconſultos* memoratus apud Aelium Lampridium, ſiue quisquis locum illum Lampridio intruſit in Alexandro Seuero cap. 68. Certe ad Alexandri Seueri tempora referri non poteſt, ſi is eſt Proculus, a quo Proculiani, magna auctoritate ICtus Neronis tempore, vt conſtat ex Pomponio lib. I. D. de orig. iuris tit. 2. vbi narrat, ſucceſſorem huius Proculi Pegaſum fuiſſe, praefectum vrbi temporibus Veſpaſiani, imp.

Proclus, Προκλήϊος, ſiue Proculeius, Themiſonis F. *Laodiceae* in Syria hierophanta, ſcripſit, Suida teſte, Θεολογίαν. Εἰς τὴν παρ' Ἡσιόδῳ τῆς Πανδώρας μῦθον. Εἰς τὰ χρυσᾶ ἔπη. Εἰς τὴν Νικομάχϐ εἰσαγωγὴν τῆς Ἀριθμητικῆς. Et alia quaedam geometrici argumenti.

Largius Proclus, qui in Germania praedixit mortem Domitiani, imperatoris. Vide *Xiphilinum* pag. 225.

Lucianus Proclus, ſenator rom ſub eodem Domitiano, de quo *Xiphilinus* pag. 222

Proclus *Mallotes*, (Μαλλώτης) Cilix, philoſophus ſtoicus. [i]) Scripſit teſte eodem Suida ὑπόμνημα τῶν Διογένϐς σοφισμάτων, et aduerſus Epicurum. Huius, vt opinor, men-

 tionem

i) V. ſupra, vol. III. p. 574. ſq. *Harl.*

tionem facit Proclus Lycius in Timaeum Platonis pag. 276. *ἄτρεπτα ἄρα μένει τὰ οὐράνια, ὥσπερ δὴ [ῥ], τῶν ἀρχαίων Πρόκλος τε ὁ Μαλλώτης ... εἰρήκασι, τῶν δὲ νεωτέρων οἱ ἀπὸ Πλωτίνου πάντες Πλατωνικοί.* Incertum, quisnam Proclus a Nerone iussus cum Virginio Ruso venas sibi praecidere.

Proclus* *Mallotes* alter, stoicus et ipse, Suidae memoratus.

Proclus, *medicus* methodicus. Infra, in Rhegino.

Proclus, *Metapontinus*, cuius inter Pythagoricos philosophos Suidas capite vltimo vitae Pythagorae mentionem facit. *Favr.* V. supra, vol. I. p. 865. vbi quoque Proclus *Laodicenus* memoratur. *Harl.*

Proclus, siue Proculus, Montanista, *σπουδαστὴς Μοντανοῦ*, aduersus quem scripsit Caius k), presbyter romanus, *σπουδαίαν διάλεξιν*, teste *Photio* cod. XLVIII. Meminit et *Eusebius* II. 25. et III. 31. Hist. sed et *Hieron.* de S. E. cap. 59. et *Theodoritus* III. 2. de haereticis fabulis: *κατὰ δὲ Πατρόκλου τῆς αὐτῆς αἱρέσεως* (de Montanistis ibi sermo est) *προστατεύσαντος συνέγραψε Γάϊος.* Vbi pro *Patroclo* legendum esse *Proclum*, multi iam notarunt. Vti vicissim apud Suidam in Παράβυστον pro Προκλέους legendum Πατροκλέους ex Harpocratione. Hic auctor Proclianorum, siue Montanistarum κατὰ Proclum, cuius meminit scriptor appendicis ad Tertull. de praescript. c. 52. *Accesserunt alii haeretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non una doctrina est. Sunt enim, qui* κατὰ *Proclum dicuntur; sunt, qui secundum Aeschinem pronunciantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem et suam. Et communem quidem illam, qua in apostolis quidem dicunt Spiritum S. fuisse, paracletum non fuisse: et qua dicunt, paracletum plura in Montano dixisse, quam Christum in euangelium protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora.* Quaenam blasphemia illorum non communis fuerit, non addit, de Montanistis secundum Aeschinem monere contentus, *eos adiecisse etiam haec, vt dicerent, Christum ipsum esse Filium et Patrem.* Procliani inter haereticos, qui, cum ad ecclesiam accedunt, rebaptizandi sunt, referuntur a Gennadio de eccles. dogmatibus cap. 52. Nescio, an ab his diuersi sint Proclianitae, de quibus auctor Praedestinati c. LV. licet illos a Proclino l) nomen aiat accepisse. *Dicunt isti, Dei filium sic paruisse in terris, sicut Raphaëlem, angelum, aut Gabrielem, non carne assumta sed visa.* Alia sunt, quae Proclianitis Philastrius c. 56. tribuit, faciens eos discipulos Seleuci et Herminae, (qui Tertulliano Hermogenes:) *Alii sunt discipuli horum, qui Proclianitas appellantur et Hermiotitae. Addunt etiam diversos errores, dicentes, quod [?] in Ezechiele propheta* m) *scriptum est de quatuor animalibus,*

k) Confer *Stephanum le Moyne* ad varia sacra p. 959. seq [et supra, vol. VII. p. 181. sq.]

l) *Proclini* alterius, platonici, mentio apud Porphyrium in Plotini vita. [v. supra, vol. III. p. 186.]

m) Ezech. I. 5. seq. Confer *Iac. Thomasii* praefationes p. 385. seq.

malibus, quod leonem regem esse Parthorum, [n]) *vitulum Aegyptiorum, aquilam Romanorum, hominem vero pi...morum tenere similitudinem arbitrantur. Hi sapientiae libro vtuntur Sirach illius* [o]), *qui scripsit post Salomonem, id est, post multa tempora, librum vnum sapientiae. Christum autem in carne venisse negantes,* [p]) *resurrectionem et iudicium non sperantes, de virgine natum eum non credentes, qui in locis* [q]) *Galatiae commorantur, et vt vulpes latitantes, plurimos depraedantur, sicut Salomon testatus est dicens:* [r]) Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam *Domini Saluatoris.*

Proclus Pompeianus, patria *Naucratites,* Athenis eloquentiam professus, Adriani, sophistae, discipulus, praeceptor Philostrati, qui plura de eo refert lib. II. Sophistarum p. 602. edit. praeclarae desideratissimi Olearii nostri. Eiusdem orationem πρεσβευτικὴν ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνησι memorat in Hippodromi vita p. 616. sq. Hippiam et Gorgiam imitari, siue Ἱππιάζοντι et Γοργιάζοντι similis esse in dicendo fuit visus. Memoriae vi, quamuis nonagenarius, miranda polluit, hac in parte vel par Simonidi vel etiam superior. Si quis semel drachmas centum persoluisset, semper huic eum, quandocunque vellet auscultare dicentem, integrum erat.

Proclus, philosophus, Thalmudicis scriptoribus memoratus פרוקלוס בן פלוספוס qui Gamalielem, in vrbe Acco in balneo Veneris lavantem, reprehendit. Tractatus Avodah Sarah in opere Mishnico Surenhusiano tom. IV. p. 375.

Proclus *Pompeianus,* supra in Naucratita.

Proclus, *praefectus vrbi* sub Theodosio Magno, atque anno eius decimo capite plexus. Hunc celebrat epigramma, quod graece et latine [*] seruatum CPoli in stylobata obelisci in hippodromo prope Sophiae templum. Graecum exstat etiam in anthologia l. 4. c. 17. latine apud Bondelmontium, sed et *Gyllium* in descriptione CPoleos II. 11. *Gruteri* inscript. p. CLXXXV. 6. *Georgium Dousam* in itinere CPol. p. 38. *Iac. Sponium* itineris sui p. 46. *Athan. Kircherum* tom. III. Oedipi p. 308. *Franciscum Iunium* [s]) catalogo pictorum

n) Ita legendum puto pro *Pastorum,* ac per Parthos intelligo Persas.

o) Libro Sirachidis titulum σοφίας tribui a multis veteribus, notauit *Cotelerius* ad Clementis, romani, epist. tom. I. patrum apost. p. 178. seq. Non minus constat, etiam ecclesiasticos scriptores passim vsos Siracidis libro, vt hoc haeresibus Proclianorum addi a Philastrio non esset necesse.

p) Hoc vnum de Proclianis repetit *Augustinus* c. 60. *Proclianitae sequuti sunt istos* (Seleucianos et Hermianos) *et addiderunt, Christum non in carne venisse.* [v. *Schroeckh* hist. eccl. christ. tom. IX. p. 407.]

q) *Nazianzenus* orat. XIV. p. 221. καὶ ἡ Φρυγῶν εἰς ἔτι μανία τελούντων τε καὶ τελουμένων, μικρῷ τοῖς παλαιοῖς παραπλήσια. Καὶ ἡ ΓΑΓΑΤΩΝ ἄνοια etc.

r) Cantic. II. 15.

s) Iunius Proclum illum habet pro mechanico et artifice. Sed tali epigrammate potius mos celebrare praefectum, qui obelisci excitandi curam habuit, quam artificem, qui hoc est exsequutus, licet de artifice Grotius etiam accipere maluerit.

pictorum p. 182. *Carolum du Fresne* in CPoli Christiana p. 105. et *Anselmum Bandurium* lib. VII. antiqu. CPol. pag. 182. Mihi satis iam erit, graeci epigrammatis latinam versionem adponere, quam fecit vir summus, Hugo Grotius, praecipue, quoniam apud Iunium inemendata legitur:

Strata iacebat humi quondam quadra forma columnae,
Theudosii iussu principis, arte Procli,
(Quippe nefas aliis,) moles surrexit in altum
Intra ter decies tanta duosque dies.

Aliam *Latinus Latinius* edidit in consideratione septima ad obeliscos Mich. Mercati:

Pondus humi aeternam quadrata mole columnam
Theudosius princeps munus vt erigere est
Ausus, mandauit Proclo, tantamque columnam
Terdecima erectam luxque secunda dedit.

Proclus *Proculeius*, vide in Laodicensi.

Proclus *Quintillianus*, procos. Asiae sub Decio. Chronicon Paschale p. 270.

Proclus, *Rheginus*, medicus, secta methodicus, cuius mentio apud Galenum in introductione. *Fabr.* V. infra, vol. XIII. pag. 380. in elencho medicorum, vbi etiam *Proclianus* et *Proculus* inter medicos nominantur. *Harl.*

Proclus, *Siccensis*. Vide supra, in Eutychio Proclo.

Proclus, *Torpacion*. Tertullianus libro ad Scapulam cap. IV. *Ipse etiam Seuerus, pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam et Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeae procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisiuit, et in palatio suo habuit vsque ad mortem eius: quem et Antoninus optime nouerat, lacte christiano educatus.* Putant viri clarissimi, hunc Proculum, christianum, eum esse, cuius meminit Capitolinus in Marco, et *Eutychium* graece idem esse Afris *Tobracon*, siue *Topracon*, quomodo rescribi volunt apud Tertullianum: *Euhodiae* autem *procuratorem* interpretantur, τῆς εὐοδίας διοικητὴν, quod *Itinerarii* in orbe romano [P] *rationarius* esset ab imperatore Marco constitutus, vt honestam functionem sine inuidia, et incommodo periculoque, obtineret. Quapropter etiam Capitolinus factum adfirmat fuisse proconsulem, videlicet honorarium, itineris curandi caussa. Sed ista ab eruditis viris nullo auctore asseruntur. Non negamus, aliquando *procuratores* adpellari prouinciarum praesides; sed itinerarii rationarium et procuratorem adpellari *proconsulem*, nobis plane nouum, et hactenus non lectum, non auditum fuit. Adpellatur igitur iste Proculus *Euhodiae procurator*, quia *Euhodiae*, feminae satis notae illo saeculo, res procurabat, et administrabat: tantum abest, vt sit Proculus ille Marci in grammaticis praeceptor, quem in tantum gratus imperator dilexit, vt vsque ad procon-

proconsulatum prouexerit oneribus in se receptis. *Euhodiae* nomen feminae esse, constat ex hac inscriptione, quae Romae visitur in monte Caballo, et legitur apud Gruterum:

D. M. HERMES EVHODIAE CONIVGI SVAE BENE MERENTI.

Et forte *Euhodia* haec Tertulliani, erat filia *Euhodi,* imperatoris, Seueri, liberti, qui fuit τροφεὺς, vt adpellat Dio, Antonini, filii Seueri. Libertum autem *Euhodiae* Proculum hunc fuisse suspicor, et ab *Euhodia,* patrona, rebus suis administrandis procurandis admotum. Qui, vt puto, seruitutem seruiebat, *alipilarii* munus implebat: vnde ei cognomen *Dropacion:* ita enim nobis rescribendum videtur apud Tertullianum. Est enim in veteribus lexicis, *Alipilarius,* δροπακιστής. Lauabant enim vnguento dropace. *Haec ad illum Tertulliani locum vir doctissimus Samuel Petitus commentario ad leges Atticas p. 301. sq.*

Proclus, qui contra *Valentinianos* scripsit. Tertull. c. 5. contra Valentinianos: *vt Iustinus, philosophus et martyr, vt Miltiades, ecclesiarum sophista, vt Irenaeus, omnium doctrinarum curiosissimus explorator, vt Proclus noster, virginis senectae et christianae eloquentiae dignitas.* Incertum, idemne Proclus, Montanista, auctor Proclianorum, a quo Tertullianum ipsum, vt Montanum sectaretur, persuasum nonnulli suspicati sunt.

Quamquam idem nomen est Proclus, et Proculus: tamen nolo in Proculis coaceruandis copiosior esse: itaque libenter omitto Proculum Iulium, Romuli, inter Deos recepti, iuratum testem, *Liu.* I. 16. Plutarch. quaest. rom. etc. Proculum, tyrannum, (Probi tempore) de quo Vopiscus: tum consules, Proculum Virginium Rutilum A. V. C. 267. Proculum Geganium Macerinum a. 313. C. Plautium Proculum [?] a. 395. P. Plautium Proculum a. 427. Q. Aradium Rufinum Valerium Proculum a. 340. Alii Proculi illustres vel apud vnum Tacitum celebrantur septem vel octo, atque in veteribus inscriptionibus innumeri.

Notum est ex Plutarchi Coriolano p. 218. Proclos a Romanis dictos, qui absente, siue procul versante, patre nati essent. ἐνίους δὲ συντυχίας γενέσεως μέχρι νῦν καλοῦσι, Πρόκλον μὲν ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γενήσεται, καὶ Πόσθουμον ἂν τεθνηκότος. Vet. gloss. *Proculus* τηλέγονος. Festus: *Proculum inter cognomina cum dicunt, qui natus est, patre peregrinante a patria procul. Proculos, sunt qui credant, ideo dictos, quia patribus senibus, quasi procul progressis aetate, nati sunt.*

Aliud nomen Procles, Προκλῆς, quo fuit vnus Aristotelis gener, (Pythiadis secundus maritus,) et alter generi filius patri cognominis, qui philosophiae apud Theophrastum dedit operam. Vide *Sextum Empiricum* contra grammaticos pag. 51.

Procli, nostro iuniores.

Proclus, ὀνειροκρίτης, qui Anastasii, imp., mortem praedixit, teste *Theophane* p. 140. *Cedreno* p. 298. et auctore chronici paschalis p. 331. cui φιλόσοφος Ἀσιανὸς adpellatur. Idem

Proclus est, quem *Io. Zonaras* lib. XIV. annal. p. 55. narrat Archimedis exemplo classem Vitaliani Thracis, tyrannidem aduersus Anastasium adfectantis, incendisse ope speculorum vstoriorum, ex aere fabricatorum. Κάτοπτρα γὰρ ἄδεται χαλκεῦσαι πυρφόρα ὁ Πρόκλος καὶ ἐκ τοῦ τείχους ταῦτα ἀπαιωρῆσαι κατέναντι τῶν πολεμίων νεῶν, τούτοις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προσβαλουσῶν πῦρ ἐκεῖθεν ἐκκεραυνοῦσθαι καταφλέγον τὸν ναυτικὸν τῶν ἐναντίων στρατὸν, καὶ τὰς νῆας αὐτάς. Non speculorum ope, sed viui sulphuris id peregisse Proclum, legas in chronico Ioannis *Malalae* tom. II. pag. 121. Quemadmodum autem Proclum hunc cum Proclo Lycio, philosopho; ita Marianum, praefectum christianum, cum Marino, Procli, philosophi, discipulo ethnico confuderunt iam dicti scriptores, ansamque errandi dedere *Lambecio*, lib. VII. p. 46. sq. 404. seq. [p. 96. sqq. 104. sqq. 110. ibique not. Kollar. qui, Lambecii errorem notat, et supra ad init. sect. de Proclo Lycio, *Harl.*] vt copiosius exposui pridem in prolegomenis ad vitam Procli Lycii, a Marino scriptam.

Proclus, Pauli Byz. filius, ICtus et quaestor Iustini, imp., de quo Theophanes, cui ἀνὴρ συνετὸς καὶ ἀγχίνους dicitur, tum *Procopius* lib. I. de bello Persico c. 11. et ex eo Suidas in Πρόκλος, e recentioribus *Anselmus Bandurius* ad antiquitates CPol. pag. 839. 840. et *Nic. Alemannus* ad Procopii anecdota pag. 102. edit. regiae. In huius Procli statuam epigramma in anthologia lib. IV. p. 433.

[¶] Πρόκλος ἐγὼ Παύλου, Βυζάντιος, ὃν περὶ δῶμα
Τηλεθάοντα δίκης βασιλήϊος ἥρπασεν αὐλή,
Ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐρισθενέος βασιλῆος.
Ἀγγέλλει δ' ὅγε χαλκὸς, ὅσον γέρας ἐστὶν ἀέθλων,
Καὶ τὰ μὲν εἴκελα πάντα καὶ υἱέϊ καὶ γενετῆρι,
Ἐν δ' ὑπάτων ῥάβδοισι πάϊς νίκησε τοκῆα.

Paulus, Procli pater, consul fuit a. C. 512. Eius nomen in fastis non occurrit, et tamen ait poëta, patrem a filio fascium consularium numero superatum. Nimirum saepius hic consulatum gessit honorarium siue codicillarem, licet consul ordinarius numquam fuerit. Vide *Petri Relandi* fastos ad A. V. C. 1264. Ita Vettium Proclum, qui cum Iulio Lupo consul memoratur apud Gruterum p. MLXXI. 4. frustra quaeres in fastis.

PROCLI Lycii praeceptores praeter *Plutarchum*, Atheniensem, et *Syrianum*, (de quo supra,) *Orion*, grammaticus, ex philosophis peripateticis *Olympiodorus*, ex mathematicis *Hero*, in eloquentia *Lachares*.

Condiscipuli, Nicolaus Lycius, Archiadas, Domninus Syrus, et Hermias. Auditores Heliodorus et Ammonius, Hermiae filii, Hierius Plutarchi, Asclepiodotus, Zenodotus, Seuerianus, Pamprepius, Vlpianus Gazaeus, Hegias. Praecipue vero MARINVS, qui Proclo in cathedra Atheniensi successit, patriam communem habens cum S. Iustino, martyre,

martyre [t]), Flauiam Neapolin Samariae siue Palaestinae, prope montem Garizim. [u]) Marino deinde successit Isidorus, qui et ipse Proclum audiuerat, et postea, recusante Hegia, locum Marini obtinuit. Marinum quoque audiuit Agapius, teste Suida, Ammonium Simplicius, Asclepius Trallianus et Ioannes Philoponus. Isidoro deinde successit Damascius, Damascenus, qui vitam Isidori, magistri sui, scripsit, ex qua insignia excerpta leguntur apud *Photium* cod. CCXLII. Illam vitam duplo auctiorem editurum se promisit *Valesius* p. 86. ad Socratem. De vita Procli a Marino scripta iam dictum: de προθεωρίᾳ Marini, quae itidem exstat ad data geometrica Euclidis, vide quae notaui lib. III. c. 19. §. 11. [vol. IV. p. 66. 78. sq. et p. 49. *Paris.* bibl. in octo codd. exstat *Marini* praefat. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Scalig. v. cat. bibl. Leid. p. 341. nr. 48.] In illa laudat Marinus Pappi ad eadem data commentarium, Euclidis XIII. lib. elementor. phaenomena, musica et optica, Archimedem de helice, Apollonium, Pergaeum, ἐν τῇ περὶ νεύσεων καὶ ἐν τῇ καθόλου πραγματείᾳ, Diodorum, Serenum, et Claudium Ptolemaeum. De Marini scriptis deperditis non repetam, quae ex Suida et Damascio apud Phot. [P] pridem notaui in prolegomenis ad Procli vitam, quam versibus etiam scripsisse Marinum Suidas testatur, similiter vt *Photius* cod. CLXVIII. auctor est, Basilium Seleuciensem S. Theclae vitam, versibus et prosa composuisse. Sed versibus scripta Procli vita, similiter vt illa Theclae pridem intercidit, prosaria vtraque tulit aetatem. [*Marini* epigr. in Procli vitam, in *Brunckii* analect. vett. poet. gr. II. pag. 446. *H.*]

Marini alii.

Marini nomen dominum Syris significat, vt constat vel ex Philonis, Iudaei, libro in Flaccum et frequens admodum fuisse in Oriente reperitur.

Marinus, Apsiliensis, cuius meminit Theophanes in Leone Isauro: praefectus praetorio, quem apud Leonem plurimum potuisse testatur, sed tamquam iniustum perstringit Cyrillus, Scythopolitanus, in vita S. Sabae, Coteler. III. monument. p. 304.

Marinus ab Aquis Tabilitanis in Numidia, traditor, cuius mentionem facit Optatus de schismate Donatistar.

Marinus, Arelatensis, eidem Optato memoratus, qui concilio Arelatensi a. C. 314. praefuit.

Marinus Arianus ex Thracia arcessitus et a. C. 386. Demophili mortui in locum episcopus ab Arianis CPoli constitutus. Socr. V. 23. et Suid. in Ἀρειανοί.

t) Vide *Ez. Spanhemium* diss. IX. de vsu et praestantia numism. edit. in 4. *Henricum Noris* diss. V. de epochis Syro Macedonum, et *Io. Harduinum* in numis antiquis populorum et Vrbium illustratis.

u) Conf. supra, vol. III. p. 498. sq. vol. VII. p. 718. med. *Ionsius* de scriptor. hist. philos. libr. III. cap. 19 p. 103. *Brucker.* hist. crit. phil. tom. II. p. 318. sq. 337. sq. *Hamberger* z. N. III. pag. 245. sq. not. *Saxii* Onom. II. p. 5. qui alios quoque VV. DD. citat. *Harl.*

Marinus, Ariminensis diaconus, sub quarti saeculi finem. Vide *Tillem.* tom. VI. memor. p. 785.

Marinus, Bardesanista, contra quem disputat Origenes, siue quisquis auctor, in dialogis contra Marcionitas.

Marinus, Beryti episcopus. *Euagr.* III. 23. hist.

Marinus, dux Thracicarum copiarum apud *Nicephorum* CPol. in breuiario f. 17.

Marinus, in Gallia episc. cuius mentio in Constantini M. epist. apud *Eusebium* X. 5. p. 391.

Marinus, ad quem Eusebius scripsit. Vide tom. VI. huius bibl. n. 99.

[Marinus *(Ioannes)*, comment. de sacris ecclesiae ordinationibus. v. *Oudin.* de SS. EE. tom. II. p. 351. *Harl.*]

Iulius Marinus, Tacito memoratus VI. annal. 10.

Marinus, medicus, cuius libros XX. ἀνατομικῶν Galenus ait se IV. librorum compendio complexum, *de libris propr.* Ionsio iudice is fuit *Posthumius Marinus*, cuius Plinius X. 6. epist. meminit. Sed Dan. Clericus Galeno memoratum putat Posthumii Marini patrem. Vide *Dan. Clerici* part. III. Histor. medicinae lib. II. c. 1. p. 70. et c. 3. p. 102. *Fabr.* Plura leges de hoc *Marino* et *Posthumio Marino* infra, vol. XIII. p. 321. in elencho medic. vett. *Harl.*

Marinus, Neapolitan., quem memorat Pseudo-Ignatius epistola ad Mariam, Castabalitidem. *Fabric.* — *Marini, Neapolitae,* de vita et obitu Paulli, in cod. Scorial. Hisp. in *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 621. *D.* nisi pro voc. *Paulli* legendum sit *Procli;* nam in indic. in eod. voc. *Mar. Neapol.* citatur simul vol. II. p. 1061. *B.* et quidem cod. Coisl. in quo tamen est *Marini Neap. Proclus,* atque in cat. codd. Escor. in *Plüeri* itin. per Hisp. p. 181. occurrit tantum *Marini Neapol. Proclus* s. *de felicitate. Harl.*

Marinus, Neapol., magister militum sub Alexio Comneno. Cangius p. 392. ad Alexiadem.

Posthumius Marinus. Vide supra in medico.

Marinus, siue vt a Iustiniano et Zonara vocatur, Marianus, Syrus, praefectus praetorio sub Anastasio, imp., quem cum Marino, Procli philosophi discipulo, videtur confundere Io. Malala. Vide Valesium ad Euagrii III. 42. Suidam in Ἀναστάσιος.

[Marini *Sanuto,* cognomento Torxelli, seu Torcelli, patritii Veneti, opus et epistolae, in cod. XXIII. bibl. Laurent. Medic. — de gestis terrae sanctae etc. Romae, in codd. Vatic. CXCIII. et CXCIV. opus integrum ibid. nr. LXXXV. aut nr. MMCMLXXI. et MMCMLXXII. ib. in cod. Ottobon. v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. pag. 288. *A.* pag. 18. 73. *D.* 107. *A.* 187. *C. Harl.*]

Marinus, senator et martyr, cuius memoriam recolunt menologia Graecorum 16. Dec. De hoc et altero martyre, quem celebrant 18. Oct. vide Acta Sanctor. tom. II. Mart. p. 755.

[*Marinus, Tyrius,* V. supra, vol. V. p. 272. *Harl.*]

Nunc

Nunc ad PROCLVM Lycium vt reuertar, ſcripta eius commemoraturus, antequam hoc faciam, cum lectore communicabo nonnulla ipſius hactenus inedita ex codice MS. quem bibliothecae Ioh. huius vrbis, patriae ſuae, legauit Lucas Holſtenius. Verſio inculta fateor et tantum non barbara, ſed ex qua graecae linguae et philoſophiae platonicae peritis pulcras ſententias auctoris perſpicere nec difficile, vt confido, erit, nec iniucundum.

[P] PROCLI LYCII

De prouidentia et fato, et eo, quod in nobis, ad THEODORVM, mechanicum.

Guilelmo de Morbeka, ord. praed. [v]) archiep. Corinthi, interprete.

I. Conceptus quidem tuae animae, o amice Theodore, maturos eſſe puto et congruos viro, amanti Entia ſpeculari: et acceptaui, quod et ad nos putaſti oportere de iis ſcribere, et multis apud vos entibus potentibus conquirere et condubitare tibi circa talia problemata. Oportet autem et nos, vt videtur, apparentia de iis, quae miſiſti, inſinuare quaecunque rebusque aeſtimamus conſonare, et glorioſiſſimis antecedentium philoſophorum, et non vane audire quaeſtiones tuas, viri vtique optimi in mechanicis et nobis olim noti, ſicut aeſtimo, et ipſe ſcripſiſti. Quaeris autem milleſies dicta quidem et neque requiem habitura vnquam ſecundum meam opinionem, eo, quod anima prouocetur ad id, quod circa ipſam conſiſtit negotium, cum dederit iam multas directiones, et ab illis Plotinicis et Iamblichicis elaborata et ante hos a diuino Platone ſcripta, et, ſi non graue dicere, et ante hunc a theologis praeconiſata, maniaco ore dicentibus, qualia ſolus demonſtrationibus Plato explicuit. Et quid oportet Platonem et diuina ſapientes tibi producere? Sed et ipſis Diis, quae ſui ipſorum ſapienter ſcientibus, et quae et qualia poſt ſeipſos egenuerunt differenter elucidata, et non cum aenigmatibus ſicut theologis. Oportet igitur et nos, conſequenter illis ſcribentes, vt dixi, inſinuare tibi de iis, quae interrogas.

II. Patienti dignum indulgentia, ſi adſpiciens ad rerum humanarum omnimodas tragicas et comicas aliasue connexiones, vnum reſidere conditorem et factorem talium colligationum in vniuerſo ſolum aeſtimaſti, et hunc fatum vocaſti, magis autem εἱρμὸν, id eſt, connexionem funium ipſam et conſequentem generationem [P] conductam fatum ponens ab aliqua vtique neceſſitate ineuitabili talem dramaturgiam, id eſt, operationem dirigi ſolus putaſti, et hanc prouidentiam hymnizaſti, et ſolummodo αὐτεξούσιον, id eſt liberi arbitrii exiſtere et dominam omnium. Humanae autem animae vulgatum αὐτεξούσιον, nomen ſolum eſſe, et vt vere nihil ordinata ipſa in mundo et ſeruiente aliorum actionibus, et exiſtente parte mundialis operis, magis autem, vt tuis verbis aſſequens dicam, mechanica facientem quidem eſſe irrefragabilem cauſam omnia mouentem quaecunque mundus iſte comprehen-

v) Circa a. C. 1280. [conf. *Fabricii* bibl. med. et inf. lat. tom. V. p. 88. et *Lambec.* comm. de bibl. caeſar. I. p. 269. ſq. ibique not. Kollar. *Harl.*]

prehendens in se ipso habet: mechanemate autem vno quasi ente vniuerso, tympanis quidem implicatas proportionaliter totas esse sphaeras; iis autem, quae ab iis mouentur, partialia animalia et animas, et omnia ab vno dependere mouente, et forte tuimet artem honorans et haec aestimasti, vt et vniuersi factor mechanicus quidam sit, et tu imitator optimi causarum. Sed hos quidem cum studio ludum comminiscentes scripsimus.

III. Ad ipsum iam agonem versi dicamus, quod trium horum maxime est tibi considerandum differentiam, si debeas ad ianuam venire quaesitorum. Quorum primum quidem est, prouidentiam et fatum non hac differre, qua scripsisti, hoc quidem connexam consequentiam, hanc autem necessitatem huius causam; sed ambo quidem causas mundi et eorum, quae in mundo fiunt, esse, praeexistere autem prouidentiam Fato, et omnia quidem, quaecunque fiunt secundum Fatum, multo prius a prouidentia fieri, contrarium autem non iam verum esse, summa enim totorum a prouidentia recta, esse diuiniora Fato. Secundum autem, aliam quidem esse animam separabilem a corpore, et deuenientem in hunc mortalem locum desuper aliunde a Diis: aliam autem esse, quae in corporibus, consistentem et inseparabilem a subiectis, et hanc quidem dependere a Fato, illam autem a prouidentia secundum sui ipsius substantiam. Tertium autem, scientiam et veritatem aliam quidem inexistere animabus in generatione versis, quamuis sint immaculata secundum vitam; aliam autem refugientibus ex hoc loco, et factis ibi et locatis, vnde prius casus et qui in hunc mortalem locum descensus. Horum igitur trium, sicut diximus, si sufficienter inuenies solutiones, omnium tibi manifesta erit solutio, de quibus quaesiuisti. Prouidentia quidem enim, dicto modo differente a Fato, palam erit qualiter diffugiunt multa Fatum, prouidentiam autem nihil: et qualiter desuper [?] prouidentia Fatum gubernat, quod ipsa produxit, separauit eius epistasiam, id est, superstationem vsque ad ab altero mobilia, aut ad sortita in ab altero mobilibus primam subsistentiam: anima autem rursum ostensa alia esse ea, quae a corporibus separabili, et alia ea, quae in corporibus plantata; manifestum fiet tibi, quae quidem, quae *αὐτεξούσιον*, id est, libertatem arbitrii habet et *τὸ* quod in nobis; quae autem quae necessitati seruit et sub Fato ducitur, et vbi horum complicatio, propter quam haec quidem hebetat *τὸ αὐτεξούσιον* propter deteriorem vitam; haec autem participat aliquo idolo electionis propter meliorem vicinitatem ipsi animam. Scientia autem tibi duplici apparente, euidens erit, qualiter et Plato et Socrates, addatur autem iis et magnus Parmenides, et hic animam entem aiunt cognoscere veritatem, purgatam a materiali tenebra et a passionibus, quascunque ipsi corpus et quae ad haec commixtio intulit, et maiori modo et sincerius exterente scientia sortiri factam extra corpora et extra generationem et materiam amaram.

IV. Iis itaque tribus problematibus necessariis entibus, et ab antiquis bene discussis, hoc quidem Iamblichus in iis, quae de prouidentia et Fato mille accessibus elaborauit, hoc autem omnes Platonis amatores duplicem diuulgantes animam, hoc autem in multis locis Plotinus, in multis autem et Porphyrius speculationem et speculatiuam virtutem distinguentes, omnia autem Plato, assequi potentibus. Necessarium vtique a primo nos facientes principium, inuenire differentiam Prouidentiae et Fati. De omni autem ait Plato: *o amice, vnum principium scire, de quo est speculatio, aut de omni peccare, necesse.* Oportet autem et, vt

vt daemonius Aristoteles docet, post si est, quaerere consequenter, quid est. Siquidem igitur quaeris, siue est Prouidentia siue etiam non, et de Fato eodem modo; oportebat primum, quia est vtrumque, tibi ostendi, et, si de iis iam dubitares, nollem tibi spondere rationem quod haec essent. Quoniam autem et esse ambo et ipse confiteris, et propter potentatum horum cogis omnia, palam aestimo reliquum quod de, quid est vtrumque, tibi dicendum: ex hoc enim et qua differunt erit planum. Hoc autem cognito, soluentur tibi multa dubiorum, vt diximus. Rursum autem quoniam ad inuentiones eius quod quid est conferre quidem aiunt, et diuisiuam methodum, quoniam propter hoc Deorum dationem in homines in Philebo Socrates laudauit, conferre autem ad principii [?] rationem et communes nostros vocatos conceptus a quibus possibile multa venari demonstrabilium, vt Aristoteles scripsit: oportet vtique et nos iis vtentes explicare Prouidentiamque et Fatum, quid dicimus quantum ad hoc quidem, communibus conceptibus circa haec vtentes; quantum ad alia autem, diuisionibus entium articulatim, a quibus, vt mihi videtur, solummodo inueniemus, quae quidem Fati, quae autem Prouidentiae ratio. Si autem haec nota, lumen clarum accendent quaesitis, et forte satisfacient capientibus nos in praesenti de ipsis dubitationibus.

V. Dicantur igitur de iis communes conceptus apud omnes indubitanter entes, Prouidentiam quidem causam esse bonorum iis, quibus prouidetur, Fatum autem causam quidem esse et ipsum, sed connexionis cuiusdam et sequentiae iis, quae generantur. Quod enim hos habemus irrefragabiles de iis conceptus omnes, manifestamus: et hominum procuratores boni aliis, et quodcunque statuentes prouidisse bene passis dicentes; et rursus eum, qui per multas complexas inuicem causas et nobis ignotas euolutum, non aliter quam Fatum nominantes. Et vita nostra plena est nominibus iis, quoniam et nomina attestantur iis conceptibus. Nam πρόνοια, id est Prouidentia, quidem eam, quae ante intellectum qualificat omnino operationem, quam soli bono attribuere necessarium, hoc enim solum intellectu diuinius, quia et intellectus qui valde laudatus desiderat bonum et cum omnibus et ante omnia. Fatum autem connectentem omnia nata talem connexionem habere insinuat. Manifestant autem eam nobis qui circa diuina sapientes et κλωστῆρας, id est alligatores quosdam dispartitos nominantes, et momenta partium, per quae, vt mihi videtur, connexionem volunt et ipsi significare fatatorum: quoniam ipsius fatum secundum vnam causam connexorum exaltatam infert. Et etiam quod non id quod prouidetur, datio, neque id quod connectitur fatum, neque quae in hoc procedens connexio, sed connectens: sumes vtique ab eo, quod omnes nos factiuam quandam virtutem phantasiamus, prouidentiamque et fatum. Vbique autem factiuae causae ab effectibus distinctae sunt, et sunt tria haec differentia ab inuicem, faciens, quod fit, actio. Sicut vtique in iis prouidens, quod prouidetur, eam quae a prouidente in prouisum factionem: et rursum connectens, quod connectitur, eam quae a connectente in connexum factionem. Et palam quod secundum vtramque [?] trinitatum, faciens non est tale, quale factum, sed si hoc varium, oportet faciens simplex existere, si participans bono faciens, factum inparticipabile esse. Etenim vbique faciens diuiniorem facto sortitum est partem. Prouidentiam ergo causam bonorum dicentes, ipsam dicemus fontem esse bonorum, non adhuc indigere bonificantibus aliis. Et Fatum causam connexionis ponentes, non

adhuc

adhuc et ipſum ab aliis connecti dicemus. Talibus itaque entibus communibus conceptibus, quos de iis praeaccepimus, deinceps vtique erit ſpeculari, quibus vtrumque praeſtat. Prius, Fatum quibus.

VI. Ex conceptibus quidem igitur iis habemus quod connexorum eſt cauſa: quae autem connectantur, quae quidem ſint, conſideremus. Entium igitur haec quidem in aeternitate ſubſtantiam habent, haec autem in tempore. Dico autem in aeternitate quidem, quorum operatio cum ſubſtantia aeternalis: in tempore autem, quorum ſubſtantia non eſt, ſed ſemper fit, quamuis in infinitum tempus ſit. Haec autem media horum, aliqualiter ſunt habentia ſubſtantiam quidem ſtantem et meliorem generatione, operationem autem tempore menſuratam. Oportet enim omnem proceſſum a primis in vltima fieri per media. Entibus igitur aeternis ſecundum ambo neceſſe eſt et mediam eſſe latitudinem, et aut ſubſtantiam habere aeternalem, operationem autem tempore indigentem, aut e contrario: ſed hoc impoſſibile, vt non operationes ante ſubſtantias ponentes fateamur. Relinquitur ergo mediationem facere, ſubſtantiam quidem aeternam, operationem autem temporalem. Hos itaque tres entium ordines tibi oſtenſos dicimus, intellectualem, animalem, corporalem. Dico autem intellectualem quidem omni aeternitate et entem et intelligentem: corporalem autem ſemper fientem aut infinito tempore, aut parte temporis. Animalium autem aeternalem quidem ſecundum ſubſtantiam, operationibus autem vtentem temporalibus. Vbi itaque tibi ponendum quae connectuntur? Conſidera a Diis intellectum eius, quod eſt, εἵρεσθαι, id eſt, connecti, ſumens non aliquid aliud dicentem, quam quae ſecundum tempus, alias aliud ſunt, copulari inuicem, non ſequeſtrari; etſi in eodem ſint tempore, diſtantia ſecundum locum, habere quandam coordinationem ad inuicem: quare aut locis aut temporibus ipſa partita per εἱρμὸν, id eſt, connexionem, conduci aliqualiter in vnum, et in vnam compaſſionem: et totaliter quae connectuntur non poſſe a ſe ipſis hoc pati, ſed [P] altero indigere exhibituro ipſos εἱρμὸν, id eſt connexionem. Si igitur quae ſub fato ordinata haec ſunt quaecunque connectuntur ad inuicem propter communem de fato conceptum noſtrum: quae autem connectuntur, et partibilia ſunt, aut locis aut temporibus diſtantia, et ab alio nata ſunt connecti propter de connexione apud omnes obtentam aeſtimationem: haec autem ab altero mobilia ſunt et corporalia. Quae enim extra corpora, haec quidem et loco meliora et tempore, haec autem, etſi ſecundum tempus operentur, a loco pura eſſe videntur.

VII. Palam vtique quod quae a Fato reguntur et connectuntur, ab altero mobilia ſunt et corporalia omnino. Si autem hoc demonſtratum eſt, manifeſtum quod cauſam connexionis Fatum ponentes, ipſum praeſidem ab altero mobilium et corporalium exponemus. Hoc autem ſumentes, nos ipſos interrogabimus, quae corporum cauſa dicitur, quae et eſt proxime, et a quo etiam quae ab altero mobilia mouentur et aſpirantur et continentur, et quaecunque vtique poſſint: et ad aſpicientes ad noſtra primo ſi velis corpora haec conſideremus, quid mouens ipſa et nutriens et retexens ſemper et perſtringens? Hoc autem non et quod plantatiuum (τὸ ἔμφυτον) eſt, quod et aliis animalibus exhibet ſimilem opportunitatem, et vsque ad ea, quae in terra ſunt eradicata duplicem habens operationem: hanc quidem renouantem extinctum corporum, vt non penitus cedant diſcerpta; hanc autem contentiuam

tiuam in eo quod ſecundum naturam ſingulorum: non enim idem ei quod eſt apponere deficiens, et conſeruans contentorum virtutem. Si igitur non ſolum in nobis et aliis animalibus et plantis, ſed et in hoc omni multo ante corpora eſt vna mundi natura contentiua ens corporum conſiſtentiae et motiua, ſicut et in nobis: aut qualiter omnia corpora naturae ἔκγονα, id eſt, progenita dicimus, neceſſe vtique naturam cauſſam eſſe connexorum, et in hac quaerere vocatum Fatum. Et propter hoc forte et daemonius Ariſtoteles eas, quae praeter conſuctum tempus augmentationes aut generationes, *peuers* [w]) (*Fatum*) παρὰ τὴν εἱμαρμένην conſueuit vocare. Et diuinus Plato ait, *Mundum totum ſecundum ſeipſum conſideratum ſine intelligentialibus Diis, tanquam corporeum reuoluere Fatum, et complantatam concupiſcentiam.* et cum iis Dii reſponſa [x]) dantes, *non naturae inſpicias,* aiunt, *fatatum nomen huius,* atteſtantes noſtris demonſtrationibus. [?] Iſto igitur inuentum eſt quid Fatum, et quomodo huius mundi natura ſubſtantia quaedam ens incorporea: ſiquidem corporum praeſes et vita: tum ſubſtantia, ſiquidem intrinſecus mouet corpora et non de foris, mouens omnia ſecundum tempus, et connectens omnium motus et temporibus et locis diſtantium: ſecundum quam et mortalia coaptantur aeternis, et illa concirculantur, et haec inuicem compatiuntur. Etenim quae in nobis natura, partes omnes corporis noſtri colligat et connectit, eaque in inuicem factiones ipſorum: et eſt Fatum quoddam et haec noſtri corporis, et vt in iſto haec quidem exiſtunt principaliores partes, haec autem minus principales, et aſſequuntur haec illis: ſic vtique et in toto, et aſſequenter minus principalium generationes principaliorum motibus, puta coeleſtium periodis, quae ſub luna generationes: et imago qui huius circulus, eius qui illius, et in aeternis. Et diuulgata haec entia omnibus antiquis, prolongare nolo. . . . .

VIII. Prouidentiam itaque non eſt tibi difficile videre, quam dicimus. Si enim fontem bonorum, primum quidem diuinam ipſam cauſam determinans recte dices. Vnde enim aliunde omnibus bona quam diuinitus? Ita vt bonorum quidem, ait Plato, nullum alium cauſandum quam Deum. Deinde omnibus ſuperſtantem intelligentialibusque et ſenſibilibus, ſuperiorem eſſe Fato. Et quae quidem ſub Fato entia, et ſub Prouidentia perſeuerare, τὸ connecti quidem a Fato habentia, bonificari autem a Prouidentia, vt et connexio finem habeat bonum, et Prouidentia Fati in ſe ipſa. Quae autem rurſum ſub Prouidentia, non adhuc omnia indigere et Fato, ſed intelligentialia ab hoc exemta eſſe. Vbi autem in corporeis penitus, ſiquidem et τὸ connecti et tempus inducit et corporalem motum. Ad haec etiam et Plato, vt aeſtimo, reſpiciens dixit, mixtam quidem huiusmodi conſiſtentiam ex intellectu et neceſſitate, intellectu participante neceſſitati corporum: motiuam cauſam, neceſſitatem vocans, quam et in aliis Fatum appellauit, corporibus dans ab hoc cogi iis, quae ab ipſo mouentur. Et hoc recte. Omne enim corpus cogitur et facere quodcunque facit, et pati quodcunque patitur, calefacere et calefieri, et infrigidare aut infrigidari.

w) Imo *praeter.*

x) Oracula Chald. infra, cap. 14.

frigidari: electio autem in iis non est, propterea quod et corporum proprium dices esse τὸ necessarium, et sine electione: si non quid melius adhuc corporibus. Etenim quod circulo mouetur circulariter, nobile ens, ex necessitate sic mouetur, [P] sicut ignis ad circumferentiam, terra autem ad medium. Necessitatem quidem igitur corporum generationibus praefecit ille, propter hoc et corruptionibus: intellectum autem extulit, ab hoc principari necessitati determinans. Si igitur Prouidentia et supra intellectum est, palam, quod intellectui quidem principatur, et iis, quae sub necessitate hac: solis autem iis, quae sub ipsa, necessitas. Et propter hoc omne quidem intellectualiter ens, sub Prouidentia perseuerat solum, omne autem quod corporaliter, sub necessitate.

IX. Duo itaque genera tibi intelligantur, haec quidem intellectualia, haec autem sensibilia: et regna duo duorum, Prouidentiae quidem sursum intellectualiumque et sensibilium, fatis autem deorsum, sensibilium. Et Prouidentia differt a Fato, qua differt Deus a Diuino quidem, sed participatione Diuino, et non prime. Quoniam et in aliis, vt vides, aliud quod prime, et aliud quod secundum participationem velut lumen sol, et quod in aëre lumen, sed hic quidem prime, hoc autem propter illum lumen. Et vita prime quidem in anima, secundarie autem in corpore propter illam. Sic igitur Prouidentia quidem Deus per se: Fatum autem Diuina aliqua res et non Deus: dependet enim a Prouidentia, et velut imago est illius. Si enim vt Prouidentia ad intellectualia entium, sic Fatum ad sensibilia. Regnant enim, haec quidem super intellectualia, hoc autem super sensibilia. Et permutatim, aiunt geometrae, et vt Prouidentia ad Fatum, sic intellectualia ad sensibilia. Intellectualia autem prime sunt entia, et ab iis altera: et Prouidentia ergo prime est quod est, et ad hanc dependet et Fati ordo. Sed de iis quidem satis.

X. Ad secundam autem discussionem, si velis, accedamus. Separabilis a corporibus anima et inseparabilis. Sume autem et hanc ab Aristotelis philosophia. Dicit autem ille, omnem animam habentem operationem corpore nihil indigentem, et substantiam alteram sortitam esse talem extra corpus et separabilem. Et haec necessarie. Si enim operatione sine corpore ente, substantiam ferentes in corpus ordinemus, melior operatio erit quam substantia nihil ipsa indigens deteriori, vt habeat secundum naturam radicata in illo. Sed hoc impossibile. Necesse ergo, separabiliter a corpore separantem et esse a corpore ipsam separabilem. Considera ergo o amator, quam earum, quae in nobis animam confitebimur corpore nihil indigere ad sui ipsius secundum naturam operationes. Ergone sensum? [P] Sed corporibus pro organis vtitur omnis virtus sensitiua, et cum iis operatur circa propria sensibilia oculis, auribus, aliis omnibus, simul mota et compatiens. Quid autem iram et concupiscentiam? Sed vides, quod et haec saepe cooperantur tum corporeis partibus, corde et hepate, et neque haec pura sunt a corporibus. Etenim quomodo possent, quae cum sensu operantur, non etiam corpore indigere, sensu per corpus semper moto? Appetitiuas autem virtutes quod cum sensu operentur, omnes, vt aestimo, cognoscimus. Quid enim vtique irascetur insensibilis, quid etiam concupiscet? recte et Plotino dicente, quod passiones omnes aut sensus sunt, aut non sine sensu. Quare si et irascens cum sensu, contristantis sensum habens, et concupiscens sensum delectantis; quod autem cum sensu operatur;

tur, cum corpore operatur, etenim ſenſus cum corpore: neceſſe ergo et iraſcens omne et concupiſcens cum corpore operari. Eae quidem itaque ſpecies vitae irrationales omnes entes, eam quae ſecundum naturam operationem habent cum corpore.

XI. Ad ipſam autem iam rationalem aſpiciens naturam, vide illius vitam tertiam et primam etiam inſidentem inferioribus vitis, et corrigentem aut deficiens ipſarum cognitionem, ſicut quando ſenſum deceptum circa ſua cognoſcibilia deſuper ipſa arguit. Dico autem puta ſolem pedalem dicentem, aut aliud cum conſueta deceptione pronunciantem ex talibus, aut immenſuratum ens motu erudientem, quando percutit furorem. Hoc itaque illud Homeri: y) *tolera corde*, clamans et ſicut canem latrantem ab impetu reprimens, aut rurſum quando concupiſcentiam laſciuientem anima delectationes has quae ex corporibus pullulant, conatur detinere, petulantiam illorum meliorata temperamentis. In talibus enim omnibus operationibus manifeſtat vtique omnes irrationales motus reprehendens cognitivos et appetitiuos, et abſoluens ſeipſam ab iis tanquam alienis entibus. Oportet autem vniuscuiusque naturam venari non ab iis, quae peruerſe ipſa vtuntur, ſed ab iis, quae ſecundum naturam operantur. Si igitur quando in nobis ratio vt ratio mouetur, vmbroſam impreſſionem delectationum concupiſcentiae coercet, punit furoris praecipitem motum, reprehendit ſenſum tanquam deceptione [?] plenum, dicens quod neque audimus circum nihil, neque videmus: et haec loquitur reſpiciens ad intrinſecas rationes, quarum nullam per corpus nouit aut per corporeas cognitiones: manifeſtum quod ſecundum hanc operationem elongat ſeipſam euidenter a ſenſibus, contra quorum ſententias et a delectationibus illis et triſtitiis ſequeſtratur.

XII. Poſt hanc autem video alterum et meliorem ea, quae in nobis rationali anima motum, quieſcentibus iam inferioribus, et nullum tumultum, veluti in multis conſueuit, exhibentibus, ſecundum quam conuerſa eſt ad ſeipſam, et videt ſui ipſius ſubſtantiam et virtutes quae in ipſa, et harmonicas rationes ex quibus conſiſtit, et multas vitas quarum eſt complementum, et reinuenit ſeipſam entem mundum rationalem, imaginem quidem eorum quae ante ipſam, a quibus egreſſa eſt: exemplar autem eorum quae poſt ipſam, quibus ſuperſtat. Ad hanc enim operationem animae et arithmeticam, o amice, et geometriam veſtrae artis matrem, multam habere partem aiunt quae a ſenſibus quidem ipſam elongant, purgant autem intellectum a circumfuſis ſpeciebus vitae irrationabilibus, traducunt autem ad incorpoream ſpecierum comprehenſionem, velut ſacrorum ſanctiſſimorum anterius circumluſtrationes futuris myſticis praetendentes. Etenim conſidera, qualiter ex intellectualibus operationibus ſcientiae praelocatae purgatiuam quam diximus ſortitae ſunt virtutem. Si enim aſſumebant quidem animam idolis repletam, et nihil ſubtile cognoſcentem et ſine materiali garrulitate, elucidant autem rationes neceſſitatem demonſtrationum irrefragabilem habentes, et ſpecies omni certitudine et immaterialitate plenas, et nullatenus eam

 quae

y) Τλῆθι φίλη κραδίη.

quae in ſenſibilibus groſſitiem aduocantes: quo modo non purgatiuae quidem ſunt intellectualis noſtrae vitae a replentibus nos *ἀνοίᾳ*, id eſt intellectualitate, inapplicabiles autem ad Diuinam entium circumſcriptionem.

XIII. Poſt has ambas operationes rationalis, vt dictum eſt, huius animae, ad ipſam iam ſummam recurrens ipſius intelligentiam, per quam videt quidem ſorores ipſius in Mundo animas, coelumque et totam generationem ſecundum patris voluntatem ſortitas, quarum et ipſa pars quaedam ens, illarum ſpeculationem deſiderat. Videt autem ſupra omnes animas, intellectuales ſubſtantias et ordines. Supra omnem enim animam reſidet intellectus Dei formis, qui et animae [?] dat intellectualem habitum. Videt autem rurſus et ante haec eas, quae ſupra intellectum Deorum ipſorum, *μονάδας*, a quibus intellectuales multitudines ſuſcipiunt vniones. Oportet enim ſupra vnita locari vnificas cauſas, ſicut ſupra viuificatas, viuificantes; et ſupra intellectuales factas, intellectualificas; et ſupra omnia ſimiliter participantia, imparticipabiles hypoſtaſes. Secundum omnes enim has ſurſum ductiuas intelligentias palam aeſtimo facere non penitus coecis, quomodo et ſenſum relinquens deorſum et corpora, intellectualibus circumſpectionibus ſurſum deducitur circa ſupermundanorum Deorum et deflexas et vere myſticas *ἐπιβολάς*, id eſt adiectiones. Aut vnde nobis et ex qualibus operationibus elucidarunt Deorum *ἔκγονοι*, id eſt progeniti diſpenſationes Deorum occultas? Qualiter autem *ἐνθουσιάζειν*, id eſt indiuinare dicuntur animae, et ſobrietate meliorem maniam ſumentes coaptari Diis ipſis. Sibyllam dico eam, quae poſt partum mox prolocuta eſt mira, et audiuiſſe praeſentes quae ſit, et ex quali ordine venit in eum qui circa terram locum, et ſi qua etiam alia anima ſic fuit diuinae partis.

XIV. Summatim igitur dicamus, quod rationalis anima et intellectualis ſecundum naturam qualitercumque mota, ſit extra corpora et ſenſus: quare neceſſarium ipſi, et ſubſtantiam habere ſeparabilem ab ambobus: hoc autem rurſum manifeſto ex ſe iam euidens, quod ſecundum naturam quidem operans melior eſt quam vt a Fato ducatur, decidens autem in ſenſum, et irrationalata, et corporizata, aſſequitur iis quae deorſum, et conuiuens cum ipſis quantum cum vicinis non ſobriis, obtinetur et ab aliorum regnante cauſa. Etenim rurſus oportebat aliquod etiam tale eſſe entium genus, ſecundum ſubſtantiam quidem ſupra fatum ens, ſecundum habitudinem autem ſub ipſo aliquando ordinatum. Si enim ſunt quidem quae tota aeterna ſupra fatales leges locata ſunt, ſunt autem quae ſecundum omnem ſui ipſorum vitam ordinata ſunt ſub periodis fati: oportet vbique et intermediam horum eſſe naturam eorum, quae quandoque quidem extra fatalem factionem, quandoque autem ſub ipſa perſeuerantium. Nam proceſſus entium nihil relinquunt vacuum, multo magis quam corporum ſitus. Sed extremorum ſunt vbique mediationes, quae et illis exhibent colligationem ad inuicem. Iſta non Plato ſolus, ſed et z) reſponſa plane nobis releuarunt. Primum quidem iuſſa diuinis [?] illis qui dignificati fuerunt fieri auditores myſticorum illorum ſermonum;

z) Oracula Chaldaica, ſupra cap. 7.

num, *non naturae inſpicias fatatum nomen huius.* Et iterum: *neque coaugeas fato cuius finis.* Et vbique ab ea quae ſecundum fatum vita auertentia, et ab eo quod eſt *corporalizare fatalibus gregibus*, per quae a ſenſibus nos abducunt, et a deſideriis materialibus: per haec enim corporizamur, et corporati ex neceſſitate a Fato ducimur. Captat enim ſimilitudo entia ad inuicem vbique, aſſimilatum autem cuicunque aſſimilatum eſt, eadem cum hoc fruitur politia, quare et praeſide politiae; nihil enim ſine praeſide neque principatu eſt in vniverſo, ſiue totorum dicas, ſiue partium. Principantur autem alia ab aliis, etenim haec quidem aliter viuunt, haec autem aliter. Deinde de diuiniſſima noſtra vita docentia [aa]) et de immaculata politia, qualiter iam ab omni fatali politia abſoluuntur. Quicunque autem pacis opera intelligentes reuerendi fient, ſortis fatalem alam [bb]) effugiunt.

XV. Hanc igitur et talem praeiaciens vitam anima non erit eorum quae ducuntur a Fato. Si autem velit corpora plasmare, et corporalibus bonis vocatis intendat, et honores proſequatur et potentatus et diuitias, idem patitur vinculato philoſopho et in nauem ingreſſo, etenim iſte ſeruit mouentibus nauem ventis, et ſi conculcet aliquis nautarum ipſum, et iniurietur aliquis vinculantium. Valere igitur dicentes iis ad quae alligamur, et virtutis valorem ſpeculabimur, et Fatum non in nos aliquid operans, ſed in ea quae circa nos. Quoniam et quicunque extrinſecus attingentia concidere [cc]) nobis valet, ciuitatem muris ſpoliavit et lapidibus, o amice, et ligna in flammam redegit, mortalia omnia et vſtibilia, et pecunias diſſipauit, extrinſecus entia, et propter hoc apud alios fore potentia. Eorum autem quae in nobis, nullus ita eſt potens, vt auferat aliquid, etſi omnem habeat humanam poteſtatem. Etenim ſi temperati ſimus, illis inſidentibus ſumus: et, ſi ſpeculatores entium, neque hoc habitu ſpoliamur; ſed factis omnimode diris illis vt dicis effectibus laudantes perſeveramus, omnium principantes et quaerentes cauſas factorum.

XVI. Nequaquam igitur ab vltimis operationibus exprobremus animae neceſſitatem, ſed a primis admiremur ipſius virtutem [¶] inſuperabilem: et, ſi ſic ſapiamus, nihil nos turbabit deorſum patientium, ſed quando corpore turbato et nos dira aliqua ſuſtinere dicimus, non nos ſumus qui dicimus, ſed eſt concupiſcentiae verbum. Huius enim et delectationes corporis, quare et triſtitiae. Et quando ſpoliati pecuniis dolemus, aut non obtinentes, etenim τὸ amatiuum pecuniae, hoc animae eſt: et rurſum quando vituperati et a potentatu decidentes indignamur, non eſt eius quae ſurſum animae paſſio, ſed eius quae circa cor, deorſum habitantis. Etenim τὸ amatiuum honoris, illius eſt: quae autem in nobis ratio in omnibus talibus decepta ſequitur et ſimul conturbatur deterioribus, intellectus ens coecus et nondum purgatus illud, quo poteſt aſpicere ſe ipſum et quae ante ipſum et quae poſt ipſum.

aa) Illa, de quibus iam dixit, oracula.

bb) An *aleam*.

cc) Hoc loco MS. erat hiulcum, quod vtcunque ſenſum odoratus ſuppleui.

Purus autem factus ab iis quibus amictus fuit quando decidit, cognoſcet vtique quod in ipſo, quomodo neque in corporeis, (poſt ipſum enim) neque in illis in quibus diuini libertas arbitrii, (ante ipſum enim) ſed in viuere ſecundum virtutem. Haec enim libera ſolum et inſeruilis, et libertate decens et poteſtas vt vere animae, et poteſtans qui hanc habet. Poteſtatis enim omnis opus τὸ habens ipſam continere et ſaluare.

XVII. Si autem quis in malitiam reſpicit, animae indebilitatem reſpicit, etſi habeat omnem aliam potentiam. Alia enim organorum potentia, et alia eorum quae debent vti organis. Omnis igitur anima ſecundum quod virtute participat, et quod eſt liberam eſſe: ſecundum quod autem malitia et debilitate et eo quod eſt ſeruire aliis et non fato ſolum, ſed omnibus vt eſt dicere, volentibus appetibile aut dare, aut auferre potentibus. Quoniam et qui virtutem habet ſeruit iis qui deſiderabile ipſi acquirere et coaugere ſolis ſufficientibus entibus, iſti autem ſunt Dii, apud quos vt vere virtus eſt, et a qua quae in nobis. Et alicubi etiam Plato voluntariam ſeruitutem hanc maximam ait eſſe libertatem: omnem enim poteſtatem omnium habentibus ſeruientes, aſſimilamur ad ipſos, ita vt et totum mundum diſpenſemus, vt ait ille. Perfecta enim ens et ſuperalata ſupereleuatur, et totum mundum diſpenſat. Hoc quidem igitur diuiniſſimis exiſtit noſtrarum animarum, ſicut vltimis, veluti in carcere illigatis eſſe et viuere inuoluntaria vita pro voluntaria libera: intermediis autem harum, ſecundum quod abſoluuntur a paſſionibus et corporibus ſuperaſcendere neceſſitati ad potentiantem generationi vitam,

[?] XVIII. Etenim rurſum, ſi ante animam quidem eſt ὁ νοῦς ſiue intellectus et Deus, poſt animam autem paſſiones et corpora: et his quidem coacte agere conuenit, intellectui autem et Deo modo meliori omni neceſſitate, et quod ſolummodo liberum: neceſſe igitur animam aut apud illos, aut apud iſtos factam, aut neceſſitatem ſubintrare deteriorum, aut libertatem praemitti meliorum, et ſeruire quidem aut deſuper principatam, aut deſuptus. Seruientem autem aut comprincipari principantibus ſibi, aut conſeruire ſeruientibus ſolum. Hic itaque aſcendens anima reſumens ipſius potentiam, ſcilicet virtutem, nihil dirum aeſtimabit, etſi quodcunque fiat circa corpus et quae extra corpus. Non enim paſſiones organorum ad vtentes tranſeunt, ſed et iis qualitercunque habentibus operabitur quis ſecundum virtutem, languente quidem ſi contingat corpore viriliter agens, ſano autem temperante: et paupertate quidem praeſente μεγαλοφρόνως, id eſt magniſapienter operans, diuitiis autem magnifice: vbique autem ex iis quae videntur affluere praeextollens vſuram virtutem, et contrariis oppoſitiones facientem inſeruilem, et interiori fugit eas, quae deforis plagas melioratus. Non enim aeſtimes quod ſolis vobis [dd]) admittitur dicere, data virtute datam mouere grauitatem, hoc itaque multum diuulgatum, ſed multo magis iis, qui ſecundum virtutem viuunt: datam ex omni virtutem alia virtute, quae vt vere, ornare. Et qui quidem ſic habet, generoſus eſt et liber, malus autem omnium eſt ſeruus, etſi principatur omnibus: ſimilis

dd) Mechanicis.

milis iis, qui in Aegypto puniuntur, quibus laruas ridentes circumponentes puniunt; et iis necessitas praeualet non tenentibus seipsos. Elongatis enim ipsis a Diis, tanquam brutis vtitur vniuersum.

XIX. Quando igitur videre volueris τὸ in nobis, vide animam, secundum naturam viuentem. Viuit autem secundum naturam, quae non debilis. Nihil enim debile in eo, quod secundum naturam. Non est autem debilis, quae non malitia repleta, debile enim malum in omnibus. Et, si sic respicias, videbis naturam eius, quod in nobis qualis quaedam est, vtentem omnibus circumstantibus recte, et aut prohibentem fieri, aut factas passiones deteriorum curantem, tradentem autem fato agere in ea, quae post ipsum, quorum est dominus, coordinatam autem iis, quae ante ipsam, a quibus melioribus entibus non abscissa est. Talia et de secunda discussione a nobis dicta sint.

[¶] XX. Ad tertium autem consequenter accedentes dicamus, qui sunt et quales modi cognitionum, quos indistinctos sinentes latebimus nos ipsos errantes et circa res et circa diuini Platonis institutiones. Siue igitur aliam quidem intelligemus cognitionem ex ab Aristotele diuulgatis, et a Platone etiam quae sine caussa solam cognoscentem ipsius quia veritatem: quoniam incipientibus purgari animabus attribuere primam constituerunt opinionem ipsam notantes, iis quidem, qui erudiuntur circa agibilia, absolutis iam ab humanis circa entia tractantibus. Etenim παιδεία, id est eruditio, est purgatio immensurationis passionum: et multo magis ad impossibilitatem a mediocritate passionum via, non adhuc ratione volente compati quidem, sed mediocriter, omnem autem funem passionum exuente.

XXI. Hac autem tanta ente, alteram ad sursum tradiderunt nobis ex eodem gymnasio. Aiunt eam, quae ex principiis quidem procedentem, vt suppositionibus cognitionem et causas cognoscentem, omnia autem necessaria concludentem: qualem vtique et arithmeticam et geometriam inuenit quae ab illis ratio, quia quidem et syllogizantur, et ex necessariis concludunt, opinatiua solum cognitione supra locatas. Quia autem vsque ad sua principia stantes horum causas superius gaudere sinunt non multum tractantes, propter haec itaque a perfectissima cognitione deficientes se ipsas ostendentes. *Geometrae enim,* ait, *sermo non erit ad interimentem principia.* Quare hoc quidem erit et in iis planum, quod a principiis illis confessis: quod autem circa ipsa principia, obscurum et ignotum dimissum.

XXII. Tertium igitur superius ascendentes dic me dicere humanae animae cognitionem vsque ad vnum ascendentem et vsque ad insuppositum per omnes, vt est dicere, species, has quidem diuidentem, has autem resoluentem, ex vnoque multa facientem et e multis vnum. Hanc quam θριγκὸν quidem mathematum determinat σ) qui in politia Socrates, qui

σ) Plato VII. de rep. ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι.

qui autem in Epinomide Xenus ff) colligationem ipſorum notat. Ab hac enim et geometrae et vnusquisque aliorum ſcientium ſumunt de ſuis principiis theoriam, multa principia et diuiſa ex vno omnium principium reiungentem. Quod enim in omnibus eſt entibus illud, hoc in geometria quidem punctum, in arithmetica [?] autem monas, et in ſingulis quod ſimpliciſſimum: a quo producentes quae ſub ipſis ſingulae ſcientiarum demonſtrant. Sed horum quidem vnumquodque dicitur quoddam principium, et eſt. Omnium enim entium principium ſimpliciter eſt principium, et vsque ad illud aſcenſus ſumme ſcientiarum.

XXIII. Quartum autem adhuc tibi et hac ſimpliciorem intelligendum noſtram cognitionem, quoniam non adhuc methodis vtentem et reſolutionibus aut compoſitionibus aut deſinitionibus, aut demonſtrationibus: ſed ἐπιβολαῖς, id eſt adiectionibus ſimplicibus et velut autopticis et per ſe viſiuis entia ſpeculantem collaudant, qui ſecundum ipſam operari poſſunt, intellectum iam et non ſcientiam ipſam venerantur, dicentes. Aut non audiſti Ariſtotelem quidem in demonſtratiuis libris ſic aliqualiter dicentem, quod melior omni ſubſtantia intellectus in nobis, et quis iſte ſit determinantem, *quo terminos*, gg) inquit, *cognoſcimus;* Platonem autem in Timaeo, intellectum et ſcientiam circa entia, cognitiones eſſe animae, pronunciantem. Etenim videtur ſcientia quidem eſſe animae, ſecundum quod eſt anima cognitio: intellectus autem, ſecundum quod anima eſt imago eius, qui vt vere intellectus, etenim ille videns intellectualia, magis autem ens vna, inquit, ἐπιβολῇ, id eſt iniectione vel intuitu et attactu intellectorum ſeipſumque intelligentem et illa in ſeipſo entia conſpicit, propter quod et intelligit quae eſt, et quod intelligens eſt ſimul intelligit cognoſcens et ſeipſum quis eſt. Hunc igitur imitans ſecundum quod poteſt anima, fit et ipſa intellectus, ſcientiam ſupercurrens et relinquens multas methodos, in quibus prius decorabatur, et oculum ſolum erigens ad entia, contingentia quidem et ipſa intelligens, ſicut et intellectus, contingens autem alias aliaque omnia ille ſimul, *hanc in totalem connexuit*, ait, *omnium pater.* [illegible]

XXIV. Quintam etiam poſt has omnes cognitiones intelligentiam volo te accipere, qui credidiſti Ariſtoteli quidem vsque ad intellectualem operationem ſurſum ducenti, vltra hanc autem nihil inſinuanti. Aſſequentem autem Parmenidi, et ante Platonem theologis, qui conſueuerunt nobis laudare cognitionem ſupra intellectum, et μανίαν vt vere hanc diuinam diuulgant: ipſum aiunt imum animae, non adhuc hoc intellectuale excitantem et hoc coaptantem vni. Omnia enim ſimili cognoſcuntur, ſenſibile ſenſu, ſcibile [?] ſcientia, intelligibile intellectu, vnum vniali. Intelligens quidem etiam anima et ſeipſam cognoſcit et quaecunque intelligit contingentia, ſicut diximus. Superintelligens autem et ſeipſam et illa ignorat, quo adiacens τὸ vnum, quietem amat, clauſa cognitionibus muta facta et ſilens intrinſecus ſilentio. Etenim quomodo vtique adiacet indicibiliſſimo omnium, aliter quam ſoporans

ff) Hoſpes, qui apud Platonem loquens inducitur.

gg) Ὅρως *definitiones.*

ſoporans quae in ipſa garrula materia. Fiat igitur vnum vt videat τὸ vnum, magis autem vt non videat τὸ vnum. Videns enim, intellectuale videbit, et non ſupra intellectum, et quoddam vnum intelliget, et non τὸ autounum. Hanc, o amice, diuiniſſimam entis operationem animae aliquis operans, ſoli credens ſibi ipſi, ſcilicet flori intellectus, et quietans ſeipſum non ab exterioribus motibus ſed ab interioribus, Deus factus, vt animae paſſibile, cognoſcet ſolummodo qualiter Dii omnia indicibiliter cognoſcunt ſinguli ſecundum τὸ vnum quod ſui ipſorum. Donec autem circa ea quae deorſum voluimur, incredulitatis habemus circa haec, ſcilicet omnia diuino cognoſcente impartibiliter et ſuperaeternaliter: eſſe quidem aeternaliter entia, fieri autem temporaliter quae fiunt, neque tempore neque aeterno ente in τῷ vno. Tot quidem ſunt cognitionum ſpecies apud nos, ad quas vtique reſpicientes, poſſibile ſoluere et quaecunque de eo quod eſt ſoluere animam hic veritatem, et de non ſcire.

XXV. Quoniam autem tres fecimus diſcuſſiones, quas neceſſarias dicebamus eſſe ad quaeſitorum dearticulationem, ad ipſas iam tranſibimus dubitationes, et ſecundum vnumquamque ipſarum conſequentes apponam ſolutiones. Primo igitur ſcribis tanquam ſufficiens argumentum eius quod τὸ in nobis ſit friuolum, ſed opera eſt coeleſtium partium ſola, ad ſingula eorum quae fiunt factionem; hoc quod et nos homines, in quibuscunque dirigimus, [hh]) nos ipſos cauſamus euentuum: in quibus autem infortunamur, ad illam cauſam, ſcilicet neceſſitatem transferimus pro electione. Et haec dubitans putas obtinere eum qui de Fato communem conceptum, tanquam ente et principaliori ente in agibilibus quam noſtri impetus. Et neque ego ipſe video homines aliter aliqualiter habentes, quam imputantes ſibi ipſis directionis cauſam, peccatorum autem aliis. Sed in haec differimus, quod tu quidem multorum opinionem ſufficere [?] aeſtimas ad id quod de rebus indicium: ego autem illos quidem ſic ratiocinari propter quandam φιλαυτίαν, id eſt amorem ſui malum et inconvenientem aeſtimo. Inter autem ſapientes quibus competit ad totum et partes reſpicere, quem habent ad illa ordinem non negligere, omnium eorum quae fiunt, principaliter quidem cauſare Deum, a quo bonum aduenit omnibus: poſt illum autem, mundi periodum et tempus in quo quae fiunt coaptantur totis et coordinantur, nullo ſuper aduentitio ente ad totorum politiam: tertio autem ſeipſos in quibuscunque praeeligentes ſortiuntur et ſui ipſorum impetibus cooperantur ad rerum expletionem.

XXVI. Quando autem aliquid euenit praeter ipſorum electionem, tunc tota ſola et illorum factionem vt vincentem cauſantes merito, partialia quidem enim vbique cum totis neceſſarium operari, tota autem et ſine illis et quod iſto modo qui intellectum habent diuidunt factiones, ſed non vt tu ipſa diuiſiſti. Audi Platonem in legibus clamantem, quod Deus quidem omnia et poſt Deum fortuna et tempus humana

hh) Κατορθῶμεν proſpero ſucceſſu gaudemus.

humana omnia gubernant: Noſtrum autem ab iis tertium dicere conſequi artem, in tempore enim hyemis, [ii]) cooperari vtique aliquid et gubernatiuam, et ſanationis medicatiuam, et totaliter agibilium politicam. Siue igitur dirigamus, Fatum, tempus et Deum cauſandum, vt quod ſit tres cauſas habeat: hanc quidem ipſum facientem bonum, hunc autem ordinatum in vnam ad omne homologiam, aliam autem humanam totaliter. Etenim omne humanum opus pars eſt vniuerſi, non e contrario autem, quia et aliis animalibus neceſſe partibus entibus, omnis et facere, ſed et pati: omnis quidem huius mundialis conſiſtentiae et dramatis, id eſt operis, pars finem habet bonum: nulla enim inordinata relinquitur partium ſed contexitur ad τὸ bene vniuerſi, non e conuerſo autem omne quod bono ſortitur, cum mundiali politia coordinatur. Eſt enim et ſupra Mundum vita, et vita Deorum et Animarum ſupra Fatum excedentium et Prouidentiae ſoli conſequentium.

XXVII. Vbi igitur hic τὸ in nobis? quando quid ſit, connectitur cum periodo mundi: et rurſum quando ex illa ſola efficitur. Vbi autem alibi dicemus, quam in noſtris interius electionibus et impetibus? horum enim ſolorum nos Domini: iis autem quae extra, factis, cum aliis et pluribus et potentioribus. Oportet enim quod [?] extra generabitur partem fieri vniuerſi vt et generetur: hoc autem coannuente et cooperante vniuerſo vt in ſe ipſum faciat omne, parte ſui ipſius agens in aliud et ab alio patiens. Et propter hoc ergo et in iis quae fiunt hos quidem laudamus, hos autem vituperamus, tanquam vtique et ipſos propter electionem dominos factos, et qualia quaedam vtique ſint quae fiunt, talem non Mundum ſed agentem dicimus. Non enim habentia a Mundo quod in ipſis quale, ſed ab agentis vita. Coordinatur autem ad Omne propter Omne, et eſt tale iterum propter partem. Et quod haec vera ſcribimus, manifeſtabunt tibi et reſponſa, ſaepe victoriam dantia et noſtris electionibus, et non ſoli ordini mundialium periodorum: puta quando et dicunt: *Te ipſum videns, verere.* Et iterum: *Cognoſce te ipſum.* Iam inſtitit et in aliis: *Extra corpus eſſe te ipſum crede, et es.* Et quid oportet dicere, vbi et aegritudines voluntarias pullulare nobis aiunt ex tali vita noſtra naſcentes.

XXVIII. Non ergo oportet quae fiunt omnia remittere ad ſolum ordinem vniuerſi, ſicut neque ad noſtrum impetum: neque rurſum ſequeſtrare animam a dominis electionum, in hoc ipſo eſſe habentem ſcilicet in praeeligere ſolum, et haec quidem declinare, iis autem accurrere: quamuis in iis quae fiunt non ſit Domina vniuerſi. Oportet enim vnamquamque cauſam hoc ſolum expetere, in quo apta nata eſt. Natum eſt autem τὸ in nobis non eſſe actiuum ſolum, ſed et electiuum ſecundum ſe: aut eligens agere cum aliis et peccare ipſum dicimus et dirigere propter electionem. Quoniam etſi actum bonum ſit et agens ex electione mala operetur, malam

ii) Χειμῶνος procellae.

lam dicimus actionem. Nam quod quidem in acto bonum, propter aliud: quod autem prauum, propter eligens. Sic ergo euidens est omnibus, nos actionum secundum quod sunt eligibiles, dominos existere.

XXIX. Post hanc autem quaestionem dicis, quod omnes homines de futuro sollicitamur in omnibus, etiam in iis quae in nobis esse videntur. Et hic iterum vt alterum argumentum scribis ad haec quod non simus domini alicuius nos, siquidem ignoramus quod eueniet. Manifestare autem hoc studium nostrum circa diuinationes, etiam in quibus nos eligimus. Bene quidem igitur dicis, vt summatim est dicere, quod ergo, si amatores diuinationis omnes sumus, nihil est in nobis? Ego autem conuertens dicam sermonem melior factus: quod ergo, si nihil est in nobis, sed ex motu solo coacta sunt [?] quae fiunt, non vtique erimus amatores diuinationis. Quae enim in aliunde coactis opportunitas diuinatiuae, quorum et cognitio vt futurorum aut non futurorum? necessariis autem vtrisque euentibus superflua. Nam necessarium, impossibilem non fieri, quamuis millesies nos de ipso et praescientes et consiliantes existamus. Si igitur non, frustra sollicitamur de futuro. Non frustra autem, siquidem hoc secundum naturam nobis: (Nihil enim eorum quae secundum naturam, frustra) oportet vtique non omnia a circulatione ligantes cogere, sed aliquid et praecognitionem nobis proficuam poni, et vitas nostras non vt praecognoscentes patiamur solum, sed vt per praenosse ad hoc, quod et ipsi aliquid cooperari futuris, aut non cooperari, simus promtiores ad haec. Aut et non diuinationes solum, sed et orationes et sacrorum negotium omne aiunt conferre: aut et hoc vnguento vngentes et coronantes expellemus et circumscribemus, et neque sursum tendere manus, neque seruire dabimus ad potentes suspendere coelestes influxus. Frustra etiam omnino homines Deum semper inuocare in quibuscunque difficilibus sperauerunt, et ipsum Apollo frustra responsa dare, quia facientibus quidem haec, fugere existet eas quae a coelestibus periodis appensas poenas, non facientibus autem inefficax occurrere dirum.

XXX. Et quidem si non in ipsis esset facere et non, quomodo non et diuidi ista et sequentia responsis dare electionicus penitus inconueniens? Sed neque de Deo hoc proclamaremus, neque diuinatiuae et sacerdotalis vtilitatem ex humanis vitis describeremus; quoniam et historias omnes barbaricasque et graecas habes contestificantes, quod propter diuinatiuam siue ex diuina inspiratione, siue ex humana arte multi vtique saepe cognouerunt quae oportebat agere, et cognoscentes inexcusabilium malorum in futurum liberi extiterunt, quas relegere tibi promtum. Illud determino decens ad praesentem speculationem, quando et diuinatiuam hanc multum diuulgatam, et eam quae sacrorum habere locum dicimus, ad fieri aliquid et non, et quando obtineri iis quae ex vniuerso delatis generationibus: Tanquam ergo, quandoquidem quae in omne omnia, diuinaeque et daemoniales causae concurrunt ad vnum, et veluti idem loquuntur, tunc et sacrificii opera inefficacia videntur: oppugnare enim toti partem et contraria ferre impossibile: et praecognitio nihil apponit aut aufert diuinatorum.

natorum. Quando autem multis entibus talibus haec quidem [P] aliquid aliud ferunt, haec autem aliud; puta haec quidem corruptionem, haec autem ſaluationem aegrotantium, qualia vtique ſecundum vnamquamque hiſtoriam eſt dicere in factionibus coeleſtium in nos, tunc et ſacra talis adducta ſoluit eos qui a laedentibus defluunt iis quae a proficientibus nobis, vtens cooperatiuis virtutibus. Et futuri conſideratio magnam habet partem in effectibus, et totaliter hic τὸ in nobis aut iis cauſis, aut aliis coordinatum, ſicut in verberibus ſuper auctum ſui ipſius motu exhibet aliquando quidem alium, aliquando autem alium finem. Et hoc ſcito de iis quae extra fiunt. Vbique autem rurſum illud praeexiſtere dico, ſcilicet qualem impetum et electionem characterizare τὸ in nobis, et eſſe hoc animae opus in ipſa manens, inecſeribile in vniuerſum. Iis igitur conſequenter, vt mihi videtur, ipſe gubernat omnia animalia et nos et alia ſecundum ſubmiſſionem habere vitam ab aëre datam et a prima latione, in cerebri quidem parte rationalem, in ſenſitoriis autem eandem hanc innaſcentem circa alia et alia ſenſibilia, vocatam ſenſum, viſum autem, auditum aut aliquem reliquorum tanquam ſubiectis differentem, vnum autem et differentem ſecundum ſe entem.

XXXI. Haec autem audiens te ordinantem, mirum exiſtimaui ſi philoſophiae amator et intellectualium ſpeculationum, et quid dico intellectualium, ſed et expertus earum quae ſecundum eruditionem viarum, et geometriae et arithmeticae inuentionum, dein tantum attribuiſti ſenſibus, vt rationalis noſtrae ſubſtantiae et intellectualis, non idola huius debilia, et per debilia organa vix tangentia cognoſcibilia dicas: ſed ipſam illam ſecundum ſubdeſcenſionem factos aliquali ſola organorum diuerſitate diſtinctos ab inuicem et ab illa. Et quidem aut alicubi et prius oſtendimus, ſenſu quidem omni inſeparabili a corporibus ente, et ad ſeipſum conuerti impotente, rationali autem illa et intellectuali vita ſe ipſamque cognoſcere apta nata, et propter ſui ipſius cognitionem ad ſeipſam conuertere: quia et omne cognitiuum ſecundum operationem conuerſum eſt ad cognoſcibile, quare et quod ſui ipſius ad ſeipſum. Qualem igitur vides intellectualis animae et ſenſitiuae identitatem, eius quae deorſum reſpicit, ad eam quae ſurſum tendit? In totorum principia conſepulta in corporibus, ad eam quae pura eſt a corporibus, in iis quae ſecundum naturas operationibus, eius quae nusquam veritatem cognoſcere poteſt, ad eam quae ſemper intendit ad Ens?

[P] XXXII. Si autem non fruſtra, neque in alio aliquo qui ſecundum naturam appetitus et ſortientem quandoque veritate, ſino dicere quod et ſubſtantiam diuinae animae ab aethere defluere inconueniens, ſi oportet impoſſibile inconueniens dicere. Quae quidem enim ab aethere animae, corpoream generationem ſortitae ſunt: animam autem demonſtrat et Athenienſium xenus corporibus omnibus entem ſeniorem. Si autem vtique non corpus aetherem intelligis, ſed intellectum aethereum, aut animam intellectualem aethera circumducentem; neque ſic mihi videris veriſſimam cauſam inueniſſe animae. Alius enim fons animarum, a quo et aethereae animae, et quae eorum quae ſub luna elementorum, et daemoniae animae, et nos: et ad illam oportet

oportet respicere, quam Plato quidem, occultans veritatem, *craterem* appellare mihi videtur, et conditorem non ex aethere, sed ante corpora ibi alicubi tradit et commiscentem animam, vti ait Timaeus, *et eam, quae Omnis* [kk]) *animam commiscens miscuit.* Qui autem a Deo traditi sermones fontem, per se laudant omnis animae empyrias, id est empyrialis, aetherealis, materialis: et hunc seiungunt ex tota Zoogonothea, id est specula, a qua et totum fatum suspendentes, duas faciunt σειρὰς, id est ordines, hanc quidem animalem, hanc autem, vt diximus, μοιρεῖαν, id est sortialem, fatalem. Et animam ex altera trahentes, quandoque autem fato seruire, quando irrationalis facta Dominum permutauerit, pro Prouidentia Fatum.

XXXIII. Quod autem, ficut dixi, neque geometriae et arithmeticae non quod intellectuali operatione dignam pronunciasti nostram animam sensibus ipsam coordinans, addisces vtique considerans quod hoc primum opus est scientiarum harum, cessare ab anima eam quae cum sensibus operationem, et abducere ex iis, vt possibile, et assuefacere intus videre, et rationes videre immateriales, et demonstrationes inquirere contrariantes sensibus: ii quidem enim recusant impartibilitatem, haec autem ab impartibilibus esse existentiam partibilibus ait et principia, iis quidem partibilia, iis autem impartibilia. Et sensus quidem, quae aliquid et singularia cognoscere putant: eae autem vniuersalia, et quorum eadem natura semper, quam non a sensibilibus acceperunt. Non enim sunt quae imperfecta perfectorum causa, sed desuper ab intellectu, propter quod et iudicant sensus, et exprobrant ipsis grossitiem cognitionis, eas quae [?] cum passionibus perceptiones cognoscibilium indeterminabiles a sensibus motus.

XXXIV. Etenim sunt entes ludicrae cognitiones, quae sensuum cognitiones: quae autem illarum iam studiosae et assuefacientes, a ludicris quidem absolui, venari autem Entis cognitionem pro ludicra. Hanc quidem igitur vitam et fatalem esse et pati alias alia cum corporibus, in quibus consistit quod a fato necessarium. Omnis enim species a materia separabilis, inde et abgeneratur et continetur: conuersa enim ipsa ad se ipsam non contingit dicere, quod aliud quidem est quod extrinsecus ipsi aduenit, aliud autem τὸ verum; dicit autem illud solum, quod passionem nunciauit, propter quod et ab altero mobilium est operationem non habens ab altero mobilium puram: sed intellectualem quidem secundum ipsius naturam, non tolerantem autem violentis passionibus sensus assequi, in seipsa autem iudicatoria continentem de foris fallacium motuum, et apponentem quidem τὸ deficiens quibus sensus patitur, arguentem autem ipsorum mendacium, et haec de proprie agentem. Non enim ab iis quae sensus est [ll]) iudicare sensum, sed ab intellectua-

 tellectua-

kk) Τὴν τοῦ Παντός ψυχήν.

ll) Sunt, ἃ τῆς αἰσθήσεώς ἐστι.

tellectualibus rationibus, quas non potest suscipere sensus cognitio. Ex contrario itaque sensui ponendum immaterialem et separabilem et in se operatiuum: et huic quidem et electionem dandum inclinationis ad vtraque sursum et deorsum; ad intellectum a quo genita est, et ad sensum quem genuit. Sensui autem et omnibus simul incorporatis vitis quod sine electione, quia et corporibus. Media enim rationalis anima intellectus et sensus ens, fertur quidem ab ambo propter instabilem electionis inclinationem, fit autem secundum habitudinem vtrumque extremorum, quorum secundum substantiam neutrum est: manifestat autem ipsius medium et quae ab intellectu perfectio, et quae a sensu deceptio. Dogma quidem igitur talem habet directionem, vt mihi videtur.

XXXV. Ad eam autem quae de bono opinionem, quam intermedie sermonum proiecisti, quod quidem singulis delectabile, dicens, bonum; hoc autem esse patrisare, obtinere enim alia legalia apud alios. Verecundarer vtique in me ipsum, si non manifeste ad virum amicum scriberem, quod videtur, tanquam vtique et electioni meae indignum sit, vt aestimo, opinio de iis, et aetati quam [?] habens existo. Iuueni enim quidem viro talem fieri opinionem, nihil mihi videtur mirum ad opiniones hominum in pluribus iuuentute aspiciente; intellectum autem senilem praesidem statuenti intellectualis prudentis iudicii conceptus conuenire existimo, et non quoscunque multorum famae et illibratae lationes perstrepunt. Nunc igitur, quoniam Persis quidem alia et delectabilia et legalia delectabilibus illis congrua, Graecis autem alia de eisdem iis videntur, et aliis alia: propter haec ad aliquod bonum, et hoc sicut et delectabile phantasiatur aliud aliis. Solum enim vtique hoc entium natura vt dicitur esse et est. Et quicunque quidem ipso natura singulis ente bono sortitur, finem vtique habebit homini conuenientem: quicunque autem ab illo peccat, etsi millies delectetur in praesentibus sibi et apparentibus bonis, imperfectum talis delectationis fructum metit.

XXXVI. Sed erat vt videtur verum, vno inconueniente dato alia accidere, quod vtique et ipse pati mihi videris. Fatum enim praestituens animae, coordinasti ipsam irrationalibus sensibus: iis autem conductis in idem, debili commiscuisti bonum. Oportet autem et priora et hoc ab anima eiicere, vt non lateamus nihil differens dantes hominibus aut brutis animalibus, quorum vita quidem inconuertibilis ad seipsam, curuatur autem in terram natura, passionibus autem materialibus commassata est cognitio. Et haec etiam Platone adamantinis vt est dicere, explicante sermonibus. Quod ergo bonum non est, non est delectabile idem, neque si omnes boues hanc proferant sententiam. Non enim nos esse boum delatores sed Deorum, apud quos obtinet intellectus, et quod Entis bonum quod et ipso intellectu diuinius est. Haec et in Gorgia accepta, et in Philebo, et in Politia, superfluum existimo per haec scripta rursum euidenter scripta fabulari.

XXXVII. Hoc autem apponam dictis, quod boni quidem inuestigationem non permiscendum delectabili, (non sic nos petulantia delectationis faciat desipere) humanorum autem et legalium et praeparationum omnimodas diuersitates referendum ad diuersas animarum vitas rationales, iracundas, concupiscitiuas, ab iis enim illae pullulant; *non enim a*

quercu

quercu aiunt *neque a petra.* [mm]) Sed hos quidem multorum capitum bestia persuasit talia lege statuere qualia Persas, alios autem leoninum animae in aliud transposuit, qualia Thraces: [?] aliis autem praevalet ratio in legalibus et vere bonis. Et delectabile quidem omnibus commune. Omni enim delectabile praesens quod appetibile, bonum autem non omnibus, sed in quibus praesidet ratio. Non enim vident passiones bonum, sed sola haec. Et huic quidem delectabile et bonum idem, passionibus autem coecis non dedit conditura, boni investigationem, sed delectabilis, vnaquaeque enim vitae species inimpedite mota delectatur. Quare legalia quidem multa, et delectabilia omnimoda, et aliis alia: bonum autem apud illos solos, in quibus ratio praeualet passionibus. Non enim concupiscentiae dandum principatum, vt non asinis idem patiamur; neque furoribus, vt non leonibus: sed ei, quod in nobis optimo, et quod solum sumus, aut secundum quod maxime sumus. Etenim omnibus ex pluribus entibus, deterioribus et melioribus secundum melius esse. Nam quod melius, coniecturat boni natura.

XXXVIII. Sed quae posthaec scribis dubitans, videris vtique mihi in multis locis audiens Socratem dicentem nihil scire, et dicentes omnia scire deridentem, et adhuc nos abscedentes hinc verum maxime cognoscere extendentem et certiores scientias neque ipsas scientias entes arguentem, dubitare ne forte neque totaliter sit cognoscere verum, sed solum somniare circa ipsum. Et quidem oportebat cointelligere, si non est cognoscere Verum, non magis si est τὸ in nobis, nescimus, quam si non est: ignorantia enim amborum similiter positionem recusat. Quomodo igitur ad ostensionem eius quod non in nobis, vtimur ignorantia veritatis? Ignorantia ad esse hoc et non esse eandem potentiam, magis autem impotentiam habente.

XXXIX. Sed vt nihil tale patiamur, nos praediuisimus cognitiones omnes: et quibus hic anima participare potest, et quibus supremum sumens ordinem, quas has quidem habens Socrates, has autem sperans se habiturum absolutus a corpore, illuc ait perueniens scire verum. Metra enim alia, et alia cognitionis entia exhibuerunt ipsi occasionem talis spei. Quoniam et haec significatorum solitudine sunt Platonis amicis, si non solum purgatiue, sed et speculatiue possibile est viuere animam: circumferentem grossum hoc vinculum, et mediocriter, vt aestimo, discussione sortitus est sermo, quod forte [?] speculari quidem et hic possibile, vt eum qui in Theetyto [nn]) coryphaeum de coelo astronomizantem, et omnem entium naturam omniquaque perscrutantem, et eos qui in Politeia phylacas vsque ad bonum per dialecticam illam ascendentes, quam θριγκὸν mathematibus instituit, speculatiuum autem rursum fieri perfecte impossibile, propter causas, quas ipse in Phaedone docet, corporis occupationes et molestationes, non sinentes sine impedimento et indistractam in

nobis

mm) Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός, φησιν, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης.

nn) Theaeteto.

nobis fieri operationem illam. Vitae enim eſt τὸ ſpeculatiuum, nomen operationis autem ſpeculatio et Vnius,

XL. Et etiam quando mathematicas ſcientias hoc ipſum non permittit vocare ſcientias, non tanquam demonſtrationum neceſſitatem ipſas habere negans dicit haec aliqualiter, ſed tanquam a ſuprema ſcientiarum deficientes determinat. Et cur enim non oportet dicere plane a dialectica, quae non adhuc punctum aut Monadem hanc, ſed ipſum τὸ bonum principium ponit, et omnium principia conſiderat. Vnde, vt aeſtimo, et mathematibus quidem in deciſione lineae ſecundam aſſignat partem, in materialibus autem omniquaque et ſeparatis ſpeciebus eam quae ante has et cognitionem inſtituit, iis quidem eam quae ex ſuppoſitione, iis autem quae ſine ſuppoſitione: hanc autem ergo et qui Epinomida compoſuit. Olim enim nobis haec pigritia coegit et indicium et ſententiam colligationem vocauit mathematum, tanquam vnientem illorum omnium principium,

XLI. Si autem vtique et nihil ſcire Socrati promtum, et Pythii reſponſum propter hoc ipſum ſapientiſſimum omnium protulit, vt ipſe imponit reſponſum, conſidera profundum et Dei et Socratis, quomodo vtique τὸ nihil ſcire ſolum dicit excellens bonum exiſtere, ſed non ſcientem et hoc ſcire quod non nouit. Hoc quidem enim videtur eſſe praeopere [oo]) futuris ſapientibus. Secundum veritatem autem in idem tendit ſapientiae, et ſapiens enter [pp]) eſt qui nouit ſe ipſum enter non ſapientem, et non ignorans quod non nouit. Cuius enim alterius eſt noſſe non ſcientem vnumquemque quam cognoſcentis? et ſcientem oportet enim vtique et ipſum noſſe perfecte quod non nouit; ſiquidem non ſcientem ſe ipſum ſciet: hoc enim ignorans, neque ſi nouit ignorabit vtique. Quare nullus vtique ſeipſum prius non ſcientem cognoſcet perfecte, antequam ſcientem [ſe] cognoſcat, tunc enim et quod nouit ſimul, et quae non nouit ſciet, et quod nouit cognoſcet et quod non nouit, mediam habens notitiam et ſolummodo ſcientiam, et eorum qui non totaliter, quorum hoc quidem eſt intellectus, hoc autem ſenſus, hic quidem neque totaliter ſciens veritatem, quia neque ſubſtantiam nouit, neque ipſam ſenſibilium quorum eſſe fingitur cognitio: hic autem ipſam Entis ſubſtantiam immediate ſciens, et ipſam Entis entem Veritatem.

XLII. Media autem horum ens anima et nouit ſubſtantias entium, tanquam ante ſenſum ens, et non nouit tanquam poſt intellectum ens. Sapiens ergo quis factus cognoſcet et quod nouit ſciens, et quod non nouit ſciens, tantum amice Socrati et reſponſo de ea quae vt vere ſapientia competens. Neque ergo propter mathematicas ſcientias a prima ſcientia diſtinctas, neque propter ſpem vt vere cognitionis poſt ſeparationem ab hinc, neque propter Pythii reſponſum, exterminare oportet eas quae de ſcientia rationes. Plato

oo) Πρὄργου.

pp) Ὄντως.

to enim eſt ipſe qui clamat, quod vtique interimentem ſcientiam de nullo neque de contingente adhuc affirmare poſſibile. Sed quam quidem ſcientiam ſumet vtique anima et cum corpore ens, et quam erepta a vinculo, et quas quidem cognitiones ſimul et non ſcientias eſſe ponet. Vnam autem eam, quae vt vere ſcientiam et intellectum ſcientia meliorem et intellectu diuinificam intelligentiam, et hanc eſſe cognitionem quam anima phantaſians et in hac vita accipere non potens deſiderat eum qui a corpore exitum, tanquam tibi ſortitura ſupernaturali hac et diuinali entium comprehenſione. De iis quidem igitur ſatis.

XLIII. Conſequenter autem iis quae diximus dubitas, cur vtique boni quidem deterius agunt, peccantes a finibus quos praeſtituerunt; mali autem ſortiuntur ea quae appetunt? Tu quidem itaque et hoc exiſtimas eſſe argumentum huius, quod non ſit τὸ in nobis. Et quidem licet et aliis melioratis ſecundum dubitationem dicere, quod ſi eius quod non ſit τὸ in nobis, eſt argumentum hoc, quod non ſecundum intellectum eueniunt bonis negotia; et eius quod ſit haec quod ſecundum ſpem malorum ipſa fiunt, idem argumentum erit. Melius autem non oppugnatiue ſermoni adiicere, ſed oſtendere tibi tantum, quod dubitationem hanc non ad interemtionem eius quod in nobis, noui antiquos proponentes, ſed ad inquiſitionem Prouidentiae. [P] Et magis perſeueranter agonizantes, ad ipſum Plotinum illum, Iamblichum, aequiuocum tibi. qq) Etenim enter concutit de Prouidentia noſtras inuictas praeacceptiones fortunalium rerum inexſpectata illatio, et intellectuali inſpectione indiget negotium, ſi debeat quis occurſor a dubitatione iſta ſaluatus committere Prouidentiae omne. Noui quidem igitur, vt dixi, non ad interemtionem eius quod in nobis, ſed Prouidentiae haec dubitata prioribus.

XLIV. Quod autem et haec, non multo opus eſt argumento, ſicut eius quod non ſit τὸ in nobis, ſed quod ſit, magis addiſcemus, illud cointelligentes. Quod ergo nullius nobis dominis entibus, neque electiuam vitam habentibus a ſeipſis, neque bonis neque malis a nobis entibus, ſed plaſmatis aliunde, non adhuc locum habet dubitare de euentibus, entibus aliunde malis aut bonis, tanquam praeter dignitatem euenientibus. Si enim non ſeipſos tales effecerunt, neque vtique retribui vtrisque oportebit pro vita, neque totaliter debebitur aliquid iis qui non ſunt cauſa vitae quam habent. Quare ſi praeter dignitatem retributio fortunalium, ipſi vitarum vtique erunt cauſa, quorum dignitate in diſtributis ab vniuerſo ſortiri volunt: quoniam et omnium eorum quae circa nos, non in iis quae a totis habemus, exigimus retributiones habere, ſed in quibuscunque aliquid cooperabimur. Si ergo non eſt τὸ in nobis, nihil habemus a nobis. Si hoc, neque expetemus retributiones eorum quae aliunde

qq) Theodorum Aſinaeum.

aliunde in nos veniunt. Si hoc, neque eam quae praeter dignitatem diſtributionem euentuum cauſabimus.

XLV. Si ergo non eſt τὸ in nobis, non oportet quaerere quomodo praeter dignitatem boni quidam a finibus peccant, mali autem obtinent. Sed ente eo quod in nobis, et Prouidentia omnium obtinente, et tibi adducentes perſuaſionem poſt violentiam dicemus. Quomodo ergo? non enim erat τὸ in nobis eorum quae extra, dominans, ſed cooperans. Quare merito, quae quidem intus, ſecundum ſui ipſius diſponit potentiam, quae autem extra, non adhuc, indigens et aliis ad illorum diſpoſitionem, non in ipſo iacentibus. Et ego valde laetor ad tales dubitationes, videns generoſum aduentitium, qui ſaepe iubeo non confundere quae in nobis cum iis quae non in nobis: neque ſic habere de iis quae non in nobis, tanquam ipſa fieri omnino, vt non et facta difficulter feramus. Nunc autem tanquam et illis aſſequi [?] iis, quae in nobis, debentibus, dubitatio accidit non factis, et ſupponentibus nobis vt bona quae non bona, et fieri quaerentibus. Melius autem erat, quae quidem in nobis enter entia et quaerere ſemper et acquirere ſibi ipſis, quae autem extra et non in nobis, relinquere facientibus tanquam dominis et ſcientibus quae faciunt. Ad omnia autem quae in nobis, praeparatos eſſe per ea quae in nobis. Sed qualiter quidem habeat dubium ad id quod in nobis, oſtendimus tibi per talia. Ad ſermonem autem de Prouidentia magis vtique aliquid dicis, ſicut diximus. Et dicta ſunt multa ab antiquis quos dixi viris, et ſic ſoluunt ipſum.

XLVI. Rurſum igitur quaeris, quid τὸ in nobis? quod in principio ſermonum oportebat quaerere. Deinde ad ipſum dubitans. Quaerens autem definis hoc eſſe, quod a nullo poteſtatum neque obtentum, ſed et verbo dicens ſic, αὐτοπερίγραπτον, id eſt ipſum circumſcriptum, et αὐτενέργητον, id eſt ipſum operatiuum. Si autem hoc, et incorruptibile omnino, et potentiſſimum, et ſoli primo competens praeſidi omnium entium, nobis autem τὸ in nobis non adhuc conueniens. Hunc itaque terminum longe ab intelligentia eius quod in nobis, quam habentes antiqui hoc humanis animabus attribuerunt, ego pono. Conſidera autem et tu ipſe, quam vera dico. Vbique τὸ in nobis ad inſinuationem aſſumunt operationis electionis, nos facientes dominos electionis et fugae, et vt alicuius bonorum aut contrariorum. Sicut enim idem dicunt electionem et voluntatem, ſed hanc quidem eſſe boni ſolum, electionem autem bonorumque ſimiliter et non bonorum, ſicut vtique δόκησιν, id eſt exſpectationem rr) non bonorum: propter quod et characterizare animam electionem ſimiliter entem amborum et competere mediae naturae ei, quae ad ambo vertitur. Et hoc etiam communis fama teſtatur. Electiones enim horum laudamus, horum autem vituperamus. Malum autem omnibus inuolitum dicimus, et malum videtur bonum eſſe eligentibus ipſum, anima enim nulla cognoſcens malum eligeret vtique ſed fugeret. Propter ignorantiam autem ſtudet circa ipſum: acutum quidem amorem boni ſecundum naturam habens, alicubi autem bonum videtur impotens.

XLVII.

rr) Cautionem.

XLVII. Anima igitur habente in ſubſtantia eam quae ad ambo inclinationem, τὸ bene dico et τὸ male, hanc potentiam ipſius [P] electiuam vocauerunt, propter quam aliud prae alio nati ſumus eligere. Et ſumes vtique ex diuiſione definitionem talem potentiae huius. Quoniam omnis potentia aut rationalis eſt aut irrationalis, neceſſe et electionem in altero horum eſſe: non ens autem irrationalis, ſine electione enim viuere illa omnes dicimus, rationalis vtique aliqua erit potentia. Omnis autem rationalis potentia aut cognitiua eſt aut appetitiua, ſicut et omnis irrationalis. Electio autem ipſum hoc quod dicitur electio ens et deſiderium, appetitus aliquis vtique erit. Omnis autem appetitus aut ad ſolum aſpicit vt vere bonum, aut ad ſolum apparens bonum, aut ad ambo. Electionem autem neque ad ſolum vere bonum reſpicere dicimus, non enim vtique vnquam vituperaretur iuſte: neque ad ſolum apparens, non enim vtique et laudaretur ſaepe. Ad ambo ergo nata eſt talis potentia.

XLVIII. Eſt ergo, vt ſummatim dicatur, electio potentia rationalis appetitiua bonorum verorumque et apparentium, ducens ad ambo animam, propter quam aſcendit et deſcendit, et peccat et dirigit. [55]) Huius potentiae operationem videntes biuiam in nouis vocauerunt ad ambo ipſius inclinationem. Quare erit vtique electionale, et τὸ in nobis, idem. Et ſecundum hanc potentiam et a diuinis differimus et a mortualibus; vtraque enim ſunt inſuſceptiua eius quae ad ambo inclinationis: haec quidem in bonis veris ſolummodo locata, propter excellentiam; haec autem in apparentibus, propter defectum. Quoniam et haec quidem intellectus characterizat, haec autem ſenſus: hic quidem noſter rex, hic autem nuncius: medii autem nos in electione fixi, et potentes quidem ad ambo moueri, vbicunque autem moueamur, a totis obtenti ex ea quae ſecundum dignitatem ſortientes; ſiquidem ad melius, vt intellectus: ſi autem ad deterius, vt ſenſus. Non ergo in omnium poteſtate et potentia τὸ in nobis: quae enim omnibus poteſtatiua, potentia Vnialis eſt, et propter hoc omnium quia vna et Boniformis. Quae autem electiua, Dualis, et propter hoc non omnium: quia iis quae ad ambo inclinationibus minorata eſt ab ea quae ante omnia eſt. Fieret autem vtique et ipſum omnium, ſi non electiuum impetum haberet, voluntas autem ſic ſolum. Nam volita vita eſt ſecundum bonum, quae et τὸ in nobis facit potentiſſimum, et Deiformis enter exiſtit, propter quam et anima fit Deus, et totum mundum diſpenſat, ait Plato.

[P] XLIX. Neque ergo primo τὸ in nobis, ſicut neque vltimo conuenit, ſed medio. Tu autem, vt videtur, poteſtatem exiſtimaſti ſignificare τὸ in nobis, omnium dominantem, ducentem omnia ſecundum ſuum impetum, obtinentem omnia quae deſiderat, non definiens potentiam in appetibilibus, quae intra ipſas animas efficientibus talem eligentem animam; ſed dans ſibi et eorum, quae non in nobis, potentiam. Quae enim extra animam, non in nobis: propter quod et commixta vita noſtra ex iis quae non in nobis et

55) I. e. recte agit.

et iis quae in nobis. Et apud ſtudioſos quidem multum τὸ in nobis: omnibus enim vtuntur, etiam iis quae non in nobis menſurare propter virtutem, et iis vtentes, et velut in ſeipſis facientes ſemper quod praeſens ornantes. Apud multos ^tt^) autem τὸ non in nobis plus; aſſequntur enim iis quae extra, non habentes intus vitam potentem ipſis aſſimilare illa. Vnde et ii quidem liberi dicuntur eſſe et ſunt propter operationem eius quod in ipſis, et eius quod non in ipſis. In ſeruilem autem alii vociferantur neceſſitatem, conſepelientes cum iis quae non ipſis quod in ipſis, et omnia habentes non in ipſis.

L. Super omnia colophonem dubiorum nobis appoſuiſti. Interrogans enim ſi nouit Deus futurum apud nos, ſiue non nouit? Et ſiquidem non nouit, nihil ipſum a nobis differre dicas, non ſcientibus neque ipſis. Si autem nouit, fore penitus hoc quod nouit, et ex neceſſitate. Hoc autem non τὸ in nobis perimit ſolum, vt vtique videbitur, ſed et omne quod dicitur contingens, et conſueuit etiam hoc ponentibus non omnia coacta eſſe, et eſt, vt eſt dicere, millies dictum, et complicant quidem coniunctum omnes ita. Si nouit Deus omne futurum, ex neceſſitate erit quod futurum. Sed ii quidem falſum eſſe aiunt, Deum determinate noſſe omne, ſed aiunt etiam ipſum indeterminari in fientibus indeterminate, vt ſaluent contingens. Alii autem determinatam cognitionem attribuentes Deo, admiſerunt neceſſitatem in omnibus quae fiunt. Peripateticorum et Stoicorum haereſium ſunt haec dogmata. Plato autem et quicunque huic amicus, et Deum determinate ſcire futura, et fieri contra ſecundum ipſorum naturam affirmant haec quidem determinate, haec autem indeterminate. Eorum enim quae in effectis [P] diuiſim et ſubcontrarie inuicem ſunt, in Diis ſecundum melius ſolum eſt praeacceptis.

LI. Dico autem, puta genitorum aut incorporeorum entium aut corporum, incorporaliter ſunt amborum cauſae apud illos, et cognitio eodem modo incorporea. Et iterum intellectualium et non intellectualium entium, intellectualiter ambo apud Deos et ſecundum exiſtentiam et ſecundum ſcientiam. Cognoſcunt enim et quae non intellectualia, intellectualiter. Et rurſum eorum quae fiunt inde intemporalium aut temporalium, intemporalis locata eſt apud ipſos cauſaque et cognitio. Quare quoniam et determinata et indeterminata quaedam fiunt, ſecundum melius amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum praeacceperunt. Adhuc autem, non quale eſt cognoſcibile, talis et cognitionis ſpecies, ſed quale cognoſcens. Merito, neque enim cognitio in cognoſcibili eſt, ſed in cognoſcente. Huic igitur ſimilis et conformis eſt in quo eſt, non illi in quo non eſt. Si igitur et cognoſcibile indeterminatum, ſed quando determinatum eſt quod cognoſcit, non propter cognitum indeter-

tt) Τὸ πολλοὺς, vocat vulgus, quibus οἱ σπουδαῖοι opponuntur.

determinata est cognitio, sed propter cognoscens, determinata. Etenim meliori modo est deterius cognoscere, et deteriori modo melius.

LII. Quare quoniam Dii omnibus meliores, meliori modo omnia praeacceperunt: et haec quae quidem sunt, ante tempus quidem quae secundum tempus, vt diximus: incorporea autem corporea, immaterialiter autem materialia, et determinate videlicet quae indeterminata, et stanter instabilia, et ingenerabiliter genita. Non igitur si cognoscunt futurum, ex necessitate fixit huic euentum: sed huic quidem indeterminatam ex determinato generationem dans, Diis autem determinatam indeterminati praecognitionem. Neque enim tua fictio uu) tympanis et cornis vv) vtens et materiis corporalibus, si tua praecognitione corporaliter erat: sed illa quidem incorporaliter phantasia et vitaliter habuit futuri rationem: factum autem παράπηγμα id est fixio corporaliter confixa ex non tali intrinseca cognitione. Si autem haec in tua factione, quid vtique dices de Deorum praecognitione, apud quam indicibile existit et entis inenarrabile nobis et incircumscriptibile, non tanquam alius modus omnium περιοχῆς id est circumsidentiae et nullatenus συγγενὴς congener iis quae ab ipso fiunt. [P] Quare et cognoscunt Dii diuine et intemporaliter, quae in nobis, et nos operamur vt apti nati sumus. Et quocunque eligimus, praecognitum est apud ipsos, non propter in nobis terminum, sed propter eum, qui apud ipsos.

LIII. Haec tibi, o amicum caput, de iis, quae interrogasti, respondi, potens et per se ostendere quod est τὸ in nobis, a laudibus et vituperationibus, a consiliis et a prouocationibus aut dehortationibus, a iudicatoriis et accusationibus aut defensionibus, a politica omni eruditione, a legislationibus, ab orationibus, a sacerdotalibus viis, ab ipsa philosophia. Bene enim nosti et meum institutorem, ww) dicentem saepe, quod τὸ in nobis interemtum, superfluam pronunciat philosophiam. Quid enim erudiet, nullo ente, qui erudiatur? Quomodo autem erit aliquid, quod erudiatur, non ente in nobis quid fiamus meliores. Haec igitur iterum atque iterum reconsiderans, si aliquid adhuc dubitas, nullatenus patiaris xx) scribere. De quibus enim vtique et congruet nos facere sermones, quam de iis, in quibus nullus vtique nos nugacitatis accusabit, facientibus disputationes. Cum autem qui ex superbia cumulum et laqueum omnem qui ex eodem illis exercito aiunt stultiloquium, inclino tibi non aduentitie mihi.

uu) *Fixio*, παράπηγμα, astrolabium.

vv) Fortasse *tornis*.

ww) Syrianum.

xx) Te pigeat.

II. *PROCLI liber de decem dubitationibus circa Prouidentiam.*

Περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων, de decem dubitationibus circa Prouidentiam, liber. Meminit huius scripti *Ioannes Philoponus* libro II. de mundi aeternitate aduersus Proclum cap. 5. *αὐτὰ δὲ ταῦτα ἡμῖν ὁ Πρόκλος συνομολογῶν φαίνεται ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἀπορημάτων. Λέγει γὰρ ἐν ἐκείνῳ ταῦτα. Τῆς δὴ οὖν προνοίας ὡς εἴρηται κ. τ. λ.* quae ex illo profert, leguntur in hoc libro pagina statim secunda et tertia. [yy]) Exstat latine ex eiusdem *Guilelmi de Morbeka* versione in bibliotheca huius vrbis Hamburgensis ex legato praestantissimi Holstenii, in eodem codice, e quo librum ad Theodorum, mechanicum, ex eiusdem Guilelmi versione exhibui. Guilelmus, Corinthi archiepiscopus, dicitur hanc versionem absoluisse Corinthi a. C. 1280. quarto die Februarii. Ἀπορήματα illa [?] sunt hae decem circa Prouidentiam quaestiones, quas proponit primum, deinde suo more ad Platonis fere mentem resoluit atque explicat.

1. Num prouidentia ad omnia et singula pertingat, siue, vt Guilelmi, interpretis, verbis vtar, *si Prouidentia est omnium, totorum, partium, et vsque ad indiuiduissima coelorum et eorum quae sub coelo, aeternorum et corruptibilium.* Hoc adfirmat Proclus, atque vnumquodque singularium e rebus etiam minimis ab vnius Optimi Maximi Numinis bonifica vt appellat Prouidentia dependere contendit. *Nihil enim effugit illud vnum, siue in esse dicas, siue in cognosci. Et dicitur quidem, et recte dicitur, et in centro totus circulus esse centraliter, siquidem causa centrum, causatum autem circulus, et in vnitate omnis numerus monadice propter eandem rationem. In Prouidentiae autem vno maiori modo omnia sunt. siquidem et vnum maiori modo illud quam centrum et monas.*

2. Quomodo contingentia praesciat Deus iisque prouideat? Respondet Proclus, Deum pro perfectissima natura sua cognoscere in spermatibus suis et causis indeterminata determinate, sicut et incorporaliter et indistanter distantia et corporata. Quam in rem plura disputauit libro ad Theodorum, mechanicum, cap. 50. seq.

3. Num et determinatorum et indeterminatorum sit causa Prouidentia secundum idem et eodem modo? Respondet Proclus, prouidere nihil esse quam benefacere: hinc pro suo quaeque modulo et ordine participare de vno illo bono, vt et ipsi vnitas, et indeterminatis libertas constet. In eodem capite probat, prouidere Deum contingentibus etiam et indeterminatis, ne illa sint velut superaduentitia in vniuerso. *Si*

[yy]) *Procli* dubitation. X. circa prouidentiam; de fato et de malorum subsistentia, in II. codd. bibl. *Mediol.* Ambros. teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. p. 522. *E.* Eodem teste ib. p. 608. *E.* est in cod. Basil. *Guil. de Morbena* (sic) versio lat. et in vol. I. pag. 24. B. in cod. quond. reg. Christinae, in bibl. Vatic. p. 450. trium illorum Procli librorum versio lat. *Guil. de Morbero* (sic). *Harl.*

Si itaque et volunt (vtpote autores) *prouidere determinate indeterminatis, et possunt Dii, omnino vtique et prouident, et prouidentes cognoscunt prouisorum dignitatem. Et Dii quidem exaltatim et ad omnia sui ipsorum extendentes prouidentiam, daemones autem partientes illorum superexistentiam, hi quidem aliorum gregalitatem acceperunt, hi autem aliorum, vt ait ille, in vltimam consummantes partitionem, vt hi quidem hominum sint, hi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum praesides, et adhuc partialius, hi quidem oculi, hi autem cordis, hi vero hepatis. Omnia autem sunt plena Diis, his quidem et his immediate prouidentibus, his autem per medios Daemones, vt dictum est: non illis omnibus adesse non potentibus, sed vltimis per se participare primis non potentibus.*

[.] 4. Quomodo Deorum participationes fiant, siue quomodo Dii prouidentes in inferiora operentur? Respondet Proclus, pro participantium idoneitate, *rationaliter in rationalibus, intellectualiter in intellectualibus, phantastice et sensibiliter in iis quae secundum phantasiam, aut sensum viuunt: essentialiter autem et per esse solum in his quae sine vita, esse obtinent. - - Igitur et prouidentia supra entia omnia secundum ipsam diuinam vnionem locata, et operante vnam operationem vni conuenientem omne accedens participat, et ita vt aptum natum est.* De oraculorum defectu ita disserit, vt operatione Dei manente semper eadem, loca vel homines inidonei sint ad eam participandam, velut si facie aliqua stante, speculum eius imaginem iam fulgidum suscipiat, iam obscurius vel debilem vel plane nullam reddat. *Siue igitur dicat quis chresteria quandoque quidem diuinatiuis participare Diis, quandoque autem deficere inefficacia facta, et velut ἄπνοα i. e. sine spiritus secundum quoddam tempus, in hoc reducendum causas irregularitatis, indeficientibus spiritibu vtentibus et operantibus in potentia participare ipsis semper. Nam veracia chresteria, quae apparentibus complent angelique et daemones, et heroës, in quos illustrant Dii et semper entes in vniuerso sortes, quamuis aquae aliquae et hiatus terrae non semper participare illis possint propter sui ipsorum instabilem naturam: siue rituum virtutes, ἀγάλματα siue imagines introeuntes quandoque et viuentia facientes et replentes diuina inspiratione. deficiunt in quibusdam periodis. Et horum defectum aestimo remittere conuenit ad suscipientia, et non ad variationem operationis Deorum, inspirantium ipsi. Neque enim lunae deficientis solem causare audemus, sed incidentiam ipsius in conum.*

5. Vnde et cur malum, cum sit Prouidentia? Respondet Proclus, duo haberi malorum genera, vnum in corporibus, praeter naturam; in animabus, contra rationem. Neutro autem regnum prouidentiae (vt verbo interpretis vtar) molestari, sed malo huic finem esse bonum, et vniuersi varietatem ac perfectionem: nam omne, quod praeter naturam, fieri, vt aliquid fiat eorum, quae secundum naturam, sed non vicissim. Atque inter spiritus perfectiores et brutas animantes debuisse quoque medias interpositas esse animas, ratione simul et ira atque concupiscentia praeditas, et libertate arbitrii gaudentes.

6. Si Prouidentia est, cur bonis viris mala fiant, mali triumphent? Respondet, bonis tamen non deesse virtutem, virtutisque materiam: atque singularem

rem illis in laudem cedere, quod virtutem [?] nudam colere malint, quam *malitiam cum omnibus ſuis abundantiis.* Malum non eſſe irritamentis carere malorum, et aduerſa fortunae quosdam etiam expetiſſe, ſapientes fortiter ſemper tuliſſe. Neque aequum eſſe, vt iidem omni ſimul genere bonorum abundent. *Oportet quandam experientiam etiam malorum eorum, quae hic ipſis ineſſe a quibus prouocatae animae appetant eam quae hinc translationem ad illum qui extra mala locum.* Multos per aduerſa ad maiorem virtutem adductos eſſe, denique ſola eſſe mala, quae ipſi committimus, non quae patimur. Inglorios malos omnes et inhonoratos, quamuis myrii adulatorum ipſos circumſtent. Ad quaeſtionem, quam huic adiungit, cur inaequalibus aequalia a Prouidentia exiſtant ſecundum arithmeticam (non geometricam) aequalitatem, velut ciuitate tota pereunte vt ſimilis ſit interitus hominum diſſimillimorum, bonorum malorumque. Reſpondet, *primo quidem quod non ſecundum quod diſſimiles ſunt, hoc ſimile patiuntur, ſed ſecundum quod ſimiles ciuitatem eandem ſi forte inhabitare volentes, et nauem eandem intrare, et commilitare cum inuicem, et ſi quid aliud eiusdem cum iis ſpeciei, et ſic ſecundum ipſius actionem idem aliquid paſſi ſunt. Sed ſecundum quod meliores et deteriores, diuerſam habent communis paſſionis illationem, ſiquidem ii impatientes, ii autem manſuete ferentes perierunt. Et poſt ſeparationem, hos quidem meliorum locus ſuſcipit, hos autem qui deteriorum.* Addit deinde, eſſe quendam ordinem et fati communis periodum a diuerſis principiis in eundem finem obuiantem, et concurſum proceſſuum, vbi compati coguntur imprincipaliores partes ex neceſſitate. Latere etiam nos veras animarum aequalitates.

7. Si Prouidentia etiam ad infirma ſe demittit, vnde tanta ſortis in brutis animantibus inaequalitas, mutuae deuorationes et ſimilia? Reſpondet: ſi in illis ſit aliquid αὐτοκίνητον, cauſam altius quaerendam: ſi vero corporea tantum ſint, nihil referre, ſi idem patiantur cum vmbra, omnimode transfigurata, atque fato ſubiecta ſint.

8. Quare poenae poſt peccata non ſtatim ſubſequantur, ſed infligantur poſt tempus demum, et hoc interdum valde longum? Reſpondet, *inſerta nequitiae radix, (ſicut ſpinas ferens terra, etſi milleſies excidas naſcentes, ſimilium eſt productiua,) easdem reddit operationes non flexa punitionibus.* Igitur Prouidentia, congruens tempus, non quale placet homuncionibus, ſed quale ad ſanationem animarum nouit proficere, exſpectat, ac tolerando plures erudit. *Cum Diis enim, ait ille, fortunam et tempus omnia gubernare, ſiue dare aliquid bonorum oporteat, ſiue purgare contrariorum.* [?] Deinde vitium ſibi ipſi poena et λώβη animi grauiſſima. Non bonus poenarum diſpenſator ira praeceps. Plato, ſeruum verberaturus, flagellum aliquo tempore ſublime tenere viſus eſt, cauſamque interrogatus, dixit, punire ſe ſui ipſius praeimpetuantem iram. Archytas ad ſeruos in agro, qui iuſſa non fecerant poenamque exſpectabant, bene valete, inquit, quia iraſcor. Et Theano ad ſeruam: ſi non eſſem irata, verberarem vtique te. Apud Aegyptios lex erat, praegnantem, iudicatam morte dignam, donec vtique pepererit, non morti tradere. Quid mirum Prouidentiam, delinquentes morte digna, potentes autem parere non quasdamcunque actiones, ſed egregias, conſeruare ad illas etc. Si Themiſtocles pro iis, quae egerat iuuenis, confeſtim ſoluiſſet poenam.

poenam, quis eruiſſet Athenas a Perſicis malis? Quis etiam fuiſſet Πυθίας expoſitor? Si Dionyſius in principio periiſſet tyrannidis, quis Siciliam a Chalcedonenſibus liberaſſet, inſuſcitabilem fore exſpectatam? Si Periander punitus fuiſſet non poſt multum aliquod tempus, quis vtique Apolloniam, quis etiam amoenam [zz]) Leucadiorum inſulam, quis etiam Anaxorium eripuiſſet a ſibi aduerſantibus? - - Quid quod tempus illud poenarum dilatarum longum videtur nobis, tenuiter intuentibus, ſed ad Prouidentiae oculum nihil eſt, vti viciſſim *iſte locus, in quo viuimus, corpora circumferentes, paruus omnino ad magnorum peccatorum punitionem: τίσεως autem carceres, et quae in inferno loca, multa vtique quaedam et inenarrabilia, et multitudines tormentorum inexceſſibiles omnibus qui qualitercunque ibi ſunt. - - Propter magnitudinem punitionis non ſimul tota ſit adiectio. Excitare autem remorſiones animae ingeniatae ſunt, praecurſales ipſis maximarum paſſionum. Aiunt enim et Apollodorum, tyrannum, viſionem vidiſſe, verberatum ſe ipſum et decoctum a qualibus quibusdam, et ſui ipſius cor ex lebete clamans, ego tibi horum cauſa. Ptolemaei autem Cerauni vocantis amicos putare ſeipſum in ſomnis vocari ad iudicium a Seleuco, vultures autem tibi conſidere et lupos iudices. Talia malignis praeludia appenſarum punitionum.*

9. Quomodo peccata aliena, parentum puta, vel ſuperiorum, puniantur in liberis ac ſubiectis? *Quod autem peccatorum progenitorum δίκας ſuſtinere dicuntur quidam, et reuelationes et τελεταὶ manifeſtant hoc, et etiam λύσιοι quidam Dii purgare ab iis adfirmantur.* Reſpondet, gentem, ſiue familiam, et ciuitatem pro vno quodam corpore haberi, eſſeque illi ſuum praeſidem πολιȣ̃χον atque ὁμόγνιον, adeoque non aliena [P] eſſe talia peccata propter illam coniunctionem atque ſimilitudinem. *Quid igitur adhuc inopinabile et vindictas ſoluere animas translatas in altera corpora pro iis quae in aliis corporibus?*

10. Prouidentia vnius DEI laudatiſſima cognoſcente omnia et in bonum reducente, quomodo et angeli prouidere dicuntur, et daemones, atque ſi velis et heroës et animae cum diis mundum condiſpenſantes? Reſpondet, prouidere Deum vniuerſaliter ac totaliter omnibus, vt vnum et bonum, caeteros partialiter, ſubordinate, et quibusdam.

III. Liber Procli de malorum ſubſiſtentia.

Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως μονόβιβλος, *de malorum ſubſiſtentia*, liber ſingularis, cuius mentionem reperit Holſtenius in ſcholio marginali graeco codicis Medicei ad Proclum in Remp. Platonis, pag. 358. ad verba V. 9. a fine, *εἴρηται μὲν ȣ̃ν διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις περὶ τȣ́των.* Scholion ita ſe habet: Τὸ *μὲν ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν κακῶν*

zz) Χαρίεσσαν, interpres reddit *gaudioſam.*

κῶν ὑποστάσεως μονόβιβλω, τὸ δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸν λόγον τῆς Διοτίμας περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως. Exſtat et hic liber latine ex *Guil. de Merbeka* verſione, atque haec capita ex Platonis maxime ſententia perſequitur, 1) an ſit malum, 2) ſi ſit, vtrum in intellectualibus? 3) ſi in ſenſibilibus, num ſecundum cauſſam principalem, 4) ſi non ſit ſecundum cauſſam principalem, an ſubſtantia aliqua [a]) ipſi danda, an penitus ponendum ἀίδιον et ἀνυπόστατον. 5) Et, ſi eſt hoc, quomodo ſubſiſtit, principio altero exiſtente, et vnde incipit et vsque quo procedit? Et adhuc 6) quomodo, Prouidentia exiſtente, eſt malum et vnde eſt? *Si non ſolum inſtituit bonorum naturam pater, ſed et vult nihil eſſe vsquam malum, qua* μηχανῇ *vel arte ſubſiſtit malum, quod conditor ſubſiſtere non voluit? Non enim alia quidem ipſum velle, facere autem alia licitum; ſed velle et facere in diuinis ſimul ſunt et coniuncta: quare non ſolum inuolitum DEO malum ſed et* ἀνυπόστατον, *non tantum illo non faciente, (nam hoc ne quidem fas cogitare,) ſed nec eſſe faciente.* Reſpondet, malum phyſicum, hoc eſt, corruptiuum cuiusque ſubſtantiae, potentiae, operationis, non eſſe malum, ſed bonum, quia propter bonum, et quia ex corruptione generatio, qua conſtat mundus, et vniuerſi ordo ornatur. Non dari autem malum ἄκρατον et αὐτοκακόν, aeternamue [?] ideam et εἶδος mali, ac ſubſtantiam, ſed morale etiam malum eſſe bono mixtum atque vt bonum, a Deo, vt malum ab alia cauſſa impotente: nihil enim eſſe malum hoc, niſi minorem maioremue declinationem, receſſum, defectum et priuationem ab αὐταγαθῷ, et tantum bono, velut tenebras a ſole. Eſſe debilitatem et abſentiam potentiae in operando, non potentiam: partialibus malum, vniuerſo non malum.

II. Malum nec in diis nec in triplici ἡγεμονείᾳ meliorum generum: hoc eſt, nec in angelis, *(quomodo enim Deorum nuntios et elucidatores vocabimus, ſi malum qualitercunque in ipſis?* qui imaginem illorum gerunt et in προθύροις verſantes de bonitate ipſorum participant,) nec in daemonibus nec in heroibus. *Aut praeter naturam ipſius faciet Deus, mala generans, aut omne ſubſiſtens inde erit boniforme, et ἔκγονον manentis in ipſo bonitatis. Sed neque ignis, aiunt, infrigidare, neque boni, malum a ſeipſo producere. Duorum igitur alterum, aut neque eſſe malum dicendum malum, ſi deitus: aut eſſe, et non deitus eſſe.* Contra eos, qui in daemonibus malum πρώτως eſſe docebant, ita differit: *Sunt aliqui, qui et paſſiones daemonibus tribuunt, alii ſecundum naturam, quando mortes ipſorum et generationes alias et alias tragoedizant: alii ex electione ſolum, quando nequam quosdam et malos nominant daemones, quos et animas inquinare et ducere ad materiam, et eum, qui ſub terra locus, ab itinere in coelum detrahentes. - - Hos rogare oportet, vtrum daemones, quos malos eſſe dicitis, et ſibi ipſis eſſe dicitis tales, aut non ſibi, ſed aliis? Nam ſi ſibi ipſis mali, duorum alterum, aut manent in malo, ſempiterno tempore, aut transmutationis ſunt ſuſceptiui. Et ſiquidem ſemper mali, quomodo quod ex Diis ſubſiſtit, ſemper*

a) Malum ἀμενηνότερον *inſtabilius non ente* pronunciatur in oraculo chaldaico apud Proclum.

per malum? Melius enim non esse omnino, quam semper male esse. Si autem transmutantur, non sunt substantia mali, sed habitudine, in quibus melius et deterius et vitae alia species. Daemones autem semper omnes in daemonum ratione, et in suo ordine singuli. Si autem sibi ipsis quidem boni, aliis autem mali, quos ad deterius ducunt, simile ac si quis doctores vocaret nequam, et paedagogos quosdam, qui, castigatores peccatorum ordinati, non permittunt persequentibus studiose meliorem ordinem pro conuenientia ipsis. Aut si quis ipsos, ante sacra stantes et inquinatum detinentes extra περιβολὴν, id est cortinas, malos nominaret, quia participatione mysteriorum prohibent. Erat igitur malum non extra manere dignis, sed esse talis ordinis et tali prohibitione dignum. Si igitur et ex daemonibus in mundo alii sursum ducunt animas, alii nondum valentes ascendere custodiunt in sui ipsorum moribus, neutros vtique merito dicemus malos, neque [ſ?] illos separantes, neque hos detinentes. Oportebat enim esse et hos qui inquinatum et progressu in coelum indignum, in eo qui circa terram loco coercentes habent. Non ergo malum neque in iis ratio adinuenire videtur, secundum enim ipsorum naturam singuli faciunt quae faciunt, et semper eodem modo. Hoc autem non malum.

III. In animabus malum debilitas non semper et vnice adhaerendi melioribus vero et bono: descensus inde ad deteriora et obliuio, atque in corpore versantibus inclinatio κακεργέτις, et a ratione dissidium. Sunt, quibus τὸ πρώτως κακὸν et αὐτοκακὸν materia: et animabus debilitas per casum in materiam. Sed negat hoc Proclus, et esse etiam ex Deo corpus et materiam, ambo Dei gennemata profitetur: materiam τὸ πρῶτον ἀόριστον, substantialemque infinitatem perinde vt corpus mixtum, a Deo, vna caussa, dependere: Animas vero peccasse, antequam in materiam detruderentur. Non esse duo principia: Materiam nec bonum esse nec malum, sed necessarium et ab αὐταγαθῷ imo gradu distans.

IV. Bonorum causa vna, aeterna, determinata, vniuersalis, factiua Deus: malorum causae multiplices et infinitae aliae animabus, aliae corporibus, fluctuosae, indeterminatae, inordinatae et singulares, naturam animarum et corporum ex necessitate circumambientes, ex impotentia, incommensuratione ἀσκόπῳ, inharmonizatione et debilitate, deteriorisque victoria. Bona habent hypostasin, mala parhypostasin. Bonum species, malum sine specie ac velut priuatio.

V. Malum habet agere et posse a contrario bono, quod debile et inefficax propter mixturam mali sit, et malum efficaciam et operationem transsortitur propter boni praesentiam, in vno enim ambo. Sic in corporibus quod praeter naturam est, debilitat id quod secundum naturam, latitante natura ad operandum, et ordine (in quo bonum) soluto. Sic in animabus malum quando vincit bonum, vtitur illius potentia ad suum, scilicet ea quae rationis, et inuentionibus ad concupiscentias; et tradunt inuicem ex sui ipsorum natura, hoc quidem de potentia, hoc autem de debilitate: quoniam secundum se, malum neque agere natum est neque posse: omnis enim potentia bonum, et omnis operatio extensio potentiae est. Quod et Plato sciens, iniustitiam ipsam secundum se et debilem et inactiuam esse ait: iustitiae autem

 prae-

praesentia et potentiam habere et [?] ad agere duci non manentem in sui ipsius natura: neque in ἀζωΐα priuatio solum, quoniam et praeiacens ipsum vitale ens dat et malo vitae participationem. Vita autem omnis potentia secundum se, in potentia autem aliena factum malum, contrarium est bono sui ipsius potentia ad aduersari vtens: et magis quidem potentia inexistente maiores operationes et opera mali, minus autem minores. Iam et in corporibus naturae potentiis simul et quae in ipsis desinit praeter naturam operatio, et haec eo quod praeter naturam, tunc magis existente soluto omniquaque ordine. Quare et in animabus maiora quidem a minori malitia, minora autem a maiori opera: solificata enim a contrario, secundum turpe quidem ipsius et informe augetur, secundum virtutem autem et operationem minorata debilis simul et inefficax est. Non enim ab ipsa potentia, vt vtique et augmentata etiam potentia ad maius transitio esset: sed ex praesentia contrarii, puta si et caliditatis potentia vtatur ad sui ipsius opus frigiditas vincens et subiacens illius potentiam. Deficiente igitur contraria natura et eo quod magis defectu ad priuationem habet τὸ magis, ea autem quae virtutis submissione ad facere est debilior, malum quidem est magis, agit autem minus.

VI. Et quomodo potentia esset ens malum, si omnis potentiae opus saluare ipsam in quo est, malum autem dissipat vnumquodque cuius est malum. Est ergo malum inefficax et impotens secundum se, si autem, et inuoluntarium est vt ait ille, et inuolitum erit vtique: et sic primissimae trinitatis boni priuatio, voluntatis, potentiae, operationis. Bonum quidem enim et volitum est, et potens et efficax secundum ipsius naturam: malum autem inuolitum et debile et inefficax. Neque enim volitum vlli quod eius corruptiuum, neque potentiae quod potest ipsa corrumpere, neque operationis τὸ non secundum potentiam habere hypostasin ipsius. Sed sicut mala appetunt vt apparentia ipsis bona, et est malum iis apparens, volitum propter mixturam boni tale dicimus: sic vtique et potentia in malo et factio est apparenter, quia non secundum se neque qua malum, sed extrinsecus, cui et παρυφέστηκε, id est, iuxta extitit, et ad quod dicitur malum. Hoc ergo et mihi videtur et qui in Theaeteto Socrates ostendens potentibus aliqualiter assequi ipsa, neque [?] priuationem neque contrarium bono malum dicere, neque enim priuatio facere aliquid potens, aut totaliter potens: neque contrarium quod secundum se, neque potentiam neque operationem habet: sed sic aliqualiter subcontrarium ipsum nominare, quod secundum se quidem est priuatio, quia autem non omnino perfecta est priuatio, sed similiter cum habitu transsumens de potentia, inde et de operari in contrariationis partem constituitur, et neque priuatio est perfecta, neque contrarium, sed subcontrarium bono.

VII. Tria haec quae debilitari possunt, et in quibus est malum, anima particularis, animae idolum (in animalibus) et corpus. Corpori, *praeter naturam esse:* animae idolo, *praeter rationem esse:* animae, *praeter intellectum esse.* Secundum rationem vitae defectus, *aegritudo:* at ignorantia et intellectus priuatio, *turpitudo,* siue circa διάνοιαν, siue circa opinionem, hoc est iam scientiae, iam artis inopia. Turpe

autem

autem et aegritudo aliter quidem in cognitionibus, aliter autem in impetibus. Etenim appetitus non ſecundum rationem, et ſenſuum autem multi et phantaſiae praecipites, quibus quidem vita in actione appetitibus contrariantibus: quibus autem in ſpeculationibus phantaſia praeterincidente et purum ipſarum et immateriale auferente. Inde phantaſiae inconuenientes aut conſenſus mali et electiones turpes, aut extra et in actionibus variis, aut ſecundum iram, aut ſecundum concupiſcentiam factis. Et τὸ praeter naturam duplex: Eſt enim *turpitudo*, quae in corpore praeter naturam, ſpeciei enim vt in monſtris, eſt hoc debilitas et defectus. Et *aegritudo* eius, eo qui in ipſo ordine et commenſuratione ſoluta, vt in corruptione, morbo, dolore.

VIII. Multis malum meditatum quidem et intra animam manens occultatur et bonificatur vt turpe et inconueniens. Actum autem quale eſt, euidens fit: manifeſtatur autem poenitentia et animae conſcientia, velut ipſa exprobrante ſibi actum. Quoniam et medicorum artes vlcerum aperturis ad euidens ducentes paſſionem et intus occultatam cauſam facientem aegritudinem, imaginem exhibent prouidentiae operum, et factionibus turpibus et paſſionibus admittentis, vt vtique immutata ab eo qui in ipſis conceptu et ſub cauſato et inflato malis habitu principium periodi et vitae ſumant melioris. Quaecunque autem intus ſunt paſſiones ipſius, ipſum malignantis bonum habent, ſecundum quod ſemper ad proprium ducunt animam, [?] cuius electiones in ipſis habent δίκην, ita quae in animabus lex ducit vnamquamque ad ſuum, et eam quae ex Prouidentia dignitatem.

IX. Non poteſt eſſe malum, ſi non contrarium cogitetur malum, quoniam boni gratia omnia et ipſum malum: ſed omnia gratia boni. DEVS incauſatiuus (ἀναίτιος) malorum, nusquam enim malum (qua malum) inde, ſed ex aliis cauſis et quibus generare non ſecundum potentiam, ſed propter debilitatem exiſtere dictum eſt. Propter quod mihi videtur Plato circa regem omnium omnia ponens et illius gratia omnia, et quaecunque non bona, phantaſiata enim vt bona, et haec entium ſunt ſimiliter bonorum, omnium cauſam illud appellare et non ſemel omnium, (neque enim malorum, ſed et horum incauſatiuum) et omnis entis cauſam, etenim horum tanquam entium, et qua bonum vnumquodque. Si itaque haec recte dicimus, et omnia vtique ex Prouidentia erunt, et malum habebit locum in entibus. Quare et faciunt dii malum ſed tanquam bonum: et cognoſcunt vt omnium vnialem habentes cognitionem, impartibiliter quidem partibilium, boniformiter autem malorum, vnialiter autem multitudinis. Alia enim animae cognitio, et alia intellectualis naturae, alia deorum ipſorum: hic quidem αὐτοκίνητος, ſiue ex ſe mobilis, hic autem aeternalis cognitio, hic autem indiuiſibilis et vnialis ipſo vno omnia et cognoſcens et producens.

Hactenus excerpta ex Procli libro inedito de mali ſubſiſtentia.

IV. *PROCLI hymni.*

Complures olim a Proclo concinnati fuerunt hymni, quibus Barbarorum pariter et Graecorum numina celebrauerat, veluti quidam non municipalium ſacrorum, ſed ingentis

gentis omnium deorum templi, mundi hierophantes, vt narrat *Marinus* in Procli vita c. 19. Verum soli ex illis aetatem tulerunt *hymni quatuor*, *b*) quorum primus est in solem, secundus

b) Hodie plures Procli hymni sunt editi. In *Brunckii* Anal. vett. tom. II. p. 441. sqq. sunt H. 1) in Solem; 2) in Musas; 3) et 4) in Venerem; 5) et 6) sunt potius epigrammata: add. Lectt. etc. in tom. III. p. 224. — rec. in *Iacobs* Anthol. gr. tom. III. p. 148. sqq. Quatuor priores hymni sunt quoque editi gr. ac lat. notisque illustrati a *Mich. Maittaire* in Miscellan. aliquot scriptorum carminibus, Londin. 1722. 4. — *Matriti* in regiae bibl. cod. XXIV. sunt inter alia *hymni sex*, qui sine vlla discriminis nota hymno Orphei subiiciuntur; sed *Iriarte* in cat. codd. Matrit. gr. p. 87. animaduertit, priores quatuor esse illos, qui sub *Procli* nomine edi solent; duo igitur sequentes, alterum *in Hecaten et Ianum*, atque alterum *in Mineruam et Polymetin* eidem Proclo adsignare maluit, et pag. 88. illos primus graece euulgauit. Eosdem duo hymnos cl. *Tychsen* postea emendatiores edidit gr. adspersis breuibus notis criticis, in: *Biblioth. der alten Litter.* etc. part. I. Gotting. 1786. 8. inter inedita, pag. 46. sqq. nec p. 5. dubitat V. D. illos esse Procli: „quippe, ait, inest iis idem orationis color, eadem sententiarum ratio et precum argumentum, pro purgatione mentis, pro animi et corporis salute, in quibus facile Platonicum agnoscas.“ Atqui Procli hymni omnino differunt ab *Orphicis*, licet quodammodo cum illis consentiant, atque ab *epicis* hymnis, et peculiare hymnorum genus, philosophicum constituunt atque ingenium philosophi hominemque pium, licet superstitiosis sectae suae opinionibus imbutum, produnt. Procli H. diis dicati, precum formam ac speciem continuo referunt, et toti fere precibus continentur. In eodem opere, part. II. pag. 10. sqq. vir doctus, littera *M.* signatus, de illis Procli hymnis intelligenter iudicauit, atque eruditum ad H. illos duo conscripsit commentarium. *H. in Hecaten et Ianum* recudi feci paucisque illustraui adnotatt. in Anthol. gr. poetica, Baruthi 1792. 8. pag. 79. sq. *Procli* H. in *Mineruam* cum quatuor H. a Fabricio iam editis, reperit quoque *Thom. Taylor* in cod. Harleiano, eumque ignorans, ab Iriarto iam esse euulgatum, in lucem primus sibi visus est emisisse in libro: *A Dissertation on the Eleusinian and Bacchic Mysteries*, Amstel. sine a. nota (1791.) mai. 8. Quoniam vero lectiones cod. Harlei. in quo plures etiam desunt versus, forsan a serioribus inserti, differunt ab iis, quas exhibuit Iriarte ex cod. Matrit. bene fecit censor in Ien. A. L. Z. a. 1793. m. Dec. p. 490. sq. quod vtriusque cod. lectiones diuersas enotauit comparauitque. Insuper cod. Harlei. confirmat quasdam Tychsenii suspiciones. Idem *Taylor* H. in *Mineruam* iterum, tamquam e cod. primum descriptum, edidit in opere: *Salust.* on the Gods and the world an the Pythagoric Sentences of *Demophilus:* translated from the *Greek*, with a poetical Version. To which are added *five Hymns* by the Translator. Londin. 1793. m. 8. Sed IV. priores exstant in *Brunckii* analectis, et quinti H. textus a cod. Matrit. saepe discrepat. Atque *Taylori* inscitiam artis criticae grauiter carpit textumque H. in libr. de mysteriis ab illo esse negligenter exaratum mutilumque, et coniecturis magis adhuc deprauatum, pronuntiat *Gilb. Wakefield* in Silua critica etc. part. IV. Londin. 1793. 8. pag. 249. et 250. ideoque ex cod. bibl. Musei Britannici cum p. 248. sqq. graece recudendum curauit notisque illustrauit, et duo alios Procli hymnos, tamquam antea nondum editos, adiecit, ex eodem cod. depromtos, paucis adnotatt. additis. Enimuero secundus H. apud Wackef. est idem, qui ab *Iriarto* et *Tychsenio* cum inscriptione Ἑκάτης καὶ Ἰάνε editus est: tertius autem ap. Wackef. est fragmentum H. Procli in Musas, in Brunckii anal. tom. II. p. 443. a versu 18. vsque ad fin. — *Bernard.* in epist. ad Reiskium, subiuncta vitae Reiskii etc. p. 246. emendat quosdam hymni in Mineruam, tum inediti, versus. — *Pallas - Athene vom Proklus*, versio german. versibus heroicis, in opere menstruo: *Horen*, part. X. Tubingae 1795. 8. pag. 68. sqq. — *Procli hymni* in bibl. *Paris.* publ. cod. MMDCCLXIII. — quatuor hymni, *Florent.* in cod. Laurent. XXXV. nr. 6. plut. 70. v. *Bandin*, cat. codd. Laur. II. p. 691. et inter codd. latin. teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MSS. I. p. 314. *E.*

Quod

dus et tertius in Venerem, (qui adferuntur etiam a *Iohanne Stobaeo* siue Stobensi tit. 63. florilegii, pag. 249. edit. Grotianae,) et quartus in musas. Hi elegantissimi hymni graece subiecti sunt hymnis Orphei siue Onomacriti editionis Florent. apud Philippum Iuntam 1500. 4. et Aldinae a. 1517. 8. Graece et latine, sed minus emendati et cum versione inepta leguntur [*] in *Iacobi Lectii* corpore poetarum graecorum heroicorum pag. 737. Coloniae Allobrogum 1606. fol. — [*Procli — hymni in solem et musas*, graece, latinis versibus a *Fed. Morello* expressi; accessit ex Ouid. Metam. lib. II. ecphrasis regiae solis, cum graeca eiusd. *Morelli* metaphrasi, Lutet. ap. eumd. Morell. 1616. 8.] — Separato folio illos vt publicis lectionibus illustraret, excudi curauit D. *Godfridus Olearius* Lipsiae 1700. 8. addita hymnis in solem et musas sua, ceteris metaphrasi Hugonis Grotii. Ceterum ratio fugit Lilium Gyraldum, quum hymnos istos tribuit non Proclo nostro Lycio, sed Hierophantae cuidam Laodicensi huius nominis, cuius aliorum scriptorum Suidas mentionem facit, nullam hymnorum. Neque *Ioanni Keplero* facile aurem praebuerim, qui lib. V. cap. 10. Harmoniae mundi, hymnum Procli in solem, quem [*] ad Christum adplicat pie magis, quam ex Procli sententia, pag. 246. coniicit fuisse partem *μητρωακῆς βίβλε*, de qua infra inter scripta huius philosophi deperdita. Porro inter deos, a Proclo hymnis celebratos, apud Marinum cap. 19. referuntur etiam Marnas Gazaeus, Aesculapius Leontuchus Ascalonita, et Isis, quae colitur Philis Aegyptiis, et Arabum Theandrites, quasi masculum Deum dixeris: ita enim legendum pro Θυανδρίτης, obseruaui e Damascio apud Photium pag. 565. qui eum describit ἀῤῥενωπὸν ὄντα Θεὸν καὶ τὸν ἄθυλυν (lege ἄθηλυν) βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς. Sic θῆλυν βίον pro vita effoeminata dixit *Philo* lib. de profugis pag. 366. περὶ ἃ πονέμεθα οἱ τὸν ἀνανδρον καὶ θῆλυν ὄντως βίον μεταδιώκοντες. Versum Procli ex eius hymno, vt opinor, in Bacchum adfert Olympiodorus in vita Platonis p. 584.

[*] V. Εἰς τὴν Πλάτωνος Θεολογίαν Βιβλία ϛ΄. *In theologiam Platonis libri sex.* Opus subtile et eruditum; sed ex quo Syriani ac Procli citius, quam Platonis de DEO et rebus diuinis sententiam didiceris. *Hermannus* certe *Conringius* in libris de hermetica disciplina pag. 12. theologiam, quam in illis libris tradit Proclus, inepte ab eo Platonicam dici adfirmabat. Sed hoc sollemne recentioribus a Plotino vsque Platonicis, vt mille aliena dogmata philosophi illius doctrinae siue adtexant, siue substituant, et tamen pro genuino vniversa venditent Platonismo, quasi Plato, si non ita sensit, certe debuerit ita sentire, vt ipsi comminiscuntur. Proclum singillatim obseruat *G. Pachymeres* frequenter vsum esse scriptis, quae referuntur ad Dionysium Areopagitam, prooem. tom. I. pag. XLIII. Ἰςέον ὡς καί τινες τῶν ἔξω φιλοσόφων, μάλιςα Πρόκλος θεωρήμασι πολλάκις τῶ μακαρίε Διονυσίε κέχρηται, καὶ αὐταῖς δὲ ξηραῖς ταῖς λέξεσι. Haec e Pachymere repetit Suidas in Διονύσιος. Primus Procli hexabiblon ex codice bibliothecae Gottorpiensis, iussu et auspiciis principum gloriosae memoriae, Iohannis Adolphi et Friderici, in lucem, curante *Frid. Lindenbrogio,*

Quod autem hymni quatuor, a Fabricio in super. edit. h. l. inserti, aliquoties sunt recusi: eos ex hac edit. exsulare iussi. *Harl.*

gio [c]), protulit et verſione addita illuſtrauit *Aemilius Portus*, Ferrarienſis, Franciſci Porti Cretenſis filius, Hamburgi 1618. fol. Idem opus cum ſcholiis graecis marginalibus occurrere in bibliotheca Auguſtiſſimi imperatoris, refert *Lambecius* lib. VII. p. 37. [d]) Idem alibi teſtatur, in eodem theſauro librario exſtare verſionem antiquam Guil. de Morbeka, monachi dominicani, qui Clementis IV., papae, poenitentiarius fuit. Vide lib. III. pag. 323. et lib. I. pag. 147. ſeq. [p. 270. ed. Kollar.] vbi promiſit, ſe illam translationem cum variis lectionibus graecis ex codd. Vindob. editurum in ſupplemento philoſophiae Platonicae, ſed cuius vulgandi ſpes non minus quam tot aliorum egregiorum promiſſorum, ipſo defuncto, iamdudum intercidit.

VI. Στοιχείωσις Θεολογική, κεφάλαια σιά. *Inſtitutio theologica*, ſiue propoſitiones 211. [e]) cum totidem demonſtrationibus, latine ex verſione *Franciſci Patricii* lucem adſpexit

c) Vide Guil. Cambdeni epiſtolas p. 175.

d) In *Lambecii* comm. vol. VII. plures occurrunt et partim copioſe recenſentur codd. qui *Procli* libros theologicos continent. Atque breuitatis ſtudio librorum, paragr. et V. et VI. a Fabr. memoratorum et in codd. obuiorum, notitiam, vbi opus erit, ſimul dabo. Sic in cod. XIV. nr. 1. *Procli* libri VI. περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα Θεολογίας etc. nr. 2. *inſtitutio theologiae platonicae*, in capita *ducenta vndecim diuiſa*. Atque *Lambec.* p. 79. obſeruat., *Procli* inſtitut. theologicam latine primum verſam eſſe a *Guil. Morbecka* vel *Morbeta*, eamque ab illo eſſe abſolutam Viterbi d. 18. Maii a. C. 1268. eamque translationem latin. exſtare mutam inter codd. caeſar. theologicos lat. in cod. CLXIV. nunc, adnotante Kollario, in claſſe hiſtor. eccl. cod. XI. atque *Lamb.* in vol. I. pag. 269. ſq. docet, libros ſex de platonica theologia exſtare gr. in codd. XXXIII. et XXXIV. inter codd. philoſophicos et philologicos graecos atque in alio codice, et verſionem *inſtitutionum* etc. lat. a *Morbecka* factam, in cod. CLXIV. atque cum in textu, tum in Additamento, (a Kollario in nota ſubiecto,) de tribus illis codd. ac verſione Morbectae paullo vberius differit, laudatque *Phil. Labbaeum* in Ariſtotelis et Platonis interpretum graecorum, typis hactenus editorum, conſpectu. Lutetiae 1657. 4. vbi *Guillelmus Morbetus* adpellatur. — In cod. XV. vol. VII. pag. 82. de platonica theologia libri I. II. et IV. — in cod. XVI. ibid. eiusd. operis libri I. IV. et V. ibid. in cod. XVII. libri I. IV. V. et VI. — in cod. LVIII. (de quo v. *Kollarium* in Supplem. p. 415. ſqq. qui hunc cod. cum editis exemplar. diligenter conferendum iudicat,) eiusdem operis libri ſex. — *Auguſtae Vindel.* exſtant in codd. MSS. comment. in Platonis theol. tomi II. rurſus iidem libr. VI. et hypotypoſes elem. theol. — tum liber I. cum principio ſecundi. v. *Reiſer.* cat. p. 74. 35. 41. — *Monachii* in cod. CLXV. de theol. platon. libri VI. et in cod. CLXVI. liber quartus. v. cat. codd. Bauar. pag. 64. — *Paris.* in bibl. publ. de theol. Plat. libri IV. in ſeptem codd. — *Mediolani* in B. Ambros. *Procli* theol. teſte *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 522. *E.* — *Venetiis* in codd. bibl. Marc. CXCII. et CXCIII. in theol. Plat. libri VI. et inſtitut. theologica, — in codd. DXII. et DXXI. inſtitutio theol. v. cat. codd. gr. Marc. p. 109. 276. 280. — *Venet.* in cod. Naniano CCLXV. lib. I. et II. v. cat. codd. gr. Nan. p. 253. — *Patau.* in bibl. Theatin. Procli Theologia. v. *Tomaſini* bibl. Patau. MSS. p. 82. — *Oxon.* in bibl. Bodl. in cod. *Barocc.* CCXII. liber primus. — in cod. *Laudi* nr. 704. cat. theol. Plat. libri ſex. In quinque codd. bibl. *Eſcorial.* ſunt quidam Procli libri in Plat. theol. et in alio cod. Inſtit. theol. teſte *Pliicro* in itiner. per Hiſp. p. 188. *Harl.*

e) Capita 100. de perfectione MS. gr. cod. MMCMLXXXIII. regis Gall. *Fabr.* In ſex codd. bibl. *Paris.* publ. exſtant. — *Taurini* in bibl. quondam regia in cod. CCCXVI. fol. 47. ex *Procli*

ſpexit Ferrariae apud Dominicum Mamarellum 1583. 4. titulo *elementorum theologicorum.* *f*) Proclo, patriarchae CPolitano, male tribuitur a Verderio in iterata edit. bibl. CPolitanae. [Add. *Lambec.* vol. I. p. 269.] Graece cum Franciſci Porti translatione ſubiecta eſt libris ſex theologiae platonicae, quos iam diximus prodiiſſe Hamburgi 1618. fol. Vetus latina interpretatio *Guilelmi de Morbecta* ſiue *Morbeka,* [P] ſeruatur MS. in bibl. Vindobonenſi, vt teſtatur *Lambecius* lib. VII. p. 38. [p. 79. Kollar. vti iam ad nr. VI. notauimus.] Exſtat etiam inter libros Holſtenianos bibliothecae huius vrbis Iohanneae. Ibidem praeter theologiae platonicae libros ſex et ςοιχείωσιν Θεολογικὴν graece occurrunt *Nicolai, epiſcopi Methonenſis,* qui circa a. C. 1190. floruit, animaduerſiones in Procli inſtitutionem theologicam, quibus falſa praecipue de fato doctrina, vna cum aliis quibusdam Procli dogmatis, a Chriſtiano ſenſu alienis, oppugnatur. Νικολάȣ Ἐπισκόπȣ Μεθώνης ἀνάπτυξις τῆς Θεολογικῆς ςοιχειώσεως Πρόκλȣ τȣ̃ Λυκίȣ, Πλατωνικȣ̃ φιλοσόφȣ, πρὸς τὸ μὴ συναρπάζεσθαι τȣ̀ς ἀναγινώσκοντας ὑπὸ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτῇ πιθανάγκης, καὶ σκανδαλίζεσθαι κατὰ τῆς ὑγιȣ̃ς πίςεως. Codex hic in folio, pollicis altitudine, quem Holſtenius deſcripſit ex Vaticano 626. in fronte praefixa habet haec verba Iobi XXIX. 3. τῷ φωτὶ αὐτȣ̃ ἐπορευόμην ἐν σκότει. In catalogo MSS. Holſtenianorum apud Morhofium 1. Polyhiſtoris p. 68. idem opus epiſcopi Methonenſis memoratur his verbis: *Animaduerſiones in Procli elementa theologica, ne quis eorum probabilitate ad Arianiſmum ſeducatur.* Sed pauca omnino legas in hoc opere aduerſus Platonizantes Arianos, ſiue Platonicos Arianizantes. In epiſtola Iohannis Kirſtenii ad Holſtenium, quae legitur inter epiſtolas Gudianas p. 289. vbi eiusdem libri fit mentio, et dicitur fuiſſe apud elegantiſſimum Heinſium, Nicolaus iſte Methonenſis perperam *Methon* vocatur. Hic liber exſtat etiam num. 129. inter codices MSS. Sereniſſ. electoris Bauariae. *g*) Expoſitio fratris Berealdi, ord. praedicatorum, in elementationem, vti vocat,

Procli element. theol. et in cod. CCCXLV. ſub nomine *Diadochi, philoſophi Plat.,* inſtitutio theolog. propoſitionibus conſtans CCI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 396. et 472. — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. cod. XXXII. nr. 7. plut. 71. inſtit. theol. at mutila; — contra opus integrum ſ. capp. CCXI. in cod. VIII. nr. 15. plut. 86. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 18. et 320. de codd. *Vindob.* aliisque v. ad §. anteced. — In Britannia ſec. cat. codd. Angl. et Hibern. Oxon. in bibl. Baliolens. nr. 239. *elementatio theol.* (ſic citatur in cat. part. II. Oxon. p. 7.) — *Cantabrig.* in bibl. domus S. Petri, cod. XVII. ſiue nr. 1679. catal. tom. I. part. III. p. 147. ſic indicatur: „*Procli* — elementatio theologica, capitulis 211. Completa fuit translatio huius operis a fratre *Gu. de Morbetta,* ordinis fratrum Praedicatorum 15. Iun. a. 1268." — in cod. *Browne* IV. ſ. nr. 4184. cat. tom. II. p. 111. *Procli* elementa theologica. — *Bernae* in bibl. publ. ſunt tantum capp. 157. Inſtitution. theologiae, (ἡ καθ' ἕλληνας θεολογικὴ ςοιχείωσις.) v. *I. R. Sinneri* cat. codd. bibl. Bern. pag. 166. — *Leidae* in bibl. publ. Procli elementaris phyſica; item theologica: inter codd. Voſſian. inſtitutio theol. v. cat. bibl. Leid. p. 336. nr. 59. et p. 391. fin. *Harl.*

f) V. cl. *Morelli* bibl. graeca et lat. etc. I. p. 117. *H.*

g) *Leidae* inter codd. bibl. publ. *Nic. epiſc. Methon.* refutatio theologicae informationis Procli etc. Capita ſunt 198. cum confutationibus. Latine. — iterum in duobus codd. in quibus inſcriptio reſpondet illi, quam Fabric. poſuit; tantummodo in poſteriore, opus eſt minus plenum, et dicitur eſſe Vaticani cod. ἀπόγραφον. v. cat. bibl. Leidens. p. 527. nr. 47. p. 554. nr. 4. et p. 335.

vocat, theologiae Procli, cuius principium *inuisibilia Dei*, scripta anno Christi 1454. exstat Oxoniae in collegio Balliolensi codice CCIV. *Fabr.* Hic addendus est *Procli de caussis liber, cum commentariis S. Thomae Aquinatis* Paduae 1493. fol. v. *Fossii* cat. bibl. Magliabech. II. p. 410. qui, „exstat, ait, cum *paruis naturalibus Aristotelis*, ab eodem expositore illustratis, et *altissimi Proculi* nomen refert. v. *Aristotelis.* [tom. I. p. 195.] Apud *Quetif* tom. I. p. 285. 286. de hoc libello auctoritate codd. MSS. pauca habentur, et verba haec ex codice depromta reperiuntur: *ex arabico esse translatum et in graeco penitus non haberi, vnde videtur ab aliquo philosophorum Arabum ex libro Procli, qui intitulatur elementatio theologica, exceptus.*" De eodem libro ea, quae sequuntur, scripsit *De la Croze* ad nostrum Fabric. in *Thes. epistol. La Croziano* tom. III. p. 126. „In recensendis *operibus Procli* nihil dixisti de libello *de caussis*, qui ex arabico versus exstat inter opera *Thomae Aquinatis* commentario illustratus tom. IV. eius p. 470. ed. Paris. nouissimae, ne quid de aliis editt. dicam, quae plurimae sunt. Sic vero incipit *Procli* tractatus: *Omnis caussa primaria plus est influens super caussatum suum, quam caussa vniuersalis secunda* etc. In quae *Thomas Aquinas* sic commentatur: Inueniuntur quaedam de primis principiis conscripta per diuersas propositiones distincta, quasi per modum sigillatim considerantium aliquas veritates, et in Graeco quidam inuenitur scilicet traditus lib. *Procli Platonici* continens *ducentas et IX propositiones*, qui intitulatur *eleuatio theologica*; (sic inepte interpretatur has voces graecas, *στοιχείωσις θεολογική* *eleuatio*, a voce gallica *élever*, instituere:) in arabico vero inuenitur hic liber, qui apud Latinos *de caussis* dicitur, quem constat, de arabico esse translatum, et in Graeco penitus non haberi etc. Is forte liber arabicus est, de quo *Herbelot* bibl. orient. pag. 966. col. 2. *Ketab Thoulougia, livre de la theologie. C'est le titre d'un ouvrage de Proclus philosophe Platonicien, traduit du Grec en Arabe.*" Hactenus De la Croze. *Harl.*

VII. Περὶ κινήσεως βιβλία β'. *De motu libri duo*, collecti ex Aristotelis physicorum libro III. seq. editique graece Basil. 1531. 8. et cum latina versione *Iusti Velsii*, medici, ibid. 1545. 8. quae, graecis omissis, etiam lucem adspexit Argentorat. fol. tum graece et latine cum versione *Spiritus Martini Cuneatis* Parisiis a. 1542. 4. [v. *Maittaire* A. T. in ind. pag. 184.] Prodierunt praeterea latine translati a *Iosepho Valdanio*, Brixiensi, Basil. 1562. 8. cum eiusdem scholiis, et duobus de mistione dialogis. Et gallice, *Petro Forcadello* interprete, Paris. 1565. vide *Crucimanii* bibl. gall. pag. 397. In manu exaratis codicibus hi

555. nr. 23. — Idem opus est 190. capp. gr. in cod. MCCLVI. bibl. publ. *Paris.* cui adiecta est epistola *Iac. Gaffarelli* de scopo auctoris memoratu digna, quam confector cat. codd. Paris. vol. II. p. 265. sq. formulis typograph. describendam curauit. Est quoque opus illud *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, teste *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 521. *E.* — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XII. plut. 9. vbi sunt *Procli* theol. institt. siue proposit. CCXI. simul repetitis singulis subiicitur *Nic. Methonens.* illustratio et confutatio: desunt vero in hoc cod. tredecim capita. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 406. sq. vbi in nota 2 ex *Oudino* de SS. EE. saec. XI. tom. II. p. 855. sqq. egit de *Nicolao Methonens.* et de hoc eius opere, quod a Bonauent. Vulcanio latine versum seruatur in bibl. Leidensi; in reliquis autem notis exscripsit ea, quae Fabric. h. l. tradidit. Add. infra, vol. X. p. 294. ed. vet. *Harl.*

hi libelli inscribuntur στοιχείωσις φυσική. Vide *Lambecium* lib. VII. pag. 56. *h*) *Labbeus* in conspectu interpretum [*] graecorum Aristotelis et Platonis p. 13. libros duos elementorum physicorum Procli, a *Francisco Patricio* latine editos, a libris de motu male distinguit. Nempe Patricius edidit στοιχείωσιν θεολογικὴν eique hosce libros duos elementorum physicorum, in quibus potissimum de motu agitur, subiunxit Ferrariae 1583. 4. Eadem physica elementa Paris. 4. graece edita. Procli de loco sententiam expendit *Simplicius* ad 4. physic. vbi eum praeceptorem suorum praeceptorum vocat p. 142. b.

VIII. Ὑποτύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων, *hypotyposis astronomicarum positionum*, siue compendium quoddam praecipuorum traditorum ab Hipparcho, Aristarcho et, a quo interdum dissentit, Claudio Ptolemaeo, graece lucem adspexit Basileae 1540. 4. Latine vertit *Georgius Valla*, cuius interpretatio vulgata est Venetiis cum Psello de victus ratione et aliis, *i*) anno 1498. fol. iterum vna cum Ptolemaei magni syntaxi latine edita Basileae ao. 1541. fol. [v. supra, vol. V. p. 283. not. *t*.] Vertit etiam *Esromus Rudingerus*, Bambergensis, Ioach. Camerarii gener. *k*) Scripsit hoc opus Proclus, ex Lydia Athenas reuersus,

h) Siue pag. 121. ed. Kollar. de cod. caesar. XXI. nr. 5. v. supra, vol. III. p. 225. §. IX. p. 227. — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. cod. XXVII. nr. 3. plut. 69. (in quo tamen multa desunt,) — in cod. XXXIII. nr. 6. plut. 71. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 645. et vol. III. pag. 22. — *Taurini* in bibl. quondam regia, codd. CXXXI. et CCCI. scripto a. 609. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 229. et 592. vbi scriba illius cod. dicitur *Nicolaus Myliota, protocanonarcha.* — *Paris.* in tribus codd. bibl. publicae. — *Leidae* in cod. Vossiano; v. cat. bibl. Leid. p. 356. nr. 59. — in codd. *Barocc.* LXXVI. fragmentum, et CLXI. libri duo. — *Monachii* in cod. CL. (cat. codd. gr. Bauar. p. 60.) — *Augustae Vindel.* libri duo, in quatuor codd. v. *Reiser.* indic. MSS. bibl. August. p. 34. 75. 82. et 91. — *Matriti* in bibl. reg. cod. XXXIV. nr. 83. et cod. LXXVI. fol. 17. et 23. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 135. et 273. add. quae notaui in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. p. 378. *Harl.*

i) Inscriptio longa incipit: *Georgio Valla interprete, Nicephori Blemmydae: Ge. Vallae* libell. de argumentis: *Euclidis* elementor. XIVtus cum *Hypsiclis* interpretatione: *Nicephorus* et *Proclus de astrolabio, Aristarch.* — — — (post multos alios denique) *Psell.* de victu humano. Venet. per Anton. de Strata 1488. per Sim. Papiensem, dictum Beuilaquam. 1498. fol. v. *Fossii* cat. bibl. Magliab. II. p. 410. in primis *Fabric.* bibl. lat. med. et inf. lat. in tom. VI. pag. 281. ed. Mansi: vbi tamen nulla fit mentio libelli ex versione Vallae *de fabrica et vsu astrolabii*, separatim editi. In Bodleianae quidem biblioth. catalogo tamquam libell. peculiaris *de astrolabio*, citatur; sed, vt *Maittaire* in A. T. IV. p. 661. in not. 1. bene monuit, in illo catal. id corpus diuersorum opp. ex variis auctoribus compositum, et cuius inscriptionem supra posuimus, membratim sparsimque discerptum, ac membra secundum ordinem alphabeticum esse disposita; et in cat. Bodlei. partes illius voluminis aliquoties sub falsa ann. nota excitari. Vallae interpretatio hypot. adhaeret quoque ed. *Ptolem.* Almagesti, a Ge. Trapezunt. e graeco conuersi, s. a. de qua vid. *Mittarelli* in bibl. MSS. S. Mich. Venet. in adpendice p. 591. sq. *Harl.*

k) Citat quidem hanc *Rudingeri* versionem, (sed sine die et consule,) etiam *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabr. IV. p. 277. alios probabiliter sequutus: at tamen num illa reuera exstet, dubitandum videtur, needum certam eius mentionem factam legimus; nec *Strobel* in: Neue Beyträge zur Litteratur, besonders des XVI. Iahrhundertes vol. II. parte I. Noribergae 1791. 8. vbi de Rüdingero pag. 1—78. agit, notitiam illius potuit reperire. *Harl.*

in gratiam amici cuiusdam Lydi, qui illum, in Lydia versantem, eo nomine rogauerat. Laudat in illo praeter Aristarchum, Hipparchumque ac Ptolemaei magnam syntaxin, Theodosii sphaerica, Heronem, mechanicum, ἐν τοῖς περὶ ὑδροσκοπείων, Timocharin, Agrippam, Menelaum, et Apollonium Pergaeum. *Lambecius* hanc Procli hypotyposin astronomicam male ineditis accensuit lib. VII. p. 129. [l]) Huius libri pars p. 69. sq. agit περὶ τῦ ἀστρολαβικῦ ὀργάνυ *de fabrica et vsu Astrolabii*, quae seorsim quoque latine Venet. 1491. [m]) *Georgio Valla* interprete, et Paris. 1557. 8. cum Nicephori Gregorae Astrolabio, ad calcem *Ioh. Martini Poblacionis* compendii de vsu Astrolabii prodiit, et MSta exstat in variis bibliothecis. Occurrit etiam sub Procli nomine in bibliothecis quibusdam, (vt Vindobonae et Oxonii inter codices Baroccianos,) libellus, qui inscribitur *Vranodromus* siue χόλιον Πρόκλυ Οὐρανοδρόμυ et incipit περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ἐρωμένῳ μοι κ. τ. λ. Vide *Lambecium* lib. VII. p. 87. *Fabr.* In cod. caesar. XLVII. nr. II. *Procli* scholium astronomicum οὐρανοδρόμυ, de XII. signis zodiaci: v. *Lambec.* VII. pag. 187. De cod. CXXV. et CXXVI. in praec. nota diximus. In cod. CXXXIX. est *hypotyposis* etc. at initio et fine mutila. (*Lamb.* VII. pag. 554.) — Seruatur quoque *Procli* Vranodromus in codd. Barocc. LXX. et CLXVI. et cod. Th. Gale, nr. 6076. tom. II. cat. codd. Angl. etc. — in cod. autem Cromwelli CXVIII. nr. 7. (siue sec. cat. codd. bibl. Bodlei. I. nr. 296.) *Procli hypotyp. astronom.* — *Venetiis* in bibl. Marc. CCCIII. *hypotyp.* nec non *expositio in tetrabiblon Ptolemaei*, ad quam nota indicat, illam expositionem in vetusto quodam libro, recentioribus litteris, *Proclo* adscriptam fuisse. [n]) — In cod. CCCXXIII. et cod. DXII. *Hypotyp.* v. cat. codd. gr. Marc. pag. 143. 148. et 276. — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. eadem in cod. VII. nr. 4. plut. 28. — cod. XII. nr. 9. cum nonnullis scholiis ad marginem scriptis. — In cod. XXVIII. — XLIII. nr. 3. — XLVIII. nr. 1. et cod. VI. nr. 26. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. pag. 18. 24. 53. 66. 70. et 665. — *Paris.* in quinque codd. bibl. publicae. — In cod. CCCXXXIII. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 450. *Harl.*

IX. Σφαῖρα. *De sphaera, siue circulis coelestibus libellus*, totus fere depromtus ex Gemini Rhodii Isagoge in phaenomena, quam post Edonem Hildericum edidit *Petauius* in Vranologio. *Procli* sphaera graece primum prodiit Venet. 1499. apud Aldum. [o]) *Ab alio, nescio,*

l) Siue p. 491. de cod. CXXVI. vbi exstat *Procli hypotyposis*, et Kollar. in not. A. castigat Lambec. qui vero bene obseruat, inter cetera huius libri capita esse quoque illa duo περὶ τῦ ἀστρολαβικῦ ὀργάνυ et ἐπανάληψις τῆς καθόλης πραγματείας inscripta: quae duo capita quoque leguntur in cod. caesar. CXXV. nr. 1. v. *Lamb.* l. c. pag. 471. sq. adde paullo post, in fine huius §. *Harl.*

m) Sed in anni nota error est, et pars totius operis a. 1498. supra memorati: quamquam *Maittaire* in A. T. IV. p. 784. citat *Procl.* de astrolab. Venet. 1491. ex cat. bibl. Bodlei. II. pag. 80. *Harl.*

n) V. cl. *Morellii* bibl. MSt. gr. et lat. Venet. tom. I. p. 183. sq. *H.*

o) Graece cum versione lat. *Linacri* eiusque dedicat. ad *Arcturum Principem*, inter *scriptores astronomicos* vett. graecos et latinos, Venet. ap. Aldum. 1499. fol. Plura v. in *Fossii* cat. bibl. Magliabech. I. col. 685. sqq. vbi et in cel. *Lazzari*

nescio quo, misere latine versam exactius transtulit Thomas Linacer, et dicauit Arturo, principi, vt tradunt Iouius et Georgius Lilius, siue, vt Erasmus lib. XXVI. epistola 14. regi Angliae, Henrico VII. qui, ab Andrea Tolosate, praeceptore [?] Arturi, principis, monitus, iam aliam exstare versionem, et munus est aspernatus et in Linacrum, velut impostorem, inexpiabile concepit odium. Vertit etiam *Elias Vinetus* Santo, cuius interpretatio lucem adspexit cum Paschasii Hamelii commentario in Archimedem de numero arenae maris, Paris. 1557. 8. exstant praeterea notae *Tusani* Paris. 1562. 8. et *Georgii Henischii* Augustae Vindel. 1609. 4. *Erasmi Oswaldi Schreckenfusii* scholia Basil. 1561. 8. et *Iacobi Ziegleri* ibid. 1536. 4. *Iohannis*que *Stöfleri*, Iustingensis, annos iam 79. nati, luculentus, (vt visum Vossio p. 166. de scient. mathem.) commentarius. Tubing. 1534. [p]) Saepissime praeterea lucem adspexit iste Procli libellus, tum seorsim, vt cum versione *Io. Laurenbergii*. Rostoch. 1611. 8. tum adiunctus siue praefixus Arato, Dionysio Alex. Cleomedi. Basil. 1523. 1547. 1561. 1585. 8. [Conf. supra, vol. IV. p. 99. sqq. vbi plures *Procli* de sphaera, cum Arato etc. edd. enumerantur: de edit. Basil. 1561. 8. v. *Wernsdorf* poetas lat. min. tom. V. part. I. p. 245. — *Procli Sphaera* a *Th. Linacro* ex graeco in latinum translata. Vlmae 1499. Sic citat hanc edit. *Maittaire* in A. T. IV. p. 709. et in not. erroris arguit Orlandum p. 392. et Beughem. p. 13. qui istam Vlmensem edit. *graece* et lat. excusam esse scripserant; idem notat errorem in cat. bibl. Barber. tom. II. p. 248. *Procli sphaeram gr. et lat.* per Linacrum, Venet. 1500. quum illa sit pars corporis Astronomicor. Venet. Ald. 1499. Enimuero num etiam ista ed. *Vlmensis* a. 1499. reuera exstet, dubium esse videtur. Saltem eius nec *Panzer* in A. T. nec *Zapf* in: Aelteste Buchdrucker Geschichte Schwabens, Vlmae 1791. 8. meminerunt. — Contra cl. *Panzer* l. c. IV. p. 346. ed. versionis illius, Lipsiae 4. sine anni nota adtulit. — lat. Paris. in offic. Christi. Wecheli. 1547. 8. — teste *Maittaire* in ind. pag 183. *Linacri* versio lat. est in cod. mst. Triuisani, Patau. teste *Tomasino* in bibl. Patauinis, p. 111. et *Cantabr.* in bibl. coll. Trinitat. cod. XXIII. siue nr. 492. catal. codd. Angl. tom. I. part. III. *Harl.*] Eximiae editiones gr. lat. Paris. 1553. 4. et quam ex codicum MStorum collatione emendatam cum versione sua typis elegantibus exscribi curauit *Iohannes Bainbrigge*, astronomiae in academia Oxoniensi professor. Lond. 1620. 4. [q]) Italice per *Ignatium Danti* lucem vidit

 Floren-

zeri (multos alios VV. DD. citantis,) Ann. T. III. p. 461. sq. dedicat. Linacri scriptam esse ad *Arthurum, Cornubiae Valliaeque Principem*, tantummodo animaduertitur. *Harl.*

p) Conf. Introd. in hist. L. Gr. I. pag. 102. sq. *Procli* Sphaera, gr. et lat. Geneuae. 1589. 8. exemplar cum multis virorum doct. notis mst. est in bibl. Leidens. v. catal. bibl. Leid. p. 187. — gr. cum versione lat. Th. Linacri. Colon. per Henr. de Nussia. 1515. 4. *Procli* sphaera. gr. et lat. Paris. 1542. 12. — graece, Paris. ap. Io. Lodouicum Tiletan. 1543. 4. — gr. cum adnotatt. ex publicis *Iac. Tusani* praelectionibus excerptis. Paris. ap. Mart. Iuuenem. 1557. 4. — ex *lat.* Linacri vers. cum eiusd. Tusani adnotatt. ib. 1555. 4. (v. *Maittaire* A. T. III. p. 349. 695. et 625. *Harl.*

q) Cum *Ptolemaei* libro de hypothesib. planetarum etc. conf. *Briiggemann* View etc. p. 456. vbi quoque excitatur versio *Guil. Salysburye* anglica Lond. s. a. 12. — Eadem *Procli* et *Ptolemaei*. Item *Henr. Sauilii* praelectt. XIII. in princip. elementorum Euclidis, Oxonii habitae. Oxon. 1621. 4. v. cat. bibl. Leidens. p. 187. add. supra,

Florentiae 1571. 4. *Fabr.* — Florent. 1523. 4. in cat. bibl. Leid. p. 187. In *Paitoni* Bibl. degli autori-volgarizzati, tom. III. p. 183. tantum recensetur versio *Danti*, cum adnotatt. Florent. ex off. Iunt. 1573. 4. et alia versio ital. *Titi Io. Scandianese*, Venet. 1556. 4. — Inter imperfecta *Ioach. Camerarii* scripta memorantur illius 1) commentar. in hypotyposes Procli; 2) in sphaeram Procli accurati commentarii; 3) conuersio et explicatio hypothesium Procli. — Adiiciam codd. in quibus *sphaera Procli* exstat, notitiam: *Bononiae* in bibl. monasterii canonic. regul. S. Saluatoris, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 408. — inter codd. *Ge. Wheleri*, nr. 9091. cat. codd. Angl. etc. tom. II. — In tribus codd. bibl. publ. *Paris.* — *Athanas. Georg. Manusi* in graecam linguam eruditam transtulit *Wucheseri* physicam (Vindob. 1801.), cui addita est adpendicis loco Πρόκλου σφαῖρα περὶ ἄξονος καὶ πόλου, at in fine manca: sed integram Procli sphaeram mstam possidere dicitur *Anthimus Gazi*, ex quo ea, quae desunt, supplebuntur *Harl.*

X. Παράφρασις εἰς τὴν τοῦ Πτολεμαίου τετράβιβλον. *Paraphrasis in Claudii Ptolemaei libros quatuor de siderum effectionibus.* Hanc *Philippus Melanchthon*, vir astrologiae studiosissimus, graece r) edidit Basil. 1554. 8. hoc titulo: Πρόκλου τοῦ Διαδόχου τῶν ἀσαφῶς εἰρημένων Πτολεμαίῳ καὶ δυσπαρακολουθήτως ἐν τῷ αὐτοῦ τετραβίβλῳ ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ εὐπαρακολουθήτως μεταχείρησις. s) Dicauit Melanchthon Hieronymo a Comerstad, qui illi dedit *Procli* apographum ex codice bibl. Moguntinae descriptum a Iacobo Aurelio Questebergio, de quo videsis *Petri Albini* Chronicum Misniae pag. 343. et de Comerstadio p. 346. Cum latina versione *Leonis Allatii* lucem adspexit Lugduni Bat. 1635. et 1654. 8. Vnde emendandus *Vossius* pag. 205. lib. de scientiis mathematicis, vbi de tetrabiblo agens, *latine*, inquit, *primus reddidit doctissimus Leo Allatius.* Quod merito mirabatur *Lambecius* lib. VII. de bibl. Vindobonensi pag. 89. [p. 191. de cod. XLVII. nr. 4. ed. Kollar.] Sed bene se habebunt Vossii verba, si ea non de tetrabiblo ipso Ptolemaei, sed de paraphrasi tetrabibli, a Proclo concinnata, intelligas. t) Solent etiam ad Proclum, veluti auctorem, a quibusdam, (vt in catalogo bibl. Thuanae tom. II. pag. 109.) referri *scholia graeca siue ἐξήγησις* in idem Ptolemaei quadripartitum, quam *Henricus Petri* Basil. 1599. fol. u) sine nomine auctoris

supra, vol. IV. p. 215. sub fin. In cat. bibl. *Schadeloock* tom. II. p. 283. sq. in vol. quodam plurium libror. est nr. 3. *Procli* de sphaera, liber vnus. Lips. 1574. 8. *Harl.*

r) Non cum versione, vt legas in Diario insigni literario, cui titulus: monathlicher Auszug. a. 1700. p. 810.

s) V. *Maittaire* A. T. III. pag. 639. et supra, vol. V. pag. 285. nr. IV. de cod. Vatic. Ptolem. cum Procli comm. et p. 289. de edit. *Harl.*

t) In cat. bibl. Thottianae, tom. IV. p. 271. occurrit nr. 534a) *Procli Diad.* paraphrasis in Ptolemaei libros IV. de siderum effectionibus; gr. Basil. ap. Io. Oporin. 1551. 8. *Harl.*

u) Loco a. 1599. forte legendum est a. 1559. Addita enim hac anni nota citatur haec edit. in cat. bibl. Leid. pag. 193. in cat. bibl. Thottian. IV. p. 25. bis, nec non ab *Hambergero* z. N. III. p. 255. inscripta: *In Claudii Ptolemaei Quadripartitum enarrator ignoti nominis, quem tamen* Proclum *fuisse quidam existimant. Porphyrii philosophi introductio in Ptolemaei opus de effectibus astrorum. Praeterea Hermetis philosophi de reuolutionibus natiuitatum libri duo, incerto interprete.* Basil. ex off. Petrina. 1559. fol. add. supra, vol. VI. p. 219. *Harl.*

auctoris vna cum Porphyrii, siue Antiochi potius, in tetrabiblum isagoge, sed admodum corrupta et [?] scholiis, e Demophilo collectis et ab Hieron. Wolfio latine versis, librisque duobus, Hermeti tributis, qui latine tantum exstant, de reuolutionibus natiuitatum, graece ac latine edidit cum *Anonymi*, an Hieronymi Wolfii? versione meliore paullo, quam versio *Georgi Vallae* a. 1502. v) Venetiis edita sic, vt auctor libri, non tantum interpres, Valla venditetur. Auctor, quisquis est, p. 48. 110. 139. citat Dorotheum, pag. 88. Cleopatram, p. 169. Porphyrium, philosophum, et p. 63. videtur commentarium in canonem Ptolemaei promittere. Ταῦτα γὰρ ἐν τῷ κανόνι μαθησόμεθα. pag. 111. λέγει δὲ παλαιὸν τὸν Νεχεψὼ w) καὶ Πετόσιριν, ἔτοι γὰρ πρῶτοι τὸ δι' ἀςρολογίας ἐξήπλωσαν προγνωςικόν. Nulla autem est ratio, cur illa ἐξήγησις Proclo tribuatur, et qui hoc primi fecerunt, videntur illam incauti cum paraphrasi, quam a Proclo compositam esse iam diximus, confudisse. Ceterum paraphrasis ista satis fideliter Ptolemaeum exponit, si a locis quibusdam paucis discesseris; in quibus nonnulla auctoris sui est praeteruectus, vt manifestum erit ei, qui Procli paraphrasin pag. 184. 225. 233. 254. 263. cum Ptolemaeo ipso contulerit. Fortasse non deerunt, qui dicant, Proclum ista in codice suo non reperisse; sed codices graeci Ptolemaei et arabica versio, illis in locis conspirantes, suadent mihi, vt malim credere, ibi aliquid a Proclo fuisse omissum. *Fabr.* De expositionis in tetrabibl. Ptolemaei codice *Veneto* Marc. v. supra ad §. VIII. — *Ptolel.* quadripart. cum *Procli* comment. *Romae* in cod. *Vatic.* quondam Christinae reg. et in cod. Ottobon. v. *Montfauc.* bibl. bibliothec. MSS. tom. I. p. 34. B. et p. 186. B. — paraphrasis in IV. Ptolel. libros de siderum affectionibus in cod. MMCCCXCIV. nr. 2. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

XI. Εἰς τὸ πρῶτον τῶν Εὐκλείδε ςοιχείων βιβλία δ'. *In primum elementorum Euclidis libri quatuor*, quorum primo de natura, generibus et vsu mathematicarum disciplinarum disputat; secundo de geometria, quo etiam p. 19. claros recenset geometras ante Euclidem, tum de Euclide ipso disserit eiusque scriptis et praecipue de praeclaro elementorum opere, in quod deinceps incipit fuse et erudite commentari. Τήν τε ςοιχειωτὲ διάνοιαν ἐμφανίζων καὶ πρὸς τὰς θεωρικωτέρας ἐπιβολὰς ἀφορμὰς διδὺς τοῖς τῶν νοητῶν καὶ ἀφατῶν ὄντων τῆς γνώσεως ἐφιεμένοις, vt ipse ait p. 48. x) Graece exstant ad calcem Euclidis, qui, scholiis

v) V. supra, vol. V. p. 288. sq. *H.*

w) Ita legendum pro χεψὼ, vt p. 112.

x) De codd. *Procli* in Euclidem vide supra, vol. IV. p. 48. sqq. inter codd. Euclidis: de editt. versionis, a *Ge. Valla* confectae, ibid. p. 56. et p. 79. — de graeca ed. Basil. 1533. p. 57. sq. de ed. *Richardi*, p. 65. add. p. 73. § IV. 79. §. XI. et p. 82. indicem scriptorum, in libr. VI. Procli ad Euclidem laudatorum; et p. 85. de insigni quodam Procli loco. — *Procli* scholia in primum Euclidis libr. in cod. *August.* Vindel. sec. *Reiser.* indic. etc. p. 82. — De codd. caesar. *Vindobon.* v. *Lambecii* comm. VII. p. 30. 150. sq. et 397. — Ex cod. *Veneto* Marc. CCCVI. notatu digniora quaedam excerpsit cel. *Morelli* in bibl. MSSta Ven. graeca et lat. I. p. 187. — *Thom. Burgess* in Musei Oxoniens. conspectu etc. Oxon. 1792. 8. p. 31—44. publici iuris fecit varias lection. et supplementa *Procli* commentar. in primum Euclidis, excerpta ex cod. Voss. *Leid.* atque pag. 44. sqq. supplem. textus Basileensis ex cod. Bodlei. *Barocc.* CLXI. — *Mediolani* in cod. Ambro-

ſcholiis Theonis, Alexandrini, illuſtratus, prodiit ex officina Heruagiana Baſil. 1533. fol. curante Simone Grynaeo. Latina verſio *Franciſci Barocii*, Patricii Veneti, XXII. nati annos, ſcholiis et figuris illuſtrata, edita eſt Pataui 1560. fol. y) ſub titulo commentariorum ad vniverſam mathematicam diſciplinam, principium eruditionis tradentium. Baroccio iudice in editione graeca Baſileenſi commentarius Procli *dilaniatus potius quam impreſſus*. Praecipue dolendum, quod figurae mathematicae multae deſiderantur, ne de vitiis innumeris typographicis [❡] dicam. In bibl. publica Vpſalienſi exſtat editio graeca Baſileenſis, manu Daſypodii egregie emendata ac ſuppleta integris quandoque foliis, vt Ericus Benzelius ad me ſcripſit. Ex codice quoque Barocciano CLXI. in bibl. Bodlei. lacunas editionis Baſileenſis licebit ſupplere; z) molitusque meliorem editionem praeclari huius operis *Eduardus Bernhardus*. aa) Ceterum non videtur in ceteros Euclidis libros Proclus ſcripſiſſe, quemadmodum recte iudicat Petrus Ramus in ſcholis mathemat.

XII. Ὑπόμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας. *Commentarius in Heſiodi opera et dies.* Hic commentarius, Suidae memoratus, etiamnum exſtat vna cum ſcholiis Emanuelis Moſchopuli et Ioh. Tzetzae commentario in idem Heſiodi poema: ſed exſtat minime integer, nam Tzetza quaedam interdum ex eo profert, quae in editis ſub Procli nomine fruſtra quaeras, et initio ſtatim inſcribitur non ὑπόμνημα Πρόκλου, ſed ἐκ τῶν Πρόκλου Διαδόχου. Vnde excerpta tantum habere nos recte colligebat *Heinſius* p. 69. ad Heſiodum. Multus eſt in ſenſu poetae morali explicando Proclus, et ſaepe praeter rem impetitur petulantiſſimis vani hominis Ioh. Tzetzae ſcommatibus. Editiones ſcholiorum in Heſiodum tres habemus, primam Venetam ex officina Trincauelli, 1537. 4. elegantem et emendatam, etſi in non paucis deficientem, quam ex MSto ſuppletam videre me memini inter libros Wowerianos in bibliotheca Gottorpienſi. [v. ſupra, vol. I. p. 599. et p. 595. ſq. de aliis codd. add. p. 588. ſq. not. *ss. H.*] Plenior eſt editio Baſileenſis. 1544. ſed paſſim corrupta, vitiataque et interpolata. Tertia denique Danielis Heinſii, qui editione Veneta, per Vulcanium MSti codicis auctoritate ſuppleta, vſus, ex hac et Baſileenſi meliora quaeque ſelegit, pluribusque locis Heſiodi interpretes male a librariis acceptos et in his Proclum, caſtigauit. Lugd. Bat. 1603. 4. Vide, ſi placet, quae dixi lib. II. cap. 8. [vol. I. p. 575. ſq. de ed. Graeuii, pag. 605.] Vbi etiam Indicem habes ſcriptorum, in graecis ad Heſiodum commentariis laudatorum. *Fabr.* *Matriti* in cod. VIII. bibl. regiae, fol. 4. exſtat *Procli* explanatio libri dierum Heſiodi, et fol. 51. *Procli praefatio in Heſiodi Theogoniam:* v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matr. pag. 25. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCCCLXIV. et excerpta in cod. CCCCLXXX. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 246. et 252. *Harl.*

XIII. Χρη-

Ambroſianae bibl. et *Bonon.* bibl. monaſterii etc. teſte *Montfauc.* in diar. ital. p. 15. ac p. 409. — In anglicam linguam *Thom. Taylor* transtulit *Procli* comment. in Euclidis primum, eiusque vitam, a *Marino* ſcriptam, Londin. vol. I. 1788. 4. et in vol. II. a. 1789. Procli elementa theolog. v. *Brüggemann* View. etc. p. 498. *Harl.*

y) V. plura, in vol. IV. p. 59. et in *Freytag.* Analect. litter. p. 714. *Harl.*

z) Atque incepit *Burgeſs* in conſpectu iam citato. *Harl.*

aa) Vide acta erudítor. a. 1705. p. 224.

XIII. Χρηςομαθ... ικῆς, ἤτοι περὶ Χρηςομαθίας βιβλία β'. *Electorum grammaticorum libri duo.* Equidem in *Suidae* codicibus [et ab *Eudocia* p. 366.] *tres* memorantur, et apud *Photium* initio statim cod. CCXXXIX. [*] *quatuor*, sed quum excerpta ex illis dedisset, οἱ δὲ δύο, inquit, λόγοι τῆς Πρόκλυ Γραμματικῆς Χρηςομαθίας ἐν τέτοις, *atque haec ex grammaticorum Procli electorum libris duobus hactenus.* Ex his excerptis a Photio, (quae sola habemus, opere ipso Procli deperdito,) et quae *Andreas Schottus* Antwerpiae cum suis et Ioh. Petri Nunnesii notis separatim, et Frid. Sylburgius, qui ex H. Stephani, magistri sui, codice, cum duobus MSS. collato, descripserat, castigatum cum notis suis edidit, ad calcem syntaxeos Apollonii Alexandrini Francof. 1590. Hanou. 1615. 4. bb)); ex his, inquam, excerptis constat, Proclum in hoc electorum opere differuisse non modo de omni genere carminum, sed etiam de celebrioribus poetis. Διέρχεται δὲ τέτων ὡς οἷόν τέ ἐςι γένος τε καὶ πατρίδας καί τινας ἐπὶ μέρες πράξεις, ait Photius. Hinc non temere coniicio, *breuem vitam Homeri*, quam sub Procli nomine edidit *Leo Allatius* in libro de Homeri vita, et Iosua Barnesius praeclarae suae Homeri editioni praemisit, ex priore Chrestomathiae huius libro decerptam esse. *Fabr.* Vide supra, vol. I. pag. 322. sq. not. *k.* vbi, nec non in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 380. sq. *de Procli vita Homeri et de Cypriis carminibus*, atque *Procli fragmentis*, a cl. *Tychsenio* in: Bibl. der alten Litterat. etc. part. I. editis et a cel. *Heynio* illustratis, vberius disserui. In Introd. l. c. etiam adduxi *Henr. Valesii* iudicium de Chrestom. et de Proclo in libr. de arte critica cap. XX. p. 168. sq. latum. add. infra, vol. IX. p. 489. sqq. de Photii cod. CCXXXIX. vbi Fabr. adiecit indicem scriptorum, in

bb) Add. infra de scriptis Procli deperditis, nr. 14. — Prioris ed. inscriptio est: *Apollonii Alexandrini* de syntaxi seu constructione orationis libri III. — nunc denuo a *Frider. Sylburgio* cum bonis exemplaribus collati et notationibus aucti. *Addita e Procli chrestomathia grammatica*, Photii, patriarchae CPol., electa; *ab Andrea Schotto primum edita*, latinitate donata et scholiis illustrata; nunc *iterum* a *Sylburgio* mst. exemplaris collatione passim emendata, suppleta, notationibus aucta. His accessere quatuor inuentaria, verborum, rerum, auctorum, tum anomaliarum grammaticarum breuis adnotatio: opera et studio *Fr. Sylburgii.* Francof. ap. Andr. Wecheli heredes etc. 1590. 4. v. *Dau. Clement.* in: bibl. histor. et critique tom. I. p. 415. sed multo curatius recensuit illam edit. et de Proclo, atque Fabr. edit. *vitae a Marino conscriptae*, Londin. 1703. 8. recusa, diligenter egit *Freytag.* in adpar. litter. tom. II. p. 764—768. Enimuero et ex inscriptione et ex Sylburgii epist. ad Schottum colligi potest, ab Andr. Schotto iam antea in Hispaniis euulgatam fuisse editionem; quae vero vbi, et quando lucem adspexerit, reperire non licuit. Sylburgius autem Schotti edit. contulit cum perfectiore atque emendatiore exemplo, quod ex Henr. Stephani bibl. descripserat; at omisit Schotti ac Petri Io. Nunnesii notas; quae inueniuntur in edit. posteriore citata et inscripta: *Procli chrestomathia poetica, interprete et scholiaste Andr. Schotto*, Antwerp. Accessere et notae *Pet. Ioan. Nunnesii.* Valentini. Item fragmentum scriptoris incerti, antea Censorino tributum et cum eius de die natali libro continenter impressum. Nunc correctius et aliquot capp. ex veteri libro additis auctius editum a *Lud. Carrione*, Brugensi, cum notis eiusdem *Nunnesii.* Hanou. typis Wechel. etc. 1615. 4. Cum hac peculiari inscriptione et noua paginarum serie adhaeret illa ed. *Schotti* obseruatt. humanarum libr. V. etc. Hanou. eod. a. 4. at in eadem inscript. simul legitur, — *Seorsim vero edita Procli Chrestom. poetica, cum scholiis Andr. Schotti, et Petr. Ioan. Nunnesii. Harl.*

in Procli chrestomathia laudatorum. — *Procli* chrestomathia est quoque *Monachii* in cod. CLXIIX. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 64. — *Londini,* in bibl. reg. *Procli chrestomathia poematica:* sic citatur in *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 632. *E. Harl.*

XIV. Ἐπιχειρήματα ιή κατὰ Χριστιανῶν. *Duodeuiginti argumenta aduersus Christianos.* [v. *Gaudentius* de philosoph. rom. cap. 208. *Heum.*] Meminit Suidas his verbis: οὗτός ἐστι Πρόκλος ὁ δεύτερος μετὰ Πορφύριον κατὰ Χριστιανῶν τὴν μιαρὰν καὶ ἐφύβριστον γλῶσσαν κινήσας, πρὸς ὃν ἔγραψε Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος πάνυ θαυμασίως ὑπαντήσας κατὰ τῶν ιή ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ, καὶ δείξας αὐτὸν κἀν τοῖς ἑλληνικοῖς, ἐφ' οἷς μέγα ἐφρόνει, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον. Equidem hoc Philoponi aduersus Proclum opus non minus, quam Procli ipsius argumenta intercidisse putabat *Guilelmus Caueus,* vir doctissimus, in historia literaria scriptorum ecclesiasticorum, ratus, a Proclo ad Celsi, Iuliani, Porphyrii denique exemplum, vt ex Suidae verbis male collegit, vniuersam christianam religionem illis XVIII. argumentis impugnatam fuisse. Enimvero duodeuiginti ἐπιχειρήματα Procli directa sunt potissimum aduersus vnum dogma christianorum de mundo non aeterno, et etiamnum exstant in *Iohannis Philoponi* libris duodeuiginti de aeternitate mundi contra Proclum, quod hoc ipsum opus est, tantis a Suida celebratum laudibus. Lucem vero adspexit graece ex Trincauelli officina Venetiis 1535. fol. et latine ex versione *Ioh. Mahotii,* Argentenaei, Lugd. 1557. fol. Ex versione *Casparis Marcelli* vero Venet. 1551. fol. quam posteriorem, non visam mihi, memorat *Labbeus* in conspectu graecorum interpretum Aristotelis et Platonis p. 9. Hoc Philoponi opus oppugnat *Simplicius* commentariis ad physica et ad librum I. Aristotelis de coelo. Vide infra pag. 631. et 651. seq. Aduersus Proclum [¶] videas licet etiam *Ben. Pererium* libro XV. physiologiae. Sed et in aliis scriptis suis Proclum hinc inde perstringit Philoponus, Ammonii illius, qui Proclum audiuit, discipulus, nominatim in libris commentariorum ad hexaëmeron, quos, a *Balthasare Corderio* Vien. anno 1630. 4. graece ac latine vulgatos, ex eodem, quo Corderius vsus est, MSto codice Vindobonensi longe meliores edere receperat *Petrus Lambecius* lib. I. pag. 138. seq. [p. 249. sqq. Koll.] lib. III. p. 75. [s. p. 203. sqq. ed. Kollar.] Grauissime etiam in Proclum inuehitur Georgius Pisides in κοσμουργίᾳ, v. 50. sq. quae vel hinc patet, quam falso olim Romae anno 1590. 8. vulgata sit ab *Hieronymo Bunello,* Iesuita, sub Cyrilli Alexandrini nomine hoc titulo: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων Ἰαμβικῶν. Sed Procli scripta recensere pergamus. *Fabr.* De memoratis XVIII. capp. v. *Gaudentius* de philosoph. rom. cap. 208. et de nomine *Procli* v. *Gatakeri* Aduers. posth. cap. 34. §. 785. — De *Marino* v. *Basnage* hist. Iud. lib. II. cap. 8. §. 4. *Heum.*

XV. Εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Τίμαιον ὑπομνημάτων βιβλία έ. *Commentariorum in Platonis Timaeum libri quinque.* Opus insigne, atque, vt *Holstenio* pag. 81. ad Porphyrium audit, admirandum, in flore aetatis, quum duodetriginta annos natus esset, a Proclo elaboratum, vt testatur *Marinus* pag. 31. qui pag. 93. etiam auctor est, id omnibus ceteris scriptis illius praelatum fuisse. Ceterum quinque libris, qui

extant,

extant, non integer Timaeus Platonicus, ſed vix tertia eius pars explicatur; definit enim liber quintus in his verbis Platonis edit. gr. Baſil. pag. 483. v. 4. *Καὶ περὶ ψυχῆς δι' ἅστε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε Θεῶν τῶ μάλιςα εἰκότως ἀντεχομένοις ἔτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις διεξιτέον.* Quare fortaſſis non errauerit, qui ſuſpicetur, plures Procli in Timaeum Platonicum libros commentariorum intercidiſſe temporis iniuria. Citatur in Catena ad Pentateuch., a *Franciſco Zephyro* latine edita, pag. 9. et ab *Olympiodoro* ad 3. Meteor. pag. 203. (59. b. Gr.) ex parte commentarii Procli deperdita, vt notat *Ez. Spanhemius* ad Callimachum p. 211. Ipſum porro Timaei Locri libellum, Dorice ſcriptum, *περὶ ψυχᾶς κόσμω*, ex quo Plato dialogum ſuum, (obſeruante iam olim Timone Sillographo,) concinnauit, ſeruatum Proclo itidem debemus, qui eum commentariis ſuis praemiſerat, et in iisdem paſſim Timaei verba citat in teſtimonium. [cc]) Prodiit *Timaei Locri* libellus, ex *Georgii Vallae* verſione primum latine Venet. 1488. et 1498. fol. deinde *Lud. Nogarolae* graece et latine Pariſiis a. 1555. 8. ex Morelli officina, tum frequenter admodum in editionibus Platonis graecis, Aldina, Baſileenſi etc. Latinis itidem ex verſione Marſilii Ficini, et graecolatinis denique, vel eiusdem Ficini, vel [ſ] Ioh. Serrani verſionem, argumenta et animaduerſiones iunctas habentibus. Graece et latine etiam occurrit cum breuibus notis et verſione Ioh. Serrani inter opuſcula mythologica, phyſica et ethica, a *Thoma Galeo* edita Cantabrigiae ao. 1671. et Amſtelodami anno 1688. 8. Procli commentaria lucem adſpexerunt graece, ſubiecta operibus Platonis Baſil. a. 1534. ap. Ioh. Valderum [dd]) et 1556. fol. ex officina Henrici Petri. *Nicolaus* quoque *Leonicus Thomaeus* latine vertit ex libro Procli tertio explicationem Platonis ex Timaeo, vbi de animorum generatione agitur, additis numerorum harmoniarumque figuris. Venet. 1525. 4. cum paraphraſi in Ariſtotelem de animalium motione et inceſſu, et verſione mechanicarum quaeſtionum et Thomaei quaeſtionibus XX. et naturalibus LXXXIX. et Paris. 1530. fol. apud Simonem Colineum. Paſſim philoſophus in hiſce commentariis adhibuit et citat alios ſcriptores, qui in Timaeo Platonico interpretando erant verſati, vt Adraſtum, peripateticum, Aelianum et Albinum, platonicos, Ariſtoclem, (Aſclepiodotus, cuius ὑπόμνημα in Platonis Timaeum laudat Olympiodorus in Ariſtot. Meteora l. 4. iunior eſt) Clearchum, Crantorem, Dercyllidem, Iamblichum praecipue, ſed et Longinum, quem ſaepe refellit, tum Numenium, Origenem, (diuerſum vtique ab Adamantio,) Plutarchum Chaeronenſem, Porphyrium, Ptolemaeum, platonicum, Seuerum, Taurum, cuius fragmentum occurrit etiam ap. Philoponum aduerſus Proclum de aeternitate mundi VI. 8. ac Theodorum Aſinaeum, quem interdum ſimpliciter Ἀσιναῖον φιλόσοφον vocat, vt libro II. in

 Eucli-

cc) De Procli Timaeo, codd. et edd. conf. ſupra vol. I. p. 859. et 177. vol. III. p. 93. ſqq. 123. ſq. 126. ſqq. de cod. *Neapolit.* vol. V. pag. 798. nr. 45. et quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. I. p. 388. ſq. et p. 67. de cod. *Ghigiano.* De cod. *Veneto* Marc. v. cel. *Morelli* bibl. MSS. gr. et lat. Ven. p. 114. ſq. de aliis codd. ital. *Montfauc.* in diar. ital. p. 238. 310. 367. — *Mediolani* in bibl. Ambros. multi ſunt Procli in Platonem codd. teſte *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. p. 503. et in cod. *Guil. Pelliſerii*, ib. II. p. 1199. A. vide paullo poſt, in indice ſcriptor. in Procli ad Timaeum etc. voc. *Proclus,* vbi ipſe citat commentar. ſuos in varia Platonis opp. *Harl.*

dd) Conf. *Maittaire* A. T. Ind. p. 150. *H.*

Euclidem pag. 36. Inprimis autem vtramque paginam facit ibi Syrianus, cuius explicationes, etsi quandoque subtiliores, quam veriores, non dubitat semper fere sequi et reliquis omnibus praeferre. At raro nominetenus illum compellat, sed vel καθηγεμόνα vel διδάσκαλον, aut πατέρα suum vocando innuit. Vehementer itaque eos fugit ratio, qui in editione graeca pag. 7. ad verba ἃ δὲ ὁ ἡμέτερος καθηγεμὼν ἐν τούτοις ἐπέκρινε, in ora libri notarunt, Ammonium intelligi. Discipulus enim, non, praeceptor Procli Ammonius, nec dubium est, ibi, vt in aliis horum commentariorum locis infinitis et pag. 368. ad politiam innui Syrianum. Neque vero contentus Platonis sensum simplici modo Proclus eruisse, verba illius in omnes partes versat, inueniens quandoque sensum *logicum, ethicum, physicum, theologicum,* ee) vnde [P] occasio illi inter non paucas subtiles nugas multa quoque praeclara et legi adprime digna adferendi. Dolendum autem plurimis librariorum mendis hosce commentarios scatere, quorum nonnulla inter legendum a me obseruata in indice, quem subiicio, scriptorum expunxi. Nunc antequam progrediar, moneo, exstare in *Augustana* bibl. codicem insignem horum commentariorum MS. quem laudat *Eschenbachius* in Epigene pag. 72. sq. [v. *Reiser.* ind. MSSt. August. p. 82.] Deinde subiungo iudicium *Radulphi Cudworthi,* viri de historia vetere philosophica optime promeriti, quod de Proclo et his eius commentariis tulit in opere incomparabili, anglica lingua edito, genuino systemate νοητῷ vniversi p. 306. Ait ibi, Proclum, non paucas proprias sibi et singulares opiniones commentum, platonicam simul philosophiam mirifice confudisse, et ei admiscuisse obscurissima quaedam et aegre comprehendenda dogmata. *Proclus had some peculiar phantasies and whimseys of his own, and was indeed a confounder of the Platonick Theology, and a mingler of much unintelligible stuff with it.* ff) Quod vero Tarinus ad Zach., scholasticum, p. 237. ait, Proclum θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου (Dionysii Areopagitae) κεχρῆσθαι, καὶ αὐταῖς δὲ ταῖς ξηραῖς λέξεσι, verba repetita sunt ex Suida in Διονύσιος.

XVI. Εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην. *In Alcibiadem priorem Platonis.* Excerpta ex hoc commentario latine a se reddita vulgauit *Marsilius Ficinus*, titulo *Procli de anima ac daemone, de sacrificio et magia.* Venet. 1497. gg) et 1516. fol. apud Aldum, cum Iamblicho, siue excerptis ex Iamblichi libro de mysteriis Aegyptiorum et aliis scriptis. hh) Prodierunt [illegible] etiam

ee) Confer *Olympiodorum* in Platonis vita p. 588.

ff) Procli loca et *Cudworthi* eiusque docti interpretis, *Moshemii*, iudicia de eo leges in versione illius operis latina Moshemiana, *Systema intellectuale huius vniuersi* etc. Leidae 1773. 4. tom. I. p. 343. et Mosh. not. *r.* p. 344. 369. not. *q.* 842. 854. 881. sq. not. vbi *Moshem.* copiose refutat Cudworthum; tom. II. pag. 122. 340. 385. 393. et 544. *Harl.*

gg) V. *Panzer.* A. T. III. p. 420. sq. *Harl.*

hh) V. supra, vol. III. pag. 126. sqq. de edd. Ficini: ac multorum codd. atque edd. Procli notitiam inseruit *Fischer* notitiae codd. atque edd. Platonis, praefixae ed. *Platonis Eutyphr.* etc. Lips. 1783. 8. pag. 176. sqq. et p. 208. dum edit. *Proclus in Platonis Alcibiadem, latine,* Venet. 1503. form. mai. adtulit, haec adiecit: „Particulas graecas huius commentarii edidere *Rich. Bentlei.* in epist. ad Millium p. 3. sq. Oxon. *Fabricius* ad Sext. Empiricum p. 597. *Gesnerus* in fragmm. Orphei p. 407. sq. — Eiusdem *Procli commentarior. in Parmenidem* apospasmatia vulga-

etiam plus ſimplici vice Lugduni, minore forma, tum Pariſiis, Baſileae et aliis in locis, ſed et inter Ficini opera Baſil. 1561. 1576. Paris. 1641. fol. Commentarius ipſe Procli graece manu exaratus, ſed vix dimidiam partem Alcibiadis platonici exponens, deſinensque in verbis p. 219. ſeq. edit. Baſil. οὐδὲ τῶν αἰσχρῶν καθόσον αἰσχρὸν, ἀγαθὸν, occurrit in variis bibliothecis Galliae, Angliae, Italiae: [v. ſupra, vol. III. p. 83. 123. ſqq.] Etiam Lugduni Batavorum inter libros Iſaaci Voſſii et Hamburgi in bibl. Iohannea ex legato Lucae Holſtenii, quem codicem euoluens obſeruaui, a Proclo laudari quoque Iamblichum in Alcibiadem, quod facit et in ſuis ad eumdem Platonis dialogum praelectionibus ineditis *Olympiodorus*. Idem plus ſimplici vice non Harpocrationis modo, ſed et Procli et Damaſcii commentarium memorat, vt auctor mihi videatur iunior quidam [?] et diuerſus ab Olympiodoro, Procli praeceptore. Hoc certe veriſimilius, quam quod *Lambecius* lib. VII. p. 51. ſeq. ii) comminiſcitur, praelectiones iſtas Olympiodori a iuniore quodam interpolatas eſſe. Interpolata igitur etiam fuerit vita Platonis, ab Olympiodoro iſto ſcripta et poſt Laertium edita, in qua Proclus itidem laudatur. Illa nempe vita, vt hoc obiter notem, ex prima πράξει, ſiue lectione commentariorum Olympiodori in Alcibiadem depromta eſt. In bibliotheca Vindobonenſi latinam *Antonii Hermanni Gogauae*, Grauienſis, verſionem commentarii Procli in Alcibiadem exſtare, monuit *Lambecius* lib. VII. pag. 43. [p. 89. not. 1. ed. Koll.]

XVII. Εἰς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν, *in libros Platonis de republica.* Ad calcem operis Procli in Timaeum in vtraque graeca editione exſtat, (non commentarius integer aut expoſitio perpetua eiusdem philoſophi in Platonis libros de rep. ſed) collectio quaedam variarum diſſertationum, ſiue praelectionum, ab illo Athenis publice propoſitarum, quarum prima traduntur, quae obſeruanda ſint Remp. Platonis expoſituris. In ceteris varia Platonis loca ac ſententiae ex iisdem de rep. libris, (tum ex aliis quoque illius philoſophi dialogis, vt ex Phaedro p. 398.) nullo librorum ordine philoſophice ac theologice illuſtrantur. Praecipue autem fabulis Homeri aliorumque poetarum de Diis commodum ſenſum adferre Proclus iſto opere conatus eſt, vt iuſta quaedam pro Homeri apologia in hiſce diſſertationibus contineri videatur, quam Conradus Geſnerus latinitate donatam ſeorſim edidit Tiguri 1542. 8. hoc titulo: *Apologiae quaedam pro Homero et arte poetica, fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis Procli Lycii, Diadochi, philoſophi platonici in libros Platonis de rep. in quibus plurimae de Diis fabulae non iuxta grammaticorum vulgus hiſtorice, phyſice aut ethnice tractantur, ſed theologicis, vt gentiles loquuntur, ex prima philoſophia rationibus explanantur.* Confer [Introd. in hiſt. L. Gr. I. p. 381. et) *Kircherum* II. Oedipi I. p. 170. ſq. Nempe iam olim obſeruauit Tertullianus, ethnicos, quum fabularum puderet, quas de Diis commenti eſſent ad

vulgarunt idem *Bentleius* in ep. ad Millium p. 5. et ad Callimach. p. 472. tom. II. *Geſner.* d. l. p. 406. ſq. *Ruhnken.* ad Xenoph. M. S. I. 2. 51. p. 220. et diſſ. de Longino ſect. 6. — in *librum X. de republ. Alexand. Morus* ad Ioh. XI. 39. p. 570. ſq. — Salmur." De cod. *Veneto* Marc. v. cl. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. Ven. I. p. 115. et de cod. *Neapolit.* regio, v. ſupra vol. V. p. 785. nr. 144. *Harl.*

ii) Pag. 113. ſq. de cod. caeſar. XX. ed. Kollar. *Harl.*

ad interpretationem rerum naturalium, (his adde etiam diuinas,) *confugisse, et dedecus suum ingenio obumbrasse*, siue, vt Arnobii verbis vtar, *quo scriptorum suorum impiam defenderent audaciam, allegorias res illas et naturalis scientiae mentiti sunt esse doctrinas* lib. IV. pag. 150. Clemens X. recognit. p. 589. *Orphei et Hesiodi scripta in duas partes intelligentiae diuiduntur, id est, secundum litteram et secundum allegoriam. Et ad ea quidem, quae secundum litteram sunt, ignobilis vulgi turba confluxit, ea vero, quae secundum allegoriam constant, omnis philosophorum et eruditorum loquacitas admirata est.* Illius allegorici [¶] sensus specimen eodem libro subiungitur, cui addenda homilia sexta Clementinorum p. 664. seq. edit. Ioh. Clerici. Vide et *Nazianzenum* Orat. III. sub extremum, vbi reprehendit ethnicos, saepe sub parum honestis et turpissimis imaginibus arcana sua occultantes. Qui vero poetas ac speciatim Homerum ad ethicum et physicum sensum reuocare conatus est, primus fuisse videtur Anaxagoras cum discipulo, Metrodoro, Lampsaceno, de quibus *Laertius* II. 11. ac de Metrodoro etiam *Tatianus* p. 80. Confer, quae Menagius ad illum Laertii locum et de Cronio, pythagorico, Porphyrius apud Stobaeum p. 152. Eclog. inprimis Plato conatus est, allegoricis fabularum sensibus quaesitis illarum absurditatem vtcunque abstergere: vnde *Guil. Nicholsonus*, Platonem, ait, inter primos fuisse, qui *as de Condoms of Paganism*, tanquam Bossueti quidam pagani, Aethiopem dealbare et insulsa commenta suorum, excogitatis honestis interpretationibus, verisimiliora reddere adlaborarunt, parte II. collat. cum Theista p. 42. seq. Socrates tamen ipse apud Platonem in Phaedro negat, sibi esse otium, vniuersa ἄπιςα fabularum ad conuenientem sensum deducere. Quod difficillimum item esse adfirmat Strabo libro decimo. Et paucis omnino locis ac vix obiter Plato hoc fecit, dum poetas etiam exsulare iussit e sua rep. Iuniores vero Platonici, atque in his Proclus, omne ingenium suum eo impenderunt, vt abstrussisima quaeque dogmata de rebus diuinis sub illo fabularum velamine delitescere ostenderent. De Stoicis auctor est Cicero I. de natura Deorum, Zenonem, Chrysippum, Diogenem Babylonium, aliosque fabellas Hesiodi, Homerique ad physiologiam, et ea, quae de Diis immortalibus ipsi sentiebant, accommodare studuisse: adde *Menagium* ad Laert. VII. 148. Et de Porphyrii libro περὶ τῆς ἀλληγορεμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων Θεολογίας *Petauium* p. 88. ad Iulianum. *Michaelis Pselli* ἀναγωγαὶ physico morales in fabulas quasdem graece editae a Conr. Gesnero ad calcem allegoriarum Heraclidis Pontici. *Alexander* in problematis p. 275. memorat librum secundum ἀλληγοριῶν τῶν εἰς Θεοὺς ἀναπλαττομένων ἱςοριῶν. Aristoteles autem parum omnino vniuersae huic lubricae circa fabulas industriae tribuit, cuius verba haec sunt lib. III. (in quibusdam editt. lib. II. cap. 4.) Metaphys. περὶ τῶν μυθικῶς σοφιζομένων οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν. Eadem sententia Epicuri, vt docet Velleius apud Ciceronem, Stoicos ridens; cui adde *Gassendum* ad hoc Epicuri de sapiente effatum apud Laertium: [¶] μηδὲ πλάττειν ἑκόντα. Iudaei tamen et Christiani plurimi etiamnum malunt cum stoicis et platonicis non tantum sensum historicum, physicum ac moralem in fabulis illis quaerere, vti haud absurde saepe numero faciunt veteres grammatici, et Palaephatus cum ceteris ἀπίςων scriptoribus, Phornutus libro de Diis, et alii: sed quoque sensum chemicum in illis ruspantur et astrologicum, quinimo theologicum. Ex Iudaeis sufficiat nominasse Leonem Hebraeum in dialogis de amore, castigatum a Iac. Thomasio in programmate 63. et Exercitatione, anno 1676. edita, de fabularum poeticarum vario sensu. Sic Moseh Albelda in libro *Drasch Mosc* etiam ex talmudicis fabulis mysticum sen-

sum

ſum elicere conatus eſt, ſed frigidum paſſim et inſulſum, vt exemplis quibusdam oſtendit *Guil. Henr. Vorſtius* in bilibra veritatis p. 175. ſeqq. Inter chriſtianos ſcriptores quis ignorat, a doctiſſimo quoque fabulas poetarum ethnicorum certatim ad hiſtoriam ſacram trahi? Video praeterea, laudari Thomae de Wallis concordiam inter ſacram ſcripturam et fabulas poeticas pia moraliſatione inſtitutam. Omitto Mich. Mayeri, Adami Habercornii, phyſici Cizenſis, Iacobi Tollii et aliorum ſcripta, fabulas iſtas chemice explicantium, quod a ſenſu auctorum oppido alienum eſſe merito iudicauit *Gabriel Naudaeus* in apologia pro magis. Natalem comitem, Baconem Verulamium, Iohannem Turnerum et alios, qui phyſice interpretantur, non minus a ſententia auctorum aberrare, contendit *Ioh. Clericus* tom. XV. bibl. vniuerſal. pag. 57. ſeq. Idem vir clariſſ. hiſtoricum ſenſum ſub fabulis deliteſcere eodem loco non dubitat, idque pluribus confirmauit in ſuis ad Theogoniam Heſiodi notis et in diſſertationibus de Hercule, Adonide ac Cerere, quos tomo I. II. et VI. bibliothecae iam dictae vniuerſalis inſeruit. Eamdem cauſam tribus voluminibus egit Banierus, gallice editis ſub titulo *explication hiſtorique des fables.* Feruntur et olim Manichaei dogmata ſua in fabulis poetarum adumbrata iactaſſe, vt paſſim docet Alexander, Lycopolita, in libro de eorum placitis. kk) Sed tempus eſt, vt, miſſis fabulis earumque incertis allegoriis, ad Procli ſcripta redeamus. Ex iisdem in Platonem de rep. commentariis demonſtrationes Procli ex libro IV. de rep. quod tres ſint animae humanae partes, graece ap. Ioh. Valderum, ſine temporis notatione Baſil. 8. editae ſunt cum Platonis, Ariſtotelis, Xenophontis, Plutarchi et Alex. Aphrodiſei ſcriptis quibusdam ethicis ac politicis pag. 473.—496. [529] Suidae memorantur *Procli in politiam libri quatuor,* quod opus magis integrum fuiſſe videtur, quam diſſertationes editae, de quibus iam egimus. Eis hinc inde in ora codicis Medicei adtexta ſunt quaedam ſcholia, neſcio cuius, auctoris adhuc ἀνέκδοτα. ll) Deſideratur etiam in editis commentarius ſiue diſſertatio Procli in locum Platonis X. de rep. vbi de Ere Armenio, MSta in bibliotheca Nobilium Saluiatorum Florentiae, ex qua in medium nonnulla minus protrita de hominibus rediuiuis adfert

kk) Iam multa de hac re prolata ſunt ſupra ad vol. I. p. 530. ſqq. §. II. et p. 586. ſqq. not. *oo.* add. *Steger* veber thieriſche Weſen vnd Thiergottheiten, (qui originem plurium mythorum illorumque intelligentiam explanare ſuſtinuit,) in: Deutſche Monatsſchrift, m. Aug. 1795. Lips. et Halberſtadt, p. 309—362. et: Origine de tous les Cultes, ou Religion univerſelle par *Dupuis,* Citoyen François. Paris. 1795. 8. XI. tom. et 22. Planches de l'origine de tous les Cultes du Citoyen *Dupuis,* avec leur explication. conf. ephem. litter. Lipſiens. a 1796. plag. 104. et 105. *Harl.* Ad l. inprimis *Fr. Gedike* Comm. *über die mannigfaltigen Hypotheſen zur Erklärung der Mythologie,* in eius: *Vermiſchte Schriften,* Berl. 1801. pag. 61—100. *B.*

ll) In cod. IX. membr. in IV. ſaec. XI. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. III. p. 192. ſqq. qui, poſtquam Fabricium noſtrum more ſuo compilauit, exſcripſit ſcholion quoddam ſpeciminis loco, denique oſtendit, quatuor integros illius cod. quaterniones eſſe deperditos, et multa alia prope finem deſiderari. De aliis codd. et cod. quondam in bibl. Nobilium Saluiatorum ſeruato vide ſupra ad vol. III. p. 92. not. *ttt* et *uuu*; et cl. *Villoiſon* in Anecdot. gr. tom. II. p. 264. ſub finem, ac *Fiſcher* in notit. codd. Platon. ſupra laudata, p. 178. 179. etc. — *Procli* in Platonis Timaeum commentarii, et in *eiusdem Politicen difficiliorum quaeſtionum omnium enarratio* gr. Baſil. ap. I. Valderum. 1534. form. mai. adiecti ſunt ipſis Platonis dialogis. v. *Hamberger* z. N. III. p. 256. et *Fiſcher* l. c. p. 207. ſq. *Harl.*

adfert Alexander Morus in notis ad quaedam loca noui foederis ad Ioh. XI. 38. Actor. XX. 10. Rom. VI. 4. Vide etiam ad Philip. II. 3. et Hebr. XI. 1. Procli dissertationes aliquot in remp. Platonis, hactenus non editae, fuerunt etiam in bibliotheca Lucae Holstenii.

XVIII. Solent praeterea Proclo in MStis quibusdam, vt in codice Vindobonensi et Barocciano, et tribus regis Galliae ap. Labbeum pag. 109. bibl. nou. MSS. tribui *characteres epistolici*, qui breuis libellus incipit *ὁ μὲν ἐπιςαλτικὸς χαρακτὴρ κ. τ. λ.* et sine nomine auctoris graece prodiit typis regiis ex officina Fed. Morelli 1577. 4. sub *Libanii* nomine graece cum versione Casp. Stiblini praemissus est Phalaridis et Bruti epistolis ap. Commelin. 1597. 8. Latine ex *Wolffgangi Anemoecii* versione exstat in Gilberti Cognati farragine epistolarum laconicarum. Basil. 1554. 12. Alius libellus eiusdem argumenti sine nomine auctoris exstat in collectione epistolarum graecarum Aldina et graecolatina, quam ad Cuiacium vulgo referunt p. 164. incipit: *τῶν ἐπιςολικῶν τύπων, Ἡρακλείδη, ἐχόντων τὴν θεωρίαν κ. τ. λ.* Hunc alii Libanio, alii Theoni vindicant. Libanio etiam tribuit *Ioh. Sambucus* methodum conscribendarum epistolarum, quam latine edidit Basileae [1554. 12.] 1558. 8. et cuius epitomen esse illos characteres epistolicos, quos Proclo adscribi dicebamus, adfirmat Lambecius lib. III. p. 190. *Fabr.* Conf. supra, vol. I. p. 681. sq. et vol. VI. cap. 43. de Libanio, pag. 777. nr. 10. Inter codd. *Antonii Eparchi* est nr. XL. *Procli, platonici, περὶ ἐπιςολιμαίυ χαρακτῆρος, de epistolis conscribendis et earum charactere,* v. infra vol. X. pag. 483. ed. vet. *Harl.*

XIX. Procli scriptum astrologicum, *de effectibus eclipsium solis et lunae iuxta singulas signorum triplicitates et decanos,* latine subiicitur tabulis astrologicis *Ioannis Schroeteri,* quas excusas habeo Viennae Austriae ab Egidio Aquila 1551. 8. *De tribus poetices generibus* dissertatio ex versione Fed. Morelli, vna cum Georgii Choerobosci figuris poeticis, Paris. 1615. 12. [mm]) Ac de editis Procli scriptis hactenus: iam de iis dicendum, quae in bibliothecis variis manu exarata delitescunt.

[P] *DE SCRIPTIS PROCLI INEDITIS.*

1. In Alcibiadem Platonis. Vide supra num. XVI.
2. In Politiam Platonis. Vide num. XVII.

3. In

mm) Inscriptio libri haec est in *Maittaire* A. T. III. p. 867. sq. *Georgii Choerobosci* liber de figuris poeticis oratorum et theologorum: graece, nunc primum ex bibliotheca *Fed. Morelli*, cum eius latina versione, et *Procli de poetica dissertatione.* Paris. ap. Fed. Morel. 1615. 12. — *De vita Homeri*, *Proclo* tributa, v. supra ad §. XII. Add. *Procli* commentarius in virtutes morales ac ciuiles et partes facultatesque animi, a *Raphaele Mambla* latine redditus. Romae, 1542. 8. *Harl.*

3. In Parmenidem Platonis *commentariorum libri ſeptem,* quorum poſtremus non a Proclo, ſed Damaſcio ſuppletus fuit. Opus Aſclepiodoto, medico ac philoſopho, dicatum, non modo graece MS. exſtat in bibliotheca auguſtiſſimi imperatoris, teſte *Lambecio* lib. VII. pag. 41. ſed et latine ex verſione inedita *Antonii Hermanni Goganae,* Gravienſis, vt idem pag. 41. teſtatum reliquit. [nn]) Libri quatuor graece occurrunt Oxoniae inter codices Bodleianos: libros ſex in Italiae bibliothecis euoluiſſe ſe refert *Liuius Galantes* in comparatione theologiae chriſtianae cum platonica. Exſtant et in bibliotheca Medicea magni Hetruriae ducis. [oo]) Et in bibl. Monaſterii S. Mariae, Florentiae, teſte *Bernardo de Montfaucon* pag. 367. Diarii Italici. Latine MSS. in bibl. ampliſſimi ſenatus Lipſienſis. Meminit *Proclus* ipſe ad Timaeum pag. 201. 203. 242. et theol. platon. lib. II. c. 10. p. 107. Ex libro II. IV. et VII. loca Orphei a Proclo laudata adfert *Eſchenbachius,* MSto Auguſtano vſus, in ſuo Epigene. Vide et p. 59. et 72. Fragmentum ex illo producit *Lambecius* animaduers. ad Codini antiquitatt. CPol. num. 65. *Damaſcius* apud Photium p. 571. innuit, haec commentaria ſubtiliora viſa fuiſſe Marino, quam vt ad ea animum adplicare poſſet. Verba eius haec ſunt: Ὁ δὲ Μαρῖνος τῷ ἀτόνῳ τῆς φύσεως ἐδὲ τȣ̃ Παρμενίδȣ τὴν ὑπεραίρȣσαν ἐξήγησιν τȣ̃ διδασκάλȣ ἤνεγκεν, ἐπὶ τὰ εἴδη δὲ τὴν θεωρίαν κατήγαγεν ἀπὸ τῶν ὑπερȣσίων ἑνάδων. ταῖς Φίρμȣ καὶ Γαληνȣ̃ τὸ πλέον ἐννοίαις ἐπισπώμενος ἢ ταῖς ἀκηράτοις ἐπιβολαῖς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν. Confer Suidam in Μαρῖνος.

4. In Cratylum Platonis. Graece exſtat non tantum in Barberina et aliis Italiae bibliothecis, ſed et inter libros MSS. Iſaaci Voſſii. [pp]) *Compendium in Cratylum* vocat Livius Galantes. Geſnerus in bibl. *Parecholas.* In catalogo MStorum Holſtenianorum apud Morhofium I. Polyhiſt. p. 68. *Scholia ſelecta.* Citatur hoc opus a Lambecio ad Codinum n. 27. et apud Bandurium pag. 829. ad antiquitatt. Byz. Caput 142. et 143. inſpicere iubet Holſtenius in commentario ad veterem picturam Nymphaeum referentem.

5. Vra-

nn) S. pag. 85. ſqq. ed. Kollar. de cod. caeſar. XVIII. nr. 1. vbi *Lambec.* et de illo cod. multus eſt ac nonnulla excerpſit, et in not. 1. de *Aſclepiodoto,* genere Alexandrino, qui omnium Procli diſcipulorum optimus fuiſſe traditur, plura narrat: pag. autem 88. ſq. de *Goganae* verſione lat. in cod. CCLXVII. aut inter philoſophic. latinos codd. nr. 44. agit; Kollar. vero in not. A. plura adfert, laudatque noſtrum Fabric. — De Veneto aliisque codd. v. ſupra, vol. III. pag. 79. not. *zz* et *aaa.* et p. 82. add. cel. *Morelli* bibl. MSt. Ven. gr. et lat. I. p. 116. et ſupra ad §. XV. *Harl.*

oo) V. de cod. Medic. *Heinſii* epiſt. in ſylloge epp. Burmann. tom. V. p. 757. et *Fiſcheri* notit. codd. Platonis etc. l. c. p. 179. in qua notitia plures variarum biblioth. codices, in quibus *Procli* comment. in Parmenidem exſtat, hinc inde memorantur. Add. cod. *Taurin.* CXXXI. fol. 78. et confector. cat. codd. gr. Taur. p. 250. *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 81. et 90. De cod. *Neapolit.* regio, v. ſupra, vol. IV. p. 787. nr. 192. *Harl.*

pp) Conf. cat. bibl. Leidens. pag. 397. nr. 46. in cod. bibl. Auguſtanae Vindel. v. *Reiſer* indic. MSS. Auguſt. p. 82. add. ſupra, vol. III. p. 77. ſq. ac vol. VII. p. 804. et hinc inde in *Fiſcheri* notitia codd. etc. citata, p. 179. bis terue, 182. 185. 192. ſq. etc. *Harl.*

5. Vranodromus. Vide supra num. VIII.

6. Περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων. *De decem dubitationibus circa prouidentiam liber*, e quo excerpta dedi supra pag. 497. seq. [vet. ed.]

7. Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως Μονόβιβλος. *De malorum substantia liber vnus.* Etiam ex hoc dedi excerpta pag. 502.

8. *Commentarius in Claudii Ptolemaei harmonica*, XCVI. capitibus constans, MS. fuit in bibl. Palatina.

9. *Canones manuales*, memorati *Labbeo*, pag. 385. bibl. nouae MSS.

10. Στοιχείωσις φυσική. MS. in codice Bauarico CL. *Fabr.* It. in cod. *Taurin.* CXXXI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 229. sq. At enim idem opus est, quod supra §. VII. sub titulo περὶ κινήσεως βιβλία β'. iam occurrit, et ab ipso Fabric. est obseruatum. *Harl.*

[Procli Diadochi commentar. in Nicomachi Geraseni arithmet. institutiones, in cod. *Parisino* bibl. publ. MMCCCLXXV. *Harl.]*

De SCRIPTIS PROCLI PERDITIS.

1. Opus in plures libros distributum εἰς τὸν λόγον τῆς Διοτίμας περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως, cuius mentionem fieri notat Holstenius in scholio quodam codicis Medicei commentariorum Procli ad Platonis politiam. Γυναικὸς Διοτίμας μαντικῆς mentio apud Platonem in conuiuio pag. 187.

2. In *Phaedonem* Platonis commentatus est admodum iuuenis, scripto excipiens ea, quae a Plutarcho, Atheniensi, audiuerat. Non tamen videtur illa in lucem edidisse. Confer, si placet, *Marinum* in Procli vita cap. 12.

3. In *Philebum* Platonis scripsisse se innuit pag. 53. et 222. in Timaeum, idemque licet colligere ex narratione *Damascii* apud Photium pag. 550. et Suidam in Μαρῖνος. Refert enim Damascius, Marinum, Procli discipulum, commentaria πολύστιχα in Philebum composuisse, eaque Isidoro censenda commisisse; sed ab eo, postquam illa legisset, nullum aliud tulisse responsum, quam ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου, quae verba Photii interpres, vir cetera doctus, sed in Photii versione, in his praecipue ex Damascio excerptis saepissime lapsus, non bene reddit, *videri magistro digna*, cum sensus sit *sufficere ea, quae a praeceptore*, hoc est, vt mihi videtur, a Proclo in Philebum, *scripta essent*. Quem verborum Isidori sensum esse vidit etiam vterque Suidae interpres H. Wolfius et Aemilius Portus.

4. *In Phaedrum Platonis.* Meminit Proclus ipse lib. V. in Timaeum pag. 329. et lib. I. pag. 28 *Fabr.* In catal. tamen codd. Bauar. pag. 64. citatur cod. CLXIV. *Procli Diadochi in Parmenidem et Phaedrum Platonis libri VII. Herminae* philosoph. scholiorum in Platonis Phaedrum. *Harl.*

5. *Liber*

5. *Liber pro Platonis Timaeo aduersus ἀντιῤῥήσεις Aristotelis.* Id. p. 226. βιβλίον ἰδίᾳ ἐκδεδωκὼς εἰδὼς τῶν πρὸς τὸν Τίμαιον Ἀριστοτέλους ἀντιῤῥήσεων ἐπισκέψεις ποιουμένων.

6. *In Protagoram Platonis* videtur innuere *Proclus* pag. 10. in Timaeum.

7. Καθαρτικὸς τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος, aduersus Domninum. Suid. Δομνῖνος,

[?] 8. In Theaetetum Platonis, laudat Marinus in Procli vita cap. vlt. Proclus ipse pag. 78. in Timaeum.

9. *Platonem de legibus.* Proclus ipse p. 178. in Timaeum ὡς ἐν νόμοις εἴρηται.

10. Ὑπομνήματα εἰς τὰς Πλωτίνου Ἐννεάδας. *Commentaria in Enneades Plotini.* Memoratur *Lilio Gyraldo* dialogo 2. de poetis antiquis. Sed *Paulus Colomesius* in notis ad Gyraldum pag. 77. negat, Proclum in Plotini libros scripsisse, nec dubitat, esse errorem confundentium Plotinum [qq]) cum Platone. [rr]) Video tamen, Procli in Plotinum commentarios memorari non tantum a *Marsilio Ficino* ad Plotinum, *Philippo Labbeo* bibl. MSS. pag. 286. et in *Ismaelis Bullialdi* notis ad Theonem, Smyrnaeum, pag. 224. sed etiam in nota quadam, codici vetusto MS. Iamblichi de mysteriis Aegyptiorum praefixa, et a *Thoma Galeo* descripta, memini eius mentionem fieri his verbis: Ἰστέον, ὅτι φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τοῦ Πορφυρίου ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν Ἰάμβλιχος. Ad quam anonymi obseruationem haec adnotat vir doctissimus: *Horum commentariorum, quae in Plotinum scripsit Proclus, praeter Anonymum hunc qui meminerit, vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco* περὶ ἀρχῶν. *Nam Ficinus, aliique post eum, Anonymum sequuntur.*

11. In Aristotelis librum περὶ ἑρμηνείας *praelectiones*, sed, vt videtur, numquam ab auctore in lucem editae, ex quibus, quantum memoria ipsi suggerebat, suo ad eumdem philosophi librum commentario inseruit *Ammonius*, Hermeae F. Procli discipulus, vt ipse testatur in limine commentarii his verbis: Εἰ δέ τι καὶ ἡμεῖς συνηθείημεν εἰσενεγκεῖν περὶ τὴν τοῦ βιβλίου σαφήνειαν ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγήσεων τοῦ θείου ἡμῶν διδασκάλου Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου τοῦ εἰς ἄκρον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τήν τε ἐξηγητικὴν τῶν δοκούντων τοῖς παλαιοῖς δύναμιν καὶ τὴν ἐπιστημονικὴν τῆς φύσεως τῶν ὄντων κρίσιν ἀσκήσαντος, πολλὴν ἂν τῷ λογίῳ Θεῷ χάριν ὁμολογήσαιμεν.

12. Ὕμνοι. *Hymnos* non paucos Procli iampridem intercidisse, notaui supra num. II.

qq) Vicissim in D. Reiseri catalogo MStorum bibl. Augustanae pag. 75. pro Porphyrii oratione *de vita Platonis* et dispositione librorum eius, lege *de vita Plotini.*

rr) Conf. supra, vol. V. p. 696. sq. §. VI. *Harl.*

[*] 13. *Epigrammata.* Procli inter poetas ἐπιγραμματογράφους mentionem facit Tzetzes prolegomenis ad Lycophronem. *Fabr.* V. supra, vol. IV. pag. 493. et *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 519. sq. de cod. Anecdot. anthol. gr., a *Leon. Philara* scripto. *Harl.*

14. Χρηστομαθίας *libri duo,* ex quibus excerpta duntaxat superesse dixi supra num. XII. In Gesneri bibl. vox χρηστομαθίας transfertur *de bona disciplina,* vti Petrus Crinitus suos Electorum libellos *de honesta disciplina,* inscripsit. Sed in eadem Gesneri bibl. et Simler. epitomes editionibus, quas inspexi, annorum 1555. 1574. et 1583. dicitur praeterea *Proclus* etiam scripsisse *Christomachiam,* eamque MStam seruari Romae in bibliotheca Vaticana. Non dubito autem, quin et heic *chrestomathia* legendum sit, et intelligantur illa ex Procli χρηστομαθίας libris excerpta, quae leguntur in bibliotheca Photii et quae separatim vna cum notis edidit Andreas Schottus.

15. Μητρωακὴ βίβλος, *liber de matre Deum.* Suidas: ἔγραψε Πρόκλος μητρωακὴν βίβλον, ἣν, εἴ τις μετὰ χεῖρας λάβοι, ὄψεται, ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν περὶ τὴν Θεὸν θεολογίαν ἐξέφηνεν ἅπασαν, ὥστε μηκέτι θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων. Quae ad verbum petita sunt ex parte vitae Procli, quam primus in lucem protuli cap. 33. Ceterum non audiendus vir summus, qui lib. V. harmoniae mundi cap. 10. suspicatur, hymnum Procli in solem, qui etiamnum superest, fuisse partem μητρωακῆς.

16. Εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν. *In theologiam Orphei.* Meminit Suidas. Et videtur hoc opus in duos libros distinctum fuisse, vt colligo ex eodem Suida in Συριανός. Plura de eo *Marinus* cap. 27. Vnde disces, nihil aliud continuisse, quam electa ex Syriani commentariis, in Marini gratiam adnotata et a Marino congesta; ipse enim Proclus, quo minus proprio Marte in Orphica scriberet, in somnio deterritum esse se ferebat.

17. Περὶ τὰ λόγια, βιβλία ι. *In oracula libri decem.* Suidas. [ss]) Hoc opus partim ex Syriani ore, sed praecipue ex Porphyrii ac Iamblichi scriptis quinquennii spatio a Proclo collectum et septuaginta tetradas oraculorum, hoc est CCXXX. versus, complexum fuisse, testatur *Marinus* cap. 26. Meminit *Proclus* ipse pag. 359. in πολιτείαν, εἴρηται διὰ πλειόνων ἐν τοῖς εἰς τὰ λόγια γεγραμμένοις. Fortasse iam perierat, quum Psellus et Pletho pauca quaedam oracula illustranda et dissensum eorum a christianis dogmatis ostendendum sibi sumerent. Idem Psellus siue Simeon Sethi in libro de alimentorum facultatibus, vbi de Philomela pisce agit, p. 141. Proclum τὴν χαλδαϊκὴν [*] φιλοσοφίαν αἰνιγματωδῶς ἐξηγούμενον memorat, vbi sine caussa ambiguus haeret interpres clarissimus *Martinus Bogdanus,* vtrum nostrum Proclum Psellus intellexerit.

18. Ὑπόμνημα εἰς ὅλον τὸν Ὅμηρον. *In Homerum integrum commentarius.* Suidas. Sollemne fuit iunioribus platonicis in poetarum principem commentari, vt obseruatum

ss) V. supra, vol. I. p. 510. §. VIII. vbi CCLXXX. numerantur versus. *Harl.*

tum viro summo Lucae Holstenio in Porphyrii vita. Ceterum hoc Procli in Homerum opus tributum fuit in libros septem, vt ex eodem Suida colligo in Συριανός. Vide, quae supra ad init. huius cap. in nota, de Syriani scriptis adnotaui. Etiam in quaestionibus siue dissertationibus Procli ad Platonis politiam, fabulae quaedam et dicta Homeri philosophice exponuntur, vt iam monui supra, num. XVI. In iisdem pag. 375. citantur etiam Syriani λύσεις Ὁμηρικῶν προβλημάτων. *Fabr.* Conf. supra, vol. I. pag. 401. et pag. 520. nr. XCII. *Harl.*

19. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. *De diis apud Homerum.* Suidas. Refero hoc inter scripta Procli deperdita, quamuis probe meminerim, de hoc argumento agi in dissertationibus, quae editae sunt ad Platonis politiam isthoc titulo. Sed quia res minus certa est, et Suidas ipse commentarios Procli in politiam ab hoc opere de diis Homericis distinguit, nos quoque distinguere maluimus. Videtur illud respicere Anonymus de incredibilibus, ab Allatio editus, vbi Proclum laudat cap. 19.

20. Συμφωνία Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος. *Concordia Orphei* tt), *Pythagorae ac Platonis.* Suidas. Huc refer verba Marini cap. 22. ἐξηγούμενός τε πάντα ἐνθουσιαστικώτερον, καὶ εἰς συμφωνίαν ἄγων κ. τ. λ. Sic *Hierocles* libro quarto de fato ac prouidentia consensum Platonis cum Orpheo et τοῖς λογίοις demonstrauerat, teste Photio, et, Telephum, grammaticum, Suidas refert, scripsisse περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. Non in isto autem tantum opere Proclus Syriani exemplo, sed in aliis quoque scriptis suis concordiam hanc ostendit, praecipue in commentariis in Timaeum, ex quibus vnum locum adferre iuuat, qui legitur libro quinto pag. 291. Πυθαγόρειος ὢν ὁ Τιμαῖος ἕπεται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς, αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀπορρήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμου τελετὰς μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν σοφίαν Ὀρφεὺς παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύσθη. Ex hoc loco, vt id obiter notem, restituendus *Iamblichus* pag. 135. de vita Pythagorae, vel potius comprobanda [?] medela, quam illi feliciter adtulere eruditissimus Gisbertus Cuperus libro tertio obseruationum, et in dissertatione de scriptis Socratis, Allatio opposita, desideratissimus Godfridus Olearius noster, et Iamblichi editor doctissimus, Ludolphus Küsterus. Sed et passim sollicitum Proclum esse video, quo Aristotelem cum Platone consentire doceat, vnde *vtriusque philosophi glutinum* adpellatur a Iulio Caesare Scaligero ad librum secundum Aristotelis de plantis.

21. *Liber de tribus monadibus νοηταῖς*, τῇ ἀληθείᾳ, τῇ καλλονῇ et τῇ συμμετρίᾳ, meminit Proclus ipse p. 433. in Politiam.

22. Περὶ ἀγωγῆς β. *De disciplina theurgica libri duo.* uu) Suidas. Vide, quae notaui ad Marinum cap. 28.

tt) Theologum. Arithmetices pag. 57. οἱ Πυθαγορικοὶ κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ.

uu) De theurgia et Procli insano illius amore v. *Burigny* in vita Procli, ex Hissmanni versione german. etc. p. 203. sqq. *Harl.*

[*Simplicius* ad Ariſtot. de anima etc. C. 9. b. ὁ Πρόκλος, inquit, βιβλίον συνέγραψεν τὰς τοῦ Ἀριστοτέλους ἐνστάσεις τῇ λεγομένῃ γενέσει τῶν σωμάτων ἐξ ἐπιπέδων ἐπενεχθείσας διαλύων. v. infra ad cap. de Simplicio indicem ſcriptor. in Simplicium ad Ariſtot. de anima etc. *Harl.*]

[Lycophron cum ſcholiis *Procli* eſſe dicitur in cod. Barberino. v. Introd. meam in hiſt. L. Gr. p. 64. num vero *Procli* noſtri *diadochi* ſint, equidem neſcio. — Inedita autem, de quibus Burigny l. cit. ſe acturum eſſe promiſit, ea ſunt, quae e cod. Hamburg., cuius apographum nactus erat Burigny, ſupra citauit Fabricius et partim publicauit. *Harl.*]

[Subiungam mentionem libri, a *Brüggemanno* in View etc. p. 437. factam:

A Translation from *Porphyry* and *Proclus*, containing their opinions on ſacrifice and prayer, by *Thomas Taylor*, in his translations of the myſtical Initiations, or, Hymns of Orpheus. Londini 1787. 8. *Harl.*]

Claudam hoc caput epigrammate, quod in Proclum eiusque vitae ſcriptorem, Marinum, exſtat in anthologia lib. I. cap. 86.

Καὶ τόδε σῆς ζαθέης κεφαλῆς περιώσιον ἔργον,
ΠΡΟΚΛΕ μάκαρ, πάντων βρέτας ἔμπνοον ὅττι ΜΑΡΙΝΟΝ
Ἀθανάτων, μερόπεσσι βοηθόον εὐσεβέεσσιν
Ἀντὶ τεῆς ἱερῆς κεφαλῆς ψυχοσσόον ἄλκαρ
Κάλλιπες, ὃς βιοτὴν θεοτερπέα σεῖο λιγαίνων
Γράψε τάδ' ἐσσομένοις μνημήια σῶν ἀρετάων.

Diuini capitis ſacrum eſt opus hoc quoque felix,
Procle tui, ſimulacrum quod viuum ipſe Marinum
Diuorum, atque piis decus auxiliumque relinquis,
Qui robur pro te ſacro capite eſſe ſalusque
Claraque virtutum poſſet monumenta tuarum
Poſtera commendare ſuis ad ſaecula ſcriptis.

Index ſcriptorum,

in Procli commentariis ad Timaeum et remp. Platonis, nec non in theologia eius platonica memoratorum, concinnatus a me per otium.

Th. theologiam, nudi numeri paginas edit. graecae Baſil. fol. commentariorum denotant.

Lib. I. in Timaeum incipit pag. 1. II. pag. 63. III. pag. 139. IV. pag. 238. V. 289. In politiam. pag. 349.

Aegy-

Bere-

In

Stesi-

Tragoe-

[P] CAPVT XXII. (olim XXVII.)

De S. CYRILLO, Alexandrino.

I. Cyrilli, Alexandrini, aetas et vita. II. Alii Cyrilli. III. Operum Cyrilli, Alex., codd. atque editiones. IV. Scripta in septem Voluminibus editionis graeco-latinae Paris. recensita cum variis obseruationibus. V. Index graecus scriptorum Cyrilli, positis litterarum ordine singularum homiliarum, aliarumque commentationum initiis. VI. Index eorum, quae latine tantum exstant. VII. Index scriptorum, quae Cyrilli non sunt, sed cum Cyrillo in editione Auberti sunt edita. VIII. Scripta Cyrilli edita, quae in editione graecolatina desiderantur. IX. Scripta, quae sub Cyrilli nomine falso feruntur. X. Scripta Cyrilli, Alexand. inedita. XI. Deperdita. XII. Index eorum, ad quos vel contra quos scripsit Cyrillus. XIII. Index chronologicus et alphabeticus patriarcharum Alexandrinorum.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

S. CYRILLVS ἀδελφιδοῦς vv) Theophili, archiepiscopi Alex., apud hunc θεῖον suum a tenera aetate institutus, diligentem operam litteris, sacris praesertim, nauavit. Inde per aliquot annos inter monachos Nitriae ww) versatus, Alexandriam rediit, et a. C. 403. interfuit synodo Chalcedonensi ad Quercum, xx) in qua, praeside Theophilo, Alexand., condemnatus ac depositus est S. Iohannes Chrysostomus. Post Theophilum, a. 412. 15. Octobr. defunctum, Cyrillus in archiepiscopatum Alexandrinum euectus fuit statim tertia die post, aliis incassum pro Timotheo, archidiacono, laborantibus. Inter alia, quae gessit magno zelo et ardore, yy) celebratissima omnium

vv) *Nicephoro* XIV. 25. *fratris filius.* Sed *Facundo* II. 4. et Tripartitae X. 25. *consobrinus,* et auctori chronici orientalis p. 118. rectius, *sororis filius.* Confer *Tillemont.* tom. XIV. p. 267. et 747. seq. *Sam. Basnagium* ad a. C. 444. n. 12. *Eusebium Renaudotum* in historia patriarcharum Alexandrinorum p. 108. *Sirmondum* tom. II. operum p. 459. *Fabr.* Add. vita S. Cyrilli, ex variis auctoribus collecta, in Actis SStorum Antwerp. d. 28. Ian. p. 843. *Pagii* crit. Baron. ad a. C. 412. nr. XXIII. p. 17. et 18. tom. VII. et ibid. p. 565. sq. ad a. C. 444. VI. *G. Caue* hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 391. *L. Ell. du Pin* Nouv. biblioth. tom. IV. *C. Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1007. sqq. *R. Ceiller* Hist. generale des Auteurs eccles. tom. XIII. pag. 241. sqq. *Mich. le Quien* orient. christ. tom. II. p. 407. *Hambergeri* zuverl. Nachr. III. pag. 142. sqq. *Saxii* Onom. I. p. 480. qui iudicat, Cyrillum, Alex., fuisse praestantiorem eruditione theologum, quam virum bonum; saltem fata caedesque Hypatiae animum eius fecerunt suspectum. Add. *Schroeckh* hist. eccl. christian. tom. VII. p. 46. sqq. et 418. sqq. tom. IX. p. 23. sq. et 118. sq. et meam Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 284. sq. *La Croz.* thes. epistol. I. p. 193. sq. *Harl.*

ww) Renaudot. p. 106.

xx) Cyrillus ipse epist. ad Acacium in Baluzii noua collect. concilior. p. 759. de illa synodo loquens: *et essem ego vnus adstantium.*

yy) Nam, quum esset animo vehementi atque incontinenti et turbulento arrogantique ingenio, facile, pro re bona quasi dimicaturus, ar-

omnium ore eſt, quae totam eccleſiam longo tempore commouit, condemnati [*] atque in concilio Epheſino a. C. 431. depoſiti Neſtorii hiſtoria et graue diſſidium cum orientalibus epiſcopis Ioanne Antiocheno, Theodorito Cyrenſi aliisque, quorum adventum in ſynodo non exſpectauerat, zz) et a quibus cum Memnone, Epheſi epiſcopo, depoſitus a) et in carcerem datus a comite, Iohanne, ſed mox iterum ab concilio reſtitutus et ab imperatore libertati dignitatique priſtinae redditus eſt. Haec copioſius qui noſſe deſiderat, acta ſynodi Epheſinae, Socratem, Liberatum, Facundum, Euagrium, Theophanem, Leontium Byz. et ſynodicon aduerſus tragoediam Irenaei b) [et *Manſi* coll. conc. etc. IV. coll. *Walchio* p. 487. ſq.] euoluet, atque e recentioribus, (praeter annalium ſcriptores) conſulet *Tillemontium* tomo XIV. memoriarum hiſt. eccles. *Io. Garnerium* ad tom. II. Marii Mercatoris, *Petauium* in dogmatibus theologicis de incarnatione, et *Ludouicum Dulcinum* in hiſtoria Neſtorianiſmi, gallice edita Roterodami 1698. in 4to. Obiit Cyrillus a. C. 444. 27. Iun. c) Eius memoriam

que Athanaſium imitaturus, ſecundum multorum quidem narrationes iudiciaque, ad rixandi libidinem et facinora, a praeceptis exemploque ſoteros noſtri, cuius cauſſam ſuſcipere conabatur, valde aliena, eſt abreptus. *A la Croze* in Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes tom. I. p. 14. ſqq. atris depingitur coloribus — Is tamen ab auctore lib. Hiſtoire de l'electicisme, part. I. p. 285. ſqq. at tamen non ſine partium ſtudio refutatur. Atque ab aduerſariis forte plura ei imputata ſunt, quam par eſſet. Eum certe a communi calumnia eorum, quae in tumultu, Alexandriae contra Iudaeos, praecipue contra Hypatiam orto, ſuaſiſſe et patraſſe dicitur, haud male defendit *Wernsdorf* in IV. diſſert. de Hypatia, philoſopha Alexandrina, Viteberg. 1748. 4. At tamen, annon in perſequutione caedeque Iudaeorum, et tumultu contra hos, licet haud prorſus innoxios, a. 415. Alexandriae exorto, etiam in turbis, contra Neſtorium motis, (v. *Walch.* l. mox citato, p. 930. ſqq.) fines humanitatis muneris ſui atque poteſtatis migrarit, et num omnia poſſint excuſari, nedum defendi, valde dubium eſſe videtur. (v. *Schroeckh.* l. c. tom. VII. p. 418. Moderate iudicant *Moshem.* in Inſtitutt. hiſt. eccl. p. 207. *Brucker* in Hiſt. crit. phil. VI. pag. 382. et alii. *Harl.*

zz) V. *Walch.* l. poſtea citato p. 470. ſqq. *Harl.*

a) *Tillemont.* tom. XIV. p. 409. ſeq. 427. 432. ſeq. 456. 464. 483. ſeq. *Fabr. Walch.* hiſt. haeres. V. p. 446. ſqq. in primis hiſtoria *concilii Epheſini* vberrime exponitur pag. 452. ſqq. et multi citantur VV. DD. p. 495. ſqq. de condemnatione p. 514. ſqq. de Ioanne, et cuſtodia ac reſtitutione Cyrilli ac Memnonis; conf. p. 548. ſqq. item p. 542. ſqq. ſobrie iudicatur de iis, quae geſta ſunt in concilio Epheſino. (Add. eund. *Walch.* in hiſtoria concilior. p. 286.) In ſect. III. p. 569. ſqq. exponuntur controuerſiae Cyrilli cum orientalibus epiſcopis ſoluto concilio Epheſino. etc. *H.*

b) Prima editio ſynodici illius a *Chriſtiano Lupo*, Louan. 1682. 4. altera a *Baluzio* in noua collectione concilior. pag. 666. ſq. Paris. 1683. fol. Tertia a *Io. Garnerio* in auctario operum Theodoreti, ibid. 1684. fol. vide, quae volumine ſuperiore p. 442. *Tillemontium* p. 605. *Fabr. Walch.* l. c. p. 475. *Manſi* collect. concil. ampl. V. p. 770. ſqq. *H.*

c) Inprimis *Chriſtian. Guil. Franciſc. Walch.* in: Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Ketzereien etc. part. V. per totum caput II. pag. 289—936. de controuerſiis cum Neſtorio et Neſtorianis, in quibus, quod Cyrillus praecipuam ſuſtinuit perſonam, multa de eo et concilio Epheſino narrantur, et de Cyrilli animo ingenioque, ambitione et partium ſtudio aperte

moriam latina celebrat ecclesia 28. Ianuar. (ad quem diem videndus in Actis Sanctorum Bollandus de Cyrillo copiose differens) et graeca 9. Iunii et 18. Ianuar. τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπων Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Quoniam dogma catholicum de incarnatione verbi tanta animi contentione adseruit; perinde alienus ab Eutychis, quam a Nestorii erroribus, hinc γνώμων τῆς ἀκριβείας, *accurationis regula*, dicitur ab Eulogio apud Photium cod. XXX. p. 452. τῆς ἀκριβείας διδάσκαλος *doctor accuratissimus* p. 454. et θερμὸς τῆς ἀκριβείας καὶ ἀληθείας ἐραστής. p. 441. *feruidus accurationis veritatisque amator.* Quod vero φύσιν vnam [d]) in Christo post vnionem ὑποστατικὴν esse scripsit, locis sexcentis satis demonstrauit, longe alio sensu se intelligere, quam Eutyches deinde est opinatus, atque naturae vocabulo pro ὑποστάσει esse abusum.

[*] II. *Alii Cyrill.*

Cyrillus, *Adanorum* Ciliciae primae episcopus, qui interfuit synodo Orientalium post concilium Ephesinum. Ad eum epistola Theodoriti, in auctario Garneriano pag. 679. Mentio eius in synodico aduersus tragoediam Irenaei cap. 7. 13. 28. 130. 161. [v. supra, vol. VIII. p. 300. et 302.]

Cyrillus, episcopus *Afer*, martyr, de quo Acta Sanctor. 8. Martii tom. I. p. 757.

Cyrilli, *Alexandrini* patriarchae, post celebrem illum, de quo dixi, fuere complures, vnus ab a. C. 1078. ad 1092., alter filius Laklaki ab ao. 1235. ad 1243., tertius Cyrillus Lucaris, qui deinde ad patriarchatum Constantinopolitanum peruenit, a. 1621.

[Cyril-

aperte iudicatur. Pag. 304. sqq. de fontibus historiae Nestorianae; p. 333. sq. de Cyrillo, haud idoneo contra Nestorium teste; p. 382. sqq. de ortu et progressu Cyrilli controuersiarum cum Nestorio, vbi singulae Cyrilli aliorumque epistolae aliaque litigantium scripta, quae ad hanc controuersiam pertinent, fusius enarrantur atque illustrantur: p. 416. sqq. et p. 679. sqq. de Cyrillo, capite et auctore illarum turbarum, eius ingenio etc. in vtramque partem Walch. copiose differit, p. 802. sqq. placita Cyrilli refert, examinatque, (add. p. 842. sqq.) nec eius reticet vitia, atque originem et caussas illorum motuum aperit; p. 680. sq. recenset Cyrilli scripta contra Nestorium, at moderatum fert iudicium. Sed vberior omnium, quae Walch. diligenter collegit, docteque demonstrauit, expositio a nostro abest instituto. In *Mansii* collect. conciliorum amplissima, tom. IV. et V. multae epistolae aliaque scripta vtriusque partis et acta concilii Ephesini leguntur. — De concilio Ephesino v. quoque infra, vol. XI. pag. 400. sq. — In collection. conciliorum, infra in vol. XI. recensorum, multae epistolae aliaque scripta, aut loca ex Cyrilli opp. excerpta, reperiuntur; vid. pag. 398. 406. 436. sqq. 443. — In cod. *Vindob.* CXXXIII. nr. 15. est inter alia, breue et, vt *Lambec.* comment. VII. p. 531. ait, elegans iudicium de *Cyrillo, Alex.*, aliisque. *Harl.*

d) Epistola II. ad Succensum. Confer, quae pro Cyrillo Ephraim, Antiochenus, apud Photium cod. CCXXIX. et Eulogius Alex. cod. CCXXX.

[Cyrillus, Antiochenus patriarcha. — Cyrillus, *Caesariensis*, s. senior, quem ab altero Cyrillo, Hierosolymitano, haud diuersum esse, suspicatur *Touttée* in diss. Cyrillianae I. praefixa eius editt. Opp. Cyrilli Hierosolymit. p. I. et L. vbi plures enumerat Cyrillos. *Harl.*]

Cyrillus, *Armeniae* episcopus, ordinatus ab Eustathio, Sebasteno. Vide S. Basilii epist. 58. et 187.

Cyrillus Contari, *Berrhoënsis*, patriarcha Constantinopolitanus, Cyrilli Lucaris aemulus, strangulatus (anno post eum) 1639. *Fabr.* Conf. *Io. Aymonii* libr. Monumens authentiques, pag. 311. sq. *Harl.*

Cyrillus, *Carmelita*, circa a. C. 1224. de quo Acta Sanctor. 6. Martii tom. I. pag. 498. seq. vbi vita scripta a Ioanne Palaeonydoro. Hic est ordinis Carmelitici tertius prior generalis, natione Graecus, qui ad Ioachimum, abbatem, scripsit. Vnde quorumdam stupor, qui Hierosolymitanum Cyrillum vel Alexandrinum Carmelitis ridicule accensuere. Vide *Labbeum* tom. I. de S. E. p. 246. [*Cantabrig.* in cod. coll. Gaio-Gonuil. nr. 1206. cat. codd. *Cyrilli Presb.* erem. montis Carmel. *visio* s. *vaticinium.*]

Cyrillus, *cathegumenus* monasterii S. S. martyrum, Probi, Tarachi et Andronici, qui interfuit concilio Constantinopolit. pro cultu imaginum, quod sub Alex. Comneno habitum est in triclinio Blachernarum.

[Cyrillus Chius, v. infra vol. X. p. 501. Diuersus a *Cyrillo Cio*, episcopo prouinciae Bithyniae, qui concilio Nicaeno subscripsit. v. *Henr. Valesii* emendatt. libr. II. pag. 49. *Harl.*]

[Cyrillus, chronographus, v. supra, vol. VII. p. 472. sqq. *H.*]

Cyrilli, *Constantinopolitani* patriarchae, suere tres, vnus Cyrillus hic *Contari*, de quo paullo ante in Berrhoeensi, alter Cyrillus *Lucaris*, de quo mox: et tertius Cyrillus Σπανὸς ὁ Τορνέβε ab a. 1652—1656. *Fabr.* Sub nomine *Cyrilli*, patriarchae CPol., circumfertur *censura confessionis*, fidei Caluinianae. v. plura infra in vol. X. p. 416. nr. 9. vet. ed. — *Cyrill. Tornobi* patriarcha fuisse dicitur a. 1651. dies XX. restitutus a. 1654. dies XIV. *Harl.*

[Cyrillus, *Cyzicenus*, cuius lib. de S. Blandula et figulo, est *Oxon.* in cod. Barocc. XXV. p. 273. inc. τί τὸ ἱερὸν τοῦτο. *Harl.*]

Cyrillus, *Dalmata*, a. C. 863 *Morauorum*, *Slauorumque* apostolus et *Bulgarorum*, vna cum fratre, Methodio, de quo praeter scriptores, lib. V. cap. 1. §. XXX. [vol. VII. pag. 272. sq.] citatos, adeundus Ioh. Weichard Valuasor et *Erasmus Francisci* in parte secunda operis, germanice editi: Ehre des Herzogthums Crain lib. VI. cap. I. vbi de litteris Slauonicis, a Cyrillo et Methodio repertis.

[Cyrillus, *diaconus*, cuius martyrium in vitis Sctorum m. Maii legitur in cod. *Barocc.* Oxon. CCLX. p. 159. *H.*]

[‡] Cyrillus, *grammaticus*, gloſſarii graecolatini auctor, de quo alibi. *Fabr.* De lexico biblico, quod ſub nomine modo Cyrilli, modo Philonis, modo Origenis ſupereſt, v. ſupra, lib. IV. cap. 37. vol. VI. p. 199. ſq. et vol. IV. p. 470. de Cyrillo, grammatico, inter poetas epigrammatar; it. vol. VI. p. 321. de *Cyrilli*, vel potius *Io. Philoponi*, collect. vocc. diſcrepantium etc. adde paullo poſt, ſect. IX. ad nr. 172. *Harl.*

Cyrillus, *Heliopolitanus*, ſub Iuliano martyrium paſſus, de quo Theodoritus III. 7. Hiſt. et Suidas in *Κύριλλος*.

Cyrillus, *Hieroſolymitanus*, de quo dixi lib. V. cap. 14. Nunc tantum addo, diuerſum ab hoc videri Cyrillum, cui Hieronymus fidei ſuae confeſſionem tradidiſſe ſcribit epiſtola 77. vide *Tillemont.* tom. XII. p. 624. *Fabr.* Ab Cyrillo, Hieroſolymit. differt alius eiusdem aetatis eiusdem Cyrilli competitor, et poſt huius exauctorationem ſedis Hieroſolymitanae inuaſor; v. *Touttée* diſſ. Cyrill. laudat. cap. I. §. II. p. I. inprimis cap. VIII. nr. 48. pag. XLVIII. ſqq. *Harl.*

Cyrillus, *iuriſperitus*, quem inter ſcholiaſtas Βασιλικῶν memorabo infra, libro VI.

Cyrillus, *Laurae S. Sabae* presbyter, qui ſcripſit encomium S. Theognii, aſcetae et epiſcopi Cypri. Incipit: *Θεόγνιος ὁ πανεύφημος.*

[Cyrillus, *Lesbius*, patriarcha CPolitan., quem ſui aequalem *Demetrius Procopius* de eruditis graecis, virum doctiſſimum et inprimis pium laudat. v. *Fabric.* infra, vol. XI. pag. 790. §. LXIV. *Harl.*]

Cyrillus, *Lucaris*, ex Alexandrino patriarcha Conſtantinopolitanus, ſtrangulatus ao. 1638. de quo conſules librum: Defenſe de la perpetuité de la foi, Paris. 1709. 12. et memorias litterarias Treuoltinas anni 1710. p. 626. ſeq. Sed et Hottingerum, Thom. Smithum aliosque, citatos a me lib. V. cap. 5. p. 749. [primae edit. vol. VI.] *Fabr.* In bibl. *Leidenſis* catal. p. 326. nr. 26. inter codd. memorantur *Cyrilli*, patriarchae, epp. XIV. ad Dauid. de Willem. — copia epiſtolarum Cyrilli, patriarchae CPol., ad ſenatores, doctores, miniſtros etc. Geneuenſes, item ad Diodatum et Ant. Leger: Confeſſio fidei propria Cyrilli manu conſcripta, menſe Ianuar. a. 1631. — pag. 342. nr. 67. Graecorum confeſſio, a Cyrillo in margine paſſim emendata. — In cat. codd. Angliae etc. tom. II. p. 37. nr. 1503. inter codd. Comitis Denbigh. Relation of the Practices of the Ieſuits againſt *Cyrilius*, Patriarch of CPle, and the cauſe of their Baniſhment. *Harl.*

Cyrillus, *martyr*, Cretenſium epiſcopus, cuius vitam, ab Anonymo Cretenſi ſcriptam, habuit Allatius hoc initio: *ὡς ἂν μὴ τὸν λόγον ἀνέρμοστον πρὸς τὴν διήγησιν ἐσόμενον.* [v. vol. IX. p. 70. vet. ed.]

Cyrillus

[Cyrillus, *medicus*, (v. infra vol. XIII. p. 134.) alius, metropolita *Nicaenus*, a. 1675. v. fupra, vol. VIII. pag. 91. *Harl.*]

[Cyrillus, epifcopus *Satalorum* vel prope Satala in Armenia, cuius meminit *Bafilius* epift. 187. p. 202. et forfan etiam epift. 58. pag. 86. Plura de eo difputauit *Toutiée* in diff. I. Cyrilliana citata p. I. et II. vbi quoque Cyrillus, *Gortinenfis*, et alius incertae in Syria, vt videtur, fedis epifcopus a. 379. vel 380. nominantur. *Harl.*]

Cyrillus, *Scythopolitanus*, monachus S. Laurae Hierofolymitanae, qui medio fexto poft Chriftum natum faeculo floruit et varias vitas Sanctorum graece fcripfit, de quo dicam infra fuo loco. *Fabr.* Infra, vol. X. p. 155. fq. vet. ed. — In cod. arab. quondam Vaticano, nunc Paris. vita Euthymii et Sabae, abbatum; vid. recenfio MSSt. codd. qui ex vniuerfa bibl. Vaticana — a. 1797. procuratoribus Gallorum — traditi fuere, etc. Lips. 1803. 8. p. 18. nr. 74. — in cod. gr. CCLI. *Vindob.* eft fragmentum ex *Euthymiaca hiftoria* de rebus geftis S. *Euthymii*, abbatis Palaeftini, mortui a. C. 472. quam *Lambec.* in commentar. V. p. 329. fqq. not. 1. confcriptam effe putabat a *Cyrillo, monacho:* at refutauit illam Lambecii opinionem et *Kollarius* in not. *B.* ad Lambecii loc. cit. atque ad vol. VIII. p. 363. fq. vbi ac pag. 645. fqq. *Lambec.* fuam repetiit fententiam, et *Fabricius* infra, vol. X. p. 156. fq. nr. 4. add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 503. et *Montfaucon* in Analectis p. 67. atque in diario ital. p. 32. *Harl.*

Cyrillus, *Treuirorum* epifcopus circa a. C. 458. de quo Acta Sanctor. 19. Maii tom. IV. pag. 331.

Hifce addam lubens, quem nec vetus Graecia faftidiffet eruditis fuis ciuibus ac poëtis, fi prifca illa aetate vixiffet, cum laude accenfere, M. *Iohannem Godofredum Herrichen*, rectorem quondam fcholae fenatoriae Lipfienfis, meum a prima pueritia praeceptorem formatoremque adolefcentiae, fingulari fide ac dexteritate. Huius memoria femper animo meo futura cara ac venerabilis etiam *Cyrilli* mihi nomen iucundum facit, quo ille pro vernaculo fuo *Herrichen*, quod *Domnulum* e) fonat, libenter vtebatur, poftremis annis potiffimum: fub quo etiam Adonin fuum facrum edidit, anno 1716. vtili inftituto praeclari Friderici Frifii cura Altenburgenfibus typis recufum. Quam foecundum fuerit eius et quam elegans [p. 557] ingenium, quanta graecae et latinae linguae peritia, et in vtraque, fed graeca praefertim, poëticae venae facultas ac felicitas, magis perfpicuum faciam, quando carminum eius Volumen, quod, a digno patrueli τȣ̃ μακαρίτȣ *Augufto Herrichen* collectum, accepi, in lucem quod opto proxime proferre dabitur. f) Diem obiit vir optimus g) in coelibe vita LXXV. fuper-

e) *Domnuli* cuiusdam Afri, viri docti mentio apud *Sidonium* IX. 13. et 15. et IV. 24. vbi vide fi placet Sirmondi notas.

f) Fabricius a promiffis ftetit et *Herrichen* poemata gr. et latina iunctim excudi fecit Lipfiae 1717. 8. *Hieronymus Freyerus* in fafciculo poëmatum graecorum, Halae Magdeb. 1715. 8. edidit *Io. Gothofr. Cyrilli* f. Herrichen, nr. 1 Adonica quaedam et nr. 17. tetrafticha quaedam facra trochaica. *Harl.*

g) Vide acta eruditorum tom. IV. fupplem. p. 89. feq.

ſupergreſſus annos, et rude ante aliquod tempus donatus, Lipſiae a. MDCCV. V. cal. Febr.

III. Cyrilli operum codd. MSS. et editiones.

[V. *Fabricius* de ſcriptorr. de verit. relig. chriſt. cap. 2. §. XXVI. pag. 104. *Heum.*]

[Primum nonnullos codd. (quorum magna vis eſt,) *Cyrilli, Alex.,* memorabo; notitiam multorum aliorum ſuis locis inſeram. — Secundum *Matthaei* notit. codd. gr. Moſquens. p. 21. et 22. in cod. XIII. fragmenta plura. — P. 28. ſq. in cod. XIX. in catena patrum in Geneſin et Exodum: — p. 35. et 36. in cod. XXIV. ſ. catena patrum in Ieſaiam, et pag. 36. in cod. XXV. ſ. diuerſa a ſuperiore catena in Ieſaiam. — In bibl. *Eſcorialenſi* regia, (teſte *Pliiero* in Itinerario per Hiſpan. p. 163. ſq. coll. *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. pag. 618. ſq.) ſunt varia multaque Cyrilli opp. Hoc loco tantum memorari liceat, 1) *Lexicon* particulare ex Cyrilli opp. cum dictionibus diuinae ſcripturae per Anton. philoſophum; 2) *Collectio dictionum* ex variis libris V. ac N. Teſt. nec non externae ſcripturae; 3) quod non oporteat definitam fidem a SS. PP. in Nicaena ſynodo commouere; 4) *Cyrilli,* (vel forte alterius,) in Geneſin, vel de hiſtoriis veteris ſcripturae cum ſynopſi particulari de theologia et de hiſtoria veteri; 5) ex libro, cuius inſcriptio eſt: demonſtratio per ea, quae antiquitus facta ſunt: diuina oracula Stis vatibus patriarchis etc. 6) de adoratione et cultu in Spiritu Sto et veritate ad Palladium libri XVII. per dialogi modum, et apologeticus pro 12. capp. 7) in adſcenſione domini et de myſtico prandio ac lauacro. 8) adclamatio ad imper., Theodoſium, et ex confutationibus aduerſus Iulianum, apoſtatam, ſectiones X. libr. II. 9) demonſtratio de proceſſione Spiritus S. 10) epiſtola canonica ad *Dominum,* (Domnum?) et epiſcopos in Libya. — *Vindobonae* in bibl. caeſarea, voluminib. III. IV. V. VI et VIII. ed. *Lambec.* comm. permulti ſeruantur codd. in quibus ſunt varia Cyrilli ſcripta aut excerpta. Hoc loco ſufficiat quorumdam notitia: cod. LVIII. nr. 2. vol. III. p. 255. ſq. Kollar. Sententiae *Cyrilli, Alex.,* et aliorum de vero deum adorandi modo in ſpiritu et veritate. — In vol. IV. p. 255. ſqq. cod. CXLVI. nr. 2. 13. 21. et 33. excerpta plura ex *Cyrilli* expoſitionibus in V. T. — nr. 17. *Cyr.* orat. in feſtum purificationis. — pag. 365. etc. fragmenta in codd. CLXIV. nr. 6. CLXVI. nr. 1. CLXVII. et CLXVIII. CLXXXVIII. nr. 22. et in hoc quoque cod. nr. 12. *Cyrilli* et S. Anaſtaſii Sinaitae expoſitio compendiaria orthodoxae fidei, de qua v. paullo poſt, §. IX. nr. 167. — in vol. V. varia opuſc. inprimis excerpta et fragmm. in cod. CCXLIV. nr. 4. — in cod. CCXLVI. nr. 14. ex libro II. de ſacrificio agni; — in cod. CCXLVII. nr. 30. et cod. XXXIII. nr. 4. in vol. VIII. diſputatio cum Neſtorio; quam *Kollar.* ad vol. V. p. 269. eſſe ab alio factam putat ex Cyrilli antirrhetico: — in cod. CCXLVIII. nr. 5. (ſpuria, v. Kollar. p. 287. not.) diſput. cum Iudaeis de adoratione S. Crucis et ſacrarum imaginum; — in cod. CCL. nr. 10. ex dialogo ad Hermiam de conſubſtantiali trinitate fragm. Kollar. pag. 314. — in cod. CCLXXXIII. nr. 2. p. 474. comm. excerpta ex Cyrilli opp. — In vol. VI. part.

part. I. pag. 97. cod. XI. nr. 16. fragm. ex *Cyrilli* opp. de tempore ſacrae coenae Chriſti; — p. 130. ſq. in cod. XVIII. nr. 4. (vbi v. not. Kollar.) fragmenta canonica ex epiſt. ad Domnum et ep. ad epiſcopos Libyae et Pentapoleos etc. (conf. *Theodori Balſamonis* opp. gr. et lat. Paris. edita p. 1076. et p. 1080. — *Auguſtae Vindel.* ſententiae Cyrilli et aliorum. v. *Reiſer.* ind. codd. Auguſt. p. 22. ib. p. 25. explicatio parabolae Luc. 16. — De codd. reg. *Neapolit.* v. ſupra vol. V. p. 778. nr. 54. et p. 787. nr. 205. — *Venetiis* inter codd. Iul. Iuſtiniani *Cyrilli* epiſtolae feſtales; in alio cod. eiusd. *Theſaurus;* in alio homiliae in Geneſin, teſte *Montfaucon.* in Diar. ital. p. 434. — *Bandinius* in cat. codd. gr. Laurent. recenſuit plura excerpta ex variis Cyrilli opp. in codd. *Laurent.* obuia tom. I. p. 47. nr. XXX. et XXXI. et XXXII. pag. 468. XII. p. 118. V. p. 119. X. p. 415. XXVI. pag. 600. in tom. II. cod. XI. §. II. tom. III. p. 324. XX. Citantur loca tom. I. p. 99. et 436. in expoſitione ſacrorum praeceptor. p. 253. in florilegio ſententiar. p. 347. a Io. Cantacuzeno contra Palamam: p. 358. in opere anonymi contra eumdem, et p. 432. in theſauro orthod. fidei. — Integra opp., in codd. Laur. ſeruata, ſuis locis indicabimus. Notandus eſt quoque cod. I. nr. 2. plut. 7. ſiue *edictum imperatoris, Iuſtiniani,* continens confeſſionem rectae fidei etc. in qua Iuſtinianus p. 293. adfert loca *Cyrilli,* Alex. ex epiſt. I. et II. ad Succeſſum etc. atque nr. 5. *exemplar epiſtolae, ab imp., Iuſtiniano, perſcriptae, aduerſus nonnulles, impium Theodorum, atque iniqua eius dogmata, et epiſtolam Ibae dictam, nec non Theodoriti libros contra catholicam fidem, ſcriptis propugnantes,* quam longam epiſt. *Bandinius* in cat. tom. I. p. 166. ſqq. primus graece cum latina verſione euulgauit: in qua frequens Cyrilli eiusque operum quorumdam fit mentio, aut is defenditur. — Secundum catal. codd. Angliae et Hibern. in variis biblioth. praecipue Bodleiana Cyrilli opp. aut partes illorum ſaepenumero exſtant: hic aliquot codd. in quibus particulae reperiuntur, tantum excitabimus: nr. 85. bibl. *Bodlei.* in cod. Barocc. LXXXV. epiſtola ad Gennadium et excerpta ex epiſtolis et ex ſermone quodam. — nr. 272. diſput. inter Cyrillum et Neſtorium; nr. 683. quaeſtiones et reſponſion. quaedam de fide S. Trinitatis; — nr. 2500. encomium b. virginis; nr. 2877. de imaginibus; nr. 3060. capita aliquot ſynodalia; nr. 3275. orat. de 24. presbyteris, qui in coelo ſunt, quorum nomina ſcribuntur coptice: quorum commemoratio fieri ſolet 24. die menſis Hatur, arabice; nr. 3397. in Symeonem. *Cantabrig.* nr. 314. *Cyrilli* et aliorum epp. ſ. acta tertiae ſynodi, gr. — In tom. II. nr. 36. ep. contra Theodoretum; nr. 980. in cod. *Sarisburienſis* eccleſiae, de proceſſione Spiritus S. — nr. 3435. bibl. *Norfolc.* Cyr. ad Neſtorium. — nr. 5959. bibl. *Gale,* Anaſtaſii et Cyrilli expoſitio breuis fidei chriſtianae; — *Dublini,* nr. 726. explicatio Cyrilli ſuper circumciſione Chriſti, — et de portatione eius per Simeonem. — *Leidae* inter codd. Vulcanii catal. bibl. p. 344. et 345. plura Cyrilli opera, a Vulcanio vel deſcripta vel latine verſa, vel illuſtrata; p. 346. nr. 52. *Cyrilli* dialogus ad Hermaeum, philoſophum. — p. 347. nr. 62. duo ſermones; et ad Hermiam, presbyterum. — p. 348. nr. 92. E. ſermo feſt. — inter codd. Voſſian. p. 381. nr. 54. reſcripta ad concilium africanum, vbi authentica Nicaeni concilii translata de Graeco per Innocentium, presbyterum, etc. — p. 401. nr. 4. *Cyrilli* collectio ſententiarum contra πνευματομάχες. — *Paris.* in

bibl. publ. multa numerantur Cyrilli scripta, manu exarata: hic tantum nominabo *excerpta* in codd. DCCCLXXXII. et MMMIX. — Secundum catal. *Par.* bibl. MSS. vol. I. pag. 107. et 108. ac 117. sunt inter codd. *arabicos* aliquot Cyrilli homiliae. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CXXII. Cyr. contra anthropomorphitas. vid. notam in cat. codd. gr. Marc. p. 70. — in cod. CCCCXXXVIII. anathematismi aliquot. (cat. p. 215.) Ex numero permultorum codd. quos *Montfaucon* in bibl. bibliothec. MSSt. refert, paucorum tantum iniiciam mentionem — *Romae* in bibl. Ottobon. *Cyrilli* oratt. (I. p. 183. A.) — *Vatican.* bibl. et bis in Ambrosian. *Mediol.* Opera (I. p. 199. A. p. 495. E. pag. 512. B.) — *Basileae*, Cyrill. Alex. in Exodum et Leuiticum; Theodoret. Cyri contra Cyrillum, et Cyrilli epistola contra Theodoretum; Cyr. anathematismi XII. et contra Anthropomorphitas. et in alio cod. Cyrilli quaedam, et epistola etc. (I. p. 609. B. p. 610. A.) — In bibl. *Scti Vincentii*, opera. (II. p. 1194. D.) — In bibl. *Pelliserii*, in Esaiam. (II. p. 1198. E) — In bibl. abbatiae S. Theodorici prope Remos, Homiliae in Leuit. bis (II. p. 1231. E. et 1234. B.) — *Florent.* in bibl. S. Marci Dominic. tria commonitoria et II. epistolae ad Acacium, latine. (I. p. 419. D. E. —) add. *Zachariae* iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. 4. p. 51. et de alio cod. p. 55. Sed ohe! iam satis est in praesenti! *Harl.*]

Latinae Editiones.

Basil. 1524. fol. apud Cratandrum, in qua editione tantum exstant commentarii in Iohannem, in Leuiticum, (qui Origenis sunt,) et thesaurus; quae singula separatim prodierunt Paris. 1520. et 1521. fol. *Fabr.* Haec edit. Basil. a. 1524. nihil aliud continet, quam quae antea Parisiis seorsim edita erant, adnotante *Lambachero* in bibl. Vindobon. ciuica p. 98. not. qui p. 99. memorat tres editiones quorumdam opp. Cyrilli. At in bibl. acad. Erlangensi est volumen grande in min. folio, quod sequentes editiones cum peculiaribus singulorum opp. inscriptionibus comprehendit: n. 1) *Opus insigne Cyrilli, patriarche Alex. in euangelium Ioannis: a Georgio Trapezontio traductũ. Iodocus Clichtoueus* in epist. nuncupatoria, scripta Paris. 1508. dolet, exstare, etiam in tribus latinis et duobus graecis codd. Vatican. e duodecim libris commentariorum quatuor dumtaxat primos et totidem postremos; post fol. 168. a noua pagg. serie 1—19. adiectus est a Clichtou. explanationi Cyrilli commentariorum liber quintus: tum p. 38. sqq. additus est liber septimus: tum p. 52 pariter liber VIII. et sic porro; vbi defecit Cyrilli textus. In fine ante indicem erratorum: — *Parisiis* in offic. *Vuolffgangi hopilii* — 1508. — 2) *Cyrilli* — *commentarii in Leuiticum: sexdecim libris digesti* etc. 1514. In fine ante indicem: — Parisiis ex offi. libraria Vuolfg. Hopylii, a. 1514. — Et eodem in loco hic liber cum nonnullis aliis eiusdem Cyrilli opp. habetur venalis." At de auctore huius operis v. infra §. IX. nr. 165. — *Preclarum opus Cyrilli, Alex., qui Thesaurus nuncupatur, quatuordecim libros complectens; et de consubstantialitate filii et spiritus sancti cum deo patre, contra hereticos — Georgio Trapezontio interprete* etc. Venale — 1514. (hic annus notatus est in fronte:) Clichtouei dedicatio scripta est Parisiis a. 1513. — sub finem: — Parisiis — a. 1513. quarta die April. per Vuolfg. Hopylium etc. Postea prodiit edit. a Fabricio omissa et cum editione a. 1546. con-

confusa; cuius exemplar est in bibl. acad. Erlang. et a Lambachero etiam l. c. pag. 98. aliud est recensum:

Diui Cyrilli — opera in tres partita tomos, (sed vno comprehensos volumine;) *in quibus habes non pauca ante hac latinis non exhibita. Primo tomo insunt in euangelium Ioannis commentar. libri XII.* (siue potius VIII. quibus Iodoc. Clichtoueus adiecit quatuor intermedios; *Georgio Trapez.* interprete.) *In Leuiticum libri XVI.* (incerto interprete.) Basileae in aedib. Andr. Cratandri. M. D. XXVIII. (1528.) fol. In tomo II. est *Thesaurus*, interprete *Ge. Trapezontio.* Reliqua accessere in tom. II. et III. antehac inedita: 1) *dialogorum cum Hermia de Trinitate libri VII. cum adpendice argumentorum, quod Spir. S. sit deus, Io. Oecolampadio interprete*, 2) *de adoratione et cultu in Spiritu et veritate dialogus ad Palladium*, eod. interprete: 3) *contra Iulianum apostatam pro religione christiana* lib. X. 4) *de recta in Iesum Christum fide ad Theodos. libri II.* 5) *de eadem ad reginas liber vnus. Io. Oecolampadio* interprete. *Harl.*

Basil. 1546. fol. apud Heruagium, IV. tomis, sed qui vno comprehendi volumine possunt. In hac accedunt libri VII. de Trinitate; de Spiritu S. de adoratione in Spiritu et Veritate; libri X. contra Iulianum; et III. de recta fide in Christum ad Theodosium, imp. et reginas; h) epistolae XXXIX. Homiliae X. Apologia ad imp., Theodosium; declaratio XII. capitulorum; pro iisdem apologeticus et liber ad Euoptium; expositio symboli Nicaeni [interp. *Io. Theophilo;*] scholia de incarnatione Vnigeniti; synodales epistolae XII. et dogmata Nestorii, a Cyrillo impugnata et a synodo Ephesina condemnata.

Basil. 1566. fol. apud haeredes Ioh. Heruagii, in qua editione quintus tomus, siue quinta pars, (omnes enim quinque tomi vno volumine continentur,) commentarios in Esaiam, ex Laur. Hunfredi versione complexa accessit. Fallitur *Elias du Pin*, qui hanc editionem primam latinam operum Cyrilli esse scribit tom. IV. bibliothecae scriptorum eccles. pag. 52.

Paris. 1573. fol. II. voluminibus, *Gentiano Herueto* curante, i) quae editio a Posseuino in apparatu sacro recensetur. Sed plenior prioribus [*] est posterior Parisiensis a. 1605.

II.

h) Sed libros VII. de Trinitate vsque ad libr. ad reginas iam in ed. a. 1528. reperiri, modo adnotauimus. Reliqua opuscula adiecta sunt et collecta in tom. IV. interprete *Vuolffgango Musculo* aut *Io. Oecolamp.* Exemplar huius edit. est in bibl. acad. Erlangensi. *Harl.*

i) *Bonau. Vulcanius* praef. ad Arrianum a. 1575. editum. *Ne quis me temere ad hunc auctorem denuo vertendum accessisse existimet, neue quis me eos imitari suspicetur, qui quum hodie veteris alicuius auctoris post omnes aliorum editiones recognitionem pollicentur, si conferas, nihilo amplius eos praestitisse reperias, quam is, qui ante biennium Cyrilli opera Lutetiae edidit. Quem quidem autorem quum summopere corruptum habeamus, nemoque sit ex orthodoxis scriptoribus, qui maiore recognitione egeat, nullum tamen ab eo, qui eum edendum curauit, verbum immutatum aut correctum*

II. Vol. quam perſequitur Bellarminus de S. E. in illa enim Glaphyra in Pentateuchum ex A. Schotti verſione, et libri poſteriores XVI. de adoratione in Spiritu et Veritate ex interpretatione Antonii Agellii, ne alia iam memorem, acceſſere.

Graecolatina.

Vnica *Iohannis Auberti*, Laudunenſis presbyteri, canonici et in ſchola Paris. Laudunenſis collegii magiſtri atque interpretis regii, Paris. 1638. fol. ſeptem voluminibus, quam poſt Labbeum, Caueumque paullo diligentius infra recenſui: [add. *Oudin.* comment. I. col. 1012 — 1050. qui de ſingulis opuſc. iudicat vberius.]

Editiones promiſſae.

1. *Bonauenturae Vulcanii.* Abraham Scultetus in narratione de vita ſua pag. 55. *Leidae a. 1612. maxime me oblectabam alloquio clariſſimorum virorum, et inter alios Bonauenturae Vulcanii, quem ſenem admodum ſellae affixum, et manibus pedibusque captum inueni. Promiſerat ille triginta quatuor annis ante,* k) *editionem omnium operum graecorum Cyrilli, hactenus a multis deſideratam. Hanc cum fruſtra hactenus ſingulis propemodum nundinis exſpectaſſem, et iam coram hominis aetatem, valetudinemque perditam conſiderarem: petii ab eo, vt Cyrillum graecum fidei meae concederet: me non ſolum operam daturum, vt ex ipſius voto ille in vulgus exiret, ſed etiam de codicis pretio ipſi ſatisfacturum. At ille gratiis pro officio actis, tantum adhuc virium ſibi ſupereſſe aiebat, vt ipſemet promiſſo ſe exſoluere poſſet. Vsque adeo verum eſt, neminem eſſe tam ſenem, qui non dico diem, ſed annos ſuperuiuere poſſe ſe deſperet. Quamquam erat nonnemo in Anglia, qui de tanti theſauri poſſeſſione magnifice potius ſe iactaſſe, quam vere gloriatum fuiſſe adfirmaret.* Certum tamen eſt, Vulcanium non modo plura Cyrilli inedita graece poſſediſſe, ſed etiam [P] latine vertiſſe haud pauca, quorum pars bibliothecae Leidenſi legata, [et in cat. bibl. Leid. laudata inter codd. ex legato Vulcanii laudata,] etiam Auberti vſibus deinde patuit.

2. *Frontonis Ducaei*, de quo *Iacobus Sirmondus* in litteris ad Sebaſtianum Tegnagelium, datis 3. Non. Sept. 1696. *In bibliotheca patrum graeco latina duobus voluminibus comprehenſa deſiit ὁ μακαρίτης, qui et alia, vt noſti, meditabatur, Nicephorum, Theodoretum, Cyrillum Alex. et biblia graecolatina. Ex quibus Nicephorum plane abſoluerat, Theodoretum magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, ſupplere ipſe inſtitui. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quae vſui tamen eſſe poſſint, ſi quis huc aliquando ad eam curam animum adiiciet.* [Cyrilli opera vix digna eſſe, quae legantur, iudicat *La Croze* hiſt. chriſt. Indiae lib. I. pag. 16.

rectum inuenias, quum interim is omnia priorum interpretum nomina ſupprimat, totiusque operis laudem inaudita quadam impudentia ſibi vendicet.

k) *Vulcanius* praef. ad Arrianum, edita a. 1575. *ſepoſito e manibus Cyrillo, cui vertendo, et Iſidoro, cui caſtigando longam iam operam nauaram, totum me magna animi alacritate ad Arrianum contuli.*

16. *Heum.*] *In bibliis ſacris multum et diligenter laborarat, vnumque hoc opus prae ceteris vrgebat. Sed vereor, vt in poſterum ſperare liceat propter nouam editionem graecolatinam, quae hic iam inchoata eſt, curante, vt audio, Io. Marino, e congregatione Oratorii viro docto etc.*

3. *Conradi Rittershuſii*, de quo vide epiſtolam 352. et 353. inter epiſtolas virorum doctorum ad Goldaſtum, editas e bibliotheca clariſſimi Thulemarii.

4. Diſſertationem de ſcriptis Cyrilli Alex. promiſit *Ioh. Garnerius* ad Marium Mercatorem tom. II. p. 43.

VI. In editione graecolatina Paris. tomo I. continentur:

I. Περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας, *de adoratione et cultu in ſpiritu et veritate*, ſiue de officiis chriſtiani hominis erga Deum, libri XVII. dialogi more ſcripti, in quibus Palladius et Cyrillus colloquuntur. p. 1—631. Cum verſione *Antonii Agellii*, [l]) Neapolitani, congregationis clericorum regularium presbyteri, quae primum Lugduni, ſed minus emendate, [m]) 1587. in 4. deinde accuratius Romae 1588. fol. excuſa fuerat, vt latinam editionem Venetam anni 1604. omittam. Citatur hoc Cyrilli opus ab Andrea [?] Samoſateno apud *Anaſtaſium* in Hodego pag. 342, Ephraemo Antiocheno apud *Photium* cod. CCXXIX, *Leontio Byz.* in Eutychen: ab *Anaſtaſio Sinaita* quaeſt. 20. 39. et 57. *Iohanne Damaſceno* de Triſagio tom. I. opp. p. 400. et in parallelis tom. II. pag. 364. et a Catenarum auctoribus in Pentateuchum. Meminit et *Nicephorus* XIV. 14. ac *Photius* cod. XLIX. et Cyrillus ipſe ſub initium τῶν Γλαφυρῶν p. 2. In antiquis latinis editionibus tantummodo primus huius operis liber ex alia interpretatione legitur, quae incipit: *ſuperuacaneum opinor rogare ex te.* Graeca Aubertus depromſit e codice Vulcanii, quem bibliothecae Leidenſi ille legaverat [n]) et ex altero Harlaei, Maclouienſis epiſcopi, cuius variae lectiones poſt notas Agellii in calce voluminis occurrunt. *Fabr.* Libri priores exſtant Oxon. in cod. Barocc. nr. 293. catal. — In codd. Vatic. et de Harlay, Maclouienſis in Gallia epiſcopi. — Num opus ſit Cyrilli genuinum, diſputat, et contra Riuetum adſerit Cyrillo Oudin. l. c. p. 1015. ſqq. *Harl.*

II.

l) Laudat hunc Agellium Petrus Morinus p. 344. opuſc.

m) Agellius in admonit. ad lectorem: *Hos libros cum Lugdunum imprimendos miſiſſem, adeo male non modo imprimentis negligentia, verum etiam corrigentis culpa accepti fuerunt, vt innumeris mendis pleni, et, quod mihi moleſtius fuit, adnotatiunculis marginibus additis reſperſi eſſent, quas neque ego miſeram, neque feceram: et ita ineptae et abſurdae erant, vt alicubi ne auctoris quidem ſanctiſſimi et eruditiſſimi viri nomini parcerent.*

n) V. cat. bibl. Leid. p. 344. nr. 10. et 11. et p. 345. nr. 25. ac 26. *Harl.*

II. Γλαφυρὰ siue *scita commentaria*, (allegorica magnam partem et anagogica,) *in loca selecta Pentateuchi*, p. 1 — 433. cum versione *Andreae Schotti*, S. I. in Genesin libris VII. in Exodum libris III. in Leuiticum I. in Numeros I. et in Deuteronomium I. Hoc opus a veteribus frequenter laudatur. [o]) Latine primum lucem vidit ex *Andreae Schotti* versione in latina operum Cyrilli Parisiensi anni 1605. Deinde cum sermonibus Cyrilli paschalibus ab eodem *Schotto* graece et latine publicatum est Antwerp. 1618. fol. Aubertus cum Schotti editione codicem Harlaei contulit, lectionumque varietates in extremo volumine adnotauit. Ex *Nicephori* XIV. 14. suspiceris, Cyrillum eiusmodi γλαφυρὰ composuisse non tantum in Pentateuchum, sed in libros vniuersos Veteris Testamenti, [p]) *τὰ γλαφυρὰ τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς τυπικῶς εἰρημένα εἰς χριστὸν καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαν ἀνάγων.* In Genesin Glaphyra Cyrilli vertit *Ambrosius*, Camaldulensis, et edere voluit, teste Sixto Senensi, quod facere, nescio qua de causa, intermisit. *Fabr. Leidae* in bibl. publ. pag. 345. nr. 13. inter Vulcanii codd. *Cyrilli* dissertatt. arcanae in Genesin, latine. Nicol. Drumezius, Brugensis latinam versionem adiecit et adnotatt. ibid. pag. 402. nr. 9. loci S. Scripturae, qui memorantur a Cyrillo aliisque patribus gr. — *Monachii* in bibl. elector. cod. XVIII. *Cyr. Alex.* in Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium. v. cat. codd. Bauar. p. 5. — *Vindobonae* in bibl. caesarea cod. LVII. nr. 104. — 107. Comment. in *Genesin*, libri III. in *Exodum*, diuisus in V. sermones; in *Numeros*, diuisus in V. serm. in *Deuteron.* in totidem sermon. diuisus. v. *Lambec.* III. pag. 249. sq. — In bibl. *Bodlei.* cod. Cromwell. nr. 294. cat. *Cyrill.* in quaesita et dubia S. Scripturae; sed confector cat. codd. Angliae etc. I. p. 44. addit: „continet autem renera *Theodoreti*, episc. Cyri, quaestiones in *Genesin*. Atque in cod. *Florent.* Laurent. XIX. nr. 10. plut. 6. Theodoreti quaestionibus in loca dubia S. S. interseruntur quatuor Cyrilli comm. in Numeros fragmm. obseruante *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. gr. I. p. 137. sq. — *Oxon.* in bibl. collegii Lincolniensis, nr. 1340. cat. *Cyr.* opus super Genesin. — *Venetiis* in cod. DXXIII. bibl. Marc. *Cyr.* pars operis, inscripti τὰ γλαφυρά· v. cat. codd. gr. Marc. p. 282. — Ibid. in cod. *Naniano* LXXIX. *Cyr.* Glaphyra. v. cat. codd. gr. Nan. p. 160. eadem in cod. quondam Vatic. nunc *Paris.* v. Recens. codd. MSS. qui ex bibl. Vat. — procuratorib. Gallor. traditi fuere, p. 9. nr. 33. *Harl.*

Tomo II.

III. *In Esaiam, prophetam, commentariorum* libri V. quorum singuli iterum, primus in λόγες sex, secundus in τόμες quinque, tertius itidem in τόμες totidem, quartus in quinque et quintus in [?] sex λόγες diuiduntur. Adiuncta est latina versio *Laurentii*

o) Vide *Tillemont.* tom. XIV. p. 672.

p) *Cassiodori* locum e prooemio diuinarum lectionum, quo Cyrillum refert inter eos, qui totam S. Scripturam a principio ad finem graeco sermone declararunt, adtuli supra c. 19. in S. Basilio, num. XXXII.

Laurentii Hunfredi, Angli, quam, ao. 1562. dicatam Elisabethae, Angliae reginae, et in editione operum Cyrilli latina Basil. 1566. fol. primum editam, Aubertus recognouit, graecaque publicauit ex codice Vaticano et, qui duos priores tantum continebat, regio. Citatur a *Facundo* XI. 7. nec non a Leontio Byz. contra Eutychen, et Ephraimo Antiocheno apud Photium cod. CCXXIX. *Fabr.* In bibl. *Escorial.* Cyr. in IV. prophetas maiores, et *Cyr.* aliorumque excerpta expositio in Iesaiam, teste *Plüero* in Itin. per Hisp. p. 164. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 652. catal. comment. in Iesaiam: — idem in cod. monast. Benedictin. bis *Florentiae*, teste *Montfauc.* in diar. ital. p. 363. et in bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 414. *E.* — idem in cod. Vindobon. LXXVIII. opinante *Lambecio* III. p. 435. sq. sed Kollar. pro spurio eum habet; v. eius not. — idem et in cap. 1. Sophoniae, *Paris.* in cod. DCCCXXXVI. nr. 1. et 2. bibl. publ. — *Oudin.* l. c. col. 1023. opinatur, hunc in Iesaiam commentar. esse recentioris auctoris, qui longe post Cyrillum in otio vixerit, et plurimos ante se huius libri habuerit commentatores. *Harl.*

Tomo III.

IV. *In XII. prophetas minores, commentarii* cum versione *Iacobi Pontani* S. I. qui hos primus graece et latine ediderat Ingolstadii ao. 1605. [a. 1607. ap. Hamberger. et in cat. bibl. Leidens. p. 37.] fol. auspiciis Marci Velseri, qui in epistola q) ad Vulcanium, ao. 1601. data, *Ego, ne nescias,* inquit, *inter primos Cyrilli amatores nomen profiteor: cuius rei hinc coniecturam capias licet, quod amico cuidam meo, homini graece et latine adprime docto, auctor fui, commentarium in XII. prophetas vertendi, is vero totum pensum iam absoluit, et nunc maxime editionem adornat. Prophetas minores decem ex Boica bibliotheca habuimus, reliquos duos ex Vaticano.* Aubertus negat, sibi alium codicem MStum praeter Pontani editionem ad manus fuisse, nisi quod ad Sophoniam vsus est antiquissimo bibliothecae regiae Paris. Citatur ab Ephraimo atque Leontio Byz. In his commentariis quemadmodum et in illis, quos in Esaiam composuit, propius litteralem sensum, quam in Glaphyris, Cyrillus persequitur. *Fabr.* *Oudin.* l. c. col. 1024. sq. hunc quoque commentar. suppositum Cyrillo foetum, et eiusdem hominis, qui comm. in Iesaiam contexuerit, existimat, pluribus argumentis victus. Cyrillo vero tribuitur in codd. *Bauar.* XVI. et XVII. v. cat. codd. gr. Bau. p. 5. — in tribus codd. *Escorial.* teste *Plüero* l. c. pag. 164. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXVII. nr. 12. plut. 69. loca ex XII. minor. prophet. et propheta Ies. cum Cyrilli et aliorum expositionibus, indice *Bandin.* in cat. codd. Laurent. gr. II. col. 652. *Harl.*

Tomo IV.

V. *In euangelium S. Iohannis, libri XII.* cum noua versione *Io. Auberti.* In latinis editionibus hoc opus exstat ex interpretatione *Gregorii Trapezuntii,* quae prod-

ierat

q) Velseri opera p. 832.

ierat separatim Paris. 1520. [r]) fol. Sed non modo magna, vt solebat, licentia Trapezuntius in hac versione vsus est, sed libros, *quintum*, *sextum*, *septimum et octauum*, quos in graecis codicibus non reperit, plane omisit. *Quatuor intermedii libri*, inquit Iodocus Clichtoueus, *nec apud Latinos, nec apud Graecos ab iis, qui eam, quam potuere, vigilantiam adhibuerunt, reperti sunt. Nam et in illa insigni Romae pontificia bibliotheca quinquies, ter quidem latine*, (de Trapezuntii versione intellige,) *et bis graece conscripti visuntur, et vbique* [[P]] *et eisdem in locis trunci ac mutili.* Itaque hic, quem dixi, Clichtoueus, Neoportuensis, libros illos quatuor ex suo ingenio suppleuit, Augustinum in plerisque sequutus, vt notatum *Richardo Simoni* tom. III. historiae criticae Noui Test. pag. 529. et 574. Sed quoniam Clichtouei supplementum a Cyrilli ipsius opere in titulis librorum quidem, sed non charactere typorum vel alia nota per singulas paginas agnoscenda, distingui satis contigit; hinc factum est, vt multi [s]) incauti pro Cyrillianis laudarent verba Clichtouei, atque illis ad stabilienda sua, quae vellent, placita vterentur: bono etiam Clichtoueo mala illa repensa est gratia, vt pro labore suo indignum *maleferiati nebulonis* elogium a Caueo tulerit. Ceterum in Ioh. Auberti editione, qui primus graeca edidit, suppleti sunt ex Holsteniano codice libri integri, quintus et sextus, qui desinit in expositione capitis X. vers. 17. septimi vero et octaui copiosa et longa fragmenta exhibentur cum versione *Nicolai Borbonii*, graecae linguae prof. reg pag. 660—713. ex Catenis in Iohannem, illa praecipue praeclara, quam adhuc ineditam a D. de Harley, Maclouiensi episcopo, vtendam accepit. Liber nonus incipit a capite XII. vers. 49. Citatur Cyrilli expositio in Iohannem a *Facundo*, *Leontio Byz.* contra Eutychen, *Ephraimo Antiocheno* apud Photium cod. CCXXIX. concilio VI. et *Damasceno* in parallelis. S. Maximo tom. II. pag. 53. 64. 70. 87. *Fabr.* *Cyr.* in euang. S. Ioannis libri I. II. III. IV. IX. X. XI. et XII. in cod. CXXI. *Venet.* Mar. v. cat. codd. gr. Marc. p. 70. — versio Georgii Trapez. in cod. I. plut. 6. bibl. *Malatestianae Caesenatis.* v. *Muccioli* catal. codd. in illa bibl. tom. I. pag. 28. — in cod. lat. IIMCXXIV. bibl. *Paris.* secund.

r) Hoc opus ex *Georgii Trapezuntii* versione *Clichtoueus* primo ex cod. romano edidit a. 1508. Paris. ap. Henr. Stephan. 1508. fol. v. *Lambach.* l. c. p. 99. et supra in notit. editt. latin. Deinde Clichtou. recognouit illud a. 1520. adiectis quatuor libris intermediis, qui desiderabantur, ex Chrysostomo et aliis patribus eccles. a se collectis. conf. de *Ge. Trapez.* versione *Zeni* differt. Vossiane tom. II. pag. 8. *Harl.*

s) Non adsentior *Theophilo Raynaudo*, qui in erotematibus de bonis et malis libris pag. 174 seq. adfirmat, Feuardentium meditato supposuisse Cyrillo Clichtouei verba, quae ibi laudat pro immaculata S. Virginis conceptione. Nam facile hoc non aduertenti contingere potuit, quemadmodum contigit Rhemensibus et Pamelio, quos arguit *Robert. Cocus* in censura scriptorum veterum p. 389. et Petro, martyri, quem reprehendit *Bellarminus*. lib. II. de S. Eucharistia c. 25. Eodem nomine alium insignem virum notans Vossius de baptismo pag. 26. sollemne esse, ait, vt hic errent viri docti, quemadmodum et aliud agenti hoc accidit theologo eruditissimo, qui in libro de variis scripturae editionibus pag. 85. ait, pericopen de adultera Ioh. VIII. a Cyrillo, Alex., vt reuera Iohannis sine vlla dubitationis significatione distincte proponi multisque explanari. *Fabr.* add. *Oudin.* l. c. col. 1025. sqq. qui etiam id opus vindicat Cyrillo Alex. *Harl.*

ſecund. cat. codd. lat. Par. vol. III. p. 241. — — In permultis *catenis*, et editis et ſcriptis, repoſita ſunt Cyrilli fragmenta. v. ſupra, in vol. VIII. libro V. per cap. 13. ſaepiſſime, pag. 638 — 640. etc. — in codd. *Coislin.* v. *Montfaucon.* bibl. Coisl. pag. 41. ſqq. 57. 61. ſqq. 64. 66. ſq. 75. ſq. 82. ſqq. — In catena in canticum Moyſis aliaque cantica V. ac N. T. in cod. *Bauar.* XV. (cat. p. 5.) — in canticum canticorum epitome expoſitionum *Procopii*, ſophiſtae chriſtiani, e Cyrillo, Alexandrino, aliisque, in cod. Auguſt. Vindel. teſte *Reiſero* in indice codd. Aug. p. 36. — *Vindobonae* in multis catenarum codd. caeſar. e. gr. IV. X. XIV. XV. XXVII. XXIX. XL. XLII. XLVII. vol. III. — in cod. CXLVI. nr. 2. 13. 21. et 33. CLXVII. et CLXVIII. CLXXXVIII nr. 22. vol. IV. et alibi. — *Florent.* in codd. Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 52. 91. nr. 24. p. 102. 159. 161. 297. et 363. — *Venet.* in bibl. S. Michael. in catena gr. in euangel. S. Matthaei, teſte *Mittarellio* in bibl. codd. S. Mich. p. 308. — Ibid. in bibl. *Marci*, in multis in varios V. ac N. libros catenis, v. cat. codd. gr. Marc. p. 17. bis. 20. 21. 22. 23. 24. inprimis cel. *Morell.* in bibl. MSta graeca et lat. tom. I. Baſſani, 1802. 8. p. 29. 32. 33. 34. 37. 38. 39. 48. et 49. 83. ac 84. Atque in aliis aliarum bibliothecar. codd. MSSt. *Harl.*

Tomo V.

VI. Ἡ βίβλος τῶν Θησαυρῶν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίας Τριάδος, p. 1 — 381. *Theſaurus de ſancta et conſubſtantiali trinitate* ad Nemeſinum, λόγοις λέ. libris XXXV. cum verſione *Bonau. Vulcanii*, qui, a. C. 1615. defunctus, hoc opus graece et latine bibliothecae Leidenſi [t)] legauerat, vnde ad Io. Aubertum peruenit. In latinis editionibus exſtat *Georgii Trapezuntii* [t]) parum probanda interpretatio in XIV. lib. tributa, quae ſeorſim lucem vidit Paris. 1514. 1520. fol. [u]) *Leo Allatius* diatriba de Georgiis p. 375. *Opus Cyrilli,* Theſaurus *nuncupatum, in plerisque codicibus MSS.* Athanaſio, *Alexandrino, tribuitur, ſub cuius nomine in latinum interpretatio* Ioannis Baptiſtae Camotii, *nondum edita, quod ſciam, eſt penes me.* Cyrillo vindicatur hoc opus teſtimoniis Ephraimi Antiocheni, ſynodi ſextae et multorum veterum, quos laudant *Tillemontius* tom. XIV. pag. 671. et *Petauius* dogmat. theolog. de incarnatione lib. VI. c. 13. §. V. nec non *Photii* cod. CXXXVI, qui ἐπιχειρηματικὸν βιβλίον adpellat, καὶ κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λύσσης γενναίως καὶ πολυτρόπως ἀγω-

t) Vulcanius ad calcem operis haec adſcripſerat: *Ego Bonau. Vulcanius, Brugenſis, hunc Cyrilli theſaurum olim a G.* Trapezontio *fide non bona verſum, quod multa paſſim truncaſſet, innumeris locis epitomen potius quam veram interpretationem dediſſet, non pauca etiam de ſuo adieciſſet, neque pauciora perperam transtuliſſet, de integro latine verti, et ordinem, quem Cyrillus tenuit, qui totus a Trapezontio inaudita audacia permutatus erat, ſeruaui: ita vt lectores Cyrilli theſaurum, qualis ille ab auctore concinnatus eſt, ſint habituri. Dedi enim operam, ne quis aliquid a me vel adiectum vel detractum iure queri poſſet: vtque ſententiam Cyrilli, quam fideliſſime poſſem, redderem. Baſileae anno a natiuitate domini M. D. LXXVI. menſe Ianuario. Fabr.* Conf. catal. bibl. Leidens. pag. 344. nr. 14. et 16. inter codd. Bonau. Vulcanii. *Harl.*

u) V. ſupra, §. III. ad notit. editionn. *Harl.*

ἀγωνιζόμενον. [v. infra, vol. IX. p. 417. ed. vet.] Optimum omnium Cyrilli ſcriptorum eſſe ait *Nicephorus* XIV. 14. Hiſt. Obiectiones Anonymi, qui Arauſione a. 1645. diſſertationem de ſuppoſito edidit, refellit praeter Petauium *Raynaudus* p. 134. erotematum de bonis et malis libris. In MSS. codicibus non ſemper idem ordo, nec eadem diſtinctio; vnde fortaſſis eo nomine Trapezuntius aliqua ex parte excuſandus. In bibl. Seguieriania, ſiue Coisliniana, teſte *Montfaucono* p. 302. in duos libros diuiditur, quorum primus viginti priores λόγους continet, ſecundus poſteriores a viceſimo vsque ad quadrageſimum. Quae porro *Thomas Aquinas* v) ex libris theſaurorum Cyrilli profert ad ſummam in eccleſia poteſtatem romano pontifici adſerendam, et ad quae prouocant *Gennadius*, ſiue Georgius Scholarius lib. de primatu rom. pontificis, *Andreas Coloſſenſis* et *Synodus* Florentina ſeſſ. 5. 7. et 8. *Auguſtinus Anconitanus* libro de [P] poteſtate eccleſiae, *Io. de Turrecremata* in ſumma de eccleſia et in adparatu ſuper decreto vnionis Graecor. in concilio Florentino, ea Cyrillum numquam ſcripſiſſe fatetur *Tillemontius* tom. XIV. p. 671. et *Elias du Pin* tom. IV. p. 44. ſqq. et Cyrillo ſuppoſita eſſe probat *Iohannes Launoius* parte I. epiſtola 1. et 2. ad Antonium Faurum, et parte V. epiſtola 9. ad Thomam Fortinum, qua priores epiſtolas ſuas aduerſus Vincentium Baronem, ſiue Baronium, tuetur, cap. 10. Confer *Antonii Reiſeri* noſtri Launoium Confeſſorem pag. 41. ſeq. et *Andream Riuetum* lib. IV. Critici ſacri c. 19. *Io. Rainoldum* in colloquio cum Io. Hardto, Ieſuita, cap. 5. p. 315. ſeq. *Fabr.* Add. *Oudin.* l. c. col. 1028. ſqq. qui iudicia Vulcanii, Bellarminii, Riueti et El. du Pin, in vtramque partem multis verbis lata, repetiit. — Exſtat vero *Cyrilli theſaurus Monacchii* in cod. C. bibl. elect. (cat. codd. gr. p. 38.) — *Venetiis* in bibl. Marci cod. CXXII. et CCCCXCII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 70. et 260. — ibid. in cod. LXXXVIII. *Naniano.* v. cat. codd. gr. Nan. p. 175. ſq. — *Feſuli* in coenobio canonicor. Theſaurus, interprete *Georg. Trapez.* teſte *Montfaucon.* in diario ital. p. 392. — eadem verſio *Florentiae* in monaſt. Dominicanor. S. Marci. in bibl. monaſt. S. Crucis. v. *Zachar.* iter litter. per Ital. p. 47. et 99. — *Paris.* in quinque codd. gr. bibl. publ. — In duobus gr. codd. bibl. *Eſcorial.* ſecundum *Plüer.* in itinerar. per Hiſpan. p. 164. *Harl.*

VII. *Dialogi nouem* ad eumdem Nemeſinum, ad quem theſaurorum librum miſit, quemque φιλομαθέστατον ἀδελφὸν adpellat, in quibus *Hermias*, w) et Cyrillus colloquuntur, pag. 383 — 778. Dialogos duos poſtremos *de incarnatione vnigeniti et quod vnus ſit Chriſtus*, quos tempore aliquo interiecto demum prioribus ſubiunxiſſe Cyrillus videtur, primus graece cum verſione et notis vulgauit *Bonauent. Vulcanius*, ad calcem libri contra Anthropomorphitas, Lugd. Bat. 1605. in 4. x) In editionibus vero Cyrilli latinis exſtant modo ſeptem

v) In IV. ſententiar. diſt. 24. qu. 3. art. II. et contra impugnantes religion. cap. 5. ſub fin. et in opuſculo contra errores Graecorum et in catena aurea ad Matthaei XVI. qui locus etiam in MSS. Thomae ita, vt in impreſſis, exſtat, vt ex Guiarto notauit *Rich. Simon* tom. III. Hiſt. criticae N. T. p. 471.

w) Hunc ſuſpicor eſſe Hermiam, cuius irriſionem philoſophorum habemus.

x) Integra libri, quem poſſideo, inſcriptio eſt: „*Cyrilli* — adu. Anthropomorphitas liber vnus gr. et lat. Eiusdem de incarnatione vnigeniti, et, quod vnus ſit Chriſtus ac Dominus ſecundum

ſeptem dialogi priores *de Trinitate* contra Arianos et Macedonianos, ex verſione *Ioannis Oecolampadii,* quae primum [1528. v. ſupra, §. III. in notit. edit. tum] a. 1546. lucem vidit. Graece *Io. Aubertus* dedit primus ex codice vnico Auguſtanae bibliothecae, cuius apographum Matthias Ehingerus ad eum transmiſerat: y) Idem Aubertus verſionem latinam Vulcanii ſeruauit, ac pro Oecolampadiana aliam nouam, vel potius interpolatam exhibuit. Frequenter citatur hoc opus a veteribus, vt iam apud *Photium* cod. XLIX. ſub titulo λόγων πρὸς Ἑρμείαν, iam λόγων περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Vide *Tillemontium* tom. XIV. p. 667. et 670. Octauum et nonum dialogum non carere omni ſuſpicione ſuppoſitionis, ait *Io. Garnerius* notis ad Marium Mercatorem tom. II. p. 43. idque ſe oſtenſurum promiſit in diſſertatione de libris Cyrilli. Sed diſſertatio haec lucem non vidit, et ſuſpicionem illam omni deſtitutam eſſe veriſimilitudine, mihi perſuadeo. z) Nam vt idem argumentum ſaepius tractare Cyrillo conſuetum ac ſollemne, ita hi duo dialogi plane genium, ſtilum, doctrinam priorum dialogorum ſpirant, et citatur nonus a *Leontio Byz.* aduerſus Eutych. ac iudice ipſo Garnerio p. 56. ad Liberatum, octauus ea ſcriptus eſt eruditione, vt vix [∗] vllum aliud Cyrilli opus ea de re praeſtantius aut etiam par exiſtat. Dialogo ſeptimo, in quo de diuinitate Spiritus S. diſputat, ſubiiciuntur pag. 660 — 677. argumenta ad idem probandum longe plura.

VIII. *Scholia* περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, *de incarnatione vnigeniti.* Latine p. 779 — 800. additis ſubinde praeterea, quae conciliorum tomi exhibent a Ioh. Auberto graecis fragmentis ex MSS. bibl. regiae. Incipit: Τὸ Χριστὸς ὄνομα οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει. Prodierat primum ex officina Roberti Winter ao. 1542. in libro conſtitutionum ſynodalium: deinde in Cyrilli operum editionibus latinis, et in conciliorum tomis in parte III. actorum concilii Epheſini tom. I. Binii ao. 1618. p. 364. nec non ad calcem libri, contra Anthropomorphitas a Bonauent. Vulcanio vulgati Lugd. Batau. 1605. in 4. In huius editione, quemadmodum et in latinis Cyrilli, non ſcholia inſcribuntur, ſed ſcolia, σκολιά, velut *difficilia loca et perplexa:* licet fateatur, quod mihi etiam magis placet, et verius eſt, poſſe etiam

eundum ſcripturas, ad Hermiam dialogi duo, numquam antehac editi, interprete *Bonau. Vulcanio,* c. eiusd. notis. Acced. epiſtolae aliquot *Iſidori Peluſiotae* et *Io. Zonarae,* idem, quod *Cyrillus* hisce libris, argumentum tractantes multaque loca ex Cyr. libris nondum editis ſunt inſerta. Lugd. B. 1605. 4." *Beck.*

y) V. *Reiſer.* ind. codd. Auguſt. p. 21. *H.*

z) Neque *Walch.* in hiſtoria haereſium, (Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Kezereien etc.) tom. V. p. 681. ſq. Garnerio adſentitur. — Exſtant *Florent.* in bibl. Laurent. Med. cod. XXXV. nr. 1. *Cyrilli* dialogi VII. de ſancta et conſubſtantiali trinitate et alia: nempe nr. 1) primus dialogus, ad Hermiam presbyterum per interrogat. et reſponſionem, quod conſubſtantialis et coaeternus deo et patri ſit filius: nr. 2. capita argumentorum, quae continentur in dialogo de Spiritu S. cum additione aliarum animaduerſionum: nr. 3. de incarnatione vnigeniti etc. adponitur dialogus ſeptimus, (an octauus?) ad Hermiam: et nr. 4. de adoratione cultuque in ſpiritu et veritate ad Palladium. — In cod. XII. nr. 28. plut. 4. *Cyrill.* ad Hermiam de conſubſtantiali trinitate. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 59. ſq. et 536. *Harl.*

etiam σχόλια inscribi, velut σεμνολογήματα, siue graues sententias, aut additamenta ad alios eiusdem argumenti libros, a Cyrillo compositos. Idem Vulcanius castigationes addidit, *ut ex iis cognoscas, quanta recognitione indigeant etiam alia pleraque, quae circumferuntur, Cyrilli scripta, aeque male atque hoc cum ab interpretibus, tum a typographis habita. Theodoretus* dialogo 2. adfert quaedam Cyrilli ἀπὸ τῶν σχολίων. *Anastasius*, presbyter, in ecloga τῶν χρήσεων c. 3. laudat Cyrillum ἐν ἀρχῇ τῦ ά σχολίω. *Facundus* XI. 7. *beatum Cyrillum in libro, quem scholia nuncupauit, titulo septimo. Et rursus eodem libro, titulo decimo.* Atque VI. 3. *in libro, qui scholia dicitur, sub titulo, quomodo vnus Christus.* Andreas Samosatenus apud Anastasium in Hodego pag. 344. καὶ ἐν τοῖς γεγραμμένοις σχολίοις ἑρμηνεύων τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ σατῆρα. Citatur etiam in actione 2. concilii Chalcedon. tom. II. Binii p. 169. et ab aliis, quorum loca *Tillemontius* tom. XIV. p. 667. et *Garnerius* tom. II. Marii Mercatoris p. 216. adnotarunt. Hic illud opus etiam integrum latine ex MSS. pag. 218. sq. emendatius, et a p. 238. ad 241. insigni parte auctius exhibet, ac versionem veterem, quam solam habemus, *Mercatori* vindicat, inter cuius scripta in duobus codicibus illam reperit. [aa]) In prioribus editionibus diuiditur in capita 25. In Garneriana in 35. Photius cod. CLXIX. diuisum legit in capita vndeuiginti.

IX. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῦ θεῦ λόγυ, τῦ υἱῦ τῦ πατρός. *De incarnatione verbi DEI, filii patris* p. 801. 802. Incipit: ἡ τῆς θείας [τ] γραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια. In latinis editionibus exstat loco primo inter homilias, ex *Wolfgangi Musculi* interpretatione: sed *Aubertus* seruauit versionem, cum qua legitur in parte III. synodi Ephesinae, tom. I. Binii p. 376. *Fabr.* In *Mansi* collect. cit. V. p. 169. 170. et in concilior. generalium edit. gr. latina Vaticana, a. 1608. tom. I. p. 588. — *Vindobonae* in cod. caesar. LXXXIIX. nr. 3. de recta fide liber II. ad imperatrices, in 43. sect. diuisus: tum *oratio*, de qua h. l. sermo est, *de incarnatione Verbi Dei* et epist. ad monachos Aegypti, inc. ἀφίκοντο μέν τινες. denique *Cyrilli* epistola ad Nestorium, cum Nestorii responsoria: v. *Lambec.* vol. III. p. 760. *Paris.* in IV. codd. bibl. publ. *Harl.*

X. Συζήτησις περὶ τῦ αὐτῦ. *Disputatio eiusdem argumenti* per quaestiones et responsiones, p. 802 — 804. Incipit: Πῶς ὁ θεὸς ἀχώρητος ἐχωρήθη. *Fabr.* In cod. *Escorial.* teste *Plüero* l. c. pag. 164. *Harl.*

Tomo VI. siue tomi V. parte II.

XI. Λόγοι ἑορταστικοὶ *homiliae*, siue, vt ab Alexandro, [bb]) Hieropolitano, adpellantur, *epistolae paschales vndetriginta*, ab a. C. 414. ad 443. habitae vel ad ecclesias missae, ad

aa) Sed *Walchius* l. c. pag. 680. de libris, a Cyrillo contra Nestorium compositis, dubitat, eam versionem esse plenam atque integram, et adnotat, versionem veterem exstare in *Mansi* collectione concilior. amplissima, tom. V. p. 141. 2. 3. *Harl.*

bb) *Alexander Hierapolitanus* epistola ad Acacium Berrhoënsem apud Baluz. p. 762. nouae collect. concilior. *Lucidum est cuilibet legenti cum veritatis amore capitula eius,* (Cyrilli) *et epistolae ad Hebraeos interpretationem et epistolas vel festiuas vel alias, et vniuersa eius conscripta etc.*

ad indicendum sollemne paschatos tempus, quod archiepisc. Alexandrini [cc]) officium fuisse constat. Has exhibet Aubertus pag. 1 — 350. ex editione graecolatina *Antonii Salmatiae*, theologiae in Ambrosiano Mediolanensi collegio doctoris, quae e Vaticano codice cum commentar. in loca Pentateuchi prodierat Antwerp. 1618. fol. [dd]) Habebat et *Andreas Schottus*, vt in bibliotheca scriptorum S. I. narrat Philippus Alegambe, *Cyrilli heortasticos siue paschales sermones, a se latinitate donatos iam praelo promtos, sed suum partum suppressit, vt Antonio Salmatiae, qui eosdem transtulerat, locum daret.* Praeterea a *Federico Metio*, Thermulano episcopo, latine versos Posseuinus memorat. Numerantur homiliae triginta, sed ita, vt tertia deficere dicatur. *Paulus* vero *Guldinus* S. I. ex mensium paschalium successione visus est sibi collegisse, nullam in medio desiderari, sed quae quarta numeratur, habendam ratione temporis pro tertia, atque ita insequi ceteras ad vltimam vsque.

XII. *Homiliae diuersae tredecim*, graece et latine p. 350 — 416. et vna latine, de eo, quod verbum DEI factum sit homo, quae incipit: *Profundum quidem et magnum;* et iam prodierat Paris. 1545. in 8. p. 416 — 417. Hanc Vulcanius quoque subiecerat libro contra Anthropomorphitas [?] p. 201. Homilias quasdam Cyrilli et Chrysostomi, gallice a se versas, edidit Morellus Paris. 1604. in 8. Gennadius c. 57. de Cyrillo: *Homilias composuit plurimas, quae ad declamandum a Graeciae episcopis memoriae commendantur. Fabr.* Oudin. l. c. col. 1040. de argumentis singularum homiliarum, et quae in Auberti ed. primum graece lucem adspexerunt, agit. — Infra in vol. IX. pag. 70. 87. 88. 89. 113. et 129. vet. ed. in elogiis et vitis Sctor. nonnullas vel editas, vel in codd. Coislin. adhuc latentes, enumerat Fabricius. — De eius orat. contra Nestorium, (tom. V. ed. Aub. part. II. p. 357. sq. et in *Mansi* collect. concilior. amplissima, tom. IV. p. 1251.) quem ex infimo ordine et quasi stercore ortum, Cyrillus ibi sordide immodesteque conuitiatur, v. *Walch.* in hist. haeres. tom. V. p. 312. not. 1. et de alia homilia, ib. p. 372. sq. — In variis autem bibl. exstant Cyrilli homiliae manuscriptae, in cod. *Escorial.* homiliarum festiuarum, tomus 1. et 2. v. *Plüer.* l. c. p. 163. Atque ne charta temporeque abutar, in genere tantum quosdam, in quibus seruantur modo plures modo singulae homiliae, codd. aut catalogos codicum nominabo: *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. obuios *Bandin.* tom. I. cat. codd. gr. Laur. recenset sermones in occursum domini, p. 419. nr. 32. et p. 442. nr. 8. — in transfigurationem domini, p. 455. nr. 25. — Sec. cat. codd. Angliae: tom. I. in cod. *Barroc.* nr. 85. et alibi, vti iam supra notauimus: in cod. Rob. Huntington. nr. 5819. cat. Bodl. *Cyr.* homiliae 44. arabice. — *Paris.* in bibl. publ. hom. in occursum domini in tribus codd. — in transfigurationem, in decem codd. — in coenam, in duobus codd. in parabolam vineae, in cod. DCCLXXI. — in paralyticum, in cod. MDXCV. — in purificationem, in c. MCLXXIII. in

cc) Similes exstant homiliae siue epistolae paschales Athanasii et Theophili Alex. vt omittam quas Dionysii, Alex., memorat Eusebius, Lucii, Alexandrini, Hieronymus c. 118. catalogi. Confer. *Tillemont.* tom. XIV. p. 269. 270.

dd) *Anton. Salmatiae* prolegg. erudita *Ell. du Pin* in compendium contraxit, et inde *Oudin.* l. c. col. 1033. sqq. verbotenus retulit et col. 1036. sqq. late persequitur singularum homiliarum argumenta. *Harl.*

in laudem bibl. Mariae, in tribus codd. et ex Vaticana bibl. plures homiliae, coptice scr. v. Recens. codd. MSS. qui ex bibl. Vatic. — procuratorib. Gall. traditi fuere p. 36. et 37. nr. 157. ac 160. et p. 38. nr. 164. — *Taurini* in bibl. quondam regia, sermo in sollemnia palmar. et in S. Paullum, in codd. LXX. et CXV. v. catal. codd. gr. Taur. p. 165. et 217. — *Vindobonae* in bibl. caesar. in cod. LXXVII. nr. 31. quinque homiliae et nr. 46. hom. de Paullo, episcopo Emeseno, et de incarnat. Domini, et posterior etiam in cod. LXXXVIII. nr. 3. in festum purificat. in cod. CXLVI. nr. 17. v. *Lambec.* comment. III. p. 388. 392. et 476. — ac vol. V. p. 260. — in virg. Mariam, Ephesi contra Nestorium habita. ib. in vol. VIII. col. 820. De hac postrema orat. conf. quae *Walch.* l. c. pag. 382. sqq. atque pag. 373. sqq. de Procli et Nestorii sermonibus eiusdem argumenti adnotauit. — In *Io. Patusae* encyclopaed. philol. vol. II. est p. 322. *Cyrilli* contra Nestorium sermo, dictus in synodo Ephesina; pag. 326. de sotere nostro deo et homine; et p. 329. de eodem argumento sermo dictus Ephesi in templo, die S. Ioannis euangelistae. *Harl.*

XIII. *Epistolae* LX. Cyrilli et aliorum graece et latine pag. 1—213. exceptis paucis, quae latine tantum reperiri potuerunt, depromtae ex Actis conciliorum, Ephesini, Chalcedonensis, [in bibl. patr. vol. I. p. 415. ed. Paris.] etc. vt infra in indice alphabetico homiliarum, epistolarum et minorum opusculorum Cyrilli distinctius adnotabitur. Ex his latinae editiones operum Cyrilli exhibent epistolas XXXIX. ex versione *Wolfgangi Musculi.* Ex epistolis Cyrilli ad Nestorium et Ioannem Antiochenum adferuntur quaedam in parte III. concilii Chalcedonensis tom. II. Binii p. 349. *Fabr.* *Ceiller* in: Histoire des auteurs eccles. tom. III. pag. 288. illas epistolas diligenter recensuit: *Oudin.* quoque l. c. pag. 1040. sqq. LXI. Cyrilli epistolas, quarum plurimae ad historiam concilii Ephesini, et ad dissensiones Cyrilli cum Io. Antiocheno aliisque orientalibus pertinent, enumerat et de nonnullis quaedam adnotat; denique, „quibus (epistolis), ait, addi possint aliae duae, nimirum epistola Cyrilli Alex. ad Optimum, episcopum, in verba Geneseos, *omnis, qui occiderit Cain, in septuplum punietur* etc. gr. et lat. edita in Chronico Alexandr. ed. Matth. Raderi; altera, inscripta: *Commonitorium de Nestorio,* quod primus in lucem extulit *Stephanus Baluzius,* gr. et lat. in noua collectione concilior. Paris. 1683. fol. p. 377. denique *prologus S. Cyrilli pro cyclo* XCV. *annorum,* latine tantum ab *Aegidio Bucherio,* S. I. sub finem commentarii in Canonem paschalem Victoris Aquitani. Antwerp. 1633." infra, nr. 150. adferitur editio a. 1634. — *Walch.* quoque in hist. haer. V. passim e. gr. p. 333. sq. 336. 358. et alibi, in primis pag. 382—410. frequentem epistolarum Cyr. facit mentionem ad illustrandam historiam haereseos Nestorianae. *Mansius* in collect. concil. amplist. tom. IV. et V. recepit eas, quae ad controuersiam Cyrilli cum Nestorio pertinent. Add. supra, vol. I. p. 700. XLV. infra, de Combefisii edit. Maximi, vol. VIII. p. 741. vet. ed. et vol. IX. de Photio p. 393. LIV. vet. ed. — In multis codd. seruatae sunt epistolae, nunc plures, nunc pauciores, aut vna alteraue. De codd. caesareis *Vindobonae* v. *Lambec.* comment. in indic. ad vol. III. IV. et VIII. aut *Nesselii* catal. in ind. p. 44. sq. — Nonnullae sunt *Florentiae* in codd. Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. I. p. 122. nr. 34. p. 129. nr. 22. p. 544. nr. 7. vol. II. pag. 114. nr. 3. plures in codd. Angliae et Hibern. sec. catal. in bibl. *Bodlei.* nr. 26. 85. 86. epist. canonicae; nr. 91. 142. 185. 1174. 1220. 1953. — tom. II. inter cod. *Gale* nr. 5905. epistola canonica

cum scholiis, et ep. ad episcopos Libyae ac Pentapoleos. inter codd. *Mori*, nr. 9198. — *Dublini*, nr. 277. et 280. — *Taurini* in bibl. quondam regia epist ad Domnum et ad episcop. Libyae et Pentapol. in cod. CV. p. 197. catal. — *Paris.* in sedecim codd. graecis bibl. publ. secundum II. vol. catal. et sex lat. in tom. III. ac IV. — Epistolae canonicae gr. et lat. cum scholiis *Theodori Balsamonis*, in *Guil. Beueregii* Pandect. canon. Oxon. 1672. fol. tom. II. part. I. p. 176. sqq. — Inter epp. est p. 174. ed. ep. ad Maximum aliosque, quae est disp. contra eos occidentales, qui, *Theodori* placita consonare cum formula, dicerent, fidei Nicaenae, et sub nomine: *expositio in symbolum*, exstat in codd. atque in *Mansi* collect. etc. tom. V. p. 383. *Harl.*

XIV. Προσφωνητικὸς *ad imperatorem, Theodosium iuniorem,* περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, *de recta in Dominum nostrum Iesum Christum fide* p. 1 – 42. Incipit: Τῆς μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας τὸ ἀνώτατον. Scriptus a. C. 430. Vide Tillemontium tom. XIV. p. 340. seqq. In latinis editionibus occurrit *Io. Oecolampadii* interpretatio. Cum alia versione in parte I. Actorum concilii Ephesini Rom. 1608. atque inde in Biniana ao. 1618. tom. I. p. 20. atque Labbeana tom. III. p. 45. Citatur in Concilio VI. Actione 1. et 10.

XV. Προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις, λόγοι β΄. *Libri duo de recta fide ad religiosissimas reginas*, Theodosii iunioris coniugem, Liciniam Eudoxiam, sororesque, Flacillam et Pulcheriam. Sub idem tempus scripti cum superiore. Prior pag. 42 — 127. Incipit: σεμνολόγημα μὲν οἰκουμενικόν. Posterior p. 128 — 180. Incipit: Τοῖς τὸ θεῖον καὶ ἐξαίσιον ἱερουργοῦσι κήρυγμα. Citantur p. 48. sq. loca Athanasii ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως λόγου, Attici, episcopi, Antiochi, episcopi, Amphilochii, episcopi Iconii, ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, Ammonis, episcopi Adrianopolitani, Iohannis, episcopi Constantinopol. Seueriani, episcopi, Vitalis, episcopi, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου, et Theophili, episcopi, ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ λόγου πρὸς τοὺς φρονοῦντας τὰ Ὠριγένους. In latinis editionibus occurrit *Io. Oecolampadii* interpretatio. [v. supra ad §. III. de edit. lat.] Sed Aubertus seruauit versionem, qua um hi libri prodiere in parte I. Actorum concilii Ephesini, edit. Binianae, (quae iam mihi ad manus,) tom. I. p. 43. et 90. Citantur ab Ephraimo et Eulogio apud *Photium* cod. CCXXIX. CCXXX. et a *Leone M.* epistola 134. *Fabr.* Conf. *Walch.* l. c. pag. 384. sq. — *Vindobonae* in cod. caes. LXXXVIII. nr. 3. *de recta fide* liber secundus ad imperatrices, in *quadraginta tria capita* diuisus; atque *Lambec.* comm. III. p. 475. not. eum librum, existimat, a Cyrillo ipso in tot capita fuisse diuisum; contra in Conciliorum generalium edit. graeco-lat. Vaticana a. 1608. tom. I. p. 216. diuisus est in capp. quinquaginta nouem. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXXVII. nr. 3. et 4. expositio orthodoxae fidei et opusc. de Trinitate. *Harl.*

[P] *Tomo vltimo.*

XVI. Κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν πεντάβιβλος ἀντίῤῥησις. *aduersus Nestorii blasphemias contradictionum libri V.* pag. 1 — 143. cum versione *Antonii Agellii*,

 Acer-

i) Haec primum lucem vidit in actis synodi Ephesinae, *Peltano* interprete, editis latine Ingolstad. 1576. Deinde Heidelberg. 1579. 8. inter septemdecim homilias graecorum patrum, in praecipua Christi, saluatoris, festa a Peltano editas. Et in latina actorum synodi Ephesinae editione apud Commelin. 1604. fol. p. 594. Nam graece exstat in actis eiusdem concilii, a Commelino editis 1591. fol. p. 249. *Fabr.* in *Mansi* coll. concil. ampl. tom. IV. p. 578. *Harl.*

k) Septem infusoria in septem lampades Zachar. IV. 2. interpretatur septem dona Spiritus S.

quam primus edidit Riccardus, dies festos, qui illa aetate inter Christianos celebrabantur, commemorat his verbis:

Αἱ δὲ τῶν Χριστιανῶν πανηγύρεις θεῖαι καὶ παράδοξοι, καὶ ὄντως πηγαὶ καὶ θησαυροὶ σωτηρίας, ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡμῶν πανήγυρις, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύσσει. ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ὑδάτων ἁγιασμὸν, καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μήτραν. ἡ τρίτη, κατάδυσιν θανάτου, καὶ σταυροῦ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ πατράσιν ἐλευθεροποιὸν εὐαγγελίζεται. ἡ τετάρτη, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν κέκραγε καθέδραν. ἡ πέμπτη, Πνεύματος ἁγίου κάθοδον, καὶ μυρίων χαρισμάτων ὄμβρους σαλπίζει. [¶] αὗται εἰσιν αἱ ἑορταὶ, ἃς ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐταῖς.

At Christianorum solemnia diuina sunt et admirabilia, vereque fontes ac thesauri salutis. Nam prima nostra celebritas, Dei ad homines aduentum praedicat. Quae vero hanc sequitur, aquarum sanctificationem, ac baptismatis fontem graphice exprimit. Tertia, mortis interitum, ac trophaeum crucis, resurrectionisque donum, ac quo patribus parta est libertas, laeto faustoque nuntio indicat. Quarta, primitiarum nostrarum in coelos ascensum, earumque a dextris consessum clamat. Quinta, Spiritus sancti descensum, ac sexcentos gratiarum imbres ceu tubae praeconio [¶] alte intonat. Haec solemnia sunt, quae fecit Dominus: exultemus, et laetemur in eis.

4. *In eundem natalem CHRISTI.* Incipit: λαμπρὰ καὶ παράδοξος. Hanc primus, sed graece tantum et minus emendatam, vulgauerat *Elmenhorstius* p. 248. e codice bibl. Palatinae, additis Meursii castigationibus. At Riccardus ex aliis tribus Romanis emendauit. In Actis concilii Ephesini tom. I. edit. Binianae parte II. p. 381. legitur homilia similis, et iisdem incipiens verbis sub nomine *Theodoti*, Ancyrani. [l]) Procli, Constantinopol., λόγον εἰς τὸ γενέθλιον laudat *Ephraimus* apud Photium cod. CCXXIX. p. 403. Idem p. 435 citat et Proclum ἐν Πουλχεριαναῖς, (homiliis, praesente Pulcheria dictis,) μετὰ τὸ γενέθλιον.

5. Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν. *Laudatio in S. virginem ac Dei genitricem, Mariam.* Incipit: Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρικαὶ [m]) πανηγύρεις. Hanc

Sss 2 inter

l) Vid. in superiore cap. de Cyrillo, Alex., ad §. X. de scriptis Cyrilli ineditis, nr. 175. *Kollar.* ad Lambecii comm. vol. VI. p. 81. sqq. — or. in Christi natiuitatem, *Paris.* in bibl. publ. cod. CMLXXIX. nr. 3. — MCCXXII. nr. 16. et duae homiliae in cod. MCCCCXCI. — Fragmm. ex homilia, *Puer natus est nobis*, inter testimonia Sct. patrum de duabus in Christo naturis, in cod. caesar. *Vindob.* LXXVII. nr. 58. v. *Lambec.* III. p. 396. sq. et paullo post, §. VII. — Homilia in Seruatoris natalem in cod. *Seldén.* IX. in cat. bibl. Bodlei. nr. 3597. — Infra in vol. IX. p. 85. et 86. vet. edit. inter elogia Sctor. tres Procli homiliae in I. C. natiuitatem recensentur, n. nostra et quae a Fabr. nr. 1. et 2. memoratur. *Harl.*

m) Alii codd. μαρτυρίαι καὶ πανηγύρεις.

inter Chrysostomi ἀμφιβαλλομένας graece ediderat Sauilius tom. V. p. 887. n) Sed Proclo recte vindicat Riccardus testimonio codicis Vaticani, cui auctoritas Io. Damasceni, epistola de trisagio, suffragatur. *Fabr.* V. infra, de Damasceno, vol. VIII. pag. 796. vet. ed. et infra, vol. IX. p. 111. ed. vet. *Basnage* in Hist. de l'Eglise tom. II. L. XX. cap. 2. p. 1217. hanc et sequentem homil. propter absurdas, quibus tument, sententias formulasque loquendi, Proclo abiudicat; sed *Schroeckh* in hist. eccl. etc. tom. XVII. p. 490. sqq. inprimis p. 493. propter similem taedii plenam dicendi rationem et obscuritatem formulasque, in prima quoque eiusdem argumenti homilia, et a Basnagio Proclo vindicata, haud infrequentes, Proclo eas adserere haud dubitat. *Harl.*

6. Aliud paullo vberius *S. virginis encomium.* Incipit: κλέπτει τοὺς πόνους τῶν ἐμπόρων. Primus publicauit Riccardus e codice Vaticano. Combefisius collato altero regis christianissimi multa emendauit. [v. infra, vol. IX. p. 110. vet. ed.]

7. Εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια. *In sancta theophania.* Incipit: Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐπεφάνη. A natali Christi, tamquam προλαβούση, siue praecedente festum theophaniorum diserte distinguit sub init. Hanc homiliam primus vulgauit Riccardus. *Fabr.* V. infra, vol. IX. p. 88. IV. — Exstat in cod. *Vaticano*, teste *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 143. *A.* — *Florent.* in cod. Laurent. XV. nr. 2. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 413. — *Paris.* in codd. bibl. publ. MCLXXIII. nr. 29. et MMMLXVI. nr. 16. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 726. et 2500. cat. codd. Angliae etc. tom. I. *Harl.*

8. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου. *In transfigurationem Domini.* Incipit: δεῦτε φίλοι, καὶ σήμερον. Hanc primus graece inter dubias Chrysostomi edidit *Sauilius* tom. VII. p. 332. Deinde e codice bibl. Palatinae a Grutero acceptam *Elmenhorstius* cum sua versione p. 81. *Fabr.* V. supra, in vol. VIII. p. 471. in indice homil. Chrysostomi: infra, vol. IX. p. 89. — In cod. *Naniano* LXIII. nr. 38. incipit: Δεῦτε ἀδελφοὶ φιλόχριστοι καὶ σήμερον etc. et adscribitur *Chrysostomo.* v. catal. codd. gr. Nan. p. 106. — Sic quoque inscripta, sed *Proclo* adscripta, occurrit illa hom. in cod. *Taurinensi,* quondam regio, CXXXVIII. inter Sctorum vitas et patrum sermones. v. catal. codd. gr. Taur. p. 234. sq. — In cod. *Barocc.* CCXXXIV. cat. codd. Angl. etc. I. p. 32. fin. alia *Procli* hom. in transfigurationem Domini exstat: incipit quidem: οἱ μὲν εὖ εἰδότες ἐλθεῖν. *Harl.*

9. Εἰς τὰ βαΐα. *In ramos palmarum.* Incipit: σπουδαιότερος ὁ παρὼν, ὦ φίλοι, καιρός. o) Primus edidit Riccardus e codice bibl. Cryptae ferratae, quae illas quoque, quas secundo et tertio loco memoraui, [P] illi suppeditauit. Alia Procli homilia εἰς τὰ προφωτίσματα καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου καὶ εἰς τὰ βαΐα exstat MS. in bibl. caesarea

n) V. supra, vol. VIII. p. 513. in indice homiliarum Chrysostomi, πᾶσιν μὲν etc. *Harl.*

o) V. infra, vol. IX. p. 129. vet. ed. *H.*

ſarea teſte *Lambecio* V. p. 27. atque incipit: ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως παρακύπτει τὰ χαρίσματα. *Fabr.* In cod. caeſar. CCX. nr. 34. p. 62. ed. Kollar. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DCXXXIX. *Procli homiliae* in ramos palmarum, teſte cel. *Villoiſon* in anecd. gr. tom. II. p. 248. *Harl.*

10. Εἰς τὴν ἁγίαν πέμπτην. *In ſanctam quintam feriam* magnae hebdomadae. Incipit: ἐπέστη τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις. *Fabr.* V. infra, vol. IX. p. 139. ed. vet. — Exſtat *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXV. nr. 9. — in cod. *Coislin.* CXCIII. fol. 98. et incip. ἐπέστη, ἀγαπητοὶ, τῶν ἱερῶν etc. atque *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 246. adnotat, illam homiliam in aliis codd. tribui *Chryſoſtomo.* ſed v. ſupra, vol. VIII. p. 481. et *Bandin.* in catal. codd. gr. Laurent. I. p. 286. vbi in cod. XXVI. nr. 42. adſcribitur Chryſoſtomo. *Harl.*

11. Εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ. *In dominicam paſſionem, in ſancta et magna paraſceue.* Incipit: φοβερὰ τῆς σημερινῆς παρατάξεως τὰ μυστήρια. Primus, quemadmodum et nouem proxime ſequentes edidit Riccardus. *Fabr.* Exſtat in cod. *Coislin.* modo laudato. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCLXX. nr. 2. niſi eſt hom. nr. 13. et nr. 31. *in laudem S. Stephani.* — *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. nr. 43. plut. 7. v. *Bandin.* l. c. p. 286. *Harl.*

12. Εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου. *In Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem.* Incipit: φαιδρὰ τοιγαροῦν τοῦ τριημέρου πάθους τὰ ἄνθη. Videtur ἀπάνθισμα, non integra oratio.

13. 14. Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. Homiliae duae. *In ſanctum paſcha.* Prior incipit: Νικάτω καὶ λόγων εὔροιαν. Poſterior: λαμπρὰ μὲν ἡ τοῦ πάσχα πανήγυρις· λαμπρὸς δέ. [v. infra, vol. IX. p. 94. et 95. vet. ed.]

15. Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα, καὶ εἰς τό· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In ſanctum paſcha, et in illud:* In principio erat verbum. *Ioh. I.* 1. Incipit: Οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν. *Legunt,* inquit Combefiſius, *Graeci illud euangelium ipſo die paſchae, vt bene Riccardus colligit ex Chryſoſtomi homil. 7. de reſurrect. tom. III. Habentque etiamnum Graecorum libri eccleſiaſtici, quibus euangelia digeſta ſunt in vſum totius anni. Tota vero hebdomada legunt euangelia, quae vocant matutina, quibus continetur dominicae reſurrectionis hiſtoria.*

16. Εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν. *In ſanctam pentecoſtem.* Incipit: σήμερον, ἀγαπητοὶ, ἐπεφοίτησε. *Fabr.* V. infra, vol. IX. p. 153. vet. ed. — Exſtat *Paris.* in bibl. publ. cod. MDXCV. nr. 41. *Harl.*

17. et 18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Encomium* duplex *in ſanctum protomartyrem, Stephanum.* Prius incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς καὶ καλῶς τῶν. Hoc licet ſub Procli nomine a Riccardo editum, tamen Photii auctoritate cod. CCLXXI. bibl. *Aſterio,* Amaſeno, vindicatur, cuius nomine reſtitutum graece cum noua verſione ſua

edidit

edidit Combefisius tom. I. auctarii noui pag. 63. Alterum incipit: Ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλων. *Fabr.* V. infra, vol. IX. p. 143. et 144. vet. edit. Homil. quae incipit: ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος, est *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 4. v. *Bandin.* l. c. I. p. 416. — item in codd. *Coislin.* CV. nr. 24. et CXX. nr. 22. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 179. et 196. — de cod. *Paris.* v. ad nr. 11. *Harl.*

19. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπόστολον. *Encomium S. Pauli, apostoli.* Incipit: οὐδεὶς ἀσθενεῖ Παύλου ἀθλοῦντος. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCDXLVII. nr. 31. conf. infra, vol. IX. p. 131. ed. vet. *Harl.*

20. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν, ἀπόστολον. *Encomium S. Andreae, apostoli.* Incipit: ἰσχυρὸν τῆς ἀποστολικῆς ἁλιείας τὸ δίκτυον. Latine sub [?] Chrysostomi nomine ediderat, e *Sirleti* versione, Lipomanus tom. VII et Surius ad 30. Nou. [v. infra, vol. IX. p. 54. vet. ed.] Sed Proclo restitutum graece primus vulgauit Riccardus. Latine vertit etiam *Carolus Fabianus*, ex cuius versione occurrit latine in supplemento bibl. patrum Morelliano tom. I. p. 813. *Fabr.*

[Homiliae in *S. Lucam*, euangelist. et in *S. Ioannem*, euangelist. sub *Procli* nomine exstant in codd. *Paris.* bibl. publ. MCDLIV. nr. 18. et MCDLXVIII. nr. 8. In *S. Ioannem* encomium: *Venet.* in cod. *Naniano* CLIV. nr. 49. incipit: οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ v. cat. codd. gr. Nan. p. 350. Sed sic incipit oratio, nr. 15. memorata, *in pascha. Harl.*]

[*Procli* encomium *S. Nicolai:* incipit: Ἀδελφοί μου, πατέρες καὶ τέκνα, *Oxonii* in cod. Barocc. bibl. Bodlei. CLXXIV. *Harl.*]

21. Pars *laudationis S. Chrysostomi*, dictae, quum illius reliquiae p) Constantinopolim translatae essent, ex antiquo lectionario bibl. Vallicellanae primum latine edita a *Baronio* ad a. C. 438. [tom. V. annal. p. 676.] Incipit: *Certe gratias Deo, fratres carissimi.* Exstat etiam latine tantum in Elmenhorstii, Riccardi, et Combefisii editionibus. *Fabr.* Conf. *Lambec.* commentat. tom. VIII. p. 635. sq. ibique Kollarii not. et supra, vol. VIII. p. 458. cum nota *p. Harl.*

IV. Περὶ παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας. *De traditione diuinae liturgiae*, siue *Missae*, graece praefixum antiquis Liturgiis ediderat Guil. Morellus Paris. 1560. fol. p. 1. sqq. et latine *Claudius de Sainctes* Antwerp. 1562. in 8. Aliam versionem suam addidit Elmenhorstius p. 157. aliam etiam, notasque Riccardus. Nam Combefisius et hoc apospasmation, et cetera, quae deinceps referam, homiliis Procli subiungere omisit. Incipit: πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι. q) Non praetereundum autem est, illud fragmentum, an vere a Proclo ita scriptum

p) Vide *Sam. Basnagii* annales ad a. C. 438. nr. 5.

q) In bibl. *Bodlei.* nr. 2877. et cod. *Escorial.* (v. *Plüer* itinerar. etc. p. 188.) exstat *de traditione liturgiae. Harl.*

ſcriptum ſit, dubitari etiam a viris doctis in ipſa eccleſia romana. *Quia veritati deeſſe nequeo*, inquit *Richardus Simon* in notis ad Gabrielem Seuerum Philadelphienſem pag. 204. *quamuis ſciam, ſcriptores grauiſſimos, qui id argumenti adtigerunt, totos a Procli illius auctoritate dependere, hunc de traditione Miſſae tractatum extra controuerſiam, Procli eſſe, non autem contendere.* Dubitaſſe etiam ſe profeſſus *Allatius* eſt pag. 17. de libris eccleſiaſticis Graecorum. E noſtris conferendus eſt *IV. Erneſtus Tentzelius* de diſciplina arcani aduerſus Eman. Schelſtratenum tom. II. diſſ. ſelect. p. 255.

V. Περὶ πίστεως, *de fide* epiſtola celebratiſſima *ad Armeniae presbyteros et archimandritas*, ſcripta Theodoſio iuniore XV. et Valentiniano IV. Coſſ. hoc eſt a. C. 435. Incipit: ὦ μετρίως ἀδελφοί. Non exſtat in micropresbytico, vt Labbeum ſequutus ſcripſit Caveus, nec in orthodoxographis. Sed cum *Dionyſii Exigui* verſione, (praemiſſa eius epiſtola ad Felicianum, paſtorem,) occurrit in Antidoto aduerſus haereſes Baſil. 1528. et Paris. 1538. fol. et in haereſiologia Ioh. Heroldi, Baſil. 1556. fol. pag. 565. nec non in bibliotheci patrum, r) in auctario Ducaeano Paris. 1624. tom. I. et in editione Morelliana [P] Paris. 1654. tom. XI. cum verſione *Antonii Agellii*, vt alias editiones, in quibus latine tantum legitur, omittam. Exſtat et graece ac latine in conciliis edit. *Labbeanae* tom. III. pag. 1217. *Harduin.* tom. I. p. 1722. cum verſione *Dionyſii Exigui.* s) Etiam Elmenhorſtius Dionyſii verſionem exhibet in ſua opuſculorum Procli editione p. 123. quemadmodum Riccardus p. 680. qui antea etiam vtraque lingua dederat, quemadmodum Elmenhorſtius p. 2. cum verſione *Antonii Agellii*, epiſcopi Acernenſis, quae etiam in nonnullis bibliothecae patrum editionibus exhibetur. Prodiit et Paris. 1539. ex officina Claudiae Guillardae. Meminere huius tomi, ſiue epiſtolae, patres ſynodi V. Conſtantinopol. collatione quarta, t) quinta et ſexta, Cyrillus Alex. in epiſtolis, quae Actis concilii Epheſini addi ſolent, ad Iohannem.

r) V. cat. bibl. Leidens. p. 66. *H.*

s) Item in *Manſi* collect. concil. ampl. tom. V. p. 421. ſqq. cum Dionyſii Exigui verſione ac praefatione, a. 435. ſignata; quae tamen anni nota num vera ſit, dubium eſſe videtur. v. *Walchii* hiſtor. haereſium, V. p. 641. ſq. 643. ſqq. vbi laudat is *Tillemont.* p. 789. eiusdem *Walch.* hiſtor. tom. VI. p. 63. Procli autem epiſt. potiſſimum compoſita eſt contra ſcripta Theodori, Mopſueſt. Add. *Schroeckh* l. c. tom. XVIII. pag. 500. ſqq. 506. etc. Exſtat epiſtola in cod. caeſareo LXXVII. nr. 51. v. *Lambec.* III. p. 394. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXV. atque confector cat. codd. gr. Marc. p. 302. ſequitur, ait, opus, in duas partes diuiſum, in quo agitur contra Theodorum (Mopſueſtenum) et Neſtorianos, iisque vt plurimum opponitur Leontius Heremita. — *Oxon.* in bibl. *Bodleiana* nr. 2408. catal. — *Florentiae* in bibl. Laur. Medicea, epiſt. interprete Dionyſio eodem, qui S. Cyrilli capitula et epiſtolas eſt interpretatus, teſte *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. p. 272. C. *Harl.*

t) In eadem quarta collatione tom. II. concilii edit. Binianae parte II. p. 68. latine exſtat fragmentum libelli, Proclo porrecti a presbyteris et diaconis, qui miſſi erant ab epiſcopis, clericis et monachis et caeteris magnae Armeniae et Perſidis et aliis gentibus. Confer *Tillemontium* tom. XIV. p. 629. ſeq. Fallitur *Baronius*, qui ad martyrolog. Rom. 24. Octobr. ſcribit, Procli epiſtolam ad Armenios in ſynod. Epheſina citari. [add. infra, vol. XI. p. 456. ſq. de edit. Conciliorum. *Harl.*]

nem, Antiochenum, et ad monachos, Anastasium, Alexandrum et Martinianum: Facundus pluribus in locis, Liberatus in breuiario cap. 10. Agobardus aduersus Felicem tom. XIV. bibl. patrum Lugd. p. 249. Io. Maxentius in catholica professione de Christo, et imperator, Iustinianus, qui *magnum Proclum* vocat lib. I. tit. 1. codicis de summa trinitate, leg. 7. Alia fuit ad reuerendissimum clerum et amicum Christi orthodoxum populum epistola Procli, cuius meminit Dorotheus, Moesiae metropolitanus, in *Baluzii* noua collectione concilior. p. 840.

VI. *Epistola* synodica ad *Domnum, Antiochenum* episcopum, pro caussa *Athanasii* u), Perrhae episcopi. Incipit: τὸ φιλάλληλον, θεοφιλέστατε. Prodiit saepius graece et latine in Actis synodi Chalcedonensis Actione XIV. tom. II. edit. conciliorum Binianae, Labbeanae tom. IV. atque ex *Dionysii Exigui* versione in veteri latina illorum Actorum interpretatione, ex qua edidit Elmenhorstius p. 118. et Riccardus p. 695.

Ad Ioannem, Antiochenum, epistola de caussa *Theodori,* Mopsuesteni, et *Ibae,* Edesseni episcopi. Latine tantum seruata in Actis quintae synodi Constantinopol. collatione V. et VI. Incipit: *Arbitror, te cognoscere, religiosissime. Fabr.* De *Iba* v. infra vol. XI. pag. 438. de edd. concilior. In *Mansi* coll. concil. ampl. VII. p. 241. exstat maxima Ibae epistolae pars gr. et lat. in tom. IX. p. 298. plura dabunt *Schroeckh* in hist. eccles. christ. tom. XVIII. pag. 306. sqq. I. p. 466. *Walch.* in hist. haer. V. p. 648. sqq. p. 670. sq. vbi lectores ablegat ad *Assemanni* bibl. orient. tom. I. p. 199. sqq. *et le Quien* orient. christian. tom. II. p. 960. sqq. inprimis *Walch.* l. c. tom. IV. p. 53 — 76. vbi etiam alii laudantur veteres et recentiores scriptores, atque de Domno et Io. Antiocheno quaedam notantur. *Harl.*

[℣] Hisce epistolis alias duas ad Iohannem, Antioch., et vnam ad Maximum, diaconum, ex *Facundi* VIII. 2. et 5. aliasque quasdam aliorum epistolas et fragmenta *Riccardus* ex Actis concilii Chalced. et Constantinopolitani V. adiunxit, de quibus vide, si placet, *Labbeum* tom. II. de Script. eccles. p. 240. seq.

VII. Plures Procli homilias intercidisse, patet ex *Ephraimo* apud *Photium* cod. CCXXIX. p. 422. qui laudat Proclum ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ, *in homilia quadragesima*, nisi verba illa homiliam, initio ieiunii quadragesimalis dictam, denotent, vti p. 423. laudatur *Nazianzenus* ἐν τοῖς γενεθλίοις, id est, homilia εἰς τὰ γενέθλια. Homiliam, qua verba Ezech. XXXVIII. 3. ad victoriam, de Barbaris Hunnis relatam, adplicuit, memorat *Socrates* VII. 43. et ex eo Tripartita XII. 12. *Nicephorus* XIV. 38. Ex homilia in illud Es. IX. 6 *Puer natus est nobis*, adfert nonnulla synodus Chalcedonensis tom. II. Binii p. 349. et *Anastasius Sinaita* in hodego p. 110. et 166. Idem p. 160. laudat quaedam ex Procli λόγῳ εἰς τὴν θεοτόκον, quae in editis non reperio. *Fabr.* Homilias in Lucam, Ioannem et Nicolaum ian

u) Vide *Tillemont.* tom. XIV. p. 647. sqq.

iam memoraui ad nr. 20. at in cod. *Naniano*, ibi citato, nr. 42. (catal. pag. 350.) etiam laudatur *Procli* λόγος καὶ διάλυσις τῦ ἁγίȣ πατρὸς ἡμῶν, cuius initium: ὡς κατῆλθεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησȣ̃ς Χριςός.

Sub *Procli, CPolit.*, nomine perperam in cat. *Bodlei.* nr. 3036. et in *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. p. 487. *E.* memorantur *elementa theologica:* sunt enim *Procli diadochi* libri *de Platonica theologia.* conf. *Lambec.* comm. I. pag. 269. et *Reiser* in indic. bibl. codd. Augull. Vind. pag. 34. *Harl.* — Procli episc. CPol. literarum monumenta quae supersunt omnia post Richardum et Combefis. collecta, digesta et recensita in *Galland.* bibl. PP. tom. IX. p. 601. sq. cf. Galland. Prolegg. p. 39. *Beck.*

VIII. ASTERIVS, Amaseae, metropolis Ponti, episcopus, homilia in seruum centurionis, cuius argumentum Photius nobis seruauit (cod. CCLXXI. p. 819.) narrat, se in iuuentute a quodam Scytha, seruo, quem Antiochenus quidam ciuis emerat, edoctum liberalibus disciplinis. Homilia III. in auares testatur, se vicinum aetati Iuliani, imp., qui a. C. 363. est obtruncatus. Et homilia in festum Kalendarum p. 75. deplorat necem Rufini, qui apud Arcadium tantum valuit, Eutropiique, [v]) quorum ille ao. 395. hic 399. παρελθόντες ἐνιαυτȣ̃, siue anno ante hanc homiliam habitam perierat. [w]) In episcopatu Amaseno successisse Eulalio [x]) videtur, in exsilium eiecto per Arianos; sed post mortem Valentis a. C. 378. restituto, cuius meminit *Sozomenus* VII. 2. atque successorem habuisse Palladium, qui a. C. 431. Ephesinae synodo interfuit: εἰς βαθὺ γῆρας τȣ̃ βίȣ καταντῆσαι ad extremam senectutem peruenisse, ex quadam eius, (quae hodie non exstat,) homilia notauit *Photius* in Amphilochiis quaest. 125.

IX. Exstant eius homiliae: [y])

1. Εἰς

v) Confer *Sam. Petitum* III. 7. Obseruatt. p. 338. seq. et *Valesium* p. 162. ad Sozomeni VIII. 7.

w) Atque *Saxius* in Onom. I. p. 470. ex *Pagio* in crit. Baron. a. C. 405. nr. XIV. pag. 452. tom. V. probat, *Asterium* a. C. 400. recitasse *orationem de Kalendis.* Add. de *Asterio Hambergerum* in: zuverl. Nachr. tom. I. p. 919. sq. et, quos hic iam laudat, *Cauei* hist. litt. scriptorum eccles. tom. I. p. 572. *L. Ell. du Pin* Nouv. Bibl. tom. III. p. 77. *R. Ceiller* Hist. gener. des AA. eccl. tom. VIII. p. 487. Magnam biblioth. eccl. h. v. *Harl.*

x) *Cotelerius* tom. II. monument. p. 516. *Tillemont.* tom. X. p. 403. seq.

y) De codd. in genere quaedam notabo. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. I. nr. 45—49. plut. 7. sunt quinque priores, a Fabricio recensae, *Asterii, Amas.* homiliae, et in cod. XX. nr. 18. plut. 11. est encomium in Phocam. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 198. et 514. — *Aster.* citatur ibid. p. 91. nr. 24. in catena in Psalmos, et p. 435. in exposit. diuinor. praeceptorum. — *Vindobonae* in codd. caesar. XVI. nr. 22. et XXXV. nr. sunt homiliae in Phocam et SS. martyres. v. *Lambec.* VIII. p. 517. ibique Kollar. de *Phoca*, et p. 791. sqq. — In cod. X. caes. Asterius citatur in caten. in Psalter. v. *Lambec.* III. p. 53. sqq. sed in indice p. 574. fatetur, sibi haud liquere num Asterius Amas., an Cappadox sit intelligendus. v. infra §. IX. 20. et not. ad §. XI. nr. 2.

1. Εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. *de Diuite et Lazaro,* Luc. XVI. 19. seq. Incipit: οὐ τοῖς ἀποφαντικοῖς καὶ δογματικοῖς μόνον. [v. infra, vol. IX. p. 106. ed. vet.] Laudat tunc adhuc [?] ineditam *Philippus Rubenius* lib. II. cap. 1. electorum. Locum de Christo non pingendo, ex ea adlatum in synodo septima, actione 6. tom. III. Binii p. 658. vindicat *Nicephorus,* Constantinopolitanus, in antirrheticis, et *Theodorus Studita* lib. II. epist. 36. ad Naucratium tom. V. opp. Sirmondi p. 438.

2. Εἰς τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας. *De oeconomo iniquitatis,* Luc. XVI. 1. seq. Incipit: Πολλάκις ὑμῖν εἶπον διαλεγόμενος. [v. infra, vol. IX. p. 128.]

3. Κατὰ πλεονεξίας. *Aduersus Auaritiam.* Incipit: Ἄνδρες Χριστιανοὶ καὶ κλήσεως. *Fabr.* Exstat quoque in *Io. Patusae* encyclop. philol. vol. II. pag. 307. *Harl.*

4. Λόγος κατηγορικὸς τῆς ἑορτῆς τῶν καλανδῶν. Sermo aduersus donationes, ineptias ac superstitiones, *Calendis Ianuarii* illa aetate vsitatas. Incipit: δύο κατὰ ταυτὸν ἑορταί. [v. infra, vol. IX. p. 63. vet. ed.]

5. Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. *Num liceat dimittere homini vxorem suam quaecunque ex causa* ad Matth. XIX. 3.

Hasce quinque homilias, hactenus memoratas, primus graece ex codice cardinalis Ascanii Columnae cum versione *Philippi Rubenii* edidit *Iohannes Brantius,* Antwerp. 1615. in 4. vnde recusae sunt vtraque lingua in Auctario Ducaeano Paris. 1624. 4. tom. II. p. 563. et in bibliotheca patrum Paris. 1644. (1654.) tomo XIII. sed ope codicum, quos a Sirmondo Ducaeus acceperat, accuratius recensitae. Tum latine in bibliotheca patrum Colon. 1618. tom. IV. Rubenii versionem *Combefisius* ita interpolauit, vt nouam veluti adornauerit. Gallice transtulit *Franciscus Maucroix,* z) Paris. 1695. in 12. consilio Pauli Pelissonii, qui inter disertissimos graecos ecclesiae doctores locum singularem Asterio tribuendum esse non dubitauit.

6. Εἰς

Idem quoque dicendum videtur de simili catena in cod. XVII. *Venet.* Marc. cat. p. 19. — et forsan quoque de cod. *Coislin.* LXXX. in scholiis marg. ex SS. eccl. exceptis, ad Theodoreti comm. in Psalmos. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 137. — de cod. *Barocc.* CLIV. sec. cat. in L. priores Psalm. — de cod. *Bodlei.* nr. MCMLXXXII. — In cod. *Coislin.* CVII. sunt homil. nr. 7. et 8. — in cod. CXII. Asterii loca in collectione rerum moral. ex opp. scriptor. eccl. — in cod. CCI. si in Nicetae catena in euang. Lucae. v. *Montfauc.* l. c. pag. 182. 186. et 251. ac pag. 546. ex Photii amphilochiis (v. paullo post, §. XI. nr. 1.) s. cod. CCLXX. exceptam dedit gr. et lat. *quaestionem* CXXV. *quot Asterii fuerint, et quaenam ipsorum opinio.* Alios codd. suo quosque loco nominabimus. *Harl.*

z) Iournal des Savans 1695. p. 629. edit. Amst.

6. Εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ εἰς τὴν Σωσάνναν. *In Danielem, prophetam, et Susannam.* Incipit: ἀεὶ τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις. Ex MS. regis christianissimi. *Fabr.* V. infra, vol. IX. pag. 70. vet. ed. — Exstat in bibl. *Paris.* publ. codd. MCXCVIIII. et MDCLVIII. nr. 29. — *Oxon.* in cod. Barocc. CXCII. *Harl.*

7. Εἰς τὸν ἐκ κοιλίας τυφλόν. *In coecum a natiuitate,* Ioh. IX. Incipit: ἠκούσαμεν ἀρτίως τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς. Ex codice Sirmondi et Seguieriano. Legit Photius et loca ex hoc sermone profert in bibliotheca cod. CCLXXI. p. 820. edit. primae. [v. infra, vol. IX. p. 67. vet. ed.]

8. Εἰς τοὺς ἁγίους κορυφαίους ἀποστόλους, Πέτρον καὶ Παῦλον. *In sanctos principes apostolos, Petrum et Paulum.* Incipit: πᾶσαι μὲν αἱ συνήθεις [?] αὗται. Ex venerandae antiquitatis codice Seguieriano recens adlato ex celebri monasterio τῆς ἐγκλείστρας, Graeciae. [v. infra, vol. IX. p. 134. ed. vet.]

9. Ἐγκώμιον εἰς ἅγιον ἱερομάρτυρα Φωκᾶν. *In S. martyrem, Phocam,* Sinopensem, passum Romae sub Traiano. Incipit: Καλὴ καὶ συμφέρουσα. Ex codice regis Galliae et autographo Sirmondi. In quibusdam codicibus, (vt caesareo apud *Lambecium* VIII. p. 243.) aa) incipit a verbis p. 171. edit. Combefisianae: ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων μαρτύρων κατάλογος. Atque ita latine, tamquam Simeone Metaphraste auctore, legitur apud *Lipomannum* tom. VI. p. 274. b. et *Surium* ad 22. Sept. Duos Phocas, martyres, in hoc sermone ab Asterio confundi, notat *Baronius* ad martyrolog. Rom. 14. Iul. quem vide etiam ad 5. Martii, vbi notat verba quaedam, (quae pag. 178. edit. Combefisii leguntur,) laudari in septima synodo.

10. Εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας. *Encomium in sanctos martyres.* Incipit: ἔστιν ὡς ἔοικεν καὶ παρὰ τῶν. Ex codice card. Columnae, describente Iac. Sirmondo. [exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. DCCLXXI.] Loca duo e MS. caesareo emendat *Lambecius* VIII. p. 373. [s. p. 791. sqq. ed. Kollar. cod. XXXV. nr. 4.]

11. Εἰς μαρτύριον τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας, ἔκφρασις. *Enarratio imaginis, qua exprimitur martyrium clarissimae martyris, Euphemiae,* sub Diocletiano passae. Incipit: πρώην μὲν, ὦ ἄνδρες, Δημοσθένην εἶχον ἐν χερσὶ τὸν δεινόν. Hanc

aa) P. 517. sq. ed. Kollar. qui, vt et Lambec. de duobus Phocis quaedam animaduertunt. Haec autem Asterii laudatio grata fuisse videtur antiquioribus; vtpote quum illa in pluribus occurrat codd. e. g. in bibl. *Bodlei.* nr. CCXXXVI. et CCLXXXV. sec. cat. codd. Angliae etc. tom. I. et in tom. II. inter codd. *Th. Gale,* nr. MMMMMDCCCLXXVIII. — in bibl. quondam regia *Taurin.* LXXXVI. fol. 99. b. vbi etiam incipit ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος etc. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 181. — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana; — et in cod. *Sfortiano,* teste *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. p. 493. *A.* et 700. *C.* — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. add. paullo ante in notitia codd. et infra in vol. IX. p. 136. ed. vet. *Harl.*

ἔκφρασιν Asterii laudant *Photius* in bibliotheca cod. CCLXXI. pag. 820. et in Amphilochiis quaest. 125. et *Adrianus* II., papa, lib. de imaginibus, profertque integram septima synodus actione 4. tom. III. Binii pag. 544. seq. Laudat iterum p. 659. actione VI. et p. 700. actione VIII. Combefisius vero ex codicibus duobus regiis [bb]) castigauit, et noua versione donauit. Gallice cum primis quinque homiliis vertit *Franciscus Maucroix*. Paris. 1695. in 12. [v. infra, vol. IX. p. 76. ed. vet.]

Sex, quas proxime hactenus retuli, primus graece et latine edidit, Rutenianisque subiunxit, et vniuersas notis illustrauit *Franciscus Combefisius* tom. I. Auctarii noui bibliothecae patrum, Paris. 1648. fol. Latine deinde ex Combefisii versione subiunxit *Theophilus Raynaudus*, operibus latinorum scriptorum Leonis Magni, Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi, Fulgentii, Valeriani Cemeliensis, et Amedei, Lausanensis episcopi, quae sub titulo Heptadis praesulum, christiana sapientia et facundia clarissimorum, Lugd. 1652. et [?] Paris. 1661. fol. *vna hac*, vt queritur in bibl. concionatoria Combefisius, *officii gratia, quod expunctum meum producentis nomen est*. Nimirum dominicani, Combefisii, nomen libenter supprimendum ratus est Iesuita, Raynaudus, professus etiam Cyriacorum aduersarius. In illa Combefisii bibliotheca concionatoria pleraeque etiam Asterii homiliae ex Combefisii versione latine exhibentur.

12. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Laudatio S. protomartyris, Stephani.* Incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς καὶ καλὸς. Ex Photii testimonio cod. CCLXXI. Asterio, Amaseno, vindicatur et sub eius nomine a Combefisio exhibetur graece et latine tom. I. auctarii noui pag. 283. licet codices quidam referant ad *Proclum*, Constantinopolitanum, inter cuius homilias a Vincentio Riccardo edita est, vt supra, in Proclo nr. 17. 18. dixi. At fallitur *Oudinus*, qui homiliam in protomartyrem, Stephanum, quae inter Nysseni opera tom. III. pag. 354. legitur, Asterii esse scribit p. 59. supplementi de Scriptoribus eccles. Illa enim, licet similia quaedam habeat, alia est, atque incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Vide quae supra cap. XX. in Nysseni scriptis, num. 44. [p. 115. et infra, vol. IX. p. 143. ed. vet.]

13. *In Psalmum IV.* Incipit: ὥσπερ ὁ τῇ ποικιλίᾳ. Prodiit e MS. caesareo graece inter homilias Chrysostomi tom. VII. edit. Sauilianae p. 431. sed auctoritate Catenae in Psalmos L. a Daniele Barbaro latine editae, Asterio vindicatur a *Cotelerio*, qui varias lectiones codicis regii tom. II. monument. pag. 516. seq. publicauit.

14. 18.

bb) Exstat in tribus codd. *Paris.* bibl. publ. *Harl.*

14. 18. *In Psalmum V.* Homiliae quinque. Prima incipit: Οἱ τὸ μακάριον τέλος τῆς ζωῆς. Secunda: ἐκ ὄντως ἑωσφόρος ἁπαλοῖς σκιρτήμασι. Tertia: ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν λαμπρότεροι νυμφίοι. Quarta: Τὰ ῥήματά με ἐνώτισαι Κύριε. ποῖα ῥήματα. Quinta, in qua et de Iosepho, dicta τῇ μεγάλη δευτέρᾳ magna secunda feria, siue feria secunda Paschatis. Incipit: εὐφραινέσθω καὶ νῦν ἡ κληρονόμος ἐκκλησία. Has quinque homilias ex codice MMCDII. regis Galliae graece primus cum versione sua vulgauit *Io. Baptista Cotelerius* tom. II. monumentor. ecclesiae graecae Paris. 1688. in 4. p. 1—48. [conf. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XVII. p. 501.]

19. *In Psalmum sextum.* Incipit: ςρατιῶται πλημμελήσαντες ἀπολογία. Edidit graece et latine idem *Cotelerius* p. 48—63.

20. *In Psalmum septimum.* Incipit: ὥσπερ ὁ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος θεατής. Edidit idem *Cotelerius* cum versione sua p. 63—81. Ceterum [*] quum Asterius quoque, Scythopolitanus, (ne de Asterio, Cappadoce, dicam,) Psalmos exposuerit, teste Hieronymo: incertum, num harum in Psalmos homiliarum, ex quibus catenae graecorum patrum in Psalmos subinde nonnulla iam sub Asterii, iam sub Didymi nomine citant, auctor sit Asterius, Amasenus, an vero Asterius, Scythopolita, vel Cappadox. [v. ad §. IX. in not. codd.]

21. Προτρεπτικὸς εἰς τὴν μετάνοιαν. *Adhortatio ad poenitentiam.* Asterio cc) vindicatur ex Photii auctoritate cod. CCLXXI. licet in quibusdam codicibus referatur ad *Gregorium, Nyssenum,* inter cuius opera prodiit tom. II. edit. ao. 1638. p 165. et in adpendice graecolatina operum Nysseni a. 1605. nr. 67. cum versione *Petri Francisci Zini.* Incipit: ἀνὴρ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν. [v. supra, pag. 121. nr. 67. in h. vol.].

22. Εἰς τὴν παρείσβασιν τῶν νηστειῶν. *In ingressum ieiuniorum.* Etiam hanc Asterio Photius cod. CCLXXI. vindicat, licet sub Nysseni nomine vulgarit Iac. Gretserus, Ingolstad. 1617. in 4. Atque inde in adpendice operum Nysseni a. 1605. et in editione a. 1638. tom. II. p. 247. prodiit cum eiusdem Gretseri versione. Incipit: Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. [v. supra in h. vol. p. 122. nr. 73.]

X. Desiderantur sermones, quos legit, et ex quibus loca quaedam in gustum protulit *Photius* cod. CCLXXI.

1. In illud Lucae X. 30. *Homo quidam descendit ad Ierusalem in Iericho.*

cc) *Combefisius* auctar. nouiss. p. 538. *Nysseni homiliam de peccatrice, mihi potius Asterius,* ut et alias quasi adpendice *Gregorio Nysseno adscriptae.* Idem de homilia, Nysseno tributa, *contra fornicarios* et altera περὶ εὐνοίας sentit *Tillemontius* tom. X. p. 415.

2. In illud Lucae XVIII. 10. *Duo homines ascenderunt in templum vt orarent.*
3. *De Zachaeo* Luc. XIX. 1.
4. *De duobus filiis.* Luc. XV. 11.
5. *In seruum centurionis* Luc. VII.
6. *In Iairum et mulierem αἱμοῤῥοῦσαν.* Matth. IX. 20. quae postrema homilia Asterii citatur etiam a Nicephoro, Constantinopol., in antirrheticis MSS. [v. infra, vol. IX. p. 82. ed. vet.]

His adde 7. *encomium Basilei,* episcopi Amaseni, qui sub Licinio circa a. C. 320. passus est 26. April. Typicum S. Sabae ad illam diem: dd) τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βασιλέως, ἐπισκόπου Ἀμασίας. Εἰς τὸν ὄρθρον ἀναγινώσκομεν [!] τὸ ἐγκώμιον Ἀστερίου ἐπισκόπου Ἀμασίας. Elogium Basilei ee) edidit quidem Henschenius graece et latine in Actis Sanctor. ad 26. April. Sed id recentiorem habet auctorem. Incipit: Οἱ τὸ ἐπίγειον κράτος λαχόντες.

Photiana excerpta cum versione sua et notis Combefisius homiliis Asterii subiunxit p. 211. seq.

Fragmenta quaedam occurrunt et Asterii in catena graecorum patrum ad Lucam, quam latine *Balthasar Corderius* vulgauit Antwerp. 1628. in fol. [v. supra, vol. VIII. p. 685. sq.]

Homilia in tres Christi tentationes, quae incipit: ἥλιος μὲν ὑπὲρ γῆς παρακύψας, quam tom. VII. Chrysostomi p. 301. Sauilius graece edidit, atque Combefisius in bibl. concionatoria Asterii esse suspicatus est. Marius Mercator docet, *Nestorii* esse, sub cuius nomine graece cum versione sua exhibet *Io. Garnerius* tom. I. Marii Mercatoris p. 85. Confer. *Tillemontium* tom. XV. memor. p. 749. [infra, vol. IX. p. 285. vet. ed.]

XI. Alii Asterii. ff)

1. Asterium, Amasenum, Balthasar Corderius eumdem putat esse Asterium, qui vna cum Acacio, Berrhoeensi, frequentauit *Iulianum Sabam,* teste *Theodoreto* cap. 2. religio-

dd) *Coteler.* tom. II. monument. p. 515. *Tillemont.* tom. V. memor. hist. eccles. 515. et 787. [supra, in h. vol. p. 6. *H.*]

ee) Alia sunt *Basilei, Amaseni,* Acta, quae sub Iohannis, presbyteri Nicomediensis, nomine exstant etiam latine apud Surium 26. Apr. Incipiunt: Ἐγένετο μετὰ τὸ κατάξαι Κύριον. Alia, quae sine nomine citat *Eustratius,* Constantinopol. presbyter, in libro contra Psychopannychitas c. 20. ad calcem Allatii de purgatorio pag. 501. λέγει τοίνυν ὁ τὴν διήγησιν τοῦ μαρτυρίου ποιησάμενος τοῦ ἁγίου Βασιλέως ἐπισκόπου Ἀμασίας καὶ μάρτυρος.

ff) Conf. *Molleri* homonymoscop. pag. 413. sq. *Harl.*

religiosae historiae. Sed rectius alii viri docti vtrosque distinguunt, licet perperam *Natalis Alexander* gg) eum, de quo Theodoretus loquitur, *Petrae* in Arabia episcopum fuisse adfirmarit. Illum vero, Iuliani Sabae discipulum, a puerili aetate in monastica vita adsuetum, ac denique religiosorum monasterii (Gindarensis) circa a. 372. praefectum siue Abbatem, et catholicae doctrinae defensorem fuisse, scribit Photius in Amphilochiis, hh) siue dubiis ad Amphilochium, Cyzicenum.

2. Ab vtroque, Iuliani Sabae discipulo et Amaseno illo, diuersus fuit Asterius, *Cappadox*, ex sophista ethnico Χριστιανίζειν ἐπαγγελλόμενος, [†] sed in persequutione Diocletiani et Maximiani circa a. C. 304. iterum idolorum cultor: inde, quum Luciano, martyre, magistro suo, ii) ad poenitentiam eum reducente, ad Christianos rediisset, promachos Arianorum, episcopatum, quem ambiit, nullum adeptus est, quod persequutionis tempore sacrificasset, ὑποδῦναι μιᾶς πόλεως ἐπισκοπὴν προθυμούμενος, ἱερωσύνης μὲν ἠστόχησε, διὰ τὸ ἐπιτεθυκέναι κατὰ τὸν διωγμόν, vt narrant *Socrates* lib. I. c. 36. et *Nicephorus* lib. VIII. c. 53. [mort. circ. a. 330.] Vide et *Epiphanium* LXXVI. 3. Scripsit σύνταγμα, quo Christum rebus creatis accensuit, citatum ab Athanasio et Epiphanio, confutatum a Marcello, Ancyrano. Confer *Hermantium* in vita Athanasii tom. I. p. 344. seq. *Tillemont.* tom. VI. memor. hist. eccles. p. 291. kk) *Commentarios* huius Asterii *in Psalmos*, citat Eusebius in Psalmos p. 28. et Catena ll) MS. in Psalmos in bibl. Coisliniana: memorat *Hieronymus* de scriptoribus eccles. c. 94. vbi etiam *in epistolam ad Romanos et in euangelia* scripsisse testatur: Et *contra Marcellum, libros*, quibus Sabellianae eum haeresis arguit, (id. c. 86.) *multaque alia, quae a suae partis hominibus studiosissime leguntur*. (id. c. 94.)

3. Quar-

gg) Sec. IV. p. 148.

hh) Locum Photii exhibet *Combefisius* tom. I. auctar. noui p. 281. et *Montfauconus* p. 346 bibl. Coislinianae. [v. supra in notitia codd.]

ii) *Philostorgius* II. 15.

kk) Add. *Walchii* histor. haeres. tom. II. p. 661. sqq. *Schroeckh* hist. eccl. christ. tom. VI p. 114. sq. Vtroque monente; *Athanasius* multa ex eius syntagmate etc. loca collegit in orat. I. contra Arianos p. 435. or. II. contra eosdem p. 496 505. or. III. p. 551. de synodis p. 731. sq. ed Bened. quae merum Arianismum redolent. Contra secundum *Philostorg.* H. E. epit. libr. II. cap. 14. et 15. libr. IV. cap. 4. videtur is auctor semiarianismi fuisse. *Asterius* scripsit quoque contra Marcellum, Ancyr., eumque arguit errorum Sabellianorum. conf. *Hieronym.* de viris illustr. cap. 86. p. 174. in Fabricii bibl. eccles. et de Asterio ipso, cap. 94. vbi vid. interpret. pag. 182. sq. ed. cit. — it. *Euseb.* contra Marc. lib. I. cap. 4. et de theol. eccl. libr. II. cap. 19. libr. III. cap. 4. vbi quoque fragmenta quaedam seruata sunt. *Harl.*

ll) Vide [*Lambec.* supra in notit. codd. citatum,] *Montfauconi* catalogum bibl. Seguierianae siue Coislinianae p. 137. Etiam in catena Corderiana ad Psalmos saepe Asterius citatur, sed incertum, intelligatur ne Asterius *Scythopolita*, qui et ipse in Psalmos scripsit, teste Hieronymo epistola 74. ad Augustin. *Fabr.* Superest comm. in Psalmum *quartum*, editus a *Montfaucon.* in collect. nou. P. P. et scriptor. graec. tom. I. pag. 29. *Harl.*

3. Quartus est Afterius, iisdem Arianus, episcopus Cyrenfis, quem precibus Iuliani Sabae (circa a. C. 372.) morti datum narrat *Theodoritus* in religiosa historia cap. 2. et *Photius* in Amphilochiis, quaest. 125.

4. Incertum, fitne idem cum hoc Afterius, episcopus Arianus, quem in concilio Seleucienfi (a. C. 359.) a femiarianis ob crimina, quae illi imputabantur, excommunicatum narrat *Socrates* lib. II. c. 40. *Tillemontio* quidem tom. VI. p. 785. memoriar. videtur is esse Afterius, Cyrenfis, Blondello Scythopolitanus, auctori perpetuitatis fidei catholicae Petraeus, de quo mox.

5. Alius Afterius, monachus, quem laudat *Nazianzenus* protreptico carmine ad Hellenium tom. II. p. 109. Τίς δέ κεν Ἀςερίοιο σαοφρονέων λελάθοιτο etc.

[P] 6. Afterius, *Petrae* in Arabia episcopus, qui concilio Sardicenfi a. C. 347. interfuit, quemque ab Arianis (circa a. C. 347.) in fuperiorem Libyam relegatum tradit *S. Athanafius* ad folitariam vitam agentes tom. I. p. 820. Vide martyrologia 10. Iun. Interfuit adhuc concilio Alexandrino a. 362.

7. Afterius, fubpraefectus Cappadociae, ad quem epiftolae *Nazianzeni* CXXV. CXXVI. CXXVII. alius Nyfeni οἰκέτης, cuius meminit *Bafilius* epift. 44.

8. Afterius, *Scythopolita*, quem inter celeberrimos ecclefiae fcriptores refert S. *Hieronymus* epift. 83. ad Magnum Oratorem p. 655. et poft Origenem, Eufebium et Theodorum, Heracl., in vniuerfos Pfalmos fcripfiffe ait epift. 74. ad Auguftin. Male Hendreichius in pandectis Brandenburgicis hunc eundem facit cum Afterio, Cappadoce.

9. Afterius, patriarcha *Alexandrinus*, (tempore Iuftini, imp.) memoratur in Actis Arethae et Sociorum apud Surium ad 24. Octob. mm) Sed Nicephorus Conftantinopol. Theophanes et alii, qui catalogum epifcoporum Alexandrinorum texuere, hunc Afterium ignorant: vnde commentitius videtur *Antonio Pagi* ad a. C. 521. nr. 18.

10. Afterius, praefectus, tempore Maximiani, cuius mentio in Actis S. Victoris, martyris Maffilienfis, apud Francifcum Bofquetum tom. II. ecclefiae Gallicanae 134.

11. Turcius Secundus Afterius, *conful*, a. C. 449. et alius a. 494. Incertum, idemne fit Turcius Rufus Afterius, qui emendauit praeclarum codicem Virgilii, nn) obuium

mm) *Lambec.* comment. vol. V. p. 275. not. primum adnotat, pro *Afterio* in Menaeis perperam legi *Proterium*: tum *Afterium* iftum, animaduertit, contra Timotheum quemdam, haereticum pfeudo-archiepifcopum Alexandrinum, fuiffe ab Iuftino feniore, imperat., a. C. 521. archiepifcopum Alexandrinum catholicum et orthodoxum conftitutum, laudatque *Baronii* annal. eccles. tom. VII. a. 521. *Harl.*

nn) It. *Sedulii* carmen pafchale. conf. de eo *Saxium* in Onom. I. pag. 494. fqq. qui indicat, illum emendatorem et editorem cod. Virgiliani atque Sedulii, fuiffe confulem a. Chr. 494.

obuium in bibl. magni Hetruriae ducis, (de quo *Henr. Noris* in Cenotaph. Pifan. 363. diff. IV. c. 2.) Alius Afterius, Turcii Aproniani, (qui a. C. 363. praefectus Romae fuit,) filius, de quo *Muratorius* diff. II. ad V. Paulini carmina, tom. I. anecdoton latino. p. 143. *Tillemont.* tom. IV. hift. imperator. p. 981. 1158.

12. Afterius, *praefectus Orientis* fub Arcadio, de quo *Nicephorus* XIII. 2. Alius, imperante Mauricio. id. XVIII. 12. et 13.

13. Ab eo diuerfus Afterius, comes, et Armeniae dux, cuius meminit S. *Athanafius* in fine apologiae tom. I. p. 688. et epift. ad folitariam vitam agentes tom. I. p. 845.

14. Afterius, presbyter *Antiochenus*, Eunomianus, cuius mentio apud *Philoftorgium* lib. X. cap. 1. *Nicephorum* XII. 8. hift.

[P] 15. Afterius, *Amidenus*, in Mefopotamia epifcopus, inter Orientales illos fuit, qui Cyrillum Alex. et Memnonem in fynodo Ephefina depofuere a. C. 431.

16. Afterius, epifcopus *Tridentinus*, cui Virgilius fucceffit a. C. 385. vide vitam S. Virgilii apud Bollandum 29. Mai.

17. Afterius fub Valeriano, imp., *fenator* romanus, martyr, de quo *Nicephorus* lib. VI. hift. c. 14. In Eufebii codicibus graecis l. 6. hift. c. 16. Ἀςύριος. Sed *Afterium* habent, praeter Rufinum, etiam martyrologia 3. Martii, et menologia 7. Augufl. Omitto alios martyres hoc nomine; Edeffenum, fub Numeriano 20. Mai. Aegeatem fub Diocletiano 23. Auguft. et Oftienfem, fub Alexandro Seuero 21. Octobr. et Rufinam ac Secundam, martyres, Afterii clariffimi filias, 10. Iul.

18. Afterius, *medicus*, cuius collyrium refert *Aetius* tetrabibli 2. lib. III. cap. vlt.

19. Afterius, *ταχυγράφος*, cuius mentio in *Synefii* epift. 61.

20. Afterius, *fubdiaconus*, per quem Hieronymus a. C. 396. et 402. epiftolam V. ad Auguftinum mifit, quemque filium fuum et neceffarium adpellat epift. LXIX. edit. nouae et *Auguftinus* epift. ad Hieronymum, eius mentionem faciens: *nunc tamen eis ipfis refpondebo literis, quas mihi per fanctum filium noftrum, Afterium, iam mittere dignatus es.* Hic poftea *Vici* Africae *epifcopus*, qui collationi Carthaginienfi a. C. 411. interfuit.

21. Afterius, *presbyter* et *notarius* in concilio Conftantinopol. a. C. 448. quo Eutyches damnatus eft. Idem Afterius, ad quem Leonis Magni epiftola LIII ao. 450. data, in qua et Afterii, *epifcopi*, a fe ablegati, mentio, fed qui in aliis codd. *Etherius* adpellatur.

22. *Afte-*

494. add. fi lubet, ea, quae fcripfi in Notit. breu. litterat. rom. p. 233. fq. et in Supplem. tom. I. p. 558. — *Turcii Rufi Afterii* collatio metrica V. et N. T. in bibl. patr. Paris. 1589. vol. VIII. col. 585. Colon. Agripp. 1618. vol. VI. part. I. p. 534. Paris. 1624. vol. VIII. pag. 1701. fol. v. catal. bibl. Leidens. p. 30. *Harl.*

22. *Asterius Vrbanus*, qui citatur ab Anonymo aduersus Montanistas apud *Eusebium* lib. V. hist. cap. 16. *Fabr.* Conf. *I. G. Walch.* hist. eccl. N. T. p. 892. de quaestione controuersa, num *Asterius Vrbanus* auctor fuerit voluminum aduersus Montanum, ab Eusebio memoratorum: inprimis supra, vol. VII. p. 161.

23. Omitto Asterium, Cretensem, cuius seruus, Marnas, a Gazaeis cultus pro DEO, vt tradit S. *Epiphanius* in Ancorato c. 108. tom. II. p. 109.

[24. *Asterius*, qui ex Amphictyone genuit Dotium, filium, secundum *Stephan. Byz.* in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 289. vt omittam *Asterium*, Nelei e Chloride fil. — *Asterium*, Cometae filium, Argonautam, — *Asterium*, Cretes patrem, de quibus v. *Apollodori* Athen. biblioth. p. 46. 56. et 177. ed. Heyn.

25. *Asterius*, rhetor, Lacharis discipul. v. Suid. Λαχάρης. *Harl.*]

XII. IOANNES, cognomento scholasticus, (ὁ ἐπίκλην [oo]) σχολαστικός, in titulo vitae, a Daniele, monacho scriptae,) notior est nomine CLIMACI, quod accepit ab edito opere [pp]), cui titulus κλίμαξ, [¶] siue *scala paradisi;* vnde ὁ τῆς Φωτιζούσης κλίμακος ὑποφήτης *illuminantis scalae interpres* dicitur ab auctore vitae S. Stephani iunioris [qq]). Quamquam omni humaniore doctrina imbutus [rr]) esset: tamen annos natus vndeuiginti asceticam vitam praetulit, atque inter monachos velut rudis atque illiteratus vixit per annos quadraginta. Hinc Abbas montis Sina constitutus, in summa pietatis laude admodum senex obiit [ss]), successore in abbatia relicto Georgio, fratre, qui decimo post eum mense similiter est defunctus. De anno obitus non plane constat, licet circa a. C. 580. scripsisse Iohannem Climacum, Labbeo, Pagioque [tt]) adsentiar. Memoriam eius graeca et latina recolit ecclesia 30. Martii. Vitam

oo) Scholasticus, id est, eruditus.

pp) Sic a scriptis suis cognomina tulerunt Hermes pastor, Gregorius Dialogos, Antonius Melissa, Micrologus, Ligurinus etc. Vide *Io. Molleri* homonymoscopiam pag. 875. seq. Ceterum lepidus est Trithemius, qui *Climaci* nomen latine *scholasticum* sonare scribit, neque enim *scholasticum* Raderi et Labbei in mentem illi venisse suspicor.

qq) In analectis graecis siue tom. IV. monumentor. ecclesiae graecae *Cotelerii* p. 419.

rr) Elias Cretensis de Ioanne Climaco: καίτοιγε τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσαν σοφίαν ἀκριβῶς ἠσκημένος, κατὰ ἰδιώτας ὡς ἄγροικος δηλαδὴ καὶ ἀπαίδευτος ἐβιότευε ταπεινῶν ἑαυτὸν διὰ τὸν θεόν.

ss) *Labbeus*, *Oudinus* [comm. de SS. eccl. tom. I. p. 1457. sqq.] et *Caueus* [hist. litt. SS. EE. I. p. 534.] scribunt, in Menaeis tradi, quod Ioannes Climacus paene centenarius obierit. Hoc in iis non reperio, quae ex Menaeis Raderus de Climaco praemisit.

tt) *Labbeus* de scriptoribus eccles. tom. I. pag. 266. et 552. *Antonius Pagi* in critica Baroniana ad a. C. 594. 9. tom. X. pag. 575. sq. Ceterum *Elias du Pin* tom. V. bibl. scriptor. eccles. p. 98. seq. natum, putat, Climacum circa a. C. 525. et obiisse sub initia saeculi septimi. *Fabr.* Add. *Ceiller* hist. gen. des AA. EE. tom. XVII. p. 569. *Hamberger* in: zuverläss. Nachr. III. p. 467. qui Io. Climacum obiisse scribit a. C. 606. *Saxium* in Onom. II. pag. 58. cui is videtur scripsisse circ. a. 580, isque monet, non miscen-

Vitam eius breuiter tradunt Graecorum Menaea ad eumdem diem: Incipit: ἔτος ἑκκαίδεκα χρόνων ὑπάρχων: Paullo fusius *Daniel*, monachus Raithuensis. Incipit: Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν καὶ ἐκθρέψασα. Praeterea Anonymus quidam, non multo, vt vult videri, Climaco iunior. Incipit: Ἐλθόντος ποτὲ τοῦ Ἀββᾶ. Haec tria scripta graece et latine a *Matthaeo Radero* exhibentur in Isagoge, quam Climaco suo praemisit, et in qua alia etiam de illo aliorum testimonia quaedam praefixit. Vitam, a *Daniele*, monacho, traditam, habes latine praefixam Climaco in bibliothecis patrum et in aliis Climaci editionibus. Latine quoque dederat *Lipomannus* tom. II. p. 401. et *Surius* ad 30. Martii. Conferendus etiam *Henschenius* in Actis Sanctorum ad illum diem, p. 835. vbi Danielis, monachi, vita Io. Climaci gr. ex msst. Florentinis, cum translatione Raderi collata, cum adpendice et notis nonnullis exstat. Plures Graecorum canones, siue odae in Climacum in ecclesiasticis illorum libris leguntur, e quibus Ignatii, melodi, canonem laudat *Allatius* contra Hottingerum, p. 195. Confer Triodium in [?] Synaxario Dominica IV. Quadragesimae. Denique *Iohannis Climaci*, *Iohannis Damasceni*, et *Ioannis, eleemosynarii*, vitas, moralibus documentis illustratas, edidit *Iohannes Vicartius*, Iesuita, Tornaci 1664. in 4. Citatur Climacus a Dorotheo, archimandrita, quemadmodum ipse laudat antecessorem suum, Sabbam, nec non Iohannem Cassianum. Iconem eius, aere descriptam, vna cum elogio habes in *Theophili Spitzelii* academia Iesu Christi pag. 206. seq.

XIII. Rogatus a Ioanne, abbate Raithuensi [Raitheni], cuius epistola cum Climaci responsione praemittitur, scripsit iam Abbas, adeoque sexagenario maior, librum, in triginta capita ac totidem veluti virtutum gradus distributum, qui, vt iam dixi, inscribitur κλίμαξ, *scala*, siue πλάκες πνευματικαί, *tabulae* praeceptorum asceticorum *spirituales*. Hoc, veluti praecipuum religiosae vitae commonitorium, monachis commendatissimum per multa saecula fuit, vnde toties descriptum occurrit in omnibus propemodum bibliothecis, Caesarea, Vaticana, Vallicellana Romae et in monasterio S. Basilii, in quo antiquissimum codicem asseruari refert *Montfauconus* p. 215. Diarii Italici: tum in Bessarionis Veneta, Florentina Medicea, Vrbini et Pisauri, Messanae, Scoriacensi, Bodleiana, regia Parisiensi, Seguieriana, siue Coisliniana. uu) Plures etiam illud scholiis et commentariis illustrandum pridem in se suscepere, vt

miscendum esse illum cum *Ioanne*, exscholastico, patriarcha CPolitano, et canonum ecclesiasticorum atque Nomocanonis auctore, mortuo a. C. 577. — *Schroeckh* hist. eccl. christ. tom. XVII. p. 561. sq. — supra in vol. VIII. p. 144. sq. de libro: *Barlaam et Iosaphati vita* etc. et num Io. Climacus illius fuerit auctor. *Harl.*

V. *Commentarius breuis de Syllogismis,* quem cum initio commentariorum de anima, quod in Graeca editione desideratur, editurum se recepit olim Arnoldus Arlenius Peraxylus.

Videtur quoque *rhetorica* scripsisse. v. supra, vol. V. p. 770. de cod. caesareo. *Harl.]*

XI. Alii

[P] *XI. Alii Simplicii.*

Simplicius, ad quem ſcribit Gregorius Nyſſenus ſupra p. 153.

Simplicius, Emonenſis, vicarius vrbis, Gratiano tertium et Equitio Coſſ. a. C. 374. (occiſus a. 376.) de quo *Valeſius* ad Ammiani XXVIII. 1. p. 517.

Simplicius, epiſcopus Auguſtodunenſis, qui interfuit concilio Sardicenſi a. 347. et fortaſſe Valentino a. 374.

Simplicius, archiep. Bituricenſis, circa a. C. 480. de quo Acta Sanctor. Martii tom. I. pag. 34. ſeq.

Simplicius, monachus, diſcipulus S. Benedicti et abbas Caſinenſis, de quo Io. Baptiſta Marus ad Petrum, diaconum, de viris illuſtribus Caſinenſibus capite V. tom. XXI. bibl. patrum edit. Lugd. p. 352. Eius verſus in laudem regulae S. Benedicti publicauit *Lucas Holſtenius* cum Benedicti Ananienſis codice regularum, Paris. 1664. in 4. [v. *Saxii* Onom. II. p. 46.]

Simplicius, papa romanus ab a. C. 467. 5. Mart. ad a. 483. 10. Febr. cuius epiſtolae XVIII. ſcriptae latine ſaepiusque editae, exſtant inter epiſtolas pontificum in conciliorum tomis, vt edit. Binianae tom. II. p. 435. ſeq. De hoc Simplicio conſules Acta Sanctor. ad 2. Martii tom. I. p. 133. ſeq. De eodem accipienda epigrammata, quae leguntur apud Gruterum in theſauro inſcription. p. MCLXIII. 3. MCCXIV. 1. *Fabr.* Conf. de hoc et *Simpl.* monacho *Caſinenſi, Fabricii* bibl. med. et infimae latin. vol. VI. p. 194. ſq. ed. Manſi. *Harl.*

[*Simplicius*, martyr. Paſſio martyrum Semproniani, *Simplicii* et aliorum die VI. iduum Noubr. in cod. msto *Bodlei.* nr. 2432. cat. et in vitis Sctorum, verſibus antiq. anglicis conſcriptis in cod. *Bodl.* nr. 2567, 88. *Simplic.* et *Fauſtin.* *Harl.*]

[*Ioann. Simplicius.* Sub hoc nomine latens ſcripſit *Claudius Salmaſius* notas in Hugonis Grotii commentationem ad caput II. ep. ad Theſſalonic. Amſtel. 1698. in criticis ſacris vol. VII. part. II. col. 363. fol. v. cat. bibl. Leidens. p. 15. *Harl.*]

Simplicius, epiſcopus Senonenſis etc.

CAPVT

CAPVT XXV. (olim XXX.)

De IOANNE STOBAEO, et aliis graecis locorum communium scriptoribus.

I. De Ioanne Stobaeo eiusque anthologio. II. III. Tituli capitum libri I. et II. siue eclogarum, quas mancas Guil. Canterus [pleniores vero Heerenu] ediderunt. IV. V. Tituli capitum libri III. et IV. (quos sub florilegii titulo habemus cum versione Conradi Gesneri,) adnotatis numeris editionum, diuersimode capita computantium. VI. Editiones graecae et graecolat. florilegii. VII. Capita editionis Wechelianae cum aliis editt. collata. VIII. Editiones latinae et versio germanica, et partes quaedam [*] separatim vulgatae. IX. Index scriptorum, a Stobaeo citatorum. X. De S. Maximo. XI. Ioh. Damasceno. XII. Antonio Melissa. XIII. De aliis quibusdam deperditis vel ineditis locis communibus Orionis, Niconis, Antiochi, Ioannis Monachi, Damasceno antiquioris, anonymorum etc.

[*Cum auctario G. C. Harles.*]

I.

Inter vtilissima veterum monumenta, et quae temporum iniuriam bona fortuna euasisse aliquis gaudeat, referri merito debet Ἀνθολόγιον, siue *Florilegium* ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν, *electorum, apophthegmatum, praeceptorum*, quod ex omni scriptorum, quingentorum circiter, poëtarum et prosariorum genere, studio incredibili, in vsus filii sui, *Epimii* [u]), siue *Septimii*, per locos communes omnis philosophiae, moralis maxime ac naturalis, libris quatuor digessit IOANNES STOBAEVS, [v]) Στοβαῖος, quem viri docti malunt latine [w]) dicere STOBENSEM, a Stobis, Macedoniae secundae ciuitate, quam patriam illi fuisse existimant. Ipse quis fuerit, vel quando vixerit, neque vsquam prodidit, neque alium, qui id adnotaret et nos doceret, habuit. Facile tamen vniuersi eius operis ratio et textura, et quod nusquam sacris, vel christianis, scriptoribus vtitur, etiam in illis argumentis, quae sunt ab ipsis pulcherrime exposita, demonstrat, ipsum fuisse a Christi nomine alienum. Non longissime quoque duxerim eum absuisse a temporibus Themistii, philosophi: hic enim omnium, qui a Stobaeo laudantur, aetate vltimus fuisse cognoscitur. Neque est, quod ingerat aliquis, in vulgato per Gesnerum florilegio citari non modo iuniorem longe Simplicium

u) Ἐπίμιον habent *Suidae* codices in Ἰωάννης. Sed *Photii* cod. CLXVII. Σεπίμιον, vnde Σεπτίμιον malunt Hoeschelius et Andreas Schottus: Koenigius *Heptimium*.

v) *Nicolaum Stobaeum* dixit Erasmus in adag. quod codicum Stobaei, et Photii Suidaeque constantibus testimoniis refellitur.

w) *Stobensem* vocant *H. Valesius* ad Malchi excerpta legation. *Lucas Holstenius* ad Stephanum Byz. in Στρόβοι, *Menagius* in historia mulierum philosophar. *Hemsterhusius* ad Pollucem etc.

plicium, ſed et chriſtianos ſcriptores, Gregorium, theologum, Paulum Silentiarium, Agathiam, et, qui ad Iuſtinianum, imperatorem, ſcripſit, Agapetum, diaconum. Nam ex *Photio*, qui auctorum, e quibus Stobaeus ſua ſelegit, contexuit nomina, exploratum eſt, nullum horum [P] ab Stobaeo teſtem citatum eſſe; verum loca illa ab alia manu, vt Agapeti, ab editore, Gesnero, acceſſiſſe. x) Itaque infra in indice ſcriptorum, quorum Stobaeus meminit, aſteriſco praefixo diſtinguere animus eſt illos, quos Photius in ſuo Stobaeo non reperit, qui eius opus longe integrius olim legit, quam nos hodie habemus. Vnius autem operis tetrabibli partes ambae ſunt, et illa, quam Gesnerus, et haec, quam Guil. Canterus latine vertit. y) Canteriana duos florilegii libros priores, ſed miſere, quod adtinet ad poſteriorem praeſertim, mancos, et paſſim inemendatos exhibet: Gesneriana librum tertium et quartum, in quibus longe pauciora poſſunt deſiderari, licet doctis ingeniis etiam in his non defutura ſit materia, ſi velint de tam praeclaro ſcriptore bene mereri. Ac ſane foret operae

x) Vide *Bernhardi Damke* notas ad Agapeti ſchedam regiam cap. 68. et *H. Dodwelli* diſſ. de auctore libri de fluuiis, qui ſub Plutarchi nomine ambulat §. IX. tom. II. geographor. minorum *Iohannis Hudſoni. Fabr.* Conf. *Hamberger* zuverl. Nachr. tom. III. p. 279. ſqq. qui Stobaeum ante a. 500. in viuis fuiſſe ſcripſit. Contra cl. *Saxius* Onom. II. p. 46. adligat eius aetatem an. circ. 550. et, „ad veri ſpeciem, inquit, accedit, ſcriptoribus ſaeculi poſt C. N. ſexti adnumerari poſſe: *Procli* enim *hymnos* VI. laudauit, quos in *Dictis poetarum*, apud Stobaeum obuiis, illuſtrauit ſummus vir, *Hugo Grotius*. Proclus autem ante a. 450. non videtur clarus fuiſſe. *Agapeti* quoque liber non ſemel in *Florilegio* Stobaei excitatur. *Agapetus* autem, diaconus, circa a. 527. vixit." Enimuero, quae contra ea argumenta dici poſſint, iam partim h. l. occupauit *Fabricius*, tum firmauit *Thom. Tyrwhitt* in praef. ed. ſuae Pſeudo-Orphei poem. de lapidibus praemiſſae, p. 7. et Fabricianis verbis ſubiecit ea, quae ſequuntur: „Equidem loca illa, [a Fabricio citata,] omnia, (non ſolum Agapeti,) a Geſnero inſerta credo, vt et hymnos *Procli* duo, p. 589. 590. et ex Orphicis, qui vocantur, quinque, ibid. et p. 100. tum etiam plures verſus ex barbaro illo ſcriptore, qui nomen Phocylidis mentitus eſt. Ex vero ſcilicet Phocylide duo tantum fragmenta, opinor, conſeruauit." Tum optauit, vt aliquis Stobaei exoriretur ſoſpitator, et quantum, ait, in his et phyſicis et ethicis ſuppleri poſſit et emendari, ex MSS. Auguſtini vel Eſcurial. ac Leidenſi, praeclarum ſpecimen dedit ſcriptor anonymus in miſcell. obſſ. vol. VII. pag. 181—196. ex quo hic tantum notare iuuat, verſum integrum, et ad ſenſum adprime neceſſarium hymno Cleanthis v. 17. πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέραισιν ἀνοίαις· ſic enim pergit MS. Ἀλλὰ σὺ καὶ τὰ περισσὰ ἐπίστασαι ἄρτια θεῖναι, καὶ κοσμεῖν τὰ ἄκοσμα. κ. τ. λ." Cel. *Heeren* in comm. de fontibus eclog. Io. Stobaei §. III. ſq. probabilibus argumentis adlatis, oſtendit, Stobaei aetatem inter ann. forte 450. et 500. ponendam eſſe: adde, quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. part. I. pag. 596. ſqq. *Harl.* — Stobaeum ſaec. VII. vel VIII. vixiſſe, ſtatuit *Conringius* lib. I. de medic. Hermet. cap. V. p. 45. *Heum.*

y) Vulgata eſt opinio, Stobaei florilegium, (ἀνθολόγιον ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν,) quatuor libris conſtare. Hinc priores duo libri vulgo vocantur *Eclogae phyſicae et ethicae;* reliqui autem, *Sermones.* At enim cl. *Heeren* l. c. §. V. docet, duo eſſe diuerſa opera, (quae etiam in omnibus codd. msſtis ſeparata leguntur,) et ab ipſo auctore duplicem hanc collectionem ita fuiſſe diſtinctam, vt bini Eclogarum et Sermonum libri duplex quoque opus conſtituerent: et prius, ſ. Eclogae, hiſtoriam quaſi philoſophiae contineret; poſterius, ſ. Sermones, totum eſſet ἠθικόν· atque §. VI. de forma argumentisque vtriusque, praecipue prioris operis, et de auctoris conſilio egregie diſſerit. *Harl.*

operae pretium, adſcitis iis, quae ad poëtarum loca, Stobaeo laudata, egregie Hugo Grotius obſeruauit, Stobaeum integrum, ad codices mstos, qui in caeſarea z), regia Paris., Vaticana, collegii noui Oxon., Auguſtana Vindelicor. aliisque exſtant, aa) a viro aliquo docto re-

Cccc 2 cenſeri

z) Vide *Lambec.* VII. p. 142. [p. 305. ſqq. ed. Kollar.]

aa) Prioris operis, nempe *Eclogarum*, codicum, qui multo rariores ſunt, quam ii, qui poſterius opus, ſiue *Sermones*, continent, et fere omnes admodum recentes, *Eclogarum* igitur codicum notitiam diligentem et copioſam dedit cl. *Heeren* in tom. I. editionis ſuae pag. XXXI — XLVII. qui illos maximam partem ipſe contulit. Quare lectores, plura de iis ſcire cupientes, ad eum ablego. Sunt vero *Auguſtanus Vindel.*, qui, ex egregio cod. deſcriptus, tantam lectionum egregiarum copiam praebet, quantam praeter Vaticanum nullus alius; — *Vaticanus*, nr. 201. inter codd. gr. Vaticanos, qui in plurimis lect. conuenit cum Auguſtano, alias tamen ſibi proprias vindicat; alterum codicem Vatic. quem innuere videtur *Luc. Holſtenius* in praefat. ad fragm. Porphyrii de Styge, ex Stobaei codice cum aliis Porphyrii ſcriptis ab eo editum Romae 1630. (v. paullo poſt in hac nota.) fruſtra quaeſiuit Heeren, — duo *Farneſiani* in bibl. regia *Neapoli* a Capo di Monte; quorum prior habet ſcholia recentioris auctoris chriſtiani, margini adſcripta, quae ab Heeren ad calcem Eclogarum publicata ſunt; [v. cat. codd. gr. Neapol. regior. ſupra in vol. V. p. 780. et 783. nr. 87. ac 145.] — *Eſcurialenſis* chartac. cuius V. L. Heeren debuit Tychſenii humanitati: alter, qui in bibl. Eſcur. eſt, et *eclogas* continet, deſcriptus eſt ex ipſa Canteri editione; ergo nullius in lectione conſtituenda auctoritatis: [a *Pluero* Itinerar. per Hiſpan. p. 177. et a *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I, p. 621. C. memoratur cod. *membran.* Eclogarum, apophthegmatum et monitorum libri *duo*, quorum 1. Naturalia, 2. vera moralia continet; qui num? et quatenus diuerſus ſit, dicere nequeo: ab *Eduardo* autem *Clarkio* in: Briefen von dem gegenwärtigen Zuſtande des Königr. Spanien, ex interpret. Io. Tob. Koehleri pag. 413. in cat. codd. gr. Eſcur. nullus Stobaei cod. memoratur:] — *Pariſinus* bibl. publ. MMCXXIX. quem cod. contulit cum editis *Grotius*, et V. L. raro a Canteri editis diſcrepantes, ad marginem ſui Stobaei (Aurel. Allobr. 1609. fol.) notauit; cuius exemplar adſeruatur *Leidae* in bibl. publica: [v. catal. bibl. Leid. pag. 257. In cat. codd. bibl. *Paris.* tom. II. p. 447. animaduertit confector illius, nihil in hoc cod. deprehendi, quod ab editis diſcrepet, cum iis tamen hunc codicem, quem conferas, dignum fore. Ibid. notatur cod. MMCXXX. chart. saec. XVII. quo continentur excerpta ex *Stobaei* eclogis.] — *Mediolani* in cod. Ambroſiano fragmentum. — *Romae* in bibl. Angelica eſt collectio msta prouerbiorum, apophthegmatum et fabularum mythicarum ex variis ſcriptoribus, (in his, ex Stobaei Eclogis rarius, at ex cod. perantiquo, frequentius ex Stobaei Sermonibus,) ab erudito graeco congeſta: de qua *Heeren* p. XLIII. in nota curate diſſeruit. — In catal. codd. Angl. etc. tom. II. p. 62. nr. 2281. inter codd. Voſſian. citantur *Stobaei eclogae ab editis diſcrepantes;* in catal. autem bibl. Leidenſis, (in quam migrarunt codd. Voſſiani,) pag. 397. nr. 48. ſic: Libellus, cui hic praeſcribitur; in *Io. Stobaei phyſica Ecloga*, edita ab Guil. Cantero haec omnia deſunt, deſcripta ex vet. libro *Anton. Auguſtini*, archiep. Tarrac. ab *Andr. Schotto*, Tarracone in charta. Enimuero illam narrationem eſſe falſam, et nullum vnquam *Eclogarum* codicem fuiſſe in bibl. Voſſiana, ſed exſtare tantum in illa ſupplementa ex cod. *Antonii Auguſtini*, (edita in Obſſ. miſcell. Belg. vol. VII. p. 181. ſqq. et in cat. codd. Angliae etc. p. 61. nr. 2242. notata,) et in alio cod. excerpta ex *Stobaei Florilegio*, ex litteris Ruhnkenii oſtendit cel. *Heeren* l. c. XLI. ſq. add. eiusd. in praefat. ad tom. II. partis I. et infra ad §. IV. — Ex accuratiore codd. ſuperiorum inſpectione idem *Heeren* pag. XLIV. didicit et collegit, duplicem in illis codd. exſtare Eclogarum Stobaei recenſionem; alteram auctiorem, alteram mutilatam, eosque omnes ex duobus codd. profluxiſſe, quorum alter pleniorem, alter mutilatam recenſionem exhiberet;

cenſeri ſuppleriquc, et loca poëtarum cum metaphraſi Grotii, cetera cum verſione Canteri et Gesneri, ſed diligenter emendata exhiberi, neceſſariisque notis et bonis indicibus inſtrui, atque ita frequentiori ſtudioſorum, quam certe meretur, lectioni commendari. Nunc, quae totius operis ſit ratio et inſtitutum, paullo diſtinctius explicare iuuat.

II. Ex libro *primo* et *ſecundo* quae ſuperſunt, *[Phyſicae et Ethic. eclogae]* lucem primum viderunt graece ex codice *Ioh. Sambuci,* alteroque emendatiore quidem, ſed multis tamen adhuc manco [bb]) partibus, *Guil. Sirleti,* cardinalis, addita *Guil. Canteri* verſione [cc]), Antwerp.

hiberet; pleniorem illam ſupereſſe in codd. Vaticano, Auguſtano, Eſcurialenſi, Farneſino vtroque; alteram ſolum ſequi regium Pariſinum; eamdem autem tenuiſſe cod. Sambuci, ex quo Canteri editio, in qua multa deſiderentur, quae in codicibus reperiantur melioribus, ſit expreſſa. Idem docet, accidiſſe librariorum incuria, vt in vtriusque recenſionis codicibus, diuerſis tamen locis, transpoſitio paginarum facta ſit, ita, vt vice verſa vna recenſio ex altera ſit emendanda. — Porro V. D. in obſſ. miſcell. Belg. l. c. pag. 194. ſqq. notauit, apud *Canterum* pag. 10. verſu 24. elegantem exſtare *Porphyrii* ἐκ τοῦ περὶ ϛυγὸς fragmentum, ſed mutilum: id integrum olim ex cod. *Ant. Auguſtini* primum exhibuiſſe *Andr. Schottum* lib. V. obſeruatt. humanarum cap. XX. p. 229. ſq. ſed mendoſe admodum; emendatius vero *Luc. Holſtenium* ex cod. Vaticano (de quo tamen v. ſupra obſeruata,) Romae 1630. inde poſtea repetitum eſſe ab erudito Anglo, Cantabrigiae 1655. 8. in collectione librorum *Porphyrii* de abſtinentia ab animalibus, de vita Pythagorae etc. pag. 282. ſq. Hanc ed. Cantabr. contulit idem V. D. cum cod. Auguſtano et plures illius varr. enotauit lectiones, et in fine, adhibitis, ait, his lectionum varietatibus recte conſtitui poſſe, putem, illum *Porphyrii* locum, quem ex *Schotti* editione repetiit, notisque ſuis illuſtrauit *Iac. Tollius* in Fortuitis cap. XXVIII. p. 230. ſq.“ Conf. etiam paullo poſt, nr. 3. *Heeren* de fontibus eclog. p. 211. ſqq. et loca Porph. in tomo I. pag. 140. II. part. I. p. 814. ſqq. 1004. ſqq. p. 1014—1056. — Add. cod. *Harleian.* qui in catalogo MSS. biblioth. Harlei. vol. II. nr. 6318. in fol. ſic citatur: „*Io. Stobaei phyſica* graeca, ſeu collectio ſententiarum graecarum circa phyſica nondum vulgata, vt teſtatur Iac. Io. Friſius in ſua bibliotheca, qui dicit, exſtare exemplar ap. Rudolph. Vincentium, cardinalem.“ — In cod. *Veneto* bibl. Marc. qui continet *Macarii Chryſocephali* Ῥοδωνιὰν, pag. 114. rect. reperitur Ἐκλογὴ ἐκ τῆς συλλογῆς Ἰωάννου Στοβαίου τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι κεφαλαίων. v. cl. *Villoiſon* in Anecd. gr. tom. II. p. 68. qui, ſequuntur, inquit, vsque ad pag. 142. vers. ex ſingulis Stobaei capitibus excerpta, quae cum Stobaeo ipſo conferre forte operae pretium foret. Atque cel. *Morell.* in bibl. gr. et lat. MSta pag. 318. ſqq. vbi eumdem cod. recenſet, ſcriptorum, a Stobaeo excitatorum, nomina et ſententias aliter ac nonnumquam emendatius, quam in textu vulgato, eſſe poſita, ex ſermonibus tamen ſeu capitibus CXXII. ſententias reuera ſumtas eſſe, aliaque notatu digna adnotat, et varias quasdam adfert lectiones. — Ex Ἰωνιᾶ *Arſenii,* h. e. collectione prouerbiorum, apophthegmatum et ſententiarum, ex variis auctoribus facta, Stobaeus dicitur poſſe pluribus locis ſuppleri: cuius cod. exſtat *Moſquae* in cod. X. et commendatur a cl. *Matthaei* in not. codd. Moſq. pag. 14. ſq. add. ſupra, vol. I. p. 744. *Harl.*

bb) Vide *Holſtenii* epiſt. ad *Lambec.* lib. VI. de bibl. Vindob. p. 266.

cc) Subiunxit Canterus etiam ex eiusdem Sambuci bibliotheca orationes duas *Gemiſti Plethonis* de rebus Peloponneſiacis, cum latina verſione, et graece διαγραφὴν Peloponneſi e Ptolemaei geographia, et eiusdem *Plethonis* librum de Virtutibus itidem graece tantum. Sed de his dicendi locus infra in Gemiſto.

werp. 1575. fol. apud Chriſtophorum Plantinum, cuius epiſtola praemittitur, qua Sirleto gratias agit. Recuſa deinde haec editio eſt Geneu. 1609. fol. *Fabr.* Haec ed. recuſa prodiit Aurel. Allobr. (Geneuae) cum *ſermonum* libro ex ed. *Geſneri*, non verbis modo, ſed ipſo quoque paginarum numero. Canteri edition. copioſe intelligenterque recenſuit cel. *Heeren*, part. I. pag. XLVII — LII. et de Stobaei conſilio egit in eclogarum collectione in comm. de fontibus eclogarum Stobaei, §. VI. ſ. pag. 142. ſqq. in tomo II. partis ſecundae. *) *Heerenii* enim diligentiae debemus editionem e codd. multis longe locupletiorem atque emendatiorem, ordine capp. interdum mutato, et, quantum fieri potuit, pleniſſimam notisque eruditis illuſtratam, atque inſcriptam: *Ioannis Stobaei eclogarum phyſicarum et ethicarum libri duo.* Ad codd. MSS. fidem ſuppleti et caſtigati: adnotatione et verſione latina inſtructi ab *Arn. Herm. Ludou. Heeren*, philos. prof. in acad. Georg. Aug. *pars prima, phyſica continens.* ſ. in altera inſcriptione, *partis primae, tomus prior* Gottingae 1792. 8. Hic tomus comprehendit Notitiam codd. eclogarum, et Stobaei eclog. librum I. vsque ad cap. XXIV. — *Partis primae tomus alter* ib. 1794. a. cap. XXV. vsque ad LX. — *Partis* II. *tom.* I. *ethica* et adparatum criticum continens, ib. 1801. in hoc quidem tomo, capp. IX. et titulos reliquorum vsque ad XLVI. nec non ſcholia ex cod. Farneſino. — *Partis ſecundae tom.* II. variantes lectiones, commentationem de fontibus eclogarum, *Friderici Iacobs* epiſt. criticam in Stobaei eclogas, et indices continens, ib. 1801. Multa loca et fragmm. quae ap. Canter. ſunt ἀδέσποτα, ex codd. vindicauit *Heeren* ſuis auctoribus. *Harl.*

Liber primus ſexaginta olim conſtitit capitibus, quibus Stobaeus praemiſerat contextas ex variorum clarorum virorum ſcriptis [ꝑ] *laudes philoſophiae*, et *de haereſibus philoſophorum* diſſertationem, in qua etiam de geometria, muſica et arithmetica ſententias veterum adnotauit. ἐν μέντοι τούτῳ βιβλίῳ πρὸ τοῦ τοῖς εἰρημένοις κεφαλαίοις ἐπιβαλεῖν, περὶ δύο κεφαλαίων διαλαμβάνει, ὧν τὸ μὲν ἔπαινός ἐστι φιλοσοφίας, καὶ οὗτος ἐκ διαφόρων αὐτῷ συνηρανισμένος. Τὸ δὲ περὶ τῶν κατ᾽ αὐτὴν συνεστηκυιῶν αἱρέσεων, ἐν ᾧ καὶ περὶ γεωμετρίας, καὶ μουσικῆς, καὶ ἀριθμητικῆς, δόξας παλαιὰς συναναγράφει. Ita *Photius* cod. CLXVII. pag. 191. [pag. 368. lin. 18. ſqq. ed. Schotti.] Sed in editis Stobaei eclogis incaſſum iſta quaeſieris, exceptis paucis, quae p. 2. et 3. in laudem diſciplinae numerorum diſſeruntur, haec enim alieno inſerta loco, ex et capite ſecundo prolegomenorum excerpta eſſe non dubito, idque *Andreas Schottus* ad Photium teſtatur etiam MSto Auguſtanae bibl. codice confirmari. *Fabr.* Quae in ed. Canteri p. 2. mutilata tamen et alieno loco inſerta, leguntur, ea repoſuit *Heeren* in cap. II. περὶ ἀριθμητικῆς a pag. 2. tom. I. part. I. pag. 16. ſqq. auctiora nr. 6. 7. 8. et primum locum, ἀδέσποτον apud Canterum, ducibus codd. tribuit *Ariſtoxeno*. *Harl.*

*) Primum cap. de deo rebusque diuinis, gr. et germ. ab *I. I. Brucker.* cum eruditis notis, collato cod. Auguſtano, in: (Gottſchedii) Beyträgen zur critiſch. Hiſt. der deutſchen Sprachlehre etc. part. XXII. p. 171. ſqq. *Harl.*

Tituli capitum libri I. secundum Photium.

1. Περὶ θεοῦ, ὅτι δημιουργὸς τῶν ὄντων, [dd]) καὶ διέπει τὸ ὅλον τῷ τῆς προνοίας λόγῳ. *De DEO, quod rerum omnium est opifex, et vniuersa prouidentiae suae ratione gubernat.* In eclogis editis cap. 1. pag. 1. 2. et cap. 3. 4. 5. et 6. p. 3 — 8. huc pertinent. Confer etiam cap. 78. florilegii in edit. Gesneri, quod est περὶ θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ κόσμον φυσιολογίας. [ap. *Heeren* c. III. p. 24. tom. I.]

2. Περὶ τῶν νομιζόντων, μὴ εἶναι πρόνοιαν καὶ ἑπομένας ταύτῃ θείας ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς διοικήσει δυνάμεις. *De iis, qui putant, non esse prouidentiam, neque consequentes eandem diuinas ad vniuersum moderandum facultates.* Hoc caput deest in editis, excepto loco Arriani, qui p. 8. legitur. [*Arriani* locus ap. *Heeren* c. III. nr. 39. p. 100. sqq. et alia in illo et II. cap. *de numeris. Harl.*]

3. Περὶ δίκης παρὰ τοῦ θεοῦ τεταγμένης ἐποπτεύειν τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, τιμωρὸν οὖσαν τῶν ἁμαρτανόντων. *De iustitia, a Deo constituta, ad hominum actiones inspiciendas et peccata punienda.* Est in editis caput 7. pag. 8 — 10. non integrum tamen; nam desunt plura Porphyrii e libro de Styge, quae ex integriore Antonii Augustini codice vulgauit graece [ee]) *Andreas Schottus* lib. V. [?] humanar. obseruationum cap. 20. atque deinde ex altero Vaticano Holstenius, addita etiam latina versione, vt dixi in Porphyrio lib. IV. cap. 27. p. 186. [in hac edit. c. 30. p. 735. vol. V. vbi v. quae adscripsi. *H.*] Nonnullas in Stobaeum Hieron. Wolfii emendationes cum lectore communicat Hoeschelius notis ad Photium p. 945. *Fabr.* Apud *Heeren* I. 1. pag. 140. sqq. emendatius. add. quae supra iam de h. l. in notit. codd. adnotaui et supra in vol. IV. p. 247. not. *hh.* Quae in ed. Canteri sunt cap. I. III. IV. V. VI. ea *Heer.* dedit cap. III. siue ap. Photium I. — περὶ δίκης cap. IV. pag. 104 — 152. apud Heeren. tom. I. *Harl.*

4. Περὶ ἀνάγκης θείας καθ' ἣν ἀπαραιτήτως τὰ κατὰ τὴν θεοῦ γίνεται βούλησιν. *De necessitate, qua cuncta necessario secundum DEI voluntatem fiunt.* Est in editis caput 8. p. 10. 11. [ap. *Heeren* cap. V. p. 152. sqq.]

5. Περὶ εἱμαρμένης καὶ τῆς τῶν γινομένων εὐταξίας. *De fato ac rerum recto ordine.* Est in editis caput 9. p. 11 — 14. [ap. *Heer.* cap. VI. p. 164. sqq.]

6. Περὶ τύχης ἢ ταὐτομάτου. *De fortuna, siue casu.* Est in editis prior pars capitis 10. pag. 14 — 16. [ap. *Heer.* cap. VII. p. 192. sqq.]

7. Ὅτι

dd) Primus locus in hoc capite, qui sine auctore in Canteri edit. legitur, est Porphyrii ex libro περὶ ἀγαλμάτων vt e MS. Stobaei Vaticano notat *Holstenius* in vita Porphyrii c. 9. [ap. *Heeren* l. I. pag. 46. fragm. 25. vbi v. not. aliud fragm. in tom. II. 2. p. 526. ibique v. not. *H.*]

ee) Idem *Andreas Schottus* in epist. ad Hugonem Grot. inter eas, quas Ioh. Brandt Amstelod. 1708. edidit pag. 32. *Vtinam et alteram Stobaei partem pari felicitate aliquando subiungas, et quae Guil. Canterus* φυσικὰ *et* ἠθικὰ *typis edidit Plantinianis, sed sine principio, quod habeo ex Farnesiano codice descriptum auctius et quidem ordine, a Photio nostro praescripto.*

7. Ὅτι ἀλόγιστος ἡ φορὰ τῆς τύχης. *Quod temerarius sit fortunae impetus.* Pars capitis decimi posterior in editis. p. 16. 17. [ap. *Heer.* cap. VIII. p. 212. sqq.]

8. Περὶ χρόνου οὐσίας καὶ μερῶν, καὶ πόσων εἴη αἴτιος. Male in eclogis Stobaei postremis verbis legas καὶ ποδῶν εἰκέτιος. Est ibi caput vndecimum p. 17 — 21. *De temporis natura partibusque et quot ac quantarum rerum caussa sit.* [ap. *Heer.* cap. IX. pag. 222. sqq.]

9. Περὶ Ἀφροδίτης οὐρανίας καὶ ἔρωτος θείου. *De Venere coelesti ac diuino Cupidine.* In editis caput 12. p. 21 — 25. [ap. *Heeren* cap. X. p. 268 — 277.]

10. Περὶ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων, καὶ τοῦ παντός. *De principiis et elementis atque vniuerso.* Est in editis caput 13. p. 25 — 29. [in ed. *Heeren.* cap. XI. p. 278. sqq.]

11. Περὶ ὕλης. *De materia.* Caput 14. in editis pag. 29. 30. [ap. *Heer.* cap. XII. pag. 316. sqq.]

12. Περὶ ἰδέας. *De idea.* In editis cap. 15. pag. 30. 31. [ap. *Heer.* cap. XIII. pag. 326 — 333.]

13. Περὶ αἰτίων. *De caussis.* Cap. 16. p. 31. 32. [ap. *Heer.* cap. XIV. p. 324 — 340.]

14. Περὶ σωμάτων καὶ περὶ τῆς τούτων τομῆς, καὶ περὶ ἐλαχίστου. *De corporibus eorumque sectione et minimo.* Cap. 17. pag. 32. 33. [*Heer.* cap. XV. p. 340. sqq.]

15. Περὶ σχημάτων. *De figuris.* Cap. 18. p. 33 — 35. [*Heer.* cap. XVI. p. 352. sqq.]

16. Περὶ χρωμάτων. *De coloribus.* Cap. 19. pag. 35. 36. adde p. 152. [*Heer.* c. XVII. p. 362. sqq.]

17. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως. *De mixtione et temperatura.* Cap. 20. p. 36. 37. [*Heer.* c. XVIII. p. 368. sqq.]

18. Περὶ κενοῦ καὶ τόπου καὶ χώρας. *De vacuo, loco et regione.* Cap. 22. p. 38 — 40. [*Heer.* c. XIX. p. 378. sqq.]

19. Περὶ κινήσεως. *De motu.* Cap. 23. p. 40 — 43. [*Heeren.* cap. XX. p. 394. sqq.]

[P] 20. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. *De ortu et interitu.* Cap. 24. p. 43 — 46. et cap. 21. p. 36. 37. [*Heeren* c. XXI. p. 412. sqq.]

21. Περὶ κόσμου, καὶ εἰ ἔμψυχος, καὶ προνοίᾳ διοικούμενος, καὶ ποῦ ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ πόθεν τρέφεται. *De mundo, an animatus sit et prouidentia regatur, vbi principalem partem habeat et vnde alatur.* Cap. 25. pag. 47 — 50. [*Heer.* c. XXII. p. 438. sqq.]

22. Περὶ τάξεως τοῦ κόσμου, *de mundi ordine* p. 50 — 52. καὶ εἰ ἓν τὸ πᾶν. *An vnum sit vniuersum* p. 52. [*Heer.* in vno cap. XXIII. p. 482. sqq.]

23. Περὶ τῆς οὐρανοῦ οὐσίας καὶ διαιρέσεως. *De coeli natura ac diuisione* p. 52. 53. [*Heeren* c. XXIV. p. 500. vsque ad finem tomi I.]

24. Περὶ οὐσίας ἄστρων καὶ σχημάτων, κινήσεώς τε καὶ ἐπισημασίας. *De stellarum natura, figura, motu ac significatione* p. 53 — 55. [*Heer.* vol. II. cap. XXV. p. 506. sqq.]

25. Περὶ

25. Περὶ ὀσίας ἡλίȣ κỳ μεγέθȣς, σχήματός τε κỳ τροπῶν κỳ ἐκλείψεως κỳ σημείων κỳ κινήσεως. *De solis natura, magnitudine, figura, conuersionibus, defectu, signis et motu* p. 55 — 59. [*Heer.* c. XXVI. p. 522. sqq.]

26. Περὶ σελήνης ὀσίας, κỳ μεγέθȣς κỳ σχήματος, Φωτισμῶν τε, κỳ περὶ ἐκλείψεως κỳ περὶ ἀποστημάτων κỳ σημείων. *De lunae natura, magnitudine, figura, luce, defectu, distantia, et significationibus* p. 59 — 62. [*Heer.* c. XXVII. p. 548. sqq.]

27. Περὶ γάλακτος. *De via lactea,* s. *galaxia* pag. 62. [*Heer.* c. XXVIII. p. 572. sqq.]

28. Περὶ κομητῶν κỳ διαττόντων, κỳ τῶν τοιȣ́των. *De cometis, et stellis, quae prosilire videntur,* s. transuolantibus, *ac similibus* p. 62 — 64. [*Heer.* c. XXIX. p. 576. sqq.]

29. Περὶ βροντῶν, ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, κỳ τυφώνων. *De tonitruis, fulguribus, fulminibus, presteribus ac typhonibus* pag. 64 — 67. [*Heer.* c. XXX. pag. 590. sqq.]

30. Περὶ ἴριδος, περὶ ἅλω κỳ παρηλίȣ κỳ ῥάβδων. *De iride, corona, parelio et virgis* p. 67. 68. [*Heer.* c. XXXI. p. 612. sqq.]

31. Περὶ νεφῶν, ὀμίχλης, ὑετῶν, δρόσȣ, χίονος, πάχνης, χαλάζης. *De nube, pluuia, rore, niue, glacie, grandine.* Ex hoc capite vnicus locus p. 68. exstat Platonis, e Timaeo. [*Heer.* c. XXXII. p. 623.]

32. Περὶ ἀνέμων. *De ventis.* Etiam huius capitis nihil superest praeter vnum locum Aristotelis ex meteorolog. [*Heer.* c. XXXIII. p. 625.]

33. Περὶ γῆς, εἰ μία κỳ πεπερασμένη. *De terra, vna ne sit et finita?* In editione Canteri deest hoc caput, vna cum proximis quatuor. [etiam desunt IV. capp. in ed. *Heeren.* p. 625. sqq.]

34. Πόσȣ μεγέθȣς ἡ γῆ. *Quanta terrae magnitudo.*

35. Περὶ θέσεως τῆς γῆς. *De situ terrae.*

36. Περὶ σχήματος αὐτῆς τῆς γῆς. *De eiusdem terrae figurae.*

[*] 37. Πότερα μένει ἡ γῆ ἢ κινεῖται. *Vtrum quiescat terra an moueatur. Fabr.* Excerptum id Platonis *Heeren* cap. XXXVIII. p. 626. ad hoc potius caput s. nr. 37. pertinere arbitratus, seiunxit a seq. cap. XXXIX. siue nr. 38. Canterus Platonis et Aristotelis in sequenti nr. obuia fragmenta dedit coniuncta *de terrae motu. Harl.*

38. Περὶ σεισμȣ̃ γῆς. *De terrae motu.* Exstat hoc caput in Canteri editione p. 68. 69. [*Heer.* cap. XXXIX. p. 628. vnicum Aristotelis locum huic cap. adseruit.]

39. Περὶ θαλάσσης. *De mari.* Deest in editis. [et *Heer.* ed.]

40. Πῶς ἄμπωτις κỳ πλημμύρις γίνονται. *Quomodo accessus et recessus aestuum in mari fiant.* Exstat in editione Canteri breue caput huius argumenti p. 69. 70. [*Heer.* cap. XLI. p. 634. sq.]

41. Περὶ ὑδάτων. *De aquis* p. 70. [*Heer.* c. 42. p. 636. sqq.]

42. Περὶ

42. Περὶ τȣ̃ παντός. *De vniuerso.* Ex Aristotelis libro, siue epistola, ad Alexandrum de mundo longus locus p. 70 — 78. ff)

43. Περὶ φύσεως καὶ τῶν συμβαινόντων ἐξ αὐτῆς αἰτίων. *De natura et caussis, quae ab illa proficiscuntur* p. 78 — 86. [*Heeren* c. XLIII. p. 698. sqq.]

44. Περὶ τῆς ζώων γενέσεως. *De generatione animalium* pag. 87. vbi etiam de caussa similitudinis liberorum, et de septimestri partu. [*Heer.* c. XLV. pag. 752. sqq. et v. not.]

45. Πόσα γένη ζώων. *Quot genera animantium.* p. 87. breue caput huius argumenti legitur. *Fabr.* *Heeren* cap. XLVI. p. 756. sq. qui vero sequentem numerum non, vt fecerat Photius, separauit, Plutarchi loco motus, ideoque cum Cantero et codd. inscripsit πόσα γένη ζώων, καὶ εἰ πάντα ζῶα λογικὰ καὶ αἰσθητά. *Harl.*

46. Εἰ πάντα ζῶα λογικὰ καὶ αἰσθητά. *Num animalia omnia ratione et sensu gaudeant.* Deest hoc caput in editis.

47. Περὶ ὕπνȣ καὶ θανάτȣ. *De somno et morte.* Huius quoque capitis nullum in editis vestigium, [neque in codd. v. *Heer.* cap. XLVII. p. 758.]

48. Περὶ φυτῶν. *De plantis.* Nihil de his apud Stobaeum reperio, nisi quod p. 87. notatur, a Platone plantis quoque vitam tribui. *Fabr.* Editum est ab *Heeren* cap. XLVIII. p. 758. sq. et ducibus codd. ac Photio inscriptum: πῶς ηὐξήθη τὰ φυτὰ καὶ εἰ ζῶα, adnotatque, eadem legi apud *Plutarch.* de placit. philos. V. 26. et apud *Galen.* 38. bis quoque ea in Canteri ed. esse expressa. *Harl.*

49. Περὶ τροφῆς καὶ ὀρέξεως τῶν ζώων. *De cibo et appetitu animalium.* Deest in editis, [et codd. v. *Heeren* cap. XLIX. p. 760.]

50. Περὶ φύσεως ἀνθρώπων. *De hominum natura* p. 88 — 90. [*Heeren* cap. L. p. 760. sqq.]

51. Περὶ νȣ̃. *De mente* p. 90 — 93. [*Heeren* c. LI. p. 774. sqq.]

52. Περὶ ψυχῆς. *De anima.* Caput longum et memorabile, quo varias veterum sapientum cogitationes de animae hominis natura, facultatibus, functionibus et immortalitate, farraginis in morem Stobaeus congessit. p. 93 — 150. *Fabr.* v. *Heeren* cap. LII. pag. 794 — 1202. qui primo animaduertit, apud Canterum indicari id caput longa inscriptione, alieno prorsus loco post Asclepiadis placitum contextui inserta, et a lectore aliquo margini forsan addita. Tum obseruat, in editione Canteri passim nouas inscriptiones

ff) Longus hic locus ex libro de mundo, Aristoteli vulgo adscripto, a cap. II. vsque ad VI. et qui vulgo inscribitur, epistola ad Alexandrum, auctoritate codd. subiectus est in cap. XLII. loco *de aquis*, nr. 2. p. 640 — 697. contra, quod caput Fabricius nr. 42. περὶ παντὸς inscripsit, ratus, ad hoc pertinere Aristotelis locum, s. partem epistolae ad Alexandrum, id Heeren signauit quidem p. 752. cap. XLIV. περὶ τȣ̃ παντὸς, hac inscriptione ex Photio suppleta; sed, id *deesse*, addidit, et in nota animaduertit, in suis codd. non amplius legi. *Harl.*

ptiones locis scriptorum praefigi, male a margine in contextum illatas, quum nihil aliud sint, quam tituli capitum *libri Iamblichi de anima*, ex quo plura ibi loca exscripsisset Stobaeus. Illa itaque ex contextu exsulare iussit; de singulis autem suis locis rationem reddidit vir doctissimus. *Harl.*

53. Περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, καὶ εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις, de sensibus *sensuque praeditis, et num sensus haud fallaces?* In Canteri edit. pag. 150. 151. [*Heeren* cap. LIII. pag. 1202. sqq.]

54. Πόσαι εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις, καὶ ποίας ἐσίας καὶ ἐνεργείας ἑκάςη. *Quot sint sensus et quae singulorum natura atque operatio.* pag. 151. [*Heeren* cap. LIV. pag. 1106. sqq.]

55. Περὶ ὁράσεως καὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων. *De visu et specularibus imaginibus.* Ex hoc capite pauca quaedam leguntur pag. 151. 152. [*Heer.* cap. LV. pag. 1108. sqq.]

[P] 56. Περὶ ἀκοῆς, περὶ ὀσφρήσεως, περὶ γεύσεως, περὶ ἁφῆς. *De auditu, olfactu, gustu et tactu* p. 152. 153. [*Heer.* c. LVI. p. 1110. sqq.]

57. Περὶ φωνῆς, καὶ εἰ ἀσώματος ἡ φωνή, καὶ τί αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν. *De voce et num incorporalis sit vox, et quodnam eius principale?* p. 153. [*Heer.* cap. LVII. p. 1112. sq.]

58. Περὶ φαντασίας καὶ κριτηρίε. *De imaginatione et veri falsique regula* pag. 153. [*Heeren* c. LVIII. p. 1114.]

59. Περὶ δόξης. *De opinione* pag. 153. 154. [*Heer.* c. LIX. p. 1114. sq.]

60. Περὶ ἀναπνοῆς καὶ παθῶν. *De respiratione et passionibus* pag. 154. 155. [*Heeren* c. LX. pag. 1116. qui legendum putat περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς, *de respirationis adfectibus.*]

Liber *secundus* XLVI. capitibus olim constitit, quorum titulos infra e Photio adposui. Hi si cum editis a Cantero conferantur, patebit, minimam vix partem secundi libri nos habere, nimirum caput primum dubito, an integrum, cuius titulus etiam e Photio supplendus et emendandus p. 156. 157. Deinde a verbis ἐκεῖν ἡ διαλεκτική p. 157. vsque ad p. 159. ῥαδίως μαραίνονται exstant fragmenta quaedam perexigua capitum 2. 3. 5. *de dialectica, rhetorica et poëtica.* Deinde superest caput septimum *de morali disciplina* a p. 159. ad 197. quod in varias partes iterum subdiuiditur, resque morales exponit ex sententia *Platonicorum* vsque ad p. 165. atque *Stoicorum* pag. 166 — 184. et *Peripateticorum* p. 184 — 197. Denique reliquum est, sed mancum extrema parte, caput octauum περὶ τῦ ἐφ' ἡμῖν, *de eo, quod in nostra est potestate* p. 197 — 207. Cetera omnia interciderunt. *Fabric.* Conf. cel. *Heeren* in praefat. ad partis II. tom. I. in quo continetur *Stobaei eclogarum dialecticarum et ethicarum liber secundus.* In hoc quoque multa esse emendata, aucta et restituta ab elegantissimo Heeren, ex notis illius et comparatione facile patebit; id, quod generatim notasse hic sufficiat. *Harl.*

III. Ti-

III. Tituli capitum libri II.

1. Περὶ τῶν τὰ θεῖα ἑρμηνευόντων, καὶ ὡς εἴη ἀνθρώποις ἀκατάληπτος ἡ τῶν νοητῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλήθεια [gg]) *De rerum diuinarum interpretibus, et quod a mortalibus rerum intelligibilium veritas comprehendi nequeat. [Heer.* c. I. p. 2. ſqq.]

2. Περὶ Διαλεκτικῆς. *De dialectica. [Heer.* c. II. p. 23. ſqq.]

3. Περὶ Ῥητορικῆς. *De rhetorica. [Heeren* c. III. p. 26. ſqq.]

4. Περὶ λόγου καὶ γραμμάτων. *De oratione ac litteris.* Hoc caput fortaſſe adhuc ſupereſt in Florilegio Stobaeano, vbi alieno loco legitur in editione Gesneri περὶ γραμμάτων cap. 79. et 80. *Fabr.* Falſam eſſe opinionem Fabricii, docet cl. *Heeren* pag. 29. vbi quidem deeſt quoque caput ipſum; huius tamen titulum ex Photio adſcripſit, et ſignauit cap. IV. In edit. Canteri deſunt tituli capitis II. quod tamen incipit ap. Canterum I. 48. p. 157. — capitis III. quod inc. I. 27. p. 158. capitis IV. — capitis V. quod inc. I. 50. ibid. et capitis VI. quod inc. I. 2. pag. 159. *Harl.*

5. Περὶ ποιητικῆς. *De arte poetica. [Heeren* c. V. p. 31.]

6. Περὶ χαρακτῆρος. *De forma orationis. [Heeren* c. VI. p. 31. ſqq.]

7. Περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας. *De morali genere philoſophiae. Fabr.* — In ed. *Heeren* cap. VII. p. 32 — 334. vbi id caput, vniuerſam de moribus doctrinam comprehendens, poſtquam Stobaeus vniuerſim de ethico genere philoſophiae diſputauit, diuiſum eſt in tres ſectiones, quarum *prima* eſt inſcripta διαίρεσις etc. h. e. diuiſio ethices ſecundum Academicos, pag. 38. ſqq. *altera;* diuiſio loci ethici ex Zenonis et reliquorum Stoicorum placitis, pag. 90. ſqq. *tertia* denique; Ariſtotelis et reliquorum Peripateticorum de moribus decreta. Aliter diuiduntur et nominantur partes in ed. Canteri. *Harl.*

[P] 8. Περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν. *De iis, quae in noſtra ſunt poteſtate. [Heeren* cap. VIII. p. 334.]

9. Ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός. *Quod nemo volens malus. Fabr. Heeren,* iubente contextu, inſcripſit: ὅτι οὐδεὶς ἄκων πονηρός, *neminem inuitum malum eſſe:* et, quamuis nec in codd. nec in edit. Canteri I. 41. p. 205. aliquid hic notetur, nouum tamen hic caput n. *nonum,* p. 406. ſqq. incipere, nullus dubitauit. Vltima autem capitis deſiderantur, vt et capitum ſequentium X — XLVI. tituli, quos *Heeren* ex Photio ſuppleuit et *Fabricius* quoque a nr. 10 — 46. indicauit. *Harl.*

10. Ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν φιλόσοφον. *Qualem philoſophum eſſe deceat.*

11. Ὅτι χρὴ σέβειν τὸ θεῖον. *Numen colendum eſſe.*

gg) Partic. 2. eſt excerptum ex *Euripidis Philoctete,* quod emendarunt atque compararunt *Valcken.* in Diatribe poſt Eurip. Hippolytum, cap. XI. p. 114. ſqq. et *Heeren* p. 4. ſqq. *Harl.*

12. Ὅτι τοῖς εὐσεβέσι καὶ δικαίοις βοηθεῖ τὸ κρεῖττον. *Piis et iustis opem ferri a DEO.*

13. Περὶ μαντικῆς. *De diuinatione.*

14. Ὅτι χρὴ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὰς τῶν σοφῶν συνεσίας, ἐκκλίνειν δὲ τοὺς φαύλους καὶ ἀπαιδεύτους. *Sapientum consuetudinem magni esse faciendam, fugiendos vero malos atque imperitos.*

15. Περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι, καὶ ὅτι οὐ τῷ λόγῳ χρὴ κρίνειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ. *De eo, quod videtur tantum, et quod vere est; neque e verbis, sed moribus esse de homine iudicandum.*

16. Ὅτι οἱ ἄλλοις ἐπιβουλεύοντες, ἑαυτοὺς λανθάνουσι καταβλάπτοντες. *Eos, qui aliis struunt insidias, seipsos maxime imprudentes laedere.*

17. Περὶ εὐδοξίας. *De nominis gloria.*

18. Περὶ Φήμης. *De fama.*

19. Ὅτι μέτρον ἄριστον. *Modum esse optimum.*

20. Ὅτι δυσκατορθώτατον ἡ ἀρετὴ, εὐμεταχείριστον δὲ ἡ κακία. *Virtutem aegre perfici, vitium contra facile acquiri.*

21. Ὅτι οὐ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι περὶ τῆς τῶν ἀσυνέτων δοκιμασίας. *Stultorum iudicium susque deque habendum esse.*

22. Ὅτι τὴν ὑπόκρισιν, τοῖς κεχρημένοις ἐπιβλαβῆ οὖσαν, καὶ πρὸς οὓς γίνεται, τῆς ψυχῆς ἐκβλητέον. *Hypocrisin et simulantibus et illis, apud quos exercetur, noxiam, animo esse eiiciendam.*

23. Ὅτι οὐ χρὴ πολυπραγμονεῖν, φθόνου γὰρ καὶ διαβολῆς αἴτιον γίνεται τὸ τοιοῦτον. *Curiositatem esse vitandam, praebere enim caussam inuidiae atque calumniae.*

24. Ὅτι ἐν οἷς πλημμελεῖ τις, τὸ μεταμελεῖσθαι κάλλιστον. *Vbi quis deliquerit, optimum esse in poenitentiae consilium.*

25. Περὶ λοιδορίας, ὡς οὐκ ἀγαθόν. *Obtrectationem neutiquam probandam esse.*

26. Ὅτι ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι χρὴ σκοπεῖν, μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεπτώκαμεν ἐλαττώμασι. *In obtrectando cogitandum, ne iisdem et nos delictis obnoxii simus.*

27. Περὶ ἀνάγκης τῆς κατὰ τὸν βίον. *De necessitate in vita.*

28. Ὅτι εὐκαίρως δεῖ πράττειν. *In tempore peragenda esse negotia.*

29. Περὶ τοῦ βουλεύεσθαι, ὅτι οὐ δεῖ, ὡς ἔτυχεν ἀναβάλλεσθαι. *De voluntate et consilio. Non id esse temere differendum.*

30. Ὅτι τὸ δυστυχῆσαι πολλάκις ἐπωφελὲς γίνεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἄφροσι. *Res aduersas experiri, frequenter vtile est, praecipue imprudentibus.*

31. Περὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας. *De educatione atque institutione.*

32. Ὅτι κάλλιστον ἡ φιλία τῶν ἀγαθῶν. *Pulcerrimum bonorum esse amicitiam.*

33. Ὅτι ἡ ὁμοιότης τῶν τρόπων φιλίαν ἀπεργάζεται. *Morum similitudine amicitias conciliari.*

34. Ὅτι χρὴ ἐν ταῖς δυστυχίαις καὶ τοῖς κινδύνοις μὴ περιορᾶν τοὺς φίλους. *In aduersis ac periculis non esse negligendos inimicos.*

35. Ὅτι οὐ χρὴ συναδικεῖν τοῖς φίλοις. *Non esse in amicorum gratiam iniusta facienda.*

36. Περὶ γνησίων καὶ ἀβεβαίων φίλων. *De genuinis et instabilibus amicis.*

37. Ὅτι χρὴ ταχείας ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τοὺς φίλους διαλλαγὰς, τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν ῥᾷον φέροντας μετὰ τῆς ἀμνηστείας. *Cito esse in gratiam cum amicis redeundum, eorumdemque vitia ferenda, et delicta obliuioni tradenda.*

38. Ὅτι ἐν ταῖς ἀτυχίαις τοὺς γνησίους τῶν φίλων διαγινώσκομεν. *Quod amicos certos in re incerta cernimus.*

39. Φιλικὰ παραγγέλματα. *Praecepta amicitiae.*

40. Περὶ ἔχθρας καὶ τοῦ ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ πρὸς τοὺς ἐχθρούς. *De inimicitiis, et quo se quis modo cum hoste gerere debeat.*

41. Περὶ τοῦ πῶς ἐστιν ἀπ' ἐχθρῶν ὠφεληθῆναι. *Qua ratione ex inimicis capi possit vtilitas.*

42. Περὶ τοῦ εὐεργετεῖν. *De beneficiis.*

43. Ὅτι μείζων ἡ χάρις ἐν καιρῷ δοθεῖσα. *Maius esse beneficium, quod in tempore confertur.*

44. Περὶ τοῦ ἀντευεργετεῖν. *De beneficiis retribuendis.*

45. Ὅτι τοὺς πονηροὺς οὐ χρὴ εὖ ποιεῖν, οὐδὲ παρ' αὐτῶν εὐεργετεῖσθαι. *Non esse beneficiis afficiendos malos, neque ab iis beneficium vllum accipiendum.*

46. Περὶ εὐχαριστίας. *De virtute grati animi.*

IV. Librum III. et IV. integriores habemus, graece a Trincauello primum, [hh]) deinde graece et latine saepius cum Gesneri [P] versione editos. In horum titulis computandis mira est editionum discrepantia, quae non sine molestia moratur lectorem, vbi citatum aliquem locum euoluere desiderat, itaque singulis capitibus adnotatos a me vides quatuor numeros, quorum primus respicit editionem primam graecam, secundus graecolatinam Wechelianam, quae insolenti consilio Maximi et Antonii capita collectaneorum Stobaeanis admiscuit: tertius Grotianam siue Hugonis Grotii in excerptis e Stobaeo, quartus denique Gesnerianas. [ii]) Libri tertii capita XL. Photius nume-

hh) Vide infra, §. VI.

ii) Et ego adieci ex *Schow* edit. de qua in indice editionum sermo erit, capitum XXVII. (tot enim tantummodo edidit) indicem. *Harl.*

numerat, quod cum Grotianis numeris exacte conuenit; Libri quarti capita LVIII. cuius numeri rationes locis suis infra adnotaui.

Tituli capitum libri tertii.

Graec.	Wech.	Grot.	[Schow.]	Gesn.	
deest	1.	I.	I.	1.	Περὶ ἀρετῆς, καὶ τίνα τρόπον κατὰ ἀρετὴν βιωτέον. De virtute, et quomodo secundum virtutem viuendum sit [kk]) pag. 1. [Sch. p. 1.]
1.	16.	II.	II.	2.	Περὶ κακίας. De vitio pag. 29. [Sch. p. 61.]
2.	28.	III.	III.	3.	Περὶ φρονήσεως. De prudentia pag. 35. [Sch. pag. 69. in IV. codd. nominatur λόγος πρῶτος.]
3.	32.	IV.	IV.	4.	Περὶ ἀφροσύνης. De imprudentia pag. 52. [Sch. p. 108.]
4.	37.	V.	V.	5.	Περὶ σωφροσύνης. De temperantia p. 63. [Sch. p. 132.]
deest	38.	VI.	VI.	6.	Περὶ ἀκολασίας. [ll]) De intemperantia p. 78. [Sch. p. 167.]
5.	48.	VII.	VII.	7.	Περὶ ἀνδρείας. De fortitudine p. 86. [Sch. p. 185.]
6.	50.	VIII.	VIII.	8.	Περὶ δειλίας. De timiditate p. 96. [Sch. p. 210.]
7.	51.	IX.	IX.	9.	Περὶ δικαιοσύνης. De iustitia p. 97. [Sch. p. 216.]
8.	53.	X.	X.	10.	Περὶ ἀδικίας, καὶ [mm]) φιλαργυρίας. De iniustitia et auaritia p. 124. [In ed. Schow. p. 273. sqq.]
9.	59.	XI.	XI.	11.	Περὶ ἀληθείας. De veritate p. 134. [Sch. p. 295.]

10.

kk) Paginas adscripsi, quibus singula capita incipiunt in editione Stobaei tertia Gesneriana, Tigur. a. 1559. in fol. ad quam compositus est index auctorum, quem infra exhibeo.

ll) Phot. ἀκολάσεως.

mm) Phot. πλεονεξίας.

Graec.	Wech.	Grot.	[Schow.]	Gesn.	
10.	62.	XII.	XII.	12.	Περὶ ψεύδους. De mendacio p. 138. [Sch. p. 305.]
11.	66.	XIII.	XIII.	13.	Περὶ παῤῥησίας. De libertate in loquendo p. 143. [Sch. p. 314.]
12.	64.	XIV.	XIV.	14.	Περὶ κολακείας. De adulatione pag. 146. [Sch. p. 321.]
13.	73.	XV.	XV.	15.	Περὶ ἀσωτείας. De prodigalitate p. 149. [Schow. p. 327.]
14.	78.	XVI.	XVI.	16.	Περὶ φειδωλείας. De parcitate pag. 151. [Sch. p. 330.]
15.	39.	XVII.	XVII.	17.	Περὶ ἐγκρατείας. De continentia pag. 153. [Sch. p. 337.]
16.	44.	XVIII.	XVIII.	18.	Περὶ ἀκρασίας. De incontinentia p. 159. [Sch. p. 353.]
17.	92.	XIX.	XIX.	19.	Περὶ ἀνεξικακίας. De patientia pag. 166. [Sch. p. 365.]
18.	98.	XX.	XX.	20.	Περὶ ὀργῆς. De ira p. 169. [Sch. pag. 373.]
19.	102.	XXI.	XXI.	21.	Περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν. De cognoſcendo ſe ipſum p. 174. [Sch. p. 386.]
20.	43.	XXII.	XXII.	22.	Περὶ ὑπεροψίας. De ſuperbia pag. 185. [Sch. p. 408.]
21.	104.	XXIII.	XXIII.	23.	Περὶ φιλαυτίας. De amore ſui pag. 188. [Sch. p. 417.]
22.	106.	XXIV.	XXIV.	24.	Περὶ τοῦ συνειδότος. De conſcientia p. 189. [Sch. p. 421.]
23.	109.	XXV.	XXV.	25.	Περὶ μνήμης. De memoria p. 190. [Sch. p. 423.]
24.	111.	XXVI.	XXVI.	26.	Περὶ λήθης. De obliuione p. 192. [Sch. p. 427.]
25.	112.	XXVII.	XXVII.	27.	Περὶ ὅρκου. De iureiurando p. 192. [Sch. p. 428.]
26.	116.	XXVIII.		28.	Περὶ ἐπιορκίας. De periurio. p. 194.
27.	117.	XXIX.		29.	Περὶ φιλοπονίας καὶ μελέτης. De aſſiduitate et diligentia p. 196.

28.

Graec.	Wech.	Grot.	Gesn.	
28.	120.	XXX.	30.	Περὶ ἀργίας. De otio p. 207.
29.	122.	XXXI.	31.	Περὶ αἰδοῦς. De pudore p. 209.
30.	123.	XXXII.	32.	Περὶ ἀναιδείας. De impudentia p. 210.
31.	126.	XXXIII.	33.	Περὶ σιωπῆς nn) De silentio p. 211.
[ ] 32.	129.	XXXIV.	34.	Περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν. De tempestiua oratione p. 213.
33.	130.	XXXV.	35.	Περὶ βραχυλογίας. De breuitate in dicendo p. 214.
34.	133.	XXXVI.	36.	Περὶ ἀδολεσχίας. De garrulitate p. 214.
35.	136.	XXXVII.	37.	Περὶ χρηστότητος. De bonitate p. 217.
36.	139.	XXXVIII.	38.	Περὶ φθόνου. De inuidia p. 220.
37.	157.	XXXIX.	39.	Περὶ πατρίδος. De patria p. 224.
38.	158.	XL.	38.	Περὶ ξένης. De exsilio p. 228.
39.	127.	XLI.	39.	Περὶ ἀποῤῥήτων. De arcanis p. 235.
40.	70.	XLII.	40.	Περὶ διαβολῆς. De calumnia p. 236.

V. Tituli capitum libri IV.

Phot.	Graec.	Wech.	Grot.	Gesn.	
1.	41.	141.	XLIII.	41.	Περὶ πολιτείας. De republica p. 239.
2.	42.	145.	XLIV.	42.	Περὶ νόμων καὶ ἐθῶν. De legibus et consuetudine p. 276.
3.	περὶ δήμου, memorat Photius.				In editis libris desideratur.
4.	43.	151.	XLV.	43.	Περὶ τῶν ἐν πόλεσι δυνατῶν. oo) De potentibus in ciuitate p. 300.
5.	44.	152.	XLVI.	44.	Περὶ ἀρχῆς καὶ τοῦ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄρχοντα. De magistratu et qualem oporteat esse eum, qui magistratum gerit p. 304.
6.	45.	146.	XLVII.	45.	Ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία. Pulcerrimam rem esse regnum p. 320.

7.

XIIX

nn) Phot. περὶ σιγῆς.

oo) Id. περὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν

Phot.	Graec.	Wech.	Grot.	Gesn.	
7.	46.	147.	XLVIII.	46.	Ὑποθῆκαι περὶ βασιλείας. Admonitiones de regno p. 323.
8.	47.	148.	XLIX.	47.	Περὶ ψόγου τῆς τυραννίδος. pp) De vituperatione regni p. 341.
[?] 9.	48.	167.	L.	48.	Περὶ πολέμου. De bello p. 349.
10.	49.	168.	LI.	49.	Ἔπαινος τόλμης. qq) Audaciae laus pag. 351.
	50.	169.	LII.	50.	Ψόγος τόλμης. Audaciae vituperatio.
11.	51.	170.	LIII.	51.	Περὶ νεότητος, ἢ περὶ στρατιᾶς καὶ ἰσχύος. De iuuentute, siue de militia et robore p. 356.
12.	52.	171.	LIV.	52.	Περὶ στρατηγῶν καὶ περὶ τῶν κατὰ πόλεμον χρειῶν ὑποθῆκαι. De imperatoribus, et pertinentibus ad bellum monita p. 359.
13.	53.	172.	LV.	53.	Περὶ εἰρήνης. De pace p. 365.
14.	54.	222.	LVI.	54.	Περὶ γεωργίας, ὅτι ἀγαθόν. De agricultura, quod bona sit p. 366.
	55.	223.	LVII.	55.	Περὶ γεωργίας εἰς τὸ ἐναντίον. De agricultura in contrarium p. 371.
15.	56.	224.	LVIII.	56.	Περὶ ἡσυχίας. De vita quieta p. 372.
16.	57.	225.	LIX.	57.	Περὶ ναυτιλίας. De nauigatione p. 374.
17.	58.	226.	LX.	58.	Ὑπὲρ τεχνῶν. Pro artibus p. 375.
	59.	227.	LXI.	59.	Περὶ τεχνῶν εἰς τὸ ἐναντίον. De artibus in contrarium p. 380.
18.	60.	174.	LXII.	60.	Περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων. De dominis et seruis p. 381.

19.

pp) Ad hunc titulum peruenit Grotius eo tempore, quum ipsi scribendi copia Hagae fuit adempta. *Rogo*, inquit Grotius epistola 77. ad Beni. Aub. Maurerium, *attente legas; continet enim is titulus illius temporis expressum characterem.*

qq) Photius pro duobus titulis LI. LII. tantum habet vnum, περὶ τόλμης. Sic pro LVI. LVII. περὶ γεωργίας. pro LX. et LXI. περὶ τεχνῶν. et pro LXV. LXVI. περὶ κάλλους, pro LXVII. ad LXXIII. περὶ γάμου. pro LXXV. ad LXXVIII. περὶ παίδων. pro LXXXVI. ad LXXXIX. περὶ εὐγενείας. pro XCI. ad XCIV. περὶ πλούτου. pro CXVI. ad CXVIII. περὶ γήρως, pro CXX. CXXI. περὶ ζωῆς.

Phot.	Graec.	Wech.	Grot.	Gesn.	
19.	61.	184.	LXIII.	61.	Περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου παρεχούσης τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τοῖς ἀνθρώποις, καὶ περὶ ἔρωτος τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἡδονῶν. De venere communi, quae generationi humanae cauſam praebet, et de amore voluptatum corporis. p. 384.
[P] 20.	62.	185.	LXIV.	62.	Ψόγος Ἀφροδίτης, καὶ ὅτι φαῦλος ὁ ἔρως, καὶ ποσῶν εἴη κακῶν γεγονὼς αἴτιος. Vituperatio Veneris, et malum eſſe amorem, quamque multorum malorum cauſſa ſit pag. 396.
21.	63.	159.	LXV.	63.	Ὑπὲρ κάλλους. Pro pulcritudine pag. 404.
	64.	160.	LXVI.	64.	Κατὰ κάλλους. Contra pulcritudinem pag. 407.
22.	65.	186.	LXVII.	65.	Ὅτι κάλλιστον γάμος. Rem pulcerrimam eſſe nuptias p. 409.
	66.	187.	LXVIII.	66.	Ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν. Vxorem ducere, non eſſe bonum p. 417.
	67.	188.	LXIX.	67.	Ὅτι τοῖς μὲν ἐπωφελῆ τὸν γάμον, τοῖς δὲ ἀσύμφορον, ὁ τῶν συναπτομένων ἀπετέλεσε τρόπος. Pro diuerſis coniugum moribus nunc prodeſſe, nunc obeſſe nuptias pag. 420.
	68.	189.	LXX.	68.	Περὶ μνηστείας. De vxoris petitione p. 423.
	69.	190.	LXXI.	69.	Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις τὰς τῶν συναπτομένων ἡλικίας χρὴ σκοπεῖν. In nuptiis vtriusque aetatem eſſe ſpectandam p. 427.
	70.	191.	LXXII.	70.	Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις, οὐ τὴν εὐγένειαν, οὐδὲ τὸν πλοῦτον χρὴ σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸν τρόπον. In contrahendis nuptiis non oportere nobilitatem, neque diuitias ſpectare, ſed mores p. 427.
	71.	192.	LXXIII.	71.	Ψόγος γυναικῶν. Vituperatio mulierum pag. 429.
23.	72.	193.	LXXIV.	72.	Γαμικὰ παραγγέλματα. Nuptialia monita p. 435.

Phot.	Graec.	Wech.	Grot.	Gesn.	
[?]24.	73.	194.	LXXV.	73.	Ὅτι καλὸν τὸ ἔχειν παῖδας. Bonum esse, habere liberos p. 445.
	74.	195.	LXXVI.	74.	Ὅτι ἀσύμφορον τὸ ἔχειν τέκνα, καὶ ἄδηλον, εἰ ἴδια τῶν ἔχειν νομιζόντων, καὶ μηδὲ θετὸν ποιεῖσθαι. Non expedire, habere liberos, nec certum esse, an sui sint ei, qui existimat, quin nec adoptandos, pag. 449.
	75.	169.	LXXVII.	75.	Ὅτι κρείσσονές οἱ ἄρσενες τῶν παίδων, καὶ ὅτι τοὺς νόθους οὐκ ἐλάττονας χρὴ κρίνειν τῶν γνησίων. Liberos mares praeferendos, et nothos non minoris habendos, quam legitimos p. 450.
	76.	197.	LXXVIII.	76.	Περὶ νηπίων. De pueris p. 451.
25.	77.	198.	LXXIX.	77.	Ὅτι χρὴ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων, καὶ εἰ ἐν ἅπασιν αὐτοῖς πειστέον. A liberis honorem debitum praestandum parentibus: et an per omnia eis obediendum p. 452.
	78.	211. p. 711.	LXXX.	78.	Περὶ θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ κόσμον φυσιολογίας. rr) De diis mundique ac rerum coelestium cognitione p. 463.
	79.	211. p. 707.	LXXXI.	79.	Περὶ γραμμάτων. De litteris p. 466.
	80.	212.	LXXXII.	80.	Περὶ γραμμάτων εἰς τὸ ἐναντίον. De litteris in contrarium p. 470.
26.	81.	201.	LXXXIII.	81.	Ὁποίους τινας χρὴ εἶναι τοὺς πατέρας περὶ τὰ τέκνα. Quales parentes erga liberos esse oporteat p. 471.
[?]27.	82.	209.	LXXXIV.	82.	Ὅτι κάλλιστον ἡ φιλαδελφία καὶ ἡ περὶ τοὺς συγγενεῖς διάθεσις. Praestantissimum esse fraternum amorem et in cognatos beneuolentiam p. 474.

rr) Hoc caput et duo, quae sequuntur, Photius ignorat; atque alieno hic loco legi et ad librum I. cap. 1. et lib. II. cap. 4. pertinere, recte videtur adnotasse Andreas Schottus.

 45.

ss) Photius: *περὶ νόσου καὶ ἰάσεως.*

tt) Id. *περὶ ὑγείας καὶ διαμονῆς αὐτῆς.*

58.

Phot. Graec. Wechr. Grot.	Gesn.	
58. 123. 280. CXXVII.	125.	Ὅτι τῶν πλείστων μετὰ θάνατον διαῤῥεῖ ταχέως ἡ μνήμη. Memoriam plurimorum a morte statim euanescere p. 618.

Photius ait, capita vniuersi operis Stobaeani esse CCVIII. qui numerus verus esse comperietur, si ad capita LX. libri primi et XLVI. [?] secundi, tertiique XLII. et quarti LVIII. addes duo illa, quae prooemii loco praemissa operi supra ex eodem Photio monui.

[De codd. plura et meliora tradidisset cl. *Schow*, si contigisset, vt suam absolueret editionem. Atque *Sermones Stobaei* in pluribus codicibus, quam *Eclog. phys.* reperiri, obseruauit cel. *Heeren* in praefat. ad part. I. tom. I. pag. XLII. in not. vbi commendauit Sermonum editori codd. quos ipse inspexit, membran. *Taurinensem* saec. XI. in bibl. quondam regia, et alium membran. eiusdem aetatis *Romae* in bibl. *Barberina:* laudat quoque cod. roman. bibl. *Angelicae*, qui variarum rerum, etiam ex Stobaei Sermon. continet collectionem. — *Valcken.* in Diatr. subiecta eius edit. Euripidis Hippolyti, cap. XIX. pag. 198. sqq. in not. 3. valde laudauit cod. *Vossian.* qui pleraque complectitur ex *Stobaei* Florilegio poetarum dicta. Is offert, adnotante Valckenario, spectabiles lectiones et nomina dramatum nonnunquam poetarum nominibus iis etiam in locis adiecta, in quibus illa ne ex Parisinis quidem Grotius enotauit. Atque Valcken. speciminis gratia quaedam indicauit. — *Vindobonae* in cod. caesar. LXXXI. valde antiquo est *Stobaei* florileg. sententiarum, in quo duo priores loci communes desunt; tertius autem, s. *de temperantia*, caret principio. Hunc codicem, obseruauit *Lambec.* comment. VII. pag. 306. sq. et ex eo *Nessel.* in cat. codd. caesar. part. IV. p. 40. cod. LXVII. nr. 1. simillimum esse editioni Trincauelli; contra valde discrepare ab ed. Conr. Gesneri. — *Nessel.* l. c. part. I. p. 244. in cod. CLXVII. nr. 22. tradit, exstare ex *Io. Stobaei, Antonii* et *Maximi* locis communibus sententiarum capita III. de honore parentum et amore liberorum, de timore dei, et de peccato atque confessione, in ed. Wechel. Francofurt. capp. 199. 238. et 297. — *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XI. nr. 1. plut. 58. *Stobaei* Sermones siue loci communes CXXIII. desunt autem capp. I. II. CVI. et CXII. Atque *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. vol. II. p. 446. sq. animaduertit, et in indice capitum, codici praemisso, et in ipso opere bis repeti numeros 38. et 39. ideoque totam capitum summam non amplius fieri CXXV. sed CXXVII. — *Oxonii* in cod. CCLXX. collegii noui, s. nr. 1234. catal. sunt *Stobaei* collectanea sententiarum e diuersis auctoribus, graece. — *Parisiis* in bibl. publ. exstat florilegium in *quinque* codd. n. MCMLXXXIV. et sequenti, — MMCMIII. in quo alius omnino capitum ordo ab illo esse dicitur, quem libri editi exhibent. — MMCXXX. excerpta ex Stobaei eclogis, (an physicis?) — et *Stobaei* quaedam in cod. MMMXII. — De cod. *Escorial.* cum physicis eclogis, v. supra in notitia codd. eclog. physicar. — *Mediolani* in cod. Ambros. bibl. *Stobaei* collectanea, teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. pag. 528. *D.* et II. pag. 927. *D.* de cod. *Colbertino* nunc in bibl. publ. gr. qui continet *Stobaei* eclogas. *Harl.*]

Editio

Editio graeca florilegii, siue lib. III. et IV.

Graece primum lucem vidit Stobaei florilegium edente *Victore Trincauello*, ex codice minus integro parumque emendato, Venet. 1536. typis Bartholomaei Zanetti. Trincavellus librum dedicauit *Petro Bembo*, bibliothecae publicae Venetae tunc praefecto, cuius studium in communicandis MStis libris praedicat. *Fabr.* De hac edit. conf. *Freytagium* in adparatu litt. tom. III. p. 581. sqq. *Harl.*

Editiones graecolatinae.

Latine ex Trincauelli editione primum vertit et vtraque lingua edidit *Conradus Gesnerus* Tiguri 1543. fol. nullo vsus codice MS. nisi fragmento aliquot sermonum, quos ab Oporino acceperat. Innumera tamen loca restituit collatis scriptoribus, qui a Stobaeo laudantur, versusque melius digessit.

Secunda Gesneri editio graecolatina Basil. apud Io. Oporin. uu) 1549. fol. et Tigur. 1550. fol. multis modis priori praestat, quoniam in hac ex MS. Diegi Hurtadi Mendozae non modo longe plura emendauit, sed etiam sententias plurimas et capita integra I. *de virtute* et VI. *de intemperantia*, quae in priore deerant, suppleuit, nomina etiam scriptorum, e quibus sua collectanea Stobaeus instruxit, longe diligentius adnotauit. Dubito tamen, an omnibus probabitur viri praestantissimi, meritissimique de bonis litteris studium, quod aliena etiam nonnulla adtexuit. *Aristotelis libellum*, inquit, *de virtutibus et vitiis iam non vt prius vno in loco posuimus integrum, sed pro argumento in diuersos locos diuisimus. Qui integrum volet, cum reliquis Aristotelis operibus inueniet. Praeterea adiunxi etiam passim corollaria quaedam, ex graecis libris collecta, tum carmine, tum prosa; non multa tamen, non prolixa, nec absque delectu. Theophrasti de notis* (characteribus morum) *libellum, in breuia aliquot et elegantissima capita diuisum, sed parum feliciter ab anonymo quodam olim interprete in latinam linguam deriuatum, qua potui diligentia emendaui, et pro argumenti ratione passim inserui.*

Tertia

uu) Sumtibus Christoph. Froschoueri, *Gesner.* in fronte libri ipse ita declarat operam suam: „En tibi, candide lector, Io. Stobaei anthologiam exhibemus — — recens integritati suae restitutam, quoad eius fieri potuit, aliquot mendorum millibus sublatis: idque in prima editione, quam publicauimus a. Domini 1543. Iam rursus autem in hac *secunda editione*, praeter innumeros locos ex vetustissimis codd. MSSt. emendatos, maximum quoque passim Sententiarum auctarium, et integros Sermones aliquot adscripsimus: denique librorum nomina, ex quibus singulae auctorum sententiae depromtae sunt, diligenter vbique adnotauimus. Adiecta sunt et alia quaedam vt sequente pagina indicatur.“ Calci vero adhaerent 1) *Cyri Theodori* dialogus de exsilio amicitiae, senariis iambicis conscriptus, gr. ac la. 2) Dialogus incerti auctoris, vulgo *Platoni* adscriptus, an virtus doceri possit, lat. 3) dialogus de iusto, Platoni falso adscriptus; 4) *Solonis* elegia, conuersa a Phil. Melanchthone. *Harl.*

Tertia graecolatina a. 1559. fol. nihil habet peculiare, nisi indicem auctorum, qui a Stobaeo citantur, [vv]) quem, in aliis editionibus, etiam recentioribus, non obuium, infra locis aliquot suppletum [[?]] et emendatum exhibeo. Paginas tertiae huius editionis ad quas index ille compositus est, adscripsi supra titulis Stobaei capitum, vt ita facile ad quamcunque editionem conferri, et quo in capite scriptores illi citentur, intelligi possit.

Quarta Wecheliana Francofurti a. 1581. fol. typorum nitore superiores facile vincit; sed molesta confusione Stobaeanis excerptis integra *S. Maximi* et *Antonii Melissae* collectanea admixta exhibet, vnde alius capitum numerus, aliusque ordo. Bene tamen est, quod capita Stobaei distincta reliquit, neque, ita vt Maximi et Antonii, inter se confudit. Si quis vero istam editionem possideat, poterit illa commode vti, si hunc adhibeat indicem: poterit etiam huius ope loca, secundum illam citata, in aliis reperire editionibus Stobaei, cuius capitum numeros adscripsi secundum computationem accuratiorem Hug. Grotii.

Quinta Lugd. 1608. fol. rectius Stobaeum separatim exhibet, cui *Maximum* itidem et *Antonium Melissam* separatim adiunxere Geneuenses 1609. fol.

Capita editionis florilegii Stobaeani Wechelianae

cum aliis editionibus Stobaei, Maximi et Antonii comparata.

1	St. 1.	12	A. lib. II. c. 41.	23	A. lib. II. c. 38.
2	M. 1.	13	A. lib. II. c. 37.	24	A. lib. II. c. 44.
3	M. 68.	14	A. lib. II. c. 43.	25	A. lib. I. c. 8.
4	M. 70.	15	M. 71.	26	M. 59.
5	M. 55.	16	St. 2.	27	A. lib. II. c. 47.
6	A. lib. I. c. 85.	17	A. lib. II. c. 17.	28	St. 3.
7	A. lib. II. c. 39.	18	A. lib. II. c. 86.	29	M. 2.
8	A. lib. II. c. 65.	19	A. lib. II. c. 19.	30	A. lib. I. c. 10.
9	M. 66.	20	A. lib. II. c. 66.	31	A. solus superest titulus libri II. capitis 59.
10	A. lib. II. c. 31.	21	A. lib. II. c. 42.		
11	A. lib. II. c. 35.	22	A. lib. II. c. 36.	32	St. 4.

33

vv) *Gesner* in fronte libri, postquam ea, quae ex titulo secundae edit. reddidimus, repetiit; „denique, ait, in hac *tertia* editione et menda quaedam, praesertim librariorum circa orthographiam sustulimus: et elenchum auctorum, qui quoties, ac vbi, toto opere citentur, addidimus." Mei exempli quod olim pertinuit ad bibliothecam *Nicol. Rittershusii*, orae, hic et forte eius pater, *Conrad. Rittershusius*, varias adscripserat coniecturas atque emendationes, quas publici iuris feci in meis opusculis varii argumenti, (Halae, 1775. m. 8.) pag. 181 — 190. *Harl.*

33	M. 60.	75	A. lib. II. c. 67.	117	St. 29.
34	A. lib. II. c. 48.	76	M. 7.	118	M. 32.
35	A. lib. I. c. 11.	77	M. 8.	119	A. lib. II. c. 45.
36	A. lib. II. c. 36.	78	St. 16.	120	St. 30.
37	St. 5.	79	A. lib. I. c. 28.	121	A. lib. II. c. 46.
38	St. 6.	80	A. lib. II. c. 27.	122	St. 31.
39	St. 17.	81	A. lib. II. c. 28.	123	St. 32.
40	M. 13.	82	A. lib. II. c. 25	124	A. lib. II. c. 61.
41	A. lib. I. c. 41.	83	A. lib. II. c. 26	125	A. lib. II. c. 62.
42	M. 49.	84	M. 3.	126	St. 33.
43	St. 22	85	A. lib. I. c. 15.	127	St. 41.
[P] 44	St. 18	86	A. lib. I. c. 38.	128	M. 20.
45	A. lib. II. c. 74	87	M. 27.	129	St. 34.
46	M. 21.	88	M. 30.	130	St. 35.
47	A. lib. II. c. 47.	89	M. 29.	131	A. lib. I. c. 75.
48	St. 7.	90	M. 65	132	solus titulus superest A. lib.
49	M. 4	91	M. 64.		I. c. 76.
50	St. 8.	92	St. 19.	133	St. 36.
51	St. 9.	93	M. 42	134	M. 47.
52	M. 5.	94	A. lib. I. c. 90	135	A. lib. I. c. 74.
53	St. 10.	95	A. lib. II. c. 55	136	St. 37.
54	M. 22.	96	A. lib. II. c. 56	137	M. 57.
55	A. lib. I. c. 34.	97	A. lib. II. c. 68.	138	A. lib. I. c. 84.
56	A. lib. II. c. 51. 52	98	St. 20	139	St. 38.
57	A. lib. II. c. 57	99	M. 19	140	M. 54.
58	A. lib. II. c. 58.	100	A. lib. II. c. 72.	141	St. 43.
59	St. 11.	101	M. 40.	142	A. lib. II. c. 91.
60	A. lib. I. c. 21.	102	St. 21.	143	M. 58.
61	M. 35.	103	M. 56.	144	A. lib. II. c. 84.
62	St. 12.	104	St. 23.	145	St. 44.
63	A. lib. I. c. 63.	105	M. 69.	146	St. 47.
64	St. 14.	106	St. 24	147	St. 48.
65	M. 11.	107	A. lib. II. c. 87.	148	St. 49.
66	St. 13.	108	A. lib. II. c. 88	149	A. lib. II. c. 1.
67	M. 31	109	St. 25	150	A. lib. II. c. 2.
68	M. 16.	110	M. 52.	151	St. 45.
69	M. 43	111	St. 26.	152	St. 46.
70	St. 42	112	St. 27.	[P] 153	M. 9.
71	M. 10	113	M. 33.	154	A. lib. II. c. 5. et 6.
72	A. lib. II. c. 69	114	A. lib. II. c. 63	155	A. lib. II. c. 7.
73	St. 15.	115	A. lib. II. c. 64.	156	A. lib. II. c. 8.
74	M. 61.	116	St. 28.	157	St. 39.

158

158	St. 40.	200	A. lib. II. c. 9.	242	St. 100.
159	St. 65.	201	St. 83.	243	St. 101.
160	St. 66	202	A. lib. II. c. 10.	244	St. 102.
161	M. 44.	203	A. lib. II. c. 11.	245	M. 50.
162	M. 46	204	A. lib. II. c. 12.	246	M. 67.
163	M. 34	205	A. lib. II. c. 13.	247	St. 98.
164	A. lib. II. c. 49.	206	A. lib. II. c. 14.	248	M. 18.
165	A. lib. II. c. 50.	207	A. lib. II. c. 15.	249	St. 103.
166	M. 37.	208	A. lib. II. c. 16.	250	St. 104.
167	St. 50.	209	St. 84.	251	St. 105.
168	St. 51	210	M. 17.	252	St. 106.
169	St. 52.	211	St. 80. 81.	253	St. 107.
170	St. 53.	212	St. 82.	254	St. 108.
171	St. 54	213	M. 6.	255	St. 109.
172	St. 55.	214	A. lib. I. c. 23.	256	St. 110.
173	St. 85.	215	A. lib. I. c. 25.	257	St. 113.
174	St. 62	216	A. lib. II. c. 82.	258	St. 114.
175	A. lib. II. c. 21.	217	A. lib. II. c. 79.	259	St. 115.
176	A. lib. II. c. 22.	218	St. 86.	260	M. 38.
177	A. lib. II. c. 23	219	St. 87. et 88.	261	St. 111.
178	A. lib. II. c. 24.	220	St. 89.	262	St. 112.
179	A. lib. II. c. 29.	221	St. 90.	263	M. 41.
180	A. lib. II. c. 30.	222	St. 56.	[P] 264	A. lib. II. c. 19.
181	M. 39.	223	St. 57.	265	A. lib. II. c. 20. M. 41.
182	A. lib. II. c. 33.	224	St. 58.	266	A. lib. II. c. 17.
183	A. lib. II. c. 34	225	St. 59.	267	St. 116.
184	St. 63.	226	St. 60.	268	St. 117.
185	St. 64.	227	St. 61.	269	St. 118.
186	St. 67	228	St. 91.	270	A. lib. II. c. 18.
187	St. 68	229	St. 94.	271	M. 36.
188	St. 69.	230	M. 12.	272	St. 119.
189	St. 70.	231	A. lib. I. c. 31.	273	St. 120.
190	St. 71.	232	A. lib. II. c. 32.	274	St. 121.
191	St. 72.	233	St. 93.	275	St. 122.
192	St. 73	234	St. 92.	276	St. 123.
193	St 74.	235	St. 95	277	St. 124.
194	St. 75.	236	St. 96.	278	St. 125.
195	St. 76.	237	St. 97	279	St. 126.
196	St. 77.	238	A. lib. I. c. 33	280	St. 127.
197	St. 78.	239	St. 99	281	Sententiae Theoctisti or-
198	St. 79.	240	M. 28.		dine litterarum,
199	M. 23.	241	A. lib. I. c. 57.		quas ad calcem

Ffff 2 Stobaei

	Stobaei Trincauellus ediderat.	290	A. lib. I. c. 4.	300	A. lib. II. c. 4.
		291	A. lib. I. c. 5.	301	A. lib. II. c. 95.
282	M. 45.	292	A. lib. I. c. 6.	302	A. lib. II. c. 98.
283	A. lib. II. c. 93. et 94.	293	M. 53.	303	A. lib. II. c. 97.
284	M. 48.	294	M. 14.	304	A. lib. II. c. 99.
285	M. 51.	295	A. lib. I. c. 47.	305	A. lib. I. c. 17.
286	A. lib. I. c. 1.	296	M. 15.	306	M. 25.
287	A. lib. I. c. 2.	297	M. 26.	307	A. lib. I. c. 19.
288	M. 24.	298	A. lib. II. c. 96.	308	A. lib. II. c. 100.
289	A. lib. I. c. 3.	299	A. lib. II. c. 3.		

[Nouam editionem e codd. quos in itinere contulit, multo correctiorem, et forsan auctiorem cl. *Schow.* erat paraturus. Sed pro dolor! prior tantum pars, quam operis redemtor a. 1792. prelo subiicere coepit, lucem adspexit. Namque cum ob noui muneris rationem, tum maxime propter tristissimum incendium, quod ineunte a. 1794. vt regium palatium Hafniense, ita etiam *Schowii* libros et tabulas, adeoque, quae V. D. in itinere collegerat ad suum Stobaeum ornandum, absumsit, inceptum ad felicem exitum perduci non potuit. Quare operis redemtor, quod eum longioris morae taeduit, primam solummodo partem in lucem exire iussit, praefixa inscriptione: *Ioannis Stobaei Sermones* e msst. codd. emendatos et auctos edidit *Nic. Schow*, profess. Hauniensis. *Pars I. sermo I — XXVII.* Lipsiae, in libraria Weidmannia. 1797. mai. 8. cum paucis notis criticis. Quod autem ipse cl. *Schow* nullam praemisit praefationem; pauca, de quibus paullo post sermo erit, comperimus, quibus ille codicibus aut aliis praesidiis ad ornandum Stobaeum fuerit vsus, aut quae alia ad intelligendum emendandumque aut illustrandum auctorem adhuc contulerit aut conferre decreuerit. Alius igitur sospitator, cui par felicitas diligentiaque in conquirendis subsidiis et par eruditio contigerit, est exspectandus atque exoptandus. *Harl.*]

Editiones Florilegii Stobaeani latinae.

Ex Gesneri versione, Basil. 1549. fol.
Antwerp. 1545. et ex secunda Gesneri editione 1551. in 8. ex officina Ioannis Loëi.
Lugd. 1555. in 12.
Paris. 1557. in 12. II. volum.

[Cel. *Schow* in epistolis criticis, vna ad C. G. Heynium, altera ad Th. Chr. Tychsenium — Romae 1790. 4. pag. 51. meminit libri rarissimi: (cuius etiam mentionem paullo post fecit Fabricius,) *Apophthegmata ex variis auctoribus per Io. Stobaeum collecta, Varino Fauorino Camerte interprete.* Lat. Romae per Iac. Mazochium, 1517. 8. sententiae vero, inquit, ad sensum, nec ad verba redditae sunt, multumque abbreuiatae; quam plurimi etiam articuli omissi sunt, rerumque ordo multis in locis mutatus est. Idem pag. 48. scribit, noua iis, quae in *Specimine* memorasset, subsidia,

ſubſidia, quae paucis indicabo, dein acceſſiſſe. Sunt vero 1) variae lectiones, (ex codd. a Waſſio ſumtae, interdum Waſſii coniecturae,) deſcriptae ex exemplari interfoliato, (vti legitur,) Stobaei ed. Aurel. Allobr. 1609. quod Oxonii in bibl. collegii Aenei Naſi adſeruatur: 2) cod. in cuius fine priores XXXVIII. *Stobaei Sermones* chreſtomathiae loco adnexi ſunt; quorum textum, ex praeſtantiſſimo cod. deſcriptum, non modo praeſtantiores MS. caeſarei lectiones confirmaſſe, ſed et nouas easque praeclaras ſubminiſtraſſe adnotauit; 3) eximius cod. Romae in bibl. Angelica, nr. XVII. et in catalogo inſcriptus, *Selecta ex variis philoſophis graecis*, quem tamen ſuſpicatur Schow. continere *Ioniam* Mich. Apoſtolii; (an Arſenii?) 4) cod. in bibl. S. Saluatoris Bonon. qui ſyllogen ſententiarum, ab Accida, protopapa Meſſanenſi, collectarum, comprehendit; ſed Sermonibus Stobaei parum profuit; 5) edit. Stobaei Tigurinae a. 1543. exemplar, Venetiis in bibl. Zeniana, notis in margine inſtructum frequentibus iisque ſatis eruditis, quae vero loca ſolum parallela tam graeca, quam latina indicant. *Harl.*]

Germanica.

Georgio *Laeto,* ſiue *Froelich,* interprete. Baſil. 1551. fol. apud Oporin. *Fabr.* De miſera hac minimeque laeta verſione, Baſil. 1551. (in fronte tamen libri, a. 1550.) fol. et de ipſo *Froelichio* plura leges in: (Gottſchedii) Beyträgen zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache etc. partic. XIX. Lips. 1738. 8. pag. 349 — 366. *Harl.*

Partes quaedam, e Stobaei Florilegio ſeparatim vulgatae.

Gesnerus, cum notaſſet Volaterranum, haud pauca ex Stobaeo, tunc adhuc inedito, in Commentarios ſuos Vrbanos transtuliſſe, addit, a *Varino Phauorino,* Camerte, quasdam breuiores ſententias, ſparſim [¶] ex Stobaei collectaneis decerptas et in peculiarem libellum quatuor vel quinque foliorum redactas, latina, ſed parum felici, interpretatione. Prodiit Leoni X. dicatus Rom. 1517. 4. 1519. 8. Cracouiae 1522. in 8.

Gnomologia graecolatina, hoc eſt, inſigniores et vetuſtiores ſententiae philoſophorum, poëtarum, oratorum et hiſtoricorum, ex magno anthologio Io. Stobaei exceptae et in locos ſupra bis centum digeſtae a *Mich. Neandro,* Baſil. ex officina Iohannis Parci, ſumptibus Ioannis Oporini, 1557. in 8. Praemiſit Neander commentationem haud contemnendam de ſcriptoribus, quorum ſententias ex Stobaeo exhibet, ſubiecto ad voluminis calcem graece et latine Luciani ſomnio.

Conradi Lycoſthenis ſententiarum et apophthegmatum e Stobaeo et aliis compendium Baſil. 1557. 8. Lugd. 1571 in 8. ac deinde ſaepius alibi.

Fragmenta quaedam poëtarum, a Stobaeo laudata, eodem carminis genere vertit latine et cum tribus tragoediis Euripidis edidit *Georgius Ratallerus,* Antwerp. 1581. in 12.

Stobaei locorum communium epitome, Colon. 1603. in 12.

Fragmenta Pythagoreorum quorumdam e Stobaeo desumta, graece et latine *Guil. Canterus* Basil. 1566. in 4. atque *H. Stephanus* inde Laërtio suo, plus simplici vice edito, subiecit, *Tho. Galeus* quoque adiunxit opusculis mythologicis, ethicis, physicis, vt dixi lib. II. c. 13. §. vlt. [vol. I. p. 886. vbi plura notaui.] Subiuncta itidem exstant cum Guil. Canteri versione, ethicis Aristotelis Nicomacheis, vtraque lingua editis cum versione Dionys. Lambini, et Theod. Zwingeri argumentis, notis, tabulisque et Theophrasti characteribus, quos *Auberius* interpretatus est Basil. 1582. fol. Sed in thesauro philosophiae moralis Lugd. apud Tornaesium 1589. in 12. et Geneu. 1613. in 12. vna cum Epicteto, Cebete, et Theophrasti characteribus. Denique fragmenta Pythagoreorum, politici argumenti, collecta e Stobaeo cum Io. Spondani versione, subiunguntur politicis Aristotelis, a Zwingero et Victorio illustratis, Basil. 1589. fol.

Dicta poetarum, quae in Eclogis tum in Florilegio Stobaeus adfert, recensuit ad MSS. codd. vir summus, *Hugo Grotius,* et elegantissimis, vt solet, versibus latinis reddidit Hagae partim, partim Lupisteni in carcere, ww) communi deinde bono, exsolutus indignis vinculis et libertati [✝] redditus, vtraque lingua cum castigationibus edidit Paris. 1623. in 4. *Graeca,* inquit, *dedi innumeris locis emendatiora, tum quoad sensum, tum quod ad carminum leges adtinet, partim ex coniectura mea, et amicorum, qui in notis nominantur, partim ex libris, quos ex regia bibliotheca comitate viri clarissimi et eruditissimi Nicolai Rigaltii nactus sum.* In bibliotheca publica academiae Leidensis exstat editio Stobaei Geneuensis ao. 1609. fol. ad quam manu sua Grotius non pauca adnotauit. *Fabr.* In catal. bibl. *Leidens.* pag. 263. duo huius editionis exemplaria memorantur, quorum alterum est ipsius Grotii manu auctum et emendatum; alteri autem manu Gatakeri et Is. Vossii notae sunt adscriptae. In catal. codd. Angliae et Hibern. tom. II. p. 70. nr. 2700. et 2702. inter codd. *Vossian.* eadem duo occurrunt exemplaria; prius autem sic memoratur: *Stobaeus Grotii,* longe auctior manu *Thomae Gatakeri* Londinatis, viri in auctoribus diligenter et accurate tractandis nulli secundi. *Harl.*

Quae e Nicolao Damasceno de moribus gentium passim adfert Stobaeus, vna cum Heraclidis libello de politiis latine vertit, et vtraque lingua ad calcem librorum IV. de

ww) Vide *Grotii* epist. LXXVII. ad Gallos et praefat. ad dicta poëtar. e Stobaeo.

de rep. Lacedaemoniorum vulgauit *Nicolaus Cragius,* Geneu. 1593. in 8. Lugd. Bat. 1670. in 8. vnde recuſa etiam exſtant in theſauro antiquitatum graecarum Gronouiano tom. VI. p. 3841. ibid. a. 1699. fol.

[In *Rich. Franc. Phil. Brunck gnomicis poetis graecis* etc. Argentorati, 1784. 12. ex altera parte edit. poetarum minorum graec. Radulphi Wintertoni, Cantabr. 1677. emendatius auctiusque repetitis et illuſtratis, multa ſunt, ex Stobaei Florilegio petita, fragmenta; quae (vt Brunck in praef. pag. V. ait) omnia ad ſcriptum codicem biblioth. regiae (Pariſin.) collata longe emendatius, quam antea, in hoc libello exhibentur. *Brunckii* lectiones ac mutationes tam in gnomicis poetis, quam in Analectis veter. poet. gr. in quibus multa etiam a Stobaeo adlata reperiuntur, factas laudauit aut indicauit, interdum reiecit *Schow* in ſua edit. *Harl.]*

[Cl. *Wyttenbach.* edit. ſuae Plutarchi de ſera numinis vindicta, Lugd. Bat. 1772. mai. 8. pag. 129. ſqq. ſubiecit eruditeque explicuit *fragmentum Plutarchi,* ex *Stobaeo,* ſerm. CXIX. quod in omnibus Stobaei editt. tribuitur *Themiſtio.* Sed Wyttenb. in prooemio vbertim docet, id non Themiſtio, ſed Plutarcho eſſe adſerendum, et ſeruatum a Stobaeo ex deperditis Plutarchi libris *de anima.* Idem monet probatque nihil frequentius eſſe in Stobaeo, quam errorem et confuſionem in nominibus auctorum. Idem in animaduerſionn. ad Plutarchi libr. p. 4. 27. 58. et 94. quaedam Stobaei loca emendat. *Harl.]*

[Cl. *Frid. Iacobs* Animaduerſionibus in Euripidis tragoedias etc. Gothae et Amſtel. 1790. 8. ſubiecit p. 209 — 303. epiſt. critic. ad cl. Nic. Schow, in qua ſcripſit acutas animaduerſiones in Stobaei Florilegium; pag. autem 303 — 307. addidit fragmentum *Euſebii* ex Io. Stobaei eclogis ethicis libr. II. p. 206. ed. Canteri, (in ed. Heeren, part. II. p. 410. ſqq.) cum notis criticis, in quibus plura, quae latebant, vlcera perite feliciterque ſanauit. Interdum tamen cl. *Heeren* in notis, fidem codd. vt plurimum ſequutus, diſſenſit a cl. Iacobs, et leniorem adhibere ſtuduit medicinam. *Harl.]*

Capita locorum communium S. MAXIMI.

Prooemium ex Ephraimo, πῶς χρὴ ἀναγινώσκειν, ἢ ἀναγινώσκοντι προσέχειν. *Quomodo legere, vel legenti auſcultare oporteat* (quod in edit. Wechel. et Geneuenſi Stobaei Antonii et Maximi ad calcem vniuerſi operis ſubiunctum eſt p. 962.)

Edit. Wechel.

11. 1. Περὶ βίȣ ἀρετῆς καὶ κακίας. *De virtute et vitio in vita* tom. II. Opp. Maximi p. 529. adde Meliſſam lib. I. c. 7.

29. 2. Περὶ φρονήσεως καὶ βȣλῆς. *De prudentia et conſilio* pag. 533. Meliſſa lib. I. c. 8.

Edit. Wechel.

84. 3. Περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης. *De pudicitia et castitate* p. 536. Melissa lib. I. c. 14.

49. 4. Περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος. *De fortitudine ac robore* pag. 540. adde Melissam lib. I. cap. 12.

52. 5. Περὶ δικαιοσύνης. *De iustitia* pag. 543. Melissa lib. I. cap. 13.

213. 6. Περὶ φίλων καὶ φιλαδελφίας. *De amicis et fraterno amore* p. 545. Melissa lib. I. c. 24.

76. 7. Περὶ ἐλεημοσύνης. *De misericordia in pauperes* pag. 551. Melissa lib. I. c. 27.

[P] 77. 8. Περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος. *De beneficentia et gratia* p. 555. Melissa lib. I. c. 29.

153. sq. 9. Περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. *De magistratu, seu imperio et potestate* p. 558.

70. 10. Περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς. *De vituperatione et calumnia* p. 562. Melissa lib. I. c. 53.

65. 11. Περὶ κολακείας. *De adulatione* p. 564. Melissa lib. I. cap. 52.

230. sq. 12. Περὶ πλούτου καὶ πενίας καὶ φιλαργυρίας. *De diuitiis et paupertate ac auaritia* p. 567.

40. 13. Περὶ αὐταρκείας. *De virtute animi, sorte sua contenti,* pag. 573. Melissa lib. I. c. 36.

294. 14. Περὶ προσευχῆς. *De precibus ad Deum* p. 574. Melissa lib. I. c. 46.

296. 15. Περὶ διδαχῆς καὶ λόγων. *De eruditione et eloquentia* p. 578. Melissa lib. I. c. 48.

68. 16. Περὶ νουθεσίας. *De correptione* p. 580. Melissa lib. I. cap. 49.

210. 17. Περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας. *De doctrina et philosophia* p. 582. Melissa lib. I. c. 50.

248. 18. Περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας. *De secundis rebus atque aduersis* p. 587. Melissa lib. I. c. 70.

99. 19. Περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ. *De ira et furore* p. 592. Melissa lib. II. c. 53.

128. 20. Περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων. *De silentio et arcanis* pag. 595. Melissa lib. I. c. 73.

46. 21. Περὶ πολυπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας. *De curiositate alienorum negotiorum, et de quiete animi* p. 598. Melissa lib. II. c. 76.

54. 22. Περὶ πλεονεξίας. *De auaritia* p. 600.

199. 23. Περὶ τιμῆς γονέων καὶ φιλοτεκνίας. *De honore parentum, et liberorum amore* p. 603.

Edit. Wech.

288. 24. Περὶ φόβȣ. *De timore* p. 605. Melissa lib. I. c. 66.

306. 25. Περὶ τῶν ταχέως μεταβαλλομένων καὶ περὶ μετανοίας. *De iis, qui cito mutantur, deque poenitentia* pag. 606. Melissa lib. I. c. 18.

[P] 297. 26. Περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως. *De peccato et confessione* p. 608.

87. 27. Περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας. *De ciborum incontinentia et gula* p. 611. Melissa lib. I. c. 39.

240. 28. Περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. *De tristitia et animi aegritudine* p. 613. Melissa lib. I. c. 71.

89. 29. Περὶ ὕπνȣ. *De somno* p. 615. Melissa lib. I. c. 42.

88. 30. Περὶ μέθης. *De ebrietate* p. 616. Melissa lib. I. c. 41.

67. 31. Περὶ παῤῥησίας καὶ ἐλέγχȣ. *De libertate loquendi et reprehendendi* p. 618. Melissa lib. II. c. 78.

118. 32. Περὶ φιλοπονίας. *De laboris studio et industria* p. 620.

113. 33. Περὶ ὅρκȣ. *De iureiurando* p. 621.

163. 34. Περὶ κενοδοξίας. *De inani gloria* p. 622.

61. 35. Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδȣς. *De veritate et mendacio* p. 624.

261. 36. Περὶ θανάτȣ. *De morte* p. 625. Melissa lib. I. c. 58.

166. 37. Περὶ εἰρήνης καὶ πολέμȣ. *De pace et bello* p. 628.

260. 38. Περὶ ἐλπίδος. *De spe* p. 629.

181. 39. Περὶ γυναικῶν. *De mulieribus* p. 631.

101. 40. Περὶ ἀντιλογίας καὶ θρασύτητος, καὶ ἔριδος. *De contradictione et procacia et contentione* p. 632. Melissa lib. II. cap. 71.

263. 41. Περὶ γήρως καὶ νεότητος. *De senectute et iuuentute* p. 634.

93. 42. Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. *De patientia et longanimitate* pag. 636.

69. 43. Περὶ ἐπαίνȣ. *De laude* p. 638. Melissa lib. I. c. 51.

161. 44. Περὶ κάλλȣς. *De pulchritudine* pag. 639. Melissa lib. I. cap. 60.

282. 45. Περὶ μελλέσης κρίσεως, *de futuro iudicio* pag. 641. Melissa lib. I. cap. 20.

162. 46. Περὶ δόξης, *de gloria* p. 643. Melissa lib. I. c. 61.

134. 47. Περὶ γλωσσαλγίας, *de loquacitate et linguae incontinentia* pag. 647. Melissa lib. II. c. 70.

284. 48. Περὶ προνοίας, *de prouidentia* p. 648.

Edit. Wech.

[P] 42. 4;. Περὶ ταπεινοφροσύνης. *De modestia animi* p. 649. Melissa lib. I. c. 73.

245. 50. Περὶ ἰατρῶν, *de medicis* p. 651. Melissa lib. I. c. 56.

285. 51. Περὶ πίστεως, *de fide* p. 652. Melissa lib. I. c. 44.

110. 52. Περὶ μνήμης, *de memoria* p. 653. Melissa lib. I. c. 54.

293. 53. Περὶ ψυχῆς, *de anima* p. 655. Melissa lib. I. c. 55.

140. 54. Περὶ φθόνου, *de inuidia* p. 656. Melissa lib. I. c. 62.

5. 55. Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, *de voluntario et inuoluntario* p. 659. Melissa lib. I. c. 65.

103. 56. Περὶ τοῦ, γνῶθι σεαυτόν, *de dicto*, nosce te ipsum pag. 662. Melissa lib. I. c. 59.

137. 57. Περὶ χρηστότητος, *de bonitate, seu benignitate* pag. 664. Melissa lib. II. c. 83.

143. 58. Περὶ νόμου, *de lege* p. 665. Melissa lib. I. c. 67.

26. 59. Περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ, *de parte rationabili hominis et ratione* p. 668. Melissa lib. I. c. 64.

33. 60. Περὶ ἀφροσύνης ἄφρονος καὶ ἀνοήτου καὶ ἀπαιδεύτου καὶ μωροῦ, *de insipientia, insipiente et stolido et imperito ac stulto* p. 669. Adde Melissam lib. I. c. 9.

74. 61. Περὶ ἀσωτίας *de luxuria et prodigalitate* pag. 671. Melissa lib. I. c. 39. 40.

144. 62. Περὶ συνηθείας καὶ ἔθους, *de consuetudine ac more* p. 672.

217. 63. Περὶ εὐγενείας καὶ δυσγενείας, *de nobilitate et ignobilitate* pag. 675. Melissa lib. II. c. 79.

91. 64. Περὶ γέλωτος, *de risu* p. 677. Melissa lib. I. c. 36.

90. 65. Περὶ ἐνυπνίων, *de insomniis* p. 678. Melissa lib. I. cap. 43.

9. 66. Περὶ ἀκακίας καὶ μνησικακίας, *de innocentia et iniuriarum memoria* p. 679. Melissa lib. II. c. 54.

246. 67. Περὶ βίου ἀνωμαλίας, *de vitae inaequalitate* p. 682. Melissa lib. I. c. 71.

3. 68. Περὶ τοῦ, ὅτι δεῖ τιμᾶν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν, *de eo, quod honor habendus virtuti, vitium puniendum* p. 684. Melissa lib. I. c. 68.

105. 69. Περὶ φιλαυτίας, *de coeco amore sui* p. 685. Melissa lib. II. c. 75.

[P] 4. 70. Περὶ τοῦ, ὅτι εὔκολος ἡ κακία, καὶ δυσπόριστος ἀρετή, *vitium esse facile, non facile parari virtutem* p. 687. Melissa lib. I. c. 69.

15. 71. Περὶ τοῦ, ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖστον ἄριστον, *non semper maiorem partem esse optimam* p. 688. 689. Melissa lib. I. cap. 37.

IX. In-

IX. Index scriptorum, a Stobaeo citatorum, Gesneriano longe plenior. **)

Compositus ad paginas *florilegii* editionis Gesnerianae tertiae Tig. 1559.

E. praemissum respicit paginas *Eclogarum* Plantinianae editionis a. 1575. quam in concinnando hoc indice sequutus sum.

P. adpositum notat, illum scriptorem a Photio memorari inter eos, quibus Stobaeus vsus est, licet in editis Stobaei libris non fiat illius mentio.

* *Praefixum denotat, illum scriptorem non fuisse inter eos, quos Photius in Stobaei libris laudari obseruauit.*

xx) Quum in Stobaeo mire frequens sit error et confusio in nominibus auctorum, vt supra iam animaduertimus, et Heeren atque Schow ex codd. vel alia auctorum nomina rescripsissent, vel quondam ἀδέσποτα suis vindicassent auctoribus, vt aliorum criticorum monita praetermittam: hunc Fabric. indicem hinc inde emendandum esse aut supplendum, facile est intellectu. Enimuero quoniam cel. *Heeren* in tom. II. partis II. confecit indicem auctorum, quorum loca in Ecl. physicis etc. seruauit Io. Stobaeus, atque in notis ad illa et in comm. laudata de fontibus eclog. Stob. de auctoribus abunde disseruit, ne tempore chartaque abutar, ad illum indicem atque commentationem lectorem ablegare praestat. Passim tamen quaedam adscripsi. *Harl.*

Pytha-

yy) Apud Photium eſt: Ἀπολλοφάνȣς αἰγιμιαῖȣ. Sed fortaſſe duo diſtincti ſunt ſcriptores: Ἀπολλοφάνης, Αἰγιμίȣ. Sic indici huic e Photio addendus praeter Achaeum, poëtam, et Aeſopum etiam Aegimius.

Bero-

Epide.

zz) Duos Epicuros praeter rem facit Photius, alterum Atheniensem, alterum Gargettium.

Erypho,

a) Fragmento secundo in cap. II. dial. et ethicar. ex codd. nomen Euripid. praefixit *Heeren* II. p. 4. sq. et obseruat, ex Euripidis Philoctete plura superesse fragmenta. *Harl.*

*) Nomen dramatis e MS. Grotius adnotauit.

Her-

b) V. *Heeren* II. p. 410. ſqq. ibique notam et in comm. de fontibus etc. pag. 198. ſq. *Iacobs* animaduerſſ. in Euripidis Trag. etc. pag. 303. ſqq. *Harl.*

c) Apud *Heeren* part. I. tom. II. cap. 52. pag. 1070. ſqq. quo adnotante locus hic Hermetis in III. codd. inſcribitur: Ἑρμοῦ λόγος Ἴσιδος πρὸς Ὧρον. Ex eodem libro ſumtus eſt in cap. 52. fragm. 40. pag. 926. ſqq. (vbi in not. Heeren.) longus locus, in duobus codd. inſcriptus: Ἑρμοῦ τρισμεγίστου ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου, ἐπικαλουμένης κόρης κόσμου: it. aliud fragm. 41. nouum ex eodem libro, pag. 980. ſqq. *Harl.*

Hiero-

d) *Ruhnken.* in hiſtoria crit. orator. graec. ante ed. Rutilii pag. XCIX. ſq. de hoc *Herode, iambographo,* eiusque nominis confuſione docte differit, et monet, hunc *Herodem, iambographum,* cum *Herode Attico* grauiſſimo errore confuſum eſſe a Fabricio h. l. et interpretibus *Plinii* ad libr. IV. epiſt. 3. Nec *Gierig* in not. ad Plinii locum tom. I. ed. p. 306. ſq. expedire ſe potuit, et praeter rem tentat locum. *Harl.*

Iophon

Menan-

*) *Schow* p. 386. ex tribus codd. repofuit ἐν κοτταβιζούσαις; fed tamen, fcribendum effe, notat κοτταβιζούσαις. *Harl.*

Mufo-

f) Aut *Claudio Pollione*, vide fupra vol. III. p. 566. not. *ff.* ex *Wyttenbach.* difp. de Mufonio Rufo. *H.*

Phile-

g) *Brunk* in gnomicis poetis hoc et fragm. p. 195. nr. IV. inter reliqua Stobaei ἐκ τῶν Φιλήμονος reposuit, et in not. p. 336. (v. etiam de reliquis Philemonis apud Stobaeum fragmentis p. 335. sqq.) Sed *Schow* p. 365. ex cod. adposuit Φιλήμων ἐν Δικαζομένῳ. Add. supra, vol. II. pag. 477. voc. Ἐκδικαζόμενος. *Harl.*

Philoxe-

h) Enimuero id fragmentum *Heeren* part. II. p. 6. et 7. nr. 5. reddidit *Philemoni*, comico, et inter Philemonis fragmm. iam retulit *Clericus* ed. pag. 340. *Harl.*

i) De numeris pythagoricis: Ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον τῶν ἀριθμῶν ex codd. Augustano et Augustiniano, in miscell. obss. belgic. VII. pag. 184. et *Heeren* part. I. p. 8. sqq. ac de fontibus eclog. II. 2. pag. 207. sq. de hoc et reliquis Philolai fragmm. ap. Stobaeum. Ex Physicorum libro I. *Heeren* I. p. 455. sqq. et 463. *Harl.*

Plato,

*) Ex Plutarchi opere, de placitis philosophor. plenius olim lecto, excerptae philosophorum sententiae a Io. Stobaeo maximam partem petitae sunt. v. loca ab Heeren in indice III. voc. *Plutarchus* indicata. *Harl.*

k) Plura loca ex *Porphyrii* opere *de viribus animae* reddidit *Heeren* I. 2, cap. 52, nr. 20. sqq. pag. 826. sqq. et p. 1038. sq. fragm. 50. ex *Porphyrii sententiis*. conf. eiusd. comm. de fontibus eclog.

eclog. II. 2. pag. 210. sqq. praecipue pag. 215. sq. *Harl.*

l) Plura *Porphyrii* fragmm. quam Canterus p. 92. post *Aristotelem* dederat, recepit ex Holstenio *Heeren* I. 2. cap. 52. pag. 814. sqq. idemque saepe discessit ab Holstenio. *Harl.*

m) Hunc *Rufum*, stoicum et Epicteti auditorem, diuersum esse a *Musonio Rufo*, docuit *Heeren* II. 2. p. 205. sq. Fragmentum Rufi dedit explicuitque lib. II. cap. 8. nr. 50. in part. II. tom. I. p. 356. sq. *Harl.*

Sophocle

n) Senarios, qui velut incerti leguntur initio Florilegii Stobaei, e Sophocleis fumtos effe, fufpicatus eft *Valcken.* in Diatrib. in fragmm. etc. cap. XVI. pag. 165. poft Euripidei Hippolyti edit nec diffenfit *Schow.* p. 2. *Harl.*

Sostra-

Thales

°) *Sotadis*, non, comici poetae, ſed alterius, qui Ptolemaei Philadelphi tempore vixit, fragmentum, a Stobaeo ſeruatum tit. XXII. recepit *Brunck.* in gnomicis poet. pag. 200., et pag. 540. primum adnotat, nonnulla Sotadis fragmm. eſſe apud *Stobaeum*, et vnum occurrere in Geſneri edit. nr. 58. quod in verſus non eſt digeſtum; at Brunck. e cod. in decem verſus, ſed emendatius, digeſſit. Tum animaduertit, decem illos verſus ſubiectos eſſe in eodem cod. aliis verſibus eiusdem auctoris, qui in Geſneri Stobaeo p. 65. tamquam ſoluta oratio excuſi ſunt, adpoſito lemmate *Sotadis* al. *Socratis*. Hoc vero perquam inſcitum eſſe, ſcribit, et miratur, iſtaec verba a Fabricio noſtro loco eſſe inſerta; *interdum Sotadis nomen ſcriptum videtur pro Socratis,* quum Socrates nullam reliquiſſet litteram; denique verſus illos adpoſuit, prouti legendum putabat. Primum fragm. ex Brunckio et codd. recepit *Schow* p. 412. ſq. et in nota prodit, in tribus codd. legi Σωτάδα, in reliquis Σωκράτει. — Socrates nihil quidem litteris conſignatum reliquit; at tamen in libr. II. eclogar. cap. 8. nr. 29. Heeren p. 556. part. II. tom. I. dedit fragm. proſa oratione ſcriptum, cui ex margine trium codd. praefixum eſt lemma *Socratis:* vnde vero hoc dictum petierit ſcriptor, non adnotatur in codd. Atque *Heeren* in comm. de fontibus eclog. p. 215. animaduertit, *Socratis* quidem nomen inter auctores, quos exſcripſit Stob. proprie referri non poſſe; ſaepius tamen dicta eius memorabilia tum in Florilegio, tum ſemel in Eclogis l. mem. citari; ea igitur ex aliis ſcriptoribus, qui ea collegerant, petita eſſe debere, quorum tamen nomina numquam addantur. *Harl.*

ἐν

p) *Xenophanis* nomen e codd. adposuit *Heeren* I. 1. cap. 9. libri I. p. 224. ratus, binos ibi servatos versus, ex libro περὶ φύσεως esse desumtos. *Harl.*

X. Post Stobaeum St. MAXIMVS, ex protosecretario Heraclii, imp., monachus et abbas Chrysopolitani prope Constantinopolin monasterii, locos communes non modo ex ethnicis, vt ille, sed etiam ex S. Scripturae libris et ecclesiasticorum doctorum monumentis, vtpote Christianus, composuit, quorum capita supra p. 598. seq. iam exposui. Praesenti loco cetera illius scripta percensere iuuat, ac [?] deinde indicem scriptorum subiungere, quos tum in ceteris scriptis suis laudat, tam ex quibus q) locos illos suos communes congessit. Hic Maximus r) *theologus et confessor* a Graecis adpellatur, sanctisque vna cum *Anastasio*, discipulo, ab ecclesia adscribitur, Monothelitarum strenuus ac praecipuus aduersarius, a quibus vicissim multa et grauia perpessus et in Lazicos deportatus obiit in carcere a. C. 662. aetatis 82. s) quum celebrem cum Pyrrho, ex-patriarcha Constantinopol., disputationem habuisset a. 645. et concilio Lateranensi a. 649. sub Martino I., papa, interfuisset. t) Videnda, quae tomo priori Operum S. Maximi Combefisius praemisit, vbi primo loco graece et latine pag. 1—28. cum *Combefisii* versione legitur vita eius, scripta ab *Anastasio*, apocrisia-

 rio

q) In locis communibus S. Maximi, auctorum nomina saepius permutata, confusa, deprauata deprehendi, notat *Tho. Gatakerus* notis ad Marcum Antoninum p. 150. Idem de Stobaei marginibus queruntur eruditi, quibus etiam e MSS. codicibus mederi est difficile.

r) Vide *Combefis.* ad S. Maximum tom. I. p. 647. tom. II. p. 484. Theologus dicitur in codice bibl. Coislinianae, quem memorat *Montfauconus* p. 305. Atque vt frequentissime ipsi tribuitur nomen Ὁμολογητῆ et magni confessoris, vt tom. II. p. 98. ita obseruabis, eum quandoque etiam adpellari martyrem, vt ab *Alexia Comnena* lib. V. et in titulo locorum communium tom. II. p. 528. Ἀββᾶ Μαξίμου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, laxius nimirum accepto isthoc vocabulo.

s) V. *Walch.* hist. haer. tom. IX. p. 308. sq. *Harl.*

t) Conf. *Vossius* de scientia mathem. cap. XL. §. XIII. p. 227. *G. Caue* hist. litter. script. eccl. tom. I. pag. 585. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. VI. p. 23. *Cas. Oudin.* diss. de S. Maximo tom. I. comment. p. 1635. sqq. qui p. 1647. sqq. in cap. III. ostendit, quomodo Maximi, monachi, opera in noua editione possint commodiore distribui ratione, et pag. 1650. sq. *Annae Comnenae* in Alexiade gr. lat. edit. Paris. 1651. fol. libr. V. pag. 147. longam repetit narrationem, quantum litteras doctosque viros coluerint Alexius Comnenus, imper., eiusque vxor, Irene, et quanti Irene aestimauerit seduloque lectitarit Maximi libros, tam illorum argumentis, quam stilo, ab aliis vituperato satis sublimi adlecta. — *R. Ceiller* hist. gener. des AA. eccl. tom. XVII. p. 689. *Hamberger* zuverl. Nachr. tom. III. pag. 504. sqq. qui etiam laudat *Ios. Simon. Assemanni* italicae historiae scriptores, tom. II. cap. 6. — *Saxius* in Onom. part. II. p. 75. sq. qui praeterea plura loca *Pagii* in crit. Baron. in quibus passim agitur de Maximo, excitat. — *Walch.* in hist. mox laudanda etc. tom. IX. p. 194. sqq. vbi etiam p. 197. not. 2. laudat *Assemanni* librum: *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. tom. XX. p. 205. sq. de eius arguta et allegorica interpretandorum oraculorum diu. ratione: p. 550. sq. de scriptis eius dogmaticis, p. 411. sqq. de acri eius cum Monotheletis controuersia, p. 432. sqq. de adcusatione et condemnatione morteque Maximi. — *Io. Fabric.* hist. bibl. Fabr. tom. I. p. 85. *Harl.*

rio, discipulo, u) ex qua lacinias quasdam produxerat *Baronius* ad a. C. 640. seq. atque inprimis ad a. 656. vsus latina vitae illius versione, quam e MSS. graecis Vaticanis concinnaverat *Petrus Morinus*. Eamdem vitam laudat *Allatius* lib. de purgatorio pag. 730. et de Simeonum scriptis, vbi auctorem incertum prodit, et hoc eius ponit initium: καὶ πάλαι μὲν τῶν κατὰ θεὸν πολιτευσαμένων, ὁ βίος λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος. Sed legendum: καὶ πάντων μὲν [v. ad nr. 42.]. Inde apud Combefisium p. 29—86. sequuntur Acta et collationes, siue *relatio motionis factae inter S. Maximum et socium eius atque principes in secretario.* Incipit: τῇ ἡμέρᾳ ᾗ προσωρμίσθησαν, graece et latine, nisi quod nonnulla tantum latine ex *Anastasii, bibliothecarii*, versione exhibentur, quae graeca non sunt reperta in MSS., latina prodierant in Anastasii, bibliothecarii, collectaneis, a *Iac. Sirmondo* editis Paris. 1620. in 8. Deinde haec collectanea recusa sunt Paris. 1696. fol. in tomo tertio operum Sirmondi p. 528. seq. et graeca, quae Combefisius protulit, adiuncta, apud quem deinceps pag. 85. 86. graece et latine sequitur Monachi cuiusdam στηλιτευτικὸν pro S. Maximo contra Constantinopolitanos, e codice Seguieriano, et hinc p. 87—106. *Officium SS. Maximi et* discipuli [?] eius, *Anastasii*, Apocrisiarii, quale exstat in Graecorum Menaeis ad XIII. Augusti. Refert etiam *Lambecius* VIII. p. 127. [p. 271. sqq. cod. XIV. qui continet Menologii magni Graecorum mensem August. nr. 26.] in bibl. caesarea occurrere MStam epitomen certaminis S. Maximi, quae incipit: ὁ ὅσιος καὶ τρισμακάριστος πατὴρ ἡμῶν Μάξιμος. [Add. infra vol. IX. p. 122. sq. ed. vet.]

Scripta S. Maximi complura, tunc adhuc inedita, ex MSS. bibl. Vaticanae memoravit *Baronius* ad a. C. 657. n. 31. *quorum*, inquit *Franciscus Scorsus* S. I. in notis ad Theophanis Cerámei homilias pag. 645. *si vnquam ego copiam nactus fuero, operam industriamque meam, quantacunque illa sit, in illis publico commodo proferendis in lucem, conferre non pigebit.* Ceterum non Scorso, sed *Francisco Combefisio* praeclaram operum S. Maximi, certe plerorumque, editionem debemus, quam cum versione sua notisque *ex almi,* vt in titulo ipse profitetur, *Galliae cleri iussu et ordine* dedit e MSS. regis Galliae, card. Mazarini, Seguierianis, Vati-

u) Eadem, cum commentario praeuio et adnotatis *Io. Pinii*, in Act. SS. Antwerp. d. 13. Aug. tom. III. p. 93. sqq. adde infra, vol. IX. inter elogia et vitas Sctor. p. 122. sq. ed. vet. — In cod. *Harlei.* DCXXIV. nr. 24. Passio S. Maximi martyris. v. cat. codd. Harlei. I. add. *C. Guil. Fr. Walch.* histor. haeres. etc. germanice scriptam, tom. IX. p. 60. sqq. et 177. sqq. vbi ex vita s. lib. in vitam et certamen S. Maximi longa excerpsit loca, et in illo tomo, de controuersiis cum Monotheletis, frequenter commemorat Maximum et passim de illius ingenio, scriptis, controversiis dicendique genere agit et iudicat. — De *Maximi* caussa et iudicio in Secretario ex Anastasii collectan. ap. *Mansium* coll. concil. tom. XI. p. 3—11. et *Walch.* l. c. pag. 254. sqq. — De eius colloquio cum Theodosio, episc. Caesar., in *Mansi* supplem. concil. tom. I. p. 487. et in coll. concil. amplis. tom. XI. p. 73. latine. v. *Walch.* l. c. p. 258. sqq. de eius condemnat p. 305. sqq. et p. 528. sqq. de eius dogmatibus. — In cod. Vindobon. caesar. XII. inter canones siue cantica sacra in Sctos totius mens. April. die X. in martyres, Terentium Pompeium, Africanum, *Maximum* etc. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 209. et Kollar. ad vol. VIII. p. 273. de epitome certaminis. *Harl.*

Vaticanis, Barberinis, magni ducis Florentinis, Venetisque, Paris. 1675. fol. duobus voluminibus; tertio enim, quod parabat, immortuus eſt a. 1679. 23. Iun. anno aetatis ſeptuageſimo quarto. *Fabr.* Infra in vol. XIII. p. 789. ex *Iac. Echardi* tom. III. ſcriptorum ordin. Praedicatorum, vbi p. 678. ſqq. referuntur collectionum ſcriptorum graecorum, a Combefiſio factarum, editiones, addit Fabric. a Combefiſio paratum fuiſſe prelo etiam tertium tomum, in quo debebant comparere 1) computus S. Maximi eccleſiaſticus ex Vranologio Petavii; 2) commentarius fuſior in Dionyſii Areopagitae epiſtolam quartam ad Caium; 3) in Gregorii Naz. locos quosdam difficiles, ad Thomam; in Gregorii Naz. locos difficiles cum verſione Scoti Erigenae, quod opus deinde in lucem produxit Thom. Gakus; et 5) ſcholia in Dionyſium Areopagitam ex MSS. aucta et emendata, quae tamen non *S. Maximum*, ſed *Io. Scythopolitanum* epiſcopum habere auctorem, diſputat *Mich. Lequien*, diſſ. praeuia ad Ioannem Damaſcenum. Add. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 307. ſqq. — Idem *Fabric.* l. c. p. 796. 4. adnotat, *Maximi* homilias gallice verſas exhiberi in: La Bibliotheque ſacrée, ou recueil des plus beaux ſermons et homilies des S. Peres pour tous les Dimanches de l'année — le tout diviſé en cinq tomes, par Meſſire *Jean de Loyac*, Protonotaire du S. Siege — et Abbé de Gondon. Paris. 1634. 4. in tom. I. — *Maximi* capp. CCCC. de caritate, CC. theologica, et D. theologica atque oeconomica ſec. cod. quemdam in collectione, φιλοκαλία τῶν ἱερῶν νηπτικῶν etc. Venet. 1782. fol. de quo opere v. cl. *Morelli* not. ad cat. bibl. Pinell. p. 78. add. eumd. V. D. in bibl. MSt. gr. et lat. Ven. I. p. 82. ſq. — Fragment. quoddam primum edidit *Galland.* v. infra, ad nr. 48.

Maximi apologia pro S. Nyſſeno, ad dignoſcendum, in eius ſermonibus eſſe, quod vltima ſtatus animarum immutatio bene ſit futura: ex cod. Laurent. XIII. nr. 8. (v. *Bandin.* cat. cit. III. p. 337. ſq.) edidit *Io. Bapt. Caracciolus* cum VII. epp. Gregorii, Nyſſeni, Florent. 1731. 4. — add. ad n. 40.

Quum *Maximus* in magna eſſet apud catholicos eruditionis et ſanctitatis opinione; factum eſt, vt eius opera vel plura iunctim, vel nonnulla certatim deſcriberentur a librariis. Hinc ingens codicum, in quibus illa adhuc ſeruata ſunt, multitudo exſtat, vt iam notauit Fabricius infra, poſt nr. 53. Ego vero h. l. memorabo plures codd. in quibus opp. vel omnia vel plura ſimul, aut particulae continentur, aut citantur. Aliis tamen ſpicilegium me, ne taedium excitem, tempusque perdam, eſſe relicturum, haud diffiteor. Multos adhuc, ſuo quemque loco, nominabo. — Infra in vol. X. in indice MS. cod. *Anton. Eparchi*, nr. 22. 53. 75. pag. 480. ſq. 483. 486. vet. ed. Qui codd. MSSti in bibliothecis *Anglicanis* exſtant, eos recenlet *Oudinus* l. c. pag. 1657. ſqq. Sic ſunt ex. gr. XVII. opuſc. in cod. Barocc. CXXVIII. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXXVI. opera, a Combefiſio edita. — in cod. DCCCLXXXVIII. ſunt 26. opuſc. aut epiſt. Maximi. De aliis codd. deinceps. — *Auguſtae* Vindelic. multa opuſcula, a *Reiſero* in not. codd. Aug. p. 14. ſq. indicata: in alio cod. ib. p. 22. nr. 11. quatuor opuſc. — ib. p. 40. Maximi capita. — *Monachii* in bibl. elector. varia opuſc. in multis codd. vid. catal. codd. Bauar. p. 11. ſq. 32. ſq. 34. 40. 42. 47. 49. 51. 53. 76 et 77. — *Vindobonae* in bibl. caeſ. in cod. CXXXIV. inter excerpta miſcellanea ex ſcriptis patrum, quaedam Maximi, monachi atque martyris. (*Lambec.* IV. pag. 196.) — in

 cod.

[I] 47. Ἐξήγησις κεφαλαιώδης περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν σωτηρίου πάσχα, τὸ διαγραφὲν κανόνιον ἑρμηνεύουσα. *Breuis enarratio christiani paschatis*, qua descripti laterculi ratio declaratur. *) Parte tertia cap. 9. testatur Maximus, se hunc computum paschatis ecclesiastici scripsisse indictione XIV. anno Heraclii, imp., XXXI. Diocletiani CCCLVII. hoc est Christi DCXL. Excerpta ampla graece dederat cum notis *Iosephus Scaliger* lib. VII. de emendat. temporum p. 736. seq. Confer lib. II. pag. 163. seq. Integrum primus graece vulgauit e Vaticano codice *Dionysius Petauius*, addita latina sua versione Paris. 1630. fol. p. 313. in Vranologio, quod recusum est Amstelodami, (licet titulus

*) *Paris.* in codd. DCCCLXXXVI. (de quo v. confessor. cat. codd. gr. Paris. II. pag. 171.) et MMCCCCII. — *Lugdae* in bibl. publ. inter codd. Scaliger. v. cat. bibl. Leid. p. 340. nr. 53. ex coque suppleri posse lacunas, quae in editis occurrunt, obseruat *Oudin.* l. c. pag. 1650. — *Fragment.* in cod. *Io. Mori*, secund. cat. codd. Angliae etc. tom. II. nr. 9275. — *Chronicon*, quod vocatur, *Alexandr.* male tribuitur Maximo. v. supra, vol. VII. p. 450. *Harl.*

titulus Antwerpiam praeferat) 1703. fol. Ad eumdem computum illuſtrandum faciunt multa in Petauii libro octauo variarum diſſertationum, quae in illo Vranologio priſcis veterum ſcriptorum monumentis ſubiiciuntur. Quaenam illa praeter Maximi ἐξήγησιν ſint, dixi lib. III. [cap. XVIII. vol. IV. p. 29. ſq. not. ffff.]

48. Ἄπορα, Ambigua, ſiue difficilia loca in orationibus quibusdam *Gregorii, Nazianzeni,* explanata, ad *Iohannem*, Cyzici epiſcopum. *ff*) Meminit horum ἀπόρων Maximus ipſe in quaeſtionibus ad Thalaſſium tom. I. pag. 87. et *Io. Tzetzes* Chiliad. IX. v. 866.

> Περὶ τοῦ λέγοντος χρησμοῦ τὰς Θετταλὰς τὰς ἵππους
> Μέμνηται μὲν καὶ Μάξιμος ἱστοριῶν τοῖς λόγοις,
> Ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ μέγας.

Latine vertit, qui ſaepe etiam illorum in libris de diuiſione naturae meminit, circa a. C. 864. *Ioannes* [gg]) *Scotus Eriugena,* ſ. *Erigena,* iuſſu Caroli Calui, vt ipſe teſtatur in epiſtola ad Carolum, quam interpretationi ſuae praemiſit: *Hoc opus Maximi, monachi et abbatis, quod ſanctiſſimo et beatiſſimo archiepiſcopo Cyzici Ioanne poſtulante de quorundam in ſermonibus beatiſſimi Gregorii, theologi, ambiguorum, hoc eſt intellectu difficilium, explanationibus compoſuit, de graeco in latinum vobis iubentibus edidi. — Fortaſſis autem qualicunque apologia defenſus, non tam denſas ſubierim caligines, niſi viderem, praefatum beatiſſimum Maximum ſaepiſſime in proceſſu ſui operis obſcuriſſimas ſanctiſſimi* [!] *theologi,* Dionyſii, Areopagitae, *ſententias, cuius ſymbolicos theologicosque ſenſus nuper vobis ſimiliter iubentibus transtuli, introduxiſſe, mirabilique modo dilucidaſſe.* Edidit quidem *Thomas Galeus* Maximi ἄπορα in Gregorium, Naz., eisque praemiſſam ad Ioannem

ff) Conf. ſupra, vol. VIII. p. 430. et pag. 611. XV. add. cod. *Nanian.* LXIV. v. cat. gr. p. 114. — cod. plenior *Venet.* Marcian. CXXXVI. v. cel. *Morell.* bibl. mst. gr. et lat. I. p. 82. qui etiam obſeruat, de illo cod. ſumtam eſſe et a *Gallando* in Adpend. ad bibl. patrum primum publicatam *S. Maximi animaduerſionem in eos, qui aiunt, animas ante vel poſt corpora exiſtere.* — *Taurini* in cod. reg. XXIV. v. auctor. cat. codd. gr. Taur. p. 95. qui etiam ex *Oudino* tom. I. p. 1649. monet, diuerſum eſſe opus ab eo, quod Scotus Erigena adgreſſus eſt, excuſo Oxon. 1681. F. *Harl.*

gg) De hoc *Erigena* Georgius Mackenzie in vitis ſcriptorum Scotorum, anglice in fol. editis Edinburgi a. 1708. tom. I. p. 49. ſq. Puto autem, commentum eſſe, quod pag. 58. inter Erigenae ſcripta e Nauclero et Genebrardo commemorat Ariſtotelis moralia de ſecretis ſecretorum, ſiue de recto principum regimine, de graeco in chaldaicam, arabicam et latinam linguam conuerſa. *Fabr.* De *Erigenae* dialogo de diuiſione naturae v. *Heumann.* act. philos. vol. III. pag. 858. De *Erigena* ipſo, conf. *Hamberger.* zuverl. Nachr. III. p. 632. ſqq. (qui ed. citat inſcriptam: *Dionyſii, Areopagitae,* opp. omnia, lat. quintuplici translatione, (*Io. Scoti Erigenae, Io. Saraceni, Ambroſii* Camaldul. *Thomae* canonici) verſa, cum commentariis *D. Dionyſii a Rickel,* Carthuſiani etc. Colon. 1556. fol.) et *Saxii* Onom. II. p. 119. ac 547. vterque alios laudat auctores, *Harl.*

nem, Cyzici episcopum, epistolam, cum iam dicti Ioannis Erigenae versione p. 1 — 45. ad calcem librorum quinque, ab eodem Erigena latine scriptorum, περὶ φύσεων μερισμῦ, *de diuisione naturae*. Oxon. 1681. in fol. Epistola ad Ioannem Cyzic. innuit: ἐπαινῦνται μὲν, καὶ τυχὸν δικαίως. Subiuncta quoque p. 46 — 70. Epistola Maximi ad *Thomam*, abbatem, cum versione, non Erigenae, sed editoris, Galei, περὶ διαφόρων ἀπόρων τῶν ἁγίων Διονυσίυ καὶ Γρηγορίυ, *de variis difficilibus locis Dionysii, Areopag. et Gregorii, Naz.*, τῷ ἡγιασμένῳ δύλῳ τῦ θεῦ, πατρὶ πνευματικῷ, (codex Gudianus πνευματικῷ) καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς ἀνάξιος δῦλος καὶ μαθητής. Incipit: ἀπλανὲς θεωρίας ἐξ ἐμμελὲς. Meminit Photius cod. CXCIV. duarum Maximi ad Thomam epistolarum, e quibus prior tantum edita. Pauca loca et ex paucis Nazianzeni orationibus sunt, quae a Maximo in editis hisce ἀπόροις fusius illustrantur, ac suspicor, plura vertisse Erigenam, qui p 210. de diuisione naturae, capitulum quadragesimum primum de ambiguis citat in orat. Nazianzeni de paschate: plura etiam habuisse Combefisium, cuius in bibl. concionatoriae tomo I. haec sunt verba: *S. Maximus locos difficiles plurium Gregorii orationum, ac quorundam carminum fusissime explicauit, quas eius mihi lucubratio exstat ex regio codice, collato cum altero reu. abbatis, Gerasimi Blacchi, Venetiis humanissime submisso, ipsaque Ioannis Erigenae ex Cluniacensi bibl. versione. Colophonem dabit viri Cl. Raphaëlis du Fresne τῦ μακαρίτυ pulcerrimis membranis pulcerrime et manu erudita exaratus codex, si quando facultas sit et otium cum illo conferendi.* Idem Combefisius in conspectu operum S. Maximi edito Paris. a 1660. quem *Montfauconus* catalogo bibl. Coislinianae inseruit pag. 311. *In Gregorii, theologi, locos difficiles. Opus est spissum atque arduum, Scoto Erigenae olim tentatum, inscripta versione Carolo Caluo, ex qua emendata regio cod. aliqua et suppleta. Recepta versio haec ex Cluniacensi bibliotheca. Exstat et apud Carmelitas excalceatos. Collatus deinde textus cum probato reu. abbatis, Blacchi, cod. humanissime Venetiis eam* [¶] *in rem submisso.* Videtur etiam posterior ad Thomam epistola esse in codice Gudiano: nam in catalogo MSS. Marqu. Gudii, quae iam accessere bibliothecae instructissimae Guelpherbitanae, p. 535. traditur desinere in his verbis: [hh]) ἱερυργύσης τῷ θεῷ τὴν φιλαλληλίαν τῷ ἐν ὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ πάσης δοξαζομένῳ τῆς κτίσεως καὶ μόνον ἀπαιτῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν πρὸς ἀλλήλυς φιλίαν.

Orationes Nazianzeni, quarum loca illustrantur, sunt
εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον p. 36. seq.
εἰς τὰ γενέθλια p. 26.
δευτέρῳ εἰρηνικῷ p. 48.
πρὸς τὺς πολιτευομένυς p. 26.
περὶ υἱῦ πρώτῳ p. 48. seq. 50. seq. 52. seq. δευτέρῳ p. 54.
περὶ φιλοπτωχίας p. 4. seq. 6. seq. 33. seq.

εἰς

hh) Sic quoque in cod. Ven. Marc. teste cl. *Morell.* paullo ante laudato. *H.*

Liceat hac occasione subiungere indicem scriptorum, quos in opere subtili pentabiblo de divisione naturae laudat Ioannes Erigena, quum in illis Graeci etiam plerique, cum frequenti Maximi mentione, occurrant.

INDEX SCRIPTORVM,

a

IOANNE SCOTO ERIGENA

in libris de diuisione naturae laudatorum,

ex editione Thomae Galei.

de

Scripta S. Maximi inedita, vel deperdita.

49. *Διάλεξις Ὀρθοδόξε καὶ Μανιχαίε*, citatur a Georgio, scholario, versus finem libri MS. quem contra Latinos Ioanni Comneno Trapezuntio, imperatori, nuncupat. Vide *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. p. 428.

50. *Lexicon*, quod in arte etymologica longe versatum ostendit Maximum, sine nomine auctoris MS. in cardinalis, Mazarini, bibliotheca, in quibusdam Italiae Maximo adscriptum, quo tamen grauare eius operum editionem non est visum, inquit *Combefisius* in notis ad Max. tom. I. p. 680. *Fabr.* V. supra, vol. VI. p. 633. sq. vbi de cod. Veneto Marc. CCCCXCII. addendum est, Lexicon, inscriptum: *Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων* etc. reperiri quoque in cod. *Marciano* CXL, (de quo praecipue agit *Morell.* loco mox citando,) et alio, item in cod. *Naniano* CCXCIV. ex quo excerpta protulit *Mingarell.* in cat. codd. Nan. p. 491. Cel. *Morell.* in bibl. msta lat. et gr. I. p. 85. sqq. de illo Lexico, de variis codd. ac variorum opinionibus de auctore illius docte fuseque disputat, denique ostendit, auctorem illius fuisse *Zonaram*, de quo supra VI. p. 633. sq. dubie scripseram. *Harl.*

51. *De secundo aduentu.* Incipit: *ἐπὶ τέτοις πᾶσιν.* Ex Seguieriano codice editurum se promisit Combefisius in conspectu operum S. Maximi, edito Paris. 1660.

52. *Chronologia succincta vitae Christi*, MS. inter alia huius argumenti in codice caesareo, de quo *Lambecius* V. pag. 114. ii) Incipit: *γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς παρθένε τῷ πεντακισχιλιοστῷ πρώτῳ ἔτει.*

53. *Quaestiones sacrae miscellaneae* ad *Nicephorum*, chartophylacem Constantinopol. *ἐρωτήσεις Μαξίμε μοναχὲ πρὸς τὸν ἁγιώτατον κύριον Νικηφόρον, γεγονότα χαρτοφύλακα τῆς τε θεὲ μεγάλης ἐκκλησίας, περὶ διαφόρων κεφαλαίων.* MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* VI. p. 56. [p. 125. nr. 3. ed. Kollar. de cod. XVII.]

[In

ii) Pag. 240. sq. ed. Kollar. de cod. CCXLVI. *Harl.*

[In catal. codd. *Paris.* regg. vol. II. cod. CMXX. nr. 18. et 19. inesse dicuntur *Maximi* opusc. quo ostenditur, *monachum debere esse perfectum*, *) et *tractat. de loquacitate:* in cod. MLXXVI. nr. 4. *tractat. de oratione:* — in cod. MCCCXXXI. nr. 55. *tract. de typo ecclesiae catholicae:* — in tribus codd. fragmenta. — *Florent.* in cod. Laurent. VI. nr. 8. plut. 86. qui continet de praedeterminatione et praescientia dei auctoritates, desumtas ex S. script. et patrib. occurrit *Maximus ἐκ τῶν πρὸς Θεοδόσιον, καὶ τῶν πρὸς Ἑλλάδιον ἀντιῤῥητικῶν*. v. *Bandin.* l. c. III. pag. 295. it. in tom. I. p. 99. 436. 348. 358. 434. et 495. in variis aliorum opp citantur loca Maximi: add. aliae partes in codd. *Taurin.* XXV. et XXXV. cat. codd. gr. Taur. pag. 95. et 141. et alia quaedam passim in notitiis de codd. indicauimus. *Harl.*

In plerisque bibliothecis, paullo instructioribus, plura Maximi opuscula manu exarata occurrunt, vt adparet ex adparatu *Posseuini*, *Labbei* bibl. noua MSS. et aliis scriptis, in quibus MSS. codicum notitia traditur. [v. ad initium h. §. X.] Inprimis locorum communium opus, quod hoc loco de Maximi scriptis disserendi ansam mihi dedit, ter vel quater exstat MS. in bibl. caesarea, quos codices cum Combefisiana editione conferri operae pretium esset, quemadmodum et praeclarum Seguierianum, de quo *Montfauconus* in catalogo bibl. Coislinianae pag. 374. seq. Quae autem in eodem catalogo p. 310. negatur reperiri, *S. Maximi* epistola ad Georgium, praefectum Africae, ea legitur in editione Combefisiana tom. II. pag. 201. quemadmodum [?] spiritalis et dogmatica oratio ad Stephanum, Dorensem episcopum, tom. II. pag. 81.

Alii Maximi. kk)

Maximus, ad quem exstant haec *Ouidii* II. 3. e Ponto:

> *Me tuus ille pater Latiae facundia linguae,*
> *Quae non inferior nobilitate fuit,*
> *Primus vt auderem committere carmina famae*
> *Impulit, ingenii dux fuit ille mei.*

Maximus, qui sub Commodi Seuerique imperio insigni volumine, vt ait *Hieronymus* cap. 47. de S. E. ventilauerat quaestionem, vnde malum, et quod materia a DEO facta sit.

 [Maxi-

*) An idem est, quod exstat in cod. *Laurent.* XVI. nr. 23. plut. 9. *de habitu monachorum*, quod *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 415. suspicatur, desumtum esse ex Maximi quaestione LXVII. opp. tom. I. p. 326. et sic reliquae particulae fuerint excerptae ex Max. opp. *H.*

kk) Conf. *Moller.* Homonymoscopiam, Hamburg. 1697. 8. pag. 501. sq. *Harl.*

[Maximus, dei miseratione patriarcha Christianorum, qui vbique sunt, orthodoxorum, piis Christianis, qui subditi nobis sunt, epistola: sic ea inscripta est a *Bandin.* cat. cit. II. p. 523. nr. 31. cod. XIII. plut. 59. *Harl.]*

[*Maximus:* Libanii ep. ad eum. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 516 bis.

Maximus, episcopus, et Maximinianus: Chrysostomi epistolae ad eos. v. eumdem ibid. p. 571. et p. 116. *Maximus,* philos., ad quem scripsit Athanasius, Alex. *Harl.]*

[Alius *Maximus,* de quo v. supra vol. VII. p. 175. ibique cel. *Keil,* et p. 225. sq. *Harl.]*

[Alius *Maximus,* cuius liber de synodis exstat in cod. Bauar. Monach. LXXXIV. v. cat. p. 32. *Harl.]*

Maximus, abbas, martyr in Gallia a. C. 625. de quo *Bollandus* 2. Ianuar. tom. I. p. 91.

[Maximus Coruinus, episc. Aesconiens. v. infra vol. XI. p. 690. vet. ed.]

Maximus ex abbate Lerinensi episcopus a. 433. Reiensis, siue Regiensis, scripsit, teste *Sigeberto Gemblacensi* c. 113. de scriptoribus eccles. librum de ecclesiasticis ministeriis et de habitu clericorum. Huius Maximi vitam scripsit Dinamius Patricius. Eius homilias quasdam exstare inter eas, quae sub Eusebii, Emeseni, nomine vel Eucherii, Lugdunensis, feruntur, iam notarunt eruditi. [De hoc et aliis Maximis, lat. scriptor. v. *Fabric.* bibl. med. et infimae latin. tom. V. p. 60. sqq. ed. Mans.]

Maximus, Aegiensis, quem de Apollonio Tyanensi laudat *Philostratus* lib. I. c. 5. [v. supra, vol. V. p. 541.]

Maximus, Alexandrinus, infra in Maximo, cynico.

[Maximus, Alexandrinus archiepiscopus: eius duae epp. ad Georgium Douzam, *Leidae* inter codd. Vulcanii. v. cat. bibl. Leid. pag. 344. nr. 17. et pag. 347. nr. 62. *Harl.]*

[Maximus, *Antiochenus* diacon., ad eum Cyrilli, Alex., epist. canonica, edita. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 887. nr. 34. cod. XLIV. — *Maximus, CPolitanus patriarcha,* cuius expositio rectae fidei de Spiritu S. aduersus Latinos est in bibl. *Parisiens.* cod. MCCCXXIV. nr. 15. *Harl.]*

Maximus, Byzantius, siue Epirota, philosophus, pater Euclidis, Iuliani, imp., magister, quem a Maximo, Ephesio, philosopho, qui et ipse Iulianum docuit, distinguunt Socrates III. 1. et Nicephorus X. 1. Scripta eius memorat Suidas: περὶ ἀριθμῶν, *de numeris,* et in Aristotelem ὑπόμνημα, nec non alia quaedam, Iuliano inscripta, et περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, *de insolubilibus oppositionibus,* [in VI. codd. bibl. *Paris.]* quod profarium rhetorici argumenti scriptum offeret se lectori Volum IX. huius bibl. p. 570. [vet. ed.] sicut carmen argumenti astrologici περὶ καταρχῶν, *de principiis,* dedi ex codice Mediceo supra cap. XXI. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. p. 499. p. 385.

385. de Lexico. etc. p. 211. ibique not. *qq.* — Thesaur. epistol. La Crozian. tom. III. p. 125. sq. Fabric. infra, vol. IX. p. 417. not. vet. ed. — *Maximi* libell. de oppositionibus insolubilibus, adiunctus *Dionysii Halicarn.* scriptis quibusdam criticis etc. gr. Latet. ap. Carol. Stephan. edente Henr. Stephano. 1554. 8. v. *Maittaire* A. T. III. p. 641. sqq. inprimis not. *a.* vbi p. 643. castigat Fabr. dubitatque, opus *περὶ ἀλύτων ἀντιθ.* esse etiam argumenti astrologici. — add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 52. nr. 1. et 61. nr. 17. — *Matthaei* notit. codd. Mosquens. p. 10. cod. VI. nr. 9. *Harl.*

Maximus, Caesaraugustanus episcopus, cuius historiam de iis, quae temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt, memorat *Isidorus Hisp.* de scriptoribus eccles. c. vlt. Sed Chronicon, quod velut [¶] Dextro continuando sub eius nomine iactatur, suppotititium est, et multis argumentis exploditur a *Nicolao Antonio* in bibl. veteri Hispana, qui illud vna cum epistola, ad Argebatum, episcopum Portugallensem, praemissa, exhibet tom. II. p. 279—285.

Maximus, Chrysoberges, monachus, clarus circa a. C. 1400. cuius de processione Spiritus S. oratio ad Cretenses edita graece et latine a *Leone Allatio* in Graecia orthodoxa tom. II. p. 1074—1088. Huius aduersarius Nilus Damyla, de quo vide *Allatium* de Nilis p. 52. et 82. edit. a me curatae et *H. Warthonum* in adpendice ad histor. litterariam scriptor. eccles. Cauei. [in cod. *Taurinensi* CLXI. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 246. *Harl.*]

[Maximus, *Cytherensis* episcopus: eius dialogus, adnexus *Gregorii,* Thessalon. archiep., oratt. II. demonstratiuis, gr. 4. v. cat. bibl. Leidens. p. 47. et supra vol. VIII. pag. 98. — In cat. libr. msst. bibl. *Harleianae* nr. 1803. citantur: 1) *Maximi*, episc. *Cyther.*, breuis de praeceptis atque conciliis euangelicis tractatus etc. gr. et lat. Venetiis 1602. 8. cum epist. gr. dedicatoria ad Georgium Hegumenum, in qua de Sermonibus suis verba facit. 2) eiusd. *Maximi Margunii*, episcopi *Cytherens.*, epist. dedicat. enchiridio suo praemissa, gr. MS. litteris miniatis. 3. 4) eiusdem praefatio et enchiridion s. sermo de discrepantia inter euangelica praecepta et concilia, vt videtur. 4) Μαξίμȣ — ἀνασκεβὴ, (fort. ἀνασκευὴ) τῶν κυριωτέρων ἐπιχειρημάτων τῆς γενομένης πρὸς τὸ αὐτȣ̃ ἐγχειρίδιον ἀπολογίας. add. *Fabric.* infra in vol. X. p. 536. sqq. vbi plura adnotabuntur: ibi quoque p. 538. de *Maximo*, e Calliopoli *peloponnesiaco* hieromonacho, et de *Maximo Mazaro*, monacho. *Harl.*]

Q. Cornelius Maximus, ICtus, cuius Cicero meminit, VII. 8. Epist. ad familiar.

Maximus, Alexandrinus patria, e cynico philosopho patriarcha Constantinopol. a. C. 380. de quo dixi lib. III. *Fabr.* Cap. IX. pag. 520. vol. III. add. *Kollarii* supplem. ad Lambecii comm. p. 147. sq. *Harl.*

Maximus, Ephesius philosophus, Iuliani, imp., praeceptor, ob magicas operationes iussu Valentiniani interfectus, de quo *Eunapius* in Maximi vita, *Socrates* III. 1. *Nicephorus* X. 1. Ad eum exstant Iuliani epistolae. Quanti apud eum Maximus hic

hic fuerit, docet etiam *Ammianus* XXII. 7. [ll]) Alius *Maximus* interfectus sub Valente, de quo apud Suidam in Φῆστος.

Maximus, Epirota. Supra, in Byzantio.

Q. Fabius Maximus Seruilianus, annalium Rom. scriptor, qui cum L. Metello consul fuit anno V. C. 611. ante Christum 142. De eo *Vossius* lib. I. cap. 7. Histor. latin.

Maximus, grammaticus Madaurensis Afer, cuius epistola ad Augustinum exstat pro ethnicismo aduersus Christianorum religionem. Ei respondet Augustinus epistola XVII. edit. Benedict. (al. XLIV.) in illa epistola per *archimartyrem, Namphainonem*, Christum a Maximo intelligi, Cauei coniectura est parte II. hist. literariae S. E. *Fabr.* Est illa ep. cum responsione Augustini, in cod. *Harleiano* MMMLI. nr. 27. et 28. v. cat. MSS. Harlei. vol. II. ad illum cod. numerum.

Maximus, Hierosol. episcopus et confessor, post a. C. 355. de quo Acta Sanctor. tom. II. Maii p. 7. *Tillemont.* tom. VI. memor. [mm]) Alios Maximos, martyres, (vt Neapolitanum, de quo Acta 12. Iun. tom. II. p. 517. seq.) Principes item ac duces hoc nomine, de industria omitto, quemadmodum illum, Cypri et Sardiniae praefectum a Pompeio, de quo prouerbium κομπὸς Μάξιμος, *iactator* [?] *Maximus.* Vide adpendicem Vaticanam in prouerbiis Andreae Schotti p. 286. In numis Constantini, nomen Maximi non gloriae ac virtutis titulum, sed familiae nomen esse, contendit *Ioh. Harduinus* in numismatis saeculi Constantiniani pag. 474. Op. et in memoriis litterariis Treuoltinis ao. 1701. mense Iul. et Augusto p. 11.

[Maximus, *Holobolus*, protosyncellus, or. in S. Mariam aegyptiacam, in cod. *Coislin.* CXCII. fol. 50. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 245. *Harl.*]

[Maximus, imperator; de eius epistolis in Labbei collect. concil. v. infra, vol. XI. p. 388. *Harl.*]

[Maximus, *Laodiceae* episc., subscripsit epistolae Gennadii, patriarchae CPolitani encyclicae, in cod. caesar. XLIV. nr. 45. ap. *Lambec.* comm. VIII. p. 891. et p. 893. alius *Maximus*, episc. *Libyae*, et al. *Maximus*, episc. Ζυγύλεως. *Harl.*]

Marius

ll) V. *Basnage* annales ad a. 365. §. III. *Heum.* — supra, vol. III. pag. 521. — *Brucker* in hist. crit. philos. vol. II. p. 287. errare, docet, Fabricium, qui distinxisset ab Maximo, Ephesio, Maximum, a Festo sub Valente interfectum, et, priorem, etiam Valentis crudelitate e medio esse sublatum, probabiliter ostendit; idem pag. 288. sq. de aliis Maximis, praecipue de *Max., Ephesio* ab *Max., Byzantino,* distinguendo curatius disserit. Add. *Schroeckh.* hist. eccles. christ. tom. VI. p. 283. sq. et 305. sq. *Harl.*

mm) Fragm. illius in lucem protulit *Galland.* in bibl. patrum. nr. 190. *Harl.* In tom. II. leguntur p. 146. sq. Maximi Hierос. (aequalis Clementis Alex.) fragmm. de materie, sed tom. XIV. p. 153. in App. S. Maximi confessoris animaduersio breuis. *B.*

Marius Maximus, historiae Augustae scriptor, de quo Casaubonus ad Spartian. p. 23. et Vossius in hist. latinis II. 3. nam latine scripsit, et fuit praefectus Vrbi post Aduentum, temporibus Macrini, imp., vt testis Dio lib. LXXVIII. Libros suos Varronis exemplo in septenarios, siue hebdomades, librorum digessisse videtur; nam primo septenario laudat eum Spartianus in Geta.

Maximus, monachus, cuius quaestiones sacrae, ἐρωτήσεις περὶ διαφόρων κεφαλαίων, ad Nicephorum, magnae ecclesiae Constantinopol. chartophylacem, exstant graece MSS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* VI. p. 56. [p. 125. ed. Kollar. de cod. XVII. nr. 3.] Videtur idem cum Maximo, confessore, de quo fuse supra.

Maximus, quem natali Platonis, apud Dionysium Longinum celebrato, interfuisse narrat Porphyrius apud *Eusebium* X. 3. praeparat.

Maximus Planudes. medio saeculo XIV. clarus, de quo infra, suo loco.

[Maximus, presbyter et alii Maximi, v. infra, vol. IX. p. 122. sq. ed. vet. — Maximus, presbyter, postea episc. Salon. v. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XVII. p. 292. sqq. *Harl.*]

[Maximus, curialis ciuitatis Reatehis, in diplomate ap. *Montfauc.* in diar. ital. pag. 67. *Harl.*]

Maximus, Reiensis, siue Regiensis. Supra in Maximo, abbate.

Maximus, rhetor, Plutarchi aequalis, qui eius meminit IX. 4. conuiualium quaestionum. Alius, de quo *Aristides* tom. III. pag. 525. [IV. rhetores, v. vol. VI. p. 132.]

Rutilius Maximus, ICtus, cui librum ad legem Falcidiam, quem alii ad Q. Cornelium Maximum referunt, Cuiacius tribuit. [v. infra, vol. XII. pag. 330. et 331.]

Statilius Maximus, grammaticus, de quo in bibl. latina.

[Maximus, *Sacerdos*, cuius iussu scriptum est Menaeum Graecorum, a. 1127. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 103. et de cod. Menaei, pag. 58. sq. ac pag. 304. sq. *Harl.*]

Maximus, Taurinensis episcopus, qui synodo Arausicanae a. 441. et Mediolanensi a. 451. interfuit. Vide *Miraeum* ad Gennadium de S. E. c. 40. *Latinum Latinium* bibl. sacro-profan. p. 80. 164. seq. Martyrolog. et Acta Sanctor. 25. Iun. *Tillemontii* memorias hist. eccl. tom. XVI. pag. 31. seq. [nn]) *Homiliae* eius nonnullae S. Am-

nn) In primis *Fabric.* in bibl. med. et inf. hist. cit. tom. XVII. p. 567. qui adnotat, *Max.* latin. tom. V. p. 61. sqq. ed. Mansi. *Schroeckh. Taur.* homilias critice et plenissime editas esse iussu

S. Ambrosii et Augustini sermonibus permixtae leguntur, vt praeter alios notarunt *Mabillonius* in Musei Italici tom. I. parte II. [oo]) et *Combefisius* in bibl. concionatoria. Editae sunt saepissime et separatim, et cum Leone, imp., et Chrysologo, Paris. 1614. fol. et in patrum bibliothecis, vt nouiss. Lugdunensi tom. VI. Quinque sermones in laudem S. Cypriani editurum se promisit *Muratorius* in anecdotis [e] bibl. Ambrosianae tom. I. p. 16. *Libros de sacramentis,* inter Ambrosii opera editos, Maximo huic fortasse tribuendos suspicatur *Tillemontius* p. 34. *Liber de gratia spiritali baptismi,* Gennadio memoratus, intercidit. *Fabr.* Homil. inter: *Diuorum patrum veterumque eccl. doctorum, qui orat. soluta scripserunt, homilias ac meditatt. in festum natiuitatis I. C. — selectas a Chr. Daumio.* Cygneae 1670. 8. nr. IX. Codic. secund. catal. codd. Angliae etc. tom. I. *Oxon.* nr. 481. *Cantabr.* nr. 183. in tom. II. nr. 359. 462. 3003. 7943. Dublin. nr. 261. — in sedecim codd. *Vaticanis.* v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. p. 133. *A. B.* et p. 626. *B.* in cod. bibl. regis Angliae, *Sermones.* — *Lectiones VIII. in festo Paschatos, Lipsiae* in cod. Paulino. v. *Feller.* catal. bibl. Paulinae Lips. p. 107. *Harl.*

[Maximus, *Treuir.* in bibl. *Harlei.* cod. MMMDXCVII. nr. 13. *Harl.*]

[Maximus, *Trinochius.* Eius epigrammata duo in Niphonem et Ioachimum, patriarchas CPolit. sub finem saec. XV. et aliud ad alium quemdam patriarcham. v. *Kollarii* suppl. ad Lambec. p. 534. de cod. caesar. LXXXIV. *Harl.*]

Maximus, Tyrius, philosophus Platonicus, Antoninorum aetate clarus, de quo dixi lib. IV. [c. 20. §. VIII. vol. V. pag. 515. sqq. vbi multi nominantur *Maximi.*

Valerius Maximus, de quo in bibl. latina.

[Maximus, episc. *Valent.* hodie Valence in Delphinatu, circ. a. 419. de quo vide *Schroeckh.* libr. cit. tom. VIII. p. 169. *Harl.*

XI. Post Maximum, confessorem, locos communes ex omni genere scriptorum sacrorum, aliorumque concinnauit IOANNES DAMASCENVS, presbyter et monachus, non confundendus, vt multi fecerunt, [pp]) cum *Ioanne Mesue, Damasceno,* medico,

iussu Pii VII. pontificis rom. a *Brunone Bruni,* Romae 1784. fol. *Harl.* Add. *Schönemanni* bibl. patr. lat. tom. II. p. 607. sq. 638. sq. *B.*

oo) Qui in tomo I. vulgauit XII. homilias *Maximi Taur. H.*

pp) Quemadmodum homonymia Theodosii, imp., qui ante Leonem Isaurum exstitit, Vincentio Bellouacensi, Antonino Florentino, Andreae Dandolo, Ioanni Nauclero, Trithemio aliisque fuit fraudi, vt Ioannem Damascenum saeculo IV. sub Theodosio primo vixisse scriberent; ita alios decepit similitudo nominis, vt Iohannem Damascenum nostrum confunderent cum Ioanne Damasceno, medico. Vide *Latini Latinii* bibl. sacram et profanam p. 79. b. et 81. a. *Petri Baelii* lexicon historicum in Damasceno, et *Leon. Allatium* apud Mich. le Quien in prolegomenis ad Damascenum, vbi errores illos refellunt. Idem Allatius confutat etiam et fabulosa esse euincit quae

medico, qq) vel cum *Ioanne Damasceno, Serapionis* F. itidem medico, rr) nec cum *Damasceno*, episcopo Rondinensi, ss) vel altero episcopo [*] *Damasceno*, siue Damasci vrbis, qui

Rrrr 2 saeculo

quae de Damasceno *Raph. Volaterranus* libro XVI. commentar. vrban. falso tradens, eum Iudaeis parentibus natum et ex Iudaismo ad Christianismum conuersum esse, et Constantinopolin venisse, captumque a piratis Saracenis, postea a Theodosio redemtum magistrum eius epistolarum fuisse, mox abscissam ei dexteram, quod in suspicionem proditionis venisset. Ne dicam de fabulis, quas addunt auctor sermonis de Damasceni conuersione, *Vincentius Bellouacensis* speculi hist. XVII. 105. *Petrus de Natalibus*, episcopus Equilianus, in historia sanctorum IV. 135. *Io. Nauclerus* in chron. aliique, restitutam ei manum beneficio Mariae, virginis, reductum CPolin. etc. de medicamentis, ad purgandum inprimis idoneis, in III. codd. *Paris.* bibl. publ. — De antiquiore *Ioanne Damasceno*, *Mesuae* filio, medico Syro christiano, circ. a. C. 845. v. *Hamberger Z. N.* III. p. 583. sqq. et de vtroque plura infra in vol. XIII. in elencho medicor. veterum p. 257. sq. (vbi suo tempore plura adnotabuntur,) ibid. p. 259. sqq. et 275. ex *Io. Leonis, Africani*, libell. de viris quibusdam illustrib. apud Arabes. — Addatur *Io. Damasceni de sacra arte* libell. versibus politicis, in cod. MMCCCXXVII. nr. 37. *Paris.* bibl. publ. conf. *Bandin.* cat. codd. Laurent. III. p. 557. et *Fabr.* B. Gr. XII. pag. 774. *Harl.*

qq) *Ioannes, Damascenus*, medicus, cognomento *Mesue*, abnepos Abdallae, Damasci regis, secta Muhammedanus, circa a. 1200. floruit et arabice scripsit, quae scripta eius deinde ex arabico in graecam et latinam linguam conuersa sunt. Ex illis aliqua S. Ioanni Damasceno, presbytero, male tribui notat *Lambecius* VI. p. 118. 131. 134. etc. *Fabr. Mediolani* in bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. p. 499. — et p. 1199. C. περὶ φαρμάκων in bibl. *Guil. Pelliserii.* — ib. p. 382. *A.* 384. *B.* 433. *B. Aphorismi.* — Iidem cum commento Isidori, *Lipsiae* in bibl. Paulina, teste *Fellero* in catal. codd. illius bibl. p. 277. — Aphorismorum liber: per Platon. de Benedictis. Bonon. 1489. 4. — In cod. caesareo XXV. nr. 7. est inter collectanea medica graeco-barbara, *Io. Damasceni* remedium purgandi capitis et stomachi, inscriptum ποίημα, *compositio Io. Damasceni.* v. *Lambec.* comm. VI. part. II. p. 269. — Male autem *S. Io. Damasceno* in codd. adseritur *Ioannis, filii Mesuae*, f. *Moysis, Damasceni*, medici Arabis, liber *de simplicibus medicamentis purgantibus*, in quinque sectiones diuisus, in codd. caesareis XXIX. nr. 4. XXX. nr. 1. et XXXI. nr. 2. v. *Lambec.* VI. pag. 297. sq. (qui cum tradit, duce Conr. Gesnero, vixisse circ. a. C. 1158. et alia de eo notat: id si ita est, iunior ille intelligendus est Ioannes Mesues Damascenus.) — p. 299. sq. et 303. ed. Kollar. —

rr) *Ioannes Damascenus, Serapionis* F. itidem Muhammedanus, medicus, a Ioanne Mesue laudatur. *Fabr.* V. infra, vol. XIII. pag. 299. sq. et supra in h. vol. pag. 156. *Harl.*

[De *Damascio* Syro, peripatetico philosopho, vide supra, vol. III. p. 483. sq. — De *Damascio*, poeta epigrammatario, supra, vol. IV. p. 470. sq. *Harl.*]

ss) *Leo Allatius* in prolegomm. ad Io. Damascenum, vbi de variis hisce Damascenis differit, memorat MS. Δαμασκηνοῦ ἐπισκόπου Ῥονδίνης διάλογον μετὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἤτοι ταλανισμὸν κατὰ τῶν νῦν τῆς Ἑλλάδος ἐπισκόπων. *Damasceni, Rondinensis episcopi, dialogum cum abbate S. Athanasiae, siue deplorationem episcoporum Graeciae sua aetate.* Incipit: προσαγορεύω. *Fabr.* In codd. *Nanianis* LXXXV. nr. 5. et CLX. nr. 19. παραίνεσις πρὸς τοὺς θέλοντας σωθῆναι μοναχοὺς ὡς ἐν συνόπτῳ· τοῦ ἐπισκόπου λογιωτάτου Κυροῦ Δαμασκηνοῦ λιτῆς καὶ ῥενδίνης· καὶ προέδρου πολιανῆς· init. ἀδελφοὶ καὶ πατέρες ἐπειδὴ τὸν κόσμον ἀφήσαμεν etc. In codice posteriore nr. 11. est quoque eiusdem λόγος περὶ φράσεως εἰς τὴν δεκάλογον τοῦ μωϋσέως· inc. δέκα παραγγελίας ἅγας. v. cat. codd. gr. Nanian. p. 175. et 361. — In *Mart. Crusii* Turcograecia, libr. IV. inter auctores epistolarum LX. nominantur etiam *Damasce-*

ſaeculo medio decimo ſexto de animalibus ſcripſit ad Michaëlem Cantacuzenum, *tt*) nec denique cum recentiore ſcriptore *Damaſceno*, monacho et hypodiacono Studita, Theſſalonicenſi. *uu*)

Hic

maſcenus, Litae et Rhendinae atque *Damaſcenus, Demonici et Elaſſonis.* v. ſupra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*

tt) *Damaſceni*, epiſcopi, librum, communi Graecorum dialecto ſcriptum, *de natura animalium*, conſtantem XC. capitibus, quem ex Ariſtotele, Aeliano et Phile collegit, atque Michaëli Cantacuzeno, magno domeſtico, transmiſit, legiſſe ſe MS. imperfectum tamen apud Petrum Velliam Romanum, teſtatur *Leo Allatius* loco iam laudato. Incipit: συνήθειαν ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι ὅταν θέλωσι να ἰδοῦσι τινὰ μέγαν ἄρχοντα. *Fabr.* In cod. *Taurin.* CCXLVIII. fol. 35. eſt *Damaſceni* ἀρχιερέως Στουδίτου συνάθροισις etc. *epiſcopi Studitae libellus, in quo collecta ſunt ex veterum philoſophorum libris, quaecumque de auibus, et terreſtribus atque mariniis animantibus ab his dicta fuerunt et communior interpretatio ſubditur.* Atque auctor catalogi codd. gr. Taurin. pag. 367. putat, hanc collectionem eamdem eſſe, quam *Leo Allatius*, (a Fabricio etiam citatus,) legiſſe ſe ſcribit; eumdem tamen Allatium, addit, ſubdidiſſe, non ſibi conſtare, num *Damaſcenus, epiſcopus Studita*, alius ſit a *Damaſceno*, monacho, *hypodiacono Studita*, Theſſalonicenſi, (cuius *theſaurum* Fabr. in not. *f.* memorat;) an vero prorſus idem, qui, poſtea in epiſcopatum adſumtus, ingenium rebus hiſtoricis colligendis exercuerit. Tum obſeruat confector catalogi, in cod. Taurin. capita numerari XCI. forſan, quia librarius caput quoddam in II. ſectiones diuiſerit: denique idem auct. cat. adnotat, in cod. Taur. nullam operi praemiſſam eſſe praefationem; ſed primo capiti, *de aquila*, tetraſtichon *Simeonis, hierodiaconi*, (quod gr. cum verſione lat. euulgauit auct. cat.) praefixum, atque primum caput incipere: ὁ αἐτὸς ἄναξ βασιλεὺς εἰς ὅλα τὰ πετόμενα, etc. *Harl.*

uu) Hic eſt *Damaſcenus*, cuius *theſaurus homiliarum in ſanctos* lingua graeca vulgari ſaepius prodiit Venetiis, vt 1603. 1618. 4. [Venet. 1528. 4. gr. v. bibl. Askew. p. 49. — Venet. 1628. 8. ap. Anton. Pinell. — *Theſaurus monachi Damaſceni, ſubdiaconi et Studitae Theſſalonicens.* in quo ſunt expoſitiones euangeliorum. graec. vulg. Venet. 1642. 4. v. *Pinelli* cat. II. pag. 3. nr. 2288. add. ſupra vol. VIII. p. 88. de libro I. Turcograeciae *Mart. Cruſii*, et infra, vol. X. p. 501. vet. edit. — De *Petro Damaſceno*, v. paullo poſt ad nr. 26. *Harl.*] — Omitto dicere de aliis Damaſcenis, vt *Nicolao Damaſceno*, *Damaſcio Damaſceno*, et *Damaſceno*, cuius δρᾶμα Σωσαννίδος laudatur ab Euſtathio ad Dionyſium, periegetem v. 976. *Fabr.* De *Nicolao Damaſceno*, qui a. v. 747. ante Ch. nat. 5. ab Herode orator miſſus eſt ad Octauianum Caeſarem, et num auctor fuerit dramatis, Σωσαννίς, v. ſupra vol. III. in catalogo Peripateticorum, pag. 500. ſq. et in notitia Tragicor. deperditorum pag. 513. atque vtroque loco Fabric. adſeruit ei drama illud, quod alii male tribuerunt *Ioanni Damaſceno*; pag. autem 742. haeſitauit; ſed v. not. (*sss.*—) vol. II. pag. 179. — vol. I. pag. 726. in elencho ſcriptorum, collectioni gnomicorum Frobenianae praemiſſo. Scripſit quoque de Ariſtotelis philoſophia et in quosdam illius libros, at *Ioanni Damaſceno* tribuuntur ſcholia in Ariſtotelis κατηγορίας. (v. vol. II. p. 209.) — epitome organi ariſtotelici; (ib. pag. 220.) add. infra, vol. IX. pag. 440. vet. ed. in cap. de Photio, *Bruckeri* hiſt. crit. philos. tom. II. p. 469. ſqq. *Saxii* Onom. I. pag. 200. ſq. et quos ille citat. De Damaſcii Damaſc. ἀπορίαις etc. v. *Villoiſon.* anecd. gr. II. pag. 253. etc. *Harl.*

[*Michael Damaſcenus, Cretenſis*, ſcriba codicum v. *Montfaucon.* palaeogr. graec. p. 104. inprimis pag. 512. ſq. vbi profitetur, ſe acta ſynodi Chalcedonenſis exſcripſiſſe a. Chr. 1525. *Harl.*]

Hic *Iohannes* ex nobili genere, [vv]) patria *Damascenus*, dignitate presbyter [ww]) et vitae instituto monachus, contumeliae caussa *Sarabaita* [xx]) et pro *Mansure*, *Mamzer*, [yy]) ab aliis *Arclas* [zz]) et propter eloquentiam [[P]] *Chrysorrhoas* [a]) cognominatus legitur. Rrrr 3 Da-

vv) Patrem Damasceni Sergium τὸν τῦ Μανσὺρ, quaestorem generalem, γενικὸν λογοθέτην Abdolmeleci Califae Saracenorum, ex Theophane verisimiliter coniicit laudatus Lequien. *Fabr.* De *Ioanne Damasceno*, homine quidem superstitione haud mediocri, et acerrimo imaginum defensore, viro tamen sui aeui eruditissimo, systematicae theologiae conditore et scholasticorum inter Graecos praecursore, conf. *Heineccii* hist. eccles. graecae part. I. cap. 2. §. vlt. — *Cauei* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 624. sqq. — *C. Oudin.* comment. de SS. eccles. I. pag. 1713. sqq. qui pag. 1717. sqq. monet et late disserit, Io. Damasc. primum ex graecis patribus exstitisse, qui Eucharistiam esse verum corpus et sanguinem Christi lib. IV. de fide orthod. cap. 14. docuerit. — *L. Ell. du Pin* nouv. biblioth. tom. VI. p. 101. — *Brucker.* hist. crit. philos. vol. III. pag. 554. sqq. et in adpendice siue vol. VI. p. 554. — *R. Ceiller.* hist. gen. des aut. eccl. tom. XVIII. pag. 110. sqq. — *Hamberger* zuverl. Nachr. part. III. p. 528. sqq. *Saxii* Onom. II. p. 84. sq. et p. 545. atque alios, quos illi duumuiri citant; — *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XIX. pag. 60. sq. et de eius superstitione fabulisque tom. XX. pag. 157. sqq. etc. Quasdam *Io. Damasceni* sententias persequitur *Moshem.* in not. ad Cudworthi systema intellect. tom. I. pag. 765. not. *s.* ed. Leid. 1773. 4. de deo omnia permeante; — pag. 921. de similitudinibus, quibus S. Trinitas depingitur; tom. II. pag. 473. de natura angelorum. *Harl.*

ww) Presbyterum fuisse, male negat Possevinus, qui constantibus veterum testimoniis refellitur. Vide *Io. Hierosolymitanum* in vita Damasceni p. XXI. et ibi notas.

xx) Apud *Vincentium Bellou.* XVII. 103. imperator, Theodosius ad Ioannem: *Sarabaita pessime.* Nisi legendum *Sabaita*, nam in S. Sabae Laura Damascenum diu vixisse constat; et Sabaita dicitur Stephanus, eius fratris filius. Ceterum Sarabaitae S. Hieronymo epist. 22. ad Eustoch. (edit. nouae 18. tom. II. p. 43.) *Remoboth, monachorum genus deterrimum atque neglectum: hi bini, vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viuentes.* De his viri docti ad regulam S. Benedicti c. 1. *Cassianus* collat. XVIII. 4. et 7. *Petrus Crinitus* III. 15. de honesta disciplina, vbi Augustini locum illustrat de Sarabaitis sacerdotibus.

yy) Ὑβριστικῶς, siue per contumeliam dictum esse Μανσὺρ ab iconomachis, tradit *synodus* septima Act. VI. tom. III. edit. Binianae pag. 678. falliturque Cangius, quando de alio, nescio quo, Iohanne, haeretico Aegyptio, et haec verba et adclamationem iconomachorum p. 677. Μανσὺρ τῷ κακωνύμῳ καὶ Σαρακηνόφρονι ἀνάθεμα, intelligendam esse putat, gloss. graeco in Μανσὺρ. [In cod. *Veneto* Marc. CXXXVIII. qui continet *Parallela*, Damasceno adtributa, pro Μανσῦ legitur Μασῦ, teste cel. *Morellio* in bibl. MSt. gr. et lat. pag. 83. Add. *Io. Fabric.* histor. bibl. Fabr. I. pag. 152. *Harl.*] Adsentior tamen *Theophani*, qui pag. 350. Io. Damascenum dictum esse, ait, *Mansur* πατρικῷ ὀνόματι, quod auus eius ita diceretur. Addit Theophanes, voce Μανσὺρ significari λελυτρωμένον *redemtum.* Pro quo Scylitzae et Cedreni cod. monstrum habent vocabuli λέντραβον, sed λελυτρωμένον esse scribendum, recte idem Cangius adnotauit. Non tam itaque contumeliosum erat nomen ipsum Mansur, pluribus aliis commune, quam quod per contumeliam illud Constantinus Copronymus corruperat in Μαμζηρὸν *spurium*, quemadmodum ex eodem Theophane Cedrenus et auctor hist. miscellae testantur.

zz) Ἰωάννυ τῦ Ἀρκλᾶ κανὼν διὰ στίχων ἰαμβικῶν εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν. Ita inscribitur Ioannis Damasceni hymnus in Pentecostem, et agnoscit

Damaſcenus a Coſma, Monacho docto ex Italia, captiuo illuc adducto, eruditus vna cum Coſma, Hieroſolymitano, (qui melodi nomine deinde celebris et Maiunenſis epiſcopus exſtitit.) Hinc neglectis, quas Damaſci ſatrapa offerebat, mundialibus dignitatibus, Hieroſolymas in Sabae monaſterium conceſſit, ibique in litterarum, ſacrarum praeſertim, meditatione, conſenuit et prope S. Sabam eſt ſepultus. [b]) Certe tumulum Damaſceni et Coſmae ſpectatum eo loco, *Ioannes Phocas* [c]) meminit. Diſciplinis philoſophiae egregie excultum et eruditione omniuaria vltra illius ſaeculi exemplum ornatum omnes fatentur: hymnis dulciſſimis, ſcriptisque quam plurimis, de quibus deinceps dicetur, celeberrimum. In his quod volſellis quandoque non gladiis pugnat, narrationesque parum credibiles ingerit, vbi pro imaginum cultu et precibus pro defunctis deſcendit in certamen, aetati potius, qua vixit, quam ingenio eius tribuendum exiſtimo. Diem obiiſſe videtur non ante a. C. 756. [d]) Leonis Iſauri et Conſtantini Copronymi iras parum, quoad vixit, reueritus. Memoria eius inter ſanctos ab eccleſia latina [†] colitur 6. Maii, a graeca 29. Nou. et 4. Decembr. Vitam eius, commentarios de illa, arabice ſcriptos, nactus, tradidit atque ex illis, vt videtur, fabulam illam parum credibilem de manu Damaſceni, per S. Mariam reſtituta, hauſit *Iohannes Hieroſolymitanus*, poſt medium ſaeculi decimi clarus. [e]) Eam latine a *Lipomanno* tom. V. et *Surio* ad 6. Mai. graece Rom. 1553. 8. cum oratt. de imaginibus editam, cum Iacobi Billii verſione dedere in Damaſceni editione Baſileenſes ao. 1575. fol. deinde graece *Papebrochius* tom. II. Act. Sanctor. Maii pag. 723. ex codice MS. Mediceo, collato cum codice regis chriſtianiſſ. et latine p. 111. ex verſione *Antonii Franciſci Deſtieu*, S. I. Incipit: τοῖς τετηρηκόσι τό. Idem Papebrochius *Conſtantini Acropolitae* ſermonem de Ioanne Damaſceno pag. 731. ex MS. Vaticano dedit graece, vna cum verſione *Io. Franciſci de Rubeis* ICti. Incipit: τῷ Ἰωάννῃ τὸν λόγον, τῷ ἐκ Δαμασκοῦ τὰ ἐγκώμια. Nec non excerpta e Graecorum

ſcit nomen ἀκλᾶν, quod *arcularium* ſignificat, Damaſceno tributum *Euſtathius*, *Theſſalonicenſis*, in commentario ad illum hymnum, apud Allatium de Georgiis p. 520.

a) Theophanes, Cedrenus lib. Auct. hiſt. Miſcellae XXI. 26. p. 1004. et XXII. 6. p. 1015. Sigebertus Gemblacenſis c. 75. de ſcriptoribus eccleſ.

b) Confer *Lambec.* comm. VIII. p. 620. ſqq. vbi praeſertim longus locus de Io. Damaſceni profectione in vrbem Hieroſolymitanam et de ſubſequenti receſſu in monaſterium St. Sabae ex Damaſceni vita, a Ioanne, patriarcha Hieroſolym., conſcripta, redditus legitur. *Harl.*

c) *Io. Phocas*, ſaeculi XII. ſcriptor in deſcriptione terrae ſanctae p. 28. in Symmictis Allatii. Deinde CPolin adductas Io. Damaſceni reliquias, ex *Pachymeris* Andronico lib. I. c. 15. obſeruat Mich. le Quien.

d) In *Combefiſii* bibl. concionatoria errore calami, vel typographi, Damaſcenus traditur claruiſſe a. C. 850. pro 750. Libellus eius aduerſus Conſtantinum Copronymum ſcriptus eſt poſt ſynodum Copronymianam, habitam a. 754. atque aduerſus illam ſynodum ſtrinxiſſe calamum Damaſcenus etiam ex auctore vitae Stephani, iunioris martyris, cognoſcitur.

e) Vita a Io. patriarcha Hieros. compoſita in cod. *Coiſlin.* CXLVII. initio vitarum Sctorum m. Decembr. v. *Montfauc.* bibl. Coiſlin. p. 212. — *Monachii* in cod. XXXIX. et XLI. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 11. et 13. — *Vindobonae* in cod. caes. CCIV. nr. 4. v. *Lambec.* notamque Kollar. comm. de bibl. caes. V. p. 11. — *Paris.* in cod. MDLIX. bibl. publ. *Harl.*

rum Synaxario et Menaeis, Damaſcenum ſpectantia. Conſtantinus Acropolita veluti paraphraſtes Ioannis Hieroſolymitani, in editione noua Operum Damaſceni omiſſus, at *Iohannes, Hieroſolymitanus,* a *Mich. le Quien* graece et latine tomo primo praemittitur notis etiam illuſtratus, quibus nonnullae illius hallucinationes caſtigantur. Hinc ibidem ex editione Damaſceni latina Colonienſi et codice regio Paris. latino MMMCMLXVI. ſequitur *Narratio* ex graeco, vt videtur, conuerſa, *de S. Ioannis Damaſceni vita et conuerſatione,* quae incipit: *quemadmodum dulce philocoſmis exſiſtit.* Praeterea excerpta e Vincentio Bellouacenſi, e Menaeis, variaque variorum, veterum praecipue, de Damaſceno teſtimonia. Et praeclara *Leonis Allatii* de Damaſceni ſcriptis commentatio ex opere eius inedito de libris apocryphis.

Amicitia coniunctos f) ſibi habuit Ioh. Damaſcenus praeter Coſmam, melodum, et, a quo creatus eſt presbyter, Ioannem, patriarcham Hieroſol., Petrum, Maiumenſem et Petrum, Damaſcenum: diſcipulosque, Ioannem, Laodicenum, Theodorum, Abucaram, (Carorum epiſcopum,) et Stephanum, eccles. Hieroſol. presbyterum ac ſyncellum, Anaſtaſiumque, monaſterii S. Euthymii praepoſitum, auctorem libri contra Iudaeos, quem latine ex Turriani verſione H. Caniſius tom. III. antiq. lect. p. 67. edidit.

[¶] [*Codices MSSt. et*] *editiones operum Io. Damaſceni.*

[Primum *codd. msstos* nonnullos paucis commemorabo. Quum autem magna codd. vis in variis reſtet bibliothecis, breuitati cum maxime inſeruiendum eſt. Adde de codd. Oudin. p. 1730. ſqq. Secundum catal. codd. Angliae etc. modo plura, modo pauciora, modo ſingula Damaſceni opp. aut etiam particulae ac fragmenta ſeruantur in codd. variarum bibliothecarum. Nominantur igitur in tomo I. in bibl. *Bodlei.* inter codd. *Baroccianos* nr. 5. excerpta; nr. 10. epiſtolae et bis de fide, nr. 15. fragm. de Epactis; nr. 49. duo opuſc. nr. 85. de deo vno; nr. 107. de miraculo S. Michaelis; nr. 196. duo fragmm. nr. 197. de paſſione Domini et alia: — inter codd. *Th. Roe,* nr. 251. narratio (f. fabula) de abſciſſa manu Io. Damaſceni et quomodo a virgine Maria, ſanata fuerit; — inter codd. *Laudi* nr. 506. quod panis et vinum conſecrata non ſint ſignum dominici corporis, ſed ipſum corpus et ſanguis Chriſti; nr. 698. de 22. litteris alphabeti; (v. infra, nr. 30.) nr. 1229. varia opera; — inter codd. *Bodl.* nr. 2877. de imaginibus, de cruce adoranda, de fide; de Sctis etc. — inter codd. *Selden.* nr. 3216. libell. *ruſſicus,* continens aliquid, vt videtur, ex Damaſceno, vel de eo. — In tomi I. parte II. cat. *Oxon.* in coll. Merton. nr. 612. quinque opuſc. — in coll. Mar. Magdal. nr. 2333. quaedam opuſc. latine. — In tomo II. inter codd. *Cantabr.* nr. 279. de quibusdam Sctis etc. — nr. 1502. opus in IV. libros diuiſum: pr. *deum nemo vmquam vidit.* — nr. 1743. tria opp. — nr. 1850. tabulae in Anſelmum et Damaſcenum. — nr. 2117. ſub indice vago aut falſo, (conf. nr. 26. dicta,) liber, qui *Manſur* dicitur, de graeco in latinum translatus. — In vol. II. in variis biblioth. nr. 828. flores ex

f) Vide notas ad vitam Damaſceni pag. 23.

ex Damafceno aliisque a Mag. Thoma de Hibernia, focio Sorbonae, collecti. — nr. 1608. opera quaedam: — 189. de vera traditione; — nr. 5958. 5959. 9079. 9291. varia opp. — part. II. *Dublini* etc. nr. 507. narratio fabularum Saracenica dialecto per Io. Damafc. — nr. 1019. lectiones ex Damafc. — *Paris.* in bibl. publ. de variis modis, quibus res vna alteri coniungi dicitur, in cod. MIXV. — de facris myfteriis, in tribus codd. — Io. Damafc. excerpta e Chryfoftomi homiliis in epp. Paulli, in II. codd. (v. infra ad nr. 4. fcriptorum, quae in ed. le Quien non exftant) — de hominis natura et animi partibus, in II. codd. — capp. de dei incomprehenfibilitate, in II. codd. (nec non in cod. *Naniano* CCXCI. nr. 6. fec. cat. codd. gr. Nan. p. 488.) — de corpore et fanguine Chrifti in cod. MMCCCXV. — de libero arbitrio, in cod. MDCIII. — fragmentum de rebus geographicis, in cod. MMDCCCXLVII. et plurima Damafc. opera inferta funt codd. MCV. vsque ad cod. MCXXIV. nec pauci codd. *Paris.* deinceps laudabuntur. — *Montfaucon.* in biblioth. bibl. Coislin. permultos variorum Damafc. opp. recenfet codd. quorum magnam partem quia iam confuluit *le Quien,* breuitatis ftudio ad paginas tantum bibliothecae Coisl. vbi illa adducuntur, prouocabo; pag. 143. multa Damafceni opera in cod. XCII. — pag. 271. bis, 274. bis, 306. 404 — 407. 412. fq. 581. aliquoties. — *Venetiis* in codd. *Nanian.* LXXXIII. opera Damafc. cum eius vita, feu potius fermone de eius laudibus. — et CCXCI. opus quoddam, fecundum illorum catal. pag. 170. et 488. — in bibl. *Marc.* permulta opp. in cod. CXXXIX. — περὶ τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων, in cod. CCCCXCVIII. — epift. ad imp. Conftant. Copronymum; explanatio XII. capitulorum f. anathematifmorum, atque ep. ad Theophil., imp., de imaginibus. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 79. fq. 261. 301. et 302. — Quaedam in codd. bibl. S. Crucis Florentiae, tefte *Franc. Anton. Zacharia* in itinere litter. per Ital. p. 97. 98. 99. — Auctore *Montfauc.* in diario ital. pag. 13. (et in bibl. bibl. MSSt. p. 499. *C. D.* ac p. 528. *D.* in tribus codd.) plura opera Damafc. *Mediolani* in bibl. Ambros. — p. 62. opp. philofophica et rhetorica, *Venetiis* in bibl. Contarina: — p. 216. et 217. et 337. varia opp. *Romae* in coenobio S. Bafilii et in duobus codd. monafterii *Cryptae Ferratae;* — p. 392. *Fefuli* in coenobio canonicor. regular. Damafceni quaedam latine: — p. 408. *Bononiae* in monaft. S. Saluatoris, Damafceni τί ἐστι θεός; — p. 433. *Venet.* in bibl. Iulii Iuftiniani, procurat. Damafceni canon et aliqua aftronomiae opufcula. — Ab eodem *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. permulti variarum bibliothecarum codd. qui Damafceni opera vel pauciora vel plura continent, enumerantur. Hic mentionem faciam plurium opp. *Romae* in bibl. Ottobon. (I. p. 184. *A. C.*) in bibl. *Sfortiana,* (I. p. 703. *A. B.* p. 705. *B.* et p. 706. *C.*) — *Venetiis* in bibl. Meletii Typaldi, Damafc. parallela et alia; (p. 478. *C.*) — *Veronae* in Mufeo Io. Saibantae, et *Auguftae Vindel.* quaedam Damafceni. (p. 490. *D.* et p. 593. *B.*) — *Paris.* in bibl. Coislin. opera, flauice. (pag. 1042. *B.*) — Varia opp. in codd. *Bauar.* v. cat. codd. gr. Bauar. p. 10. 11. 12. fq. 18. 51. et pluribus locis. — Bibl. *Vindobon.* Caefaream abundare codd. qui multa variaque Damafceni opp. continet, vno obtutu videbis in indice ad *Neffelii* catal. caefar. p. 75. fq. Hic nonnullos praecipue, qui particulas aut fragmm. Damafc. continent, codd. duce *Lambecio,* doctius et copiofius eos recenfente, indicabo. In vol. III. cod. XIX. fin. Damafceni preces facrae, (p. 95.) — in catenis in Lucam, ep. ad Romanos et in praecipua V. ac N. T. in codd. XLIV. XLVI. et XLVII. (Ita haud infrequens fit mentio Damafceni in catenis in libros

bros sacros, supra in vol. VIII. p. 679. etc.) In vol. V. pag. 245. sq. in cod. CCXLVI. nr. 12 (cuius lectt. interdum discrepant ab ed. Paris. 16 9. *F.* p. 931. sqq) et vol. VII. p. 227. sq. in cod. LXIV. nr. 3. oratio de incorruptibili corpore Christi, quod in sacra synaxi accipimus. — *Wratislauiae* in bibl. Rehdinger. opp. v. *Kranz* Memor. illius bibl. pag. 83. — *Mosquae* in bibl. synod. in cod. XIII. s. variis scriptis contra Latinos, fragmm. in specie in orat. εἰς τὴν θεόσωμον ταφήν· v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 21. et 22. — Excerpta sunt aut fragmm. in variis codd. *Laurent.* sic in cod. XX. nr. 8. et 9. plut. 71. *de figura terrae* et *caput dialecticum de nominibus* etc. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. III. pag. 14. — conf. paullo post ad nr. 1. — Citatur Damasc. a *Io. Cantacuzeno* contra Palamam; in opere anonymi aduersus eumdem et in thesauro orthodoxae fidei. conf. *Bandin.* cat. cit. I. pag. 254. 358. et 433. — In quot codd. *Escurial.* multa variaque Damasceni opp. reperiantur, discimus ex *Plüeri* itinerar. per Hispan. p. 175. sq. — De quibusdam codd. Damasc. memorabilia quaedam adnotauit *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 58. 65. sq. 503. sq. et p. 404. in diplomate quodam graeco nominatur *Damasceni dialogus.* — En nubem codd.! et tamen deinceps variorum opp. codd. haud paucos adhuc suis locis excitabimus. *Harl.*]

Graecae edd.

Liber de fide orthodoxa, cum orat. de iis, qui in fide obierunt, prodiit graece auspiciis Io. Matthaei Giberti, Veronensis episcopi, cum praefat. *Donati Veronensis* ad Clementem VII., pontificem. Veronae apud Stephanum et fratres Sabios 1531. in 4. typis luculentis. *Fabr.* Rarissimae huius edit. quam habeo, inscriptio est: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων. *Ioannis Damasceni editio orthodoxae fidei. Eiusdem de iis, qui in fide dormierunt.* Veronae. MDXXXI. 4. Dedicationem latinam sequitur praefatio *Donati Veronensis*, graece scripta, in qua laudat et Damascenum et *Ioann. Matthaeum Gibertum*, episcopum Veronens. cuius iussu et impensis, se, fatetur, collatis exemplaribus, opus descripsisse et a mendis purgatum dedisse chalcographis typis exprimendum. Add. cel. *Panzer.* A. T. vol. VIII. p. 562. — Iidem libri graece, ex edit. *Ioann. Ephesini.* In Moldauia 1715. 4. *Harl.*

Vita et libri III. de imaginibus, Rom. 1553. 8. *Fabr.* In *Maittaire* A. T. indic. pag. 324. haec est inscriptio: *Io. Damasceni* orationes tres, et *Theodori* de imaginum cultu, et *Io. Damasceni* vita a Io. patriarcha Hierosolymit. scripta gr. (edente *Nicolao Maiorano,*) Romae ap. Steph. Nicolin. Sabiens. chalcogr. apostolic. 1553. 8. *Harl.*

Latinae.

Quandoquidem versio libri de Fide orthodoxa a *Burgundione,* siue Pisano, Federici Aenobarbi praefecto, saec. XII. composita et Thomae Aquinati pridem lecta n n vidit lucem: [v. ad nr. 3.]

Idem liber ex *Iacobi Fabri,* Stapulensis, interpretatione Paris 1507. in 4. primum editus est ex officina H. Stephani, aui. Et cum commentariis *Iodoci Clichtouei* ad Iac. Ambasium.

ſium, epiſcopum Claromontanum, Paris. 1512. et 1519. [g]) et ſine commentariis Marpurg. 1602. in 8.

Cum breuioribus Fabri, interpretis, notis, et orat. de iis, qui in fide dormierunt, per *Io. Oecolampadium* verſa et hiſtoria Ioſaphat et Barlaam, Baſil. 1535. et 1539. [h]) praemiſſa vita *Io. Damaſceni,* ſcripta a Iohanne, patriarcha Hieroſol.

Ex recenſione *Henrici Grauii,* Nouiomagenſis ord. praedicator. Colon. 1546. apud Petrum Quentel, in qua editione latina acceſſerunt Damaſceni logica, et introductio elementaris ad Ioannem, Laodicenum epiſc. nec non liber de duabus voluntatibus et operationibus, epiſtola ad Iordanem, archimandritam, de hymno triſagio, liber de haereſibus, fragmentum ſententiarum de octo vitiis, altercationes cum Sarraceno, et de iudicio, carminaque et cantica varia, cum Coſmae Maiumenſis et Theophanis ac Scholarii quibusdam.

Ex verſione meliore vel recenſione *Iacobi Billii,* Prunaei abbatis, Paris. 1577. in fol. in qua edit. praeter plura, in edit. graecolat. Baſil. 1575. obuia, primum acceſſerunt latine tantum Parallela ſacra, Phyſica, Vita S. Stephani iunioris et Octoëchus: Graece vero et latine oratio de Chriſti transfiguratione, et de natiuitate B. Mariae [777] orationes tres. Haec editio, de qua in Apparatu ſacro Poſſeuinus, non ſine auctario recuſa eſt Paris. 1603. [item 1615. ap. Oudin.] et 1619. [i]) fol. curante *Frontone Ducaeo.*

Graeco-

g) Editio a. 1512. fol. eſt in bibl. acad. Erlang. et inſcripta: *In hoc opere contenta. Theologia Damaſceni*, quatuor libris explicata: et adiecto ad litteram commentario elucidata. I. de ineffabili diuinitate. II. De creaturarum geneſi, ordine Moſeos. III. De iis, quae ab incarnatione vsque ad reſurrectionem Chriſti. IIII. De iis, quae poſt reſurrectionem vsque ad vniuerſalem reſurrectionem. Haec Damaſceni cum expoſitione prima aemiſſio typis abſoluta eſt Pariſiis, ex officina Henr. Stephani e regione ſcholae Decretorum. Anno MDXII. Nonis Februarii. *Iudocus Clichtoueus*, *Neoportuenſis*, in epiſtola nuncupatoria opinatur, Petrum Lombardum a Damaſceni theologia, vt archetypo, exemplum ſui operis (ſententiarum libri,) elucubrandi ſumſiſſe. De tribus hisce editt. Pariſiens. v. quoque cel. *Panzeri* A. T. vol. VII. p. 525. et 564. vol. VIII. p. 54. et X. p. 7. *Harl.*

h) V. *Panzeri* A. T. VI. pag. 308. nr. 1035. *Harl.*

i) Haec editio, plenior, quam Baſileenſis, ab *Hambergero* Z. N. III. pag. 531. ita indicatur: *Dam.* Opera partim gr. et lat. partim latine tantum, multo, quam antehac auctiora, ex edit. *Iac. Billii.* Paris. magna nauis. 1619. fol. — *Oudin.* in comm. de ſcript. eccl. I. col. 1727. ſqq. vberius recenſet edd. Baſil. 1548. et 1575. Paris. 1577. 1603. 1615. et 1619. Add. *Io. Fabric.* hiſtor. bibl. Fabr. tom. I. pag. 150. ſqq. de ed. Baſil. 1548. vbi quoque de Damaſceno eiusque interpretibus agitur. In illa ed. eſt etiam Damaſc. ſententiarum aliquot fragm. *Bilibaldo Pirckhaimero* interprete, a quo verſae ſunt et editae *Nili* ſententiae morales, e graeco in latinum verſae, et excerpta quaed. ex *Damaſceno,* Noribergae, Frid. Peypus impreſſit, ſ. a. in 4. Pirckheymeri tamen epiſtola ad ſororem ſuam, *Claram*, apud diuam Claram Nurembergae monialem, data 4. Cal. Ian. M. D. XVI. eſt praefixa. v. *Maittaire* A. T. II. p. 278. *Harl.*

Graecolatinae.

Basileensis apud Henricum Petri, cum *Marci Hopperi* praefatione a. 1548. fol. vbi ante Io. Cassiani, latini scriptoris, opera exhibetur graece et latine *Io. Damascenus de orthodoxa fide*, cum commentariis Io. Clichtouei, et liber de iis, qui in fide obdormierunt. Latine autem tantummodo cetera, quae in Coloniensi Grauii editione exstare iam dixi. Repetita est haec editio Basil. 1559. in fol.

Basileensis tertia a. 1575. fol. prioribus duabus longe plenior, et itidem Cassianum habens adiunctum, atque vtraque lingua exhibens praeterea dialogum Damasceni contra Manichaeos, aliaque scripta complura. Cum eiusdem Hopperi praefatione.

Parisiensis denique, curante praeclaro atque eruditissimo viro, *Michaele le Quien*, Morino Boloniensi, ordinis FF. praedicatorum, qui prouinciam, quae ante ipsum *Io. Auberto*, k) *Francisco Combefisio* et *Philippo Labbeo* l) designata videbatur, occupauit cum summa laude m) [[?]] atque egregie obiuit, publicatis graece et latine *Io. Damasceni operibus* sic, vt non modo plura inedita ex MSS. in lucem protulerit primus, aut latine tantum vulgatis graeca addiderit: sed etiam, quae vtraque iam lingua exstabant, castigauerit redideritque noua vel castigata versione illustriora, et doctis notis, praemissisque praeter priorum praefationes editionum luculentis prolegomenis atque de doctrina Damasceni dissertationibus n)

Ssss 2 expli-

k) *Aubertus* post Cyrillum, Alex., voluit etiam Io. Damasceni editionem curare ex decreto illustris cleri Gallicani a. 1656. 21. Ian. Sed dum Ephraimum Syrum edere prius instituit, neutrum perfecit; neque *Combefisius* potuit ab eo, vel ab eius heredibus impetrare, quae *Leo Allatius* ad Aubertum Roma Lutetiam miserat, et quorum catalogum ex Allatii συμμίκτοις p. 448. seq. laudatus le Quien in prolegomenis exhibet. Meminit et Allatius in epistola ad Aubertum, dissertationi II. de libris ecclesiasticis Graecorum praemissa. Combefisius vero, cui cleri Gallicani iudicio sparta haec deinde ornanda fuit commissa, *dolet periisse*, inquit in bibl. concionatoria, *tanta illa Allatiana, Auberto, Damasceni operum editionem pollicenti, missa.*

l) *Labbeus* Paris. 1652. in 4. edidit conspectum operum Damasceni, in quatuor partes tributorum, in quo non vult videri vsus transmissis ab Allatio, sed de illis, velut necdum sibi visis, loquitur, licet *Allatius* in epistola ad Nihusium, quae symmictis p. 446. inserta est, haud obscure plagium ipsi eo nomine obiiceret. Idem *Labbeus* tom. I. libri de scriptoribus ecclesiasticis, a. 1660. editi, pag. 556. conspectum suum nouae editionis Damasceni memorans, *quam tum demum*, inquit, *aggrediar, cum ex aliis occupationibus liber emersero, et eruditos viros, quorum operam auxiliumue etiamnum imploro, in subministrandis ad eam perficiendam subsidiis paratiores fuero expertus.* [Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1736.]

m) Conspectum operum Damasceni a *Lequinio* a. 1700. Parisiis separatim editus est, atque exstat praeterea in Diario eruditorum Hanoucrano Io. Georgii Eccarti (Monathlichen Auszug) a. 1700. mense Augusto p. 526. seq. Vide et Memorias litterarias Treuoltinas 1709. mense Augusto, p. 1440. seq. et a. 1713. p. 1. seq. Scripta, quae in duobus tomis Lequinii non exstant, et in conspectu, vel Lequiniano, vel Labbeano, aut Allatii catalogo, commemorantur, referam infra post notitiam editionis Lequinianae.

n) Dissertationes Damascenicae, ab editore operi praemissae, sunt septem. I. de processione Spiritus

explicuerit, Paris. 1712. fol. II. volum. Non me fugit, hoc opus certatim laudatum esse, et laudatum esse ex merito a Diariorum eruditorum scriptoribus, in Ephemeridibus Paris. a. 1712. mense Ianuar. in Actis Erudit. quae latine eduntur a. 1713. p. 1. et quae germanice, tom. I. p. 311. 365. in Diario, quod sub noui Musei titulo, itidem vernacula lingua Lipsiae menstruis interuallis prodit (neuer Bücher-Saal) parte XXXIII. p. 600. etc. *) Sed puto tamen ab illis mihi relictum esse locum obsequendi instituto meo, quod in aliis scriptoribus graecis hactenus obseruaui, vt Damasceni scripta secundum ordinem editionis huius optimae lectori adnumerare, mihi liceat.

[779] *Tomo I.*

In hoc familiam ducit ΠΗΓῊ ΓΝΏΣΕΩΣ p) siue opus tripartitum, quod titulo *Fontis scientiae* auctor ipse commendauit, hoc est *Dialectica*, *liber de haeresibus*, et liber *de orthodoxa fide*. q)

1. Κεφάλαια φιλοσοφικά. *Capita philosophica*, siue *dialectica*, cum praefixa epistola ad *Cosmam*, Maiumae iam episcopum, adeoque scripta post a. C. 743. p. 1—74. Huius dialecticae, in qua *Porphyrium* de quinque vocibus et Aristotelis logica scripta secutus Damascenus est, compendium latine prodierat in antiquis editionibus, ex versione fortassis *Burgundionis*, Pisani. [v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 273.] Ac in editione Basil. 1575. Graecis fusioribus epitome latina male accommodatur. Eamdem epito-

Spiritus S. II. de auctoritatibus, quibus Eutychiani haeresin suam tuebantur. III. de epistola, Chrysostomo tributa, ad Caesarium, monachum et aliis quibusdam, a Damasceno primum laudatis scriptis. IV. de epistolis ad Petrum Fullonem de Trisagii additione, et de expositione fidei inter Iustini, martyris, opera. V. de oratione Damasceni de iis, qui in fide obdormierunt et de purgatorio secundum orientalis ecclesiae sensum. VI. de azymis et postremo CHRISTI paschate, et VII. de Christianis Nazarenis et eorum fide, nec non de Ebionitis. [In introduct. s. praef. recenset idem omnes versiones lat. atque editt. tam latinas, quam graecas, et graeco-latinas. Idem iudicat de Damasceni libris et scribendi genere, et *Baronii* sententiam, *in multis* Damasceni *scriptis fidem vacillare et compluribus ipsum scatere mendaciis*, contra Casaubonum et Gerh. Vossium defendere studet. *Harl.*]

o) Add. censuras in: *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VIII. p. 517—529. in primis *Oudin.* l. c. pag. 1762. sqq. in cap. VI. ex Eccarto repetitus est conspectus opp. Damasc. a Lequinio separatim editus; cum auctario dein in cap. VII. agitur de ipsa *Mich. Le Quien* edit. iisque Damasceni scriptis, quae in vtroque vol. continentur tum pag. 1767. sqq. in cap. VIII. de praerogatiuis atque defectibus illius editionis, et pag. 1774. sqq. in cap. IX. legitur discussio operum, quae tomo II. editionis illius continentur. — Illa *Mich. Le Quien* ed. recusa est Venetiis 1748. fol. et in fronte laudatur: *editio nouissima Veneta longe aliis accuratior. Harl.*

p) Vide notas ad vitam Damasceni, scriptam a *Io. Hierosol.* pag. XIX. et *Allatium* de Damasceno §. XX.

q) Hinc etiam illa tria opusc. praecipue nr. 1. et 3. memorata, in aliquot codd. iunctim posita sunt. *Harl.*

epitomen interpretatio arabica repraesentat teste Lequinio, quae non est edita. Idem Graeca integra ex pluribus codicibus regiis MSS. et editione Basil. recensuit, nouaque versione donauit. *Fabr.* [In bibl. Britannicis secundum cat. codd. Angliae etc. in tom. I. in bibl. *Bodlei.* sunt nr. 298. 702. 1882. opera nr. 1. et 3 a Fabricio signata: — (eadem inter codd. bibl. *Harleianae*, nr. 5649. et in cod. *Bauar.* CLXI. teste cat. gr. codd. Bauar. p. 62.) — nr. 2524. *Damasceni.* 1) Logica; sed, adnotante catalogi confectore, ordo capitum a 25. ad 32. non prorsus idem est, qui in editis, vti codex hic MS. ita et alii pro vno eodemque opere habent, quae in editis pro binis habentur, e. g. dialectica et de orthodoxa fide. Et certe epistola ad Cosmam episc. plane euincit, non esse distincta opera: habentur in hoc cod. nonnumquam etiam scholia, siue notae longiores, sed rariores, vbi alicubi in summo margine legitur τῦ αὐτῦ Ἰωάννȣ etc. 2) de orthodoxa fide. — nr. 3614. de orthodoxa fide; logica; introductio dogmatum, ad Io. episcop. Laodiceae, quae multum differt ab edita; epist. de Trisagio ad Iordanem, archimandritam, quae non concordat cum excusa. — Inter codd. coll. *Etonens.* tom. II. cat. nr. 1823. Logica; elementarium; de duabus naturis et vna hypostasi; — *Cantabrig.* in bibl. publ. nr. 2297. introductio dogmatum, elementarium a voce S. Damasceni ad Io. episc. Laodiceae, ac nr. 1. 2. 3. a Fabr. signati. — tom. II. cat. nr. 2276. inter codd. *Voss.* definitiones philosophicae. — In bibl. publ. *Paris.* de dialectica in viginti et duobus codd. — de haeresibus in codd. quatuor. — Orthodoxae fidei expositio in codd. Viginti et septem, secundum catal. etc. tom. II. — In *Coislin.* cod. CCCLXXV. dialectica, capp. 150. quorum quaedam desunt ab initio, quaedam sunt transposita. — in cod. CCCLXXVIII. tribuitur Damasceno lib. *de azymis*, (de quo vide infra, nr. 24.) teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 584. et 585. — *Matriti* in cod. reg. LXXXII. de fide orthodoxa, et cod. CXV. Logica, de quibus codd. multus est *Iriarte* cat. codd. Matr. p. 303. et 455. sqq. — *Augustae Vindel.* Logica, iterumque cum op. de orthodoxa fide, in II. codd. — In bibl. caesar. *Vindob.* vol. V. Lamb. nr. 1. 2. 3. in cod. CCII. — nr. 1. et definitiones theologicae, in cod. CCI. — nr. 1. et 3. in cod. CCIII. atque CCV. et CCXCIII. et nr. 1. cum antiquis graecis scholiis margin. tabulis synopticis et prolegomenis generalibus de philosophia, ad nr. 3. in cod. CCIV. — Logica in capita L. diuisa, in cod. CCXCIV. v. *Lambec.* comm. V. p. 4. sq. vbi Kollar. in nota de voc. *Maiuma*, h. e. portu maris, et festiuis ludis, in honorem Dionis Veneris primo vere a Gazaeis praesertim celebratis nominique Maiumarum insignitis multus est, *) — p. 1. sqq. p. 6. sq. vbi Kollar. de illo cod. et de *breuiore Damasceni logica* curatius differit; p. 9. sq. vbi notat Kollar. prolegomena gener. in cod. CCIV. nequaquam esse in Damasceni Logicam, sed in *Porphyrii* Isagogen de quinque vniuersalibus praedicamentis; p. 12. sqq. vbi conf. Kollarii not. — p. 323. — p. 535. et 539. — Tum in vol. IV. nr. 1. et 3. ac 21. item definitiones

*) *Lambec.* de illis ludis, de Maiuma, et de Cosma, episcopo Maiumae, late disputat in comm. vol. IV. p. 270. sqq. de cod. CXLVII. in quo nr. 14. est Damasceni *Dialectica*, ab edit. lat. *Iac. Billii* valde discrepans.

sitiones theologicae per interrogationes et responsiones, in cod. CXLVII. — excerpta ex operibus, nr. 1. et 3. indicatis, in cod. CLVII. — ex opere de orthodoxa fide fragmentum de processione Spirit. S. in cod. CLXI. et caput de virginitate, in cod. CLXV. — Fragmenta quaedam miscellanea, in cod. CLXXXVII. — primae institutiones de decretis et placitis, et dialecticae caput I. de cognitione in cod. CLXXXVIII. — nr. 3. in codd. CXCVIII. in quo opus diuisum est in capita CXLIX. et duobus sequentibus, et in horum vltimo opus diuisum est in capp. CII. et margini adposita sunt antiqua nonnulla scholia; denique p. 177. sq. exstat adpendix quaedam de diuinis nominibus. v. *Lambec.* V. p. 268. sq. et 270. sq. — p. 340. — p. 358. sq. — p. 384. — 447. — 450. et 478. sqq. — atque in vol. VII. p. 382. in cod. XCV. 6. Logica cum praefat. ad Cosmam, episc. Maiumae, portus et emporii Palaestinae. — *Venetiis* in cod. Marc. CXL. et D. opp. nr. 1. et 3. — in cod. CCCCXCVIIII. opus nr. 3. in centum capp. diuisum: — in cod. DLXXXVII. dialectica, cum epistola ad Cosmam: v. cat. codd. gr. Marc. p. 80. 265. et 308. — *Florentiae* in bibl. Laurent. sunt in variis codd. modo capita philosophica et theologica; modo excerpta ex dialectica et capitibus philosophicis; aut caput de nominibus; aut excerptum de deo; modo dialectica secundum breuiorem methodum; modo expositio orthodoxae fidei; modo citatur Damasc. in alienis operibus. Breuitatis studio ablego lectores ad *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. (vbi interdum ille vberius persequitur ordinem rerum argumentaque aut differentiam codd. ab editis aliaque notatu digniora,) tom. I. pag. 255. et 273. et 422., 1. et 2. ac tom. III. p. 375. sq. rursus in tom. I. p. 492., 3. tom. III. p. 4. nr. 7. p. 11. sqq. nr. 1. 2. et de diuin. nominibus nr. 9. — p. 34. nr. 2. — p. 324. nr. 20. ex Io. Damasceni capp. theologicis aliisque patribus excerpta de Spiritu S. — pag. 394. cod. XIV. nr. 2. add. supra in notit. codicum generali, sub finem. — *Taurini* in bibl. quondam regia, capp. philosophica in codd. CCXV. et CCLXXXVII. — vita Damasceni a *Io.*, patriarcha *Antiocheno*, scripta; — de S. Trinitate, (s. caput VII. libri I. de fide orthod. tom. I. p. 131. ed. Lequien.) de diuinis nominibus et de loco dei, in cod. LIV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 308. 384. et 157. *Harl.*

2. Περὶ αἱρέσεων ἐν συντομίᾳ, πόθεν ἤρξαντο καὶ πόθεν γεγόνασιν. *De centum haeresibus* compendium, vnde ortae sint et quomodo prodierint pag. 76—118. [r]) Ex S. *Epiphanii* Anacephalaeosi ad verbum fere repetitum, cui ex Theodorito, Timotheo et Sophronio paullo plusquam viginti sectarum enarrationem et de Mohammedanis nonnulla Damascenus subiecit. [s]) In prioribus editionibus occurrit latine tantum, ex versione *Ioachimi Perionii.* In Coloniensi, alia legitur interpretatio incerti auctoris, quem Lequinius putat *Burgundionem,* Pisanum. Partem postremam de Mohamedanis graece e codice Augustano suppleuerat latinamque versionem addiderat *Fronto* *Ducaeus*

r) Conf. de additamento; quodam p. 115. sq. *Walch.* histor. haeres. tom. XI. pag. 323. sq. *Harl.*

s) Conf. supra, vol. VIII. p. 265. sq. *H.*

Ducaeus in editione Damasceni latina Paris. 1619. in fol. Graece librum integrum primus ex codice regio Paris. MMCCCXXXVI. vulgauit *Io. Baptista Cotelerius* cum versione sua et notis, in tomo primo monimentor. ecclesiae graecae, Paris. 1677. in 4. p. 278—337. Lequinius praeterea contulit cum codicibus regiis MMMCCXLIV. et MMCMXXX. atque Augustano, nec non illo, quo Perionius ad versionem suam concinnandam est vsus, et cum Epiphanio ceterisque haeresiologis, et vberiores notas adiunxit. Professio [*] fidei, qua librum de haeresibus obsignauit Damascenus, graece vulgata est a *Lambecio* VIII. p. 426. *Fabr.* S. pag. 898. sqq. ed. Kollar. cuius notas pag. 901. et 903. conferes, de cod. caesar. XLIV. nr. 43. vbi exstat Damasceni epitome Panarii s. operis Epiphanii aduersus 80. haereses cum continuatione ad suam vsque aetatem. Illum epilogum totum, quem *Lambec.* graece euulgauit, reddidit quoque gr. et lat. *Le Quien* in sua edit. tom. I. p. 117. Idem liber de haeresibus exstat in cod. caesar. CCII. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 5. sq. ibique not. Kollar. In eod. vol. p. 257. in cod. CCXLVII. nr. 16. sunt capita falsorum dogmatum haeresium Massalianorum, at, indice *Kollario,* hoc syntagma ex iisdem auctoribus eorumque similibus congestum esse videtur, e quibus Damasceni compendium de haeresibus est collectum, quia codicis illius caes. de Massalianis capita eadem, sed correctiora et pleniora, omnino sint cum iis, quae *Cotelerius* in eccles. gr. monument. tom. I. pag. 278. in lucem protulit. In eod. cod. CCXLVII. nr. 25. est Damasc. liber contra haereses, at multo auctior. v. *Lamb.* V. pag. 266. sq. ibique Kollar. — Varia Damasceni fragmm. ex opere contra haereses exstant in cod. CCLI. siue anonymi cuiusdam locis communibus asceticis, plura dabit *Lambec.* V. pag. 324. sqq. — Damascenus in libr. de haeresibus tom. I. p. 302. ed. Coteler. Collyridianorum s. Collyridianarum mentionem facit: de quo loco et haeresi Collyridian. quaedam adnotat *Kollar.* ad Lamb. VIII. p. 303. Lambec. vero ipse late demonstratum it, errasse Collyridianos, qui, b. Mariam pro dea habentes, morti eam non fuisse obnoxiam falso crediderint. add. *Walch.* hist. haeres. tom. III. p. 625. sqq. de secta illarum foeminarum, et infra, nr. 31. *i.* — In *Th. Gale* cod. XX. s. cat. codd. Angliae etc. II. nr. 5855. catalogus haeresεων ex Io. Damasceno. — In cod. *Coislin.* XXXIV. fol. 195. de quo v. supra, vol. VIII. pag. 265. not. *cc.* — Vid. quoque *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* pag. 111. de cod. XXXVII. siue *Niconis* collectione locorum tam S. scripturae, quam patrum, in his *Io. Damasceni* amplissima. — *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. Add. *Oudin.* l. c. pag. 1738. de codd. *Harl.*

3. Ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. *Orthodoxae fidei accurata expositio,* pag. 123—304. Capitibus centum, [t] non, quatuor libris hoc opus a Damasceno distributum est, vt ex Graecorum codicum MSS. inspectione Lambecius et Lequinius

t) Vti in cod. *Laurent.* XVI. 2. v. *Bandin.* I. p. 255. sq. *Harl.*

nius testantur. u) Addit hic vir doctissimus, nec in editione graeca Veronensi 1531. in 4. partitionem in libros quatuor exhiberi: quod de contextu ipso verum est; sed in summis paginis per totum opus, quatuor librorum numeri notati comperiuntur. Nec illa diuisio in vetustis priscae versionis latinae MStis occurrit, nisi forte secunda recentiorique manu et atramento in marginalibus quorundam oris adnotata. (In bibl. Taruisiana *rubricae libri Io. Damasceni, presbyteri, in quo est traditio certa orthodoxae fidei, traducta de graeco in latinum a Burgundione Iudice ciue Pisano sub Eugenio III. Pont. Max.* apud *Montfauconum* p. 75. Diarii Italici, [et in bibl. bibl. MSS. I. p. 482. *E.*] Vestigia distinctionis in quatuor libros iam deprehenduntur apud S. Thomam Aquinatem, et Vincentium Bellou. XXVII. 102. speculi naturalis, qui versione latina vsi sunt. *Quamobrem existimo,* inquit Lequinius, *eiusmodi partitionem a Latinis excogitatam introductamque fuisse ad instar quatuor librorum Petri Lombardi.* Nam vt inter latinos *scholasticos* Petrus hic, magister sententiarum, tot aliis praeiuit; v) ita primus fuisse Damascenus inter graecos ecclesiae doctores cognoscitur, qui plenius et σωματικώτερον subtiliusque vniuersum theologiae systema ordine fuit complexus, ipsis plerumque verbis, quibus diuina mysteria ediffeiit, visus praeclarorum patrum, (Basilii M. Gregorii Nysseni, Nemesii, Athanasii, Epiphanii, Chrysostomi, Cyrilli Alex. personati Dionysii Areopag. Leonis M. Leontii Byz. Maximi, confessoris, praecipue vero Gregorii, Naz.) Adnotationes *Roberti Groshead,* siue *Capitonis,* Lincolniensis episcopi, qui saeculo XIII. in Anglia claruit, in librum Damasceni de orthodoxa fide, male e graeco interpretatum, memorat *Io. Lelandus* pag. 285. de scriptoribus Britannicis. Sed nec Burgundionis w) interpretatio, nec Roberti adnotationes hactenus editae sunt. Idem *Robertus* in libro

u) Add. *Bandin.* l. c. tom. I. pag. 274. vbi cod. Laur. XXIII. habet capp. CIII. vti alii: conf. ad nr. I. de codd. *Harl.*

v) *Iac. Thomasius* diss. de doctoribus scholasticis latinis, Lips. 1676.

w) Conf. *Oudin.* tom. II. pag. 1296. sqq. — Exstat haec interpretatio in aliquot MSSt. codd. *Venet.* in bibl. Marc. inter codd. lat. in cod. LXXXIII. opus in centum capp. distributum est, sine vlla librorum diuisione; cuius initium adtulit *Zanetti* in cat. illorum codd. pag. 59. de quo cod. et Burgundionis versione disputat *Io. Domin. Mansi* ad *Fabricii* biblioth. lat. med. et inf. aetatis, tom. I. pag. 305. (vbi de *Burgundione* s. *Burgundio* copiosius agitur,) et contra Fabricium, negantem, versionem illius operis vnquam paruisse, „quum, inquit, eius exordium adferat *Zanettus* (l. c.) atque illud ego contulerim cum vetustissima edit. Veneta, a. 1514. quae ex versione Iacobi Fabri Stapulensis expressa legitur in titulo, vna eademque cum illa mihi visa est. — — Fortasse Faber interpretis Pisani versionem reformauit, atque hinc inde interpolauit.“ — In bibl. publ. *Paris.* inter codd. lat. cat. vol. III. cod. MMCCCLXXV. et quatuor sequentibus, occurrit *Burgundionis* interpret. atque in cod. VIIMDCCX. nr. 9. vol. IV. p. 387. notante auctore catalogi. „Damasc. traditio orthodoxae fidei, *Guidone siue potius, Burgundione, iudice Pisano,* interprete.“ In cod. MMCLV. est versio, nulla interpretis mentione. — In codd. *Oxoniens.* nr. 607. 612. et 1609. catal. — *Florent.* in bibl. S. Crucis, bis v. *Zachariae*

libro de cessatione legalium pag. 92. et 167. citat *Iohannem* [†] *Damascenum in lib. sententiarum*, opus hoc innuens. *Iac. Fabri*, Stapulensis, versio cum *Iodoci Clichtouei* commentariis prodiit Paris. 1507. in 4. ac deinde saepius tum graecis addita, tum sine illis, vt supra in editionibus operum Damasceni retuli. Post Fabrum vertit *Iac. Billius*, cuius interpretatio in editionibus latinis Paris. a. 1577. 1603 et 1659. fol. occurrit. et subinde indiget castigatione, vt *Rich. Simoni* etiam notatum tom. II. bibl. selectae p. 35. *Sedebat animo*, inquit Combefisius, *Clichtouei, hominis nihil Graeci, commentariis remotis, quibus onerati potius libri de fide, quam serio illustrati, puriorem textum multiplicium codicum collatione, noua etiam sua interpolata* (Billii) *versione auctum edere, atque ad fontes, patres scilicet antiquiores, quos totos Damascenus loquitur, a se nihil scribere professus ipse, reducere.* Quod Combefisius aliis occupatus implere supersedit, magno studio Lequinius exsecutus est, qui hoc Damasceni opus, seruata vtraque et capitum et librorum distinctione, ad graecos codices MSS. accurate recensitum cum noua versione sua et notis exhibet. Non omittendum, quod epitomen vniuersae theologiae ex hoc Damasceni opere contextam vulgauit *Christophorus Pelargus* Francof. ad Viadrum 1605. in 4. qui cum in Reformatorum partes trahendum illum scriptorem duxerit, ex nostratibus B. D. *Balthasar Mentzerus*, auus, Giessae a. 1614. edidit et respondente Io. Sauberto Altdorfino publice defensitauit *delineationem breuissimam libri III. Damasceni de orthodoxa fide, in qua, quae auctoris huius de Christo Θεανθρώπῳ sententia fuerit et confessio, contra infelices nonnullos rerum theologicarum criticos ad oculum ostenditur.* Constat etiam, B. D. *Eliam Veielium*, ecclesiae Vlmensis antistitem meritissimum, a longo tempore id agitasse consilii, vt Damasceni hoc opus ad MStos codices Augustanae x) et caesareae bibl.

chariae iter litterar. per Ital. pag. 97. et 98. etc. *Harl.*

x) De *Augustanis* codd. vide b. Antonii Reiseri catalogum MSS. bibl. Augustanae pag. 29. De caesareis Lambecium lib. V. p. 1. etc. *Fabr.* Tum in codd. CCII. et tribus seqq. it. in cod. CCXCIII. eiusd. vol. — In bibl. *Taurin.* codd. CCXV. et CCLXXXVII. vid. cat. codd. gr. Taur. p. 308. et 384. — *Paris.* in bibl. publ. codd. XXVII. add. ad nr. 1. scripta. — Ex cap. 13. libri IV. de orthod. fide recepta est particula in *Liturgiis S.S. patrum*, Paris. ap. Guil. Morell. 1560. fol. p. 125. *Io. Damasceni quod panis et vinum in S. Eucharistia non sint typus, sed ipsum corpus et sanguis Christi.* — In cod. *Bodlei.* XCIV. siue nr. 2877. cat. codd. Angl. etc. Huc quoque referri potest *Io. Dam.* opinio in libr. III. de orthod. fide cap. 28. et in libro IV. cap. 14. atque similis argumenti oratio *de incorruptibili corpore Christi, quod in sacra synaxi accipimus*, in edit. Paris. 1619. fol. pag. 931. gr. ac lat. — et in cod. caesar. CCXLVI. nr. 12. qui aliquantum discrepare dicitur a *Lambec.* V. pag. 245. sq. ibid. nr. 15. p. 246. est Damasc. doctrina de vnitate et differentia S. Trinitatis et in cod. CCVII. nr. 9. pag. 25. it. in cod. LIX. nr. 11. (v. *Lamb.* III. pag. 264.) fragm. *de Trinitate* — *Taurini* in cod. LIV. *de S. Trinitate*, s. cap. VIII libri primi de fide etc. et cap. XII. libri primi, *de diuinis nominibus*, nec non cap. XIII. eiusd. libri, *de loco dei et quod solus deus non circumscriptus sit.* — in cod. *Medic. Laur.* XXII. nr. 9. plut. 71. caput *de nominibus adcuratius*. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 157. et *Bandin.* l. c. vol.

bibl. recenſitum graece et latine cum commentariis ederet; ſed praeclaro propoſito ſatum viri praeſtantiſſimi interceſſit. Duas interpolationes, lib. III. c. 3. et 7. in codicibus aliquot MSS. repertas et Damaſceno ab aliena manu inſertas, graece et latine dedit Lequinius pag. 659—661. Quae porro ſub Cyrilli, Alex., nomine *Io. Wegelinus* edidit de SS. Trinitate, et Aubertus tomo vltimo operum Cyrilli [782] exhibet, iam ſupra p. 571. notare me memini eſſe Damaſceni, licet e Cyrilli ſcriptis magnam partem repetita.

4. Πρὸς τὰς διαβάλλοντας τὰς ἁγίας εἰκόνας. *Aduerſus eos, qui ſacras imagines calumniantur.* Λόγοι ἀπολογητικοὶ tres pag. 307—390. ἐπιςολιμαίας λόγας vocat *Io. Hieroſolymitanus* in Damaſceni vita cap. 14. meminitque eorum iterum cap. 33. *Primus* ſcriptus eſt poſt a. C. 727. Leonis Iſauri decimum, quo ille edictum aduerſus imagines promulgauit, ſed ante quam καλὸς ille ποιμὴν τῆς λογικῆς Χριςᾶ ποίμνης, quibus verbis *Germanum*, patriarcham Conſtantinopol., y) Damaſcenus p. 308. intelligit, a Leone depoſitus eſſet, quod accidit ſub extremum anni 729. *Secundus* poſt Germanum in exſilium pulſum, cuius meminit p. 336. καὶ νῦν ὁ μακάριος Γερμανὸς, ὁ βίῳ καὶ λόγῳ ἐξαςράπτων, ἐῤῥαπίσθη, καὶ ἐξόριςος γέγονε, καὶ ἕτεροι πλεῖςοι ἐπίσκοποι καὶ πατέρες, ὧν ἐκ οἴδαμεν τὰ ὀνόματα. *Tertium*, quem Ioanni Damaſceno ſine magna cauſa abiudicat *Humfredus Hody* prolegom. ad Chronicon Iohannis Malalae cap. 32. ſecundo eſt ſimillimus, et ſcriptus vterque adhuc ante anathema aduerſus Leonem pronunciatum publice, hoc eſt ante annum eius tertium decimum, Chriſti 730. z) Prodierunt primum cum vita, a Ioanne Hieroſol. ſcripta graece, edente *Nicolao Maiorano*, qui eos cardinali, Ioanni Petro Caraffae, dedicauit, Rom. 1553. in 8. Latine vertit *Godfridus Tilmannus*, Carthuſiae Pariſienſis monachus, Paris. 1555. in 4. *) Antwerp. 1556. in 12. Ante eum *Petrus Franciſcus Zinus* Venet. 1554. in 8. aa) cuius verſionem additis graecis recuſam in Baſileenſi edit. 1575. etiam *Iac. Billius* in latina ſua editione ſeruauit, additis paucis caſtigationibus, Paris. 1577. 1603. 1619. Denique, (ne de gallica verſione dicam vulgata Verduni 1573.) Lequinius ex vtraque interpretatione latina noua tertiam concinnare operae pretium duxit,

vol. III. pag. 14. — Ex primo capite operis deſumta eſt pars orationis, *quod deus comprehendi non poteſt*, in cod. *Florent.* Laurent. XII. nr. 23. plut. 6. v. *Bandin.* l. c. I. p. 121. adde ſupra, in notitia generali codd. — et *Walch.* hiſtor. haereſ. tom. VIII. pag. 616. etc. 619. ſqq. 652. 660. 666. ſqq. *Harl.*

y) V. infra, vol. X. p. 206. ſqq. *Walchii* hiſt. haereſ. cit. tom. X. p. 152. 166. ſq. 723. ſqq. tom. XI. p. 270. ſq. 377. ſqq. 387. ſq. et de Damaſceni oratt. p. 288. ſqq. ac ſeq. not. *Harl.*

z) Excerpta ex his III. orr. et ſummam illarum dedit *Walch.* l. c. tom. XI. pag. 302—325. *Harl.*

*) V. *Maittaire* A. T. in indice, p. 324. *H.*

aa) In 4. v. *Pinelli* cat. I. p. 71. *H.*

duxit, adhibitis etiam emendationibus Billii. [bb]) Singulis hisce libris a Damasceno subiuncta sunt loca varia patrum pro imaginibus, quorum indicem hoc loco subiiciam. [v. *Walch.* hist. haer. XI. p. 322. sq.]

[P] *INDEX SCRIPTORVM,*

quos in libris de imaginibus laudat IO. DAMASCENVS.

bb) *Io. Damasceno* tributa est narratio de origine motuum Iconoclastar. ab aliis *Ioanni, monacho Hierosol.*, adsignata v. supra, vol. VII. p. 682. §. V. et not. *c.* de codd. — *Dam.* de sanctis imaginibus, in quinque codd. gr. bibl. *Paris.* — *Oxon.* in cod. Bodlei. XCIV. sunt nr. 35. *Dam.* de imaginibus, nr. 41. de cruce, et quod ea sit adoranda, in qua etiam tractat. de fide; nr. 42. de Sanctis eorumque reliquiarum veneratione et miraculis; 45. de S. imaginibus; nr. 14. Damasceni et aliorum patrum preces ante communionem celebratam recitatae. v. cat. codd. Angliae etc. I. p. 150. — *Ioach. Camerarius* in disput. de piis et catholicis atque orthodoxis precibus et inuocatione numinis diuini etc. Argentor. 1560. 8. graece p. 71. sqq. reddidit ex libello precationum, quo graecae ecclesiae vtuntur, Io. Damasceni et aliorum patrum eccl. *Preces.* — Num autem tres illi libri de imaginibus genuini sint, nec ne, copiose inquirit *Oudin.* l. c. pag. 1747. sqq. et contra Guil. Caueum sententiam Frid. Spanhemii atque El. du Pin, Damascenum nostrum non fuisse architectum trium illarum orationum, pluribus argumentis, praesertim quod scriptores, Damasceni aetate longe inferiores, citantur, corroborare, Humfredi autem Hody iudicium, a Fabricio oppugnatum, defendere et firmare, denique concludere studuit, auctorem trivm istarum oratt. non posse antiquiorem esse vel fine saeculi X. vel initio sequentis XI. — De Damasceno, praecipuo cultus imaginum patrono, plura leges in *Walchii* histor. haeres. etc. tom. X. pag. 150. sqq. 156. sqq. 168. sq. 176. sq. 235. sqq. 399. 723. sq. etc. et tom. XI. p. 276. sqq. vbi etiam contra le Quien de tempore, quando II. *λόγος* scriptus sit, quaedam monet et tres orr. contra Oudinum etc. vindicat Damasceno, nec Humfredi Hody probat iudicium. *Harl.*

Theodori, lectoris Constantinopol. historia ecclesiastica. 380. 386. ἐκ τῦ δ' τόμυ 376.

S. Theodorus, episcopus Pentapolis. Eius ea ratio parum credibilis de Dione, feruum fugitiuum martyris imagine effícta ad reditum cogente. 382. seq.

Θεολογικῶς εἰπεῖν. *vt cum theologo loquar.* 310. 349. Respiciuntur Nazianzeni loca.

Thomae euangelium a Manichaeis suppositum. 338.

Timotheus, Constantinopol. 380.

Vita S. Basilii, ab Helladio scripta. 327. Chrysostomi. 328. 343. 365. Abbatis, Danielis. 388. Eupraxiae. 328. 343. 389. Eustathii τῦ καὶ πλακίδα martyrium. 372. Mariae, Aegyptiae. 328. 343. 388.

Simeonis, thaumaturgi, scripta ab Arcadio. 378.

Multa loca eadem veterum patrum de imaginibus laudantur in Actis *synodi septimae,* siue *Nicaenae II.* a. 787. celebratae: quum itaque inter legendum illa acta indicem scriptorum, in iisdem memoratorum, composuissem, lubet, antequam Damasceni scripta enumerare pergam, et illum hoc loco cum lectore communicare. cc) Actio I. incipit pag. 462. II. pag. 498. III. pag. 523. V. pag. 600. VI. pag. 618. VII. pag. 681. et VIII. pag. 699.

INDEX SCRIPTORVM, IN ACTIS SYNODI II. NICAENAE LAVDATORVM.

ad paginas edit. Binianae a. 1618. tom. III.

Adriani, papae, epistola ad Constantinum et Irenem, August. 449. ad Tarasium, patriarcham, 509. ad Simeonem, Bostrensem episcopum, λόγος περὶ σαββάτυ. 561. Incipit: εἰ πατέρας δεῖ κατὰ τὸν λόγον.

[¶] eius dictum: ὅπυ ὁ Χριςὸς θεμέλιός ἐςι, τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐξακολυθεῖ ἡ οἰκοδομή. 510.

Ambrosius. 654. ad Gratianum, imp., lib. III. c. 9. p. 505.

Amphilochius. 654. 657. Iconii, episc. περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν παρὰ αἱρετικοῖς. 607.

Anastasii, episc. Theopol. 644. siue Antiocheni epistola ad quendam scholasticum, quae incipit: εἰ τῷ μόνον ἐπερωτήσαντι. 560.

Martyrium Anastasii, Persae, martyris, quod incipit: ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τῦ θεῦ δι' ὗ τὰ πάντα ἐγένετο. 547. Miracula, quorum initium: Θαυμάτων διήγησιν προβαλέσθαι βύλομαι. 547. mentio Anastasii iterum 584.

Anastasii, bibliothecarii, praefatio ad Ioannem VIII. p. 471. vide et graecam editoris notam p. 506.

Antio-

cc) Conf. *Walch.* hist. haeres. tom. XI. p. 249. sq. p. 286. sq. et tom. X. p. 294. sqq. 419—445. In edd. concilior. reg. tom. XX. *Lambec.* tom. VII. *Harduin.* tom. IV. *Mansi* collect. concil. tom. XIII. p. 203—363. et saepius de illa historia atque controuersiis. *Roesler.* bibl. patr. eccl. tom. X. p. 527. sqq. infra vol. XI. pag. 485. sq. *Harl.*

Con-

Hier

Χριϛια-

Hactenus index ſcriptorum in Actis ſynodi Nicaenae II.

Nunc ad Ioannis Damasceni scripta vt reuertar, tomo primo sequitur:

5. *Λίβελλος περὶ ὀρθοῦ φρονήματος.* *Libellus de recta ſententia,* ſiue confeſſio fidei, dictata a Damaſceno et ab Elia, epiſcopo tradita [?] Petro, Damaſci metropolitae, p. 390—395. Incipit: *ὁ μικρὸς ἀμφοτέρωθεν φέβος.* Primus edidit Lequinius e codice Vaticano MCCLXII. et verſionem addidit. In hoc libello comprobatur doctrina ſex ſynodorum, reiiciunturque cum haereſibus omnibus a Simone, mago, *μέχρι τὴν νῦν κινηθεῖσαν κατὰ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησίας*, hoc eſt, vsque ad iconomachos, etiam Origenis *λῃρήματα*, Petri Fullonis additamentum ad Triſagium, Monothelitae Sergius, Cyrus, Paulus, Petrus, Pyrrhus, Macarius et Stephanus, eius diſcipulus, nec non Maronitae. [conf. *Walch.* hiſt. haeres. VIII. p. 480. ſq. et notam ſeq. ad nr. 6. *Harl.*]

6. *Τόμος*, ſiue *Libellus* contra Iacobitas, Monophyſitas, ſiue Eutychianos ex Petri, Damaſceni epiſcopi, perſona ad Tudaraeae, h. e. Daraeae, [dd]) epiſcopum Iacobitam p. 397—427. Incipit: *οὐδὲ τὸ καλὸν ὅτε μὴ καλῶς.* Ediderat latine ex *Franciſci Turriani* verſione, ſed mutilum, ſub titulo Damaſceni contra Acephalos, *Henricus Caniſius* tom. IV. p. 173. antiquar. lect. Ingolſtadii 1604. in 4. integriorem et graece primus vulgavit Lequinius e codice Vaticano, ac quae huic etiam deerant, ea latine ſuppleta dedit ex verſione *arabica*, quam MS. ſeruant patres Oratorii Pariſienſis. [ee]) Quoniam huic

 libello

dd) De quo loco v. *Le Quien* in Orient. Chriſtian. tom. II. p. 1427. *Harl.*

ee) Ex ed. Mich. le Quien cum libr. gr. ac lat. et integriorem exhibet *Basnage* in altera Caniſii ed. ſ. Theſauro monimentor. eccleſ. Amſtel. 1725. fol. tom. II. p. 29. ſqq. — Inter codd. Th. Roë in bibl. *Bodlei.* nr. 272. cat. *Damaſc.* contra Eutychen et Dioſcorum, arabice, conf. infra, vol. IX. p. 310. ed. vet. *Chr. Guil. Franc. Walch.* hiſtor. haereſium etc. tom. VIII. p. 842. ſqq. qui cum *Oudino* l. c. pag. 1756. illum libell. contra Eutych. et Dioſcorum incertis aut ſuppoſititiis opp. Damaſc. adnumerat. Inſuper *Walch.* dubitat, num opuſc. *de diuinitate et incarnata oeconomia domini noſtri Ieſu Chriſti, contra exſecrandas Iacobitarum ſuperſtitiones*, et opuſc. a Damaſc. *dictatum*, et ab *Elia* epiſc. traditum Petro, a *Caueo* in hiſt. litter. SS. eccl. I. pag. 626. inter inedita Io. Dam. opp. memorata, ſint genuina. *Harl.*

libello loca plura doctorum ecclesiae Damascenus adnexuit, eorum quoque breuem elenchum hoc loco accipe:

Ambrosius, Mediolanensis, *ἐκ τȣ̃ περὶ ἀνθρωπήσεως, ἤτοι κατὰ Ἀπολιναρίȣ λόγȣ.* 423. Eiusd. ad Gratianum, imp. 423. quem locum laudauit Cyrillus in Ephesina synodo id. *ἐκ τῆς ἑρμηνείας τȣ̃ θείȣ συμβόλȣ.* 423.

Amphilochii, Iconii episc., epistola ad Seleucum. 423. 424.

Aristoteles, tertius decimus apostolorum, haereticis. 399.

Arius. 396. 399.

Athanasius, Alex. episc. 408. 409. *ἐκ τȣ̃ κατὰ αἱρέσεων.* 420. epist. ad Epictetum. 422.

Basilius, Caesareensis, *ἐκ τȣ̃ κατ' Εὐνομίȣ λόγȣ α'.* 421. *ἐκ τῆς διαλέξεως* [ff]) *πρὸς Ἀέτιον τὸν Ἀρειανόν.* 421.

Epist. ad Amphilochium. 398.

[P] Cyrillus, Alex. 406. 408. 409. 410. 411. 413. in Ephesina synodo. 423. *ἐκ τȣ̃ προσφωνητικȣ̃ τȣ̃ πρὸς Ἀλεξανδρεῖς.* 424. *ἐκ τȣ̃ περὶ πίστεως λόγȣ.* 425.

Epist. ad Ioannem, Antiochenum 425. ad Acacium, Melitenes episc. id. *ἐκ τȣ̃ εἰς τὸ Λευϊτικόν.* 425. *περὶ Τριάδος λόγος.* id. ad Succensum I. et II. epist. 426.

Diodorus. 398.

Dioscorus. 398.

Eunomius, haereticus. 397.

Gregorius, theol. 398. 410. 411. 412. 418. 419. Epistola II. ad Cledonium. 422. *ἀπολογητικός.* 422.

sermo II. de Filio. 422. *ἐκ τῶν ἐπῶν.* 423.

Gregorius, Nyssenus, epistola ad Philippum, monachum. 424. *ἐκ τȣ̃ κατὰ Ἀπολιναρίȣ.* id.

Ioannes Chrysostomus *ἐκ τȣ̃ εἰς τὸν Λάζαρον λόγȣ.* 526. *ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον τὸν μονάζοντα Ἐπιστολῆς.* 427.

Irenaeus, episcopus Lugd. *ἐκ τῶν κατὰ Οὐαλεντίνȣ.* 420.

Αἱ ἱστορικαὶ διαγορεύȣσι βίβλοι. 419.

Iustinus, philos. et martyr, *ἐν τῇ ἐκθέσει τῇ περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας.* 410. *ἐκ τȣ̃ τρίτȣ βιβλίȣ, τȣ̃ περὶ ἁγίας Τριάδος, κεφαλ. ιγ'.* 420. *κεφαλ. ιζ'.* id. Lequinius obseruat, per *tertium de Trinitate* intelligi expositionem fidei, quae inter S. Iustini opera legitur, et subiuncta fuit duobus libellis aduersus Iudaeos et Graecos ad Euphrasium, sophistam, quae omnia Iustinum iuniorem auctorem habent, illum fortasse, cuius epistola ad Petrum Fullonem exstat.

Methodius, Patarensis episc. *ἐκ τȣ̃ λόγȣ εἰς τὴν ὑπαπαντήν.* 421.

Nestorius, anthropolatra. 398. 402.

Petrus Fullo. 419.

κατὰ

ff) Seuero, haeresiarcha, recentius scriptum, adeoque suppositum Basilio M. nec hactenus editum. *Le Quien.*

κατὰ τὰς Φυσικὰς. 405.
Proclus, patriarcha Constantinopol., Trisagium hymnum ab angelis edoctus. 419.
Sabellius, Afer. 398.
Seuerus. 398.
Theodorus, Mopsuestenus. 398.
Trisagio adiecta improbantur. 418. seq.

[P] 7. Κατὰ Μανιχαίων διάλογος. *Dialogus contra Manichaeos*, siue Paulicianos, pag. 429 — 465. Incipit: ἐπειδὴ συνεληλύθαμεν. In quibusdam codicibus praeter rem refertur ad S. Athanasium. gg) Damasceni esse dubitauit Billius eam tantum ob rationem, quod ignem, tortorem daemonum impiorumque hominum, exponit non de vero igne, sed de nequitiae furiis ac peccati flagrante frustrataque libidine. Vide pag. 446. 448. 460. 463. Sed idem visum aliis ecclesiae doctoribus, etiam antiquioribus, notarunt *Sixtus Senensis* lib. V. bibliothecae S. adnot. 40. et Benedictini ad Ambrosium tom. I. p. 1460. Primus hunc dialogum cum versione edidit *Emanuel Margunius*, Cretensis, Patau. 1572. 8. deinde vtraque lingua recuderunt *Basileenses* in sua Damasceni editione a. 1575. fol. Cum alia versione sua *Io. Leunclauius* adiunxit imp., Manuelis Comneni, legationi ad Armenios, Leonis M. epistolae de fide, Leontioque et Constantino Harmenopulo de sectis, et Harmenopuli, Augustini atque Hilarii confessionibus fidei, Basil. 1578. in 8. Tertia *Iac. Billii* versio exstat in editionibus Damasceni latinis Parisiensibus a. 1577. 1603. 1619. fol.

8. Διάλεξις Σαρακηνοῦ καὶ Χριστιανοῦ. *Disceptatio Christiani et Sarraceni* pag. 466 — 469. Incipit: τί λέγεις τὸν Χριστόν. Prodierat latine ex veteri versione in prioribus editionibus. Neque Lequinio ad manus fuit graecus codex, quem exstare in bibl. caesarea testis *Lambecius* V. p. 126. hh) tamen graeca quaedam fragmenta adscripsit ex dialogis Theodori Abucarae, ex quo etiam p. 470. graece et latine subiunxit breuem dialogum Christiani et Sarraceni ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαῤῥακηνοὺς ἀντιῤῥήσεων διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. Incipit: εἰπέ μοι, ὦ ἐπίσκοπε, οὐ κατείδωλος ἦν ὁ κόσμος. [v. *Oudin.* l. c. pag. 1745. inter dubia opp. et p. 1760. et *Fabric.* de veritate relig. christ. p. 119. et 122. sq. *Harl.*]

gg) Damasceno adscribitur in cod. Vindobon. caes. CCL. nr. 2. v. *Lambec.* comm. V. pag. 307. — *Monachii* in bibl. elect. cod. CXIV. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 44. — *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XII. nr. 22. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 535. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCXI. et MCCCXXVII. add. supra, vol. VII. p. 326. Inter incerta vel supposititia refert *Oudin.* l. c. p. 1745. nr. 2. *Harl.*

hh) Pag. 267. ed. Kollar. de cod. CCXLVII. nr. 26. sed in cod. caes. ordinem longe alium esse, ac in ed. lat. Billiana Paris. obseruat Lambec. — ex cod. *Taurin.* CC. nr. 17. suppleri posse edit. notat confector cat. codd. Taur. p. 298. *Harl.*

9. Περὶ δρακόντων. *De draconibus* fragmentum p. 471. 473. Incipit: ἐπειδὴ καὶ δράκοντας ἀναπλάττουσι. Et περὶ στρυγγῶν, *de ſtrygibus* pag. 473. Incipit: θέλω δὲ ἵνα μή. Haec duo fragmenta, quibus vulgi et haereticorum fabulas ridet Damaſcenus, antea inedita, Lequinius accepit a Montfaucono. Pag. 472. laudatur Δίων ὁ Ῥωμαίοις συγγραψάμενος περὶ βασιλείας καὶ περὶ τῆς Δημοκρατείας Ῥώμης καὶ διηγησάμενος περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου πολέμου τοῦ καρχηδονίου, quibus verbis non Dionis Chryſoſtomi περὶ βασιλείας λόγοι, ſed alterius Dionis Caſſii hiſtoriae romanae libri innuuntur. *Fabr.* Eſt in cod. *Selden.* XV. cat. bibl *Bodlei.* ſ. codd. Angliae nr. 3403. — in bibl. San-Germanens. v. *Montfauc.* bibl. bibl MSS. p. 1157. *A. Harl.*

[P] 10. Περὶ ἁγίας Τριάδος. *De S. Trinitate,* per quaeſtiones et reſponſiones p. 474 — 477. opuſculum pridem editum a *Io. Wegeline* cum verſione et notis, Auguſtae Vindel. 1611. in 8. Incipit: περὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς ὁμοουσίου. *Fabr.* Exſtat *Paris.* in bibl. publ. codd. CD. et MCCLXVII. — *Vindob.* in cod. caeſar. CXLVII. nr. 10. v. *Lambec.* IV. pag. 268. De cod. CCXLVI. nr. 13. v. *Lamb.* V. pag. 246. et ſupra ad nr. 6. add. *Oudin.* p. 1754. nr. 8. *Harl.*

11. Περὶ τοῦ Τρισαγίου ὕμνου. *De hymno Triſagio,* ad Iordanem, archimandritam, aduerſus eorum ſententiam, qui hymnum illum non ad SS. Trinitatem, ſed ad ſolum Chriſtum referebant, et aduerſus Petri Fullonis additamentum, Iacobitis et Maronitis (vide pag. 485.) probatum, p. 480 — 497. Prodierat haec epiſtola graece et latine neſcio quo interprete, in editione Damaſceni Baſil. 1575. ſed a Lequinio longe caſtigatior et cum noua verſione exhibetur ad quatuor codd. MSS. Incipit: Τοῦ πρός σέ μοι πόθου. ii) Loca patrum, quae vindicare ad calcem huius ſcripti inſtituit Damaſcenus pag. 488. ſeq. haec ſunt:

Athanaſii ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ p. 448. οὗ ἡ ἀρχὴ, οἱ κακοτέχνας p. 493.
Baſilii ἐν τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ κατ' Εὐνομίου, οὗ ἡ ἀρχή· εἰ φύσει θεὸς ὁ υἱός. 493. ἐκ τοῦ πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος p. 493.
Chryſoſtomi εἰς τὸ εὐλογημένος, οὗ ἡ ἀρχή· ἐκ τῶν θαυμάτων εἰς θαύματα (tom. V. Savil. p. 882.) p. 489.
Cyrilli, Alex. ἀπὸ ἕκτου λόγου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, οὗ ἡ ἀρχή· ἰσότητος μὲν οὖν pag. 490.
ἀπὸ θ' λόγου περὶ τῆς ἐν πνεύματι προσκυνήσεως p. 490.

ἐκ

ii) Reperitur in cod. caeſar. CCXLVI. nr. 11. v. *Lambec.* V. p. 244. ſq. — In cat. codd. Angliae etc. tom. I. in bibl. *Bodlei.* nr. 3614. et confector cat. adnotat, cod. non concordare cum impreſſo. *Oxon.* nr. 612. inter codd. collegii Mertonens. — *Paris.* in quatuor codd. bibl. publicae. — *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 21. plut. 4. teſte *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 535. add. *Oudin.* l. c. pag. 1740. et *Walch.* hiſt. haeres. tom. IX. pag. 480. ſq. de Maronitis. *Harl.*

ἐκ τοῦ πρὸς Ἑρμείαν δ' λόγου, οὗ ἡ ἀρχή, τὸν δὴ θεὸν ἐκ θεοῦ p. 491. *ἀπὸ τοῦ πέμπτου λόγου τοῦ πρὸς Ἑρμείαν, οὗ ἡ ἀρχή. εἶεν ἐκ παντὸς ἡμῖν* p. 492. *ἐν τῷ περὶ πνεύματος λόγῳ πρὸς ἑρμείαν οὗ ἡ ἀρχή· πόνον ἀγαθῶν.* 494.

Epiphanii *ἐκ τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον λόγου* p. 498. *ὁ ἅγιος καὶ θαυμαστὸς Ἐπιφάνιος ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ ἀγκυρωτῷ λόγῳ* 494.

Gregorii, Nyſſeni, *ἐκ τοῦ κατ' Εὐνομίου πρώτου λόγου* p. 491.

Theologi, (Gregor. Nazianzeni.) *ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰ γενέθλια* pag. 493. ſeq.

Procli, Conſtantinopol., *ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον* p. 492. *ἐκ τοῦ ἐγκωμίου εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον οὗ ἡ ἀρχή, πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρίαι καὶ πανηγύρεις.* id.

Loca haec produxerat Anaſtaſius, abbas S. Euthymii, ſed ab haereſi Eutychiana alienus, cuius cum laude facit Damaſcenus mentionem [*] pag. 481. et 495. vt euinceret, ad Filium eos Triſagium retuliſſe, quod Ioanni, patriarchae Hieroſol., nullo modo committendum viſum.

Denique ex ſollemni formula celebrationis myſteriorum Damaſcenus Triſagium probat de SS. Trinitate vtique, non de ſolo Filio accipiendum eſſe p. 496. Quem locum ex liturgia, quae ſub Iacobi, apoſtoli, fertur nomine, repetitum eſſe, Lequinius adnotauit.

12. *Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν. De ſanctis ieiuniis,* epiſtola ad Cometam, monachum, *τῷ εὐλογημένῳ καὶ γνησίῳ δούλῳ Χριστοῦ, κυρῷ Κομητᾷ πνευματικῷ ἀδελφῷ, Ἰωάννης ἐλάχιστος* pag. 499 — 505. Hanc primus Lequinius edidit e MSS. *Mediceo* [kk]) et *Barocciano,* quorum apographa cum eo communicarunt *Io. Erneſtus Grabe* et *Anſelmus Bandurius,* quum fragmenta pridem ex illa produxiſſet *Turrianus* in apologia pro epiſtolis pontificum et notis ad conſtitutiones apoſtolicas. Reiicit in hac epiſtola Damaſcenus morem Seuerianorum, qui ieiunium obſeruabant per hebdomades octo, a ſeptuageſima vsque ad paſcha. Loca, quae ad calcem ſubiiciuntur, ſunt tam *διάταξις apoſtolica,* cuius et apud Epiphanium LXX. 12. mentio, doctorumque eccleſiae, S. *Baſilii ἐκ τοῦ κατὰ μεθυόντων λόγου, Chryſoſtomi ἐκ τοῦ πρὸς τῷ τέλει τῆς νηστείας λόγου, Anaſtaſii, patriarchae Conſtantinopol.* ex encyclica epiſtola, *Epiphanii,* Cypri, *ἐκ τοῦ εἰς Μοναχούς,* (interpres: ex epiſtola ad monachos.) *Iohannis,* epiſcopi *Athenarum, Anaſtaſii, patriarchae Hieroſol.* tum haereticorum, *Seueri,* Acephali, archiep. Antiocheni, ex ſermonibus *ἐνθρονιαστικοῖς,* ſermone *εἰς τὴν τῶν νηστειῶν τεσσαρακοστήν,* dicto in Caſſiani eccleſia, qui incipit: *νόμος ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παλαισμάτων,* et ex libro *τῶν ὑποσημειωθέντων ἰδιοχείρως διαφόρων κεφαλαίων,* nec non *Beniaminis,* Seueriani, Pſeudoepiſcopi Alexandrini, ex quarto libro *τῶν ἑορταστικῶν αὐτῷ, ψευδεορταστικῇ τριακοστῇ ἧς ἀρχή, φαιδρὰ καὶ ἀξιάγαστος,* et *ψευδεορταστικῇ τριακοστῇ πέμπτῃ, ἧς ἀρχή, καὶ νῦν ἀκούειν δοκῶ.*

13. Περὶ

kk) V. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. Medic. tom. III. p. 294. ſq. *H.*

13. Περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων. *De octo spiritibus nequitiae*, de quibus ante Damascenum Euagrius, Nilus, Cassianus etc. ad monachum quemdam p. 506 — 508. Graeca primus e MS. Abrahami Selleri dedit Lequinius. Latine verterat *Bilibaldus Pirckeimerus*, cuius versio ex diuerso in multis graeco codice composita [P] p. 508. separatim subiicitur. Incipit: γίνωσκε, ἀδελφὲ, ὅτι ὀκτώ εἰσιν. Sequitur deinde περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν et περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. *De virtutibus et vitiis animae corporisque et de triplici parte animae.* Graece e codice regio cum versione Leonis Allatii p. 509 — 514. Incipit: ἰστέον οὖν ὅτι διπλοῦς ὢν ὁ ἄνθρωπος. De MS. caesareo vide *Lambecium* IV. pag. 197. *Fabr.* S. pag. 434. ed. Kollar. in cod. CLXXXIV. nr. 3. — In cod. *Coislin.* CCCLXXIIII. fol. 343. teste *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 564. — *Venetiis*, in cod. Marc. CCCCXCVIII. v. cat. codd. Marc. p. 261. sq. *Harl.*

14. Εἰσαγωγὴ δογμάτων στοιχειώδης. *Institutio elementaris ad dogmata*, aduersus Acephalos, seu Monophysitas, Monothelitas, et Nestorianos, ad Ioannem Laodicenae vrbis episcopum. p. 515 — 521. Incipit: ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Verterat a. 1544. *Ioachimus Perionius.* Graece et latine prodierat in editione Basil. 1575. *Fabr.* V. *Oudin.* l. c. pag. 1743. — Exstat in bibl. *Bodlei.* nr. 3614. atque cod. multum differre ab impresso, scribit auctor cat. codd. Angliae etc. I. p. 173. — *Oxon.* in cod. CXLV. collegii Mertonensis, s. nr. 612. cat. citati. — In cod. *Taurin.* CCCLXI. v. catal. codd. gr. Taur. p. 485. — *Florentiae* in cod. Medic. XXIX. nr. 5. plut. 58. et cod. XX. (in quo multa sunt Damasceni opp.) nr. 3. plut. 71. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. II. p. 272. et tom. III. p. 13. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCXXII. in quo etiam sunt, quae mox a Fabr. memorantur, nr. 15. 16. et 17. *Harl.*

15. Περὶ συνθέτου φύσεως, κατὰ Ἀκεφάλων. *De natura composita*, contra Acephalos pag. 521 — 527. Etiam haec diatriba lucem viderat graece et latine in iam dicta Basileensi. *Fabr.* *Oxoniae* in cod. antea laudato collegii Merton. — *Paris.* in cod. MCXIX. nr. 3. — *Florent.* in cod. Laurent. XX. nr. 4. tum sequuntur ea duo opuscc. quae a Fabr. nr. 16. et 17. recensentur. v. *Bandin.* l. c. III. pag. 13. et *Oudin.* l. c. pag. 1739. sq. *Harl.*

16. Περὶ τῶν ἐν τῷ Χριστῷ δύο θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν καὶ λοιπῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων. *De duabus* in Christo voluntatibus et operationibus, et de naturalibus reliquis proprietatibus p. 529 — 554. Incipit: αἱ δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν. Exstat graece et latine cum Perionii versione in edit. Damasceni Basileensi anno 1575. Perionium subinde in Parisiensibus latinis castigat Billius. Sed *Franciscus Combefisius* cum noua versione notisque edidit in historia Monothelitarum, siue tom. II auctarii noui p. 466. Combefisii versionem Lequinius seruauit, notas omisit. *Fabr.* Exstat in cod. *Taurin.* ad nr. 14. citato, et in sex codd. *Paris.* bibl. publ. v. etiam ad nr. 14. et 15. et conf. *Walchii* hist. haeres. tom. IX. (de controuersiis cum Monotheletis, quos Damascenus in hoc libro oppugnauit,) p. 498. sq. cum primis p. 549 — 556. vbi longiora ex illo libro dedit excerpta. Add. *Oudin.* p. 1738. sq. qui adnotat, in edd. Basil. 1548. et 1575. subnecti libell.

libell. de duabus I. C. naturis, qui vero non pertineat ad Damasc., sed ad *S. Maximum*, monach. *Harl.*

17. Ἔπος ἀκριβέστατον κατὰ θεοστυγῆς αἱρέσεως τῶν Νεστοριανῶν. Dissertatio accuratiss. *adversus* exosam DEO *Nestorianorum haeresin* pag. 555 — 571. Incipit: πρὸς τοὺς Νεστορίου ὁμόφρονας. Graeca primus e codice regio MMCMXXVI. profert Lequinius, addita *Francisci Turriani* versione, quam vulgauerat *Henr. Canisius* tom. IV. antiquar. lectionum, p. 212. Ingolstad. 1603. in 4to. [ll]) *Etiam arabicam* huius libri interpretationem MS. seruari in bibliotheca patrum oratorii Paris. eodem Lequinio adnotante didici. Prodiit et Turriani versio cum *Marci Bumleri* notis Tiguri 1606. in 8. sub titulo tractatiunculae de duabus in Christo naturis.

[†] 18. Fragmenta varia, in antiquiss. codd. reperta. [Varia fragmm. in notitia codd. generali et passim citauimus.]

a) Ἐπίλυσις responsio ad eos, qui dicunt, si duae naturae constituunt hominem, necesse est, vt in Christo naturas tres, totidemque dicamus actiones [mm]) vt obiecit Seuerus. pag. 572. seq. incipit, ὁ γὰρ ἄθλιος οὗτος Σεβῆρος. In fine legitur: τέλος εἴληφε ἡ βίβλος τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Μανσοὺρ τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἡ λεγομένη πάνδεκτος. Testatur saepe laudatus mihi *Montfauconius* pag. 62. Diarii Italici, Venetiis apud nobiliss. Contarinum exstare codicem XII. saeculi membranaceum, in quo Iohannis Damasceni philosophica et rhetorica, in cuius itidem fine legitur: τέλος τῶν ἐμπονημάτων Ἰωάννου τοῦ Μανσοὺρ, τῆς πανδέκτης λεγομένης βίβλου.

b) Περὶ θεολογίας, πῶς εἰκονίζει τὸ θεῖον ἄνθρωπος, de theologia, qua ratione imaginem DEI homo referat. Incipit: τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν p. 573. 574.

c) De animae partibus tribus, virtutibus quatuor, facultatibus quinque. Incipit: τῆς δὲ ψυχῆς μέρη γ'. p. 574. seq.

d) Περὶ ἑνώσεως de vnione, variae definitiones. Incipit: ἕνωσίς ἐστι διεστώτων pag. 575. Confer *S. Maximi* opera tom. II. p. 115. *Fabr.* In cod. *caesar.* CCL. nr. 29. est ex *Damasceni* Logica (p. 651. sq. ed. Paris. 1619.) excerptum *de differentia vnionis.* v. *Lambec.* V. p. 323. sq. *Harl.*

e) Fra-

ll) Graece autem ex cod. regio, nr. 2926. et latine a *Iac. Basnagio* in noua edit. antiq. lectionum Canisii, Amstel. 1725. tom. II. p. 66. Add. *Walchii* hist. haeres. tom. V. pag. 775. sq. vbi is negat, Damascium, qui de Nestorianis, non, de Nestorio, et eo quidem tempore, quo nulli genuini adhuc fuissent Nestorii adseclae, loquatur, testem esse locupletem. Exstat illa dissert. *Vindobonae* in cod. caes. LVII. nr. 108. v. *Lambec.* III. p. 250. ibique Kollarii not. De cod. *Medic.* vide ad nr. 15. *Harl.*

mm) Conf. *Damasc.* de duabus voluntatt. cap. IX. tom. I. Opp. p. 534. et contra Nestorian. tom. I. Opp. pag. 555. ac *Walch.* hist. haeres. I. pag. 776. *H.*

e) Fragmentum breue Damafceni, feruatum a *Niceta Choniata* lib. XXIII. thefauri, vbi difputat contra Soterichum Panteugenum, qui facrificium patri foli offerri a Filio docebat. Incipit: ὁ τῶν ὅλων θεὸς pag. 576. Ediderat *Allatius* in Vindiciis fynodi Ephefinae pag. 596.

f) Alia duo fragmenta ex catena regia MS. ad Lucae III. 13. p. 576. Incip. καὶ ἐπὶ τοὺς Ἀποστόλους. Et: ἐπειδὴ πολλαχῶς. [v. general. codd. notit.]

g) De menfibus Macedonicis, Romanis, Iudaicis, Graecis et Aegyptiis pag. 577. 578. Incip. Φασὶ γὰρ οἱ Ἕλληνες εἶναι. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CXX. fol. 214. verfo περὶ τῶν Μακεδόνων ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκδόσεως. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 193. — Idem fragm. *Florent.* in cod. Medic. VI. nr. 7. plut. 4. (v. *Bandini* cat. cit. I. p. 525.) et in cod. CVII. *Thom. Gale,* (v. cat. codd. Angliae, II. nr. 5941.) nec non *Venetiis* in bibl. Marc. DXXI. fed integrum opufc. *duodecim menfium nomine, et quomodo vocentur Aegyptiorum lingua ex ecclefiaftica traditione,* in cod. Marc. CCCXXXV. (v. cat. codd. gr. Marc. pag. 280. et 154.) et in cod. *Coislin.* CCLVIII. (v. *Montfauc.* l. c. pag. 304.) *Harl.*

19. Πασχάλιον, fiue *canon pafchalis* p. 580. 581. ex Ifaaci Argyri, monachi, computo cap. 10. qui circa a. C. 1373. fcripfit. Ceterum, Lequinio notante, *Ioannes, Hierofolymitanus, Damafcenum aftronomiae peritiffimum fuiffe refert in eius vita* (cap. XI.) *idque colligi poffe ait ex paucis illis, quae ad rudiorum eruditionem fcripfit: in quibus vtique fuerit hic canon pafchalis. Huius porro condendi fiue potius defcribendi occafionem fortaffe Damafceno noftro dederit diffenfio haereticorum a catholicis, quam Theophanes a. XX. Copronymi accidiffe refert, vt catholici die VI. Aprilis pafcha celebrarint, haeretici die XIII. quod tamen doctiff. Antonius Pagi in annum XIX. eiusdem Copronymi et* [?] *Chrifti 759. reiiciendum obferuat.* [nn]) De Ifaaci Argyri, monachi, computo, quem poft *Jo. Chriftmannum* Heidelb. 1611. 4. edidit *Petauius* in Vranolog. Paris. 1630. fol. Amft. 1703. fol. dixi lib. III. cap. 5. p. 96. [in noftra ed. cap. 18. vol. IV. p. 29. not. *fff.*]

20. *Epiftola,* miffa ad nefcio quem, fed maiore parte manca, *de natura hominis* p. 582. Incipit: ὁ ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν θνητόν. Primus edidit Lequinius e codice Barocciano.

21. Περὶ

nn) *Damafc.* canon pafchalis in cat. bibl. *Bodlei.* f. tom. I. codd. Angliae, nr. 297. Huc quoque referre licebit Damafc. fragmentum *de VII. planetis, Florent.* in cod. Laurent. XXVII. nr. 3. plut. 28. et eiusdem fragm. *de luce:* in cuius fine adtinguntur nonnulla de Zodiaco, fole, luna, aliisque planetis etc. ibid. in cod. XXXVII. nr. 16. plut. 31. (*Bandin.* catal. cit. tom. III. pag. 53. et 118.) et fub nomine eius opufc. alias non memoratum *de reuolutionibus coeli et terrae;* in cod. *Taurin.* CCLI. in eoque opufc. multas tradi rationes cyclici lunaris et folaris, multosque canones inueniendi diem pafchatis tradit auctor catal. codd. gr. Taurin. pag. 368. fq. *Harl.*

21 Περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι καὶ εὐποιίαι τούτους ὀνίνησιν. *De iis, qui in fide obdormierunt, quomodo missis et eleemosynis, quae pro illis fiunt, adiuuentur.* In codicibus MSS. et a recentioribus Graecis magno consensu Io. Damasceno tribuitur. Legitur et in ecclesiis Graecorum quotannis Sabbato τῆς ἀπόκρεω, siue Carnispriuii, quod fidelium defunctorum commemorationi dicarunt. Tamen Damasceno abiudicandum esse contendunt *Io. Lensaeus* de limbo patrum III. 12. *Franciscus Suarez.* in 3. Thomae qu. 52. artic. 8. disp. 45. sect. 3. et *Rob. Bellarminus* II. 8. de purgatorio, quorum loca iam adtulit *Rob. Cocus* in censura scriptorum p. 427. seq. Post illos *Petrus Arcudius* contra Barlaamum de purgatorio p. 396. et 402. *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecor. p. 270. seq. et in diatriba de Damasceno p. 21. ac nouissime *Lequinius* in dissertatione quinta Damascenica. oo) Ac fateor, non contemnendas esse rationes dubitantium et Damasceno hoc scriptum eripientium. Quando tamen comparo, quae pro imaginibus idem Damascenus scripsit: magis inclino in eam sententiam, *Combefisio* in bibl. concionatoria etiam probatam, vt Damascenum auctorem esse mihi persuadeam. *Veterem translationem latinam,* inquit Lequinius, *quam sanctus Thomas consuluerat, reperire nusquam potui. Aliam adornauit* Io. Oecolampadius *et Conrado Peutingero nuncupauit a.* 1520. in 4. adhuc monachus Brigittanus. *Alteram postea* Ludouicus Nogarola *condidit.* Veronae 1532. 4. *Quartam* Iacobus Billius, *quam* Combefisius *hinc inde passim mutandam censuit, castigata dictione graeca ad MSS. codices aliquot: quorum labori manum iterato addere pro more non dubitaui.* Oecolampadii versio in Basileensibus, Billii in Parisiensibus Damasceni editionibus saepius recusa et apud Surium ad 2. Nouembr. Nogarola suam Clementi VII. inscripsit, ediditque Veronae 1532. in 4. recusam Venet. 1541. [P] in 8. cum graeco texto, quod Veronae iam ad calcem libri de orthodoxa fide prodierat 1531. in 4. Citantur in hoc scripto:

oo) *Oudinus* quoque l. c. pag. 1719. subscribit iudicio Natalis Alexandri et condemnationi propter enormes fabulas de liberatione animae Traiani, imperat., ab inferis, Gregorii, papae, precibus, et Falconillae, mulieris, precibus Theclae, primae martyris, enarratas, refertque iudicia Baronii et *G. I. Vossii* de historicis gr. libr. II. cap. 24. add. *Oudin.* p. 1744. sq. inter dubia Damasceni opp. Damasceno tamen adscribitur in cod. *Naniano* LXXV. nr. 73. v. cat. codd. gr. Nan. p. 156. — in codd. *Taurin.* LXX. CCXV. et CCCXX. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 164. 308. et 402. — in cod. *Medic.* secundum indic. cat. Bandin. — *Vindobonae* in cod. CXLVI. nr. 22. cod. CXLIV. nr. 42. et CCCXV. nr. 2. v. *Lambec.* IV. p. 261. et 241. cum not. Kollarii, et vol. V. p. 580. cum Kollar. nota. — in cod. *Coislin.* CCXXXIII. et CCLXXXV. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 295. ac 401. eodem indice in bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 196. E. et in diario ital. pag. 215. *Romae* inter codd. monast. patrum S. Basilii. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. v. cat. bibl. Leid. p. 401. nr. 4. cum titulis XIV. contra Nestorianos. — *Monachii* in cod. Bauar. LXIII. v. cat. pag. 18. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. XXVI. a manu antiqua Ἰωάννου ταπεινοῦ μονάχου καὶ a manu autem recentiore τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ δαμασκηνοῦ λόγος notante cl. *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosq. pag. 37. *Paris.* exstat ille sermo in quindecim codd. in bibl. publica. *Harl.*

Athanasius, ὁ πάνυ ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας αὐτῷ πανηγυρικῷ λόγῳ pag. 591. 597.
Basilius. 595. (homilia in auaros.) 596.
Dionysius, ἐν τῇ περὶ τῶν κεκοιμημένων μυστικῇ θεωρίᾳ, respicitur lib. de coelesti Hierarch. c. 7.) p. 685.
S. Ephraem, ὁ τῆς τοῦ Χριστοῦ δευτέρας παρουσίας ἀκριβέστατος μύστης Ἐφραὶμ ὁ μακάριος p. 596. 597.
de Falconilla, precibus S. Theclae saluti restituta p. 585. 591. ex Actis Theclae.
Gregorius, ὁ Διάλογος, pag. 591. pro Traiani, imp., salute intercedens et exauditus p. 591.
Gregorius, Naz., orat. in funere Caesarii, fratris, p. 586.
Gregorius, Nyssenus, p. 586.
Io. Chrysostomus enarrat in epist. ad Philippenses et Galatas pag. 586. 593. 596.
Ioannis, τοῦ ἐλεήμονος, vita p. 595.
Maccabaeorum libri ἡ θεία γραφὴ p. 585.
Palladii, πρὸς Λαῦσον ἱστορικὴ βίβλος, ex illo fabula de cranio loquente cum Macario, p. 587.
Sibyllarum de Christo vaticinia videtur tangere p. 589.

22. *Epistola* ad quemdam, qui ad auctorem scripserat περὶ ἐξομολογήσεως, *de confessione*, et quinam ii sint, qui potestatem ligandi et soluendi acceperint, p. 601 — 610. Incipit: ἐπέταξας τῇ εὐτελείᾳ ἡμῶν, πάτερ καὶ ἀδελφέ. Hanc epistolam, qua monachos etiam, licet sacerdotes non sint, potestate gaudere confessiones Christianorum excipiendi, auctor, quisquis est, disputat, primus cum versione *Thomae Galei*, decani Eboracensis, [ex cod. XCIII. Gale, s. nr. 5927. cat. codd. Angliae etc.] a quo edendam accepit, in lucem protulit Lequinius, sed, qui negat, auctorem esse vel Damascenum nostrum vel alium Syrum Palaestinumue, sed potius alterius regionis, quae patriarchae Constantinopolitano subesset.

23. Λόγος ἀποδεικτικὸς περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων. Oratio siue epistola demonstratiua *de sacris et venerandis imaginibus* ad Christianos omnes, aduersusque imperatorem, Constantinum τὸν καβαλῖνον, Cabalinum ac haereticos vniuersos p. 613 — 638. Incipit: ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν. Ediderat cum versione sua *Combefisius* in tomo II. auctarii noui p. 663. Paris. 1648. fol. testatus in alio codice regio [qui est CM. secund. cat. codd. Paris. reg. tom. II. p. 174.] exstare sub titulo epistolae *Iohannis, Hierosolymitani,* ad Constantinum, Cabalinum. Certe scripta est post synodum Copronymianam, habitam a. C. 754. imo post depositionem Constantini, patriarchae, factam a. 766. *Fabr.* Ideo negauit etiam *Oudin.* l. c. pag. 1749. sq. auctorem fuisse Io. Damascenum, cui tamen adtribuitur in cod. *Vindob.* caes. CXLIV. nr. 27. v. *Lambec.* comment. IV. p. 235. — in cat. codd. Angliae etc. tom. I. nr. 274. bibl. *Bodlei.* inter codd. Thom. Roë. — *Le Quien* suspicatur pag. 611. tom. I. auctorem fuisse *Ioan.*, *episc. Euboeae.* Conf. *Walch.* (qui etiam Io. Damasc. non agnoscit auctorem.) in hist. haeres. tom. X. p. 151. sq. tom. XI. p. 279. 288. sq. 363 — 367. *Harl.*

24. Epi-

24. Epiſtola ad *Theophilum*, imp., Michaelis Balbi F. de imaginibus, ſcripta circa a. 845. adeoque auctore non Io. Damaſceno, cui in codice Mazarino [et Veneto Marc. DLXXV. v. cat. codd. gr. p. 302.] tribuitur, ſed ab alio, neſcio quo, diu poſt illius obitum, trium Orientis patriarcharum nomine, Chriſtophori Alex. Iobi Antiocheni et Baſilii Hieroſol. aliorumque epiſcoporum. pp) Incipit: ἐπεὶ τοιγαροῦν κατὰ τὴν θεόλεκτον p. 629 — 647. Primus edidit *Combefiſius* in manipulo originum rerum Conſtantinopol. Paris. 1664. 4. vt dixi volumine octauo huius bibl. pag. 83.

25. Περὶ τῶν ἀζύμων. *De azymis*, opuſculum duplex, prius incipit: ἰστέον, ὅτι οἱ τὰ ἄζυμα προσκομίζοντες pag. 674. alterum inſcribitur: ἕκτη αἵρεσις Ἀρμενίων, et incipit: τὸ ἄζυμον τὴν νεκρὰν θυσίαν. *Hoſtiam ſine fermento mortuam impudenti fronte offerunt ſecundum traditionem Hebraeorum* p. 648 — 651. Auctor non Io. Damaſcenus eſt, ſed, (poſterioris ſaltem,) *Miletius* quidam, qui p. 648. E. vocatur θεοφόρος ἀνὴρ καὶ τῶν γραφῶν ἀκριβὴς ἐξεταστής. Etiam Damaſceno neutram lucubrationem tribuendam pluribus declarat *Lequinius* diſſertatione ſexta Damaſcenica, oſtenditque, ſanctum illum doctorem ſuffragatum communi patrum traditioni, et ſtatuiſſe, quod Chriſtus ipſo pridie, quam pateretur, paſcha iudaicum cum diſcipulis comederit. Id vero in vtroque hoc opuſculo negatur. Poſterius laudat *Combefiſius* tom. II. auctar. noui pag. 427. *Fabr.* *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 585. notat, in cod. CCCLXXVIII. fol. 180. occurrere quidem *Io. Damaſceni de Azymis*, ſed eſſe *Ioannis Philoponi* librum, editum a Balthaſare Corderio cum eiusd. Philoponi opere in Hexaëmeron, et incipere, ἐζήτηται περὶ τοῦ δείπνου τοῦ δεσποτικοῦ πολλοῖς. — *Paris.* in cod. bibl. publ. MCCXCV. nr. 18. ineſſe dicitur *Io. Damaſceni* opuſcul. *de azymis*, in cod. autem MCCCXV. nr. 2. *Leonis Acrideni*, Bulgariae archiepiſcopi, *de azymis et ſabbatis* epiſtola, et nr. 3. aliud opuſc. *de azymis*, nomine auctoris non addito: inc. τὰ ἄζυμα οὐκ ἄρτος. *Harl.*

26. Epiſtola *Petri Manſur* ad Zachariam, epiſcopum Δοάρων, Doarorum, incipit: εἰ καὶ διιστάμεθα τοῖς σώμασιν pag. 655. Subiicitur eiusdem κεφάλαιον περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος ὃ μεταλαμβάνομεν, *de immaculato corpore,* qq) *cuius participes reddimur.* Incipit:

pp) Contra Combefiſium grauiter dimicat *Oudin.* l. c. pag. 1753. ſqq. et oſtendit copioſe, id opuſc. ſcribi non potuiſſe a Io. Damaſceno, idemque animaduertit, *Du Cange* in catal. ſcriptorum graecor. quem ſubiunxit Gloſſario graeco, col. 28. id adtribuere *Ioanni*, archiepiſcopo *Hieroſolym.* tum col. 52. *Ioanni, monacho.* add. *Walch.* in hiſt. haer. tom. X. p. 153. ſqq. (vbi auctorem opuſc. eſſe ignotum et vixiſſe ſaeculo nono ſcribit,) p. 723. ſqq. (vbi copioſius agit de auctore ſ. auctoribus atque argumento huius epiſtolae, antiquae quidem, ſed ſuppoſititiae;) tom. XI. p. 288. ſq. et 368. ſq. *Harl.*

qq) Poſt reſurrectionem corpus Chriſti ſanguinis expers eſſe adſirmat hic ſcriptor contra Damaſceni et patrum, graecorum praecipue, ſententiam. Vide *Iac. Boilauii* disquiſitionem theologicam, oppoſitam Petri Allixii diſſertationi de ſanguine Ieſu Chriſti poſt reſurrectionem, ad epiſtolam Auguſtini CXLVI. Paris. 1681. in 8. [*Matriti* in cod. regio LXXVII. fol. 330. v. *Iriart.* cat.

cipit: τὸ τȣ̃ [?] κυρίȣ καὶ Θεȣ̃ ἡμῶν σώματος p. 656—659. Sub Io. Damasceni nomine laudat Mich. Glycas, Sicydita, epist. ad Nectarium et Ioannicium; et sub Io. Damasceni nomine ediderat *Petrus Pantinus* Antwerp. 1601. in 8. cum homilia de Sabbato sancto, inde *Fronto Ducaeus* in editionibus Damasceni Paris. 1603. 1619. fol. *Petrum* illum *Mansur*, Io. Damasceni consanguineum, *non puto*, (inquit Lequinius,) *fuisse* Petrum, Damasci metropolitam, *cuius nomine Damascenum nostrum opuscula quaedam condidisse certum est, quique sub Chalipha, Walid, abscissa lingua missus in exsilium fuit, quia Arabum et Manichaeorum errores scriptis redarguerat. Theophanes insuper martyrium recitat* Petri Maiumensis, *quem a Damasceno nostro panegyrica oratione laudatum narrat, quum pro fide a Mahomedanis occisus esset. Fuit alter* Petrus Damascenus, *cuius ascetica opera in bibliothecis adseruantur nondum edita:* rr) *qui vero simplex monachus erat, et inter Graecos Byzantinos morabatur. Viuebat anno mundi 6695. seu Christi 1157. vt ipse testatur in fine libri tertii his verbis, quae excerpsi ex regio cod.* MMCMXCIV. *fol.* 122. ὁ γὰρ νικήσας χάριτι Χριςȣ̃ τὰ ὀκτὼ πάθη ταῦτά φησιν, ἐνίκησε καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἅ τινα προεγράφησαν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ὑπὸ τȣ̃ συγγράψαντος αὐτὸν Πέτρȣ ταπεινȣ̃ μοναχȣ̃ τȣ̃ Δαμασκηνȣ̃ κατ' αὐτὸ σχξέ ἔτος, ἰνδ. ε'.

27. *Expositio et declaratio fidei* ex arabico versa latine et a Lequinio primum edita pag. 663—670. Incipit: *Quis sapiens est, vt intelligat?* Subiungit idem partem *orationis I. contra imagg.* similiter ex arabico versam, in qua citatur locus ex Chrysostomi homilia in Lazarum, quae incipit: *Omnis scientia a DEO est.* Fallitur autem vir doctus, qui homi-

cat. codd. Matr. p. 286. de litteris adpictis, γράμμασι κατασύγκλοις, et vera vltimi voc. lectione atque interpretatione. *Harl.*]

rr) *Paris.* in bibl. publ. cod. secund. catal. codd. Paris. tom. II. in cod. MCXXXIV. *Petri Damasceni* 1) commonitio ad suam ipsius animam, (quae etiam est in cod. MCXXXV. 2) de Christi domini mandatis; 3) explicatio dicti S. Chrysostomi de vita monastica; 4) ascetica, quae etiam exstant in codd. MCXXXVII. et MCLXXXVIII. in hoc cod. praeterea reperiuntur eiusd. de certamine et bello spirituali; de nullo periculo pro veritatis defensione recusando; item de vitando peccato, et expositio regulae Io. Eremitae: in cod. MCXXXV. alphabetum; in cod. MCXXXVI. Συνοπτικόν. — In bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* XIII. *Petrus Damasc.* de discretione; in cod. CXXXIII. quatuor opusc. s. eclogae e variis scriptoribus: 1) miscellanea; 2) excerpta ex Io. Chrysostomo de humilitate etc. 3) de mandatis diuinis; 4) de tribus facultatibus animi. — In cod. CXCVII. ex libro *Petri Damasc.* ἀρχὴ μὲν παντὸς ἀγαθȣ̃. — Eadem excerpta ex libro *Petri Dam.* ascetico sunt *Vindobon.* in cod. caesar. CCLXXXIX. nr. 20. sec. *Nesselii* cat. codd. caes. part. I. p. 397. — in cod. *Barocc.* CCXIII. de septem operationibus, quibus mens ad deum eleuatur. — In cod. *caesar.* CC. nr. 2. ap. *Nessel.* l. c. p. 293. at ap. *Lambec.* vol. IV. p. 441. in cod. CLXXXVII. ex libro *P. Dam. sermones animo vtiles.* inc. Τρίτη ἐςιν ἀγρυπνία σύμμετρος. — In cod. *Naniano* CCXXIX. fin. opusc. de virtutibus et vitiis. v. cat. codd. gr. Nan. Venet. p. 423. — *Matriti* in cod. XIV. 35. Damasc. excerptum de modo, quo quis debeat ad S. synaxim accedere, et nr. 92. sqq. quatuor capp. ascetica. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 36. 37. sq. — *Petri Damasc.* liber de laudibus ac festis virginis, Mariae, alias *Marionale* dictus, s. l. et a. fol. *Panzer.* A. T. IX. p. 170. ex Thott. cat. VII. p. 35. *Harl.*

homiliam illam nondum prodiisse putat: exstat enim tom. VII. Sauilianae edit. p. 524. et non procul ab initio illius leguntur verba, a Damasceno ex eadem citata: *ὁ γὰρ τοὺς ἐκείνου φίλους τιμῶν εἰς ἐκεῖνον παραπέμπει τὸ δῶρον. φιλάνθρωπος γὰρ ὢν εἴωθεν ἀεὶ τὰς ὑπὲρ ἐκείνων οἰκειοῦσθαι τιμάς.*

28. *Carmina iambica, εἰς τὴν θεογονίαν* p. 673. *εἰς θεοφάνια* ss) p. 676. *εἰς τὴν πεντηκοστὴν* p. 679. cum versione prosaria *Aldi Manutii.* Hic [?] Venetiis primum ediderat graece et latine cum nonnullis aliorum Melodorum graecorum, Cosmae Hierosol., Marci Hydruntini, Theophanis et Scholarii a. 1501. 4. tt) vnde latine deinde in editionibus Damasceni, at in Basileensi a. 1575. quemadmodum et in poëtis graecis christianis Paris. 1709. in 8. vtraque lingua iterum prodierunt. Verum in editionibus Damasceni Paris. 1577. 1603. 1619. leguntur latine ex metaphrasi poëtica *Iacobi Billii,* quam p. 681. seq. Lequinius itidem exhibet. Apud hunc graece et latine deinceps sequuntur odae *εἰς τὴν κυριακὴν τοῦ πάσχα,* p. 684 *εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,* p. 686. *εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ* *) p. 688. *εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας θεογεννήτου* p. 690. Tomum claudit *εὐχή*, siue *precatio* versibus Anacreonticis, cum metaphrasi *Iacobi Billii* p. 691—693. quacum etiam in poëtis graecis christianis Paris. 1609. in 8. legitur p. 202. In Graecorum libris ecclesiasticis exstat in officio sanctae

ss) In MSto codice chartaceo, quem habeo scholiis graecis illustratum, inscribitur *εἰς τὰ ἅγια φῶτα.* Scholia duplicia sunt, interlinearia et alia, quae alterius *ἑρμηνείας*, siue metaphraseos loco subiiciuntur. Speciminis caussa duo disticha priora cum vtrisque scholiis adscribam.

Σήμερον ἀχράντοιο βαλὼν θεοφεγγέϊ πυρσῷ
Πνεύματος ἐνθάπτει νάμασιν ἀμπλακίην.
Φλέξας παμμεδέοντος ἐῢς πάϊς, ἠπιόων δὲ
Ὑμνηταῖς μελέων τῶνδε δίδωσι χάριν.

Haec in scholiis interlinearibus explicantur hunc in modum: *Νῦν τοῦ ἀμιάντου μίξας τῆς θεότητος τῷ πυρὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος καλύπτει τοῖς ὕδασι τὴν ἁμαρτίαν· καύσας τοῦ παμβασιλέως ἀγαθὸς ὁ υἱὸς τῶν ταπεινῶν τοῖς ψάλταις ᾠδῶν τούτων παρέχει δωρεάν.* Sequitur altera *ἑρμηνεία.* *Σήμερον ὁ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ καὶ πατρὸς μέγιστος παῖς τὴν ἁμαρτίαν βαλὼν ἐν τῷ θεοφεγγέϊ πυρὶ καὶ τῷ κεραυνῷ τοῦ θείου πνεύματος, τοῖς τοῦ Ἰορδάνου νάμασιν ἐνθάπτει, καταφλέξας πρότερον ταύτην ὑπὸ τῆς κεραυνώσεως. Τοῖς ψάλταις δὲ τῶν πραϋτάτων τούτων μελῶν, ἤτοι τοῖς ᾄδουσι πράως αὐτὰ τὴν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος δίδωσιν.*

tt) Raram hanc Prudentii, Prosperi, Io. Damasceni aliorumque melodorum gr. collectionem vberius recensuit *Fabric.* infra vol. X. pag. 352. sqq. et auctor libelli: Serie dell' Edizioni Aldine, ed. II. Patau. 1790. 12. p. 12. sq. — Hymnus in Theogoniam, gr. Paris. ap. Guil. Morell. 1551. 8. — Idem hymnus acrostichus, cum *Synesii*, Cyrenes episcopi, hymnis decem, et Gregorii, Nazianzeni odis quatuor; gr. ac lat. Paris. ap. Io. Benenatum. 1570. 8. — In corpore poetar. graecor. tragicorum, comicorum, lyricorum etc. gr. ac lat. Geneuae 1614. fol. tom. II. p. 189. et 737. H. in Theogon. p. 739. H. *εἰς τὰ Θεοφάνια·* p. 741. H. in Pentecost. et precatio versibus anacreonticis, pag. 743. — *Bandini* in cat. codd. gr. Laur. Medic. tom. II. p. 204. recensuit edit. Hymnorum quorumdam saeculo XV. s. a. et l. nota in 4. Insunt vero praeter quosdam Cosmae, Hierosolym. Marci, episcopi, et Theophanis hymnos, *Damasceni* hymni *εἰς θεογονίαν, εἰς θεοφανίαν, εἰς πεντηκοστὴν, εἰς τὴν κυριακὴν τοῦ πάσχα, εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* *Harl.*

*) Exstat et ad calcem homiliae Damasceni in edit. Hoescheliana p. 63.

ctae communionis ἐκ τῶν θείων ἐρωτήσεων τῆς ἁγίας μεταλήψεως Συμεὼν τῦ νέυ θεολόγυ. *Fabr.* Damasceni hymni *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. Iambi in natalem Domini, in cod. elect. Bauar. CCXLV. v. cat. codd. gr. p. 83. — add. infra inter scripta Damasceni inedita, nr. 9. Hic quoque commemorare iuuat *Io. Damasceni ex Dioptra* versus politicos XVI. in cod. *Florent. Medic.* XVI. nr. 47. plut. 86. quos integros dedit Fabric. infra in vol. XII. de collect. MSt. chemicorum graecorum: item in collect. similis argumenti, codd. Paris. bibl. publ. MMCCCXXVII. et MMCCCXXIX, *Io. Damasc.* de sacra arte liber, versibus politicis. *Harl.*

[✠] *Tomo II.*

29. Ἐκ τῆς καθόλυ Ἑρμηνείας Ἰωάννυ τῦ Χρυσοςόμυ ἐκλογαὶ ἐν ἐπιτομῇ ἐκλεγεῖσαι. *Ex vniuersa interpretatione Iohannis Chrysostomi excerpta compendiaria in XIV. epistolas S. Pauli*, antea inedita et nunc primum e codice regio MMCCCXXXI. a Lequinio prolata in lucem et latina versione donata p. 1 — 274. Oportet Damascenum aliis praeterea commentariis epistolas Pauli, vel epistolam saltim ad Hebraeos, aut eius partem, illustrasse, ad quos respicit *Petrus Blaesensis* libro contra deprauatorem operum suorum tom. XXIV. bibl. patrum edit. Lugd. p. 1187. H. *Iohannes enim Damascenus super verbo illo in epistola ad Hebraeos* (V. 7.) exauditus est pro sua reuerentia, *intellige, inquit, hanc reuerentiam totius timoris expertem. Deus enim charitas est, charitas autem timoris consortium non admittit.* Haec in commentario illo incassum quaesiui. [v. *Oudin.* iudicium ad nr. 30.]

30. Ἱερὰ παράλληλα. *Sacra parallela,* siue locorum communium opus ex dictis S. Scripturae et priorum ecclesiae doctorum sub certis titulis magno digestum studio, atque ab auctore initio in tres distributum libros, quorum *primo* de DEO et rebus diuinis, *secundo* de rerum humanarum statu ac conditione, *tertio* de virtutibus et vitiis tractandum susceperat. Sed postea existimauit, lectorum vsibus accommodatius fore, si titulos vniuersos ordine disponeret alphabetico, qui in littera alpha sunt vnus et quinquaginta, in beta XIII. in gamma XV. atque ita in ceteris. Hoc opus praeclarum, et quo multorum egregiorum scriptorum, quae pridem intercidere, fragmenta seruantur, latine tantum ex *Iac. Billii* versione exhibuerant editiones Damasceni Parisienses a. 1577. 1603. 1629. Magnae itaque gratiae Lequinio debentur, qui graeca primus dedit e codice Vaticano, versionemque recensuit, in qua Billius dicta S. Scripturae ex vulgata latina haud probando Carassae consilio addiderat, etiam vbi Damasceni graeca aliud tinniunt. Idem Lequinius post parallela pag. 278 — 730. ex codice Vaticano repraesentata, exhibet deinde p. 731 — 790. excerpta cum indice eorumdem ex altero praeclaro et in multis diuerso parallelorum codice, quem Claramontano Iesuitarum Parisiensium collegio donauit *Rupefucaldus, cardinalis*, et quem ex auctore [✠] antiquiore, qui sub Heraclio vixerit, interpolatum adnotarunt viri docti. In hoc plura etiam et praestantissimorum et antiquissimorum scriptorum fragmenta conser-

vata

vata leguntur, quemadmodum melius iam conſtabit ex indice, quem hic per otium confectum a me ſubiiciam, quum prius monuero, eximium horum parallelorum codicem MS qui fuit abbatis Gaddi, iam extare in bibliotheca Medicea. *Fabr.* In bibl. *Medic.* cod. XXII. plut. 8. ſunt *Damaſceni ſacra parallela*, quem cod. vberrime recenſet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 367. ſqq. et primum adnotat, indicem omnium titulorum, ſub vnaquaque alphabeti littera contentorum, at initio mutilum, fere conuenire cum cod. Rupefucaldino, quem *Le Quien* in ſua ed. II. p. 731. retulit integrum; at tamen in multis, a Bandinio late curateque expoſitis, diſcrepare; tum obſeruat, duo alios occurrere indices: dein tradit, in tres partes diuiſa eſſe huius codicis parallela, quae quomodo cum cod. aut Rupefecaldino aut Vaticano conueniant aut ab vno alteroue diſcedant, copioſe animaduertit, comparata edit. *Le Quien*, quem interdum caſtigat. Denique ſupplet indicem ſcriptorum a Fabricio contextum: cuius ſupplementa poſtea repetemus. *Oudinus* p. 1773. ſq. *Ioanni Damaſceno* iuniori, qui modo a loco natalium *Io. Damaſcenus*, modo a ſede patriarchali, quam per plures annos occupabat, *Io. Antiochenus* in codd. dicitur, eruditione et ſanctitate praeclaro, circ. a. 1090. et ſeqq. annis ad an. circ. 1120. florenti, adtribuenda cenſet, praeter libros *de imaginibus*, omnia opuſcula, quae Mich. Le Quien tomo II. ſuae edit. graecolat. *Damaſceno*, monacho et ſeniori, adſcripſit, n. 1) *Epitomen* commentariorum Io. Chryſoſtomi in epp. Paulli; 2) parallela moralia; 3) eclogarum libros II. eiusdem methodi; 4) oratt. tredecim de variis argumentis, in celebrioribus eccleſiae ſollemnitatibus vel Sctorum feſtis pronuntiatas. Tum *Oudin.* p. 1775. ſqq. contra Le Quien pugnans, ſententiam ſuam de memoratis libris vberius explicuit et copioſius demonſtratum iuit, Io. Damaſcenum ſeniorem non potuiſſe illorum auctorem eſſe: inprimis euincere ſtuduit, *parallela ſacra* non potuiſſe ſcribi a Damaſceno ſeniore, ſed a Damaſceno iuniore, ſiue Antiocheno, eſſe congeſta; et *excerpta* in cod. Vindob. caeſareo [uu]) diſerte tribui Io. Damaſc. iuniori, patriarchae Antiocheno, atque in illo cod. citari Andream, Caeſareae in Cappadocia archiepiſcopum circ. a. 850. Theodorum Studitam, ſaec. IX. aliosque recentiores; nec codicem Eclogarum Claramontanum, codice caeſareo recentiorem, cum Le Quien adeo vetuſtum eſſe cenſendum. Sed ipſum conſules Oudinum, pluribus ſuum iudicium confirmantem. — Pariter in cod. *Coislin.* CCXCIV. ſunt Eclogae, ſeu excerpta ſcripturae, patrum et aliorum, in varia capp. et argumenta ordine alphabetico digeſta, quae tamen, quia non ſemel laudetur in iis Io. Damaſcenus, differre a parallelis Io. Damaſceni, adnotat *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 432. — *Venetiis* in cod. Naniano CCXXIIX. nr. 37. *Io. Damaſceni parallela*, quem (Mingarell.) in cat. codd. gr. Nan. p. 422. ſq. putat, illum eſſe codicem, de quo Le Quien p. 277. edit. Dam. Opp. Venetae 1748. tom. II. et quem hic dixit eſſe bibliothecae illuſtr. archiepiſcopi Philadelphienſis, [vv]) atque, poſtquam alia notauit, vtilem

uu) Cod. CCXLI. nr. 1. v. *Lambec.* V. pag. 221. ſqq.

vv) V. *Montfauc.* diar. ital. pag. 46. de illius codd.

vtilem fore exiſtimat laborem, ſi quis Lequieni edit. cum hoc codice conferat. — Ibid. in cod. CXXXVIII. bibl. Marc. exſtant *Parallela.* v. cat. codd. gr. Marc. p. 79. ſed cum primis cel. *Morell.* in bibl. gr. et lat. MSta, tom. I. p. 83. ſqq. qui docte illum cod. recenſendo comparat eum cum codd. Rupefucald. Laurentiano et Vaticano; tum adnotat, librarios in eiuscemodi potiſſimum ſcriptis auſos fuiſſe haud pauca demere, adiicere, aut immutare. Hinc, id quod Oudini iudicium aliquantisper infirmare videtur, animaduertit, ſub littera α ineſſe quidem ſcholion de cruce Chriſti, Heraclii, imp., tempore a Choſroë in Perſiam ablata, a Le Quien. p. 275. editum; at nulla Andreae Caeſarienſis, Theodori Studitae, Antonii Meliſſae, Michael. Pſelli, aliorumque recentiorum fragmenta, quibus adductus Oudinus illam collectionem, (cuius tamen auctor neque omnino certus eſſe videtur, neque, num cod. Marcianus eam, qualis primum a. Io. Damaſc. ſen. prodiit, collectionem, an delectum ex opere vberiore contineat, cognitum omnino eſt exploratumque,) adiudicabat Io. Damaſceno, patriarchae Antiocheno. Denique docet humaniſſimus *Morell.* Ioannis etiam Damasceni nonnihil illi cod. fuiſſe immixtum, et praeter Pythagoram in carminibus aureis ac Democritum, qui ſemel adferuntur, librorum ſacrorum loca et eccleſiaſticorum ſcriptorum, quos nominat Morell. fragmenta tantummodo inſerta legi. Quae quum ita ſint, Io. Damaſc. ſen. videtur aut putabatur olim, eiusmodi collectionem inchoaſſe; quam alii deinceps vel interpolarunt, vel aliorum ſcriptorum, etiam ipſius Io. illius Damaſceni, atque, vt in tertia Parallelorum parte in cod. Laurent. potiſſimum factum eſt, profanorum ſcriptorum locis ac ſententiis amplificarunt: et tamen codicibus nomen Io. Dam., vtpote celebris auctoris, a librariis fuerit praefixum (quod etiam Heſiodi aliorumque ſcriptis eueniſſe conſtat,) denique Io. Dam. patriarcha Antiochen. videtur vel ſimilem compilaſſe collectionem, quam plurimis ex ſuperiore repetitis, vel antiquiorem auxiſſe ac perfeciſſe. Hinc fieri potuit, vt a librariis eiusmodi parallela Ioanni modo ſeniori, Damaſceno, modo iuniori, Antiocheno, adſcriberentur. *Harl.*

INDEX SCRIPTORVM

in

S. Ioannis Damaſceni

parallelis sacris laudatorum,

ad paginas editionis Michaëlis le Quien tomo II. Excerpta ex codice Rupefucaldino incipiunt a pag. 731.

[Inſerui nomina, a Bandinio ex cod. Laur. vti ſupra iam monui, ſubiecta.]

[Aeſo-

[Chry-

Grego-

[Her-

Ioannis

31. *Homilia* a) *in μεταμόρφωσιν, transfigurationem Christi*, p. 791—804. Incipit: *Δεῦτε πανηγυρίσωμεν.* Hanc *Billius* cum versione sua primus ediderat a. 1577. in Damasceno

no ſuo, recuſo a. 1603. 1619. Emendatiorem ex codice Auguſtano vulgauit graece et latine cum notis *Dauid Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel. 1588. in 8. ſubiuncta inſigni obſeruationum adpendice, quibus plura Philonis, Baſilii Magni, Nazianzeni, Athenaei et aliorum ſcriptorum loca ex MSS. emendantur. *Combefiſius* tom. VII. bibl. concionatoriae hanc homiliam, quae in cod. Seguieriano perperam ad Ioannem, Antiochenum, refertur, contulit cum MS. Seguieriano, ſed et regiis duobus MMXXIX. vetuſtiſſimo et MMXXVI. Lequinius etiam cum Colbertino CMLXXVII. *Fabr.* Exſtat *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. — Sed iuuat, ne nimia catalogorum repetitio taedium creet, ſecundum numeros, *a*, *b* etc. a Fabricio notatos, homiliarum indices h. l. ſimul citare. In cod. *Coislin.* CCLXXXI. ſunt quatuor Io. Damaſceni ſermones aſcetici, nec non capita octo in quaedam S. S. loca, quae putat Mich. Le Quien eſſe Io. Damaſceni. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 393. et p. 182. ac 183. nr. *a* et *i.* in cod. CVII. it. p. 388. ſq. nr. *g. h. e.* ac tres nr. *i.* tum pag. 425. ſq. nr. *a.* et tres nr. *i.* — *Monachii* in cod. elect. LXIII. ſunt homil. a Fabricio deſignatae, nr. *a.* et *i.* — in cod. LXXVIII. et cod. CIV. varii ſermones. — in cod. LXXX. nr. *k.* — in cod. CXIV. nr. *h.* — *Vindobon.* in cod. caeſar. XXXV. orat. nr. *k.* — or. nr. *h.* et nr. *b.* v. *Kollar.* ſuppl. p. 262. ſqq. — nr. *h.* in cod. CXL. 7. *Lambec.* IV. pag. 205. — nr. *d.* in cod. CCXLIX. 14. *Lambec.* V. pag. 305. vbi v. Kollar. not. — Sec. cat. codd. Angliae etc. ſunt varii Damaſceni ſermones, tom. I. in bibl. *Bodlei.* nr. 148. 196. 199. quinque, nr. 234. 274. bis. 283. 290. 688. 726. 2500. 3383. 5824. — *Oxon.* nr. 211. in tom. II. nr. 5865. et 5950. — *Taurini* nr. *a.* et *f.* in codd. LXX. et CXLVIII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 166. et 239. — pag. autem 398. in cod. CCCXX. fol. 12. tribuitur Io. Damaſceno *encomium archangelorum et angelorum;* cuius initium τὴν μὲν λόγον ἡ προθυμία καλεῖ· in primo tamen tomo Auctarii noui Combefiſiani pag. 1525. exſtat gr. ac lat. ſub nomine *Michaelis Syncelli;* — in eodem cod. fol. 398. *Io. Damaſceno* adſcribitur ſermo *in receptionem manus Io. Baptiſtae,* cuius tamen auctorem *Allatius* in diatriba de Symeonum ſcriptis p. 96. facit *Theodorum Daphnopatam,* ſub cuius nomine legitur etiam in cod. CCLXXIX. caeſar. part. I. catal. bibl. Vindob. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 400. ſine auctoris nomine latine ap. Surium et Lipomannum. v. infra vol. IX. p. 101. ed. vet. — *Florentiae,* in cod. Laurent. Medic. XXXIII. 28. plut. 9. nr. *a.* et tres ſerm. Damaſceni in dormitionem Mariae: iterum nr. *a.* in cod. XXXI. 19. plut. 10. v. *Bandini* cat. I. p. 456. et 496. — *Venetiis* in cod. Naniano LXXIII. 18. orat. nr. *g.* — in cod. CXXVI. 16. nr. *i.* v. cat. codd. gr. Nan. p. 149. et 348. — *Neapoli* in cod. bibl. Io. de Corbonaria etc. homiliae quaedam, teſte *Montfauc.* in diario ital. p. 309. — *Leidae* inter codd. Voſſian. homil. nr. *a.* et hom. *in ſepulturam Domini noſtri, et eas, quae ferebant vnguentum.* v. cat. bibl. Leid. p. 403, 29. — *Matriti* in cod. regio LXVII. hom. nr. *d.* v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 280. — *Oudinus* l. c. pag. 1780. ſqq. omnes, quae in edit. Le Quien tom. II. p. 791—910. ſub Damaſceni nomine continentur, iudicat vberiusque oſtendere ſtudet, incertas eſſe, vel Io. Damaſceno ſuppoſitas ac iunioris ſcriptoris. *Harl.*

b) *In ficum arefactam et in parabolam vineae,* pag. 804 — 810. Incipit: κινεῖ με πρὸς τὸ λέγειν. Prodiit ex duobus codicibus Colbertinis et tertio Thomae Galei. In inscriptione huius homiliae Damascenus dicitur *monachus et presbyter* τῆς ἁγίας Χριςῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν ἀναςάσεως, *ecclesiae sanctae Christi DEI nostri resurrectionis. Fabr.* Exstat *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCCLXXXVI. et MCDLXXVI. *Harl.*

c) *In S. parasceuem et in crucem,* pag. 810 — 815. Incipit: πεπλήρωται ἡμῶν λοιπόν. Primus sub Chrysostomi nomine edidit graece Hoeschelius Augustae Vindel. 1587. in 8. inter ww) varias patrum homilias p. 490. Exstat et in Chrysostomo Sauilii tom. V. p. 906. et in graecolatina edit. cum Frontonis Ducaei versione tom. VI. pag. 336. Et sub Chrysostomi nomine graece et latine est apud *Iac. Gretserum* tom. II. de Cruce p. 460. Sed Damasceno restituit Lequinius ex codice regio MMCCCCXLIII. et altero Remensi, qui itidem transiit in regiam bibliothecam. *Fabr.* In codd. *Paris.* bibl. publ. DXX. et MDXCV. catal. codd. tom. II. *Harl.*

d) *In sabbatum sanctum,* p. 815 — 833. Incipit: τίς λαλήσει τὰς δυναςείας τῦ κυρίϐ; Primus ediderat graece cum versione *Petrus Pantinus* Antwerp. 1601. in 8. ex bibl. Antonii Couarruuiae, inter homilias varias S. Chrysostomi, Antiochi et Germani. *) Inde [p] repetiit Ducaeus in editionibus duabus Damasceni ao. 1603. et 1619. Pantini versionem in bibl. concionatoria emendatiorem dedit Combefisius. Lequinius graeca contulit etiam cum MSS. regio MMCMLIII. et Colbertino MMCDXLII. *Fabr.* Sec. cat. codd. *Paris.* vol. II. in codd. MCLXXV. et MCCXCII. *Vindob.* in cod. caesar. XXXV. nr. 36. v. *Kollar.* supplem. ad Lamb. comm. pag. 264. add. *Oudin.* pag. 1740. sq.

e) *In annunciationem,* pag. 833 — 835. Latine tantum ex arabico. Incipit: *Iam tempus est, fratres dilectissimi.* Non antea edita.

f) *In annunciationem* homilia altera, p. 835 — 841. graece primum vulgata a Lequinio e codice Seguieriano, addita latina versione. Incipit: Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλική. *Fabr.* Ex initio orationis, (quae est in duobus codd. bibl. publ. *Paris.*) colligit *Oudin.* l. c. illam esse habitam in festiuitate celebri memorati mysterii, quae saeculo IX. annis centum post Io. Damasceni sen. aetatem instituta fuisset. In cod. *Paris.* bibl. publ. MCLXXIX. 3. est *Ioan.* monachi et presbyteri *Euboeae* homilia in conceptionem b. Virginis. *Harl.*

g) *In natalem S. Mariae,* p. 841 — 849. Incipit: Δεῦτε πάντα ἔθνη. Primus edidit cum versione sua *Iac. Billius* in editione Damasceni Paris. 1577. (recusa ao. 1603. 1615. et 1619.)

ww) Titulus collectionis Hoeschelianae est: ὁμιλίαι θεοφόρων τινῶν πατέρων. Integrum libro VI. cap. 10. recenseo. [v. infra, vol. XIII. pag. 534. sqq.]

*) V. infra, vol. XIII. p. 750. sq. *H.*

1619.) Castigationes Petri Pantini (qui ex duobus MSS. vetustis et probae notae eam [xx]) vertisse se testatur) leguntur inter varias patrum homilias p. 380. seq. Successerunt deinde nouae curae Combefisii in bibl. concionatoria e codice Mazariniano, et Lequinii e MS. illustris Passionei.

h) II. *In natalem b. Mariae*, p. 849 — 857. Incipit: λαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις σήμερον. Primus edidit Lequinius e codice reg. MMCCCL. collato cum versione inedita *Leonis Allatii*, sed qui hanc homiliam *Theodoro iuniori Studitae* tribuit in libro de Simeonibus. *Fabr.* Duae homiliae tribuuntur Ioanni Damasc. in cod. *Coislin.* CCLXXIV. v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 388. et in eod. cod. ibid. p. 389. homiliae nr. *f.* et tres nr. *i.* signatae, p. 421. homil. nr. *g.* in cod. CCCVI. — Hom. in natalem Mariae Virginis est in octo codd. *Paris.* bibl. publ. — In cod. etiam caesar. XXXV. nr. 34. adseritur illa Io. Damasceno, nec dissentit *Kollar.* in Suppl. ad Lambec. comm. p. 262. sq. At, monente *Oudin.* l. c. aetate Damasceni nostri nondum institutum erat festum natiuitatis Mariae Virginis, quod saeculo demum nono, vel medio, vel labente, post Theophili, imperatoris, mortem factum est. — Sub *Theodori Studitae* nomine infra in vol. IX. p. 112. add. ib. p. 246. ed. vet. — In cod. caesareo *Vindob.* XXXIX. quo continentur excerpta miscellanea ex diuersis variorum auctorum scriptis, sunt etiam excerpta ex Io. Damasc. orat. in natiuitatem b. Mariae, ex opusc. de voluntate Christi, et de duabus Christi naturis, ex eodem περὶ τοῦ μνημονευτικοῦ, ex eius orat. in obitum et adsumtionem b. Mariae, denique fragm. περὶ πάθους καὶ ἐνεργείας. *Harl.*

i) Εἰς τὴν κοίμησιν, *in dormitionem b. Mariae*, homiliae tres Prima incipit: μνήμη δικαίων μετ᾽ ἐγκωμίων γίνεται, pag. 857 — 868. *Secunda* incipit: ἔστι μὲν ἀνθρώπων οὐδείς, pag. 868 - 882. *Tertia* incipit: ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, pag. 882 — 886. Has tres homilias primus ex MSS. regiis MDCCCXX. et MMXXVI. Colbertino CMLXXVII. Seguieriano et MS. Sangermannensi Paris. graece vulgauit Lequinius. Duas priores ex *Raph. Volaterrani* versione [yy]) habet editio Basil. 1575. et Parisienses

xx) Versio Pantini lucem non vidit.

yy) Prius prodiit lat. versio *Raph. Volaterrani*, in huius opere, inscripto: de institutione christiana; it. de prima philosophia. *Ioannes Damascenus de dormitione Mariae*, ab eodem latine versus. Item caerimoniae ecclesiae, iussu Leonis X. editae. Venetiis 1516. fol. v. cat. bibl. Leidens. pag. 97. — In bibl. *Sfortianae* cod. est *Io. Damasc.* sermo in obitum Mariae virg. teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. p. 700. *D.* — *Vindobonae* in cod. caesar. XIV. nr. 36 — 58. sunt tres oratt. in dormitionem etc. Mariae, de quibus copiosus est *Lambec.* VIII. p. 280. sqq. ed. Kollar. qui notas subiecit plures. Lambec. adiunxit dissertat. de dormitione s. adsumtione b. Mariae virg. in coelum mire longam et a consilio commentar. de bibl. caes. alienam, (vt ipse Kollar. pag. 283. not. *A.* haud diffitetur,) quam olim *Diario Sacri itineris Cellensis*, Vindob. 1666. 4. inseruerat pag. 67 — 202. in comment. vero de bibl. caes. l. c. p. 283 — 410. recognitam et nonnullis locis aliquantulum mutatam, iterum exhibuit. Kollar. in nota primum miratur, Io. Alb. Fabric. qui Lambecii Prodromum historiae litterariae vna cum diario sacri itineris Cellensis, Lips.

ſes a. 1577. 1603. et 1619. ex interpretatione *Iac. Billii.* Inde *Combefiſius* Billianae illarum verſioni caſtigatae homiliam tertiam ex *Leonis Allatii* verſione addidit in bibl. concionatoria. Lequinius ad homiliam ſecundam memorat quoque liberiorem Lipomanni interpretationem, quae exſtat in eius vitis Sanctor. tom. VI. et apud Surium ad XV. Auguſti. Fallitur *Cauus*, qui eam homiliam ideo manifeſto ſpuriam pronunciat, quod in illa citetur Euthymius, qui ſub Alexio, imp., vixerit: nam per εὐθυμιακὴν ἱστορίαν, pag. 879. reſpicitur ad alium [*] Euthymium, longe vetuſtiorem, abbatem, qui defunctus a. C. 473. *Fabr.* At tamen *Labbeus* in noua biblioth. MSStor. etc. part. II. p. 81. et *Oudin.* l. c. pag. 1756. ſq. vbi quoque de codd. agit, in quibus illae superſunt, inprimis pag. 1721. ſqq. et 1730. ſq. ideo, quod feſtus dies adſumtionis Mariae annis centum poſt Io. Damaſceni obitum fuerit inſtitutus, contendunt, homilias illas nullatenus poſſe ad Damaſc. referri. Oudin praeterea animaduertit, alias ineſſe opiniones, Damaſceno indignas, et in msst. codd. illas modo adtribui *Andreae*, Caeſareae Cappadocum archiepiſcopo, ſaeculi IX. ſcriptori, modo *Germano* II. CPolitano archiepiſcopo, ſaec. XIII. ita, vt auctor illarum ſit plane incertus. *Harl.*

k) *In S. Iohannem Chryſoſtomum* p. 886—895. Incipit: Ἄλλοι μὲν ἄλλ' Ἰωάννην. Primus edidit Lequinius ex MS. Mauritii le Tellier, archiepiſcopi Remenſis, latinaque verſione donauit. *Fabr.* Etiam hanc laudationem eſſe Damaſceni, dubitat *Oudin.* pag. 1755. nr. 12. citatque codd. quosdam msst. in quibus illa reperitur. Adde ſupra, vol. VIII. p. 459. et *Lambec.* comm. VIII. p. 635. ſqq. — Exſtat vero *Paris.* in bibl. publ. cod. CXXXVII. — in cod. bibl. *Sfortianae* teſte *Montfaucon.* bibl. biblioth. MS. I. pag. 702. A. — *Vindobonae* in cod. caes. XXXV. nr. 33. v. *Kollar.* in ſuppl. ad Lamb. comm. p. 262. qui adnotat, illam ex edit. Le Quien a *Stilingo* depromtam et in actis Chryſoſtomi m. Sept. tom. IV. p. 700. eſſe vulgatam. *Harl.*

l) *In S. Barbaram Virginem, martyrem,* paſſam ſub Maximiano p. 895—920. Incipit: ὑπέρκειται μὲν ὁμολογουμένως. Latine dederat *Combefiſius* in bibl. concionatoria ad 4. Dec. Graecam primus Lequinius e cod. regio MDCCCXXXI. *Fabr.* Siue ſecund. catal. codd. *Paris.* tom. II. in cod. MCLXXX. 13. — ibid. in cod. MCDXCI. nr. 16. memoratur *Io. Damaſceni* orat. in laudem S. *Anaſtaſiae;* atque in indice tribuitur S. Io. Damaſceno; ſed in cod. MCLXXIX. 8. vbi eadem occurrit, additur nomini, *epiſcopi Euboeae*

Lips. 1720. fol. ſub prelum reuocauit, nullam harum Lambecii poſteriorum curarum feciſſe mentionem: tum adnotat, ab hac altera etiam Lambecii lima multa adhuc limanda ſupereſſe, et alios, praeſertim *Lambertinum,* poſtea *Benedictum XIV.* P. M. id argumentum multo felicius tractaſſe. Idem Koll. quosdam caſtigat Lambecii errores. Multa bene diſputat Lamb. contra Collyridianos, Mariae diuinam naturam adtribuentes atque ſomniantes, Mariam mortis prorſus fuiſſe expertem. add. ſupra ad nr. 3. de orthodoxa fide. Sed, cui volupe erit, is legat diſſ. doctrina atque eruditione non minus quam ſuperſtitione opinionibusque animo praeconceptis abundantem. — *Paris.* in decem codd. msst. bibl. publ. exſtant illae homil. et *Florentiae* in cod. Laurent. XXXIII. 53—55. plut. 9. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 456. *Harl.*

Euboeae. Barbarae tamen laudationem Combefisius *Nicetae* potius vindicandam putat, (v. supra, vol. VII. p. 749.) contra *Oudinus* p. 1753. *Georgio, Nicomediensi episcopo,* cui tribuitur in cod. Eusebii Renaudoti, et pag. 1725. iudicat, eam propter fabulosas omnemque fidem perdentes prodigiorum narrationes Damasceno, cui quidem Allatius et Bollandini in vitis Sctor. in prolegomenis ad vitam Io. Dam. ad diem VI. Maii, nr. 16. fol. 111. eam adserere malint, omnino esse indignam. Conf. infra, vol. IX. p. 60. ed. vet. *Harl.*

Claudunt volumen, post *fragmentum* ex sermone Damasceni in b. Virginem ex Catena regia in Lucae I. 35. cod. reg. MMCDXL. incipiens: ὁ τῶν ὀρανῶν δημιοργός τε καὶ συνοχεύς, p. 910. *Precationes tres* in horologio Graecorum obuiae. I. incipit: δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. II. πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ ναοῦ σου et III. τετρωμένος καρδίαν εἰμὶ ἐγώ, pag. 911. 912.

Scripta edita Damasceni, vel Damasceno tributa, quae in editione Lequiniana non exstant.

1. *Historia Iudaica de Barlaamo, eremita, et Iosaphat*, siue potius *Ioasapho,* rege Indiae, quae ex veteri latina versione exstat in antiquis editionibus Damasceni et in vitis patrum ex Coloniensi editione, et apud Lipomanum tomo V. Auctorne versionis fuerit *Anastasius, bibliothecarius,* vt persuasum *Caspari Barthio* in notis ad Hermae pastorem, p. 910. viderint alii: certe falluntur, qui *Georgio Trapezuntio* illam interpretationem tribuunt, quum lecta iam sit *Vincentio Bellouacensi* XV. 64. speculi historial. *Iacobo de Voragine* hist. Lombardicae c. 175. et *Petro de Natalibus* X. 114. Vide *Allatium* de Georgiis p. 376. Ex alia versione sua hanc historiam in suo Damasceno *Billius* dedit, et ex Billii versione *Surius* ad 27. Nou. et *Rosweidus* in vitis patrum pag. 186. Graece necdum prodiit, licet obuia in variis bibliothecis. De caesareis MSS. vide *Lambecium* VIII. p. 289. 293. 294. zz) Incipit: ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγονται. Damasceno plurimi codices tribuunt, et martyrologium Romanum 27. Nouembr. et recentiores Graeci,

zz) Pag. 614 — 625. de codd. XXI. nr. 10. XXII. XXIII. XXIV. et XXV. nr. 1. nec tamen *Kollar.* pag. 619. in not. cum credulo Lambecio, eam, videtur Io. Damasc. adsignare. — Eadem historia, nec tamen integra, occurrit in cod. caes. CXLV. nr. 20. et tribuitur Ioanni, monacho, μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα. v. *Lamb.* IV. p. 254. sq. — In catal. codd. *Bauar.* p. 5. de cod. XVII. sic citatur: „Narratio vtilis ex interiore Aethiopum regione, quae India dicitur, ad sanctam ciuitatem perlata per *Ioannem, archimandritam monasterii S. Sabae:* Liber hic inscribitur *Barlaam,* et est illa ipsa historia, quae Damasceno vulgo tribuitur." Plura iam adnotata sunt supra vol. VIII. pag. 144. sq. — Ab otioso monacho illam historiam esse conscriptam, censet *Oudin.* p. 1724. eamque p. 1729. vocat opus fabulosum; pag. autem 1733. et 1735. excitat quosdam codd. msst. p. denique 1750. sqq. copiosius differit de illa atque de codd. et diuersa variorum VV. DD. iudicia recitat. *Harl.*

t) Quas deinde binas Choricii orationes, alteram funebrem in Procopium, gr. cum Io. Chriſtiani Wolfii interpretatione, alteram in *Summum ducem*, gr. cum verſione Guil. de Hertoge olim h. l. publicarat Fabricius, eas aliquando bono cum deo et lectoribus adnuentibus in Supplementis reponam. Ex priore or. et aliis *Maca-*

de Choricio, sophista, quaedam legi paullo aliter ac in Photii bibl. cap. 160. Deinde sequi orationes illius quatuor, [u]) 1) in Σέμμον στρατηλάτην, 2) ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαρίᾳ μητέρι Μαρκιανοῦ Γάζης ἐπισκόπου, καὶ Ἀναστασίου Ἐλευθεροπόλεως ἐπισκόπου. 3) ἐπιτάφιον ἐπὶ Προκοπίῳ Σοφιστῇ Γάζης, et 4) μελέτην quamdam: plures enim Choricii μελέτας et συντάξεις λόγων διαφόρους Photius memorat. Citatur etiam Choricius aliquoties in Collectaneis Antonii Melissae et S. Maximo. [Add. *Villoison* l. c. pag. 67. sq.]

[*Matriti* in cod. reg. CI. sunt viginti vel potius XIX. (nam nr. IX. est dialexis,) *orationes* seu *declamationes Choricii*, maximam partem ineditae, (inserta tamen *Patrocli ad Achillem* declamatio iam excusa est, et Libanium habet auctorem,) et XXI. Διαλέξεις multiplicis argumenti vel insertae sunt hisce declamationibus vel praefixae. *Iriarte* autem, quod in cat. codd. gr. Matrit. p. 395 — 406. singulas orationes, quas omnes a Choricio scriptas esse docuit, ac Dialexes diligenter copioseque recensuit; equidem indicem tantum modo *orationum*, vti pag. 402. latius est exhibitus, latinis verbis breuiter repetam:

I. Laudatio Marciani, episcopi Gazaei, in qua etiam descriptio templi S. martyris, Sergii.

II. Laudatio Marciani, episcopi Gazaei, cum eadem descriptione.

III. Laudatio Aratii Ducae et Stephani Archontis.

IV. Laudatio Summi Ducis, a Fabricio edita.

V. Oratio nuptialis in Zachariam, vnum ex ipsius discipulis.

VI. Orat. nuptialis in Procopium, Ioannem et Eliam, ipsius discipulos. Vtraque orat. exstat quoque in cod. Matrit. CXV. fol. 249. et 251. v. *Iriart.* p. 464. et 465.

VII. Orat. funebris in Mariam, matrem Marciani, episcopi Gazaei, et Anastasii, Eleutheropolitani episcopi. Est quoque in cod. CXV. v. *Iriart.* p. 461. — Cl. *Villoison* eam l. c. pag. 21. sqq. ex cod. *Paris.* publicauit notisque illustrauit.

VIII. Or.

Macarius Chrysocephalus in Ῥοδωνιᾷ dedit excerpta. v. *Villoison* l. c. pag. 26. et 47. sqq. Vtraque autem exstat in cod. reg. *Matrit.* CI. fol. 59. et 60. Ibi tamen prior in cod. Matr. rectius incipit ὁ λόγος ἄχθεται (*aegre fert, dolet*) quam ap. Fabric. ὁ λόγος εὔχεται. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 396. et 397. *Harl.*

u) Secundum cat. codd. *Paris.* regg. tom. II. p. 582. sunt in cod. MMCMLXVII. *Choricii* 1) orat. in laudem Summi Ducis, praemissa illius vita, (quae orat. exstat quoque in cod. MMMLXXXVII. nr. 4. ex cod. Vaticano. v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. p. 3. *D.* 2) orat. funebris in laudem Mariae, Marciani, Gazae, et Anastasii, Eleutheropoleos episcoporum, matris; 3) or. funebris in Procopium, Gazaeum; 4) eiusdem declamatio de tyrannicida. — *Choricii* dicta sententiaeque citantur etiam in *Arsenii* Ἰωνιᾷ, s. violario, de quo paullo ante ad §. XIII. superioris capitis quaedam notauimus. item in *Georgidii* collectione sententiarum, sub finem capitis antecced. laudata. *Harl.*

VIII. Or. funebris in Procopium, a Fabricio edita.

IX. Declamatio pro Polydamante aduerſus Priamum.

X. Declamatio pro Priamo aduerſus Polydamantem.

XI. In Iuſtiniani, imperatoris, Brumalia, extemporalis *dialexis*. Haec exſtat quoque in cod. Matrit. CXV. fol. 215. v. *Iriart.* p. 464.

XII. Pro Lydis declamatio.

XIII. Miltiades, ſ. decretum Miltiadis.

XIV. Pro forti iuuene, amatam virginem praemii loco poſtulante, auaro patre contradicente.

XV. Pro auaro patre, contradicente iuuene.

XVI. Declam. tyrannicidae, pro tyranno interfecto praemium poſtulantis. Cl. *Villoiſon* in Anecd. gr. II. p. 52. ſqq. eam, e cod. Paris. deſcriptam, publici iuris fecit.

XVII. Pro Spartiata declamatio.

[XVIII. Patrocli ad Achillem oratio Libanii.]

XIX. Pro forti declamatio.

XX. De Mimis.

XXI. Pro patre, filiae interfectore: haec declamatio in cod. XLIX. multis aliis Libanii oratt. inſerta legitur, ſed in margine adſcriptum eſt: Αὕτη μελέτη Χορικίου ἐστίν.

De reliquis, quae inſunt illi codici, ad Choricium pertinentibus, ipſe Iriarte eſt conſulendus.

Cel. *Villoiſon.* in anecdd. graecis II. p. 18. ſqq. omnia *Choricii* fragmenta, quae e Macario erui potuerunt, diligenter collegit, et comparauit cum iis, quae *Iriarte* ex ſuo cod. obſeruarat, eaque cum duabus Choricii oratt. ineditis et e cod. Paris. deſcriptis et antea iam indicatis, exhibuit, adiectis eruditis adnotationibus. *Harl.*

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN DECIMVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCVII

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.

PRAEFATIO.

Quae in praefatione ad ſuperius volumen ſcripſeram, ea de hoc quoque volumine, quod etiam ſerius, quam exſpectaueram, neque tamen mea culpa, praelo exiit, magnam quidem partem dicenda ſunt. Quare, quae mutationes atque acceſſiones in hoc volumine factae ſint, paucis exponam.

Ordinem capitum, a Fabriciano ſtatim ab initio diuerſum, *Lector beneuolus* ex indice illorum, poſt particulam praefationis Fabricianae exhibito, et ex iis, quae ab initio plurium capitum monui, facile cognoſcet. Fabricius enim volumini quinto vet. editionis ſubiecerat duas *Leonis Allatii* de *Nilis* ac *Pſellis* eorumque

fcriptis diatribas. Quae quamquam egregiam teſtantur diligentiam, eruditionem et litterarum copiam; tamen, quia multis rebus, haud quidem ſpernendis, ab inſtituto autem conſilioque noſtro alienis, abundare, ſaltem longiores, quam vt integrae poſſent commode recudi, videbantur, eas, ne moles operis, huius redemtore, viro honeſto, multisque viris doctis finem illius optantibus atque vrguentibus, nimis creſceret, ita contraxi, vt, quae ad hiſtoriam illorum hominum litterariam neceſſaria viderentur, retinerem, et tamen variis hinc inde locupletarem ſupplementis atque animaduerſionibus. Ab illis ne diutius ea capita differrem, initium feci. Pag. autem 137. ſqq. ad ſ. XVIII. de ſcriptoribus de vitis patrum atque monachorum, ven. D. *Sixt*, Theologus Altdorfinus celeberr. mihique amiciſſimus, plures doctasque contulit ſymbolas. Pag. 150. ſqq. omnium recentiorum de Sanctis, Kalendariis etc. narrationum atque collectionum, interdum leuiorum atque ieiunarum, commemorationem haud omnino neceſſariam eſſe duxi; ea tamen, quae Fabricius adtulerat, ne manibus b. viri facerem iniuriam, aut in aliorum incurrerem reprehenſionem, omittere atque delere nolui, paucaque tantum addidi *). Sanctorum vitarum et commentatio-

num

*) Ad notam tamen p. 144. addam: me habere Calendar. latinum vet. in membranis ſcriptum, in 12. ſubiunctis officiis multisque precationibus etc. atque in fronte ſcripſit Longolius, ex cuius bibliotheca poſtea iure emtionis id accepi, „eiusmodi Calendarium praefixit Iac. Zaderus, Cizae ad D. Nicol. Paſtor, Auenarii precationibus etc. Francof. ad Oder. 1606. 12.“

num de illis notitiam, quod exemplar Actorum etc. tum, quum a pag. 186. in enarrandis SS. vitis elogiisque, negotio inprimis molesto, versarer, nondum illatum erat bibliothecae nostrae academicae, hausi potissimum ex catalogo bibliothecae Bünauianae, tomi II. vol. II. pag. 597. sqq. Quoniam vero tempore illo, quo catalogus illius biblioth. in lucem prodiit, posteriora Actorum volumina nondum fuerant euulgata, saltem in bibliothecam Bünau. nondum illata, ex illis cel. *Hardt*, dignissimus bibliothecae regiae Bavaricae praefectus, me rogante, pro ea, qua floret, humanitate, indicem vitarum SStor. et narrationum, quae in recentioribus reperiuntur voluminibus, promte diligenterque confecit; pro qua insigni humanitate viro doctissimo gratias ago debitas. Aliud autem opus, carum non magis, quam rarum, *Mansii* Collectionem conciliorum amplissimam a me consuli non potuisse, saepius dolui. Vbi tamen interdum ad illam prouocaui, me loca ex b. *Walchii*, Theologi quondam Gottingensis, Historia haeresium, germanice scripta, excitasse, ingenue profiteor. De iis autem plagulis, quae haud paucae sunt, et quae vel prelum iam reliquerunt, vel sub eo sudant, certe in manibus meis nondum sunt, id tantum adnotare licet. in capite *de Photio*, praesertim ad §. IX. siue indicem scriptorum, de quibus Photius disseruit, a me multa, a Fabricio adiecta, (e gr. p. 364. de Leontio, nec non de Moeride etc.) alibi commodioribus suisque locis inserta, contra ea alia, quae post

Fabricii aetatem curatius edita sunt, ex. gr. ad cod. CLXV. epistolam *Himerii*, et ad cod. CCXVI. *Xenocratis* lib. *de alimento* etc. omissa fuisse. Denique capita in vol. IX. et X. vet. edit. *de Suida, de Etymologicis, Lexicis et Grammaticis graecis* in vol. VI. edit. nouae aliis similis argumenti scriptoribus atque capitibus statim subiunxeram. Multa quidem etiam in hoc volumine supplementa a me, quantum fieri potuit, esse adiecta, atque cel. *Beckium*, cuius et cel. *Rosenmülleri* curam in peccatis operarum corrigendis diligenter praestitam quilibet mecum laudabit, haud paucas easque egregias animaduersiones passim adscripsisse, facile cognosces; neque tamen ego negare conabor, me aliis VV. DD. in his litteris ecclesiasticis diutius versantibus et quasi habitantibus, aut maiore librorum copia instructis, haud exiguum reliquisse spicilegium.

Quas *Heumannus* suo adleuerat exemplari notas ad capita huius voluminis, eae sunt paucae, eas tamen omittere, religioni mihi duxi. Contra multo plures et doctiores sunt eae, quae exemplari voluminis noni vet. editionis Gothano, (quod mihi a cel. *Lenzio* sponte beneuoleque missum esse, palam testor, et viro, humanitatis pariter atque eruditionis fama florentissimo, pro insigni hac liberalitate gratias ago maximas,) sunt adscriptae. Quoniam vero maximam saltem partem ipsum Fabricium dicuntur habuisse parentem, equidem contextui Fabriciano suo quamque loco inserere haud dubitaui.

Pauca

Pauca adhuc non tam ad me acriter et contentiofe defendendum, quam potius ad me quodammodo excufandum, addere liceat. In actis litterariis Ienenfibus, (*Jen. allgem. Litteratur Zeitung*,) a. 1806. nr. 226-230. eft perlonga doctaque cenfura omnium, quae hucusque prodierunt, in lucem, voluminum bibliothecae noftrae gr. Vir doctus, ab alio, vt fufpicari licet, num. 1. 2. discretis, adiutus, de meo quidem labore humaniffime iudicat, atque ego nomen illius, cuius animum erga me amicum a pluribus annis habeo exploratum, ex nonnullis locis probabiliter conieciffe mihi videor. Vti igitur illius liberalitatem atque humanitatem gratus agnofco laudoque lubentiffime eique pro egregiis, quae multa funt, fupplementis grates perfoluo; ita fpero, fore, vt vir humaniffimus mihi, qui quaedam pro mea cauffa hoc loco dicam, haud fuccenfeat, fiue faftui aut arrogantiae, a quibus ego, virium mearum probe confcius, quam maxime abhorreo, immerito adtribuat. *Hanc veniam petimusque damusque viciffim.* Supplementa autem alio tempore, aut in alio fubfequenti volumine cum multis aliis a me, quum dies diem doceat, collectis, in quibus tamen haud pauca, quae cenfor adtulit, a me quoque interea temporis reperta, et iam antea orae voluminum adfcripta effe teftor, b. c. d. fum editurus. Ego vero nolo ea omnia, quae iam in pluribus ad fuperiora volumina praefationibus ad meam excufationem fcripfi, in praefenti vberius repetere. Quare pauca, quae regeram, fufficiant.

ciant. 1.) Nonnulla, quae iure forſan reprehenduntur, ad Fabricium potius, quam ad me pertinere videntur, et futuro noui prorſus operis, nouae bibl. gr. architecto fructuoſa et vtiliora, quam mihi nouem iam voluminibus editis, fieri debent; nec ordo poteſt immutari, nec, quae displiceant, corrigi poſſunt atque reſarciri. — Atqui a me iam palam eſt aliquoties declaratum, nouam plane bibliothecam graecam, adeoque totius operis Fabriciani immutationem, quam cenſor iuſſit, prouincia nouae editionis mihi demandata, nec eſſe poſtulatam, nec a me promiſſam. Neque ego, qui me tali negotio ſuſcipiendo atque perficiendo imparem fore ſentiam, id polliceri audeo. Eiusmodi enim opus, id ſi omnibus numeris abſolutum eſſe, cunctorumque exſpectationi ex aſſe reſpondere debet, exoptandum potius, quam ab vnius hominis aetate, ſedulitate memoriaque, etiamſi incredibili, ſummaque diligentia et vero viribus ſperandum eſſe videtur. 2) Si ordinem, a cenſore bene et prudenter praeſcriptum, vbique, (aliquoties tamen id factum eſſe, ex comparatione nouae editionis cum ſuperiore patet,) ſeruaſſem, metuendum erat, ne plura vel memoriae, quae labare ſolet, culpa omitterem, vel iniquiore loco reuocare cogerer. 3) Vt chartae parcerem, multa, quae a me aut ab aliis fuerunt addita, ſunt, ſalua perſpicuitate, contracta. Atque, ſi vbiuis plenam, interdum longiorem, adpoſuiſſem libri aut editionis inſcriptionem, opus in grandem molem, tam illius redemtori, quam emto-

emtoribus molestam atque ingratam, excreuisset. Accedit, quod mihi haud contigit, vt, (et quis de hac felicitate gloriari potest?) omnes scirem editiones, multo minus viderem, ad manus haberem et conferrem. Neque catalogis, etiam melioribus, vel oculis vel manibus auctorum, (quod etiam mihi accidisse confiteor,) interdum aberrantibus a vero, vel operis atque correctoribus peccantibus, vbiuis fidem esse habendam, haud raro et ego animadverti, et alii conquesti sunt. In Fabricii autem sollertia ac diligentia vt plurimum acquiescendum mihi arbitratus nec volui, (etenim quantum temporis fuisset ingratissimo illi labori impendendum et vero perdendum!) nec potui omnes ab eo citatas editiones librosque denuo conquirere et contendere. 4) Eodem breuitatis et parsimoniae studio adductus, in notas quoque, id si commode et sine vllo obscuritatis periculo fieri poterat, codd. MSS. indicem hinc inde conieci. 5) Aliquoties culpat censor intermissionem editionum, quarum tamen ipse iam feceram mentionem, aut quae, potissimum si vulgares neque criticae videbantur, in libris, ad quos ablegaui lectores, saepe iam memoratae sunt. De multis tamen, mihi ignotis, aut memoria elapsis, quod vir doctissimus me admonuit, id gratus iterum agnosco. 6) Qui plures annos in edendo illustrandoque quodam auctore, et omnibus, quae necessaria vtiliaue videantur, subsidiis litterariis conquirendis consumere solet, is plura praestare atque proferre potest, quam mihi, totum opus

 Fabri-

Fabricianum et tot diuersorum argumentorum capita recognoscenti ac pertractanti, facere licuit. Denique, si ego, temporis quoque angustiis haud raro circumscriptus, omnia sic studuissem atque potuissem conquirere et dilatare, vt postulauit censor, non modo, id meas vires superaturum fuisse, confiteor; sed etiam forsan nondum quartum quintumue, multo minus hoc decimum, volumen prelum reliquisset.

Sed, quoniam haec, quae scripsi, ad me apud ipsum doctum censorem et reliquos aequos iudices excusandum, sufficere mihi quidem videntur; haud lubet, ab omni controuersia quum abhorream, plura, quae adhuc dicenda sunt, in medium proferre. Atque vereor, ne quibusdam lectoribus oratio mea iam verbosa iustoque longior et pugnacior, quam par sit, videatur. Quare L. B. iterum iterumque rogo, vt et vberiori forsan rerum controuersarum expositioni, et erratis tam meis, quam operarum beneuole ignoscat, atque in posterum mihi meisque laboribus qualibuscumque faueat. Scripsi Erlangae d. XIV. Decembr. cIↃIↃCCCVI.

Gottlieb Christophorvs Harless.

PARS PRAEFATIONIS

a I. A. Fabricio volumini IX. veteris edit. praefixae.

AD LECTOREM.

Quod nunc in conſpectum Tuum audet prodire volumen bibliothecae graecae nonum, non pauciores, quam ſuperiorum quodlibet, eximios ac praeclaros Scriptores Tibi ſiſtit, et non minore, quam illa, ſtudio, erroribus ſuis atque ignorationi ſcriptoris vel incogitantiae, parem ab aequitate Tua expetit veniam exſpectatque.

Aliquam tomi huius partem a *Photio* impleri et *Suida* *), nec miraberis nec indigne feres, quum bini hi ſcriptores ſint haud dubie, quibus minime contemnendam veteris hiſtoriae Graecorum littera-

*) Capiti de Suida etc. locum in vol. VI. nou. edit. esse datum, in praefatione iam monui., caput autem de Photio non integrum licuit hoc vol. comprehendi. *Harl.*

litterariae portionem vnice debemus. Itaque de his obiter et in transcurſu dicere, paullo pleniorem graecorum ſcriptorum notitiam tradere adgreſſo, ineptum viſum merito fuit: quumque de multis apud Photium, de multis apud Suidam fiat mentio, de quibus altum apud alios ſilentium obſeruatur; duxi operae pretium, non modo de Photio et eius ſcriptis paullo accuratius tradere, ſed et omnium in eius bibliotheca memoratorum ſcriptorum notitiam variis obſeruationibus illuſtratam adiungere. Similiter quaecumque *Suidas* per magnum ſuum Lexicon de ſcriptoribus exponit, certe praeclara; ego nouiſſimam erudit. Küsteri ſequutus editionem, illa cuncta in vnum congeſſi faſcem, ac meis quibusdam obſeruationibus adſperſis, emendatius etiam hinc inde aliqua tradidi, vel accuratius transtuli. Hactenus *Fabricius*.

[Sequitur index ſ. elenchus ſingulorum capitum, quibus nonum olim conſtabat volumen. Nos vero alium qui ſequitur, contexuimus, noſtrae aptum editioni. *Harl.*]

INDEX CAPITVM

HVIVS VOLVMINIS DECIMI

ſiue Bibliothecae graecae libri V. partis V.

CAPVT

*) Vener. *D. Sixtium*, theologum Aldorfinum cel. ad §. XVIII. de ſcriptoribus de vitis patrum ac [illegible] p. 1?7 ſqq. haud paucas ſymbolas atque emendationes contuliſſe, iam in praefa[illegible]. Reliqua ſupplementa ad omnia huius vol. capita, a me collecta ſunt.

CAPVT XXIX. (olim XXXII.)

De PALLADIO episcopo, Heraclide, Io. Moscho Eucrate et aliis, qui vitas, doctrinam et apophthegmata patrum, monachorum et eremitarum scripto consignarunt.

CAPVT XXX. (olim XXXIII.)

De THEODORO MOPSVESTENO eiusque fratre Polychronio et de aliis Theodoris centum amplius, qui graece scripserunt. (Indicem scriptorum et haereticorum, quorum apud Leontium Byz. fit mentio etc. iam in vol. VIII. pag. 309. sqq. suo loco restitueram.)

De

CAPVT XXXI. (olim XXXIV.)

CAPVT XXXII. (olim XXXV.)

CAPVT XXXIII. (olim XXXVI.)

De

CAPVT XXXIV. (olim XXXVII.)

CAPVT XXXV. (olim XXXVIII.) **)

*) Addendum ibi est, Cl. *Müllerum,* Scholae Cizensis meritissimum Rectorem, in Notitia et Recensione codd. mss. bibl. episc. Numb. Cizensis, Partic. I. L. 1806. 8. p. 5. sqq. describere coepisse apographum codicis Veneti, duobus voll. fol. quorum primum *Olympiodori* Scholia in Plat. Gorgiam, Alcib. I. Phaedon. et Phileb. continet, olim in bibl. Nesteri, nunc in bibl. Ciz. inter Reinesii libros adseruatum. *Beck.*

**) Quum caput hoc, ceteris copiosius, non potuerit integrum hoc volumine comprehendi, quia illud superiora mole sua multum superaret, reliquam eius partem, inde ab indice alphabetico scriptorum in Photii bibl. laudatorum, vndecimo volumini seruare, ex redemtoris voluntate, necessarium fuit.

IO. AL.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI QVINTI PARS QVARTA.

CAPVT XXVII. (olim Allatii diatriba de Nilis, a Fabricio Vol. V. subiecta, a me contracta partim, partim valde locupletata.)

DE NILO EX EPARCHO CONSTANTINOPOLITANO MONACHO ET ASCETA; ALIISQVE NILIS.

I. *Nilus Aegypti rex, cuius nomine notatus est Nilus, Aegypti fluuius, etiam ciuitas et regio hoc nomine.* II. *Nilus, PConsul, Pansophi martyris pater: sub Decio imper.* III. *Nilus, Aegyptius episcopus et martyr sub Diocletiano, a. Chr. 310.* IV. *Nilus, Eparchus CPolitanus, ex Eparcho monachus et asceta, cum Theodulo, filio, sub Theodosio iuniore de eiusque scriptis, et horum edd. atque codd.* V. *Nilus, abbas, incertae aetatis.* VI. *Nilus scholasticus et poeta incertae aetatis.* VII. *Nilus iunior, dictus Rossanensis, s. Roscianensis, fundator monasterii Cryptae Ferratae, circ. a. Chr. 980. clarus.* VIII. *Nilus, patriarcha CPolitan. circ. a. 1380. eius scripta.* IX. *Nilus Damyla, hieromonachus, post a. Chr. 1400. eius scripta.* X. *Nilus, philosophus, incertae aetatis.* XI. *Nilus archimandrita Doxapatrius, circ. a. Chr. 1140. et alius Nilus, tempore Mich. Glycae.* XII. *Nilus Siculus circ. a. Chr. 1270.* XIII *Nilus italicorum dogmatum propugnator, circ. a. C. 1090.* XIV. *Nilus Cabasila, archiepisc. Thessalonicensis, circ. a. C. 1340. Eius scripta edita et inedita: Editt. et codd. Per hanc occasionem de Nicolao Cabasila, sororis filio. Scripta: editt. codd.* XV. *Nilus: Aegyptius monachus, s. potius idem cum Nilo, propugnatore dogmatum Ioannis Itali, circ. a. C. 1090.* XVI. *Nilus Chius, metropolita Rhodi, circ. a. c. 1360. scripta: editt. codd.* XVII. *Nilus Xanthopulus, postremis imperii Graecorum temporibus.* XVIII. *Nilus Tarchaniota, monachus, non diuersus forte a Nilo Damyla, post a. 1400.* XIX. *Nilus Triclinius; circa a. 1350. et Nilus supposititius, quo instigante Cantacuzenus, (nisi ipse sub illo latet nomine,) historiam suam scripsit circ. a. Chr. 1360.* XX. *Nili, hieromonachi, scribae librorum.* XXI. *Alii parum noti Nili.*

[Studio Gottlieb Christoph. Harless.]

Temporis ratio me admonet, vt ad *Nilum, ascetam,* redeam, et per hanc occasionem aliorum *Nilorum* vel nomina, paucis exposita, adponam, vel, si muneribus scriptisque memoriam sui posteris reliquerunt clariorem, vitam scriptaque aliquanto copiosius persequar. Fabricius quidem noster inter scriptores graecos *Nilis* haud dedit caput peculiare, passim tamen

rumdam iniecit mentionem et doctam longamque *Leonis Allatii de Nilis et eorum scriptis* diatriben, recusam ad ed. romanam an. MDCLXVIII. suisque supplementis et animaduersionibus locupletatam vol. V. B. Gr. adiecit: quae quum longior sit, quam vt, operis redemtore, viro honesto, aliisque viris doctis, vela vt contraham breuitatique cum maxime studeam, variis de caussis haud immerito flagitantibus, in hac editione integram commode reddam, in Nilis enumerandis et nonnullorum vitis scriptisque persequendis ita versabor, vt Allatii quidem ordinem ac quod fieri potest, narrationem retineam, et Fabricii measque haud paucas animaduersiones, vbi commodum et necessarium videbitur, inseram; sed ea, quae ab Allatio vel praeter necessitatem scripta, vel iusto copiosius exposita, adeoque ab instituto nostro aliena sunt, modo contraham, modo plane omittam.

I. Nilus rex Aegypti.

Nilus, rex Aegypti, ex quo Nilus, Aegypti peruulgatus et celebratus omnium sermonibus fluuius hoc proprio signatus est nomine, postquam memoratus rex in illum sese, (nec tamen caussa vna est apud omnes,) immersit. Nilus, fluuius, primo dictus fuit Oceanus [a]), postea Ἀετὸς *aquila*, deinde Melus [b]), tum Aegyptus [c]), tum Trito, denique Nilus. v. *Plutarchus* de fluuiis pag. 766. sqq. vol. X. ed. Reiske, inprimis p. 771. sq. ibique not., *Eustath.* in Dionysium Perieget. ad vers. 222. Ab eodem rege dicta etiam videtur *Nilus*, Aegypti vrbs, cuius episcopus, *Chaeremon*, memoratur ab *Eusebio* VI. 42. hist. eccl. Apud *Porphyrium* quoque II. περὶ ἀποχῆς p. 125. Theophrastus laudat τὴν ἱερωτάτην ὑπὸ τοῦ Νείλου κτισθεῖσαν χώραν. [De *Nilo* praeter Geographos et auctores itiner. atque histor. de Aegypto conf. quoque *Hesiod.* Theogon. v. 338. ibique interpr. *Plutarch.* de placitis philos. libr. IV. cap. 1. ibique interpr. *Iablonski* Pantheon aegypt. tom. I. p. 126. II. p. 142. 156. etc. *Oberlin.* ad Vibium Sequestr. de fluminibus etc. p. 147. sq. et de fabula de ortu Nili ex Paradiso, in cod. *Vindob.* I. nr. 10. v. *Lamb.* comm. vol. VI. part I. p. 20. *H.*]

II. *Nilus, Proconsul,* Pansophii martyris pater. Menaea Graecor. ad decimum quintum Ianuarii, et Acta Sanctor. tom. I. Ianuarii p. 996.

III. *Nilus, Aegyptius episcopus et martyr:* de quo *Eusebius* de martyribus Palaestinae c. 13. p. 343. ed. Vales. id. VIII. 13. hist. p. 308. ed. Vales. et ex hoc loco *Nicephor. Callistus.* libr. VII. cap. 16. *Menologium* Graecor. ex interpretatione Guil. Sirleti, inter antiquas lectt. Canisii tom. V. die 17. Sept. *Menologium* ab Vghello editum tom. VI. Italiae sacrae p. 1076. et Menaea, Venetiis excusa graece, Septembr. p. 247. sq. *Vsuardi, Adonis* et alia martyrologia 19. Sept.

IV. *Nilus*

a) *Diodor. Sic.* libr. I. cap. 19 et 63. *Fabr.*

b) Latinis *Melo.* v. *Stephani le Moyne* epist. ad Gisb. Cuperum de Melanophoris et *Gilberti Gaulmini* not. ad vitam Mosis p. 247. *Fabr.* add. not. ad Plutarchum l. c. pag. 766. sq. *H.*

c) *Homer.* Odyss. δ'. 427. et ibi Eustath. Diodoro Sic. quidem, qui fluuio nomen dedit, non Νεῖλος dicitur; sed Νιλεύς. Sed Vulcani, quem philosophiae inuentorem celebrari legas a Laertio in limine prooemii, pater *Nilus* apud eumdem Laërtium et *Ciceronem* III. de natura deorum cap. 21 et 22. [vbi consules Dauisii notas.] *Fabr.*

IV. *Nilus, Eparchus Constantinopolitanus, ex Eparcho monachus et asceta, cum Theodulo, filio.*

De hoc *Nilo* etiam conferri possunt, praeter ea, quae adnotata sunt supra, vol. I. p. 701. XVII.

Nicephorus hist. eccles. libr. XIV. cap. 54.

I. M. Suaresii liber chronologicus de vita S. Nili.

Guil. Caue hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 428.

Tillemont. Mem. de l' hist. eccles. tom. XIV. p. 189. copiosus de eius vita et quaedam narrat, quae incerta et fabulosa esse videntur.

L. Ell. du Pin nouv. biblioth. tom. IV. pag. 26. qui ex scriptis Nili vtilia dedit excerpta.

Cas. Oudin comment. de S. S. eccles. tom. I. p. 1254.

R. Ceiller hist. gener. des Auteurs eccles. tom. XIII. p. 146.

Pauca, de eius praesertim scriptis tradit *Schroeckh* in: Christliche Kirchengeschichte tom. XVII. p. 559. sq.

Hamberger Z. Nachr. tom. III. p. 175. sqq.

Saxii Onomastic. litterar. tom. I. p. 488.

Allatius praeterea adtulit loca ex Menologio Basiliano bibliothecae Vaticanae XIV Ianuarii, ex menologio Graecorum, tum ex martyrologio Romano et Sirleti menologio die XII. Nouembris. Quando vixerit Nilus, diligenter et copiose inquirit idem, aliorumque rationes iudiciaque examinat. Atqui quoniam in martyrologio Romano dicitur sub Theodosio iuniore floruisse, et Arcadium imperatorem Ioannis Chrysostomi, (cuius is discipulus fuit), in exsilium missi, caussa in epistolis (libr. III. epist. 279. et libr. II. ep. 265. edit. Allatii,) reprehendit: cel. *Saxius* eius aetatem a. Ch. circ. 420. adligauit, nec voluit eum serius et remotius a Chrysostomo ponere, quantumuis diutius vitam produxisse eum haud ambigat. — Inter eos, qui vitam Chrysostomi exposuerunt, nominatur *Nilus* cognomine *Magnus* in cod. *Vindob.* v. *Lambec.* VIII. p. 638. Constantinopoli ex gente amplissima ortus propter egregiam gentis nobilitatem illi vrbi praefectus est et honestissimae matronae matrimonio iunctus duo ex illa (si fides habenda est Menologio Graecorum) suscepit liberos, marem et feminam, aut, ipso Nilo narrante, duo mares. At enim licet nobilitate, dignitate, opibus rebusque aliis clarissimus, in vrbe viribus emineret: tamen rerum diuinarum amore motus, renunciavit omnibus vitae commodis et Anachoreta factus, vitam asceticam praetulit dignitatis, honoris opumque splendori. Secessit igitur cum filio, Theodulo, in montem Sinaeum, vt patrum frueretur consuetudine: vxor autem vna cum filia in Aegypti monasteria immigrauit[d]). Theoduli, fata acerba multaque pericula perpessi, et religiosam vitam degentis, memoriam Graeci colunt die XIV. Iannuarii. Atque ad illum diem in Menologio Basiliano quae illi acciderint, ita ex Allatii interpretatione enarrantur. „Hoc eodem die commemoratio S. Patris nostri, *Theoduli.* Hic erat filius sapientis *Nili,* Eparchi CPolitani: qui, mundana gloriola renunciata,

 in

d) *S. Nili* reliquiae seruabantur in monte Atho in monasterio Dochiarii. v. *Montfauc.* Palaeogr. gr. pag. 491.

in montem Sinaeum progreſſus, vna cum filio Monachum induit. Dum ibi immorarentur, in aſcetica diſciplina elaborantes, derepente barbaris irruentibus et ſanctos illos patres contrucidantibus, Nilus in fugam ſe dedit, filius, *Theodulus,* et alius eiusdem cum illo aetatis ducti euinctique ducebantur; ſed quum certum in locum ex itinere diuertiſſent, ſtatuerunt iuuenes mactare, eosque ſtellae, ante ſolem exorienti, hoſtias immolare; ſed vnus quidem ex his fuga ſalutem petiit. Barbari vero graui ſopore ſepulti, quum, exorto ſole, ſtella euanuiſſet, ab occidendo Theodulo manus abſtinuerunt: quum poſtea de eo pecunia commutando decreviſſent, nec vltra duo ſolique aurei offerrentur, vnus ex illis nudato gladio eum conficere tentabat. Tum epiſcopus eum a barbaro mercatus, in libertatem exemit, qui quum perquam optime vitam duxiſſet, obdormiuit in Domino. Alii, penes quos tamen ſit fides, memoriae prodiderunt, Nilum, dum filium, a barbaris abductum, ſollicite perquireret, ipſum, a barbaris captum, mox tamen ab iisdem liberatum, filium in Eluſa reperiſſe apud vrbis epiſcopum, et ab hoc licet inuitum presbyterum eſſe ordinatum.

Nilus ipſe, qui ab aliis, msstorum prauitate deceptis, archiepiſcopus et epiſcopus CPolitanus nuncupatur, Suareſio rationes ſubducente, a. C. 450 aut 451. animam efflauit. Multa ingenii monumenta poſteris reliquit, quorum magna pars mssta in bibliothecis adhuc latet; pars etiam temporis iniuria periit. *Philippus Labbeus* in noua Bibliotheca, *Nili*, ait, multa iacent opuſcula in Pariſienſibus aliisque bibliothecis quae, vt audio, parantur publicae vtilitati ab erudito interprete: et pag. 95. *Nili* opera varia in regiis codd. CCCLXXVIII. CCCCXCVIII. DCXV. DCCCCXXXII. DCCCCXLIV. DCCXXII. MLXVII. MDCLXII. MCCCLXXXVII. MCCCLXXXVIII. MMV. MMXVIII. Sed de codicibus msstis poſtea vberior erit ſermo. De Nilo pauca tradit *Photius* in Bibliotheca cod. CCI. et laudat non modo inſignem operum perfectionem, ſed etiam *Nili* facultatem in dicendo. Memorat tantum Nili librum, in centum et quinquaginta tria capita[e]) diuiſum, quibus precandi forma exponitur. Addit vero, ferri eiusdem et alia plurima lectu digna diuerſi argumenti opuſcula, partim epiſto-

e) Fabricius in nota *f* pag. 17. in Turriani, ait, editione κεφαλαίων Nili περὶ προσευχῆς capita ſunt 148. In Zini et Suareſii rectius 153. Cauſſa diuerſitatis eſt, non, quod capita quaedam ibi deſint; ſed quod in Turriani editione ex capp. 10. 11. et 51. 52. et 66. 67. et 68. 69. et 74. 75. contracta in vnum ſunt capp. 10. 64. 65. et 70. Nonnulla aliter, vt 35. προσευχή ἐστιν ἀνάβασις νοῦ πρὸς τὸν θεόν. Pro quo Turrianus: *Oratio ſine diſtractione eſt ſumma intelligentia mentis.* Turriani editio latina in Bibliothecis Patrum Bignaeanis repetita eſt, etiam in nouiſſima Lugdunenſi a. 1677. curante *Philippo Deſpont*, presbytero Paris. tom. VII. p. 1151. Apud Suareſium p. 475. etiam praemittitur epiſtola, in qua Nilus ipſe diſertam mentionem capitum 153. facit. Incipit: πυρέττοντά με φλεγμῷ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν." In cod. *Veneto* Marc. XLIX. ſunt *Nili* de orat. capp. 153. quibus praemittitur prologus. v. cat. codd. gr. Marc. p. 31. *Florentiae* in cod. Medic. XVI. nr. 12. plut. 9. et cod. XVIII. nr. 6. ſunt totidem capp. (v. *Bandini* cat. codd. Laur. Med. I. p. 414. et 420.) et in cod. *Naniano* Ven. XCVI. nr. 2. (v. cat. codd. Nan. p. 188.) *Paris.* in bibl. publ. in nouem codd. (v. cat. codd. Paris. regior. tom. II.) in cod. tamen MLXXV. numerantur, (niſi error ſit typogr. in cat. cit. p. 212.) capp. 183. — capp. 153. in cod. *Taurinenſi* CCLIV. (v. cat. codd. gr. Taur. p. 369.) — in cod. *Coislin.* CCLX. ſaec. circ. XI. de quo v. *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 305. — *Vindobon.* in cod. caes. CLVI. nr. 10. alia capp. decem. nr. 11. v. *Lambec.* comm. IV. p. 328. et de aliis p. 336. nr. 9. add. ad. nr. 7.

epiſtolas, partim hiſtoriae forma conſcripta vel rectius commentarios. *Schottus* ad locum Photii in margine pag. 523. recenſet ex Turriano alia Nili opuſcula, quae dicuntur in Italia, biblioth. Paris. et Auguſtana exſtare. Nihilo tamen minus dubitat, an vnius Nili ſint omnia et Allatius carpit quosdam, qui opuſcula Nili theologica cum capitibus Diadochi confundant [f]). Add. infra caput de *Photio* in vol. IX. vet. ed. pag. 446. de cod. CCI.

Idem *Photius* in ſua Bibliotheca, cod. CCLXXVI. pag. 1527. ſqq. ed. Schotti ex Nili orationibus in *paſcha* prima et ſecunda, atque in *adſcenſionem domini* prima, ſecunda et tertia longiora ſeruauit excerpta. Ex ſecundo ſermone in Paſcha excerptum exſtat *Florentiae* in cod. Laurent. VII. nr. 25. v. *Bandini* cat. codd. gr. Med. Laur. II. col. 665.

Nili, aſcetae, opera omnia nondum in iuſtum volumen ſunt redacta. *Petrus Franciſcus Zinus,* Veronenſis, aliquot opuſcula Nili in latinum ſermonem tranſtulit et publicauit Venet. 1557. 8. Quae in illo tomo continentur, recenſuit *Allatius* l. c. pag. 18. ſq. vbi Fabric. in nota *m.* aliam eorumdem *Nili* opuſculorum, a Zino translatorum, editionem, cum *Ephraemi, Marci* et *Eſaiae* ſcriptis aſceticis, Venet. ap. Bologninum Zalterium, 1574. 8. memorat. Eadem edit. operum quorumdam per *Petr. Franc. Zinum* in cat. bibl. Leidenſis p. 39. occurrit; ſed additis verbis *graece* et *latine:* graecum tamen textum reliquis tantum, praeter Nilum additum eſſe, efficitur ex commemoratione eiusdem edit. p. 59. catal. Vide etiam Biblioth. patrum Margarini Bignaei, Paris. 1575. tom. III., Lugdunenſem tom. VII. etc. — Inſuper *Allatius* indicat Nili opuſcula, quae in Bibl. patr. veterum Colon. tom. V. Colon. 1618. reperiuntur.

Poſtea in lucem prolata ſunt: *S. Nili opera quaedam nondum edita.* Ex bibl. Caroli de Montchal. *Petrus Poſſinus* recenſuit et latine vertit, cum adnotatt. Paris. S. Cramoiſy 1639. 4. Inſunt narrationes de caede monachorum etc. et oratio in Albianum, quae deſunt in ſequenti edit. Romana:

S. Nili tractatus ſeu opuſcula ex codd. msstis Vaticanis, Caſſinenſibus, Barberinis, et Altaempſianis eruta. *Ioſephus Maria Suareſius* graece primum edidit, latine vertit et notis illuſtrauit. Romae typis Barberinis 1673. fol. Quae continet Nili opuſcula illa editio, ea enumerauit *Oudin.* l. c. In Dictionaire bibliographique, hiſtorique et critique des Livres rares etc. tom. II. Paris. 1790. 8. pag. 297. citatur edit. valde incognita: *S. Nili opera omnia* gr. lat. ex edit. Leonis Allatii et Ios. Mariae Suareſii. Romae, typis Barberin. 1668 et 1678. II. voll. fol. Citatur tamen etiam in *Oſmont* Dictionaire typograph. tom. II. p. 11. et in *Bure* Bibliogr. inſtructive vol. I. p. 250. Eadem lat. in Bibl. patr. Lugd. tom. VII. p. 182-324.

Nunc, duce Caueo, ſingula opuſcula recenſebo, additis, vbi opus videbitur, Allatii ac Fabricii animaduerſionibus, nec non codd. msstor. in quibus Nili opuſcula cuſtodiuntur, notitia, aliisque rebus a me obſeruatis:

A 3 *1. Ex-*

f) *Euagrio*, ſcholaſtico, ſcripta nonnulla, quae ſub S. Nili, aſcetae, nomine leguntur, eſſe tribuenda, iam ſupra in vol. VII. pag. 434. eſt animaduerſum. In codd. interdum *Anaſtaſio* adſcribuntur *Nili* narrationes de caede monachorum Montis Sinae et captiuitate Theoduli eius filii.

1. *Expositio* paraphrastica *Cantici Canticorum*, ex Nysseni Gregorii, Maximi commentariis, carminibus politicis Michaelis Pselli; lucem adspexit latine ex versione *Petr. Franc. Zini*, Canonici Veronens. Venet. 1574. 4. — Graeca primus e MSSt. Paris. in lucem protulit *Fronto Ducaeus*, et gr. ac lat., Zino interprete, inseruit tomo II Auctarii bibl. veterum patrum graeco latini, Paris. 1624. fol. sqq. — Item in tomo XIII. Paris. 1654. Morellianae edit. p. 681. — Exstat in codd. Msst. *Vindob.* caesar. CLXIX. nr. 2. v. *Lambec.* comment. IV. p. 397. *Monachii* in cod. Bauar. XXXIX. catal pag 10. et ibid pag. 84. *Nili* interpretatio *Prouerbiorum*, in cod. CCXLIX. — *Venetiis* in bibl. Marc. in codd. XXII. ad sex priora tantum capp. et XXIII. (de his v. cat. codd. gr. Marc. pag. 21. add. cel. *Morellii* bibl. Mstam gr. et roman. Venet. 40. et ibid. de *Procopii Gazaei* epitome commentarior. in Ecclesiasten ex *Nilo* aliisque: idem p. 42. p. 83-85. de Parallelis S. Io. Damasceno adtributis; compara *Labbei* bibl. nou. Mst. p. 283. Secundum cat. codd. Angliae II. nr. 8551. in bibl. *Iacobaea.* — In bibl. *Scorialiensis* indice opera Alex. Baruoëtii, catena in Cantica canticor. et in eam enarrationes Theodoreti praesertim, Gregorii Nysseni, *Nili*, Eusebii, Maximi. Add. *Labbei* bibl. nou. Msst. p. 177. 274. et 306. de codd. Paris. bibl. — In multis in libros diuinos catenis occurrunt variae Nili interpretationes. De catena in Lucam, a Balth. Corderio versa, v. supra in vol. VIII. p. 688. add. p. 641. 647. 650. 672. 679. atque *Lambec.* comm. III. pag. 166. sq. — in scholiis ad *Ioan. Climaci* scalam paradisi; v. supra in vol. IX. p. 525. — De catenis, in quibus Nili loca reperiuntur, in Iobum, v. *Lambec.* comm. V. p. 135. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 57. cod. IX. *Nili* interpretatio Prouerbiorum *Monachii* in cod. Bauar. CCXLIX. v. cat. codd. gr. p. 84. in catena in Leuiticum, Numeros etc. in codd. V. et VI. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. et 42. et p. 244. cod. CLXXXVII. in cat. in Psalmos. — in catenis a *Macario Chrysocephalo*, episcopo Philadelphiae et *Niceta*, diacono magnae ecclesiae, contextis.

2. *Narrationes VII. de caede monachorum in monte Sina (ac Raithu) et captiuitate Theoduli,* filii: editae gr. et lat. a *Possino*, vt iam significauimus. Is etiam librum in septem narrationes distinxit. De illis autem narrationibus multus est Allatius, p. 26. sqq. qui praesertim defendit Simeonem metaphrasten a crimine interpolationis. Adnotante Fabricio, eiusdem narrationis, iam ante Possinum, interpretationem, sed minus praeclaram minusque, vt ex metaphraste, integram ediderant *Aloysius Lipomannus* et *Laur. Surius* ad 14. Ianuar. Varias lectt. e codice Mazariniano vna cum quibusdam animaduersionibus suis edidit *Franciscus Combefisius* in illustrium Christi martyrum lectis triumphis etc. gr. et lat. Paris. 1660. 8. pag. 139-144. Latine *Io. Bollandus* quoque, (non, graece et lat. vt *Labbeus* adfirmat tom. II. de scriptor. eccles. pag. 125. et ex Labbeo Allatius,) ad diem 14. Ianuar. in Actis S. S. Antwerpiens. tom. I. p. 954. sqq. narrationem illam, qualem Surius dederat, collatam cum MS. Vaticano cum breuibus notis suis a. 1643. edidit, distinctam in capp. 15. sectiones 62. Adde, quae idem pag. 1113. sq. vbi ex Possiniana, quam elegantem et pleniorem fatetur, nonnulla supplet. *Gallice* vertit *Nicol. Sudorius* (le Sueur.). Varias lectiones (et narrationum et sequentis orat. in Albianum) e quatuor graecis Mss. codd. Vaticano, Barberino, Altempsiano, (qui cum Sfortiano comparatus,) et Palatino, translato in bibl. Vaticanam, ex marginibus codicis Barberini descriptas, ad calcem epistolarum Nili edidit Allatius. Romae 1668. fol.

fol. Praeter codd. modo memoratos exſtant illae narrationes in tredecim codd. bibl. Pariſinae publ. (ſec. catal. codd. Paris. tom. II.) — in codd. *Coislin.* CCLXI. et CCCLXXXIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 306. et 587. — *Oxon.* in cod. Barocciano CLXXXIII. — *Venet.* in codd. Nanian. CXXXIX. nr. 6. et CXLI. nr. 7. v. cat. codd. gr. Nanian. p. 321. et 328. *Florent.* in codd. bibl. Laur. Medic. XVIII. nr. 25. plut. 9. et XXI. nr. 6. plut. 11. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 421. ſq. (vbi commemorat codd. Vaticanos et Sirletan.) ac p. 515. *Oudin.* l. c. p. 1256. adnotat, illas narrationes de patribus in monte Sina, in MS. cod. *Colbertino* MMMMDCCXXVI. *Anaſtaſio monacho* ſub hoc titulo tribui: Ἀναςασίȣ Μοναχȣ̃ διηγήσεις διάφοροι περὶ τῶν ἐν Σινᾷ ἁγίων πατέρων, additque, inde, quis illarum auctor ſit, non conſtare.

3. *Oratio in Albianum, monachum Nitrienſem*, gr. et lat. narrationibus ſubiuncta a Poſſino, et variae lectt. ab Allatio ad calcem Epiſtolarum Nili ſunt editae.

4. *Capita paraenetica 229.* Χρυσᾶ Νείλȣ ἐπισκόπȣ καὶ μάρτυρος; ſerie alphabetica. Has ſententias, ſ. Paraeneſes, a *Io. Hontero,* Coronenſi, in bibl. quadam vetuſtiſſima in Walachia repertas et Michaeli Neandro ab amicis e Tranſiluania miſſas, laudatus *Neander* primus gr. cum ſua lat. verſione edidit et inſcripſit:

Νείλȣ ἐπισκόπȣ καὶ μάρτυρος κεφάλαια ἢ παραινέσεις. *Nili epiſcopi et martyris capita, ſeu praeceptiones de vita pie, chriſtiane ac honeſte exigenda, graecolatine: a Michaele Neandro, Sorauienſe, conuerſae et expoſitae.* Baſil. per Io. Oporin. In fine: Baſil. — M. D. LIX. (1559.) menſe Auguſto. 4. In dedicatione, ſcripta 1558. ipſo die Mich. archangeli, (inde factum eſſe, arbitror, vt Fabric. eam edit. a. 1558. prodiiſſe, ſcriberet,) Neander profitetur, ſe graeca, quae corrupta eſſent, correxiſſe, aut (in margine) de ſua ſententia, quomodo legendum eſſet, declaraſſe. Praemiſſa eſt quaedam Nilorum notitia. Textum excipiunt obſeruationes grammaticae atque exegeticae. — Recuſa eſt illa editio, (indice omiſſo,) in altera parte *Operis aurei,* ab eodem *Neandro* editi. Lipſiae 1577. pag. 1. ſqq. — Sententiae illae (adnotante Fabricio,) recuſae ſunt gr. et lat. cum Neandri, (non, Zeni, vt prodiderunt *Labbeus* tom. II. de ſcriptor. eccles. pag. 124. et *Suareſius* p. 625. ad Nili opuſcula, vbi e codice Barberino additamentum quoddam ſententiae 97. ſubiunctum gr. et lat. exhibet, ſententiis ipſis in collectione ſua omiſſis;) verſione in tomo I. Orthodoxographor. Grynaei a. 1569. vol. I. pag. 169. ſqq. tum in graeco lat. auctario bibl. patrum Ducaeano, Paris. 1624. fol. tom. II. p. 1168. Neandri interpretatio occurrit quoque in Bibliothecis patrum latinis 1575. et 1589. Paris. et a. 1610. tom. IV. et Lugd. a. 1677. tom. I. p. 1147. et in Bibl. patrum Paris. graeco lat. tom. XIII. Paris. 1644. 1654. Latinis verſibus reddidit *Anton. Meierus,* Vleteranus Flander, Cameraci 1561. 4. Germanice interpretatus eſt et S. Macario ſubiunxit *Godfridus Arnoldus* in huius verdeutſchten Schriften des H. Macarii v. anderer, p. 393-521. Goslar. 1702. 8. add. ad nr. 9. — *Allatius* laudat ed. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Franciſc. Rapheleng. 1590. 8. — Add. *Sententiae Nili,* epiſcopi et martyris, carmine expreſſae per *Michaelem Toxiten,* Rhoeticum, 1543. 8. in calce: Argentorati ap. Craton. Mylium M. D. XLIII. m. Aug.

Nili

Nili admonitiones, in latinam linguam traductae: ac testimoniis tum sacris tum profanis illustratae: opera et labore *Stephani Schoning.* Franekerae, exc. Aeg. Radaeus. 1608. min. 8. Addita est Expositio *Agapeti* capp. paraeneticorum cum *Aristotelis* libello de virtutibus et vitiis, eodem Stephano Schoningio interprete. Schoningii versio haud sane melior esse dicitur.

Aurea Nili, episcopi et martyris, Paraenetica, interprete *Nicolao Glasero.* Hamburgi exc. Paulus Langius. 1614. 8. in eius Glaseri apocryphis, paraeneticis, philologicis, p. 1. Diuisae sunt sententiae in decurias XXIII. et p. 18. Eiusd. Nili ad dictum Esaiae I. 13. *Si fuerint peccata vestra vt vermiculus.*

Eadem cum Schoningii versione recudi curauit *Christian. Weissius.* Gorlicii 1679. 8. — Allatius tradit, easdem Paraeneses editas esse gr. et lat. a *Paulo Minerua*, Barensi Dominicano, cum scholiis siue commentariis, Neapoli ap. Constantin. Vitalem 1604. 4. Contra in catal. bibl. Barberin. II. p 122. sic citatur: *Nili* capita paraenetica, gr. lat. cum scholiis et catena paraphrastica *Petri Mineruae* Neap. 1604. 4. At tamen in Toppii Bibl. Napolitana tom. II. nulla fit mentio *Petri Mineruae:* contra pag. 236. laudatur *Paolo Minerua, di Bari dell' ordine de' Predicatori;* at editionis citatae memoria omittitur. Quod vero in codd. atque editionibus Nilus ille dicitur *episcopus* et *martyr:* quaestio orta est, num *Nilus, asceta*, an alius auctor fuerit illorum capitum paraeneticorum: de qua controuersia copiosus est Allatius, et inter alia monet, fieri posse, vt *Nilus*, Aegyptius episcopus, (atque duo Nilos Aegyptios nominat Nicephor. VII. 16.) et *Nilus* asceta, capita paraen. concinnarint, eaque diuerse, atque Antonium, monachum, in Melissa plures ex Nilo absque alio cognomine sententias, alias ex Nilo, episcopo, signare: etc.

Diuersa ab illis sunt *Nili* Κεφάλαια ἢ παραινέσεις *capita* seu *praeceptiones sententiosae* (148.) Francisco Turriano interprete et Zinianae interpretationis correctore, collatis tribus peruetustis exemplaribus et scholiis adpositis. Florentiae ap. Bartholomaeum Sermaretellium 1578. 8. — vna cum *Diadochi*, episcopi Photices, capp. centum de perfectione spirituali. (v. vol. IX. p. 446. vet. edit. in cap. de Photio, cod. CCI.) Latine Lugd. Batau ex offic. Plantin. 1590. 8. — gr. et lat. inter opuscula Nili iunctim edita a *Ios. Maria Suaresio*, Rom. 1673. fol. p. 475. 511. praemissa epistola ad amicum, cui illa Κεφάλαια ρνγ´ Nilus transmisit. — In linguam latinam transtulit illas praeceptiones sententiosas *Bilibaldus Pirckheymerus*, Noribergensis; vsus codice peruetusto, e Graecia elapso: *Nili* sententiae morales e graeco in latinum versae et excerpta quaedam ex *Damasceno* per *Bilibald. Pirckheymer.* Praefigitur epistola *Pirckheymeri* ad sororem suam, Claram, monialem, data 4. Cal. Ianuar. 1516. Fridericus Peypus Nurnbergae impressit. 4. (v. *Maittaire* A. T. II. p. 278. *Panzeri* A. T. VII. p. 457. et IX. p. 546. — *Nili, episcopi et martyris*, sententiae morales e graeco in latinum versae *Bilib. Pirckheymero* interprete. Argentinae ex aedibus Schurerianis a. 1516. 4. Lipsiae ex offic. Melchioris Lottheri, a 1516. 4. — Basil. ap. Pamphilum G. (Gengenbacensem.) m. Ianuar. 1518 4. — Argentin. 1519. 8. (v. *Panzer.* A. T. VI. p. 82. et IX. p. 368. vol. VII. p. 193. VI. p. 209. et 92.) — Idem *Pirckheym.* sententias morales (238.) germanice vertit in Theatro virtutis et honoris oder Tugend-Büchlein etc. Noriberg. cum praef. *Hans*

im

im Hoff. 1506. 8. p. 11. ſqq. — Diuerſae quoque ſunt *Gnomae Nili ſelectiores,* (quas Baſileae ap. Robert. Winter et Coloniae apud Gymnicum editas ſcripſit Gesnerus in Biblioth. ſua) exſtant latine in Orthodoxographia Theologiae S. S. etc. Baſil. per Henr. Petri 1555. fol. p. 414-416. et incipiunt: *Timorem pariter et deſiderium erga deum habere neceſſe eſt.* Illas tamen graece et latine exſtare in edit. ſec. Orthodoxogr. ſcripſit *Fabric.* ſupra in nota *zz.* vol. I. p. 701. Tria autem diuerſa illa Nili ſcripta, ab Allatio confuſa fuiſſe, animaduertit Fabr. p. 21. not. *d.* — Sententias Nili plures reperies inter apophthegmata patrum, in *Cotelerii* monumentis eccles. gr. tom. I. p. 573. ſq. gr. et lat.

In codd. MSS. *Paris.* bibl. publ. MLV. excerpta aſcetica, e variis *S. Nili* ſcriptis. — CMXIII. ſunt nr. 4. *Nili* ſententiae aſceticae ſexaginta duae; nr. 8. ſententiae morales; nr. 10. eiusd. paraeneticon: — in cod. MXCI. nr. 15. *Nili* paraeneſis ad Monachos add. *Bandin.* l. c. I. p. 420. nr. 11. — In codd. *Coislinianis* ſunt *ſententiae* varii generis, etiam excerptae in collectionibus tum aſceticorum tum aliorum opp. Breuitatis ſtudio ablego lectores ad *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 60. cod. XIV. nr. 4. p. 186. 191. 198. 295. cod. CCXXXII. p. 312. cod. CCLXVIII. p. 390. et 412. in parallelis Io. Damaſceno perperam adtributis; p. 111. c. 37. in *Niconis* collectione p. 188. et 193. in *Anaſtaſii* quaeſtionibus ac reſponſionibus. (add. Allat. pag. 39.) 574-579. pag. 584. cod. CCCLXXVIII. ſunt *gnomae Nili,* gr. — *Venetiis* in cod. Marc. v. cl. *Morelli* B. MSt. gr. et lat. I. p. 43. ſq. — *Florentiae* in B. Medic. Laurent. cod. VII. plut. 4. et cod. XVI. in Anaſtaſii quaeſtion. v. *Anton. Mar. Biſconii* catal. B. Medic. Laur. tom. I. p. 21. et 44. ſq. — In *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 99. in expoſitione ſacror. praeceptor. p. 254. in florilegio ſentent. et p. 495. in collect. capitum aſceticor. — *Vindobonae* in cod. caeſar. XXV. nr. 3. in cod. LVIII. nr. 2. in cod. CCVII. nr. 4. *Nili* ſententiae: inc. ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγή[g]). — in cod. CCXIV. nr. 14. ſunt *Nili* γνῶμαι. (p. 93.) in cod. CCXLI. in Io. patriarchae Antiocheni eclogis aſceticis. — in cod. CCXLVI. nr. 15. eſt in Prolegomenis in Pſalm. Dau. *Nili* locus inſignis de canitie, nuntia mortis. — in cod. CCLI. — in cod. CCLIII. nr. 21. v. *Lambec.* comm. III. p. 102. 257. ſqq. V. pag. 22. 93. 222. ſq. 247. 324. ſqq. 344. — *Auguſtae Vindel.* v. *Reiſer.* notit. codd. Auguſt. p. 39. bis. Excerpta in cod. *Cromwell.* nr. CCXC. cat. B. Bodlei. bis. — *Gnomae ſpirituales* ſunt in codd. Barocc. nr. LXXXV. — In cod. *Ottobon.* Romae ſecundum *Montfauc.* B. bibl. MSSt. I. p. 184. C. ſunt *Nili aſcetica;* quaenam vero ſint, non additur.

5. *De octo vitioſis cogitationibus liber;* Inter opuſc. a *Zino* verſa. Haec *Zini* interpretatio recuſa eſt in Bibliothecis patrum. Sed, vt ait *Fabric.* in nota *o.* p. 19. graece librum hunc de octo vitioſis cogitationibus περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν, (ſiue vt in cod. Medic. περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων,) ex cod. regio Paris. primus edidit nouaque verſione donauit *Franciſc. Combefiſius* in auctario nouiſſ. bibl. patrum, Paris. 1672. fol. tom. I. p. 303. Incipit: ἀρχὴ καρποφορίας, ἄνθος. Occurrit etiam graece, ex cod. Barberino deſcriptus, addita noua verſione lat. in *Ioſ. Mar. Suareſii* collect. opp. Nili, Romae 1673. fol. p. 456-474. Denique *Emericus Bigotius* recenſuit ex cod. Mediceo, atque ex eadem biblioth. nactus

g) Sunt ſententiae CXXXV. editae gr. et lat. a *Suareſio;* v. nr. 22.

nactus antiquam eamque praeclaram eiusdem libri versionem latinam, ante mille elaboratam annos gr. et lat. cum *Euagrii Pontici* scripto eiusdem argumenti subiecit Palladio de vita Chrysostomi. Paris. 1680. 4. Add. *Oudin*. l. c. p. 1255.

6. Alius de eodem argumento liber. Latine, interprete *Iacobo Billio*, Prunaeo, qui illum cum *Io. Damasceni* Opp. edidit Paris. 1577. subiecitque *Euagrii*, Pontici, (cuius et Nili opuscula sic inter se confundi notat Suaresius ad S. Nili opusc. p. 613. vt difficillime internoscantur,) opuscula eiusdem argumenti. Occurrit etiam latine, tom. V. Bibl. patrum Bignaeanae a. 1589. 1654. et Lugd. 1671. tom. VII. p. 1174. At graece e duobus codd. regiis cum latina interpretatione notisque edidit *Coteler*. tom. III. monument. eccles. graecae, Paris. 1686. 4. p. 185. sq. Incipit: περὶ τῶν ὀκτὼ κακίας λογισμῶν. — Vterque liber in haud paucis codd. est seruatus nec semper distinguitur in catalogis: in octo codd. bibl. publ. *Paris*. nempe in cod. XXXIX. nr. 22. est *Euagrii de* septem vitiosis cogitatt. opuscul. et nr. 24. *Nili* de totidem vitios. cogitt. — in cod. DCCCLVIII. nr. 18. et cod. MCXXIII. nr. 8. et cod. MCCXX. nr. 16. *Nil*. de octo vit. cogitt. — in cod. DCCCXC. nr. 4. et MCLXXXVIII. nr. 28. *Nil*. de prauis cogitatt. — in cod. CMXIII. nr. 6. περὶ λογισμῶν, vti editum est opusc. a Suaresio; et nr. 7. liber de octo vitiosis cogitatt. — in cod. MLXVI. nr. 2. *Nili* opusc. de octo vitiis et praecepta ad mores informandos vtilia. — In cod. *Coislin*. CIX. plura sunt Niliana, in his de 8. vit. cogitatt. incip. Ἀρχὴ καρποφορίας etc. idem opusc. in cod. CCLXXXIII. v. *Montfauc*. Bibl. Coislin. p. 184. 400. — *Florentiae* in codd. Laurent. Medic. XVIII. nr. 5. idem opusc. et nr. 9. plut. 9. de cogitatt. capp. XXIII. sermo V. etc. sed hic cod. tum capitum diuisione, tum nonnullorum etiam transpositione ab edit. Suares. valde discrepat: item prius opusc. in cod. III. nr. 20. plut. 10. v. *Bandin*, cat. codd. gr. Laur. I. p. 420. et 472. — Ibid. in B. S. Crucis. v. *Zachariae* iter per Ital. p. 107. — Idem opusc. in cod. *Taurin*. CCLIV. fol. 62. in cod. autem CLXV. fol. 61. *de vitiis, quae opposita sunt virtutibus*, inc. ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι etc. in Nili opusc. ed. Roman. p. 451. v. cat. codd. gr. *Taurin*. p. 369. vbi plura Nili opusc. reperiuntur, et p. 252. — *Venetiis* in cod. Marc. CCCCXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 259. Plura in cod. CXXXI. ib. p. 75. inprimis cel. *Morellium* in B. MSt. gr. et lat. I. p. 81. sq. — *Mosquae* in cod. B. synod. XV. nr. 10. περὶ ὀκτὼ παθῶν. v. *Matthaei* notit. codd. gr. B. Mosq. p. 26. — *Augustae* Vindel. in cod. XX. bis περὶ παθῶν et περὶ λογισμῶν. v. *Reiser*. indic. MSSt. B. August. p. 25. sq. — *Guelferbyti* in B. ducali cod. continentur *Nili* ascetica, 1) de oratione capp. 153. 2) de octo vitiosis cogitationibus. 3) sermo asceticus. v. *Schier*. progr. de codd. nonnullis gr. msstis in B. Guelpherbytana, Helmstad 1755. 4. pag. 13. sq. Is cod. quondam pertinuit ad Gudium. v. *Marq. Gudii* Bibliothec. Kilon. 17 6. 4. p. 553. — *Vindobonae* in cod. caesar. CCXXXIV. nr. 7. init. ἀρχὴ Καρποφορίας, de quo v. *Lambec*. comm. V. p. 147. — in cod. CCXXXVII. nr. 6. *Nil*. de octo vitiosis cogitatt. inc. ὀκτώ εἰσι πάντες οἱ γενικώτατοι λογισμοί, sed in marg. a recentiore manu nomen Nili deletum est eiusque loco adscriptum Εὐαγρίου τοῦ Ποντικοῦ· nr. 7. de cogitationibus capp. XXI. at pariter a recentiore manu in marg. est adscriptum: Εὐαγρίου ἀσκητοῦ· nr. 8. *Nili* de octo spiritibus malitiae capp. octo: inc. ἀρχὴ Καρποφορίας ἄνθος· sed nomen quoque Εὐαγρίου ἀσκητοῦ a rec. manu est appositum. v. *Lambec*. V. p. 189. sq. — Idem opusc. in cod. LIV. nr. 4. v. *Lamb*. VII. p. 211. sq. — *Oxon*. in cod. *Barocc*. V. — in B. *Cromwell*. nr. 290. cat. codd. Angliae in B. Bodlei. — cod. *Bodlei*. nr. MMCCXXIX. ibid.

7. *De*

7. *De oratione capp. 153.* De hoc opere ſupra in nota * iam plura ſunt adnotata. Codd. ibi memoratis add. In catal. quodam, Veronae, *S. Nili* de paupertate et de tribus modis orationis, v. Oſſervazioni letterarie etc. tom. VI. Veronae 1740. 8. p. 419. -- *Mosquenſem* XXVII. in *Matthaei* notitia codd. gr. B. Mosq. p. 49. -- codd. caeſar. CCXIV. nr. 19. ex *Nili* capp. 150. de oratione et aliis eiusd. variis capp. aſceticis. -- CCXXXIV. nr. 5. *Nili* capp. 43. *de virtutibus*, et nr. 6. *περὶ νήψεως καὶ προσευχῆς de temperantia et oratione* capp. 150. ſed vtrumque opuſc. in hoc cod. adſcribitur *Nilo, abbati:* at in cod. CLVI. 10. *(Lamb.* IV. pag. 237.) eid. opuſc. nomen tantum *S. Nili* praefigitur. -- capp. 153. in cod. CCXXXV. nr. 14. -- in cod. CCXXXVII. nr. 5. v. *Lamb. comm.* V. p. 94. 146. ſq. 172. et 188. in cod. XII. nr. 3. v. *Kollar.* ſuppl. ad Lambec. p. 107. ſunt ſolum ſententiae 47. priores. -- In cod. *Auguſt.* Vindel. teſte *Reiſero* in indice codd. bibl. Auguſt. p. 25. -- add. nr. 6. de cod. Guelferbyt. et cl. *Morelli* bibl. Mſt. graec. et latin. p. 61. qui docet, *Nili* capp. de orat. denuo ex cod. msto edita eſſe in libro, inſcripto: Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν νηπτικῶν συνεραναισθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, Venet. 1782. fol. -- *Nili* capita CL. de oratione ad deum, latine, *Franc. Turriano* interprete, cum *S. Diadochi* capp. de perfectione ſpirituali, p. 110-132. Florent. 1570. 8.

8. *Epiſtolae* 355. Conf. ſupra, vol. I. p. 701. Editae ſunt *Nili epiſtolae*, in quibus controuerſiarum, hodie flagrantium, luculenta extant praeiudicia; nunc primum editae ex biblioth. Medicaea, gr. et lat. ex verſione et cum notis *Petri Poſſini.* Paris. e typogr. reg. 1657. 4.

Nili epiſtolarum libri IV. Interprete *Leone Allatio.* Additae ſunt variae lectiones in eiusdem *S. Nili* narrationem de caede Monachorum ex variis codd. MSSt. Diatriba quoque eiusdem *Allatii* de Nilis et eorum ſcriptis. Romae, typis Barberinis 1668. fol. Quatuor illorum librorum, vt ait *Fabric.* ad Allat. p. 34. not. z. primus 33. ſecundus tertiusque totidem, quartus 62. continent epp. Ex his duae poſtremae ad Olympiodorum Eparchum et Heliodorum Silentiarium laudantur in Synodo ſecunda Nicaena, Actione 4. quas Suareſius Allatio indicauerat. Habes itaque Epiſtolas Nili 1061. licet nonnullae ſingulae in plures diſtractae videantur, quemadmodum lib. I. 63. ſq. vt omittam exempla adlata a Suareſio p. 633. ſqq. Atque vberius id oſtendit *Lambecius* in comm. V. p. 20. de cod. CCVII. in quo eſt nr. 2. -- *Nili* epiſtola aſcetica, diuiſa in capp. quinquaginta quatuor. Exſtare quidem, monet, iſtam epiſtolam inter *Nili* epp. ab Allatio editas; ſed multis ſcatentem mendis, et in totidem diſcerptam diuerſas epiſtolas, quot conſtet ſegmentis ſeu capitibus illa: ipſa etiam vnius eiusdem epiſtolae fragmenta, adeo ibi a ſe inuicem diſperſa, et adeo praepoſtero ordine collocata eſſe, vt ad confuſionem iſtam plene indicandam noua prorſus editione opus ſit: quod nonnullis clare demonſtrat exemplis. Atque futuro epiſtolarum editori latus patet campus, in quo peragrando exercere poſſit ingenium atque diligentiam. Multa enim reſtare corrigenda aut illuſtranda *Cotelerius* vel in notis ad tom. I. praecipue tom. II. monumentorum gr. eccleſiae frequenter demonſtrat. Sic emendat varia epiſtolarum loca, vt breuitatis ſtudio lectoribus tantum paginas indicem monumentorum, tom. I. p. 770. B. II. p. 518. A. B. p. 523. C. pag. 538. B. vbi etiam exemplis demonſtrat, magnam eſſe confuſionem in epiſtolis Nilianis editis; p. 546. B. p. 550. B. p. 556. A. p. 565. A. p. 609. C. p. 618. bis; p. 652. B. p. 674. B. p. 676. C.

Praeterea obſeruarunt viri eruditi, Nilum frequenter aliorum patrum loca, multis plerumque immutatis aut additis, ſua feciſſe. Sic *Allatius*, praeeunte *Emerico Bigotio*, euicit, epiſtolam S. Nili ad Xenonem Memorialium (nr. 260. ed. Poſſin. aut lib. I. ep. 36. ed. Allat.) extractam fuiſſe ex Baſilii expoſitione in Pſalm. 32. tom. I. p. 201. ſq. ed. gr. lat. Paris. 1618. fol. Fabricius vero p. 35. not. *a.* ſubiecit integram *Cotelerii* ad patres apoſtolicos, tom. I. p. 509. ed. Amſtel. obſeruationem, quam, h. l. lectori haud inuidebo: *Ex recognitionibus Clementis libr. II. c. 20. obſeruaui, deſumtam fuiſſe epiſtolam Nili ad Aſclepium Grammaticum, Poſſinianae edit. 323. Allatianae 24. lib. III. — Nili epiſt. 32. lib. I. eſt ſententia Gregorii Naz. orat. 21. p. 382. A. at 234. epiſt. eiusdem libri expreſſa eſt ex Irenaei lib. I. cap. 1. p. 19. 21. apud Epiphan. haeres. 31. nr. 16. 17*[h]). *Epiſtolam vero 247. ad verbum leges in eodem Irenaei cap. p. 33. B. Epiphan. nr. 24. Iam libri III. epiſt. 6. formata fuit ex Baſilii loco, quem in hisce notis protuli. Atque epiſtola ad Chionium verba habet Baſilii eiusdem 13. homilia exhortatoria ad baptiſmum, in fine. Nili certe non paucae epiſtolae excerpta magis ſunt, quam epiſtolae, forſan non ſine fraude, aut ſaltem errore Graeculorum. Conferas etiam velim illam 190. libri II. cum §. vlt. epiſtolae 8. Dionyſii Pſeudo-Areopagitae de Carpo.* Vniuerſim viri docti obſeruarunt, epiſtolas, quae ſub Nili nomine feruntur, ſyllogen eſſe non modo epiſtolarum, ſed etiam excerptorum e variis ſcriptis tum ipſius Nili, tum aliorum. Reſtat, vt codd. msst. qui Nilianas continent epiſtolas, paucis referam. De memorabili quodam cod. *Vindob.* et Lambecii iudicio iam paullo ante diximus. Inſuper in eadem bibl. caeſarea exſtant non nullae epp. in cod. CLVII. nr. 11. — in cod. CCXXXIV. nr. 29. epp. 98. ad diuerſos monachos. — in cod. XLV. nr. 57. ep. ad Characletum, (ad *Chariclem* presbyt. in ed. Allatii libr. III. ep. 243[i]). v. *Lambecii* comm. IV. p. 336. V. p. 156. et VIII. p. 942. ſq. — *Paris.* nonnullae in ſex codd. bibl. publ. — In cod. *Coislin.* CXLIV. ep. Nili ad *Ioaſaph Chriſtodulum*, et huius ad Nilum: ſed ille *Chriſtodulus* monachus is eſt, qui antequam Monachus factus eſt, erat *Ioannes Cantacuzenus*, imperator. v. *Lambec.* comment. de B. caeſarea III. 477. ſq. ibique not. Kollar. Quare pertinent illae epp. ad *Nilum*, de quo infra §. XIV. agitur. Atque *Montfaucon.* in B. *Coisl.* p. 210. adnotat, nomina eſſe fictitia, et epiſtolas putari eſſe Cantacuzeni. (Idem *Montfauc.* in diario italico p. 408. cod. *Bonon.* monaſterii canonic. regular. memorat, in quo *Chriſtoduli* hiſtoria imperatorum CP. praemiſſis epiſtola *Nili* ad Chriſtodulum, et huius reſponſione.) — In cod. Coisl. CCCLXIII. Nili 53. epp. quas indicat *Montf.* B. Coisl. p. 562. — ibid. p. 147. et 317. Theodori Studitae epp. ad Nilum in collectione epiſtolarum Theodori citantur. — *Romae* in cod. B. Ottobon. *Nili* monachi ad Synactas monachos, gr. teſte *Montfauc.* in B. bibliothecar. MSSt. I. p. 185. *D.* — *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 16. plut. 8. *Nili* ep. ad Olympiodor. praefectum. — in cod. III. nr. 21. ep.

h) Idem animaduertit *Cotelerius* in not. ad Monumenta gr. eccl. I. p. 768. B. *Fabric.* ad Allat. pag. 11. not. monet, epiſtolam ad Zoſarium Tribun. lib. I. ep. 57. (ex qua Allat. aetatem Nili quodammodo definire conabatur,) circa a. C. 570. duodecim annis, antequam Mauritius imperii habenas capeſſeret, ab alio ſcriptam eſſe oportere et longe iuniore, quam a Nilo, Chryſoſtomi diſcipulo, quoniam memoretur ab auctore epiſt. annus D. ab Hieroſolymae excidio, h. e. ao. 70. a natiuitate Chriſti.

i) Atque ſic nominatur presbyter in cod. *Venet.* Marc. XXIV. teſte cel. *Morellio* in B. MSSt. gr. et lat. tom. I. p. 47.

ep. ad Characletum, presbyterum [k]), auſtere et crudeliter inuehentem in peccantes etc. -- in cod. XVIII. (qui multa continet Niliana.) nr. 15. plut. 9. epiſtolae 350. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. Medic. I. p. 360. 472. et 421. -- *Taurini* in cod. CCLIV. (qui plura complectitur Niliana,) fol. 94. epiſt. ad Anaſtaſium, epiſcopum. v. cat. codd. gr. Taur. p. 369. -- Nili *Schreiben an Thaumaſium v. an Didymum* nebſt 140 kurzen Sendſchreiben an verſchiedene Perſonen, verdeutſcht durch *Gottfr. Arnold:* in huius Sendſchreiben der Alten, p. 422-508. Francof. et Lips. 1700. 8.

9. De vita aſcetica liber: inter opp. a Zino latine verſa, et gr. ac lat. a *Suareſio* (p. 1. ſqq.) edita. In Bibl. patrum ed. Lugd. tom. VII. pag. 1156. Incipit: φιλοσοφεῖν ἐπετήδευσαν μὲν καὶ ἑλλήνων πολλοί. *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XVIII. nr. 4. plut. 9. in quo opus continuo eſt exaratum, a Suareſio autem in capp. LXXV. diſtributum. In cod. duo iambi a manu recentiore ſunt in laudem auctoris praemiſſi, ex Graecorum Menologio d. XII. Nou. et a *Bandin.* in catal. codd. gr. Laur. I. p. 420. repetiti. — Ibid. in cod. XVI. nr. 11. plut. 9. idem opus eſt, at inſcriptum: περὶ φιλοσοφίας ἀσκητικόν· v. *Bandin.* l. c. pag. 414. In codd. *Coislin.* CIX. fol. 23. et CCLXXXIV. cum aliis Nilianis opuſc. v. *Montf.* bibl. Coisl. pag. 184. et 400. — ſecundum catal. codd. Angliae tom. I. in cod. Barocc. LXXXI. -- (in quo etiam ſunt capp. aſcetica 53. inc. Νοῦν μὲν πλανώμενον ἵστησιν, et eiusd. περὶ διακρίσεως.) tom. II. in cod. *Thom. Gale* nr. MMMMMCMLIV. (in quo cod. etiam ſunt. quae nr. V. VII. X. recenſentur; item *Nili* ſermo de rebus ſaecularibus non poſſidendis; capita 1) gnoſtica, 2) alia aſcetica, 3) et alia, metro elegiaco:) — *Vindobonae* in cod. caeſ. LII. nr. 5. v. *Lambec.* comment. VII. p. 212. — *Florentiae* in cod Annunc. eccles. eſt *Nili de chriſtiana philoſophia,* interprete *Iſidoro Clario,* cuius verſio laudatur et praefertur Suareſianae, atque e ſchedis Mabillonii in lucem prolata legitur in *Martene* collectione veterum ſcriptorum et monumentorum etc. tom. IX. nr. 4. Paris. 1733. fol.

— *Romae* in cod. Ottobon. teſte *Montfaucon.* B. bibl. MSSt. I. p. 184. *C.* -- *Paris.* in cod. Bibl. publ. MMCCXXI. nr. 4. *Nili* capp. ad ſobrietatem adhortatoria. -- in cod. MLVI. aſcetica 22. -- *Venet.* in cod. Nanian. CLX. nr. 12. de virtutibus: inc. τέσσαρές εἰσιν ἀρεταί· v. cat. codd. gr. Nanian. p. 361. -- *Vindobon.* in cod. caeſar. CCXXXVII. nr. 9. capita quaedam aſcetica; ea tamen ab aliis Euagrio adtribui, in margine notatur, teſte *Lambecio,* comment. V. p. 190. Sed aſceticorum partes frequenter occurrere in codd. iam ſupra ad nr. IV. vidimus: nec ſemper in catalogis rite diſtinguuntur. Germanice vertit *Gottfr. Arnold* in: Denkmahl des alten Chriſtenthums etc. Goslar. 1720. 8. ed. IV. Lips. 1740. 8.

10. Ad Agathium monachum de virtute colenda et vitio fugiendo, ad exemplum *Periſteriae,* (de qua v. Suares. p. 596.) clariſſimae illa aetate matronae: gr. et lat. in Suareſii edit. p. 85. ſq. lat. in bibl. Patrum Lugd. tom. 27. p. 183. -- In cod. *Gale* nr. MMMMMCMLIV. cat. codd. Angliae etc. tom. II. *Paris.* in B. publ. cod. MLIII. -- in cod. *Coislin.* CIX. fol. 62. v. *Montfauc.* B. Coisl. p. 184. qui ita citat: *Nili ad Agathium de viris et mulieribus, quae deo placuerunt:* inc. vero etiam, vt liber de virtute colenda etc. ἔθος ἔχοντί μοι τὰ πολλὰ τὰς

k) v. notam anteced.

ἀκαίρες. -- *Paris.* in B. publ. cod. MXCI. nr. 13. et cod. MCXL. nr. 6. *Nili* capp. de virtutibus: in cod. MCXLV. nr. 9. capp. decem de virtutibus.

Ad Magnam Ancyrae Diaconissam de voluntaria paupertate. De nomine variant codd. *Ad Magnam* scripsit Suaresius, qui hoc scriptum gr. et lat. edidit p. 233-320. et de *Magna* v. Suaresium ad Nili opusc. p. 604. sq. et *Palladium* in Lausiacis, cap. 135. Alii autem codd. legunt *ad Maganum*, diaconum; alii πρὸς Μαγνητίλαν τὴν Διάκονον Ἀγκύρας· alii πρώην μὲν πρὸς τοὺς ἀμελέστερον μετιόντας τὸν μοναδικὸν βίον γράφοντες λόγον· sed hoc Fabric. in nota *m.* p. 37. diuersum videtur, quia id tamquam aliud suum asceticum ad Monachos scriptum Nilus memoret initio libri ad Μάγναν, qui latine legitur tom. 27. Bibl. patrum Lugdun. p. 212. In cod. tamen *Coislin.* CCLXXXIV. fol. 203. indice *Montfauc.* in B. Coisl. est Nili *ad Magnam*, diaconissam, *de paupertate:* cuius initium: πρώην μὲν πρὸς τοὺς ἀμελεστέρον. -- *Cotelerius* in notis ad Monumenta gr. eccl. II. p. 545. *C.* corrigit et interpretatur locum capitis 57. et p. 575. *C.* locum capitis 13. -- Exstat liber *Florentiae* in cod. Laurent. XVIII. nr. 18. plut. 9. πρὸς Μάγναν τὴν διάκονον etc. teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 421. -- In cod. *Coislin.* CCLXI. fol. 217. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 305. -- *Paris.* in B. publ. codd. MLIII. nr. 1. -- MMCCXXI. nr. 3. in quo sec. cat. codd. Paris. tom. II. p. 464. scriptum est *ad Maganum, diaconum, op. de paupertate et tribus orandi modis, in compendium redactum;* et in cod. MMMLXXXII. manu Bigotii descripto.

12. *Tractatus moralium seu spiritualium admonitionum:* gr. et lat. in *Suaresii* collect. p. 321. sqq. v. ad nr. 4. lat. in Bibl. patrum tom. 27. p. 230. in cod. *Laurent.* XVIII. nr. 9. qui vero valde discrepat ab edito. v. *Bandin.* l. c. p. 420.

13. *Epicteti Enchiridion a S. Nilo contractum et interpolatum.* v. supra vol. V. p. 82. et 83. et Allatium pag. 41. sqq. collata tamen crisi cel. *Heynii*, in praef. ad ed. Epicteti, pag. XVI. sqq. et pag. IX. sq. Enchiridion ita interpolatum sub *Nili* nomine a *Suaresio* editum est inter eius opuscula p. 327-353. Latine etiam occurrit in Biblioth. patrum Lugdun. tom. 27. p. 231. Variis in locis, (ait Fabr. in not. *b.* ad Allatium p. 41.) differt haec, quae ad Nilum refertur, interpolatio Enchiridii Epictetei a paraphrasi christiana, quam graece et latine, nullo auctoris nomine adscripto, vulgauit cum notis Mericus Casaubonus Londini 1659. 8. et Iac. Gronou. a. 1683. emendauit e cod. Mediceo. Plura de *Nili* Enchiridio Epicteti perite disputat cel. *Schweighäuserus* in prolegom. ad suam Epicteti et Cebetis edit. Lips. 1798. mai. 8. pag. LXI. sqq. inprimis pag. XCVIII. sqq. de Enchiridio ad vsum Christianorum adcommodato; de Enchiridii *Nili* cod. msto Paris. et quatuor codd. paraphraseos; pag. CII. sqq. examinat Villebrunii narrationem et iudicium de Nili enchiridio in codd. Paris. -- *Venetiis* in cod. *Marciano* CXXXI. inter alia Nili opuscula *Nili* enchiridium Epicteti: de quo v. cel. *Morell.* in B. MSta gr. et lat. tom. I. p. 81. sq.

14. *De monachorum praestantia in vrbibus et solitudinibus;* lib. editus a *Suaresio* gr. et lat. inter Nili opp. p. 377-407. atque inde in Bibl. patrum Lugdun. tom. 27. p. 240. Exstat *Paris.* in codd. *Coislinian.* CCLXII. fol. 257. et CCLXXXIV. fin. v. *Montfauc.* B. Coislin. p. 306. et 400. f. -- in cod. MLIII. nr. 2. B. public. -- *Florentiae* in cod. Medic. XVIII. nr. 10. sermo VI. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 420. -- *Vindobonae* in cod. caesareo

CLVII.

CLVII. nr. 10. Excerpta ex Nili asceticis de differentia inter ascetas [illegible] etc. v. *Lambec.* IV. p. 336.

16. *Ad Eulogium monachum lib. asceticus*, et

17. *Ad eumdem de vitiis, quae virtutibus opposita sunt:* in *Suaresii collectione* p. [illegible] sqq. et 451. sqq. gr. et lat. ac latine in biblioth. patrum Lugd. tom. 27. p. 246. — [illegible] cod. Marc. CXXXI. cum multis aliis Nilianis scriptis. v. cat. codd. gr. Marc. p. 75. — *Florentiae* in cod. Medic. saepe citato XVIII. nr. 16. et 17. (*Bandin.* I. p. 421.) — in cod. quodam *Gudiano*, nunc Guelpherbyt. v. Gudii biblioth. p. 543. nr. 79.

18. *De diuersis malignis cogitationibus* liber. In *Suaresii* collect. p. 512. sqq.

19. *Capita 33. per gradus dispofita.* In *Suaresii* collect. p. 543. lat. p. 262. inc. Ἰατρεῖός ἐστιν ἕξις χειρίστη ψυχῆς. In cod. Medic. citato XVIII. nr. 20. v. *Bandini* l. c. p. 421. conf. supra nr. 4.

20. *Spirituales sententiae per alphabetum dispositae, vna cum aliis quibusdam* in *Suaresii* collectione p. 548. et p. 552. lat. p. 263. Conf. quae Suaresius ex cod. Barberino addidit p. 625. In cod. autem Medic. cit. tres diuersae eiusmodi sententiarum occurrunt collectiones: nr. 21. inc. ἀρχὴ σωτηρίας ἡ σεαυτοῦ κατάγνωσις, (gr. et lat. in Bibl. patrum. Paris. 1624.) nr. 22. aliae: inc. ἄτοπόν ἐστι καὶ διώκοντα· et nr. 23. aliae 26. versibus: prima est ἀρχὴ ἀγάπης, ὑπόληψις δόξης. *aurea paraenetica:* inc. ἀρχὴ σωτηρίας etc. *Vindobon.* in cod. caes. XII. nr. 5. v. *Kollar.* supplem. ad Lamb. comm. p. 108. v. supra ad nr. 4.

21. *Institutio ascetica ad Monachos.* In *Suaresii* collectione, p. 553. In cod. caesar. XII. nr. 4. *paraeneses*, quarum init. ἀκρασίαν βρωμάτων περικόπτει νηστεία. v. *Kollar* loco paullo ante citato. Add. Lambec. IV. p. 408. nr. 3. *Zachar.* iter etc. p. 56. In cod. *Laur.* cit. num. 8. *Sermo quartus* additur. inc. ἀκρασίαν βρωμάτων· et nr. 7. *ad iuniores monachos instructio*, etiam inter *Nili* epistolas libr. III. nr. 303. p. 446. ed. Allatii. Prior, n. Institutio etc. est in cod. *Laurent.* Medic. III. nr. 19. plut. 10. v. *Bandini* cat. I. p. 472. — Eadem est quoque in cod. *Taurin.* CCIV. fol. 60. et fol. 93. *instructio* etc. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 369.

22. *Sententiae CXXXV. abducentes monachum a corruptibilibus*, editae a *Suaresio* p. 557-575. Incipit: Ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγή. In cod. *Barocc.* CCXIII. in cod. *Laur.* cit. nr. XIII. sunt sententiae 94. et *sermo* IX. est in inscriptione. — In cod *Taurin.* CCIV. nr. 95. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 369. et conf. supra, not. ad nr. 4. In cod. gr. [illegible] Cromwelli, cat. codd. Angliae tom. I. nr. 295. ex Nilo excerpta in suis ad Monachos exhortationibus; ib. *Nili* fragmentum.

23. *Sermo in illud euangelii* (Lucae XXII. 36.): *qui nunc habet sacculum*, [illegible] Inc. τὸ προκείμενον ῥητόν· In *Suaresii* collect. gr. et lat. p. p. 575-590. latine in tom. 27. Bibl. patrum Lugdun. p. 256. *Oudin.* l. c. p. [illegible] adnotat, quatuor aut quinque [illegible] memorata, opuscula in nonnullis codd. msst. adtribui Euagrio, monacho. *Paris.* in cod. B. publ. MLIII. nr. 6.

24. *Tetrasticha paraenetica versibus heroicis et elegiacis.* *Vindobonae* in cod. caesareo CCLIII. nr. 28. Tetrasticha paraenetica, ἡρωελεγεῖοι siue versibus heroicis et elegiacis. Inc.

Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστιν
Ὀδμῆς ἡδείης πείρατα πιμπλάμενος
Πᾶς οὖν, ὃς παθέεσσιν etc.

Adiuncta sunt iisdem anonymi cuiusdam auctoris antiqua scholia graeca, partim inter lineas, partim in margine posita. v. *Lambec.* comm. V. p. 346. Eadem in cod. *Th. Gale*, supra ad nr. 9. laudato. -- Copiose recenset *I. R. Sinner* in catal. codd. msst. Bernensium etc. Bernae 1760. 8. p. 120. sqq. cod. Bernens. saec. XIII. membran. *Nili carmina tetrasticha hexametra et pentametra*, Παράδεισος inscripta: singulis tetrastichis tituli singulares praefiguntur. Sinnerus aliquot tetrasticha excerpsit, et inter alia notat, omnia tetrasticha esse numero 90. -- *Paris.* in B. publ. cod. MLIV. nr. 1. cum glossis inter lineas miniatis; et duobus aut tribus scholiis ad marginem coniectis. *Oxon.* in cod. Barocc. CXI. capita ethica et didascalica XCV. carmine heroelego, ita, vt quodque caput tetrastichon constituat, cum explicationibus vocc. inter lineas scriptis. -- *Florentiae* in cod. Laurent. XVIII. nr. 28. plut. 9. eadem: de quo plura scripsit *Bandin.* l. cit. I. p. 422.

25. *Sermones.* Quibusdam operibus citatis in codd. Laurent. additur nomen et numerus *orationum.* In *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSSt. II. p. 1061. A. citantur *S. Nili* homiliae 43. in Bibl. vero *Coislin.* p. 300. idem codex recensetur; sed ita laudatur: *S. Nili, archiepiscopi CPolitani*, (de quo vid. infra §. VIII.) homiliae 43. Prima in *Gregorium, archiepiscopum:* init. οὐδὲν οὕτως ἐπαχθὲς etc. in eodem cod. exstat eiusdem doctrina testamenti forma ex persona patris sui ad monachos suos de coenobitica vita: inc. τῶν κατὰ θεὸν ἑλομένων ζῆν etc. et alibi. Forsan tamen alii Nilo sunt adscribendae. In *I. H. Maii* tamen Bibl. *Vffenbach.* I. p. 432. nr. XV. cod. VIII. occurrit *S. Nili* homilia, inc. ὡς οὐκ ἔστι βασιλέα κατοικῆσαι ἐν οἴκῳ πένητος etc.

26. *Nili* σκέμματα· λόγος ι· siue *considerationes, sermo* X. capp. XIII. inc. εἴ τις βούλοιτο ἰδεῖν etc. Item

27. Κεφάλαια ξβʹ. capp. LXII. quorum primum inc. ὁ Χριστὸς ᾗ μέν ἐστι Χριστός. Vtrumque opusc exstat in cod. Laurent. XVIII. nr. 14. et 19. nec ab Allatio Fabricioque citari, obseruat *Bandin.* l. c. p. 421.

(28.) Narratio de Pachone, bellum meretricium patiente et vincente in cod. laudato *Laurent.* nr. XXV. *Bandinius* tamen l. c. adnotat, in fine huius opusculi ab alia manu scriptum legi, id esse *Athanasii, monachi;* at *Fabric.* ad Allat. p. 39. not. *r.* animaduertit, illam *narrationem* (in *Suaresii* collect. p. 355.) et *sermonem dogmaticum de S. S. Trinitate,* (etiam a *Suaresio* p. 358-376. editum ex codd. MSS. auctoritate p. 610.) a viris doctis tribui Euagrio, Pontico. conf. infra §. IX.

(29.) A *Suaresio* p. 697. adnotatum est in bibl. Barberina et Vaticana exstare sub *Nili* nomine MS. Λόγον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἁλύσεως τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων

στόλων

ςόλων Πέτρε, et incip. ὅσοι τῷ τῶ Κορυφαίω τῶν Ἀποςόλων θείῳ ἔρωτι γενόμενοι κάτοχοι· enumero *Fabric.* l. c. p. 39. 40. not. *x.* istam, ait, in celebritate catenarum Petri homiliam iunioris cuiusdam Nili esse mihi persuaserim.

30. *Nilus de doctoribus et discipulis* in cod. B. publ. Paris. MCLXXXIX. nr. 29. nisi pars sit alius operis aut alius Nili opusculum. --

31. *Nili* martyrium S. Theodori, edidit *Andr. Gallandius* in bibl. graeco-latina veterum patrum, IV. p. 114. Abest a bibl. patr. Paris. et Lugd. -- *martyrium Theodoti Ancyrani* v. infra inter elogia Sctorum etc. s. vol. IX. p. 149. vet. ed

-- *Nili* vita S. *Philareti*, in Act. SS. Antwerp. Ianuar. tom. I. p. 954. sqq.

Nicephor. libr. XIV. cap. 54. laudat Nili scriptum *aduersus graecae superstitionis sectatores.* v. *Fabr.* ad Allat. not. *h.* p. 36. Allatius vero p. 38. sq. alia excitat. -- Caueus p. 427. „Epistolae, ait, vt videtur, plurimae desiderantur. *Epistolae ad Heliodorum Silentiarium* atque alterius *ad Olympiodorum* praefectum fragmenta adducuntur in actione 41. synodi 7.“ Exstat igitur tom. VIII. concil. ed. Venet. 1729. fol. in actis concilii Nicaeni general. VII. act. IV. p. 875. et in cod. *Laurent.* XVII. nr. 16. plut. 8. teste *Bandinio* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 360. -- *Nilus* libr. III. ep. 11. ipse refert, se concinnasse librum amplum περὶ κατανύξεως *de compunctione.* v. *Allat.* p. 40. ibique Fabricii not. *y.* In multis codd. plura Nili opera aut opuscula iunctim collecta scriptaque, in his igitur plura, quae recensuimus, forsan etiam alia ignota incertaue, aut confusa cum aliis aut aliter inscripta, exstant: e gr. in codd. *Venet.* CXXXI. p. 75. catal. -- *Taurin.* (cat. p. 369.) *Coislinian.* (v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 184. 199. 400. 417.) -- *Augustan.* Vindel. (v. *Reiser.* indic. etc. p. 25.) -- *Escorial.* (v. *Plüer* itinerar. per Hispan. p. 185.) in codd. *Paris.* B. publ. (cat. tom. II. passim.) -- In indice ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. msst. voc. *Nilus* permulti eiusmodi codd. in variis bibliothecis obuii designantur. -- Qui *Niliani* codd. *Vindob.* in bibl. caesarea custodiuntur, eos vno obtutu videbis indicatos in indice ad *Nesselii* catal. codd. caesar. p. 96. sq.

V. *Nilus, abbas.* In cod. Vaticano DCCXXXIII. exstat Nili, abbatis, λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς Θεόδωρον Ἀββᾶν etc. *oratio exhortatoria ad Abbatem Theodorum Byzantinum ex relatione ipsius Theodori.* Incip. διηγήσατο ἡμῖν ὁ Ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ Βυζαντεὺς, ὅτι ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἀββᾶν Νεῖλον· Allatius p. 45. propter stili diuersitatem dubitat, illum librum esse Nili CPolitani. In indice quidem biblioth. Bodlei. in cat. codd. Angliae etc. multa adscribuntur Nilo, abbati, quae sunt Nili, asectae. In cod. caesar. *Vindob.* CCXXXIV. nr. 5. 6. 7. diserte inscribuntur τῶ ὁσίω πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Νείλε *de virtutibus* capp. 43. tum de temperantia et oratione capp. 150. et capp. octo de octo vitiosis cogitationibus, quae Nilum, ascetam, habere parentem, in superiore paragrapho vidimus. Nonne ille etiam a plerisque *martyris,* ab aliis *episcopi* titulo, quo iure, quaue iniuria, insignitur? v. *Allat.* p. 43. sqq. num per incuriam? an religionis studio?

VI. *Nilus, Scholasticus.* Eius tetrastichon in Satyri imaginem, ex crustis sectis paruis marmoreis factam apud Antiochenos, in libro IV. Anthol. epigrammat. p. 480. edit. Wechel. v. *Brodaei* adnotat. supra, vol. IV. p. 485. et *Iacobs* Anthol. gr. tom. III. p. 235. eiusque

animaduerſſ. tom. XI. p. 23. ſ. commentar. vol. III. part. I. p. 23. Inter Nili, aſcetae, epiſtolas, a Poſſino et Allatio editas, leguntur etiam miſſae ad Nilum, ſcholaſticum. -- Quis ſit ille *Nilus monachus*, cuius *Dogmatica Panoplia contra omnes haereſes et decem orationes contra Mahometem* in biblioth. patriarchae CPolit. et nobilium quorundam CPolitanor. feruntur exſtare, ignorat Allatius. Iſte quidem praecipue, qui contra Mahometem oratt. ſcripſiſſe dicitur, Nilus, aſceta, multo antiquior, eſſe non poteſt. v. etiam *Poſſevin.* in catal. M. St. adparatui ſacro ſubiectis, p. 46. et 44.

VII. *Nilus iunior, Roſſanenſis* ſ. *Roſcianenſis.* Huius βίος etc. *vita ſcripta olim graece a contubernali et ſyncella eius diſcipulo*, (quem, nonnulli autumant, fuiſſe Bartholomaeum circ. a. 1020.) latinitate donata a *Io. Matthaeo Caryophilo*, archiepiſc. Iconienſi, Romae 1624. 4. Exſtat quoque in bibliothecis verſio msta *Sirleti*, patris purpurati, et *Feder. Metii*, epiſcopi Thermularum: libere vertit *Nic. Balduccius*, vita di S. Nilo, fondatore del Monaſterio di Grotta Ferrata. Romae 1628. 4. etiam 8: -- Nilus ipſe functus eſt partibus calligraphi ac librarii, codices deſcribendo. Eius iuſſu (anno Graecorum MMMMMMCDXCIV. h. e. an. Chriſti CMLXXXVI. vt ex fine patet,) deſcriptus cod. in quo Iſidori Pelusiotae epp., adhuc ſeruatur in monaſterio Cryptae Ferratae. v. *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 45. et 105. Idem vero in diario Ital. p. 334. in Tuſculano ſitum, ait, monaſterium Cryptae Ferratae *nono* ſaeculo a Stis. *Nilo* et *Bartholomaeo*, abbatibus, excitatum, qui, graſſantibus in Calabria Saracenis, eodem confugerunt. Num Nilus ille libros compoſuerit, inquirit et contendit pluraque de eo profert *Allatius* p. 49. ſqq.

VIII. *Nilus, patriarcha* (aut vt in cod. caeſar. vocatur, *archiepiſcopus*) *CPolitanus*, laudatur in ſynodico msto, quod legebatur apud Theſſalonicenſes dominica Orthodoxiae, deinde illatum eſt in bibl. Vatican. Secundum *Georgium Cyprium* in chronico eccleſiae graecae p. 277. hic Nilus per viginti annos, (Labbeo per octo tantum,) patriarchatum CPolitanum tenuiſſe traditur. v. Allatium ibique Fabr. notam p. 51. ſq. Scripſit orationem ad deum contra Barbarorum incurſionem, bellum inteſtinum, famem, peſtem et mortem ſubitam; gr. exſtat in cod. caeſar. Vindob. LXIX. nr. 3. et latine vertit ediditque ſine textu gr. *Io. Sambucus*, Patauii 1555. 4. (non, in folio, vt perperam ſcripſit *Phil. Labbeus* in diſſ. hiſtor. de ſcriptorib. eccles. tom. II. p. 126.) Multus eſt de illa oratione eiusque auctore *Lambec.* comm. vol. VIII. p 1098 ſqq. et corrigit Allat. qui illam orationem adſcripſit Nilo, aſcetae, multo antiquiori. Namque Nilus, patriarcha, (vt *Kollar.* ad Lamb. p. 1101. adnotauit,) initio a. 1380 ſucceſſit Philotheo, et a. 1388 ineunte diem obiit ſupremum. -- In eadem bibl. aliud eſt eiusd. orationis exemplum, quod quidem ex ſuperiore ortum eſſe videtur *Kollario* in ſupplem. ad Lambec. comm p. 766 ſq. de cod. CXXXVI. Vid. etiam *Neſſelii* catal. codd. part. V. p. 65. et 100. — *Franc. Car. Alterus* in edit. ſua *Phrantzae chronici*, Vindob. 1796. fol. p. 149. ex cod. caeſareo (in Neſſelii catal. codd. part. V. p. 98. cod. XLVIII.) primus gr. edidit Nili, archiep. CPolitani Πιττάκιον ſ. epiſt. ad Vrbanum, papam. conf. eumdem *Alterum* veber Georgianiſche Litteratur, Vindob. 1798 8. p. 210. ſq. -- Add. *Oudin.* l. c. pag. 1257. et *Caveum* l. c. tom. III. pag. 77. -- In cod. Coislin. *Nilo, archiepiſcopo CPolitano*, adtribuuntur quaedam; v. ſupra de Nilo, aſceta, nr. 25.

IX. *Ni-*

IX. *Nilus Damyla,* Italus in monasterio Carcassinorum in insula Creta, clarus a. 1400. Latinorum hostis infensus. Ei, duce *Labbeo* in Bibl. noua MSS. p. 89. adtribuit Allatius) *opus ad Maximum et praecepta de seruanda recta fide.* 2) *de ordine in diuina Triade* (v upra de *Nilo, asceta* nr. 28.) *de processione Spiritus S. et aliis quaestionibus.* (In *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. I. p. 698. D. E. citantur inter codd. Stortianos *Nili expositio in Missam;* eiusdem *epistolae ad Maximum de processione Spiritus Sčti.* *Paris.* in B. publ. cod. MCCXCV. nr. 14. *Nilus Damyla de custodia rectae fidei;* atque nr. 11. et in cod. MCCLXXXVI. nr. 14. *aduersus illos, qui Spiritum Sctum e Patre et Filio procedere statuunt, ad Maximum.* catal. codd. Paris. tom. II. p. 275. de illo Nilo. — In cod. *Laurent. Medic.* VIII. nr. 20. plut. 86. sunt excerpta theologica de Spiritu S. ex variis patribus; in his vocatur *Nilus,* nescio, quis? a *Bandin.* in cat. codd. gr. III. p. 324.) 3) eadem excerpta s. collectanea sunt, auctore Labbeo, in cod. regio MDCCCXIX. Ex libro nr. 1. fragmentum gr. lat. exhibet *Allat.* libr. adu. Hottinger. cap. 19. p. 441. — *Cauius* in hist. litt. scriptor. eccl. tom. II. p. 86. sq. primum obseruat, opus de ordine in diuina Triade esse mst. in B. Vaticana, praeter ea de eo haec quae sequuntur, adnotat: „Collectanea insuper elucubrauit ad Maximum, monachum, ex sacris litteris, aduersus eos, qui contradicunt, S. Spiritum non ex Patre procedere, sed ex Patre et Filio; et tractatus 2. alterum de Damaso, papa, et fide antiquae Romae, alterum de Synodis duabus Photianis; MSS. in bibliotheca regis Galliae. Ex postremo tractatu fragmentum gr. lat. profert *L. Allatius* de synodo Photiana cap. 9. p. 179. aliud libr. de consensu lib. 2. cap. 18. §. 10. aliud e penultimo tractatu habet in Addendis p. 1375. aliud ex secundo opere, ibid. libr. 2. cap. 18. §. 7. Alia fragmenta vide apud eumdem de Consensu libr. 2. cap. 9. §. 5. et libr. 3. cap. 2. §. 3.“ Hactenus Caue. Add. infra §. XVI. et XVIII.

X. *Nilus* nomine, solo, notus; lib. *de ratiocinationibus,* lat. tantum editus, interprete *Io. Baptista Rasario,* Lugd. 1547. fol. post Ammonium in voces, Magentinum in libros de interpretatione etc. v. catal. bibl. Leidens. p. 155. nr. 38. v. supra, vol. III. p. 215. et p. 501. inter Peripateticos phil.

XI. *Nilus,* ecclesiae gr. archimandrita, cognomine *Doxopatrius,* postea factus Notarius patriarchalis magnae ecclesiae CPolitanae et Protoproëdrus Syncellorum, simul etiam Nomophylax imperii Romanorum. Vixit quoque aliquamdiu Panormi in Sicilia. In Sicilia quidem sub rege, Rogerio, circa an. 1143. scripsisse dicitur librum *de quinque patriarchalibus sedibus. Guil. Caue* in scriptorum eccles. historia litter. vol. II. p. 133. sq. eum claruisse a. 1043. frustra statuit. Sed adnotator ad edit. Cauei Basil. 1745. iam correxit Cauei errorem, et, Rogerius inquit, regnare coepit a. Chr. 1130. cuius iussu Nilus notitiam Patriarchatuum scripsit a. Graecorum 6651. vt ipse dicit, i. e. a. Chr. 1143.[l]) Ex illa sedium patriarchalium notitia ampla et praeclara exhibuit fragmenta *Leo Allatius,* interdum indignabundus, et culpans, de concordia eccles. orient. et occident. libr. I. cap. 2. §. 9. 10. 12. 14. 16. 17. 24. et ex Allatio *Rich. Simon.* ad calcem Historiae criticae, editae gallice, de fide et ritibus orientalium. Integrum vero librum ex codice Leuini Warneri, (hodie in B. *Leidensi* publ. v. catal. B. illius p. 337. nr. 76.) recentiore manu a. 1611. descripto, gr. et lat. *Steph. le Moyne,* in suis

l) v. supra, vol. IV. p. 666. not. *o.* vbi tamen pro *Nici* legendum est *Nili.*

Variis sacris, tom. I. p. 211. add. eiusd. prolegomena, et cl. *I. M. Schroeckh.* hist. christian. eccles. tom. 29. p. 375. sqq. Exhibuit etiam *Emman. Schelstrate* in Adpendice tom. II. Antiquitatis ecclesiae illustratae, Romae 1697. fol. Conf. supra, vol. IV. p. 666. not. *o.* — Tempus haud repugnare videtur *Fabricio* in not. *d.* ad Allat. p. 53. sq. eumdem hunc esse Doxapatrium, cuius *Nomocanon*, iussu Ioannis Comneni editus, cum Doxapatris explicationibus MS. exstat Romae in cod. bibl Patrum S. Basilii: de quo plura scripsit *Montf.* in diario italico p. 216. sqq. et in Palaeographia graeca p. 62. et 302. et Montfauc. recensionem repetiit *Oudin.* in comment. de scriptor. eccl. tom. II. p. 1180. sq. vbi de Nilo nostro fusius disserit. Hic ibidem agit de *Doxapatris* (τȣ Δοξαπάτρȣ) carmine in Arium de laudibus Athanasii, praefixo codici MSto Operum Athanasii Basiliensi, manu ipsius Doxapatris scripto, et edito a *Felckmanno* in adpendice ad edit. Athanasii Commelinian. Heidelbergae 1600. et inde in ed. Paris. 1698. Sed Fabric. in nota cit. dubitat, idemne, an alius sit Doxapater, parens istius carminis. -- *Oudin.* ibid. ex *Lambecii* comm. vol. VIII. pag. 958. sq. longum exscripsit locum de *Nicolai, Doxapatri,* (τȣ Δόξα πατρὶ et iisdem, quibus *Nilus Doxap.* functus erat, honoribus ornati,) *expositione in S. Gregorii Nazianz. tetrasticha iambica et alia nonnulla eiusdem carmina,* quae prostat in cod. caesar. XLVII. Add. de *Nilo Doxap. Io. F. Sim. Assemanni* S. S. rer. italic. tom. III. p. 582. *Hamberger* zuverl. Nachricht. IV. p. 172. sq. *Saxii* Onomast. II. p. 238. -- Ab illa *Nili Dox.* aetate haud longe remotus *Fabricio* in not. cit. videtur *Nilus, monachus,* ad quem *Mich. Glycae* epistola, edita ab Allatio de consensu vtriusque ecclesiae p. 1194. Male suspicabatur Allatius p. 84. Nilum, ad quem est scripta Glycae epistola, *esse Nilum, Triclinium,* (v. infra, §. XIX.) ad quem Barlaamus, vltra vero CC. ann. iunior Glyca, misit epistolam, adnotante Fabricio. Sed de aetate Glycae vid. *Lamii* diss. de eo, pag. 6. sq. in Deliciis eruditorum, Florent. 1736. 8.

XII. *Nilus, monachus Siculus*, tempore Michaelis Palaeologi, qui praefuit Graecorum imperio ab a. Ch. 1260-1282. de cuius prudenti consilio parsimoniaque in dandis beneficiis ab Allatio quidem damnata, v. *Georg Pachymerem* lib. III. cap. 21.

XIII. *Nilus, italicorum dogmatum propugnator,* sub Alexio Comneno, qui regnauit ab a. C. 1081 ad 1118. venit Cpolin in eaque commoratus, cum Armenis coniunctus, haereses sparsisse, et vna cum sociis in synodo condemnatus esse dicitur ab *Anna Comnena* Alexiad. libr. X. sub init. p. 269. sq. cuius locum longum excerptum dedit *Allat.* p. 55. sqq. Idem notauit lib. II. de consensu eccles. occidental. cum orientali cap. X. §. 4. illius Nili anathema legi etiam in Triodio, dominica orthodoxiae s. prima Quadragesimae. Is vero Nilus non diuersus est a Nilo, Aegyptio monacho, de quo infra, §. XV.

XIV. *Nilus Cabasila, archiepiscopus Thessalonicensis,* de quo, quoniam romano episcopo minus aequus fuit, multa grauiter scripsit *Allatius* p. 59. sqq. Floruit a. Chr. 1314. secundum *Sax.* in Onom. II. p. 347. sed secund. *Warton.* et *Rob. Gerium* in adpend. ad Caue histor. litter. p. 39. (vbi Gerius copiose agit de Nilo Cabasila,) item sec. *Oudinum* in Comment. cit. III. p. 917. sqq. de aetate illius late differentem, et *Hamberger* in Z. N. IV. p. 545. circ. a. C. 1340. sub Io. Cantacuzeno, imper. (non confundendus cum *Nicolao Cabasila,* eius fratris filio et successore circ. a. 1350, de quo multus est Allatius l. c. pag. 71. sqq.) Quod

contra

contra Latinorum opiniones animo calamoque ſcripſit acri, ab iis, qui Latinis addicti erant doctrinis ſtudiisque, et qui adhuc a romani pontificis ſtant partibus, acriter vituperari, contra a Graecis fere omnibus, et ab iis, qui Proteſtantes hodie vocantur, valde laudari ſolet. Add. *Le Quien* Orient. Chriſtian tom. II. p. 55. Varia autem ſcripſiſſe dicitur. Lucem tamen tantum adſpexerunt eius *1) Oratio, de cauſſa diſſidii eccleſiarum latinarum et graecanicarum*, quam eam eſſe ſtatuit, quod pontifex romanus cognitionem ac iudicium ad oecumenicam ſynodum deferre detrectet; contra ea ipſe ſolus controuerſiae magiſter ac iudex ſedere velit, reliquos vero diſcipulorum inſtar dicto audientes habere; quod quidem ab apoſtolorum et patrum legibus actionibusque ſit alienum.

2) De primatu papae libellus. De editt. et codd. poſtea ſermo erit. In praeſenti iuuat, ducibus Allatio, Gerio atque Oudino, ſubiicere aliorum, qui Nilum Cabaſilam parentem habuiſſe dicuntur, et in biblioth. quibusdam adhuc latent, ſcriptorum indicem.

Βιβλίον κατὰ Λατίνων[m]) etc. *aduerſus Latinos certatio inſtar Enchiridii, illis deſerviens, qui cum iisdem concertare cupiunt.* Incipit: τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων, τὰ μέν ἐςι ῥητῶς κείμενα.

Πρὸς τὸ συμπέρασμα ἢ περὶ τȣ͂ ἁγίȣ πνεύματος· λόγος ά· Ad concluſionem, ſiue de Spiritu S. Oratio prima. Incipit: καὶ ταῦτα δὲ ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία συνηγοροῦσα τῇ δόξῃ τῇ ἑαυτῆς. *Fabricius* in nota *x*. p. 65. ad Allatium: „Λόγος, ait, rectius fortaſſe redditur *liber* ſiue *diſſertatio*. Videat porro Allatius, qui p. 858. de conſenſu eccles. or. et occid. Nilo libros XLIX. de proceſſione Spiritus S. contra Latinos tribuit. Sane XLIX. argumenta Latinorum propoſuit et diſſoluere conatus eſt Nilus hoc in opere, quod mst. exſtat in bibl. caeſarea[n]), aliisque, vt Baſileenſi, Veneta SS. Ioannis et Pauli aliisque. v. *Neſſelium* in cat. bibl. Vindob. p. 181.“ De codd. paullo poſt agemus.

Λόγος β'. Init. ὅ τι καὶ ἡ τῶν Ἀποςόλων παράδοσις.

Λόγος γ'. Init. ἔτι γε μὴν καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων.

Λόγος δ'. Init. Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκȣμενικῆς συνόδȣ.

Λόγος έ. Init. Καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκȣμενικῆς συνόδȣ.

Λύσεις τῶν προτάσεων τῶν Λατίνων etc. *Solutiones propoſitionum Latinorum, quibus ſe concludere opinantur, Spiritum S. ex Filio procedere.* Init. πάντα μᾶλλον, ἢ τὰ τοιαῦτα γένοιτ' ἂν ἀληθῆ.

Ὅτι οὐκ ἔςι Λατίνοις συλλογισμοῖς χρωμένοις etc. *Latinos non poſſe ſuis ſyllogismis demonſtrare, Spiritum S. ex Filio procedere.* Init. λοιπὰ δὲ οἱ συλλογισμοὶ etc.

m) In cod. *Coiſlin.* CCCXLI. fol. 310. inſcribitur Νείλȣ Θεσσαλονικῆς τȣ͂ καβασίλα κατὰ Ἰταλῶν (aduers. *Italos*) πρόχειρον, v. *Montfauc.* B. Coisl. p. 455.

n) vid. *Lambec.* comment. V. p. 379. ſq. vbi quoque profitetur, ab Allatio id opus diuiſum eſſe in libros quadraginta nouem, quum illi reuera tantum ſint tot vnius libri capita.

Λύσεις τῶν συλλογισμῶν etc. *Solutiones argumentorum Latinorum de processione Spiritus S.* Init. τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιῤῥήτων λόγων δῆλον ἐστίν.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως etc. *Eiusdem de processione Spiritus S. excerpta,* -- De hoc opere copiose disputat *Allatius* p. 66. sqq. Fabricius vero in not. *b.* p. 68. primum monet, *Georgium Scholarium* in prooemio syntagmatis sui, graece in 4. Londinensibus typis editi, inter recentes Graecos, qui aduersos Latinos bene scripsissent, primum locum Nilo nostro tribuere; tum, Demetrius quoque, ait, Chrysoloras Nili opus in synopsin contraxit, et Demetrium Cydonium, qui Nilum refellendum sumserat dialogo singulari, confutauit, de quo *Allatius* de consensu etc. p. 862. et pag. 71. de Nilis.

In cod. Vaticano DCXXXII. et cod. *Coislin.* CCCXV. nr. 8. (v. *Montf.* B. Coisl. p. 427.) item *Florent.* in cod. Medic. XIII. nr. 18. plut. 74. et nr. 27. *Cabasilae* ad Cydonem epistola. (v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 107.) exstat *Nili* nostri ad Nicolaum Cabasilam, sororis suae filium epistola theologica, cuius principium: περὶ τῆς ἐνεργείας τῶν συγγραμμάτων σου. -- Adnotante iam Fabr. in not. *n.* p. 61. in bibl. caesarea, teste Nesselio p. 365. part. I. cod. CCLXII. exstat etiam *Nili, Thessalon.,* epistola ad eumdem Nicolaum Cabasilam de oratione eius encomiastica in S. martyrem, Demetrium. Huius vero epistolae principium non est a verbis: ἡ δὲ αἰτίας δήλη δι' ἣν καὶ ὧδε τέτακται, vt legis in adpendice ad Cauei hist. litter. (at in noua ed. Basil. etiam correctum est,) sed verba illa librarii sunt, quibus rationem manifestam esse ait, quare in cod. illo caesareo orationibus Nicolai Cabasilae, Nili epistola subiungatur. Clare id patet ex iis, quae protulit *Montfauc.* de cod. memor. Coislin. qui eamdem, de qua Fabric. superiora adnotauit, epistolam continere videtur. — Clarius vero intelligitur ex iis, quae *Lambec.* V. p. 430. sq. de eodem cod. caesar. quem numerat CCLXVII. adtulit. — In cod. *Naniano* CXIV. nr. 6. est Nili, Thess., epistola ad Nicolaum Cabasilam; at in catal. codd. gr. Nanian. p. 231. non indicatur epistolae principium. — Binae epistolae, nunc primum editae, altera *Nili Kabasilae,* altera Demetrii Cydonii, progr. auctore *C. F. Matthaei.* Dresdae. 1789. 4. — De epist. ad Christodulum vid. supra ad §. IV. nr. 8.

Caue denique animaduertit, *Nili,* Thessal., *epistolas* ad Demetrium Chrysoloram, Demetrium et Prochorum, Cydonios fratres, exstare msst. in cod. Vaticano DCXXXII. — et opus contra Barlaamitas et Acindynianos mst. in bibl. Vallicell. teste *Possevino* in Adpend. ad adparat. sacr. pag. 21.

Codices, in quibus Nili nostri scripta continentur, paucis, quoad fieri potuit, enumerabo. Enimuero nec satis adcuratum, nec plenum indicem praestare possum, quoniam catalogi ipsi codd. quos ad manus habeo, msstorum Nilos et Cabasilas interdum confusos, nec codd. diligentem descriptionem praebent. *Montfauc.* quidem in Bibl. bibliothecar. MSSt. tam in indice, quam in catalogis singularum biblioth. minus caute curateque versatus videtur. Sic in tom. I. p. 474. D. in cod. Venet. Marci inesse scribit *Nili Cabasilae* de processione Spiritus S. cuius nullam inueni mentionem in cat. codd. gr. Venet. Marc. et ita aliquoties factum esse aut erratum deprehendi. Quare, quae accepi, reddo, hoc Catone contentus. — Eodem *Montfaucono* auctore in libro cit. p. 502. B. sunt in bibl. Ambrosiana *Mediolan. Nili* Thessal. sermo de caussa defectionis Graecor. ab ecclesia; item de imperio papae; Enchiridion aduer-

aduersus Latinos etc. nec non Nili alterius[o]) compend. de Syllogismis. — In indice Nilo Thessalon. adscribuntur, quae supra, §. IX. de *Nilo Damyla* ex Montfauc. citauimus. — *Paris.* in bibl. publica sunt, secundum catal. codd. Paris. vol. II. *Promtuarium aduersus Latinos* in quatuor. codd. — Dissertatt. de Spiritu S. in cod. MCCLXII. in quo etiam exstant opusc. de modo cum Latinis disputandi; Solutiones illorum, quae a Latinis obiici solent, et lib. de syllogismo atque de primatu papae, qui liber vna cum dissert. de Spir. S. et aliis Nilianis custoditur etiam in cod. MCCLXXXVIII. — In bibl. publ. *Leidensi* Nili Thess. opus de caussa dissidii Graecor. ab Latinis, et versio illius libri latina, manu Bonauent. Vulcanii descripta. v. cat. bibl. Leid. p. 343. et 344. nr. 3. ac 9. Contra in *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 621. A. de bibl. Lugd. Bat. ex Spizelio citantur Nili, archiep. Thess., *opera omnia* graece MS. in fol. — *Monachii* in cod. CXXIII. *Nili libri 49.* contra Latinos de processione S. Spiritus; de primatu summi Pontificis et id genus aliis quaestionibus controuersis. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 53. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, in cod. CCLX. sunt 1) index graecus variorum Nili Thessal. librorum contra Latinos; 2) liber de caussis dissensionis eccl. inter Latinos et Graecos; 3) liber contra primatum papae; 4) enchiridion cum Latinis disputandi; 5) de processione Spiritus S. v. *Lambec.* comm. vol. V. p. 376. sqq. — *Oxoniae* in bibl. Bodleiana, sec. cat. codd. Angliae etc. I. nr. 3036. de primatu papae, gr. in tom. II. nr. 2253. s. cod. CXLII. *Vossian.* de quo *Paull. Colomesius* ea, quae sequuntur, adscripsit: „*Marci, archiepiscopi Ephesini, orationes de Latinorum purgatorio*, ac de iis, quae tractata fuere in synodo Florentina. Ex his orationibus colligo, anonymi orationem de purgatorio, a Salmasio operi de primatu subnexam, *Marci, Ephesini,* non esse, vt nuper scripsi in Obseruatt. sacris et in Bibl. selecta. Quaerendum itaque, cuius haec oratio sit auctoris. Alii sane *Nicolao Cabasilae;* alii *Nilo, Thessalonicensi,* eam tribuunt." — *Patauii* in cod. bibl. S. Ioannis, *Nili Thessal.* oratio de caussa dissensionis et diuulsionis eccles. Graecor. a Latinis in latinum versa a *Leonello Cheregato,* episcopo Arbonse. v. *Iac. Phil. Tomasini* Bibl. Patauin. MSSt. pag. 13.

Denique memorabo editiones paucorum illorum, qui formulis descripti sunt typographicis, libellorum.

Princeps eaque admodum rara edit. est: Νείλȣ — *Nili, Thessolonicensis, libellus de primatu romani pontificis. A Mathia Flacio, Illyrico, in latinum sermonem conuersus, cum praefatione eiusdem.* Francof. excud. Dau. Zephelius. a. 1555. min. 8. In longa praef. seu potius epistola nuncupatoria ad Sigismundum, regem Poloniae, Flacius primum testatur, se hunc libellum a probo et fide digno homine accepisse, ex satis vetusto codice Venetiis descriptum: tum libere et grauiter disserit de caussa controuersa aliisque dogmatibus ecclesiae romanae propriis. Fabricius vero in nota *l.* ad Allatium pag. 60. fallitur itaque, ait, Richard. Simon, qui lib. IV. Bibl. criticae p. 24. Vulcanium primum huius libri editorem fuisse adfirmat. Editionem vero Basileensem graecolatinam a. 1544. 4. a *Guil. Caueo* memoratam, non vidi, et exstare non credo. Certe quod *Casimir. Oudin.* p. 627. supplementi de scriptoribus ecclesiast.

o) In aliis codd. tribuitur *Nicolao Cabasilae,* de quo postea sermo erit. In cod. Paris. bibl. publ. MMCDLXXXIX. nr. 8. *Nilus Thessalon.* de syllogismo.

ecclesiast. scribit, primum illo anno 1544. typis Oporinianis prodiisse Nilum cum Flacio contra Brunum, neutiquam ita se habet, quum inuectiua Conradi Bruni in centurias Magdeburgens. edi primum coeptas a. 1559. ad quam Flacius respondet, lucem demum viderit a. 1565. Flacii refutatio inuectiuae a. 1566." Hactenus Fabric.

In catal. bibl. *Leidensis* pag. 57. inter libros editos, sed sine die et consule, nec satis distincte, quaenam sint msta, exstare varia scripta, in vno volumine comprehensa, traditur: *Meletii* epistolae de potestate papae. *Georgii Coressii* dialogus de eadem. *Nilus et Barlaam* de eadem. Anonymus de igne purgatorio. *Gabrielis* libri duo de iniquo crimine, quasi Orientales sint schismatici ab ecclesia romana. Omnia graece 4. Quaedam esse MSS. addidit catalogi confector. Forsan est exemplar eiusdem editionis, a *Brüggemanno* in: View etc. p. 452. ita citatae: Νείλου-βιβλία δύο· Τὸ πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐκκλησιαστικῆς διστάσεως· Τὸ δεύτερον περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, cum *Meletio* et aliis de eodem argumento scriptoribus. (Londini) sine nota anni. in 4. — Ibidem versio Niliani libri de primatu papae *anglica*, a *Thoma Gressop* facta, Londini typis Henr. Sutton. 1560. 8. ex *Herberti* typogr. antiquit. vol. II. p. 845. citatur. —

Nili de primatu papae et purgatorio, gr. et lat. per *B. Vulcanium*, (cod. gr. Vaticano vsum.) apud Rapheling. Lugd. Bat. 1595. 8. Seorsim edita versio vtriusque libr. *latina* per *B. Vulcanium*, Lugd. Bat. eod. an. 8. memoratur in cat. bibl. Leidensis pag. 216. nr. 486. editio autem graeca et latina ibid. p. 46. fin. et pag. 60. bis. Subiunxit porro Vulcanius gr. et lat. initium disceptationis Graeci et quorumdam καλδηναρίων, *(Cardinalium)* atque excerpta quaedam eiusdem argumenti ex aliis Nili scriptis, et libellum de igne purgatorio, eiusdem, vt credibile est, Nili. Add. Colomesii iudicium, paullo ante sub finem recensionis codicum memoratum. Latine denique subiunxit excerpta e synodo Florentina. — Contra Vulcanium, qui, de auctore incertus, Nilum Thessalon. eumdem fecit cum *Nicolao* quodam, *Methones* episcopo, et binominem hunc Nilum fuisse opinatus est, disputant Salmasius in praefat. ad suam edit. mox memorandam, et vberius Allatius pag. 61. sqq. atque *Oudinus* l. c. pag. 923. sq. — Editio, a *Claudio Salmasio*, tum vix viginti annos nato, suasu Bongarsii curata, est inscripta:

Nili, archiep. Thessalon., *de primatu papae romani lib. duo.* item *Barlaami*, monachi. Cum interprete vtriusque latino. *Claudii Salmasii* opera et studio cum eiusdem in vtrumque notis. Hanouiae, typis Wechel. ap. Claud. Marnium et hered. Io. Aubrii. CIↃIↃCIIX. (1608.) 8. Plenior inscriptio legitur post praefat. *Nili* — libri duo I. de causis dissensionum in ecclesia. II. de papae primatu. Quibus accesserunt alia quaedam: Initium disceptationis cuiusdam Graeci et quorumdam Caldenariorum ex veteri Roma. Loca nonnulla, ad idem argumentum pertinentia, excerpta e variis eiusdem *Nili* scriptis. De purgatorio igne lib. I. Omnia gr. et lat. *Bonauentura Vulcanio* interprete. Adhaec, Excerpta ex actis generalis octauae synodi, quae, Ferrariae incepta a. MCCCCXXXVIII. peracta fuit Florentiae, tempore Eugenii P. P. IV. Salmasius vsus est cod. palatino et altero Ludouici Seruini, cuius nomini quoque inscripsit suam editionem. Illam edition. recusam esse Heidelberg. 1608. et 1612. tradit *Niceron.* in Memor. viror. doct. tom. II. p. 402. ex versione german. Baumgarten. Nec Salmasium iam

senem

ſenem poſtea huius operae puduit: nam libro ſuo *de primatu Papae*, Lugd. Bat. 1645. 4. excuſo Nilum iterum ſubiunxit, et, quem Nilo comitem dederat, Barlaamum Monachum περὶ τῆς τȣ͂ πάπα ἀρχῆς, de qua ed. copioſe diſſeritur in Theſauro bibliothecali, tom. III. Norib. 1739. 4. p. 431. ſqq.

Nicolaus Cabaſila, quoniam *Nili Cabaſilae* Theſſal. ex fratre nepos, eiusdemque, defuncti vita, in munere ſucceſſor fuit, inprimis cum patruo ſaepe confundi ſolet; huic quoque in hac Bibl. gr. praeeunte *Allatio* p. 71. ſqq. ſuccedat. Claruit circ. a. 1350. Primum quidem fuit Sacellii imperialis curator, quo munere perfungens, miſſus eſt a Ioanne, patriarcha CPolitano, a. circ. 1346. ad Cantacuzenum imp. vt eum ad imperium deponendum adduceret, anno autem 1347. a Cantacuzeno CPolin recens expugnatam ingreſſo, ad Annam imperatricem in palatium legatus eſt, vt ei pacis conditiones, a victore illi latas proponeret. Conf. ipſum *Cantacuzen.* hiſt. Byzantinae lib XIV. cap. 16. IV. cap. 39. etc. ac *Lambec.* comment. V. p. 389. ſqq. Vir fuit omnino doctus et multos edidit ingenii ſui foetus; quorum tamen paucis lucem adſpicere licuit per inuidiam et quod Latinorum non erat patronus, contra eorum acerrimus oſor: quamquam hac in re, et num contra S. Thomam Aquinatem ſcripſerit, non omnes conſentiunt VV. DD. v. Allatium, inprimis *Oudin.* commentar. de ſcriptorr. eccl. III. p. 983. ſqq. vbi vitam ſcriptaque Nicolai Cabas. late perſequitur: adde de eius praecipue ſcriptis *Henr. Warton* et *Robert. Gerium* ad Guil. Caue l. c. vol. II. p. 51. 53. et *Du Pin.* Hiſt. eccles. vol. XII. p. 89. etc.

Scripta tam edita quam inedita ea, quae ſequuntur, ab Allatio et Fabricio ad illum, ab Oudino reliquisque commemorantur. Excerpta ſunt in *Niceph. Gregorae* hiſtoria Byzant. v. ſupra vol. VII. p. 655.

Ἑρμηνεία κεφαλαιώδης etc. *compendioſa interpretatio in diuinum officium ſ. Liturgiam.* Primum latine, interprete *Gentiano Heruetiano*, edita Venet. 1548. 8. deinde in Liturgia SS. patrum, curante *Io. S. Andrea*, canonico eccleſiae Paris. et *F. Claudio de Sainctes*, Paris. theol. Paris. 1560. fol. rec. in edit. ad Pariſienſem facta Antwerpiae 1562. 8. et in Bibl. patrum Lugdunenſi tom. 26. p. 173. Add. in cat. bibl. Leidenſis p. 33. citat. codd. *Graecus* textus primum ex codd. Paris. cura *Frontonis Ducaei* prodiit in Auctario PP. biblioth. veterum 1624. tom. II. p. 200. dein in tom. XII. bibl. Morellianae. Fabric. in nota ad Allatium p. 72. hoc opus, inquit, videtur etiam reſpicere Allatius, quando pag. 123. contra Hottingerum inter Graecos, qui de azymis contra Latinos ſcripſere, Nicolaum Cabaſilam laudat. Ex Cabaſilae expoſitione Miſſae paſſim loca producit in eodem libro p. 76. 89. ſq. 109. ſq. 134. 145. 153. 204. etc. Quando Allatius de Nilis negat, Cabaſilam de proceſſione Spiritus S. contra S. Thomam et romanam eccleſiam ſcripſiſſe; Fabric. in nota *o.* p. 73. animaduertit, id tamen Allatium fateri in libro II. de conſenſu p. 858. ſq. Atque, teſte *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. I. p. 470 *D.* exſtat in bibl. *Veneta* Marci, *Cydonii contra Cabaſilam pro S. Thoma et proceſſione Spiritus S.*[p]) Ibid. p. 469. *A.* memoratur cod. eiusdem bibl. *Barlaam et Cabaſila* de

p) In cod. CLVI. et CLVII. catal. codd. gr. Venet. Marc. p. 39. vbi confector catal. addit. MSt. haberi in cod. Barocc. XC. et in Bibl. caeſarea.

de processione Spiritus S. in fauorem Graecorum. Add. cat. codd. Venet. Marc. pag. 84. de cod. CLII. et pag. 284. de cod. DXXVI. coll. cel. *Morellio* in Bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 92. — Insuper *interpretatio in Liturgiam* exstat in pluribus codd. mstis. — Secundum *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 186. *B.* et pag. 191. *B.* Romae in cod. Ottobon. gr. — p. 502. in duobus codd. bibl. Ambros. *Mediolan.* — p. 707. *D.* in bibl. *Sfortiana.* — *Venetiis* in cod. Bibl. Marc. DVI. *Nic. Cabasilae encomium S. Theodorae*, eiusd. *interpretat. in Liturgiam*, et *in S. Demetrium.* v. cat. codd. gr. Marc. p. 271. — ibid. in codd. *Naniano* CXVI. nr. 4. et 5. et CXVII. nr. 3. v. cat. codd. gr. Nan. p. 236. et 237. — In catal. codd. gr. *Taurinens.* p. 108. obseruatur, in cod. XXX. fol. 219. esse *totius liturgiae graecae explanationem;* sed sine vllius auctoris nomine. Enimuero *Christph. Matth. Pfaff* in epistola de catalogo MSStor. codd. Bibl. Taurin. in nouis actis eruditor. Lips. 1752. p. 447. illum libellum monet, esse *Nicolai Cabasilae,* Thessalon. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. — In cod. *Coislin.* CCCXV. cum aliis multis scriptis Cabasil. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 427. —

Monachii in codd. Bauar. LIX. CVII. CXII. CXIII. et CXXVIII. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 17. 41. 43. 44. et 53. q) — *Vindobonae* in codd. caesar. CCLXVII. in quo multa exstant Nic. Cabas. scripta, nr. 18. — CCLXVIII. — LIII. nr. 36. *explicatio duplex sacrarum vestium in diuina Liturgia vsitatarum et eorum, quae in Liturgia aguntur.* v. *Lambec.* comment. V. p. 435. 445. et vol. VIII. p. 1021. — *Oxon.* in Bibl. *Bodlei.* in cod. Barocc. LXXV. *expositio missae, capp.* 45. et in cod. CVII. incipit: Διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς. — in cod. XCI. cuius init. μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν.

De vita in Christo libri sex, seu potius septem, in quibus praecipue agitur de baptismo, sacra vnctione et eucharistia. Sex libri latine prodierunt, interprete *Iac. Pontano* r), cum *Philippi Solitarii* dioptra, s. regula rei christianae ad Callicum monachum, *Ioannis Carpathii* documentis spiritualibus, et cum *Cabasilae oratione contra foeneratores*, (de qua postea sermo erit) Ingolstad. 1604 4. dein, in Bibl. patrum Lugdunensi, tom. XXVI. p. 136. in Bibl. patrum Colon. et Morellianae adpendice. Ex quatuor prioribus libris fragmenta quaedam profert *L. Allatius,* aduersus Creighton, p. 422. sqq. 531. it. contra Hottingerum, p. 49. sq. 97 108. et *Petr. Arcudius* de concordia libr. II. c. 21. et passim. Codices, in quibus insunt libri me n. praecipui laudantur, *Vindob.* in Bibl. caes. cod. CCLXVI. nr. 2. libri *quinque*, sed *Lambec.* comm. V. p. 414. adnotat, librum illum, qui in hoc cod. est *quintus*, in Pontani edit. lat. recte adpellari et reuera esse librum *sextum:* in eod. cod. nr. X. liber *quintus* de vita in Christo, quo agitur de consecratione altaris. (*Lambec.* V. p. 417.) — in cod. CCLXVII. nr. 20. in quo *septem* sunt libri de vita in Christo; septimus autem nondum est nec gr. nec lat. editus, animaduertente *Lambec.* V. p. 435. sq. — in cod. CCCXXXVI. libri

quinque.

q) Secundum nouam classem, nouumque codd. ordinem in bibl. Bauar. multo diligentius curatius que codd. describere coepit cel. *Ign. Hardt* in I. Chr. L. Bar. *de Aretin* Beyträgen zur Geschichte und Litteratur; quorum sex priores fasc. prodierunt m. Iul. — Dec. a. 1803. et III. priores fasc. (tot enim in manibus habeo,) 1804. 8. In fasc. I. 1804. p. 23. est cod. LIV. qui olim numerabatur CVII. differt hic cod. ab edit. p. 34. in cod. LVIII. olim CXII.

r) ex cod. Bauar. XXXIX. v. catal. codd. gr. Bauar. p. 11.

quinque. Lamb. V. p. 626. ſq. — libri VI. in cod. *Sfortiano.* v. *Montfauc.* in bibl. B. MSSt. I. p. 03. *C.* — libri *ſeptem* in cod. *Coislin.* CCCXV. qui continet *Nic. Cabas.* opuſcula, quae recenſet *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 426. ſqq. Conf. *Caſauboniana* a Io. Chriſtph. Wolfio euulgata, Hamburg. 1710. 8. p. 39. ſq. et *Caſauboni* exercitatio XVI. ad Baron. nr. 30. vbi lemmat. *ſeptem libror. de vita in Chriſto* graece producit ille e cod. regio, et magna cum voluptate a ſe lectos teſtatur.

Nic. Cabas. expoſitio in viſionem Iezechielis, prophetae, in qua ſuper quatuor animalia ſimilitudo throni et ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo veluti ipſius hominis etc. incipit: πᾶσα πρoφητεία καὶ θεωρία etc. — Tum alia *expoſitio* in viſionem proph. Ezechielis, in qua oſſa hominum arida priorem recipiunt ſpeciem: inc. τὴν τοῦ θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν etc. et *tertia* expoſitio (Allatio incognita,) in prophetae Ezechiel. viſionem: init. πᾶσα προφητεία καὶ ὅρασις εἰκόνες ἦσαν etc. *Tres* hae expoſitiones exſtant *Vindobonae* in cod. caeſar. CCLXVII. nr. 9. 10. 11. (*Lambec.* vol. V. p. 431. ſq.) et in cod. *Coisl.* CCCXV. fol. 135. ſqq. (*Montfauc.* Bibl. Coisl. p. 427.) — nec non in cod. Paris. Bibl. publ. MCCXIII. nr. 9. 10. 11. — Vna expoſitio ibid. in cod. MDCXII. nr. 10. — Duae priores in cod. caeſar. CCLXVI. nr. 5. et 6. (*Lambec.* V. p. 415. ſq.) — Secunda *Venet.* in cod. Marc. DVI. ſub fin. (v. cat. codd. gr. Marc. p. 271.)

Orationes 1) in paſſionem I. Chr. inc. ἄκουε οὐρανέ· etc. locum inde producit Allatius contra Creygthonum p. 425. *2) in adſcenſionem I. Chr.* inc. αἱ Χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων etc. *3) in natiuitatem S. Mariae.* princ. καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν. *4) in adnuntiationem S. Mariae.* init. εἴ ποτε δεῖ χαίρειν ἄνθρωπον. *5) in magnum martyrem Demetrium, miraculorum effectorem:* inc. πόλλων ὄντων καὶ μεγάλων· locum ex hac orat. adfert *Allatius* contra Hottinger. p. 203. *6) in S. Theodoram, miraculorum effectricem;* inc. ἐμοὶ γὰρ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων· edidit eam gr. et lat. *Godfrid. Henſchenius* in actis SStorum die V. April. tom. I. Locum inde produxerat Allatius contra Hottinger. p. 204. — 7) oratio *in tres theologos, Baſilium, Gregorium et Io. Chryſoſtomum;* quam orat. non eſſe huius *Cabaſilae* foetum; ſed *Philothei*, patriarchae CPolitani, et *Philothei* orationem in tres illos patres legi in cod. Vaticano DCCCIX. p. 100. contendit *Labbeus* in diſſ. hiſtor. de ſcriptoribus eccles. tom. II. p. 114. Enimuero Fabric. p. 76. ad Allat. not. *y.* docet, *Philothei* orat. gr. ac lat. vna cum Dioptra Philippi Solitarii etc. editam a *Iac. Pontano,* Ingolſtadii 1604. 4. et hinc in auctario Ducaeano, Paris. 1624. tom. II. pag. 313. et lat. tom. 26. Bibl. patrum, Lugd. p. 217. longe diuerſam eſſe ab oratione *Cabaſilae* in eosdem ſacros triumuiros, quae msta eſt in Bibl. caeſarea, (cod. CCLXVII. nr. 14. et *Lambec.* vol. V. p. 433. Labbeum iam refutauit, vel ex initiis orat. Philothei atque or. Nicol. Cabas. demonſtrando vtriusque orat. diuerſitatem. Fabricius praeterea et ab aliis, inquit, laudatam eſſe illam beatorum Doctorum trigam a Ioanne Euchaitarum metropolita, (v. *Allat.* pag. 112. de Simeonum ſcriptis,) Theodoro Metochita et Matthaeo Camariota aliisque, obſeruarunt viri doctiſſimi. Confer acta SStorum tom. 2. Iun. pag. 933. ſq. vbi de feſto, quod in honorem communem Baſilii, Nazianzeni et Chryſoſtomi a Graecis die 30. Ianuar. celebratur, auctore Ioanne metropolita Euchaitarum temporibus Alexii Comneni, litem ambitioſam, quae inter Baſilitas, Gregoritas et Ioannitas orta fuerat, ita componente, vt diceret, tres illos ſimul ſibi viſos

 adeſſe,

adeſſe, teſtatos, ſe vnum eſſe apud deum, itaque nec ſua cauſſa contendendum de praerogatiua, ſed cultum ipſorum communem vno die coniungendum. Confer etiam Nicolai Rayaei tractatum praeliminarem act's Sctor. tom. II. Iunii praemiſſum. Hactenus *Fabric.* — *Philothei* et *Io. Euchaitarum* metropol. oratt. in tres illos patres, atque *Nicol. Cabaſilae* quaedam contra Latinos, ſunt *Romae* inter codd. Vatican. teſte *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. *D. B. Nicol. Cabaſ.* orationes quaedam mst. Romae in bibl. Barberina; ſed quaenam ſint, non additur in *Montfauc.* bibl. cit. p. 175. *E.* Nec *Montfauc.* lib. cit. in indice codd. Vatican. adduxit, nec Allatius, eos codd. peruestigans, reperire potuit orationes LXXXVIII. quas alii in codice quodam Vatic. exſtare ſcripſerunt, et, vt Allat. addit, Nilone, an Nicolao adſignandae ſint, ipſi viderint. Romae in Bibl. *Chiggia Nic. Cab.* orationes quaedam. Sic minus curate citat cod. *Montfaucon* in diario ital. p. 238. — Add. vol. IX. p. 72. 90. 95. 112. 114. 147. vet. edit. ſed aliae plures *Nicolai Cabaſilae* oratt. ab Allatio praetermiſſae, latent in codd. bibl. Paris. atque caeſareae. Fabric. in not. *t.* p. 74. ad Allat. graecis verbis, vna cum initiis ſingularum multas refert. Add. Caueus atque Oudinus locis citatis. Ex catal. igitur ſupplebo, easque quas ex Allatio numeraui, ſimul adtingam. *Paris.* in Bibl. publ. cod. MCCXIII. ſecundum cat. codd. gr. Paris. tom. II. p. 254. ſuo quaeque ordine ſunt ſupra memoratae orr. nr. 3. 4. 1. 2. 5. 6. 7. Praeterea reperiuntur in eodem codice *Nic. Cabas.* homiliae *1) in laudem S. Nicolai;* (etiam in cod. MCCXLVIII.) *2) in dormitionem deiparae; 3) in Andream iuniorem,* qui Hieroſolymis martyr obiit; *4) ad Ieſum Chriſtum. 5) orat. ad Auguſtam de vſuris; 6) ad Athenienſes, de ara miſericordiae; 7) aduerſus Gregorae delirantis ſomnia; 8)* or. *qua Pyrrhonis de veritatis criterio ſententia impugnatur; 9) in laudem Matthaei* Cantacuzeni filii; *10) in laudem Annae, Palaeologinae,* imperatricis. — In cod. caeſareo CCLXVI. ſunt ex Allatio iam deſignatae orat. nr. 5. 4. 6. In illo cod. et cod. CCLXVII. nr. 23. exſtat quoque Nic. Cabaſilae oratio, (vti dicitur, pariter in cat. codd. gr. Paris. in cod. CMLXX. *homilia;* in cod. autem MCCXIII. mem *opusculum) de vſura contra foeneratores.* (*Lambec.* V. p. 416. ſqq.) Latine verſam edidit illam *Iac. Pontanus* cum Cabaſilae libris VI. de vita in Chriſto, lat. etiam. Ingolſt. 1604. 4.[5]) — Contra in cod. caeſareo CCLXVII exſtant oratt. ex Allatio a me citatae, hoc ordine, nr. 2. 3. 4. 1. 5. 6. 7. Inſuper leguntur in eodem cod. oratt. ex cod. Pariſin. laudatae nr. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Tum in cod. cod. caeſareo, nr. XV. *Adlocutio ad S. martyrem, Demetrium.* v. *Lambec.* V. p. 428. ſqq. qui etiam reliqua Nic. Cabas. quae in illo codice ſuperſunt, opuſcula, ibid. recenſet; ego vero iam ſupra memorata omittam:

Liber de magiſtratuum ciuilium iniquis auſis circa res ſacras. Eſt quoque in codd. Paris. CMLXX. et MCCXIII.

Solutiones

5) Notante Fabricio pag. 73. ſq. *oratio in foeneratores* gr. etiam lucem vidit, quamuis haud integra, Auguſtae Vindel. 1595. edente *Dauide Hoeſchelio*, ex cod msto Maximi Margunii. Integram cum orat. *S. Epiphanii* in ſepulturam Chriſti, gr. ac lat. vulgauit *Simon. Simonides*, Samoſcii 1604. 4. Sed in *Ianozki* Nachricht. von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. befindlichen Büchern part. V. p. 217. ſqq. recenſetur quidem illa Epiphanii oratio at nulla fit mentio *Nic. Cabas.* orationis illi adiunctae.

Solutiones argumentationum quinque contra rhetoricam f. artem dicendi. Legitur quoque in cod. Paris. MCCXIII.

Tredecim epigrammata verfibus heroicis; quae fingula recenfent *Lambec.* V. p. 439. et *Fabric.* ad Allat. p. 77. not. *b.* Huc refer cod. Paris. laudatum MCCXIII. vbi nr. 25. eft *Nic. Cabas. epitaphium*, verfibus heroicis, Nili Theffalon. cum aliquot eiusdem Nicolai epigrammatibus. In cod. *Coislin.* CCCXV. (in quo funt memorata aliaque *Nicol. Cabas.* opufcula et epiftolae,) *heroica carm.* in fepulturam auunculi; in fepulcrum patriarchae Ifidori et alia carmina in translationem reliquiarum S. Theodorae, in canonem S. Demetrii, et alia, tefte *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 428.

Oratio encomiaftica in imperatorem, (Andronic. Palaeologum.)

Epiftolae fedecim, in cod. autem caefar. CCLXVI. nr. 9. funt tres epiftolae. (v. *Lamb.* V. p. 416.) In cod. *Coislin.* laudato funt quatuordecim et *Cydones* epiftola ad Cabafilam. — *Florentiae* in cod. Laurent. XIII. nr. 24. fqq. plut. 75. funt epiftolae quatuor et Nili Cabas. Theffalon. epiftola ad Nicol. Cabafilam. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III p. 197. — In cod. Paris. MCCXIII. nr. 8. epiftola ad Nilum Theffalon. et nr. 27. variae epiftolae: (quot vero fint et ad quosnam fcriptae, non indicatur in cat. codd. Paris. II. p. 255.)

Libell. de fyllogifmo. In cod. caefar. CCLXVI. nr. 21. incipit: Ἄτ·μόν ἐςι, τὸ ἐν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος· in cod. autem *Ambros. Mediol.* notante Allatio pag. 76. initium eft: Σκοπὸς ἐςὶ τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τῶν συλλογισμῶν· quem vero alii tribuunt Nilo Theffalon. v. fupra §. XIV. de codicibus. In cat. codd. Angliae etc. II. p. 60. nr. 2238. nude citantur inter codd. Voffian. *Syllogifmi Cabafilae.*

Ab Allatio adhuc memorantur:

Nic. Cabafilae Κανὼν ἰαμβικὸς μετὰ σχολίων τῇ ἑορτῇ τῶν θεοφανείων.

Eiusd. alius canon iambicus cum fcholiis in feftos dies.

Eiusd. ἐξήγησις *in librum tertium magnae conftructionis Ptolemaei:* inc. ἐν δὲ τούτῳ τῷ συντάγματι σκοπός ἐςιν. Edit. vna cum magna Syntaxi Ptolemaei ac Theonis Alex. graecis in Ptolemaeum commentar. Bafil. 1538. fol. p. 151. fq. v. fupra ad vol. V. p. 284. vol. IV. p. 213 et vol. IX. p. 176. fq. adnotata. *Oxon.* in Bibl. Bodlei. inter codd. *Henr. Sauilii,* nr. MMMMMMDLXXII. fqq. exftat *H. Sauilii verfio latina* partis almagefti, et commentariorum Theonis et *Cabafilae,* voll. III.

In cod. *Paris.* Bibl. publ. MCCCLXXIII. nr. 6. inedit. opufc. *de anima:* incip. διττὸς λέγεται ἡ ψυχή. et fragmentum illius in cod. MCCCLXXXIX. nr. 3. — in cod. MCCCLXI. nr. 13. *de facra ftola,* de qua iam fupra ad opus: *Interpret. Liturgiae,* fin. quaedam adnotaui; et Caueo videtur effe adpendix quaedam ad opus liturgicum. Ab eodem Cauco citantur e codd. *Refponfio* ad interrogationem, *quis fit finis incarnationis dominicae?* — *Expofitio* verborum Gregorii Nazianzeni: ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξου κράσεως,

 (quae

(quae habentur in oratione 38. tom. I. opp. gr. lat. edit. Paris. p. 620.) — *Interpretationes* in acta concilior. et SS. patrum canones etc. Sed haec sufficiant! — *Allatius* in fine adiecit tertium, *Demetrium Cabasilam*, itidem Thessalonicensem.

XV. *Nilus*, *monachus aegyptius*, sed hunc eumdem esse Nilum, italicorum dogmatum propugnatorem, de quo supra §. XIII. animaduertit Fabr. in nota *e.* ad Allatium, p. 78.

XVI. *Nilus*, *metropolita Rhodius*, cuius tamen patria Chios fuit. *Caueo* in hist. litter. scriptor. eccl. tom. II. pag. 60. suspicante vixit circa a. 1360. Barlaamo et Acindyno, si non aetate par, saltem non diu posterior, quoniam desinat in synodo CPolit. ab Isidoro patriarcha habita, (quam quidem nonam adpellat,) quae Barlaamum condemnauit. Ab eorum parte, qui Barlaamitas damnarunt, Nilus stetit et hostis erat Latinorum acerrimus, Gregorium Palamam sectatus [t]). Secundum Freherum in chronologia factus est patriarcha CPolit. sed subdubitat Caueus. Scripsisse dicitur *1) orat. in sanctam matronam*, quae ab Allatio gr. et lat. est euulgata. conf. vol. IX. p. 122. vet. ed. *2) de versibus anacreonticis.* MSt. in cod. regio Paris. CMI. et MDCCXXVII. memorat *Labbeus* in nou. bibl. MSS. p. 110. v. supra, vol. VI. p. 301. sqq. — *3) de lapidibus*, *de confectione vnguenti mosaici*, *de generatione artificiosa*, *de an. bisexto*, in cod. bibl. *Escorial.* teste Allatio p. 80. contra in indice codd. in *Plüeri* itinerario per Hispan. p. 185. citatur *Nili* metrop. Rhod. *de lapidum virtutibus.* Sed quod in cod. illo inscribitur: Νείλȣ Μητροπολίτȣ Ῥόδȣ τȣ̃ Διασωρηνȣ̃ [u]), Allat. addit, *si idem fuerit cum superiori*, iam habemus illius agnomen. *4)* Inprimis notanda est eius *enarratio synodorum.* siue *synoptica narratio de synodis oecumenicis nouem*, edita a *Iustello* patre, ad calcem Nomocanonis Photiani, Paris. 1615. 4. a *Iustello* filio in bibl. iuris canonici. ib. 1661. fol. tom. II. pag. 1155. item ab *Harduino* concil. tom. V. p. 1479. Locum de synodo 6. 7. 8. et 9. Fabr. noster infra in vol. XI. p. 179. sqq. vet. ed. retulit. Idem ibid. monuit, diuersam esse hanc synopsin ab eiusdem *Nili explanatione canonum synodicorum, Georgii Coressi,* et *Io. Lascaris* notis illustrata, de qua v. Fabric. ibid. p. 48. et vol. IX. p. 520. not. *c.* vet. ed. — In cat. codd. gr. Taurin. p. 156. cod. LIV. continere dicitur *quatuor Homilias Nili metropolitae Rhodii,* Damilae *dicti,* Allatio, Oudino et Fabricio incognitas. Plures igitur fuerint Damilae, sic forsan nominati, antequam cucullum monachi induerunt: conf. supra, §. IV. atque alii distinguunt duo illos Damilas, v. *Oudin.* tom. III. p. 1137. qui aetatem nostri *Nili Rhodii* adsignat circ. a. 1370.

XVII.

t) Huc reducam, quae *Fabric.* infra vol. X. p. 472. ed. vet. addidit: „De eodem (Nilo Rhodio,) vt Palamitarum suo aeuo principe, publice conquestus est *Nicolaus Methonensis* episcopus libro in Palamam, obtinuitque, vel inuito *Philotheo* patriarcha CPol. (cuius illum circa a. 1366. exarchum fuisse, idem *Fabr.* infra vol. XI. p. 178. ed. vet. tradidit,) vt sacro Rhodio solo deturbaretur. v. *Nicol. Comnenum* p. 226. qui in aula dictum fuisse notat cognomento Διάβολον hunc Nilum, et ad ineptias vsque Philothei adulatorem. Depositionem eius, cui Philotheus suffragari noluit, successor huius Macarius CPol. confirmauit, cuius synodica depositionis apud Canonarcham, Christophorum Campanum Chium exstat, id. p. 227.

u) Sic inscribitur in cod. *Taurin.* CCLXXV. *περὶ λίθων Νείλȣ μητροπολίτȣ* Ῥόδȣ Διασωρίνȣ. vid. cat. codd. gr. Taurin. p. 379.

XVII. *Nilus Xanthopulus*, qui poſtremis imperii Graecorum temporibus inter Graecorum Pſalmodos recenſetur, et qui multa toparia hymnosque, in eccleſia vario modo concinendos, compoſuit. v. Allat. p. 81.

XVIII. *Nilus Tarchaniota*, monachus. Graeci antequam in Italiam proficiſcerentur, in ſynodo CPolitana ſe praepararunt, et viros doctos atque idoneos, in his Nilum Tarchaniotam, delegerunt, Latinorum obiectionibus promtius reſponſuros; ſed imperator illum, vt monachellum dicacem, reiecit, ne maledicentia in ſynodo contra rem bene geſtam, magna Graecis detrimenta adferret. v. *Syluestri Sguropuli* veram hiſtoriam vnionis non verae inter Graecos et Latinos; ſiue concilii *Florentini* exactiſſimam narrationem, gr. ſcriptam, et latine verſam a *Roberto Creyghton.* Hagae Comit. 1660. min. fol. v) Sect. III. cap. 1. Contra Creyghthonum grauiter declamitat *Allatius* p. 82 ſqq. Quoniam a Sguropulo dicitur *Hieromonachus*, Fabric. ibid. in not. *i.* forte, ait, hic ipſe eſt *Nilus Hieromonachus* clarus poſt milleſimum et quadringenteſimum a Chriſto annum, *Damyla* w) dictus in ſaeculo, antequam inter monachos nomen profiteretur ſuum, Italus gente et in monaſterio H erae Petrae Carcaſinorum in Creta inſula verſatus, de quo obiter ex Labbeo ſupra Allatius §. IX. ſed poſt eos de eo edoctus plura retulit lib. 2. de conſenſu vtriusque eccleſiae cap. 18. p. 859. 870. et eius ſcripta memorauit: ἔκθεσις παρὰ τῶν θείων γραφῶν, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Νείλȣ ἱερομονάχȣ, Δαμυλὰ τȣ̃ κατὰ κόσμον ὀνομαζομένȣ, πρὸς τȣ̀ς ἀντιλέγοντας, ὅτι τὸ πανάγιον πνεῦμα ȣ̓κ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ᾽ ἐκ τȣ̃ πατρὸς καὶ υἱȣ̃· — tum *de Damyla papa* etc. *de ſynodo oecumenica prima et ſecunda* tempore Photii patriarchae, προσάξει βασιλικῇ κατὰ Νικολάȣ τȣ̃ τότε πατριάρχȣ. Ex his fragmenta dat *Allatius* de conſenſu p. 622. 857. 916. 1375. ſq. contra Hottinger. p. 441. de ſynodo Phot. p. 178.

XIX. *Nilus Triclinius*, ſuperioribus fere aequalis, virtute, dicendi arte et prudentia conſpicuus, quem Barlaamus, monachus Italus, arbitrum delegit ſibi controuerſiarum, quae inter ipſum et Gregorium Palamam verſabantur, eiusque ſententiae ſubiecit ac permiſit earum diſceptationem, vt *Allatius* p. 84. ex Barlaami epiſtola ad eumdem Nilum demonſtrauit. Idem *Allatius* oſtendit, Nilum quemdam, quem Draudius aliique *hiſtoricum* adpellant, aut tamquam dubium producunt, et cuius *hiſtoriam graecam* in bibliothecis italicis adſeruari ſcribunt, illum igitur oſtendit, eſſe fictum et nullum alium, ac Io. Cantacuzenum, primo imperatorem Graecorum, dein monachum, qui ſub nomine Nili, vtcumque ementiti, Chriſtodulum quemdam (ſemet ipſe? v. ſupra ad §. IV. nr. 8.) compulerit ad hiſtoriam conſcribendam. Atque Nili ad Chriſtodulum et Chriſtoduli ad Nilum epiſtolae Hiſtoriae Cantacuzeni praemittuntur.

XX. *Nili Hieromonachi*, qui codices manu ſua deſcripſerunt. Sic in calce codd. nomen *Nili Hieromon.* ſcribae adſcriptum in Bibl. *Coislin.* cod. CIX. ſaec. XI. vel XII. in cod. CXII. ſcripto a. 6837. (ſ. a. Chr. 1329.) v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 184. et 186. — Alius ſcripſit

v) De quo opere v. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VI. p. 497—515.

w) v. inſcriptionem lib. mox citandi.

ſcripſit cod. caeſar. CXXXIV. Chryſoſtomi in Paullum a. 6953 ſ. a. Chr. 1445. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. p. 79. et 105. atque *Lambec.* comm. vol. IV. p. 195 ſq. Add. ſupra, §. VII.

XXI. His ſuccedant alii. *Nilus* quidam monaſterium S. Mariae Hodegetriae condidit a. Chr. circ. 1090. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. p. 384. ſq.

Nilus, quem Leontius *Orthoſtadis* conſecrauit epiſcopum, teſte auctore vitae Euthymii, in *Cotelerii* monumentis eccl. gr. tom. II. p. 310.

Nili, monachi cuiusdam, teſtamentum, lingua barbara, Oxoniae in cod. *Barocc.* LIX. (An idem teſtamentum, cuius ſupra §. IV. nr. 25. mentio facta eſt?) — A Fabricio praemiſſo capitum indici ex ipſo Allatio adduntur: *Nilus,* Patrarum epiſcopus et martyr; — *Nili,* ad quos ſcribunt Iſidorus Pelus. et *Nilus* aſceta etc. — *Nilus* Ancyranius, qui compoſuit martyrium S. Theodoti Ancyrani circ. a. C. 304. paſſi, de quo Allatius p. 86. de Simeonibus, editum graece e cod. Vatic. cum Papebrochii verſione et notis tom. IV. Maii 18. p. 149. et lat. Sirleto interprete, tom. VII. Lipomanni. — Tum *Nilus,* diaconus Alexandrinus, qui ſubſcripſit depoſitioni Arii. — Acced. *Nilus medicus* niſi idem ſit cum *Nileo.* v. infra vol. XIII. p. 351. in Elencho medicorum, et in vol. IV. p. 359. de *Nilo* Antipatri, inter Antidotorum auctores aut inuentores. Sed haec ſufficiant: et erunt, qui moleſtam quamdam ſedulitatem culpent: nec mihi placet in hoc partim ſterili campo peragrando aut perarando diutius commorari. Subiungam adhuc Fabricianum indicem eorum, ad quos S. Nilus, monachus, ſcripſit.

Nomina eorum ad quos ſcriptae exſtant Nili monachi epiſtolae.

Presby-

[Rho-

x) Ὀστκόρῳ, δάλοις. Coteler. 2. Patr. Apostol. pag. 96.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

DE PSELLIS

[Studio Gottlieb Christoph. Harlefs.]

Praemonenda. Michael Amorianus, et Sim. Pfellus. I. *Pfellus fenior* II. *Michael Conftantinus Pfellus iunior.* III. *Scripta tam edita,* IV. *Quam inedita.* V. *Num praefatus fit in Philippi Solitarii dioptram.* VI. *Num tertius fuerit Michael Pfellus.* VII. ***Ioannes Pfellus, et, vti quidam contendunt, Conftantinus Pfellus.*** VIII.

Praemonenda.

Quod Fabricius fuperiori capite de *Nilis* in eodem volumine quinto fubiunxerat *Leonis Allatii de Pfellis et eorum fcriptis diatribam*, ad edit. Mafcardi, a. MDCXXXIII. recufam, additis notis ac fupplementis quibusdam; equidem, ne partes veteris editionis nimis difcerperem in hoc capite, quod Allatii liber copia rebusque, ab inftituto et confilio noftro alienis, abundat, nolui eum integrum repetere; fed fatius effe duxi, ex eo potiora, quae viderentur excerpta eaque, quae reperi, et quae, praefertim quod ad notitiam MSSt. codd. pertinet, notatu digna viderentur, breuiter adiicere. Allatius vero abfoluit opus 80. fectionibus, quarum notas, vncinis inclufas, fuo cuique loco praefixi.

(I.) Primum produxit Allatius *Michaelem Amorianum*, Amorio, Phrygiae oppido, oriundum, imperatorem Conftantinopolitanum, qui quidem poft Leonem Armenium regnavit et obiit a. Chr. 829. menfe Octobri, quum imperaffet annos VIII. menfes 9. et dies totidem. Illum, qui ab aliis hiftoricis Τραῦλος *Balbus* dici folet, ideo *Pfellis* adnumerat, cum quia Ψέλλος et Τραῦλος fint fynonyma, tum inprimis quoniam Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii, patriarchae, eum diferte vocarit Ψέλλον. Is tamen nihil fcripfit. Fabricius autem in nota antiquiorem nominat *Simonem Pfellum*, Flauii Iofephi πρόπαππον fiue atauum, cuius ipfe meminit in limine vitae fuae.

II. (II—XI.) Sequitur *Michael Pfellus*, fenior, ex infula Andro ortus, et Photii difcipulus, vir doctus, qui humanitatis et philofophiae facris initiatus fugientes Mufas retardavit, et ingrauefcenti barbariei fe oppofuit. Quod vero magno ftudio Alexandrinae quoque theologiae pernofcendae fe tradidit, et profanis litteris addictus, rem chriftianam neglexiffe videbatur, apud Conftantinum, fuum quondam difcipulum, in fufpicionem repudiatae chriftianae difciplinae venit, ab eoque carmine elegiaco acriter eft notatus. Pfellus igitur, quum aegre ferret difcipuli calumniam, et Photio ad doctrinam chriftianam curate penitusque addifcendam totum fe tradidit, et in longo carmine iambico, quod ineditum Allatius habuit, iniuriam propulfauit, atque, fe Chrifti effe adfeclam hoftemque falfarum religionum, palam

factus est. Quando autem ab *Allatio* aliisque, etiam ab *Oudino* de Scriptor. eccles. tom. II. p. 646. (qui, vti *Guil. Caue* in scriptorum ecclesiast. historia literaria vol. II. p. 55. ed Basil. Pselli aetatem coniicit in a. Chr circ. 870.) et a *Saxio* in Onomast. litt. part. II. p. 122. (qui cum Baronio Pselli aetatem adligat rectius a Chr. 859.) dicitur Leonis VI. Sapientis, Byzantini postea imperatoris magister; hoc falsum et *Leonem Byzantium*, Ioannis patriarchae, nepotem, cognomine *Philosophum*, Pselli senioris discipulum, confusum esse cum imperatore, *Leone sapiente*, Photii institutione vso, docuit *D. Car. Frid. Zepernick* in nota ad D. Casp. Achatii Beckii libr. de Nouellis Leonis, Augusti et Philosophi etc. Halae 1779. 8. p. 49. et p. 240. atque iam monuit *Caue* l. c. Psellus senior num scripto aliquid consignauerit, non omnino liquet. Nonnulla quidem opuscula, quae sub Pselli iunioris nomine hodie circumferuntur, aut latent, praecipue *Paraphrasin in plerosque Aristotelis libros, dialogum de operationibus Daemonum, opusculum de daemonibus*, nondum graece editum, *libellum de Lapidibus*, Psellum habuisse parentem, quod ea neque tractandi ratione, neque inueniendi acumine, neque dicendi forma iuniorem sapiant Psellum, Allatius, Caue aliique suspicantur. Quam coniecturam, praesertim de *dialogo de operationibus daemonum*, incertam quidem, at verisimilitudine tamen non destitutam esse, fatetur *Iac. Brucker* in historia critica philosophiae, tom. III. p. 538. vbi de Psello Sen. agit. Praeter alias enim Allatii suspiciones, verisimilius illi videtur, saeculo nono, quo spirabant adhuc monumenta philosophiae Alexandrinae et orientalis, quorum vestigia multa in isto dialogo sunt manifesta, illum virum, ob horum dogmatum cognitionem atque studium in suspicionem vehementer adductum, talem libellum conscripsisse, quam vt saeculo vndecimo homo totus peripateticus talia ediderit. Sed tamen bene addit et caute monet Bruckerus, nihil posse ea de re pro certo definiri, quum etiam iunior Psellus Alexandrinae theologiae notitia non caruisse videatur. Psello seniori librum medicum et therapeuticum, Constantino Porphyrogennetae, nisi ludit inscriptio, nuncupatum, et si vitam eo vsque protraxit, esse tribuendum eumque plura in philosophicis ac rhetoricis composuisse, verisimile esse suspicatur Allatius §. XI. et XII. Quae de erroribus Lilii Gyraldi aliorumque et de Simeone Metaphraste etc. per plures paragraphos late disputat Allatius, hic ea repetere nec lubet nec vacat. Adde quoque de Psello seniore *Pagii* Criticam Baron. a. 858. XI. p. 515. tom. XIV. et a. 902. I. p. 517. tom. XV.

III. (XII — LXXVIII) *Michael Constantinus Psellus Minor s. Iunior*, de quo praeter Allatium, (quem etiam conferes in libro II. de Consensione ecclesiae occident. et orient. cap. 9) modo alii multi copiosius, modo breuius egerunt: ex. gr. *G. I. Vossius* de histor. gr. lib. II. cap. 26. p. 295. sqq. ed. 2. Lugd. Bat. 1653 4. (vbi contra Baronium in Annalibus ad a. DCCCL. Bellarminum ac Posseuinum docet, eum neque parem aut supparem fuisse Simeoni Metaphrastae, neque praeceptorem Leonis sapientis imperatoris,) de scient. mathem. c. LIV §. 14. p. 330. et de philosophia c. XII. §. 36. p. 104. *Pagius* in Crit. Baron. tom. IV. a. 915. X. a. 9?6 V. a. 1?54 II. vbi de errore Pselli in doctrina de Spiritu S. a solo patre agit Pag. et tradit, Combefisium varia opuscula a Psello composita ante mortem prelo parata habuisse, eaque se ipsum legisse a. 1000. X. et a. 1071. X — XII. vbi p. 242. Michaelem Psellum nominat *restitutorem literarum in oriente*. *Ionsius* de Scriptor. hist philos. libr. III. cap. 20. §. 2. p. 107. sq. ed. Dorn. *Martin. Hankius* de Byzantinar. rerum scriptoribus gr. I.

cap

cap. 26. p. 478. sqq. *Io. Moller.* in Homonymoscopia sect. II. cap. 5. §. 53. p. 503. sq. *Guil. Caue* in Script. eccles. hist. liter. vol. II. p. 136. sqq. *Io. Fabric.* in Hist. bibl. part. I. p. 109. et VI. p. 152. *C. Oudinus* in comment. de scriptt. eccl. tom. II. p. 646 — 684. *Iac. Brucker.* in Hist. crit. philos. tom. III. p. 550. sqq. et tom. VI. p. 544. sqq. *Hamberger.* in Z. Nachr. part. IV. pag. 9 — 21 et in kurzen Nachricht. part II. p 1360 – 1369. *Schroeckh.* in Christl. Kirchengesch. de seniore Psello in parte XXI. p. 204. plura de iuniore Psello in part. XXIV. p. 455. sqq. *Io. Aug. Bachii* Hist. iurisprud. romanae, ed. Stockmanni, Lips. 1796. 8. p. 651. sq. *R. Ceillier* Hist. gen. des aut. eccl. tom. XX. p. 585. aliique a *Saxio* in Onom. lit. tom. II. p. 185. sq. ad a. 1071. (quo tempore potissimum floruit Psellus,) citati. Hi nobis otium fecerunt. Quare nobis eo breuioribus de illo esse licebit. Adde, si vis, quae scripsi in Introd. in histor. L. gr. II 2. p. 488. sqq. In limine tamen adnotandum est, errare Allatium quando in fine diatribes §. LXXX. (vbi quaedam addidi,) *Michaelem Psellum iun.* discernit a *Constantino Psello*, cui tribuit *Lexicon in Euangelistas*, siue *breuem expositionem difficilium in iis locorum;* et exstare MS. gr. scripsit in bibl. caesar. Vindob. item ἔκθεσιν πίστεως, *expositionem fidei*, quae incipit: πιστεύω εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον, MS. in bibl. Antonii Augustini cod. CLXVI. et in bibl. Laur. Med. cod. XVIII. 1. At hunc *Constantinum Psellum* haud diuersum esse a *Michaele Psello iun.* iam monuit *Cangius* in Glossario graeco p. 1637. voc. ὕπατος φιλοσόφων. Atque in eodem cod. Laurent. aliquot opuscula adscribuntur eidem Constantino, quae Michaeli tribuit Allatius. vid. *Bandini* cat. MSS. gr. Laurent. II. p. 548. et cel. *Morelli* Bibl. MSSt. gr. et lat. I. p. 123. atque cat. codd. gr. Marcian. Ven. p. 312. cod. DXCIX.

Mich. autem *Constantinus Psellus* natus est a. Chr. 1020. Constantinopoli ex consulum ac patriciorum genere ortus, quamuis haud pari felici fortuna vteretur. Quinquennis traditur praeceptori; sed plus debuit improbo labori atque ingenio, quam magistri disciplinae, atque pro conditione temporis illius inficeti et vero barbari in omnibus paene litteris, atque artibus, quibus Athenis primum operatus est, magnos fecit progressus. Fuit enim theologus, Ictus, physicus, mathematicus, philosophus atque historicus. Dein Constantinopoli cum summo plausu in summaque dignitate atque auctoritate philosophiam docuit, rhetoricen et dialecticen: atque tam ore, quam scriptis litterarum artiumque fugam quasi sistere studuit. Quare auctoritate imperatoria nomine et honore φιλοσόφων ὑπάτε, *philosophorum principis*, ornatus est. Nec enim diu latuit singularis illius variaque eruditio imperatores, qui interdum eius opera atque consilio vtebantur. Floruit autem sub imperatoribus Constantino Monomacho, habenas imperii ab a. 1042 — 1054. habente, sub Michaele Stratiotico, Constantini Monomachi, post Theodoram imperatricem a. 1056. mortuam, successore, a quo noster cum duobus aliis senatoribus legatus missus est ad Isaacum Comnenum, quem milites a. 1057. salutauerant imperatorem, ad pacem atque concordiam procurandam; sub Constantino Duca, Comneni ab a. 1060. successore. Post huius obitum Eudocia cum tribus filiis, inter quos Michael fuit primogenitus, imperium aliquamdiu tenuit. Hac nubente Romano Diogeni, qui etiam a. 1068. imperator est declaratus, vt huic initio consiliis aderat, ita Psellus praecipuus ex senatoribus, fuit auctor, vt, illo a. 1071. de gradu summo deiecto, Michael VII. Ducas siue *Parapinaceus*, Constantini Ducae filius fasces, imperii acciperet. v. ipsum apud

 Zonar.

Zonar. Annall. libr. XVIII. p. 205. tom. II. ed. Paris. Hunc eiusque fratrem iussu patris literis erudiuit, et priori tantum artium instillauit amorem, vt imperator quum esset, intemperantius litterarum praecipue poeticarum studiis abreptus, necessarias negligeret imperii curas. Quae res et querela tam Psello, a multis ideo reprehenso, quam ipsi imperatori fuit exitio. v. *Zonar.* l. c. p. 286. Primum Pselli imminuit auctoritatem eius discipulus, *Iohannes Italus*, homo quidem dispari ingenio, naturaque immiti, at facundus et sophista, qui, quum Constantinopolin venisset, in procerum ipsiusque imperatoris gratiam ac fauorem ita se insinuauit, vt Michael Ducas cum fratribus suis delectaretur isto Italo et huius opera veteretur in logicis concertationibus. Tum, exauctorato Michaele Duca et Nicephoro Botaniate a. Chr. 1078. succedente, ab hoc Psellus sua dignitate deiectus, monachi habitum senex induere coactus, et sub Alexio Comneno, a. C. 1081. imperium capessente, in honoribus τȣ̃ ὑπάτȣ τῶν φιλοσόφων, aduersarium suum, Ioannem Italum, qui *Princeps philosophorum* declaratus est, vidit successorem. Psellum vero sub Alexio adhuc in viuis fuisse, patere videtur nonnullis viris doctis, (quamquam id aliis dubium videtur,) ex eo, quod a. Ch. 1105. et imperii Alexii Comneni 25. praefationem notasque ad Philippi Solitarii Dioptram conscripsit. Quam diu autem vitam postea egerit, haud constat. Oudin. p. 677. coniicit, Psellum nostrum ad an. circ. 1110. et Alexii Comneni imperantis XXX. aetatem produxisse. Haec omnia latius exposuerunt atque probarunt Allatius Oudin. in cap. sexto, Hanckius et Bruckerus. Praeter ea Allatius (§. XXXI. sq.) refutauit Gesneri errorem, eumdem esse Michaelem Ephesium, (de quo vid. *Brucker.* l. c. pag. 543.) et Michaelem Psellum, de quo (§. XXXIII.) graue hoc tulit iudicium. „Hic Psellus, vt doctrina praestantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. Ausim dicere, neminem, ea vel subsequente aetate, graece vel inuenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel loquutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustrauerit, vel compendio non tentauerit, vel optima methodo non expedierit."

IV. Quae autem scripsit, et quae permulta sunt, eorum magna pars adhuc in codd. msstis latet. In recensendis tamen editis non minus, quam ineditis Allatii ordinem potissimum sequar, subiectis Fabricii animaduersionibus. Copiosus quoque est de iis *Oudinus* in dissert. de scriptis Michaelis Constantini Pselli, l. c. ad a. 1060. In primo igitur capite ab eo enarrantur vita et opera illius tam edita quam manu exarata, in capite tertio, quaenam Pselli opera exstent in bibliothecis tam Parisina quam Vindobonensi publicis; in cap. quinto iterum recensentur opuscula Pselli ex MSStis Galliarum regiis et Anglicanis.

Secundum Allatium et Fabricium in notis prodierunt:

(XXXIV.) Pselli *de victus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum libri duo* ad Constantinum [a]), imperatorem, latine, Georgio Valla interprete, vna cum Rhazae

a) Ducam vel Monomachum, vt Allatius notauit §. VI. non Porphyrogennetam, vt Gyraldus p. 282. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano vna cum aliis variorum scriptis, ab eodem G. Valla versis, Venet. [1488. v. *Maus.* ad Fabr. Bibl. med. et inf. aetatis. VI. p. 281.] 1498. fol. [v. *Panzer.* A. T. III. p. 434. nr. 2347. — *Psell.* de victus ratione, Georg. Valla interprete. Erford. per Wolfg. Schenk. 1499. 4. v. *Panzer.* A. T. I. p. 377. nr. 5. — Interpretamentum leue

Rhazae de pestilentia libro, et Ioannis Manardi, Ferrariensis, in Artem Galeni expositione Basileae apud Andream Cratandrum anno 1529. in 8.

(XXXV.) Eiusdem *Iambos in vitia, et virtutes* [b]), item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quae volebat Vlyssem transformare*, Arsenius, Monembasiae episcopus, Romae [c]) primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atque interpolata a Conrado Gesnero, Basileae edidit Ioannes Oporinus [d]), anno 1544. in 8. vna cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de Diis, de quibus vide infra in Ioanne Psello

in *Psellum* de natura ciborum communium, s. l. et a. 4. v. *Panzer.* A. T. IX. p. 552. nr. 1020. *H.*] vt editiones Colon. 1526. 8. et Basil. 1557. 8. omittam. In libellis istis imperatoris iussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus praeter p. 8. Galenum. De eodem argumento, sed plane diuersus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaelem Ducam, imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum, de quo Allatius infra §. 51. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MMCCXVIII. nr. 2. *de victus ratione* opusc. vti ait confector cat. codd. regior. II. p. 463. hactenus ineditum. — *Vindobonae* in cod. caesar. XLVII. nr. 3. est Pselli lib. περὶ διαίτης *de diaeta.* v. *Lambec.* comm. de bibl. caes. libr. VI. part. 2. vol. VI. p. 366. *Florent.* in cod. Laurent. cod. VI. 2. plut. 75. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 147. qui opusc. quod in eod. cod. nr. 2. sed ἀδέσποτον sequitur, s. *compendiariam synopsin de remediis, et de ratione, qua danda sint, vna cum propriis praeuiis potionibus, nimirum quae prius ad bibendum dare oporteat et purgandum; dein remedia praebere, similiter de trochiscis et heligmatis, insuper et de oleis et emplastris, ac reliquis ad diuersorum morborum curationem conducentibus*, eidem *Psello*, quicumque ille sit, adscribendum opinatur. *Mediolani* in bibl. Ambrosiana *de diaeta*, cum multis aliis Pselli scriptis. v. *Montfauc.* Bibl. bibliothec. MSS. p. 502. *A.* add. infra, sect. LI. Allat. At in pluribus codd. num exstiterit Pselli lib. quod quidem probabile esse videtur, nec ne? dicere non possum. Nam in catall. codd. quibusdam *opera Pselli*, nullo addito, quaenam sint, indicio, huic vel illi MSto inesse, tantum legitur: ex. gr. in *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. MSS. tom. I. p. 201. A. *Pselli varia*, in bibl. quadam Romana; p. 476. A. *Pselli quaedam*, in bibl. Veneta, et p. 588. A. in Bibl. Bauar. p. 1199. B. et multa p. 1200. A. in Bibl. Pelliserii, ac p. 1309. B. in 6. codd. Mazar. et ita alibi in aliisque catalogis. Praeter ea multa, quae separatim et ab Allatio citantur, et in MSStis occurrunt, partes esse videntur maioris cuiusdam operis. Hinc moles librorum varii generis titulique, qui etiam diuersimode indicantur, orta fuerit. Denique Psellorum senioris atque iunioris scripta confundi solent. Quae quum ita sint, equidem quamuis multum temporis in euoluendis catalogis consumserim, et vero perdiderim, plenum omnibusque partibus absolutum librorum cum editorum tum inprimis MStorum promittere nequeo catalogum. Quare in ordine, ab Allatio seruato, eiusque industria, mutatis mutandis, acquiescere, et, quae ille omisit, adiicere malui, quam peruersa agere. *Harl.*

b) Exstant in cod. *Vindob.* caesar. LX. nr. 2. subiectis tribus epigrammatibus, vno in Basilium M. et duobus in Epicteti Enchiridion, quae eiusdem Pselli esse videntur *Lambecio* in comment. de bibl. caesar. tom. III. p. 269. — *Pselli* allegoriae Tantali, Iouis, Saturni et περὶ καταβολῆς γῆς Ἡφαιστ. sunt in cod. *Venet.* Marc. CDLXIV. v. catal. codd. gr. Marc. p. 246. — *Pselli* iambos in aereum equum in Hippodromo, qui pedem adtollebat, edidit *Anselm. Bandurius* in Imperio orientali, part. III. libr. VII. p. 178. ed. Par. s. pag. 153. ed. Venet. *Harl.*]

c) Graece in 8. ad calcem Apophthegmatum, Leoni X. inscriptorum, sine anni nota.

d) Graece tantum, non graece et latine, vt a Caueo in hist. litteraria scriptorum Eccles. proditum, licet Heracliti Allegoriis latina illarum Gesneri versio subiuncta. [v. supra, vol. I. p. 406. med. cum Aristotelis libello de virtutt. gr. Argentor. 1560. 8.]

Psello, §. LXX. Obiter et hic animaduertendum est, carmina illa, quae Federicus Morellus Lutetiae anno 1608. 8. vna cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia graece edidit, esse excerpta, non nullis tantum verbis immutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub Anonymi nomine Ἰάμβȣς ἠθοποιȣς Morellus vulgauerat. Nihil minus. His vero iambis excepta, reliqua sunt de Philosophia, Rhetorica, et Grammatica, quae quatenus spectent ad mores, iudicent alii.

(XXXVI.) Eiusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum* Περὶ Ἑρμηνείας, *de Interpretatione*, edidit graece Aldus Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503. in fol. Eandem latinitate donatam f), cum eiusdem Pselli Compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis praedicamenta* Basileae excudit Robertus Winter 1542. 8. Quae itidem prius anno 1540. graece Parisiis edita fuerunt, vna cum eiusdem *Introductione in sex philosophiae modos*, et gr. ac lat. anno 1541. 12. ib. per *Iacobum* Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto g) Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τȣ̃ περὶ Ἑρμηνείας ἀπὸ φωνῆς τȣ̃ Κυρȣ̃ Βεστάρχȣ καὶ ὑπάτȣ τῶν φιλοσόφων τȣ̃ Ψελλȣ̃. *Paraphrasis in librum de Interpretatione, ex ore Domini Bestarchae et Principis Philosophorum Pselli.* Hinc Virum Vestarchatus etiam dignitate, vnde postea Vestarches nobilissimae familiae nomen irrepsit, insignitum fuisse colligimus. [v. ad §. LXIX.]

(XXXVII.) Eiusdem liber h), de quatuor mathematicis scientiis, Arithmetica, Musica,

e) In bibl. Lugd. Bat. sunt duo exemplar. cum quibusdam viri docti adnott. msst. v. cat. illius bibl. p. 155. sq. *Harl.*]

f) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. περὶ ἑρμηνείας, studio quorundam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1539. 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. [8. v. Hamberg. p. 17. sq.] memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiae modos et Compendium quinque vocum Porphyrii et de decem Categoriis, Venet. 1532. cum versione Iacobi Foscareni. *Fabr.* [Curante *Arsenio*, qui graecum textum edidit, in 8. Conf. supra vol. III. p. 213. init. Graece exstat *Vindob.* in cod. caesar. XXV. nr. 3. (v. *Lambec.* comment. VII. p. 127.) *Venet.* in Bibl. Marc. cod. CCII. v. cl. *Morelli* Bibl. MS. gr. et lat. I. p. 123. qui adnotat *Constantinum Psellum* eius auctorem dici in cod. Marciano DXCIX. et in Laurent. XXVI. nr. 8. apud Bandin. quem vide tom. I. p. 493. sed Michaelem vnum eumdemque esse cum Constantino. In cod. autem Marciano posteriore et Laurent. legitur: Παράφρασις — ἀπὸ φωνῆς Κωνσαντίνȣ βεσάρχȣ καὶ ὑπάτȣ τῶν φιλοσόφων τȣ̃ Ψέλλȣ, sed pro Κωνσαντίνȣ legendum esse, (vti Allatius dedit,) κυρȣ̃ vel κυρίȣ, monet Bandin. Atque in cat. codd. Angliae I. p. 13. de cod. Barocc. CXVII. vocatur *Bestarchi et Pselli* paraphr. libr. de interpretatione et ibid. de cod. Oxon. nr. MMCXL. p. 71. cat. Aristoteles de interpret. cum scholiis et paraphrasi *Michaelis Pselli.* Illa paraphrasis gr. exstat quoque in cod. Laurent. XIX. nr. 1. XXXV. nr. 5. plut. 61. et cod. I. plut. 85. nr. 11. in quo pauca quaedam subiiciuntur *de tribus syllogismorum figuris* v. *Bandin.* III. pag. 11. 24. et 239. In bibl. *Paris.* publ. secundum catal. tom. II. in cod. MDCCCXLIII. nr. 6. MCMXIX. nr. 1. MCMLXXIII. nr. 6. cum scholiis margin. MMCXXXVI. nr. 4. vbi dicitur commentarius ineditus. Init. ῥῆμά ἐςι τό. add. infra ad §. Allat. LXIX. *Harl.*]

g) [Vti etiam in cod. *Venet.* Marc. DXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 312. — in cod. *Barocc.* CXVII.]

h) Hunc librum, (in quo multa e Theone delibata) [v. supra, vol. IV. p. 37.] Psellus testatur, se scripsisse anno Graecorum 6516. h. e. Chr. 1008. [conf. supra, vol. V. p. 647. sq. et 649.]

ſica, Geometria, (Aſtronomia.) graece et latine editus cum aliis auctoribus Wittebergae 1560. nec non Baſileae per Ioannem Oporinum 1556. 8. [in cat. Pinell. I. p. 327. nr. 1382. citatur annus 1554.] *Guilielmo Xylandro*, Auguſtano, interprete, cum nonnullis eiusdem Xylandri annotationibus tam criticis, quam exegeticis in eundem. Quibus acceſſit Xylandri de Philoſophia, et eius partibus Carmen, et nonnulla alia Carmina diuerſi argumenti. Opus hoc primus Romae graece in 8. impreſſit, addito carmine *Arſenius*, Monembaſiae epiſcopus, in qua editione ſcripſerat, incertum eſſe, Pſelli ne, an Euthymii cuiusdam e opus eſſet, plerisque tamen Pſelli videri. *Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἴτ᾽* Εὐθύμιος, *χαριζόμενος.* [conf. ſupra vol. VII. p. 786.] Impreſſus quoque eſt [i]) Pariſiis graece anno 1545. 12. per Iacobum Bogardum. [v. Maittair. A. T. III. p. 379.] Non multo poſt *Elias Vinetus*, quod nullus ante eum, anno 1553. primus latinum fecit, Pariſiisque anno 1557. edendum curauit, poſtrema eius parte, quae eſt de Aſtrologia, omiſſa, tum, quod antiquis illis egeret Graecorum tabulis, quarum rationes ſuis temporibus non ſatis congruebant, tum, quod eſſet mendoſa praeter alias, et ex ea ſe haud dum, vt ipſe praefatur, ex ſententia explicare potuerit, cuius loco Procli ſphaeram ſubſtituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1592. Poſt Vinetum Xylander ſuam interpretationem adgreſſus eſt. *Fabr.* [In cat. impreſſor. libr. bibl. Bodlei. II. p. 373. citatur opus illud, ſine opuſc. in Aſtronomiam, latine *Elia Vineto Santone* interprete. Turnoni 1591. 8. Praeterea ed. *G. Xylandri*, gr. et lat. Auguſt. Vindel. 1554. 8. latine per Gu. Xylandrum, Lugd. Bat. 1647. 8. v. Pinelli catal. I. p. 329. — *Mich. Pſelli* Arithmeticae, Muſicae et Geometriae compendia, *Guil. Xylandro* interprete. Heidelbergae typis Abrah. Smeſmanni. 1591. 8. ſine praefat. et adnotatt. In fine addita eſt particula orationis, habitae a Caſp. Peucero, a. 1557. Eſt in bibl. publ. Erlang. — In *Harwood* Proſpectu edit. etc. italice verſo et correcto a Pinellio (Venet. 1780. 8.) p. 112. Xylandri ed. gr. lat. citatur Baſil. 1556. et Lipſ. 1590. 8. — In Bauer. catal. librorum rar. ſupplem. vol. II. p. 291. ex cat. Britt. a Slawiet. occurrit *Mich. Pſelli* de arith. muſica, geometria, et *Proclus* de ſphaera ex interpret. El. Vineti Paris. 1557. 8. — Separatim editum eſt *Pſelli* Arithmetices compendium, graece. Paris. Chriſt. Wechel. 1538. 4. ac gr. et lat. Paris. ap. Io. Lodoic. Tiletanum, 1545. 8. v. Maittair. A. T. III. p. 284. et 379. — Quam edit. Venet. 1532. 8 Fabric. in nota memorauit, ea in catal. Pinell. I. p. 328. nr. 1379. inſcripta eſt: *Mich. Pſelli* de quatuor mathematicis ſcientiis, edente *Arſenio*, archiep. Monembaſienſi, gr. Venetiis, de Sabio, Venet. 1532. 8. apud Maittair. autem A. T. II. p. 768. *Pſelli* opus in quatuor mathematicas diſciplinas, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam et Aſtronomiam, gr. Venet. ap. Steph. Sabium et fratres. 1532. 8. Ab illo opere diuerſum eſt id, quod in bibl. Barber. (quam adpellat Fabric.) p. 253. ſic indicatur: *M. Pſelli* Introductio in ſex Philoſophiae modos, et compendium quinque vocum et decem praedicamentorum philoſophiae, gr. et lat. per *Iac. Foſcarenum*, Venet. 1532. atque *Maittaire* l. c. in nota *b.* diſcernit quoque illa duo

i) Venetiis quoque anno 1532. 8. quae editio graeca occurrit Romae in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recuſa Lugd. Bat. 1647. 8. Libellum Pſelli de Muſica, ex hoc Tetrabiblo *Lambertus Alardus* cum latina ſua interpretatione ſubiecit libro ſuo de veterum Muſica, Schleuſingae 1636. 12.

duo opera, et animaduertit, Arſenium proxime ex eodem praelo edidiſſe gr. in 8. et Rodulpho etiam, patri purpurato, dedicaſſe *Pſelli* interpretationem in ſex philoſophiae modos, et ſynopſin quinque vocum et decem categoriarum. item *Blemmidae* de quinque vocibus libellum, et *Georgii Pachymerii* de ſex philoſophiae modis, quinque vocibus et decem categoriis: quae editio num eadem ſit, quae exſtat in bibl. Lugd. Bat. alii videant, et ego ſubdubito: v. catal. illius biblioth. p. 165. vbi ſine loco nominatur, et editor catal. addit. „Venetiis, vt videtur; aliqua ſunt adſcripta graece" — Liber de IV. mathemat. diſciplinis in MSSt. eſt *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXIV. nr. 16. plut. 57 v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 390. — *Mediolani* in bibl. Ambros. cum pluribus aliis Pſelli libr. v. *Montf.* Bibl. biblioth MSStar. I. p. 502. *A.* — *de arithmetica Paris.* in bibl. publ. cod. MMLXII. nr. 6. et cod. MMCDXCIV. it. cod. MMMLXVII. 17. cum cod. Vatic. collatio. — *de quatuor mathem. diſcipl.* ibid. in cod. MMCXXXVI. nr. 6. qui liber in catal. codd. Paris. P. II. p. 448. dicitur *opus ineditum;* quo iure, equidem neſcio. ibid. in cod. MMCCCXXXVIII. et tribus ſeqq. vbi ſub nomine non certo, quoniam initium deeſt, vel Mich. Pſello vel Georgio Pachymeri tribuit catalogi confector. ib. in cod. MMCDLXV. nr. 1. dicitur *Euthymii* ſiue *Mich. Pſelli* opus de IV. math. diſciplinis etc. (conf. ſupra, vol. VII. p. 786.) — ib. in cod. MMDLXI. 5. ſolutiones aſtrologicae: init. διὰ τί ὁ ἅπας χρόνος; — *Vindobon.* in bibl. caeſar. cod. X. nr. 4. et cod. XXVI. nr. 4. ex opere de IV. math. diſcipl. pars prima de arithmetica, et in cod. CII. integrum opus. v. *Lambec.* comment. tom. VII. pag. 42. 134. et 390. et infra ad §. LVI. ſub fin. de *variis philoſophicis* etc. *Harl.]*

[XXXVIII.] Eiusdem tractatus Περὶ Χρυσοποιΐας, *de auri conficiendi ratione,* ad Michaelem Cerularium, patriarcham Conſtantinopolitanum, *Dominico Pizimentio,* Vibonenſi interprete, vna cum Democrito Abderita, Syneſio, Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et ſacra Arte editus eſt Patauii apud Simonem Galignanum 1572. in 8. Animaduertendum etiam, a Pizimentio male Epiſtolam Pſelli, ad Xiphilinum directam[k]), qui Ioannes dicebatur,

k) Etiam in graeco codice regio Pariſ. cuius Apographum beneficio illuſtris viri, Pauli Vindingii, poſſideo, nomen Xiphilini exſtat: τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου Ψελλοῦ Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιΐας. At in codice Vindobonenſi ad Michaëlem (Cerularium) dirigitur, τοῦ λογιωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ ψελλοῦ περὶ χρυσοποιΐας πρὸς τὸν πατριάρχην Κύριον Μιχαήλ. *Fabr.* Conf. infra, vol. XII. p. 709. de Democrito, et p. 767. nr. 28. *Morhof.* Polyhiſt. liter. libr. I. cap. XI. 51. p. 110. et paullo infra ad nr. LXIIX. de epiſtolis Pſelli. — Exſtat illa epiſtola cum multis aliis ſcriptoribus de auro conficiendo in cod. Bibl. Guil. Pelliſerii. v. *Montf.* Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1200. *D.* in cod. Par. reg. v. *Montfauc.* l. c. I. p. 740. *B.* in cod. *Bavar.* CXII. fol. 403. vbi epiſtola in fine auctior eſt, quam in edit. Patau. v. *Ignat. Hardt* de codd. Bauar. in: Aretini Beyträgen zur Geſchichte etc. a. 1804. part. VII. p. 46. — In Bibl. *Eſcorial.* v. *Plüer* itiner. per Hiſpan. p. 183. ſed in *Montf.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 623. *D.* de eadem bibliotheca citatur cod. continens *Pſellum* et alios auctores de arte chymica. — *Mediolani* in Bibl. Ambros. v. *Montfauc.* l. c. pag. 502. *A. Paris.* in Bibl. publ. cod. MMCCCXXVII. nr. 1. et alibi forſan inter Pſelli epiſtolas. Opus autem ipſum de auri conficiendi ratione exſtat MSt. *Vindobonae* in Bibl. caeſar. in cod. CXII. 2. v. *Lambecii* comment. VII. p. 435. — In Bibl. *Bodleiana* inter codd. Selden. nr. MMMCCCLXIV. tom. I. p. 162. catal. MSS. Angliae et Hibern. — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MMCCCXXVIII. nr. 1. et MMMXXVII. nr. 5. ſecund. catal. codd. II. p. 484. et 589. praeterea teſte *Montfauc.* in Bibl. bibl. MSSt. II. p. 902. *D.* in cod. CXIII. in Bibl. Balbuſii, ib. p. 1303. *A. Harl.*

dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Psellum eumdem tractatum, mutato solo nomine, amicis pluribus diuenditasse, quod aliis etiam sollemne fuit. [*] Lilius Gyraldus Dialogismo 8. narrat, libellum hunc, quem vocat aureolum, inter peruetustos codices graecos repertum, manuque sua exscriptum, Pico Mirandulae se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate:

Si velut Aesonides Nepheleia vellera quaeris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quae Tantaleis latuerunt aedibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis seruata dracone,
Non opus Herculeo, Pice, labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.
[*] *Si quidquid Lydis, vel Iberis voluitur vndis,*
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, paruo codice Psellus habet.

Hinc frequens illius mentio, et dictorum examen apud Ioannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed praecipue cap. 2. lib. 2. *Democriticae sectae, et Abderiticae inter Aristotelis interpretes Michael Psellus non solum meminit, sed a se revelata scribit eius arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quae Constantino imperatori, dicauit.*

[XXXIX.] Eiusdem περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, *de operatione Daemonum* [contra Manetem et Euchitas] liber e graeco in latinum [l]) conuersus est a Petro Morello [m]), Turonensi, editus-

l) In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio huius libri a Morello edita memoratur, Paris. apud Guil. Chaudiere 1573. additis capitibus 33. et 36. libri quarti Nicetae de Colossis Asiae. Librum Pselli accepit Morellus e Bibliotheca Iacobi S. Andreani, canonici S. Mariae Paris.

m) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. 18. p. 589. Hinc graece et latine cum Gaulminii notis hunc librum minus emendate recudi curauit *Dan. Hasenmüllerus,* Kilon. 1688. 12. Vide et, si placet, *Cardanum* c. 93. de rerum varietate T. 3. Opp. p. 510. sq. *Io. Clericum* Bibl. Vniuersal. T. 15. p. 118. sq. et *Viguolium Maruillum*, [qui Pselli libr. ac laborem parum laudat.] T. 2. Miscell. litterar. p. 304. sqq. et 334. sq. de versibus politicis. Dialogi titulus Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων. Vide *Fuluium Vrsinum* in Lyricor. fragmentis p. 179. et *Lamb.* lib. VII. p. 158. *Fabr.* [p. 298. sq. ed. Kollar. de cod. LXXVIII. quem ob lectionum diuersitatem cum Gaulmini edit. diligenter conferri, operae pretium iudicat Lambec. *Timotheus* autem id

editusque latine cum praefatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577. 8. et anno 1615. 8. Lutetiae Parisiorum notis a se illustratum primus graece (ex duobus MStis suo et Morelli,) edidit *Gilbertus Gaulminus*, cum interpretatione latina eiusdem Morelli n). Plura item ex eodem Dialogo excerpta, latina facta Ioanni Medici, vna cum aliis ex Iamblicho, Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupauerat. Gesnerus in Bibl. et ex illa Ios. Simler in Bibl. p. 505. scriptum reliquit, Psellum duos de Daemonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusique erant latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De Officina Aldi falsum est, ibi hos duos libros de Daemonibus esse impressos, quum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, saepius o) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus coniectat ex verbis ipsius Pselli in fine Dialogi de Daemonibus, libros duos scripsisse, quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime, quod in excerptis e Psello, quae cum excerptis [[?] pariter ex Iamblicho, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua vltimo capite adferat, quae desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima coniectura, et veritati consentiens; quae enim in eo capite continentur, quum, vt manifestum legenti esse potest,

opus etiam vocatur, quoniam Timotheus & Thrax contra Manetem colloquuntur. Exstat quoque inter codd. *Vossian.* in Bibl. Lugd. Bat. v. catal. illius p. 594, 67. — in Bibl. *August. Vindel.* v. *Reiser.* notit. illius p. 24. et p. 82. bis sine nomine auctoris. — *Monachii* in cod. Bauar. C. fol. 224. v. *Hardt* de codd. Bauar. in: Aretini Beyträgen zur Geschichte u. Litterat. a. 1804. part. 6. p. 27. — *Taurin.* in Bibl. publ. cod. CCCXXX. fol. 5. *de daemonibus.* v. cat. codd. gr. Taurin. p. 413. *Florent.* in Bibl. Laurent. cod. XXXII. nr. 18. plut. 9. tum in cod. XLV. nr. 5. plut. 28. cum breuibus scholiis in margine; et in cod. XVII. nr. 26. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 445. II. p. 68. et p. 535. sq. — In cod. *Mosquensi* CCXXV. fol. 108. et 110 duo excerpta ex Pselli libr. περὶ δαιμόνων. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. synod. p. 149. ed. in 8. — In Bibl. *Mazar. Par.* cod. CXLIII. v. *Montfauc.* B. bibl. MSS. p. 1323. *D.* — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MCCCX. nr. 35. in cod. olim Mazarinaeo MCMXCVII. in cod. MMCIX. nr. 4. In cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 183. Add. infra §. LXX. init. *Harl.*

n) [De edit. Gaulmini, item de versionis Morell. atque Aldin. edd. Pselloque copiosus est *Freytag.* in adparatu litter. tom. III. p. 100. sqq. De ed. Ald. vide etiam *Maittaire* A. T. IV. p. 632. et p. 653. not. 12. *I. G. Schelhornii* Amoenitatt. literar. tom. I. p. 98. *Morhof.* Polyhist. philos. I. 7, 12. p. 58. *Stolle* in: Historie der Gelahrheit, part. II. cap. 3. p. 297. et 298. not. *o.* et *p.* vbi de Pselli libro, errorum et nugarum pleno, iudicat, animaduertitque, ab aliis illud opusc. tribui Psello seniori, vti Allatius §. X. vbi Fabr. in nota, laudat, ait, et Allatius diss. de Engastrimytho cap. 2. et 16. — Cum Iamblicho, Proclo et reliquis in ed. Ald. rursus prodiit Lugduni ap. Io. Tornaes. 1552. 12. v. Bibl. Feuerlin. tom. II. p. 1072. nr. 12009. — *Bernard.* in epist. ad Reiske, in huius vita p. 276. pro ἐνεργεῖα in libri inscriptione malit corrigere ἐναργεία, quoniam Psellus in eo libro non tam probatum iuisse, daemonas operari, quam potius voluisse formam, qua adparerent, describere videatur. — Psellum *Senior.* esse auctorem huius dialogi, cum aliis putat *Io. Fabric.* in historia bibl. suae tom. I. p. 109. — *La Croze* comparat locum Luciani cum Pselliano in Thesauro epistol. Lacroz. tom. III. p. 163. *Harl.*]

o) Confer lib. I. Bibl. Graecae c. 7. §. 4. [p. 52. med. Bis autem Iamblichi, Procli, Porphyrii, Synesii, *Pselli de daemonibus* et aliorum opusc. latin. per Marsil. Ficin. prodierunt ex offic. Ald. a. M. III. D. fol. et auct. a. MDXVI. fol. v. *Panzer.* A. T. III. p. 420. sq. et VIII. p. 434. nr. 795. et *Renouard* Annales de l' Imprimerie des Alde. Par. 1803. 8. tom. I. pag. 17. et 132. *Harl.*

poteſt, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro deſumta eſſe neceſſe eſt. Sunt autem, ne diutius te detineam, Lector, ex tractatu eiusdem Pſelli in hanc eamdem rem ſub hoc titulo, *Τίνα περὶ Δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες*, *Quaenam ſint de Daemonibus opiniones Graecorum:* cuius principium tale eſt, *Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς Ἀγγέλοις διδοὺς*. Qui an vnus ſit cum ſecundo Hurtadiano, non auſim adfirmare: et praeſertim in hoc Scriptore, cui non defuere vires eloquentiae, nec argumentorum copia, quibus eamdem rem non ſemel, ſed pluries petractaret; vt videre eſt in aliis ab eo conſcriptis. Porro hos duos de Daemonibus libros alii tribuunt Michaeli Epheſio, vt ſcribit Poſſeuinus in Apparatu. Eorum in latinum verſio incerti legitur in cod. MMMCXXII. manuſcripto Vaticano: et de Daemonibus excerpta ex Pſello per Ioannem Iacobum Bartholotum Parmenſem, Phyſicum, codice MMMMMMCCCLXXVI. [et in cod. Laur. Med. v. *Montf*, Bibl. bibl. MSSt. p. 400. *A.*]

[XL.] Eiusdem *in Oracula Chaldaica expoſitio* p), cuius potiſſimam partem Nicephorus Gregoras, ſuis in Syneſii libellum de Inſomniis commentariis, verbo tenus tacito Pſelli nomine, transſcripſit. Nec non eiusdem, *Breuis dogmatum Chaldaicorum declaratio* q), graece et latine primum edita eſt a Franciſco Patricio in Noua Philoſophia de Vniuerſis r) in Zoroaſtre, imperfecte tamen, et confuſe, quum vtrumque commentarium eadem ſententia concludat; ſic enim claudit: *Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.* *Horum autem dogmatum plurima et Ariſtoteles, et Plato ſuſceperunt. Plotinus vero, et Porphyrius, et Iamblichus, et Proclus omnia ſunt ſecuti, et tanquam diuinas voces ea ſuſceperunt.* Patricius in Pſellum ita animaduertit: *Similia his Pſellus poſtea tradidit, vtinam ſicuti prolixius, ita et diligentius, ſed, qualiacunque ſint, non inutilia cognitu fuerint.* Neque hic ſilentio [P] praetereundum eſt, primam Expoſitionem in chaldaica oracula ab aliis Proclo Lydio s) adſcribi; ſic enim adnotatur ab illius exſcriptore in codice DLXXII. Vaticano, *Ἀλλαχοῦ εὗρον, Πρόκλου Λυδίου Ὑποτύπωσις*, *Alibi inueni, Procli Lydii Hypotypoſis.* Nec dubito, Proclum, rebus hiſce addictiſſimum, libellum de hac eadem re conſcripſiſſe. Sed ſiue Procli, ſiue Pſelli opella eiusmodi ſit, nulli bono fuerit id noſſe. Eamdem eſſe exiſtimo in Bibliotheca reginae Galliae, quae prius fuerat Ioannis Laſcaris, poſtea Petri Strozzae; primo autem cardinalis, Rodolphi, vt ſcribit Draudius in Bibliotheca Claſſica. Nec alia videtur, quae in Bibliotheca Antonii Auguſtini habebatur cod. CCXIX. *Pſelli explicatio dogmatum apud Aſſyrios.* Abſolutius poſtea cum Sibyllinis Oraculis, aliisque Pariſiis prodiit ſtudio Ioannis Obſopaei t) 1599. in 8. Eorumdem opuſculorum, diuerſa ab edita, in latinum verſio habetur

p) Inſcribitur etiam in codice quem habeo, MS. *τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρου*. *Fabr.* [confer ſupra, vol. I. p. 310. not. *v.* et p. 311. cum nota *y.*]

q) *Ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ χαλδαίοις δογμάτων.*

r) Ferrariae 1591. Venet. 1593. fol.

s) Lycium, non Lydium, fuiſſe Proclum teſtatur in eius vita Marinus, qui commentarios Procli in λόγια memorat c. 26. quemadmodum et Simeon Magiſter de alimentorum facultatibus p. 141. edit. Martini Bogdani, tum Proclus ipſe p. 359. in Politiam Platonis.

t) Etiam 1589. et 1601. Pariſ in 8. Et ad cal-

manuscripta cod. MMMCXXII. Vaticano, incerti. *Fabr.* In codd. *Augusf.* Vindel. bis. v. *Reiseri* notit. MSSt. p. 82. *Bauar.* C. fol. 210. *Pselli* expositio oraculorum chaldaicor. et fol. 220. ἔκθεσις κεφαλαιώδης etc. siue *summaria et breuis expositio dogmatum chaldaicor.* v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 26. In cod. *Vindobon.* caesar. CXXXVII. 4. est *Mich. Pselli* vaticinium (Chaldaeor.) de Constantinopoli, sed *Kollar.* in Suppl. I. ad Lambecii commentar. p. 770. sibi persuadere non potest, tantarum ineptiarum Psellum esse posse auctorem. — Ex chaldaicis oraculis in cod. *Mosquensi* CCXXV. v. *Matthaei* in notitia codd. gr. MSS. bibl. Mosquensium etc. tom. I. p. 149. ed. Lips. in 8. — Hypotyposis summaria veterum dogmatum apud Chaldaeos *Florentiae* in cod. Laurent. XXIX. nr. 11. v. *Bandin.* cat. II. p. 473. sq. — In cod. *Escorial.* vtraque expositio; item expositio et breuis summa dogmatum apud Assyrios. v. *Plüer.* l. c. p. 182. et 183. — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MCLXXXII. (in quo vltra centum libri et particulae Pselli continentur, vid. cat. MSS. Paris. regior. II. p. 237. sqq.) nr. 94. explicatio chaldaicor. oraculorum et nr. 95. dogmatum eorumdem breuis explicatio in cod. MDCCCXXIII. nr. 3. et 4. et cod. MMCIX. nr. 1. et 2. vtrumque opus, tum *Pselli* in oracula chaldaica in cod. MMDCCCXXXII. nr. 5. *Harl.*

[XLI.] Eiusdem *Commentarios* u) *in octo libros Aristotelis de Physica auscultatione,* ex interpretatione *Ioannis Baptistae Camotii,* cardinali, Herculi Gonzagae consecratos, edidit Venetiis Federicus Turrisanus, latine 1554. in folio v). Eos MSStos graece exstitisse in Bibliotheca Didaci Hurtadi, caesarei ad Venetos Oratoris, refert Gesnerus in Michaele Psello, et Posseuinus in Apparatu w). In alios etiam Aristotelis libros scripsisse manifestum est ex iisdem, qui Viennae scribunt fuisse eiusdem *Epitomen Philosophiae Aristotelicae de Generatione, et Corruptione, et de Meteoris. Item Expositionem in Metaphysica Aristotelis. Latentque eiusdem,* scribit Andreas Schottus Praefat. in Cant. Cantic., *Pselli plurima in eiusdem Aristotelis Physicam, primamque Philosophiam, in Caesaris Augusti Viennae Bibliotheca. Fabr.* Vid. indic. ad Nesselii cat. codd. caes. voc. *Michael Psellus.* Vid. infra ad §. LXXII. Allat. — *Pselli* commentar. in Meteora Aristotelis, in cod. *Coislin.* CCCLXXXIV. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 588. *Psellus* in Meteora, in cod. XX. Wheleri. v. cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 357. nr. 9091. etc. *Harl.*

[XLII.] Eiusdem liber περὶ δυνάμεων τῆς ψυχῆς *de facultatibus Animae,* cuius illud est Principium: Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσιν ἄλογοι, sub Anonymi nomine et

cem editionis oraculorum Sibyllinorum luculentae cum notis Seruatii Gallaei, Amsterd. 1689. 4. [conf. *Freytag.* Adpar. litter. III. 95. sqq.

u) Videtur hos scripsisse in gratiam Michaelis Ducae, quem discipulorum optimum adpellat.

v) [v. *Renouard* in Annal. citat. I. pag. 274. *Harl.*]

w) [v. supra, in vol. III. p. 226. not. *dddd.* et p. 228. sq. sub finem. *Morhof.* Polyhist. philosoph. I. cap. XI. §. 8. p. 51. — In cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itin. per Hispan. p. 182. in bibl. *Coisl.* cod. CLIX. bis. v. *Montfauc.* Bibl. Coisl. p. 220. — in bibl. publ. *Paris.* cod. MCMXX. *Pselli* scholia in Aristot. libros IV. de naturali auscultatione; in cod. MCMXLVII. *Pselli* commentarii in eosd. libros. In cod. *Bauar.* CXLV. compendiosa expositio in libros Arist. de physico auditu. v. cat. codd. gr. Bau. p. 58. *Harl.*]

et titulo Δόξαι περὶ ψυχῆς, *De anima celebres opiniones*, quasi a libro longiore, et perfecto Ἐκλογαὶ, καὶ [?] Χρηστομαθεῖαι, editus est graece et latine, a *Ioanne Tarino*, Andegauo, versus, cum Origenis Philocalia; Zachariae Scholastici, episcopi Mitylenensis, de mundi opificio; et Anastasii Sinaitae, de hominis ad imaginem DEI, et similitudinem creatione Lutet. Paris. ap. Sebastianum Cramoisy 1624. 4. Illum vetusti Codices MSS. Psello vindicant, nec a Pselli orationis structura longe abest. Et, ni fallor, idem ipse est, quem Psello tribuunt, *de animo secundum variam philosophorum opinionem*, in Augustana Bibliotheca in Armario II. Index Augustanus: [v. *Reiser*. indic. MSS. Bibl. August. pag. 41. nr. 77.] et in Bibliotheca Imperatoris Viennae x). Nec alius forsan est, qui in Bibliotheca regis Gallorum, *Pselli de anima*, legitur. [conf. ad §. LXX.]

[XLIII.] Eiusdem Adnotationes in aliquot Gregorii Nazianzeni loca, cum Eliae, Cretensis episcopi, et aliorum, studio et opera Iacobi Billii latinae factae, saepius editae sunt, cum Gregorii Nazianzeni operibus. *Fabr.* [v. supra, vol. VIII. p. 431. et p. 394. sq. et *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabric. tom. I. p. 106. sqq. et p. 109. et infra §. LXIX. et LXXV. sub fin. In dictum Gregorii Naz. πῶς κυρίως καὶ οὐ κυρίως, in cod. Matrit. regio LI. fol. 119. quam dicti expositionem *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 174. ineditam esse putat. — *Pselli* in Gregor. Naz. et alia eiusmodi, in cod. Laurent. Medic. XL. nr. 14—19. quae recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 411. sq. — in cod. *Veneto* Marc. CCCCXXXVII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 213. *Harl.*]

[XLIV.] Eiusdem Oratio Panegyrica in Simeonem Metaphrastem, edita y) latine a Surio die 27. Nouembris. Exstat graece manuscripta in cod. Vaticano DLXVIII. quae incipit, τὸν μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν προελόμενοι, cum aliis eiusdem Pselli in eumdem, quae non multo infra adnotabimus. [v. infra ad sect. Allat. LXVIII.]

[XLV.] Eiusdem Carmina z) in Cantica Canticorum interpretatus est *Franciscus Zinus*,

x) [v. *Lambec.* et notam Kollar. vol. VII. comment. p. 316. sq. de cod. caesar. LXXXV. quem innuit Allatius. De alio cod. v. *Lambec.* IV. pag. 505. init. add. *Kollar.* ad Lambec. VII. p. 157. de cod. XXVI. — *Paris.* in Bibl. publ. in cod. MCMXXVI. nr. 1. *de anima.* — in cod. MMXCVIII. nr. 1. et *de anima syllogistica demonstratio*, in cod. MMDXLIV. nr. 5. *de anima Florent.* in cod. Laurent. Medic. X. nr. 6. plut. 87. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 390. — *Taurini* in bibl. publ. in cod. CCCXXXI. fol. 2. iterum 5. *de anima*, et fol. 15. *cur triplicem animam Platonici atque Aristotelici dixerint*: fol. 127. *de facultatibus animae*, cuius initium: τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μὲν εἰσι θρεπτικαὶ· etc. it. in cod. CCCLXVII. nr. 5. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 412. 413. 414. et 486. — In cod. *Escorial. de V. animae facultatibus.* v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 182. *Harl.*]

y) Graece et latine vulgauit *Allatius* libro de Simeonum scriptis p. 221-23. Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μεταφράστην Κύριον Συμεῶνα, et p. 236-244. [et recudi fecerat Fabric. in vol. VI. p. 511. sqq. edit. vet. ego vero in h. noua ed. omisi. v. vol. VIII. p. 29.] Officium in commemorationem eiusdem Simeonis a Psello compositum. Ἀκολουθία συντεθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ψελλοῦ. Hunc iuniorem Psellum auctorem esse Panegyrici in Simeonem Metaphrasten, probat *Bollandus* praef. ad T. 1. Sanctor. Ianuarii p. XVII. Nec diffitetur *Allatius* ipse hoc loco et diatriba de Simeonibus p. 68.

z) Ἑρμηνεία illa in Canticum Canticorum versibus scripta est politicis. Latina versio Schotti et Zini occurrit etiam in Bibl. Patrum Paris.

nus, Veronensis, excusa sunt cum Theodoreti, Maximi, Nili explicationibus Rom. 1563. fol. separatim Venetiis, apud Hieronymum Polum. 1573. in 4. et saepius cum Theodoreti Operibus. Tandem Antwerpiae cum Catena Patrum, et Thaumaturgo in Ecclesiasten, a Peltano apud Gasparem Bellerum 1615. in 8.[aa]) In hac editione primum caput latine convertit Andreas Schottus, a secundo Zini vtitur interpretatione. Opusculum inscribitur Nicephoro Botaniatae, Constantinopolitano imperatori, quem στεφηφόρον, id est, *coronam gestantem*, imperatorem scilicet adpellat, vt et alios [P] imperatores in aliis opusculis compellare consueuit, quidquid alii somnient. Ea primus e tenebris eruta graece publicauit Ioannes *Meursius*, cum Polychronii, Eusebii, et aliorum in eadem Cantica expositionibus, Lugd. Bat. 1617. 4[bb]). Martinus Delrius Isagoge in Cant. Cantic. cap. 5. refert, Psellum deficere in illa expositione, cuius est, vt ipse ait, nimis concisus abbreuiator: et oscitanter nimis decipitur, dum ait, Psellum citari a Theodoreto, ab antiquissimo recentissimum, et qui nonnisi post octingentos fere annos scripserat. Commentarius item in Cantica ex tribus Patribus, ab eodem Psello, si Index Bauaricus cod. XCIX. fraudi non est, saepius cum Theodoreto latine editus, collectus est. En verba Indicis: *item*, Commentarius *ex tribus patribus, Gregorio Nysseno, Nilo, et Maximo*, *collectore Psello. Fabr.* In cat. codd. gr. Bauar. p. 37. sic citatur: *Commentar.* in Cantica canticor. ex Theodoreto, item ex tribus patribus collectore *Psello.* Item in eod. cat. codd. gr. *Bauar.* Ingolstad. 1602. 4. in cod. XXXVIII. (sed sec. *Hardt.* cat. illorum in: Aretini Beyträgen a. 1804. part. 7. p. 28. in cod. CVIII. fin.) exstat *Pselli* expositio in canticum canticor. et secundum cat. eumdem in 4. pag. 14. in cod. XLIIX. et XLIX. Psellus et Polychronius in cantica canticorum; in cod. LI. Cantica canticor. cum *Pselli* commentariis. — *Pselli* expositio etc. in cod. *August.* Vindel. v. *Reiser.* indic. MSSt. Aug. p. 36. — *Vindobon.* in Bibl. caesar. cod. LVI. nr. 2. eadem; in cod. CLXIX. (de quo vide supra, in vol. IX. p. 660. X.) et in cod. CCXII. in quo ab initio leguntur prolegomena quaedam, quae non exstant in aliis codd. MSS. nec in edit. gr. Meursiana. v. *Lambec.* comment. vol. III. p. 212. sq. vol. IV. p. 397. et vol. V. p. 75. — In bibl. *Bernensi* est cod. tam plenior, quam emendatior illo, quo vsus est Meursius; id quod pluribus exemplis commonstrauit *Sinnerus* in catal. codd. MSSt. biblioth. Bernensis. Bernae. 1760. 8. p. 175-

1654. T. 13. et edit. Lugd. T. 18. Graece et latine exstat in auctario Ducaeano Paris. 1624. tomo 2. vna cum altero commentario in idem canticum e Gregorio Nysseno, S. Nilo et Maximo, per eumdem, vt volunt, Psellum collecto.

aa) [1614. in cat. bibl. Lugd. Bat. p. 34. add. p. 66. de tribus aliis editt. et in Historia bibl. Fabric. tom. VI. p. 150. sqq. vbi Io. Fabr. multus est de illa catena, de Psello eiusque paraphrasi. *Harl.*]

bb) [Rec. cum interpretationibus Andr. Schotti et Franc. Zini, in *Io. Meursii* Operibus. Florent. 1746. tom. VIII. p. 289. — Commentariolus (suis genuinus est,) lat. in Biblioth. PP. Colon. a. 1618. tom. XI. nr. 559. sq. ἑρμηνεία ipsa vna cum expositione Cantici Canticorum per paraphrasin collecta ex S. Gregorii, Nyssae pontificis, et S. Nili et S. Maximi commentariis, graece et latine *Franc. Zino* interprete: in Magna bibliotheca vett. patr. Paris. 1654. tom. XIII. pag. 681. teste *Hambergero* in: Zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 15. qui animaduertit, textum graecum esse ex cod. Vatic. sumtum, et saepe facere discessionem ab edit. Meurs. huius vero emendationes frequenter confirmari codicis Vatic. auctoritate. Conf. *Schroeckh.* christl. Kirchengesch. tom. XXVIII. p. 318. sq. *Harl.*]

175—178. — *Paris.* in Bibl. publ. in cod. MMLXXXVII. nr. 17. et versus in canticum canticor. ib. in cod. MMDCCCLXXV. nr. 4. *Harl.*]

[XLVI.] Eiusdem ad Michaelem[cc]), imperatorem, capita quaedam theologica, *de Trinitate et persona Christi*, graece et latine, cum notis Ioannis Wegelini. Augustae Vindel. apud Georgium Willer, et Sebastianum Mylium 1608. in 8. *Fabr.* Ab *Hambergero* in: Zuv. Nachr. tom. IV. p. 15. et antea a *Reisero* in Indice MSSt. August. Vindel. p. 144. adhuc memorantur editt. *Pselli* capita XI. de S. Trinitate et persona Christi, gr. et lat. cum notis *Io. Wegelini*, cum S. *Cyrilli* et *Io. Damasceni* argumentis contra Nestorianos, et aliis. Aug. Vindel. 1611. 8. — πρὸς Μιχαὴλ τὸν Κομνήνον Κεφάλαια θεολογικὰ ἕνδεκα, gr. in *Dositheï*, patriarch. Hierosolym. τόμῳ ἀγάπης. Ἐν γιασίῳ 1698. fol. pag. 490. — Exstat *Vindobon.* in cod. caesar. LXXVII. nr. 75. fragmentum *Pselli* de S. Trinitate et differentia inter ὑπόστασιν et ἐνυπόστατον. v. *Lambec.* comment. III. p. 412. sqq. et in cod. CLXV. nr. 1. fragmenta de S. Trinitate et de anima v. *Lambec.* l. c. IV. pag. 387. Fragmentum *Paris.* in cod. Bibl. publ. MDCCLXXII. nr. 7. conf. infra, ad §. Allat. LV. *Harl.*

[XLVII.] Eiusdem libellum *de Lapidum virtutibus* Philippus Iacobus Maussacus[dd]) primus vulgauit, latine vertit, et emendauit; editus est Tolosae graece et latine anno 1615. 8.[ee]) Verum libellum hunc ante Maussacum latine et italice redditum ab *Adriano Spigelio*, philosopho et medico, et gymnasii Patauini anatomico, apud Liberalem Cremam, Philosophum, ac Medicum Taruisinum praestantissimum conseruari ad hunc diem, epistola sua mihi Iacobus Philippus Thomasinus significauit. Libelli item meminit Casaubonus in Aelii Spartiani Antoninum Caracallam Notis. Et *Iustus Rycquius*[ff]) in Epist. Centuria noua,

cc) In catalogo bibl. Barberinae T. 2. p. 283. perperam, ad M. Comnenum. Haec capita theologica integriora lector ad calcem libelli Allatiani reperiet.

dd) Plutarcho de fluminibus Pselli libellum subiecit Mausfacus, testatus, illum se edere ex apographo Iacobi Sirmondi, Epist. dedicatoria ad Gaulminum. [conf. catal. Bibl. Lugdun. Batau. p. 200.]

ee) [Tum: de lapidum virtutibus, gr. ac lat. cum notis *Phil. Iac. Maussaci* et *Io. Steph. Bernard.* Acc. fragmentum de colore sanguinis ex doctrina medica Persarum, nunc primum ex codice MS. bibl. Lugd. Bat. editum. Lugd. Bat. ap. Ph. Bonik. 1745. 8. Bernard. ex coniectura studuit textum corrigere. v. eph. litter. Lips. a. 1745. p. 884. *Kollar.* ad Lambec. VII. p. 470. sq. not. B. citat. ed. illam a. 1748. De ed. Tolosae 1618. vid. supra, vol. V. p. 226. *Harl.*]

ff) Iustus Rycquius Epistola ad M. Velserum, data Romae 1610. *Mihi, bibliothecam nuper Saregicam excutienti opuscula quaedam graeca calamo exarata in manus venerunt* Maximi Planudae et clarorum aliquot virorum epistolae centum, *Psellus de gemmarum virtutibus*, Incerti cuiusdam, (*Empedocli vulgo tribuuntur*,) versus iambici de fixarum stellarum sphaera, a Demetrio Triclinio emendati. Parecbolae quaedam eorum quae in excusis Athenaei codicibus desiderantur, Incerti in librum Aristotelis de coloribus commentarius, Caniclei liber contra Plotinum, eius forte, cuius scriptum de immortalitate animae ἀνέκδοτον Cardanus lib. de rerum varietate laudat, Sallustii Philosophi in Heracliti problemata Homerica summarium, Excerpta ex Gemisti Plethonis Monodia, de immortalitate animae, Eiusdem defensio Aristotelis contra Scholarium, Michaelis Apostolii pro Plethone liber, super substantia Aristotelica, contra Gazam, Demetrii Triclinii de metris poeticis libelli. *Dispice quaeso, an aliquid sit cedro et pumice dignum.* Haec ille.

va, epiſt. 29. in Saregica (Lud. Saregi) Bibliotheca inter alia opuſcula manuſcripta illum ſe vidiſſe refert. *Fabr.* Exſtat in cod. Bauar. CV. fol. 116. v. *Hardt* in: Aretini Beyträg. 1804. part. VII. p. 15. — *Vindobonae* in cod. caeſar. CXXV. nr. 4. v. *Lambecii* comment. VII. p. 480. — *Taurini* in cod. quondam regio CCLXI. fol. 79. v. cat. codd. gr. Taur. p. 375. — *Florent.* in Bibl. Laurent. Medic. in cod. XI. nr. 4. v. *Bandin.* cat. etc. II. pag. 21. vbi quidem non indicatur auctor; ſed in indice III. p. 596. libellus dicitur coniunctus eſſe cum Pſelli libello inedito, ibidem memorato, de Omoplatoſcopia. — Sed Bandin. quoque in eod. vol. p. 663. de cod. V. nr. 20. plut. 70. vbi etiam id Pſelli opuſcul. exſtat, ſuam teſtatus eſt omiſſionem. — *Mediolani* in Bibl. Ambroſiana, bis. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. *A.* — *Matriti* in Bibl. reg. in cod. CX. fol. 149. v. *Iriart.* catal. codd. Matrit. pag. 436. *Harl.*

[XLVIII.] Eiusdem *Synopſis Legum* verſibus iambicis, et Politicis edita eſt graece, latina interpretatione et notis illuſtrata, opera et ſtudio *Franciſci Bosqueti,* Narbonenſis, ex Bibliotheca archiepiſcopi Toloſani, Pariſiis apud Ioannem Camuſat. 1632. 8. in nonnullis [P] codicibus inſcripta [gg]) imperatori, Michaeli Ducae. Alius codex Vaticanus, vt notat idem Bosquetus, habet, Alexium, τȣ̃ σοφωτάτȣ Ψελλȣ̃ εἰς τȣ̀ς νόμȣς πρὸς τὸν βασιλέα Κύριον Ἀλέξιον. Et vetus Sirmondi, Nicephorum, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πολιτικῶν ϛίχων τȣ̃ νόμȣ ἐκτεθέντων παρὰ τȣ̃ Κυρίȣ Μιχαὴλ τȣ̃ Ψελλȣ̃, πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Κύριον Νικηφόρον, μὴ βȣλόμενον προσέχειν τοῖς νόμȣ μαθήμασι διὰ τὸ κεχηνὸς τȣ́τȣ πέλαγος. Titulus, vel Porphyrogennetae cognomine, Nicephoro Botaniatae adnexo, ſuſpectus eſt. Non dubito tamen, libellum, rerum ſummam gerentibus adeo neceſſarium, pro opportunitate diuerſis imperatoribus inſcripſiſſe, vt praecipuas Iuris regulas, ex ipſis Iuris totius fontibus compendio pertractatas, et carmine quaſi lenocinio emollitas, absque longioris lectionis taedio, ſi liberet, percurrerent; vt de eiusdem Chryſopoeia ſupra diximus. Ex his nonnulla ſub Scholiorum nomine vulgata olim fuere a Leunclauio Iuris Graeco-Romani tom. 2. in Synopſi Legum Michaelis Attaliotae, tit. praeſertim 16. 25. 28. 32. 37. 40. 42. 48. 83. qui quum non animaduertiſſet numerum carminum, tamquam ſolutam orationem excudit indiſtincte. *Fabr.* Exſtat etiam *Taurini* in Bibl. regia cod. CCCIV. fol. 176. v. cat. codd. Taur. gr. p. 393. *Paris.* in Bibl. publ. cod. CDLXXVIII nr. 4. cod. MCLXXXII. nr. 105. et MMDCCXLIX. nr. 1. ib. in cod. MCLXXXII. ſunt nr. 105. *Pſelli* introductio ad legum ſcientiam; nr. 106. de actionum diuiſione; nr. 107. de condictitiis generatim omnibus, et de actionum diuiſione; nr. 108. de nouis conſtitutionibus, vt et de verborum latinorum ad ius pertinentium ſignificatione; nr. 109. de digeſtorum diuiſione; nr. 110. compendiaria diuiſio nouellarum Iuſtiniani. nr. 20. de iis, quae continentur in nomocanone. *Romae* in Bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. pag. 9. *C.* Ibid. in cod. quondam Palatino CCC-

XVI.

gg) Ita etiam in Codice Vindobonenſi, cuius meminere *Lambecius* [vol. VI. pag. 101. de cod. XIII. nr. 1. vbi v. Lamb. Fragm. ibid. in cod. LI. nr. 21. v. Lambecius VIII. p. 994. ſq.] et Neſſelius part. 2. p. 28. et in alio codice, e quo ante Bosqueti editionem verſus nonnullos produxit Allatius ad Euſtathii Hexaemeron pag. 280. *Fabr.* Ita quoque in cod. *Naniano* CCCV. nr. 5. v. cat. codd. gr. Nan. p. 514. et aliis.]

XVI. — *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. VI. nr. 29. plut. 80. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. p. 184. qui Allatii locum noſtrum ad verbum exſcripſit. Pſelli ſynopſeos opuſculum, licet aliquam vtilitatem ad iuris graeci cognitionem adferat, tamen multis erroribus eſſe refertum, iudicat *Bachius* in hiſtoria iurisprud. rom. lib. IV. cap. 2. ſect. II. §. 8. pag. 651. ed. Stockmanni, cuius notas conferes. Add. *Anton. Auguſtinum* in libro IV. Emendatt. cap. 3. in *Ottonis* Theſauro iur. tom. IV. pag. 1531. — *Zepernik* quidem ad Casp. Achat. Beck. de Nouellis Leonis Auguſti etc. p. 50. ipſum opus mendis vacuum non eſſe concedit; addit tamen, errores vel Pſello cum reliquis Graecis communes eſſe, vel e maculatis codd. venire, vel metri et carminis incommodo eſſe tribuendos. — Poſt Bosquetum de noua Pſelli editione adornanda cogitauit *Cornel. a Sieben*, eamque in rem obſeruatt. criticas, inſertas Obſeruatt. miſcell. in auctor. vett. et recentior. vol. VI. p. 199. ſqq. ſpeciminis loco emiſit; at fatis interceptus fidem datam praeſtare non potuit. *Abrah.* quoque *Wielingius*, teſte Reitzio in praefat. ad Theophil. pag. XI. conſilium ceperat Pſelli edendi; at exitu felici caruit. Tandem *Gerard. Meermann* Bosqueti edit. adiectis Siebenii obſeruatt. et cum interpretatione latina, ab Archibaldo Maclaine ſuppleta atque emendata, recudi fecit in Theſauro iuris ciuil. et canonici, tom. I. Hagae Comitum 1751. fol. pag. 40. ſqq. et Meerman in praef. vbi p. VI. ſq. quaedam de Pſello adnotauit, ex codd. citatis ſi variae lectiones ad manus fuiſſent, plures locos in Pſello, animaduertit, qui corrupte iam leguntur, reſtitui potuiſſe. Ex illo Theſauro *Mich. Pſelli* ſynopſin legum cum latina interpretat. et notis Franc. Boſqueti et ſelectioribus obſeruatt. Corn. Siebenii recudendam curauit, et meliores lectt. ex editt. Siebeniique notis hinc inde reſcripſit, aut ipſe interdum excogitauit *Ludou. Teucherus* Lips. 1789. 8. repetit. in Auctoribus gr. minoribus, cura *Chr. Theoph. Kuinoel*, tom. II. p. 1. ſqq. Lips. 1796. 8. Add. *Ios. Mariae Suareſii* Notitiam Baſilicor. (quam Fabric. quoque vol. XII. p. 467. ſqq. inſeruerat,) recenſuit et variis Obſeruatt. auxit *D. Chriſt. Fried. Pohlius*, ciuitatis Lipſiens. ſenator et ſyndicus. Lips. 1804. 8. §. VII. p. 23. ſqq. *Harl.*

[XLIX.] Eiusdem ad eumdem [hh]) Michaelem Ducam carmina politica, *de Dogmate* graece

hh) In MS. caeſareo, ad Conſtantinum Monomachum. Vide *Lambec.* VI. p. 163. *Fabr.* In ed. Kollar. p. 368. de cod. XLVIII. in quo ſunt *Mich. Pſelli* poemata tria verſibus politicis *de dogmatibus fidei chriſtianae; de Nomocanone Photii*, patriarchae CPolitani, et *de ſeptem conciliis oecumenicis*. Eadem tria carmina ſunt ib. in cod. CCCXXXV. v. *Lambec.* vol. 490. ſq. — De ſeptem ſynodis in cod. Sfortiano. v. *Montf.* Bibl. bibl. MSS. p. 696. *D.* — de dogmatibus, *Mediolani* in Bibl. Ambros. teſte *Montfauc.* l. c. pag. 502. *A.* — *Paris.* in cod. MDCCLXXXII. Bibl. publ. verſus politici. nr. 4. *de conciliis generalibus* nr. 5. *de fide* et nr. 6. *de theologia.* — *Florent.* in cod. XXVIII. nr. 1 — 3. plut. LIX. 1) *expoſitio fidei tradita ad eorum, qui ipſum damnabant, redargutionem;* dicata quoque imperatori *Conſtantino* Monomacho a *Conſtantino*, vti in inſcriptione dicitur, *Pſello;* ſed hunc haud diuerſum eſſe a Mich. Pſello, iam monuimus, atque particulae, quae in hoc cod. ſequuntur, et ab Allatio tribuuntur quoque *Michaeli Pſello*, ſunt imp. *Mich. Ducae* conſecratae, nempe 2) carmen ad imp. Mich. Ducam verſibus XCVI. de dogmate; 3) eiusd. ad eumdem de ſeptem ſynodis, verſibus politic. LXXXIX. (adeoque pluribus, quam Fabric. in not. * numerauit.) v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 547. ſq. Totidem quoque verſibus id carmen conſtat in cod. LI. fol. 127. bibl. Matrit. reg. In cod. cod. qui multa

graece idem Bosquetus cum Synopsi legum edi curauit [ii]), a Iacobo Sirmondo accepta, vnde legitur, *de septem sacris Synodis Oecumenicis* Tractatus [kk]), editus latine tom. 3. Concl. parte prima p. 400. Coloniae Agrippinae 1606. industria *Seuerini Binii;* et graece sub Ioannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi, et Nicephori Callisti versibus, Basileae apud Ioannem Bebelium 1536. [ ] in 8. Quem Ioanni [ll]) etiam tribuit Ioannes Tilius, Engolismensis, in Apostolorum, et Sanctorum Conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius: et Bellarminus tradit, Psellum in eodem allucinatum, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quae fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quae fuit tertia, tom. I. Controuers. 4. de Conciliis cap. 5.

[L.] Eiusdem *de Nomocanone* Carmina graece edidit cum superioribus Bosquetus, quae quum laxiora sint, alterius esse multum dubitaui: nec fefellit me animus; nam in alio Manuscripto codice Constantino Psello [qui tamen haud diuersus est a Mich. Psello,] tribuuntur. Κωνςαντίνȣ προέδρȣ καὶ ὑπάτȣ τῶν φιλοσόφων τȣ͂ Ψελλȣ͂ εἰς τὴν Νομοκανόνȣ ὑπόθεσιν. In bibliotheca etiam Antonii Augustini codd. CLIV. et CLXXV. eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cuiusnam opus sit, non videtur tanti, vt in eius auctore inquirendo diutius immoremur. *Fabr.* v. ad sect. antecedentem: infra, vol. IX. p. 559. edit. vet. de Photio, et vol. XI. p. 49. sq. *Paris.* in bibl. publ. in cod. MCCCLXXI. exstant nr. 6. *Mich. Pselli synopsis nomocanonis,* versibus politicis, et nr. 7. eiusdem *versus de symbolo orthodoxae fidei. Harl.*

[LI.] Sub eiusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de cibariorum facultate, vtilitate, et noxa, ex medicis libris collectum,* ad Constantinum Monomachum per literarum ordinem, cuius illud est principium, πολλῶν καὶ λογίων ὦ μέγιςε. Illud Simeoni Setho [mm]), magistro

continet Pselli opuscula, reperitur fol. 124. Pselli carm. ad imper. Mich. Ducam, de dogmate, vers. XCVII. constans. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 174. sq. — *Taurini* in Bibl. regia cod. CCCXXXI. fol. 26 carmina 1) *de definitione fidei;* 2) *de synodis.* v. cat. codd. gr. Taur. p. 415. — *De definitione fidei* in cod. Veneto Marc. CDXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 263. de nomocanone versus politici, et de VII. synodis oecumenicis, *Paris.* in cod. MMDCCCLXXV. nr. 2. et 3. B. publ. — *De septem oecumenicis conciliis,* ibid. in Bibl. publ. cod. MCCLXXVII. nr. 5. et MMDCLXI. nr. 15. it. inter codd. latin. in tom. III. cat. pag. 282. cod. MMCDXLVIII. nr. 4. et in cod. *Bauar.* LXVI. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 21. Add. infra, vol. XI. p. 184. ed. vet. *Harl.*]

ii) [Rec. in Meermann. Thesaur. l. c. p. 75. sq. sed sine versione, et pariter pag. 77. sequuntur versus Pselli *de Nomocanone. Harl.*]

kk) Totus absoluitur versibus politicis 71.

ll) In MS. caesareo [XLVIII. citat. nr. 2.] Michaelis Pselli esse perhibetur: Τȣ͂ Ψελλȣ͂ Κυρίȣ Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκȣμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν Μονομάχον.

mm) Simeoni huic vindicat, et ex duobus MSS. Iac. Mentelii integriorem huius libri editionem cum versione et notis dedit *Martinus Bogdanus,* Paris. 1658. 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum vna cum Simeonis libro ad MSS. codices recensito, edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide eius Epistolam IX.

magiſtro Antiocheno tributum, et a Gyraldo latine redditum graece et latine Iſingrinius Baſileae excudit in 8. 1538. Quum vero non tantum ſententiae, ſed verba etiam ipſa in vtroque reperiantur, exiſtimo, Collectaneis Pſelli nonnulla Simeonem a ſe, inter legendum animaduerſa, addidiſſe, vel quempiam tertium ab vtroque confeciſſe, quod ex indice manuſcripto[nn]) colligi poterit: Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τȣ̃ Ψελλȣ̃, καὶ Συμεὼν τȣ̃ Μαγίςρȣ. *Syntagma de alimentorum viribus Pſelli, et Simeonis Magiſtri.* Neque enim adduci poſſum, vt credam, Pſellum [P] ſua a Setho, eruditiorem, eloquentioremque a minus erudito, et eloquente mutuatum. Aliorum ſiquidem laboribus meliores, non deteriores euadere conamur. Et Pſellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidiſſima ſua deturpaſſet. Viderat id quoque Gyraldus, Epiſtolaque nuncupatoria omnibus ſignificauit. *De eadem,* ſcribit, *ferme re, et facultate ad Conſtantinum, huius, vt puto, Michaelis Ducae parentem, Michael Pſellus libellum ante ſcripſerat, cuius eſt exemplum apud Meletium, graecum totius medicinae ſcriptorem, non eodem modo argumento, ſed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis deprauatum, et mancum, cum latine quoque modo vertiſſem; adiutus in primis ipſius Pſelli libello, tum eiusdem altero a Georgio Valla in latinum peſſime conuerſo, tibi in omni medicae facultatis.* etc. Recte omnia, ſi illud excipias, Conſtantinum Monachum parentem Michaelis Ducae fuiſſe, quippe qui diuerſus omnino ſit a Conſtantino Duca, Michaelis parente. *Fabr.* Conf. infra, vol. XII. p. 781. *Oudin.* l. c. p. 660. ſq. *Florentiae* in bibl. Laurent. Med. XXXIX. nr. 48. plut. 57. *Pſelli* medicinalium quaeſtionum reſponſiones: incip. τὸ τȣ̃ σπλῆνος σῶμα etc. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 416. — *Vindob.* in Bibl. caeſar. cod. XLVIII. nr. 2. *Michaëlis Pſelli et Symeonis Sethi* ſyntagmata de alimentorum facultatibus ad imperat. Michaëlem Ducam, ordine alphabetico. v. *Lambec.* comment. vol. VI. pag. 365. qui adnotat, hoc exemplar mstum non mediocriter discrepare a *Lilii Gregor. Gyraldi* ed. Baſil. a. 1538. 8. et ad eam emendandam ac ſupplendam poſſe plurimum prodeſſe. — *Lambec.* in eodem volumine p. 251. recenſet cod. XX. in quo nr. 4. legitur *Symeonis Sethi* liber de alimentorum facultatibus ordine alphabetico, editus a Gyraldo, et emendatus, cum noua verſione, atque difficilium locorum explicatione; vtramque vero edit. conferendam eſſe cum illo cod. caeſareo *Lambec.* pronuntiat: add. ibid. *Kollarii* notam. Praeterea adnotat *Lambec.* idem opus exſtare in cod. caeſareo olim LXXII. inter codd. msstos philoſophicos et philologicos graecos. Idem *Sethi* opus plenius, quam in editis, exſtat in cod. *Paris.* Bibl. publ. MMCCXXIV. nr. 13. et MMCCXXIX. 1. MMCCXXX. nr. 1. et cod. ſeq. *Auguſtae Vindel.* v. *Reiſeri* indicem MSSt. p. 65. *Paris.* in Bibl. publ. ſecundum catal. codd. reg. tom. II. ſunt in cod. MDCXXX. nr. 8. Pſellus de medicina verſibus iambicis: in cod. MMCLI. nr. 7. Pſelli ſynopſis de eduliis, et nr. 8. eiusdem argumenti e variis medicorum ſcriptis excerpta: in cod. MMCLIV. nr. 2. et cod. MMCCCXVI. nr. 13. *Pſelli* de cibariorum facultate — — opus e veterum medicorum ſcriptis collectum: in cod. MMCLV. nr. 8. Pſelli quaeſtiones et reſponſa de rebus ad medicinam pertinentibus: in cod.

nn) Sic etiam Codex caeſareus, de quo *Lambecius* VI. p. 161. [p. 365. ed. Kollar.] Idem memorat Pſelli περὶ διαίτης ad imp., Conſtantinum Monomachum. Incipit: καὶ τȣ̃το τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυȣ̃ς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος. ἐπίταγμα, Κωνςαντῖνε θαῤῥατε καὶ μέγιςε Αὐτοκράτορ κ. τ. λ. [v. ſupra ad ſect. XXXIV. Allat.]

MMCLXXXI. nr. 2. *Pselli* synopsis de alimentorum virtute, et nr. 3. eiusdem argumenti excerpta e variis medicorum scriptis, et cod. MMDX. nr. 26. Psell. de alimentis. Conf. *Io. Freind* opera medica, ed. II. Paris. 1735. 4. p. 207. sqq. *Halleri* Biblioth. medicinae practicae tom. I. Bernae 1776. 4. p. 317. sq. *Kurt Sprengel* Versuch einer pragmat. Geschichte der Arzneikunde, part. II. Halae, 1793. 8. p. 240. *Harl.*

IV. Solet a multis u) longo iam tempore Palladio huic tribui *dialogus de vita S. Chryſoſtomi,* qui cum Theodoro, diacono romano, habitus Romae fingitur circa a. C. 408. non diu poſt Chryſoſtomi mortem, Διάλογος ἱστορικὸς περὶ βίου καὶ πολιτείας τοῦ Ἰωάννου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. Sed adſentior viris doctis v), qui alium eſſe auctorem et epiſcopum cum Theodoro colloquentem a Palladio ſtatuunt. Nam de Palladio Helenopolitano epiſcopo tamquam diuerſo ſermo eſt p. 26. παραδραμόντος δὲ μηνὸς ἡμερῶν ἐπέστη Παλλάδιος ὁ Ἐπίσκοπος Ἑλενουπόλεως δίχα γραμμάτων ὡς ἔλεγεν καὶ αὐτὸς πεφευγέναι τὴν τῶν ἀρχόντων μανίαν. Et p. 192. ἐν τίσιν οἱ Ἐπίσκοποι οἱ μετὰ τῶν ἡμετέρων ἀποσταλέντες Εὐλύσιος καὶ Παλλάδιος etc. Quin imo illo tempore in vicinia Blemmyum Aethiopum in oppido Syene cuſtodiebatur: Παλλάδιον δὲ Βλεμμύων ἢ Αἰθιόπων ἐκ γειτόνων φρουρεῖσθαι· Συήνη καλούμενον τὸ χωρίον. p. 194. et p. 198. Παλλαδίου δὲ καὶ τὴν παῖδα ἀφείλαντο βιασάμενοι αὐτὸν καὶ γραμματεῖον ἐκθέσθαι. Omitto, quod epiſcopus ille iam ſenio et canis venerandus in dialogo inducitur p. 36. et 38. et qui tunc demum Romam viderit p. 7. quum Palladius Helenopolitanus iam diu ante profectus Romam fuerit reſtituendi Chryſoſtomi cauſſa circa a. 405., et anno 408. nondum eſſet quadragenarius. Nonnulla etiam aliter narrari ab hiſtoriae Lauſiacae ſcriptore, aliter in hoc dialogo, notauit *Valeſius* ad Sozomeni VIII. 12. p. 164. [De hac vita, et num haec exiſtat in cod. *Vindobon.* caeſar. XXVI. pluribus egit *Lambec.* in comment. vol. VIII. p. 631. ſqq. et p. 636. ſq. de cod. XXVII. in quo

u) Ita Theodorus Trimithuntis in Cypro epiſcopus, in Homilia de vita et exſilio Chryſoſtomi, nec non codices MSS. Dialogi, et Ambroſius Camaldulenſis, interpres. Atque auctorem vocatum Palladium, Georgius quoque Alexandrinus in eiusdem Chryſoſtomi vita, Photio cod. XCVI. lecta teſtatur. [conf. ſupra, in vol. VIII. pag. 450.]

v) Auctorem dialogi a Palladio Lauſiacae ſcriptore recte diſtinguunt *Baronius* ad a. 388. nr. 110. *Emericus Bigotius,* in praefat. ad Dialogum, et *Tillemontius* tom. XI. memor. pag. 643. ſeq. qui ſtilum quoque diuerſum cauſſatur, et licet vtrumque ſcriptum non adeo puro graeciſmo ſe commendet, tamen Lauſiacam longe ſimpliciore et natiuo ſermone exaratam, dialogum adfectato magis et male diſerto. *Le dialogue eſt plus affecté et d'un homme qui avoit quelque teinture d'une mechante rhetorique.* His accedit *Ludovicus Dulcinus* S. I. in Hiſtoria Origeniſmi gallice vulgata Pariſ. 1700. libro quarto. Etiam Palladium biographum a Palladio Helenopoleos epiſcopo diſtinguit *Nicolaus Comnenus* Papadopoli Cretenſis in praenotionibus myſtagogicis ex iure canonico editis Patauii 1697. fol. [conf. tamen diſp. *Martini* ad §. 1. not. *f.* citatam pag. 17. et Caueum, qui malit illum dialog. adſcribere Palladio, in hiſt. litter. ſcriptorr. eccles. I. p. 377.]

quo vitae Chryſoſtomi praefixus eſt index vetuſtiorum de vita Chryſoſtomi auctorum, inter quos laudatur *Palladius*, epiſc. Helenopoleos. — In Anaſtaſii quaeſtion. et reſpons. etc. deſumta ſunt loca ex Palladio ex vita Chryſoſtomi, in cod. *Coislin.* CXV. et in cod. CCCV. fol. 267. teſte *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 188. et 421. — Vita Chryſoſtomi *Paris.* in bibl. publ. cod. MMMLXXXI. nr. 1. adiectae ſunt ad marginem non paucae emendatt. v. cat. codd. Paris. II. p. 605. *Harl.*]

[P] *V. Editiones dialogi de vita S. Chryſoſtomi.*

Latinae ex *Ambroſii* Camaldulenſis verſione, Eugenio IV. dicata, et diu poſt a Nicolao Erythraeo edita Venet. 1532. 8.[w]) et tom. II. Vitarum Aloyſii Lipomanni ibid. 1553. 4. et in latinis Chryſoſtomi operum editionibus.

Graeco-latina ex Mediceo, (eodem quo Ambroſius vſus fuit) codice ſexcentorum annorum[x]), cum noua verſione doctiſſimi *Emerici Bigotii*, nec non Homilia S. Chryſoſtomi in laudem Diodori Tarſenſis, ac praeterea actis Tarachi, Probi et Andronici, paſſione Bonifacii Romani, Euagrio de octo cogitationibus et Nilo de octo vitiis. Paris. 1680. 4.[y]) *Caſimirus Oudinus*, in ſupplemento de ſcriptoribus eccles. p. 67. *Omiſit praefationem huic operi a Palladio praefixam Emericus Bigot ob rationes, quas critici idoneas non cenſent, ideoque malae fidei apud multos accuſatur, quod ingenuo homine literatoque eſt indignum.* Temere hoc ab Oudino in virum praeſtantiſſimum dicitur, quum praefatio, quam Ambroſius Camaldulenſis dialogo Palladii praefixit, latine in Bigotii editione legatur; graeca vero negat ille ſe in codice MS. reperiſſe. *Verum quisquis,* inquit, *rem accurate perpenderit, facile mecum exiſtimabit, Ambroſium iſta de ſuo addidiſſe, vt ad Dialogum, qui nimis abrupto exordio procedebat, viam aperiret; idemque praeſtitiſſe in ſerie dialogi, ſicubi nimis hiulca videbatur oratio.* En tibi totam praefationem ex Bigotiana, ne quid dubites, editione: *Cum veniſſet aliquando Romam Palladius Helenopolitanae eccleſiae venerandus Antiſtes, Ioannis ſanctiſſimi viri, Conſtantinopolitani epiſcopi, iam vita functi, diſcipulus, ſuſceptusque fuiſſet cum honorifice a Pontifice Romanae ſedis Zoſimo beatiſſimo, tum a Clero vniuerſo deuotiſſime, inter ceteros, quibus familiarius vſus eſt, Theodorus fuit eccleſiae Romanae diaconus. Is enim ſancti viri do-*

w) [Ex cat. bibl. Thott. I. p. 504. haec edit. in *Panzeri* A. T. VIII. pag. 525. nr. 1619. ita citatur: *Palladii* dialogus de vita Chryſoſtomi, lat. per *Ambroſium Camald.* Venetiis per Bernard. Vitalium. 1532. 8. In cat. autem bibl. Barberinae II. p. 156. notatur a. 1533. — Exſtat Florent. in cod. bibl. b. Mariae, teſte *Montfauc.* in Diario ital. p. 372. — in Bibl. *Malateſtianae* Caeſenatis, de quo cod. v. *Ios. Mar. Mucciolum* in catal. illius bibl. tom. I. Caeſenae 1780. fol. pag. 50. — *Venet.* in Bibl. Marc. cod. LXXVI. fin. v. cat. codd. latin. Marc. p. 56. *Harl.*]

x) v. *Bandin.* in cat. codd. Laur. I. p. 411. ſq. vbi etiam nominat codd. Florent. lat. verſionis Ambros. et de ipſa illius verſione, et de Bigotii labore indicia quorumdam VV. DD. ſubiicit. *H.*

y) et mutato tantum primo fol. ſiue titulo libri, cum nota, Pariſ. apud Rollin fil. 1738. 4. *H.*]

ctrina casta et vitae sanctitate delectatus, frequens illi aderat, immo quoad licebat, nunquam a latere ipsius discedebat. Quadam autem die dum essent ambo simul, otiumque a curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione spirituali, hoc sermoni initium dedit episcopus. Auctor praefationis huius male Zosimum adpellat, qui ab anno demum 417. Episcopatum romanum tenuit; at dialogus ille multis annis prius habitus refertur, Theophilo adhuc superstite: Innocentius itaque pro Zosimo nominandus erat. Deinde quam de Palladio Helenopolitano res sit minime explorata, ex iis, quae paullo ante dicta sunt, adparet. Hinc auctorem praefationis minime esse Palladium, [†] sed recentiorem Graeculum aliquem, notauit *Vsserius* Antiquitatt. eccles. Britanic. cap. 16. p. 806. At Bigotius haud absurde suspicatus est, ab ipso interprete Ambrosio versioni suae fuisse praemissam.

VI. In codicibus pluribus MSSt. Palladio etiam tribuitur et in Colbertino Historiae Lausiacae subiicitur liber *de gentibus Indiae et Bragmanibus*, περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραγμάνων, quem sine nomine auctoris primum graece ex MS. Io. Sambuci, mendose exarato, edidit, et latinam versionem adiunxit illi vir summus *Ioachimus Camerarius*, in libro Gnomologico sine temporis nota edito Lipsiae, 8. gr. p. 110-149. lat. p. 253-294. notae p. 302. sqq. Hinc centum circiter annis interiectis *Eduardus Bissaeus*, eques auratus et titulo Clarencii Rex Armorum, eumdem, velut ante ineditum Palladii nomine praefixo ex bibliotheca regis Angliae vulgauit cum noua versione, et S. Ambrosii atque Anonymi veteris latini scriptis eiusdem argumenti Lond. 1668. 4 z). Ceterum Camerarii versionem Bissaeanae et

z) [Rara haec editio in Bibl. Salthen. pag. 184. et in *Stollii*, Nachricht. etc. siue historia libror. in Bibl. Stoll. IV. p. 328. (vbi de ipso libro paucis agitur,) signatur, an recte, dubito, nota anni 1665. Haec est prior ed. nam iterum prodiit 1668. 4. conf. *Brüggemann* A View of the English Editions — of the ancient Greek and Lat. authors etc. p. 433. vbi etiam plenior reperitur inscriptio. *Ambrosii* librum tamquam illo plane indignum omiserunt Benedictini in ed. Ambros. 1690. conf. *Martini* disp. cit. p. 20. sq. et *Heumann* in actis philosoph. tom. II. p. 186. sq. *Cau.* hist. litter. cit. I. p. 377. *Hamberg.* l. c. pag. 116. sq. qui cum *Oudin.* l. c. I. p. 911. et aliis illum librum nostro abiudicat Palladio, et *Bayer* in ep. ad la Croze in Thesauro epistol. Lacroziano, I. p. 25. Exstat sub *Palladii* nomine in cod. *Coislin.* LXXXIII. fol. 326. in quo inscriptus est liber: ἑτέρα διήγησις Παλλαδίου εἰς τὸν βίον τῶν Βραχμάνων ὅστις λέγεται παράδεισος. v. *Montfauc.* in Bibl. Coislin. p. 159. qui notat, hunc cod. insigniter variare ab eo, quo vsus est Ed. Bissaeus. *Paris.* in Bibl. publ. codd. MXXXVII. nr. 15. — MDXCVII. nr. 2. (ex quo emendatius prodire posse librum, adnotat confector cat. codd. Par. II. p. 570.) in cod. MMCCXXI. nr. 8. excerpta ex illo libro: in MMMLXXVI. nr. 1. liber, cum variis codd. collatus. — ib. inter codd. latin. in vol. IV. cod. MMMMMDCCCLXXXVI. nr. 8. *Palladii* lib. de Brachmannis, S. *Ambrosio* tributus. — de gente Indorum — ad Lausum, in cod. *Sfortiano*, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 707. C. — ib. p. 1042. *B.* versio illius libri Slauica, in cod. *Coislin.* Excerpta in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hisp. pag. 186. — *Vindobon.* in cod. caes. XCVII. ex hoc cod. Camerar. edidit librum, et de hoc eiusque auctore vberius disserit, atque Lambecii sententiam, *Palladium* Galatam, Helenopolitan. in Cappadocia episcopum fuisse auctorem, ex eius schedis potissimum, adfert, suamque opinionem, librum de moribus et doctrina Brachman. qui *S. Ambrosio* a nonnullis per-

et elegantia et diligentia praeferendam iudicat Reu. noſter *Io. Chriſtoph. Wolfius*, notis ad Caſauboniana p. 219. *Lambecius* lib. V. de bibl. Vindob. p. 84. [pag. 181. ed. Kollar.] hoc ſcriptum de Brachmanibus parum probabili coniectura tribuit Palladio Methonaeo Sophiſtae, quem incertum eſt fuiſſe Chriſti ſacris addictum, at ſcriptorem de Brachmanibus Chriſtianum fuiſſe adparet [aa]).

VII. Palladii alii vltra quinquaginta.

[Palladius ſcripſit de arithmetica. v. ſupra, vol. V. p. 649.]

Palladius *Abbas*, de quo Io. Moſchus in prato cap. 69. 71. ſeq. aequalis ſui etiam meminit cap. 176.

Palladius Ἀμασείας *Amaſeae*, Helleſponti epiſcopus, qui Concilio Epheſino a. C. 431. interfuit. Vide Labbei Concil. tom. III. p. 464. 492. 536.

Palladius *Alexandrinus*, cui Barthius tribuit diſputationem Gregentii cum Herbano Judaeo, de qua infra. [conf. *Saxii* Onom. II. p. 41.]

Palladius *Andri*, in Cycladibus Inſulis, epiſcopus interfuit Concilio a. 460. [ſ. a. 459. ſecund. *Lambec.* in comm. VIII. p. 888. ſqq. de cod. XLIV. qui continet Gennadii, patriarchae CPolit. epiſtolam encyclicam de illo concilio, et pag. 891. comparet *Pallad.* epiſc. Andri inter eos, qui ſubſcripſerunt.]

[Ad *Palladium* epiſt. Athanaſiii, in cod. *Coislin.* XLV. e quo editio Athanaſii Monteſalconiana eſt recognita et emendata. v. *Montfauc.* cat. Bibl. Coislin. p. 116.

Palladius, ad quem epiſtolam ſcripſit Libanius. v. *Montfauc.* l. c. pag. 517, 70. Inter epp. Liban. a Io. Chriſtph. Wolfio editas permultae epiſtolae Libanii ad Palladium reperiuntur. Ex epiſt. 1066. 1117. et aliis patet, eum functum eſſe magiſtratus officio. In aliis epp. eius mentionem frequenter fecit Libanius.

Palladius inter eos, qui epitaphia in Virgilium ſcripſerunt. v. *Foſſ.* catal. bibl. Magliabech. tom. II. p. 804. — inter eos ſapientes, quorum verſus leguntur in cod. Voſſiano. v. cat. bibl. Leidens. p. 383, 86.

Palladae Alexandrini duo ſenarii in Brunckii Analect. vett. poet. gr. tom. III. p. 332. qui in Lect. ib. p. 310. laudat Salmas. not. ad hiſt. Aug. p. 132. De *Pallade* ſ. Palladio epigram-

peram tribuitur, eſſe rudem quamdam ac liberrimam libelli Pallad. verſionem latinam, fuſius explicat probatque *Kollarius* in ſupplem. ad Lamb. comm. p. 597 — 604. Atque *Palladio*, epiſcopo *Cappadociae*, tribuitur vita Macariorum duorum. v. infra, in Elogiis et vitis Storum, nom. *Macariorum duorum* etc. Add. ſupra in not. codd. hiſtoriae Lauſ. *Harl.*]

aa) Dinclimi, regis Bragmanorum, teſtimonium adfertur a Petro Abailardo libro I. Theol. chriſt. p. 1195. tom. V. Theſauri Anecdot. Marteniani, q. Pallad. Δανδάμιος.

grammatario v. supra vol. IV. pag. 485. sq. add. *Imm. Ge. Huschke* analecta critica in Antholog. gr. Ienae 1800. p. 261. sqq. et *Iacobs* animaduerss. ad Anthol. gr. tom. II. part. 3. p. 247. *Harl.*]

Palladius *Antiochenus* ab a. 488. ad 498. episcopus, Petri Fullonis successor, Eutychianus.

Palladius *Archiater*, cuius meminit Ruricius lib. 2. epist. 34. apud H. Canisium tom. V. antiquar. lect. p. 508.

[*Andreas Palladius*, architectus, scripsit opus de architectura, cuius tres priores libri in sermone italico prodierunt 1570. quatuor autem post Palladii mortem Venetiis 1581. fol. rec. ib. 1616. fol. 1642. v. *Baumgart.* Nachricht. von merkwürdigen Büchern, tom. III. p. 434. sqq. et Lond. 1715. fol. II. tom. etiam anglice et gallice versum est opus. Gallica versio lucem adspexit Hagae Com. 1726. fol. II. partt. v. *Freytag.* Analecta litter. pag. 652. sq. *de Bure* cat. bibl. Lud. Io. Gaignat, tom. I. p. 341. sq. inscripta est nou. ed. Le Fabriche e i disegni di *Andrea Palladio*, raccolti ed illustrati da *Ottavio Bertotti Scamozzi.* IV. tom. Vicent. 1776. fol. v. cat. librorum Ducis de la Valliere, tom. I. p. 580. nr. 2047. — Cod. anglicae vers. libror. II. III. et IV. memoratur in catal. MSSt. bibl. Harleianae, nr. 6031. — *Palladii* f. *Paladii* Antiquitatem vrbis Romae, hispanice redditam, Romae, 1628. 8. laudat *Saxius* in Onom. liter. III. p. 452. Antiquior ed. Rom. 1596. 8. italice scripta, eiusdemque Descriptiones ecclesiarum etc. quae Romae sunt Rom. 1554. 8. atque Figure à i commentarii di Cesare. Venet. 1575. 4. citantur in catal. bibl. Barberinae, II. p. 155. sq. *Harl.*]

Palladius *Arianus*, vna cum Secundiano a. C. 381. damnatus in Concilio Aquileiensi. Vide tom. I. Concilior. Harduini p. 826. seq.

[P] *M. Aurelius Palladius*, cuius mentio in veteri inscriptione apud Gruterum p. CCCII. 2. Omitto alios in priscis saxis obvios et praeter nomen nihil scitu dignum tradentes.

Palladius *Antisiodorensis* episcopus in Gallia, qui interfuit Concilio Remensi a. C. 630. et Cabilonensi a. 650.

Palladius *Bacanariensis* in Mauritania Caesariensi episcopus, qui interfuit conuentui Africano a. C. 484. regis Hunerici sexto.

[*Blosius Palladius* scripsit poema: Surburbanum Augustini Chisii. Romae per Iac. Mazoch. 1512. 4. v. *Maittaire* A. T. V. part. I. siue indic. pag. 189. carmina, inter illustr. poet. ital. et in Deliciis poet. ital. v. cat. bibl. Barber. II. p. 156. *Harl.*]

Palladii duo, *Burgenses* episcopi a. 380. et 448. de quibus Tillemontius tom. XVI. memor. p. 751.

Palla-

Palladius, *Caesareae* Capadociae episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 394.

Palladius, *Candybensis* in Lycia episcopus, qui subscripsit Synodo Rom. a. C. 503.

Palladius, *Capidalensis* in Pamphylia episcopus, qui interfuit Concilio Chalcedonensi a. 451.

Palladius, *Chorepiscopus*, qui interfuit Concilio Nicaeno a. C. 325.

Palladius, *Corydalorum* in Lycia episcopus, qui Chalcedonensi interfuit Concilio a. C. 451.

Palladius, quem loquentem secum inducit *S. Cyrillus* Alex. in libris de adoratione et cultu spiritali. Idem fortasse cum Palladio Amaseae episcopo.

Palladius *Caesar*, Maximi imp. filius, Idacio memoratur in Chron.

Palladius *Cursor* Theodosii iunioris, cuius meminit Socrates lib. VII. c. 19.

Palladius *Diensis* in Macedonia episcopus interfuit Concilio Sardicensi a. C. 347.

Domitii [f. *Domici*] Palladii Sorani Poemata edita Venet. 1498. 4. per Io. Baptistam Sessam Mediolanensem. *Fabr.* Carmina exstant cum libris Ouidii, (v. Goetz. Mem. Bibl. Dresd. II. p. 556. sq.) cum Plauto Merulae et Saraceni, a. 1499. cum Horatio Mancinelli, v. *Mittarell.* adpend. ad bibl. codd. Venet. S. Mich. p. 323. *Foss.* cat. Bibl. Magliab. II. p. 370. sq. conf. p. 184. ib. I. p. 6. de carmine ad calc. libri: *Io. Abiosi* dial. in Astrologiae defensionem, Venet. 1494. 4. tum alibi. v. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. III. p. 59. et 126. vbi dicitur poeta laureatus. -- *Dominici Palladii*, Sorani, epigrammatum libelli, elegiarum libellus; Genethliacon vrbis Romae. Venetiis. 1498. 4. auct. Paris. sine anni nota. v. *Panzer.* A. T. III. p. 435. nr. 2352. et VIII. pag. 211. nr. 2727.

Palladius poeta scholasticus, cuius epigr. in Burm. Anth. vett. latin. epigramm. et poemat. lib. I. p. 99. etc. Eius epigrr. in Anthol. lat. vbi exstant, indicat Sax. in Onom. liter. II. praef. p. XXX. *Harl.*

Palladius *episcopus*, ad quem S. Chrysostomi epist. 113. Idem, vt videtur, (ab Helenopolitano episcopo diuersus,) auctor dialogi, de vita eiusdem Chrysostomi, de quo supra dictum.

Palladius, cuius *epistolam* ad Desiderium episcopum Cadurcenum edidit Henr. Canisius tomo V. Antiquar Lectt. [v. infra, vol. XIII. p. 765.]

Palladius *Fuscus*, seu *Niger* Patauinus circa a. 1470. clarus, de quo Vossius Hist. Latin. p. 601. et Bernardinus Scardeonius de claris Patauinis, [*Sax.* Onom. liter. II. p. 469. qui plures laudat.]

[*Henr. Palladius*, et eius nepos *Io. Francisc. Palladius*, rerum Foroiuliensium libri XI. et de oppugnatione Gradiscana. Vtini 1649. v. *Bauer.* bibl. librorum rarior. etc. part. III. p. 160.

160. add. *Montfauc.* diar. ital. pag. 60. de cod. *Venet.* Marc. qui continet euangelium D. Marci. *Harl.*]

Palladius *Galata*, quem S. Epiphan. Epiſtola ad Ioannem Hieroſol. (a. 396. inter Hieronymianas 61.) monet fugiendum eſſe, quod Origenis haereſin [?] doceat. Idem, quem perſtringit Hieronymus prooemio Dialogor. in Pelagianos. Hunc a Lauſiacae auctore diuerſum eſſe, contendit *Tillemontius* tom. XII. p. 173. tom. XI. pag. 528. quod mihi haud videtur.

Palladius, inter *Germinii* ſemiariani adverſarios. Ad hunc Palladium aliosque epiſcopos epiſtola in Hilarii fragmentis lib. I. pag. 41. et apud Baron. ad a. C. 366. nr. 27.

Palladius, quem *Hibernorum* epiſcopum vocat *Tillemontius* tom. XI. pag. 646. tom. XVI. p. 751. etc. hoc eſt Scotorum, de quo infra.

Palladius *Iatroſophiſta*, Alexandrinus, Galenus quem laudat iunior. Huius commentarius, (non integer, vt videtur, in librum Hippocratis de fracturis exſtat graece et latine in editionibus Hippocratis vtraque Foëſiana p. 917-932. et Charteriana tomo XII. p. 270. cum verſione *Jacobi Santalbini*, Metenſis Medici. Eiusdem Synopſin de febribus latine vertit et vtraque lingua vulgauit *Io. Charterius*, Paris. 1646. 4. Et Scholia in ſextum Epidemiorum Hippocratis tomo IX. Operum Hippoc. et Galeni Paris. 1679. fol. [bb]) cum verſione *Iunii Pauli Craſſi*, qui e MS. Io. Sambuci, quod ab Hieron. Mercuriali accepit, vulgauit Latine Baſil. 1581. 4. vna cum Aretaeo[cc]), Rufo et Theophilo protoſpathario. Scholia Palladii in librum Hippocratis de victu in morbis acutis, MSta exſtare Venetiis, teſtatur Santalbinus, eadem nempe cum Palladii de cibo et potu, quod in bibl. Regis Chriſtianiſſimi exſtare teſtatur *Labbeus* p. 126. bibl. nouae. MSS. *Fabr.* De *Palladio* Iatroſophiſta v. *Io. Freind* Hiſt. medic. p. 203. qui Palladium quoniam ex Aetio atque Alexandro Tralliano quaedam ſumſiſſe mutua videatur, ante an. 600. vixiſſe ſtatuit, atque, qui de aetate diſſentit, *Io. Steph. Bernard.* in praef. ad Palladium de febribus. Nam poſt Charterium a *Io. St. Bernard* edita eſt notisque illuſtrata: *Palladii* de febribus conciſa ſynopſis. --- Acc. gloſſae chemicae et excerpta ex poetis chemicis, ex cod. MS. bibl. D. Marci. Lugd. Batau. 1745. 8. De aetate *Palladii Iatroſoph.* varias recenſet opiniones, ipſe tamen aliquid certi pronuntiare non audet. Conf. noua acta erudit. a. 1757. m. Nou. p. 678. praecipue de gloſſis chemicis. -- *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. exſtant in cod. II. nr. 5. plut. 74. excerptum ex Palladii ſophiſtae (ſic cognominatur in textu gr.) ſcriptis de cibo et potione: -- in cod. VII. nr. 52. plut. 74. in veterum chirurgorum collectione, *Palladii* ſcholia ſ. interpretationes in Hippocratis libros de fracturis. (conf. infra, vol. XII. p. 778. §.V.) -- in cod. XI. nr. 10. eiusd.

bb) Verum illas interpretationes, quas graece in illo tomo editas eſſe, tradunt *Linden.* de ſcriptor. med. et *Fabricius*, fruſtra ibi quaeres. v. *Bernard.* praef. l. c. *Harl.*

cc) de Aretaeo et Rufo dictum Lib. IV. c. 9. de Theophilo infra lib. VI.

eiusd. plutei, in Galeni librum de sectis scholia, excepta ab ore Palladii, qui commentarius omissus est a Fabricio nostro: in cod. XXI. nr. 9. plut. 75. fragmentum sextae et septimae sectionis Palladii scholiorum in Hippocratis de popularibus morbis librum sextum: in cod. sequenti, XXII. scholia integra in librum VI. Epidemiorum Hippocratis ex ore Palladii sophistae, in sectiones VIII. distributa. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. III. p. 47. 92. 99. et 170. vbi etiam, illum commentar. a Charterio in ed. Hippocrat. et Galeni vol. IX. editum esse, (quod etiam adfirmatur in cat. bibl. Barber. II. p. 156.) negat Bandin. contra Fabricium, deceptum forsan indice operum vniuersali, tomo I. praemisso, in quo inter ea, quae nono continentur tomo, hic quoque commentar. recensetur. — Ille *Palladii* commentar. est quoque in cod. *Escorial.* v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 186. — in bibl. *Paris.* publ. codd. MMCCXCV. — Ibid. in codd. MMCCXVIII. nr. 1. et MCCLXIX. nr. 3. exstat Pall. commentar. de febribus. In *Reiseri* notit. codd. August. p. 65. nominatur *Pauli* iatrosophistae liber de fracturis earumque differentiis. Sed annon scribi debuerit *Palladii* etc. ii, qui conferre possint codicem, poterunt iudicare atque decernere. — Male ei tribuitur *de vrinis* liber, qui est *Theophili.* v. *Fabric.* infra, vol. XII. p. 637. *Harl.*]

[*Petrus Palladius*, qui doctor creatus orationem, a Mart. Luthero compositam, recitauit, quae exstat in codd. quondam Vffenbachianis. v. *Maii* cat. bibl. Vffenbach. MSt. part. V. p. 259. nr. 62. et p. 282. nr. 7. *Harl.*]

Palladius, *Iconiensis* in Lycaonia episc. memoratus in Epistola Leonis I. imp. ad Anatolium CPol.

Palladius, *Idicrensis* in Numidia episcopus, qui interfuit conuentui Africano A. C. 484.

Palladius, *Magistrianus* qui CPoli litteras imperatoris Theodosii iun. a. 431. Ephesum pertulit. Vide Acta synodi Ephes. tom. 3. c. 17. seq.

Palladius, *Melitenes* episcopus in Armenia secunda, interfuit concilio CPol. a. 553.

Palladius, Palladii F. Μεθωναῖος ex *Methone* (incertum an Thraciae, an Magnesiae in Macedonia) sophista, quem Constantini imperatoris aetate claruisse, *Suidas* [et ex eo *Eudocia* in Ἰωνιᾷ s. violario pag. 352.] refert, testatus, eum scripsisse περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, *de Romanorum festis*, tum διαλέξεις, *disputationes*, et λόγους διαφόρους, ὀλυμπιακὸν, πανηγυρικὸν, δικανικόν.

[?] Palladius, praefectus Aegypti a. C. 374. Theodorit. IV. 22. Hist. Eccles.

Palladius, *presbyter*, ad quem scripsit S. Athanasius, (defunctus a. C. 373.) tom. I. edit. Lips. p. 952. seq. et S. Basilius Epist. 104.

Palladius, *presbyter*, qui subscripsit libello in concilio CPol. a. C. 536. tom. V. Labbei p. 250.

Palladius, *rhetor* latinus, cuius declamationem memorat Symmachus lib. I. Epist. 15. et 94. Ad eundem scribit lib. IX. Epist. 1. et fratrem suum adpellat, spectatum bonis omnibus facundiae atque eruditionis: lib. 1. epist. 88. Eiusdem pompam cum acrimonia Quintiliani celebrat Sidonius Apollinaris lib. V. epist. 10. De eodem Symmachus III, 50. *Si quid praeterea scitu opus est, meus Palladius indicabit, quem ego non minus doleo abductum a iuuentute romana, quam gratulor in spem sui honoris accitum.* Io. Sarisberiensis lib. 3. Metalogici c. 10. *Est autem, vt ait Palladius, magna pars prudentiae, eius cum quo agitur aestimare personam.*

Palladius, sophista siue *rhetor* Alexandrinus, cuius μελέτας memorat Photius cod. CXXXII. *Fabr.* *Sophista*, i. e. magister, professor, sequiore aetate dicebatur, qui arte quadam, doctrina aut eloquentia eminere videbatur. Sic sophistae nomine etiam ornatum esse in codd. *Palladium*, iatrosophistam, supra iam adnotatum est. Atque ad hunc pertinere, quae in cod. bibl. Guil. *Pelliseri* exstant et in *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 1199. D. ita indicantur: *Palladii sophistae quaedam*, ex scriptis colligo medicis, quae ante illa et post ea enumerantur. *Harl.*]

Palladius Rutilius Taurus Aemilianus, rei *rusticae* scriptor celeber, de quo dixi lib. III. bibl. latinae, cap. 4.

Palladius, *Salpinas* in Italia episcopus, qui interfuit concilio romano a. C. 465.

Palladius, *Sanctonicae* ecclesiae in Gallia episcopus, qui concilio Parisiensi interfuit a. 573.

Palladius, a Caelestino papa missus in Scotiam, idemque primus *Scotorum* episcopus, a. 431. Vide *Vsserii* antiquitates Britannicas, c. 16. *Antonium Pagi* ad a. C. 429. nr. 1. seq. et 431. nr 51. Acta SS. tom. II. Iul. 6. p. 286. sqq. Scripta, quae ipsi a Io. Baleo tribuuntur, commentitia sunt, neque exstant vsquam, neque vlli veterum memorantur.

[*Palladius*, spiculator, qui a. Chr. 304. Numeriano Maximo, praesidi Ciliciae, denuntiauit et reos fecit quosdam Christianos. v. *Ruinarti* acta primor. martyrum p. 423. ed. sec. *H.*]

Palladius, (Συέδρων πολιτευόμενος) *Suedrorum* in Pamphylia magistratus, cuius epistola praemissa Ancorato S. Epiphanii. [add. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 117. et II. pag. 538.]

Palladius, *Sulmontinus* in Italia episcopus, qui interfuit synodo romanae, a. 499.

Palladius, *Tulcnensis* in Gallia episcopus, qui subscripsit concilio Aurelianensi a. 549. Incertum, an idem, qui Matisconensi a. 585.

[P] Palladius, *Tigabitanus* in Africa episcopus, cuius meminit S. Augustinus de gestis anno C. 418. cum Emerito Caesareensi Donatistarum episcopo tom. IX. edit. Amst. p. 425. Idem fortasse Palladius, quem honorabilem filium suum adpellat epistola 94. (nouae edit. 178.)

[Iuuat,

[Iuuat subiicere notitiam libri romanensis: Histoire *Palladienne*, traitant des gestes et généreux faits d'armes et d'amours de plusieurs grands Princes et Seigneurs, et spécialement de *Palladien*, fils du Roi Milanor d'Angleterre et de la belle Selerine; nouvellement mise en notre vulgaire françois; par Cl. *Collet*. Paris. 1555. fol. v. *Bure* Bibliographie instructive, B. L. tom. II. p. 176. nr. 3881. *Harl.*]

VIII. *De disputatione Gregentii archiepiscopi cum Herbano Iudaeo, quam Palladio Alexandrino Caspar Barthius tribuit.*

Caspar Barthius tum alibi, tum lib. V. Aduersarior. cap. 3. (vbi plura illius illustrat loca,) *Palladium* Alexandrinum adpellat auctorem Actorum disputationis, quam per dies quinque coram Abramio, rege [dd]) Homeritarum Christiano, et episcopis, pluribusque Iudaeis et tota ciuitate in metropoli Homeritidis Taphar siue Saphar, in Arabia felici circa a. C. 540. cum Herbano Iudaeo, quem νομοδιδάσκαλον codices quidam adpellant, instituit *Gregentius* Taphrensis [f. Tapharensis, aut Tapharenus] archiepiscopus, qui diem obiit a. C. 552. (Iustiniani 20.) 19. Decembr. post Abramium eodem a. 552. (regni 30.) defunctum, quum iam rex Homeritarum esset Serdidus [ee]), Abramii filius [ff]). Non dubium est, Barthio fundum fuisse sententiae suae, quod pag. 184. edit. Gulonianae (Ducaeanae pag. 264.) in illa disputatione legitur: Ταῦτα τὰ ῥήματα καὶ ἑτέροις δηλωθήσονται· Ἑώρα γὰρ Παλλάδιον τὸν σχολαστικὸν τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὃν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἤγαγε, τὰ ῥήματα ἑκατέρων σημειούμενον. *Haec verba etiam aliis significabuntur: Videbat enim Palladium scholasticum archiepiscopi, quem ab Alexandria adduxerat, verba vtriusque notantem.* Ad hunc locum Gulonius interpres notauit in margine: *Hinc coniicere licet, Palladium authorem esse siue scriptorem huius disputationis.* Sane verisimilius hoc esse non diffiteor, quam quod *Lambecio* lib. V. pag. 131. [p. 277. ed. Kollar. de cod. CCXLVII.] auctor videtur *Nonnosus* Iustiniani imp. ad Homeritas legatus, cui etiam VIII. p. 387. [pag. 823. ed. Kollar. de cod. XL.] Martyrium Arethae et sociorum adscribit. Dixi de illo Nonnoso Volumine VI. huius bibliothecae p. 239. [f. nostrae ed. vol. VII. p. 543. sq.] Ceterum hanc disputationem ab Aegidio Noallio regis christianissimi legato ex Oriente adlatam latine vertit *Nic. Gulonius* graecarum litterarum regius professor et vtraque lingua vulgauit Paris. 1586. 8. vnde graece et latine recusa est in Auctario graeco latino Bibl. Patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. [[*]] et in bibliotheca Patrum Paris. 1654. tom. XI. p. 194. vt latinas editiones in bibliothecis Patrum saepius repetitas praeteream. [Etiam gr. et lat. in *Gallandii* Bibl. PP. t. XI. p. 599-661. vbi in praef. p. XXIII. s. breuiter de Gregentio disputatur. *B.*] In his editionibus omnibus, quemadmodum etiam in codice caesareo, de quo *Lambec* lib. V. p. 131. [p. 270. sqq. Kollar.] et Seguieriano, de quo *Montfauc.* in bibl. Coisliniana p. 304. a principio quaedam desunt, vt ex abrupto exordio statim cuivis patet. Non autem aeque notum, in bibl. regia Berolinensi exstare MStum codicem Slauonicum quadringentorum annorum, multis foliis ab initio auctiorem, cuius prima verba latine conuersa mecum communicauit eruditissimus bibliothecae illius praefectus M. V. la Crose.

P 2 *Mensis*

dd) παρόντος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως καί τινων ἐπισκόπων καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων καὶ πάσης πόλεως. p. 53. edit. Gulonii.

ee) Id. p. 103. seq.

ff) Conf. *G. Caue* hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 121. *Pagii* Critic. Baron. 523. X.-XIII. p. 331. seq. tom. IX. *Hamberger.* Z. N. III. p. 396. sqq. *Saxii* Onom. lit. II. p. 24. *Harl.*]

Mensis Decembris XIX. Vita et conuersatio beati patris nostri Gregorii, (ita semper pro Gregentio adpellat, vt in Menaeis Graecorum dicitur Γρηγεντῖνος) *episcopi Taphronis ciuitatis Homeritarum, et narratio miraculorum ab eo gestorum, scripta ab episcopo ciuitatis Negrau.* (Hinc patet nec Palladium nec Nonnosum auctorem esse, sed episcopum Negranis in Homeritarum regione, quae martyrum ciuitas adpellatur in actis passionis S. Arethae et sociorum CCCXL. qui a. C. 522. 24. Octobr. sub Dunam Hebraeo Homeritarum tyranno passi traduntur,) *Benedic pater. Oppidum quoddam est haud magni nominis in finibus Anariae et Asiae, nomine Lopliane. In eo habitabant admirabilis Gregorii parentes Agapius et Theotecna, ex Christi praescripto, matrimonio coniuncti etc.*

Codex caesareus ita incipit: Ἀρχὴ τῆς διαλέξεως τῶν Ἰουδαίων μετὰ τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου. Τούτων οὕτως γεγονότων καὶ οὕτω παρακολουθησάντων, καὶ τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τούτοις αἰνοῦντος τὸν Κύριον, καὶ τῶν Μεγιστάνων αὐτοῦ ἀδικεῖν τὸ οἱονοῦν μὴ τολμώντων, καὶ πάντων χαρᾷ εὐφραινομένων, παρεγένοντο καὶ οἱ Ἰουδαῖοι καθὰ καὶ ἐκελεύθη αὐτοῖς, ἀναπληρωθείσης αὐτοῖς ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Παρεγένοντο δὲ τοῦ διαλεχθῆναι ἕνεκα, καὶ τοῦ Βασιλέως ὑπομνησθέντος ἑτοιμασίας ἐν τῷ θολωτῷ γεγονυίας· (minus bene in editis: τῆς δοκιμασίας ἐν τῷ θεριλέτῳ γεγονυίας, confer *Lambec.* V. p. 129) [p. 271. Kollar.] αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλειῶν περίεστι. Ἐκεῖσε τοιγαροῦν ἑτοιμασίας γεγονυίας, καὶ ἁπάσης τῆς τάξεως ἀθροισθείσης, παρούσης καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, παρεγένετο καὶ ὁ Βασιλεὺς μετὰ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ etc Hinc patet, nec illum esse integrum, sed prima mutilum parte, licet editis aliquando integriorem melioremque: atque ita accipiendus rev. *Wolfius* noster in Bibl. Hebraica p. 352. De disputatione hac et fructu conuersionis Iudaeorum eamdem, vt narrant, insequuto, vide *Antonii Davroultii* Catechismum Historialem c. 1. tit. 4. et *Iosephi Caroli Imbonati,* Bibl. latino Hebr. p. 37. seq. *Fabr.* Secundum *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. exstat p. 32. *E.* in bibl. *Vatic.* inter codd. reginae Sueciae *Gregentii* dialog. cum Hebraeo, et anonymi dialogus Hebraei atque Christiani et p. 56. *A.* in cod. quondam Petav. *Gregentii* epistolae, gr. — p. 190. *E.* in cod. *Ottobon. Greg.* disp. cum Iudaeo. — In cod. *Coislin.* CCLV. *Gregentii* dialogi quinque cum Erban Iudaeo. v. *Montfauc.* B. Coislin. p. 304. — *Paris.* in B. publ. codd. MLX. nr. 1. MLXI. MXCV. nr. 2. et MCCLXXV. nr. 2. in quo tamen maior pars desideratur: disputatio cum Herbano Iudaeo. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXXI. vbi in inscriptione vocatur Ῥηγέντιος. v. cat. codd. gr. Marc. p. 280. et post confectum catalog. alius cod. eiusdem operis illatus in illam biblioth. teste *Villoison.* in Anecd. gr. II. p. 247. — *Leidae* in B. publ. cod. Vossian. vbi inscribitur ζεφρῶν διάλεξις μετὰ Ἰουδαίου ἑρβὰν τοὔνομα. v. cat. bibl. Leid. pag. 397. nr. 41. *Harl.*

Gregentii archiepiscopi scriptum, quo leges ac statuta regis sui Abramii nomine complexus fuit, exstat graece MS. [cod. CCXLVII. nr. 33.] in bibl. caesarea, titulis XXIII. distributum et adhuc ineditum: [et in cod. *Selleri* VI. v. cat. codd. Angliae etc. tom. II. p. 96. nr. 4775.] Νομοθεσία τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου ὡς ἐκ προσώπου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἀβραμίου. Titulus I. περὶ φόνου, καὶ μιάσματος καὶ ἀρσενοκοιτίας. II. περὶ γοητείας καὶ ψευδομαρτυρίας καὶ κλεψίας. III. περὶ πορνείας. IV. περὶ μοιχείας. V. περὶ πλουσίων ἐπιθυμούντων. VI. περὶ ἐλευθέρων εἰς δουλίαν παραπιπτόντων. VII. περὶ τοῦ ζευγνῦναι τὰ

τέκνα

τέκνα οἱ γονεῖς πρὸς γάμον ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἢ δώδεκα. VIII. περὶ μακρωπῶν etc. Vide *Lambecium* lib. V. de bibl. Vindob, p. 131. seq. [277. ed. Kollar.]

IX. HERACLIDES Cyprius, in Scetenſi eremo ſectator Euagrii Pontici, hinc a. C. 399. a Chryſoſtomo gg) CPoli ordinatus diaconus hh), et poſt triennium a. C. 402. ſucceſſor datus Antonio Epheſi epiſcopo ii), atque deinde anni ſpatio vix interiecto ob Origeniſmi dicam in Synodo ad Quercum depoſitus kk) et carceris ſordes Nicomediae ſubire coactus eſt; in quibus Palladio ac Chryſoſtomo, (et ipſo exſule,) eius miſerante vices ll) adhuc haeſit a. C. 408. mm) Eodem Palladio teſte fuit ἐγκυκλίων ἡγμένος μαθημάτων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐντὸς γενόμενος, *encycliis diſciplinis optime inſtitutus, et diuinarum ſcripturarum peritus.*

Petrus Natalis, in Equilia ſiue Aequilia Veneta inſula, Anaſſi fluminis oſtio obiecta epiſcopus, qui a. C. 1470. ſcripſit et a. 1482. Catalogum ſanctorum abſoluit, (non 1370. et 1382. vt excuſum in Actis ſanctor. tom. IV. Maii p. 304. et tom. VI. pag. 51.) nn) minore etiam fide dignus, iudice Bollando oo), quam Legendae aureae ſiue hiſtoriae Lombardicae [P] ſcriptor, Iacobus de Viragine, quem *ferrei* hominem *oris et plumbei cordis, animi certe parum ſeueri ac prudentis*, adpellat Melchior Canus pp). Ille, inquam, *Petrus Natalis* lib. XII. Catalogi ſanctorum, Vincentiae primum a. 1493. editi cap. 87. Heraclidem ſanctis adſcribit propter *Paradiſum* compoſitum, quem laudat etiam Petro Natali antiquior *Vincentius Bellouacenſis* libro XVII. Speculi Hiſtorialis c. LXIV. Nec propter aliam cauſſam Sophronii, ſiue Moſchi potius, vitae Eremitarum, de quibus mox dicturus ſum, venire videntur nomine *Paradiſi noui* apud *Photium* cod. CXCVIII. et *Nicephorum* VIII. 41. quam quod tum exſtiterit Paradiſus quidam vetuſtior; Heraclidis ſcilicet ingenio confitus. Atque citatur Paradiſus a Moſcho, (incertum tamen, an ille Heraclidis,) cap. 212. καὶ ἀναγινωσκόντων ἡμῶν

 εἰς

gg) Georgius Alex. in vita Chryſoſtomi, Socrates etc.

hh) Ita *Socrates* VI. 11. *Sozom.* VIII. 6. et *Palladius* p. 139. dialogi de vita Chryſoſt. διακονήσαντα ἔτη τρία, licet archidiaconum vocet *Nicephorus* XIII. 9.

ii) *Niceph.* XIII. 9. Epheſi epiſcopum fuiſſe, etiam Socrates et alii conſentiunt: igitur viderint, qui non de alio cogitant, quum Bithyniae vel Cappadociae epiſcopum adpellant, apud Roſweydum prolegom. de vitis Patrum p. 7 et 8.

kk) Socrates VI. 17. Sozom. VIII. 19. Tripartita X. 14. *Nicephorus* XIII. 17. *Photius* cod. LIX.

ll) Palladius de vita Chryſoſt. p. 139. Chryſoſtomus epiſt. 14. ad Olympiadem non longe a fine.

mm) *Tillemont.* tom. XI. memor. p. 166. *Fabr.* Conf. de Heraclide *G. I. Voſſ.* de Hiſtoricis gr. lib. II. cap. 19. *Caue* Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ. I. p. 378. ad a. 401. *Harl.*

nn) Fabric. in Addendis et emendandis hunc locum mutauit et legere iuſſit: „Petrus Natalis etc. qui a. Chr. 1370. ſcripſit, et a. 1382. catalogum Sctorum abſoluit, vt recte notatum in Actis Storum etc. (Contra eorum vero ſententiam, qui ad an. 1470. male referunt, vide, quae docte diſputantur in Diario Veneto, Giornale de' letterati d'Italia, tom. XVI. p. 456. ſeq. 3.) *Harl.*

oo) *Bollandus* praefat. actis ſanctor. tom. I. Ianuar. praemiſſa p. 19.

pp) Lib. XI. locor. commun. cap 6. pag. 540. Opp.

εἰς τὸν παράδεισον τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων πατέρων. Atque in codicibus quibusdam MSS. latinis et in editione a Iacobo Fabro Stapulensi curata Paris. 1504. fol. pars historiae, qualis in aliis exstat editionibus Lausiacae Palladianae, fertur sub titulo *Paradisi Heraclidis* qq). Sed exstant quoque sub Paradisi nomine in codicibus graecis aliae aliorum Vitae et a *Rufino* versae latine, de quibus videndus *Cotelerius* tom. III. monimentor. pag. 564. seq. qui prologum et capita quaedam, ea scilicet, quae in Historiae Lausiacae editionibus desiderabantur, publicauit p. 171-184. Illud certe valde verisimiliter a viris doctis traditur, historiam Lausiacam, qualis ab Meursio graece, et pluribus etiam aucta capitibus ab Herueto latine vulgata est, non videri totam vnius scriptoris, sed ex Heraclidis Paradiso et Λαυσιακῷ Palladii, et aliis fortasse Πατερικῶν scriptoribus collectam, contextamque. *Fabr.* Cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 233. de cod. Marc. CCCXLV. continente *Theodoreti* Historiam religiosam, „Palladii, ait, Historia Lausiaca. Hanc Aloysius Lippomanus quum latine ederet, praefatione in tomum tertium Vitarum Sctorum, lectores monuit, se, num *Paradisus Heraclidis*, antea Parisiis impressus, vnum idemque opus cum *Palladii Historia* esset, dignoscere cupientem, codicis huius (Veneti) ope rem comperisse, eiusque collationem a Francisco Turriano factam sibi profuisse." Tum verba ipsa Lippomanni plura recitat, in quibus narrat, Turrianum, collatis cod. et edito libro, *Parad. Heracl.* reperisse, hunc eumdem prorsus cum illo esse, paucis quibusdam, iisque perexigui momenti, immutatis; discrepare etiam titulum, et nuncupatoriam epistolam, quae non ab Heraclide Alexandrino, sed a Palladio, Cappadociae, (vt ait,) episcopo, licet in vtroque volumine ad Lausum scripta videretur. Conf. supra in notit. codd. Hist. Laus. et §. III. de ed. Front.-Ducaei, ac paullo post, §. X. de Rosweydi vitis patrum, de appendice etc. — *Taurini* in cod. quondam regio DCLXVII. liber, qui adpellatur *Paradisus*, exceptus ex Sctorum vitis patrum ab *Heraclide*, ad Lausum. v. catal. codd. latin. Taurin. pag. 213. — Paris. in bibl. publ. codd. latin. IIMCMLXXXIX. nr. 2. *Heraclidis paradisus*, duobus libris praemittitur *Paschasii*, diaconi, ad Eusebium presbyterum epistola. (v. catal. codd. latin. Paris. III. pag. 360.) — VMCCCLXXXVI. nr. 1. *Heraclidis* Cypri paradisus: siue libri II. de vitis Sctor. patrum coenobitarum et anachoretarum: insertae sunt vita 1) S. Pauli primi eremitae, auctore *S. Hieronymo;* 2) S. Antonii; auctore *S. Athanasio* et *Euagrio* interprete; 3) S. Hilarionis; auctore *S. Hieronymo;* 4) Malchi, monachi captiui, auctore eodem. (vid. catal. cit. IV. pag. 113.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Heraclidis* paradisus, seu vita LX. SS. patrum, bis: — in bibl. *Gemmeticensis* cod. XXIX. *Her.* paradis. exstat in adpendice ad vit. SS. patrum: — in B. S. Albini *Andegauensis* cod. XXX. *Heracl.* eremitae Paradisus: — in bibl. monast. S. Audoeni *Rothomag.* et abbatiae *Sauinianens.* ord. Cisterc. ac monasterii S. Michaelis in *periculo maris*, *Heracl.* liber de vitis S. S. patrum: v. *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS. p. 516. *A.* 1214. *E.* 1222. *B.* 1239. *E.* 1269. *B.* 1343. *A.* et 1360. *D.* tum in bibl. regis Angliae, *Heraclidis Cappadocis* episc. vita SS. patrum; ib. p. 623. *D.* ibid. pag. 630. *E.* in ead. biblioth. *Heracl.* epist. ad Lausum. *Harl.*

X. *Hera-*

qq) Vide supra §. 8.

X. *Heraclidae varii, plus quam quinquaginta* rr).

Heraclides, *Aegypti* episcopi duo, qui interfuere concilio Tyrio a. C. 335. Incertum vnus ne ex his quem videas memorari in concilio Sardicensi a. 347.

Heraclides *Aenius*, Thrax, qui cum fratre Pythone, Cotyn Thraciae tyrannum interfecit, Platonis discipulus. *Laert.* III. 46. [*Demosth.* contra Aristocrat. pag. 659. tom. I. ed. Reisk.] *Aristoteles* V. 10. Politic. *Philostratus* de vita Apollonii VII. 2. pag. 280. et ad hunc notae eruditissimi Olearii. [supra, vol. III. pag. 176.]

Heraclides, *Agathoclis* filius. *Polyaen.* V. 3. 4.

[P] Heraclides, *Alexandrinus* siue Callatianus, cognomento Lembus. *Laert.* V. 64. Infra, in *Lembus*.

Heraclides, *Alexandrinus* grammaticus ab Eustathio laudatus et fortasse ab Ammonio de different. vocum atque Etymologici magni auctore in Δεῖλος ss). vide *Ionsium* p. 173. Incertum, idemne Heraclides Alexandrinus cuius Περσικὰ ἰδιώματα memorantur *Laertio* V. 64. [v. supra, vol. I. p. 513.]

Heraclides, *architectus*, infra in Tarentino.

Heraclides, ἀστρολογουμένων scriptor. *Laert.* V. 64. [supra, vol. IV. pag. 154.]

Heraclides, *Atheniensis*, infra in Hierophanta.

Heraclides, *Azotensis* in Palaestina episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonensi a. C. 451.

Heraclides *Bargylietes*, dialecticus, qui contra Epicurum scripsit teste *Laertio V.* 64. [supra, vol. III. p. 627.]

Heraclides, *Byzantius*, Antiochi regis ad L. Scipionem legatus, de quo *Liuius* XXXVII. 34. seq. [*Polybius* ex historiis excerpt. legatt. LXXII. pag. 683. tom. II. ed. Ernest. et XXIII. ibid. p. 565. 567. sqq. add. c. CXXXVIII. et CXL. ib. p. 793. sqq.]

[Heraclides *Byzantius*, alius, princeps Byzantiorum ciuium, qui, partibus Atheniensium fauens, vna cum Archebio, vrbem suam, Lacedaemoniis tum subiectam, circ. Ol. 97. 1. in Atheniensium societatem et ditionem redegit. v. *Demosth* orat. contra Leptin. tom. I. p. 475. ed. Reisk. s. §. 48. p. 60 sq. ed. illius orat. a *Frid. Aug. Wolfio*, V. C. cuius notam p. 280. sq. conferes, curatae doctque illustratae. *Harl.*]

Heraclides, *Callatianus* siue Alexandrinus, cognomento Lembus. *Laert.* V. 64. Infra in *Lembo*.

Heracli-

rr) Add. supra, vol. I. p. 192. sq. *Harl.*

*) *Voss.* Hist. Graec. lib. II. cap. 19. *Caue* Histor. lit. ad a. 401.

ss) [*Heraclides* ἐν πρώτῃ περὶ καθολικῆς προσῳδίας citatur ab Ammonio in Νῦν, p. 99. ed. Valck. et p. 125. in voc. Σταφύλη citatur Ἡρακλείδης ὁ νεώτερος, et pag. 73. in voc. Ἰκέσθαι citatur ille simpliciter. *Harl.*]

Heraclides, *Cilix*. v. ſupra vol. I. pag. 513. *Harl.*]

Heraclides, *Clazomenius*, rhapſodus. Plato, Ione extremo.

Heraclides, Clazomenius, dux Athenienſium, *Aeliano* XIV. 5. Var. Hiſt. memoratus.

Heraclides, *comicus*. *Zenobius* Centur. VI. prouerb. 34. Athenaeus. [ſupra, vol. II. p. 449.]

Heraclides, *Cretenſis*, περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι πόλεων citatur ab Apollonio Hiſt. mirabil. c. 19. Sed Κριτικὸν pro Κρητικῷ legit praeſtantiſſ. Olearius p. 612. ad Philoſtratum.

Heraclides, *Cumanus*, rhetor, cuius Τέχνας *Laërtius* V. 64. memorat.

Heraclides, *Cumanus*, cuius παρασκευαστικὸν, ſiue de epulorum apparatu, laudat Athenaeus. Τὰ Περσικὰ praeter Athenaeum memorat *Laërtius* V. 64. teſtatus quinque libris conſtitiſſe. *Fabr.* Sed plures *Heraclides*, *medici*, vberius recenſentur infra, in Elencho medicor. vett. in vol. XIII. pag. 177. ſq. *Harl.*

Heraclides, *Cumanus*, alter, rhetor, cuius Τέχνας idem *Laërtius* loco laudato celebrat.

Heraclides, *Demetrii* F. diſcipulus Lyconis, peripatetici. *Laërt.* V. 71.

Heraclides, *dialecticus*, ſupra in Bargyleite.

Heraclides, *Epheſius* epiſcopus, a Chryſoſtomo ordinatus accuſatusque in ſynodo ad Quercum a. 403. Is ipſe, de quo ſupra §. IX. dictum. *Fabr*,

[Heracles, ſiue Heraclides, *Epheſius*, medicus ſ. chirurgus. v. infra, vol. XII. pag. 641. med. *Harl.*]

[P] Heraclides, quem λιγυρὸν ſiue ſuauem, (non *Ligurem*, vt Meurſius diſſ. de Heraclidis tom. X. Theſauri Gronov. p. 616.) *Epigrammatum* poetam laudat *Laërtius* V. 64. Perpauca hodie Heraclidis *Sinopenſis* epigrammata in Anthologia ſuperſunt libro III. tit. 2. 3. et 22. [in *Brunck.* analect. vett. poet. gr. tom. II. p. 261. *Harl.*]

Heraclides, *Erythraeus*, Chryſermi diſcipulus, medicus Herophileus, qui Strabonis aetate vixit, Apollonii Muris συσχολαστής. Librum ſeptimum de Herophili ſecta laudat Galenus de arte medica c. 1. qui omnia Hippocratis ſcripta ab eo illuſtrata alibi teſtatur. [infra, in vol. XIII. p. 177. ſq.]

Heraclides, *Euphronis* F. infra in Pontico.

Heraclides, *grammaticus*. vide in Alexandrino, Heracleote, Mileſio et Mopſeate. [et ſupra, vol. I. p. 194.]

[Heraclides *Gyrtonius*, Theſſalici equitatus praefectus. *Polyb.* Hiſtor. libr. XVII. 18. t. II. p. 483. ed. Erneſt. *Harl.*]

Heraclides, *Heracleotes*, Ponticus. infra in Pontico.

Heracli-

Heraclides, alter, eius ciuis, qui πυῤῥίχας et φλυαρίας scripsit teste *Laertio* V. 63. *Artemidor.* IV. 65. *Suid.* in Λέσχαι et Ἡρακλείδ. vbi testatur λέσχας illas tribus libris genere sapphico ac phalaecio varias difficiles pertractasse quaestiones: Heraclidem vero hunc multa alia scripsisse epica poemata, et Didymi Alexandrini fuisse auditorem, adversarium Apri ex Aristarchi schola grammatici, et ludum litterarium habuisse Romae Claudii ac Neronis temporibus.

Heraclides, *Heracleensis* (τῆς ἄνω Ἡρακλείας in Arcadia) episcopus, qui conciliis Ephesinis interfuit a. C. 431. 449. et Chalcedonensi a. 451.

Heraclides, *Herophileus*, medicus: supra in Erythraeo.

Heraclides, ex *Hicesii* schola medicus, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίε· *Laert.* V. 64. [v. infra, in vol. XIII. p. 177.]

Heraclides, *hierophanta*, Atheniensis, cuius mentio apud *Philostratum* lib. II. de Vitis Sophist. p. 601. in vita Apollonii Atheniensis.

Heraclides, *Hippocratis*, pater. Vide *Stephanum Byz.* in Κῶς. *Suidam* in Ἱπποκρ. *Tzetzam* Chiliad. VIII. vers. 946.

Heraclides, *Lembus*, dictus a λεμβευτικῷ, quem scripserat λόγῳ, vt docet *Laertius* V. 64. Eius διαδοχὴν siue Epitomen operis Sotionis de successione philosophorum sex libris compositam, et epitomen vitarum Satyri intercidisse dolendum est. De aliis eius scriptis *Meursius* diss. de Heraclidis tom. X. thesauri Gronov. pag. 613. seq. Huius esse librum de incredibilibus, qui sub Heracliti exstat nomine, suspicabatur Tho. Gale. Plura de hoc Heraclide *Vossius* in Hist. Graecis et *Ionsius* lib. II. c. 11. qui non multo post Archimedem vixisse notat. [v. supra, vol. I. p. 194. sq. et IV. p. 182. XIV.]

Heraclides, *Ligur* nullus. vide supra in *Epigrammatum* scriptore.

[‡] Heraclides, *Lycius* Adriani, Chrestri et Aristoclis auditor, sophista, qui scripsit πόνε ἐγκώμιον *laudes laboris*, teste *Philostrato* lib. II. Sophist. p. 618. De eius Niceta emendato siue κεκαθαρμένῳ ex eodem Philostrato etiam Suidas in Ἡρακλείδης. [vid. supra, vol. VI. pag. 130.]

Heraclides, *Macedo*, pictor. Plin. XXXV. 2.

Heraclides, *Magnesius*, cuius Μιθριδατικὰ memorat *Laertius* V. 64.

[Heraclides, *Manichaeus*. v. vol. VII. p. 319. et in Photii narratione etc. edita ex cod. *Coislin.* CCLXX. a *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 357. med. *Harl.*]

Heraclides, *Milesius*, grammaticus, Eustathio laudatur. vide *Ionsium* lib. II. c. 11. p. 173. [supra, vol. I. p. 335.]

Heraclides, *Mopseates* Cilix, citatus ab Athenaeo VI. p. 234. Meminit et Stephanus Byz. in Μόψε ἑςία, qui grammaticum adpellat.

Heraclides, *Nyssenus* episcopus circa a. C. 440. cuius Epistolas duas aduersus Messalianos memorat *Photius* cod. LII.

Heraclides, *Odessita*, Ponticus Thrax, historiographus. Steph. in Ὀδησσός.

Heraclides, *Oxyrinchites*, idem cum Lembo. vide Suidam.

[Heraclides, *Peripateticus*. v. vol. III. p. 495. *Harl.*]

Heraclides, *Phocäensis*, sculptor. *Laert.* V. 64.

Heraclides, *pictor*. Supra, in Macedone.

Heraclides, qui paraeneses carmine scripsit, vnde ποιητικὸς *Laertio* V. 64.

Ab *Euagrio* Antiocheno episcopo, vitas SS. Patrum scriptis primo commendatas ait *Trithemius* de script. eccles. c. 85. [cuius libri editiones post Moguntinam et Basileensem 1494. plures prodierunt, quibus cunctis praeferenda est illa, quam curauit *I. Alb. Fabric.* Hamburgi 1718. *Sixt.*] quo loco Euagrium monachum cum episcopo confundit, et ex eo, quod episcopus vitam S. Antonii ab Athanasio scriptam vertit latine, ansam petiit tradendi, quod primus ille vitas Patrum scripserit. [v. supra, vol. VIII. pag. 187. seq. *Harl.*]

Euagrio Pontico, monacho, S. Macarii discipulo vitas patrum tribuerunt Gesnerus [in Bibliotheca gr. quam eodem loco et tempore cum Bibl. latina, Tiguri 1546. fol. edidit. *Sixt.*] et alii recentiores. At *Gennadius* c. XI. de script. eccles. testatur, Euagrii huius velut continentissimi et eruditissimi viri mentionem facere *librum, qui attitulatur Vitae patrum;* sed ipsum vitas Patrum scripsisse ignorauit. *Fabr.* [v. supra, vol. IX. p. 284. sqq. *Harl.*]

[*Euagrii*, antea presbyteri, deinde episcopi Antiocheni, mentio facta est huius Bibl. vol. IX. p. 284. aliorumque, hoc nomine insignitorum vol. VII. pagg. 432-435. — De *Euagrio*, patriarcha CPolitano, haud omittam commemorare, Graecos Latinosque ipsius ceu martyris memoriae sollemniori dicasse d. VI. Mart. *Sixt.*]

[†] *Petronii* Bononiensis episc. *vitas Patrum Monachorum Aegypti* memorat Gennadius c. 41. de Scriptor. eccles. vbi vide notas Miraei, et vitam Petronii huius (de quo inferius commemoratio sequetur,) apud Surium 4. Octobr. s)

Postu-

r) Cum emendationibus et additamentis *D. Io. Andreae Sixti*, Theolog. Prof. Altdorf. ad hanc et sequentem §§. meisque accessionibus. *Harl.*]

s) [Monuit *Morhofius* in Polyhist. lib. IV. c. 12. Fuerunt, qui *Petronium*, Satyrici auctorem, eumdem cum *Petronio*, Bononiensi episcopo, fuisse arbitrarentur, saeculi post C. N. quinti praesule, vitae sanctitate claro. Verum iis haud immerito succenset acriterque turpem adeo ἀνιστορησίαν castigat *Gyraldus* de poetis latin. dialog. IV. *Sixt.*]

Postumianus monachus, Seuero Sulpicio in vita S. Martini memoratus, cui vitae aliquae, (haud diuersae ab editis apud Rosweidum libro secundo,) tribuuntur in quibusdam MSS. teste eodem Rosweido.

Timothei episcopi Alex. vitas probatorum monachorum, *βίους δοκίμων μοναχῶν*, laudat *Sozomenus* VI. 29. et ex eo *Nicephorus* XI. 34. Hist. eccles. *Fabr.* [Quodsi *Timotheum*, episc. Alex. eiusmodi librum scripsisse, non mera est traditio, *Timotheum Salophaciolum* eius auctorem esse credamus. *Sixt.*]

Valerii Asturicensis presbyteri (circa a. c. 902.) vitas patrum orientalium iusto volumine Gothicis literis exaratas euoluisse se in bibl. ecclesiae Toletanae pridem testatus est *Christophorus de Castro* apud Rosweidum in prolegom. p. 15.

XIX. *Scripta de sanctis, nec non Menologia, Menaea etc. Ecclesiarum Orientalium.*

Eusebii liber de Martyribus Palaestinae, libro eius Hist. octauo subiunctus legitur: et graece ac latine exstat etiam in *Theodorici Ruinarti Actis selectis Martyrum*, vt dixi tom. VI. huius Bibl. p. 91. [siue vol. VII. p. 393. nostrae edit. add. ibid. p. 404. sq. *Harl.*] De eiusdem Eusebii *συναγωγῇ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων*, siue collectione deperdita [t]) veterum Martyriorum, praeter ea, quae ibidem pag. 101. monui, tria iam habeo quae addam. Primo deceptos fuisse eos, qui opus hoc integrum graece exstitisse adfirmarunt in bibliotheca Scorialensi. Vide Florentini admonitiones praeuias ad Martyrologium Hieronymi pag. 12. Deinde de librorum numero, quibus opus illud constitit, rem non esse adeo exploratam. Nam duabus librorum decadibus Eusebium narrationes de Martyribus esse complexum, traditur in Actis S. Syluestri apud *Lambecium* tom. VIII. p. 321. seq. [p. 683. ed. Kolla.] Ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος ἡνίκα τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἔγραφεν ἱστορίαν, παραλέλοιπεν ἐκεῖνα ὧν μνήμην ἐποιήσατο ἐν ἑτέροις αὐτοῦ πονήμασι. Καὶ γὰρ ἐν εἴκοσι λόγοις, τουτέστιν ἐν δύο δεκάσι σχεδὸν τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις μαρτύρων, ἐπισκόπων, ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθένων παρεσκεύασε τὰ πάθη φέρεσθαι. Idem librorum viginti numerus confirmatur in prologo ad Martyrologium Vsuardi, vbi legas, Constantinum Magnum ab Eusebio rogatum, vt Acta Martyrum ex archiuis Iudicum in diuersis imperii rom. locis exscribi [?] et ad se dirigi iuberet, idque ab imperatore factum atque inde Eusebium omnium Martyrum martyria libris viginti complexum fuisse. At in actis eiusdem Syluestri, qualia graece et latine edidit *Combefisius* in triumphis Martyrum selectis, Paris. 1659. 8. non viginti, sed vndecim libros memorari video, p. 258. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου τὴν Ἐκκλησιαστικὴν συγγράφων ἱστορίαν παραλέλοιπεν ἑκατέρου ταῦτα εἰπεῖν, ἅπερ ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφρασεν· Ἐπέθηκεν γὰρ ἐν ἕνδεκα λόγοις τὰ παθήματα σχεδὸν τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων καὶ Ἐπισκό-

t) [Reliquias huius quasdam offendimus passim in vitis nonnullorum patrum et menologiis Graecorum. *Eusebius* ipse H. E. lib. 4. et 5. ipse testatur, a se eam collectionem scriptam esse. *Sixt.*]

Ἐπισκόπων καὶ ὁμολογητῶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γυναικῶν καὶ παρθένων ὅσαι ἀνδρείῳ φρονήματι διὰ τὸν Δεσπότην ἀγωνίσαντο Χριστὸν, ἀνεγράψατο u). Eusebium *in libro de quinque millibus coronatorum* laudat Ioannes de Hamburgo, Carthusiensis prope Pragam monachus, in Epistola a. C. 1404. scripta ad Henricum Olemannum, canonicum Northunensem edita a b. Dorscheo in parallelis monastico academicis pag. 176. Denique non omittendum, quod a. 1716. inuentus, vt aiunt, in Syria, Romamque adlatus est codex, qui fertur a. C. 473. scriptus esse syriace, et complecti Historiam Martyrum Occidentis ab Eusebio compositam. Hunc vna cum aliis monumentis syriacis, a Iosepho Assemanno Maronita similiter Romam adportatis v), latine vertendum lucique donandum publicae libenter euoluent antiquitatis ecclesiasticae studiosi: licet si graece alicubi Eusebianum opus se offerret, non dulcius modo, sed et securius ex ipso fonte hauriretur. *Fabr.* [In genere ad historiam litter. de Sanctis etc. multa congesserunt *I. G. Walch* in biblioth. select. theolog. tom. III. p. 654. sqq. pag. 666. sqq. 740. sq. et *Car. Wilh. Franc. Walch* in: Grundsätzen der zur Kirchenhistorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren u. Bücherkenntnifs. p. 208. sqq. — auctor libelli: Bibliotheca selecta historiae ecclesiasticae cum veteris tum noui testamenti. Venet. 1776. 8. p. 187. cap. XI. de scriptoribus, qui christianae ecclesiae fata et euenta scripto consignarunt aut illustrarunt, articul. 2. *Persequutiones ecclesiae, earumque historici*, et pag. 193. sqq. *Acta sanctorum.* Ipse *Fabricius* noster in opere: Salutaris lux euangelii, toti orbi per diuinam gratiam exoriens etc. Hamburg. 1731. 4. cap. XI. de martyribus p. 206. sqq. etiam spicilegium notitiae scriptorum de martyribus ad nostram paragr. XXIX. collegit, nec vero necessarium esse videtur, vt longum illum locum ex libro noto et obuio huc transferam. Ab initio statim notitiam de Eusebii collectione amplificauit. — De Menologiis s. Kalendariis v. quoque *Nicol. Carminium Falconium*, archiep. eccles. S. Seuerinae in obseruatt. ad Capponianas Ruthenas tabulas, Romae 1755. fol. *Harl.*]

u) [Nec praetermittenda est nota *Guil. Caue* in huius historia litteraria scriptor. eccles. ad nomen, *Eusebius:* Acta martyrii *S. Luciani*, quae apud Surium ad d. 7. Ianuarii habentur, ex hoc opere, (scil. antiquiorum martyrior. collectione,) a Metaphraste descripta esse opinatur *Vsserius* bibl. theol. MS. p. 159. *Sixt.*]

v) Inter cetera sunt, *S. Athanasii* liber de incarnatione scriptus syriace, a. C. 564. *S. Iacobi Nisibeni* Homiliae. *S. Iacobi Sarugensis* episcopi homiliae 76. *S. Isaaci Syri* sermones. *S. Ephrem Syri* exegeses in Vet. Test. libros. *Dionysii Barsalibaei*, episcopi Aonidensis Commentarii in IV Euangelistas. Chronicon Edessenum a Christo nato ad a. 523. *Dionysii Syror.* Iacobitarum patriarchae Chronicon ab orbe condito ad a. C. 773. Alexandrinorum patriarcharum Historia ad annum aerae Diocletian. 1004. (Christi 1378.) Nomocanon ecclesiae Antiochenae. Geographica totius Aegypti descriptio, item arbores, metalla, animalia, monetae, opera publica, regimen, epochae etc. *Gelali* historia Califarum a Mahomete ad annum Hegirae 903. (Christi 1497.) *Abdarrameni* Historia Aegypti. Hierosolymitana historia ad annum Hegirae 900. (Christi 1493.) *Achmetis Caraphi* obiectiones LXX. contra Euangelium etc. [De Assemanni opere v. Memoires de Trevoux a. 1718. Septembr. pag. 520-525. sq. et Fabr. opus citat. salutar. lux, pag. 207. seq. *Harl.*]

Theodoriti historia religiosa, de qua tom. VII. huius bibl. p. 434. sq. [tom. VIII. p. 279. sq. nostrae edit.]

Menaea Graecorum, de quibus dixi ad Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 57. editionis a me curatae tom. V. w) huius bibl. In ecclesiae CPolitanae vsus esse composita notat *Tillemontius* tom. VII. memor. eccles. pag. 13.

Menolo-

w) [Equidem in noua Edit. vol. omisi illud Allatii opus, et caussam omissionis in praef. ad vol. VII. pag. XI. iam declaraui. *Allatius* ibi agit p. 57. XI. de *Menaeis*, s. de opere, duodecim voluminibus comprehenso, quod μηναῖον vel μηνιαῖον dicitur; atque, „Menses, ait, singuli singula explent volumina, singulis diebus vnius vel plurium sanctorum officium, quorum sollemnitas eo die celebratur, digeritur," etc. Ac illi loco Fabric. subiecit adnotationem, quam h. l. inserendam esse arbitratus sum. Fabricius igitur „*Menaeorum*, inquit, vastum opus excusum est graece Venetiis apud Pinellos aliosque in fol. non vno et eodem tempore, sed variis diuersisque annis. Mensis *September*, a quo annum suum Graeci solent inchoare, prodiit cura Nicephori Paschalei Hieromonachi a. 1628. iterumque curante Theophylacto Tzansuraro Hierodiacono a. 1648. hoc titulo: Βιβλίον τῦ Σεπτεμβρίυ μηνὸς περιέχον τὴν πρέπουσαν αὐτῷ ἅπασαν ἀκολουθίαν, et sic in reliquis.

September October	*cura Nicephori* A.	1628.	et *Theophylacti*, - -	A. 1648.
Nouember	- - - -	1626.	- - - - -	1649.
December	- - - -	1602.	- - - - -	1628.
Ianuarius *cura Matthaei Galatiani, Cyprii, Hieromon.*	-	1603.	- - - - -	1629.
Februarius *cura Nicephori*	-	1626.	- - - - -	1643.
Martius, *cura Theophanis Zenacii, Hieromonachi*,	- -	1625.	- - - - -	1645.
Aprilis,	- - - -	1625.	- - - - -	1638.
Maius, *cura Nicephori*,	- -	1625.	- - - - -	1642.
Iunius,	- - - -	1626.	*et cura Theophanis Zenacii*,	1645.
Iulius,	- - - -	1624.	*et cura Theophylacti*, - -	1642.
Augustus,	- - - -	1625.	- - - - -	1642.

Huic Cauei obseruationi adde, quod antiquior etiam exstat *Menaeorum* editio, coepta a. 1596. cuius primora volumina, (nam postremum a. 1607. demum insequutum est,) cum Canisio ante a. 1602. communicauit Velserus, e quibus, se, testatur, eluisse maculas in Menologio, quod ab Andrea Schotto acceptum vulgauit ex latina versione Guil. Sirleti cardinalis. Porro Menaea, sed latius, ni fallor, accepto Menaeorum vocabulo pro quocumque opere, quod graece Mensium ordine de sanctis agit, *Mediolanensia* MSS. in Bibl. Ambrosiana citat *Papebrochius* in Actis Sanctorum, vt tom. I. Iun. pag. 621. 726. etc. et alia *Taurinensia* tom. VII. Maii p. 257. [In catalogo codd. graecor. *Taurinens.* recensetur p. 91. cod. XVIII. qui continet *Menaeum* quatuor mensium, Septembris, Octobris, Nouembris, Decembris. Singulis diebus vnius vel plurium Sctorum occurrentium *Officium* digeritur: *troparia* scil. in primis et secundis *Vesperis* ac *Missa*, nec non *canones* in Matutino aliisque *diuini Officii* partibus recitandi: tum *Synaxaria*, seu rerum ab iisdem sanctis gestarum breues narrationes continentur.] De *Sophronii* patriarchae opera cum Ioanne Damasceno impensa in restituendis Menaeis adi eadem Acta Sctorum ad diem XI. Martii, et quae de Menaeis praeter Suicerum Cangiumque *Bollandus* ad tom. I. Act. Sctor. Februarii pag. XXI. qui nihil in illis haeretici, nihil schismatici contineri profitetur prolegom. ad tom. I. Ianuar. p. LV. Duo Menaeorum menses commode possunt compingi vno volumine in fol.

Ex

[P] *Menologia* varia Graecorum, de quibus ad eumdem Allatium p. 61. seq.

Ex Menaeis decerptum *Anthologium* Graecorum, quod cum praefatione Antonii Arcadii ad Clementem VIII. qui illud adprobauit, excusum est Romae a. 1598. 4. Etiam *Matthaei Raderi* S. I. Viridarium Sctorum, editum Augustae Vindelic. 1604. 4. multas historias, e Menaeis versas, continet, voluitque Raderus, (vt Bollando etiam notatum p. LV. prolegomm. ad tom. I. Ianuarii.) integra *Menaea* graece ac latine in lucem emittere." Hactenus *Fabricius*. In aliis praeterea MSStis eiusmodi *Menaea*, *Menologia* etc. exstant. *Romae* in bibl. monasterii S. Basilii 1) Vitae Sctorum et martyrum, in plerisque codd. X. et XI. saec. membran. 2) Menologium f. Martyrologium X. aut XI. saec. membranae. 3) Synaxarium et typicum S. Bartholomaei; 4) Synaxarium magnum XII. saec. in cod. membran. v. *Montfauc.* Diar. ital. pag. 216. et ibid. pag. 362. 364. et 365. In monasterio b. Mariae, *Florentiae* 1) in cod. bombycino et 2) in cod. membran. Synaxarium ac breue menologium, script. a. Chr. 1338. 3) in cod. membran. XII. saeculi, vitae SS. mensis Octobr. Martyrium S Artemii et aliorum. — Ibid. p. 335. in monasterio Cryptae Ferratae, in agro Tusculano *Synaxarium*, ad vsum monasterii concinnatum, quod ritus complectitur atque caerimonias, in festiuitatibus Sctorum graeco more vsurpatas, et quod, ait Montfauc., haud ita multum discrepat ab aliis Graecorum monachorum Synaxariis, quae in bibliothecis comparent. — *Bernae*, Menologium gr. v. *Sinner* cat. bibl. Bern. p. 105. sqq. — *Calendarium*, ib. p. 40. sq. — *Martyrologium* Aethiopicum, ib. p. 113. sq. — *Dresdae* in bibl. Elector. *Synaxar.* cum *Menologio* et *Menologium*, saec. X. aut XI. a Matthaei donata. — *Vindobonae* in codd. XXXI. XXXIV. XXXVI. XXXVII. et LIX. Ephemeris f. *Calendarium* lectionum N. T. et memoriae Sanctorum totius anni secundum consuetudinem ecclesiae CPolitanae. v. *Lambec.* comment. tom. III. p. 125. 130. et p. 151. Kollar. not. de vsu Synaxarii versſ. iambic. pag. 153. ibique not. Kollar. p. 154. et 156. sq. p. 263. nr. 6. — In cod. CLXXXIV. nr. 7. et 8. *Officium ecclesiasticum* festi natiuitatis Christi, et *Officium* hebdomatis sctae. v. *Lambec.* IV. pag. 437. — In cod. CCCXXVI. *Typicum ecclesiasticum*, f. ordo *Officii ecclesiastici* per totum annum. — in cod. CCCXXI. nr. 5. *Officium* quoddam *ecclesiastic.* in defunctos saeculares. — in cod. CCXCVII. nr. 21. *Officium* quoddam *eccles.* lingua graeco-barbara. — in cod. CCCXIV. *Synaxaria.* — in cod. CCCXXV. nr. 1. *Sabae*, f. potius *Sabbae* abbatis, (mortui a. 531.) ordo recitandi *Officii ecclesiastici* per totum annum, sec. consuetudinem, ab illo institutam et praescriptam, atque in eodem cod. nr. 2. *Marci* hieromonachi declaratio dubitationum in Typico S. *Sabae* occurrentium, diuisa in capp. 95. v. *Lambec.* V. p. 603. sq. p. 595. sq. (vbi Lamb. adnotat, hoc officium prorsus diuersum esse ab altero eiusdem generis officio funebri, a *Iac. Goar* in Euchologio Graecorum, Paris. gr. et lat. 1647. fol. edito, p. 585-587.) — p. 552. p. 600. 602. In memorato cod. CCXCVII. nr. 22. est anonymi *Synaxarium* siue succincta narratio de quodam *Gaduro*, sanctitate vitae claro, lingua graeco-barbara, et nr. 23. atque in cod. CCX. nr. 4. (vbi conf. Lambec. et Kollar. p. 46. Kollar. refutat adnotator. ad Caueum tom. II. diss. 2. p. 32. atque *Oudin.* tom. II. p. 553.) anonymi *Menologium* graecum totius anni ab initio mensis Septembr. vsque ad fin. m. Augusti. — In cod. CCCIX. *Anthologium ecclesiasticum Graecorum*, in XII. menses diuisum, quo continentur *Officia*, quae per totum annum in Iesu Christi, b. Mariae, et reliquorum celebrium Sctorum sollemnitatibus solent decantari. — in cod. CCCXI. eiusdem *Anthologii* mens. Nou. — in cod. CCCXII. eiusdem mens. Ian. v. *Lambec.* V. p. 575. 576. sq. Ibid. p. 273. sq. et 567. corriguntur atque illustrantur duo loca in Menaeo typis excuso. — In cod. CCCII. *Menaeum Graecorum*, m. Mai. add. cod. CCCIII. vid. *Lambec.* V. pag. 567. sq. — Ibid. *Officia* magnae eccles. CPolitanae S. Sophiae in cod. VII. nr. 10. — in cod. X. nr. 7. et 9. (vbi tribuitur Constantino Harmenopulo,) — in cod. XI. nr. 9. — XIII. nr. 5. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 72. sq. (qui illum cod. cum aliis catalogis Officiorum ecclesiast. in *Codini* libro eiusdem argumenti, in corpore historiae Byzantinae cum notis Gretseri et Goari Paris. 1648. diligenter conferre iubet,) pag. 80. et 81. 90. et 105. et p. 95.

Menologium ex bibliotheca Frid. Lindenbrogii descriptum, quod olim fuerit in vsu ecclesiae CPolitanae, laudat Papebrochius Act. Sanctorum tom. II. April. pag. 67.

Antho-

p. 95. sqq. duo *Matthaei* monachi catalogi officiorum eccles. CPolit. libri versibus politicis, in cod. XI. nr. 14. etiam editi cum Codino ed. citat. p. 8. et 58. — fragment. siue vita *Porphyrii* Gazens. episcopi, quod in illo cod. XI. nr. 36. exstat, est quoque ap. Kollar. quem vid. in Suppl. p. 45. in cod. VI. eiusdem *Matthaei* explicatio catalogi Officiorum etc. in cod. LIII. nr. 9. v. *Lambec.* VIII. p. 1007. add. anonymorum catalogos eiusdem argumenti de codd. LII. nr. 2. et LIII. nr. 2. et 17. apud *Lambec.* VIII. p. 1000. 1005. et 1009. — Ibid. in cod. VI. nr. 10. Officium festi b. Mariae, cognomine Ἀκαθίστ. v. Menaea Graecor. d. X. Mart. et *Lambec.* VIII. p. 114. — *Calendarium* gr. ib. in cod. XCII. nr. 7. v. *Lambec.* VII. p. 374. — *Calendarium* eccles. Graecorum ibid. in cod. LII. nr. 13. v. *Lambec.* VIII. p. 1004. sq. a quo etiam *Menaea* Graecorum illustrantur et supplentur p. 152. 250. et saepius. v. indicem III. ad vol. VIII. voc. *Menaea.* *Menologii* Graecorum magni mens. Februar. in vol. VIII. cum vberrimis Lambecii explicationibus variique generis adnotationibus, p. 151-207. in cod. XI. — mens. Septembr. et Octobr. p. 494-547. in cod. XVI. — mens. Octobr. p. 548-558. in codd. XVII. et XVIII. — mens. Nou. p. 558-596. in cod. XIX. — mens. Augusti. p. 214-446. in cod. XIV. Quae ab Hagiographis aliisque edita aut sub examen vocata aut illustrata sunt, passim adnotauit Kollarius: adde p. 120. sqq. de *Nicephori synaxariis.* — In eadem biblioth. in cod. XXXIX. *Anthologium*, liber Graecorum ecclesiasticus, de quo multus est *Kollarius* in Supplem. I. ad Lambec. comment. pag. 286. sqq. et praecipuas huius libri edd. gr. esse adnotat Valachicam a. 1697. et Venetam 1738. in folio quarto. Idem Kollar. ibid. pag. 289. recenset cod. XL. in quo exstat nr. 1. *Matthaei*, Myrensium metropolitae, ἀκολουθία s. *Officium*, d. 20. Nou. in honorem Gregorii Decapolitani a Valachis, graeco ritui addictis, celebrari solitum. — *Menologium* m. Sept. in cod. caesar. VI. 10. v. *Kollar.* ibid. p. 49. — ib. p. 74. sq. et p. 77. in cod. VIII. nr. 3. et cod. IX. 5. *Synaxarium*, ac nr. 4. *Menologium*, m. Sept. — Ibid. p. 183. sq. Fragmenta tria ex *Menaeo* quodam in cod. XIX. nr. 47. *Augustae Vindelic.* fragmenta de festis Christi et Sctorum per menses duodecim. — *Calendarium* Magistri *Ioannis de Gamundia*, lat. v. *Reiseri* notit. codd. August. p. 23. et 42. — Ibid. p. 56. Passiones Sctorum; quo cod. membran. fol. vsus est Heribert. Rosweidus. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. *Synaxaria* graeca, seu ordo legendi euangeliorum pericopas, s. sectiones pro quolibet die, incipiendo a m. Septembri vsque ad mensem August. in cod. XVI. nr. 4. plut. 6. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 127. — in cod. XVIII. nr. 2. plut. 6. ex quo cod. *Bandin.* l. c. p. 130. sqq. integrum Synaxarium euulgauit. *Menologium* in cod. XXI. nr. 5. plut. 6. v. *Bandin.* ib. p. 141. — *Synaxarium* et *Menologium* in codd. XXV. plut. 6. (*Bandin.* ibid. pag. 149.) XXVII. nr. 1. sqq. nr. 14. ex quo cod. *Bandin.* p. 154. sq. aliud *Menologium* publici iuris fecit. Euangelicum *Synaxarium* in cod. vncialibus litteris exarato, XXXI. 1. sq. (*Bandin.* I. p. 157. sqq.) — in cod. XXXIV. nr. 6. plut. 6. ex quo *Bandin.* ib. p. 163. specimen dedit *Menologii* interdum a superioribus diuersi. — De menologio et ritibus quibusdam, in cod. XXX. nr. 9. plut. 58. et *Triodium* in cod. XIII. 1. plut. 69. v. *Bandin.* II. pag. 478. ac 655. — *Menologium Graecor.* versibus ferme iambicis expressum, ib. in cod. VI. nr. 15. plut. 75. (*Bandin.* III. p. 151.) Lectiones dierum festorum et *Officium* in codd. XIII. et XIV. bibl. *Venet.* D. Marci. v. Catal. codd. gr. p. 16. Codices tamen XIII. et XIV. curatius recensuit cel. *Morellius* in Bibl. MSta graeca et lat. tom. I. p. 24. sqq. et 28. sq. Insunt autem in priore cod. Lectiones ex Testamento vet. pro diuinis officiis, et plura ex illo adnotauit Morell., in posteriore autem exstat *Horologium Magnum*, exscriptum a. 1425. et reperiuntur 1) Στιχηρὰ pro Officiis communibus Sctorum, ex Menaeis sumta: 2) *Gregorii* monachi Canon in Sanctos totius anni: 3) *Menologium*, Tropariis et Κοντακίοις inserta: 4) Στιχηρὰ ἀπολυτίκια et Κοντάκια per annum ex Triodio: 5) Canones Triadici, qui *Theodoro Smyrnaeo* tribui solent; 6) Canones paracletici in b. Mariam, Christum et ange-

los

Anthologium Graecorum e Menaeis decerptum et a Clemente VIII. adprobatum editumque Romae 1598. 4. cum praefat. Antonii Arcudii. De aliis Anthologii editionibus dictum ad Allatium p. 66. seq.

Matthaei

los custodes, ex variis auctoribus: 7) Acoluthia νήψεως καὶ νίψεως, auctore *Theoctisto*, monacho Studita. — In bibl. elector. *Bauarica* Monac. cod. CCX. fol. 252. *Synaxarium* totius anni, m. Decembr. v. cel. *Hardt* in: Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 4. p. 539. Huc quodammodo etiam pertinet cod. CCXI. docente *Hardtio* ibid. p. 540. sqq. — Ibid. in cod. CCXXVI. canones et triodia variorum temporum dierumque festorum et auctorum, quae diligenter recenset *Hardt* l. m. part. V. p. 318-325. et p. 527. sq. quaedam Sctorum vitae etc. quarum magna copia in aliis Bavaricis codd. exstat. — In eadem bibl. secundum catal. MSSt. gr. p. 53. *Triodium* Graecorum in cod. CXXIV. et *Horologium* Graecorum, in cod. CXXVI. — pag. 52. *Menaeum* Graecorum, m. April. in cod. CXXI. — *Mosquae* in bibl. synodi plures eiusmodi codices supersunt, quos recenset cel. *de Matthaei* in Notitia et recensione codd. gr. Bibl. Mosquensium etc. tom. I. Lips. 1805. 8. *Menologia*, s. vitae Sctorum in compendium redactae p. 85. sq. in cod. CLIV. et p. 186. in cod. CLXXXII. m. Febr. p. 207. in cod. CCCXVI. m. Decembr. et in codd. CCCXVII. atque CCCXVIII. m. Ianuar. — tom. II. pag. 289. sqq. in cod. XXXI. incipit menologium a mens. Martio, et definit in m. Februar. — p. 296. in cod. XXXIII. p. 142. tom. I. in cod. CCXVI. p. 328. tom. II. in codd. XLIX. et L. *Triodium*. — p. 518. codd. XXXI-XXXVII. in 4. *Menologia* variorum mensium. — *Synaxaria* in codd. V. et CCCLVI. in tom. I. in codd. XXVI. et XXVII. tom. II. — *Acoluthiae* in codd. CCCXXX. seq. CCCXXXVI. CCCXLIII. sq. et CCCLXX. tom. I. — *Menaea*, quae, vt ait V. D. in indice, vulgo ita vocantur, quod plerumque Sctos vnius mensis ex ordine menologii complectuntur, interdum tamen κατ᾽ ἐκλογὴν plurium mensium vitas aut certos dies festos, si praesertim plures patres idem argumentum tractauerint, exhibent, quam plurima quae infra in sectione de vitis Sctorum pauceis nominabimus, in eadem bibliotheca exstant. *Officia* ecclesiae magnae, ib. in codd. CL. et CLI. ac CCCXCIX. tom. I. et 41. in 4. tom. II. — In bibl. *Coislin*. *Synaxarium* breue in cod. CCVI. nr. 1. — *Synaxarium* pro mensibus Mart. — August. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 266. et 274. — *Officium* Graecorum in pluribus codd. v. p. 114. sq. 273. bis. 425. 455. — *Paris.* in bibl. publica, *Officia* magnae eccles. CPolitanae in septem codd. v. catal. codd. Paris. II. in indice II. — In bibl. *Escorial.* in pluribus codd. continentur Menologia, Horologium, Officia ecclesiastica etc. v. *Plüer* itinerar. per Hispan. p. 200. sq. — *Venetiis* in bibl. Nanian. *Menologium* in codd. VIII. 7. CCXXVIII. 13. et CCC. 9. — *Menaea* et *Officia eccles.* in codd. CXLVI. CLII.-CLXVI.-CLXVII. — CLXXXVI. — CXC. CXCIV. et CXCVIII. (qui continent *Nicolai* potissimum *Malaxi* Triodia, Acoluthias, Troparia, Contacia etc. et *Menologium*:) CCVIII. — CCIX. — CCCVII. v. *Mingarelli* cat. codd. gr. Nan. p. 7. 410. 502. et p. 538. 544. sq. 566. 593. sqq. de euangeliis, legendis in diebus festis Sctorum, vbi Mingarell. valde supplet ex hoc 146. cod. *Hemerologium*, Venet. 1764. editum multosque adnotat Sctos, ibi omissos, quorum memoria a m. Sept. vsque ad m. Aug. publice colebatur; — p. 576.-595. sqq. — 597. — p. 598. cod. CXCV. continet canones, stichos, odas in honorem Sctor. m. Augusti: — cod. CXCVI. *Exodiasticum*, i. e. ordinem officii pro defunctis monachis: atque Mingarell. adnotauit, codicem concordare in multis cum *Exodiastico*, Romae 1754. edito; sed in hoc cod. id multo longius esse, et multas habere orationes, quae in edito non leguntur: pag. 406. et 518. Add. pag. 409. et 411. de codd. CCXII. CCXVII. et CCXVIII. qui comprehendunt *Acoluthiam* s. officium S. Spyridionis. — pag. 412. in cod. CCXX. est nr. 1. *Officium* S. Gregorii ex Menaeo ac nr. 4. *Officium* nonnullorum SS. martyrum et aliae vitae martyrum ac narrationes. — p. 414. cod. CCXXIV. duo *officia*. — *Synaxaria* ib. in codd. VII. 1. VIII. 6. XI. 3. XII. 1. et 7. XIII. 1. et 5. XV. 1. et CLIV. 50. — *Acoluthiae* in cod. CLXXXIII. etc. Secundum catal. MSSt. Angl. et Hiberniae, tom. I. sunt in bibl. *Bodlei.* 1) *calendaria* diuersarum linguarum et nationum paene innumera. 2) *menologia* in codd. nr. 5394. 5212. 5767. et 5778. — 3) *Officia* in 34. codd. quorum

Matthaei Raderi S. I. Viridarium Sctorum ex Menaeis Graecorum collectum, adnotationibus et similib. s historiis illustratum. Pars I. Augustae Vindel. 1604. 8 et Pars II. et III. de simplici o edientia et contemtu sui, et illustria Sanctorum exempla. ibid. 1614. 8. Haec veluti in gustum Raderus, qui Menaea integra latine vertere, et vtraque lingua edere habuit in animo. Confer, quae de inedito illo Raderi opere *Papebrochius* in Actis Sctor. ad tom. II. April. p. 609. Etiam Menologium *Maximi Margunii*, excerptum e Menaeis, et ab Antonio Pinello lingua graeca vulgari editum Venet. 1529. 4. [Dein de ib 1602. v. *Leon. Allatii* diss. I. de libris et rebus eccles. graec. et *Sluteri* propyl. histor. christian. sect. II. p. m. 125. *Sixt.*] Latine vertere coepit idem Raderus, Bollando teste praefat. ad tom. I. Ianuar. p. LV.

Graecorum et *Syrorum Calendaria* a Gilb. Genebrardo praemissa commentariis in Psalmos.

Ruthenorum Calendarium ab Antonio Posseuino editum in Apparatu sacro, tom. II. in voce *Rutheni.*

Menologium Ruthenicum quod Amstelodami a Laurentio van der Hem accepit Papebrochius, et cum Menologio graeco metrico praemisit tomo I. Act. Sanctorum Maii. [add. tom. VII. pag. 519. *Harl.*]

Menolo-

quorum numerum index edocebit. — 4) *Synaxarium* in cod. 5780. syriace, et ibid. nr. 5775. *martyrologium*, gr. — In collegiis *Oxon. Calendaria* in duodecim codd. — *Menologium* nr. 2036. in colleg. Iesu. — *Cantabrigiae* in quindecim codd. variorum collegiorum. — *Officia*, nr. 125. — In tom. II. in variis biblioth. nr. 9115. Liturgiae et *Acoluthiae*, gr. — et nr. 9112. 9116. 9119. 9126. 9127. 9130. 9134. — *Menologia*, inter codd. Georg. Wheleri, et in quinque adhuc codd. aliarum bibl. — *Calendaria*, diuersarum linguarum, in quadraginta codd. v. indic. — *Martyrologia* in decem codd. — *Officia* in duodecim codd. — *Synaxarii* compendium, nr. 5923. inter codd. Th. Gale. — In bibl. *Cotton. Calendaria* in triginta et tribus codd. teste indice. *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. MSSt. amplissimam codicum copiam *Calendariorum*, in variis linguis et bibliothecis obuiorum, adtulit; v. indic. voc. *Calendarium:* — praeterea in tom. I. p. 607. bibl. nominatur *Calendarium* martyrologicum, in bibl. Basileensi. — *Menologia, Menaea, Synaxar. Triodia, Martyrologia* etc. varia *Romae* in bibl. Vaticana (*Montfauc.* I. p. 11. *D.* p. 27. *B.* et *D.* p. 52. *A.* p. 33. *A.* p. 120. *B.* p. 121. *C.* p. 136. *D.* p. 158. *C.* et *D.* p. 170. *D.* — in bibl. monasterii Cryptae Ferratae, p. 199. *B.* — *Florentiae* in bibl. monasterii Benedictin. B. Mariae, p. 414. *A.* Menolog. et Martyrolog. — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Martyrol.* et varia *Menaea*, voll. XVIII. ibid. p. 501. *A.* et *C.* — *Basileae Martyrologia*, gr. ibid. p. 613. *C.* — In bibl. *Colbertina*, *Officium* in vsum Armeniorum, ib. tom. II. pag. 1018. *B.* — in bibl. *Paris.* publ. *Menaea*, ib. p. 1032. *B.* — Inter codd. *Baluzii*, *Menaeum*, m. Ianuar. ib. p. 1306. *B.* — In bibl. *Mazarin.* Horologium, Synaxarium, Triodium, et multa Menaea, ib. p. 1325. add. indic. v. *Martyrum passiones* etc. et *Synaxaria*, ac *Triodium.* — *Montfaucon.* in Palaeographia graeca pag. 46. 58. 76. 80. 86. et 304. *Menaea* gr. varia MSSt. refert. — In bibl. Malatestina *Caesenat.* in cod. IV. plut. 27. et cod. II. plut. 29. sunt euangelia gr. de tempore et de Sanctis et de diuersis, quae in ecclesia gr. legi consueuerunt: quos recensuit *Ios. Mar. Mucciolus* in catal. codd. illius bibl. Caesenae 1780. fol. p. 98. et 106. ac p. 177-200. ex vtroque cod. reposuit Rubricas, latine versas, notisque illustrauit. — In catal. MSSt. *Harleian.* est magna *Calendariorum* copia. v. indic. sub h. v. — sex *Menologia* gr. nr. 1810. (vbi v. not. editor.) 5322. 5557. 5581. 5603. 5782. — *Martyrologia* in sex codd. — Sed ohe! iam satis erit. Neque vero, aliis me reliquisse spicilegium, diffiteor. *Harl.*

Menologium Slauo-Russicum editum Mosquae a. 1679. *Fabr.* [v. *Nicolai Bergii* exercit. de statu ecclesiae et religionis Moscouiticae p. 111. *Sixt.* add. Fabr. salut. luc. Euangelii p. 209. In primis de Kalendariis s. Menologiis Slauic. ineditis v. *Assemanni* Kalendaria, mox laudanda, vol. I. cap. VIII.-XI. p. 100. sqq. et c. IX. p. 122. sqq. de Kalendario Ruthenico, edito a *Posseuino*, cuius opiniones iudiciaque Assemannus praua esse falsaque ostendere sustinuit. In cap. X. pag. 138. sqq. de Kalendario Ruthenico Posseuini a Papebrochio in praef. emendato, et erroribus Papebrochii in Kalendario effigiato Graeco-Moscho in adpendice ad Ephemerides gr. Moschas p. 64. commissis, late differit etc. *Harl.*]

Kalendarium aethiopicum, in Iobi Ludolfi commentario hist. Aethiopicae.

Kalendarium Hierosolymitanum, in Lucae Waddingi annalibus minorum, tom. III. ad a. C. 1342. n. 49.

Coptici Kalendarii specimen apud Bollandum p. LVI. praefat. etc. *Fabr.*

Quibus adiungo

Menologium Graecorum, e biblioth. *Guil. Sirleti*, patris purpurati, huius interpretatione latina editum e codice manuscripto notisque *Henrici Canisii* illustratum. Exstat in eiusdem lectionn. antiquar. tom. III. part. I. p. 409. edit. *Basnage.*

Menologium graecum litteris descriptum Venet. 1535. editumque Paris. 1573. 4. cum *Nicephori* CPolitani *Chronologia* ab *Anton. Contio*, qui latino calendario permiscuit illud et dies aliquot vacuos reliquit. Conf. *Io. Bollandus* in praefat. ad Acta sanctorum p. 14. sq.

Menologium Graecorum, quod a *Paullo Sfondrato*, cardinale, *Gregor. XIV.* nepote legendum acceperat *Baronius* (Annal. ad a. C. 886.) idque conscriptum olim ante a. C. 884. Ad fidem codicis membranacei Vaticani a *Petro Arcudio* latine redditi, hocce menologium a *Ferdinando Ughello* primum vsui communi traditum est in Italiae sacrae tom. X. Venet. 1722. fol. p. 243. praefixo titulo: *Menologium Graecorum* iussu Basilii iunioris imperatoris Constantinopolitani, ante annum salutis 984. (884.) conscriptum. Sex tantum menses comprehendit, quippe Septembr. Octobr. Nouembr. Decembr. Ianuar. Februar. [Conf. catal. bibl. Bunau. tomi III. volumen II. pag. 590. *Harl.*] Reliquos suppleuit *Godofr. Henschenius* in Actis sanctor. inde a Martio vsque ad August. *Zach. Grapius* in disputat. de Menaeis et Menologiis Graecorum §. 10. Rostoch. 1697. hunc ipsum codicem laudat tamquam elegantissime exaratum. Exornatus est quoque Diuorum, quorum elogia exhibet, imaginibus non ab vna manu delineatis et pictis. Sunt vero pictorum nomina: *Pantaleon*, *Michael Blachernita*, *Georgius*, *Simeon*, *Michael paruus*, *Menas*, *Nestor*, *Simeon Blachernita*. Num imperatoris alicuius CPolitani et cuiusnam iussu scriptus fuerit? hac de re certi quid statui nequit.

Menologium Graecorum, iussu Basilii imperatoris graece olim editum, in tres partes diuisum, nunc primum graece et latine in lucem emissum studio et opera *Annibalis Albani*, Vr-

bini 1727. fol. Pars I. continet Sept. Octobr. Nou. P. II. Decembr. Ianuar. Febr. P. III. Mart. April. Maium, Iun. Iul. Auguſt.

Menologium peculiare quoque occurrit in graeco libello precationum inſcripto, ὡϱολόγιον, cum eiusdem menologii epitome, teſte *Bollando* in praef. ad Acta ſanctor.

Breuiorem catalogum ſanctorum, quorum memoria quotannis apud Graecos celebratur, exhibet *Thomas Smith* de Graecorum hodierno ſtatu p. 11. et 18. ſqq.

Quod ſpeciatim adtinet ad *menaea*, enarrantur in iis omnes ſancti, qui ſic vocantur, ſecundum ordinem menſium ac dierum. Quot menſes per annum, tot volumina menaeorum prodierunt diuerſo tempore Venetiis diuerſorumque cura et ſtudio. Quorum indicem ſubnecto:

Ad Septembrem, cum quo menſe Graeci annum auſpicantur: βιβλίον τȣ̃ σεπτεμβϱίȣ μηνὸς, πεϱιέχον τὴν πϱέπȣσαν αὐτῷ ἅπασαν ἀκολȣϑίαν, cura *Nicephori Paſchalei*, hieromonachi, 1628. iterum opera *Theophylacti Tzanſurari* hierodiaconi, 1648.

Ad Octobrem: — — cura *Nicephori*, 1628. et *Theophylacti*, 1648.

Ad Nouembr. — — ſtudio *Nicephori*, 1626. deinde cura *Theophylacti*, 1649.

Ad Decembr. — — opera *Nicephori*, 1602. et *Theophylacti*, 1628.

Ad Ianuar. — — cura *Matthaei Galatiani*, cyprii hieromonachi, 1603. et *Theophylacti*, 1629.

Ad Februar. — — ſtudio *Nicephori*, 1626. ac *Theophylacti*, 1643.

Ad Mart. — — opera *Theophanis Zenacii* hieromonachi, 1625. et *Theophylacti*, 1645.

Ad April. — — ſtudio *Theophanis Zenacii*, 1625. et *Theophylacti*, 1638.

Ad Maium: — — cura *Nicephori* 1625. et *Theophylacti*, 1642.

Ad Iun. — — opera *Nicephori*, 1626. et *Theophanis Zenacii*, 1645.

Ad Iul. — — cura *Nicephori*, 1624. et *Theophylacti*, 1642.

Ad Auguſt. — — opera *Nicephori*, 1625. et *Theophylacti*, 1642.

Eſt quoque *menaeorum* editio antiquior ab anno 1569. ad annum 1607. Aliae editiones recentiores, 1673. 1689. a *Nicolao Saro*, tomis VI. fol. raritate ſunt inſignes. Conf. Acta eruditor. 1731. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, vol. VII.

Generatim de menologiis et menaeis agunt *Leo Allatius* de libris eccleſiaſt. Graecorum diſſertat. I. §. 11. 12. *Caue* in hiſt. literar. ſcriptorum eccleſiaſt. P. II. pag. 32. *Grapius* in diſputat. iam excitata. *Io. Mabillon* in catalogo biblioth. eccleſ. adnexa tractatui

ſtatui des Etudes monaſtiques p. 628. *Dominici Macri* notitia de' vocaboli eccleſiaſtici con la dichiaratione delle ceremonie et origine de' riti ſacri, cuius libri editio ſecunda aucta et correcta exiit Romae 1650. 4. eiusdemque verſio latina inſcripta: Hierolexicon ſ. dictionarium ſacrum, adparuit. Locupletatam acceſſionibus huius libri editionem procurauit *Carolus Macer*, Dominici frater, quae prodiit Romae 1677. fol. et Venetiis 1712. 4. Epitomen idiomate italico ſuppeditat editio Bonon. 1682. 4. *Vrielius* in exercitat. de eccleſia Graecanica hodierna p. 42. *Io Mich. Heineccii* Abbildung der alten und neuen Griech. Kirche. Lipſ. 1711. Part. III. p. 187-212. *Suiceri* theſaur. eccleſiaſt. voc. Μήναιον, Μηνολόγιον. [*Carol. du Fresne, Dom. du Cange* in Gloſſario med. et inf. Graecitatis voc. Μηναῖα et Μηνολόγιον, quod eidem et *Benedicto* XIV. papae rom. de canonizatione ſanctor.. part. II. c. 19. num. 26. et *Io. Franc. Buddeo* in Iſagoge hiſtorico-theolog. tom. II. p. 804. reſpondere videtur Martyrologio romano. *Harl.*]

Sunt, qui menaea et menologia ſynonyma eſſe tradant, e. g. *Iacob. Goar* in Euchologio ſ. rituali Graecorum etc. Pariſ. 1647. Quibus aduerſatur *Leo Allatius* in diſſertat. citata, cui cum *Grapio* in diſput. memorata adſtipulor, ſtatuente quippe §. 3.: *Menaea* ſunt prolixiora, et *officia* quolibet die ſanctis praeſtanda continent, qualia ſunt hymni, qui in honorem eorum cantantur et preces, quae recitantur: *Menologia* vero non adeo prolixa ſunt, cum nudam duntaxat vitae ſanctorum commemorationem contineant, vel quorum vitae non habentur, relationem. A fratribus *Macris* in hierolexico pag. 373. obſeruatum eſt: *Menaeum* eſt liber eccleſiaſticus eccleſiae graecae, in quo continentur preces et hymni in choro, recitandi per XII anni menſes. *Menologium* vero eſt liber eccleſiaſticus Graecorum, ſiue calendarium quoddam, in quo notantur feſtiuitates cuiuscunque menſis occurrentes, ſanctorumque acta continet, quae ad matutinum leguntur. De origine menologiorum et menaeorum cum *Grapio* ita cenſeo: Procul dubio eccleſia graeca primo habuit ſuos *faſtos* ſ. calendaria breuiora, quae ſucceſſu temporis augmenta ſua acceperunt, ex quibus orta ſunt *menologia*. Denique, creſcente paſſim ſuperſtitione, officia quoque ſanctis praeſtanda per hymnos et preces ſine dubio adhuc fuere addita, vt inde *menaea* emerſerint. Adhaec monere iuuat συναξάρια epitomen e menaeis et menologiis praebere. V. *Heineccii* Abbildung etc. Part. III. p 273. 274. *Sixt.* — De Diptychis, Faſtis, Kalendariis, Menologiis, Menaeis et Ephemeridibus, effigiatis et non effigiatis, eorumque apud Graecos diſcrimine late agit *Aſſemannus* in Kalendariis eccleſiae vniuerſae, tom. I. part. I. cap. 7. p. 76. ſqq. et p. 99. ſeq. cenſuram Macri in Menologium gr. Baſilianum, in Addit. ad Dominici Macri fratris hierolexicum iniquam refellit. *Harl.*

[Μηνολόγιον τῶν εὐαγγελίων ἑορταστικὸν, ſiue *Kalendarium eccleſiae CPolitanae* cIↃ. annorum vetuſtate inſigne, primitus e bibliotheca romana Albanorum in lucem editum, et veterum monumentorum comparatione diurnisque commentariis illuſtratum, cura *Steph. Antonii Morcelli.* Accedunt quatuor euangeliorum lectionum in codd. variantes. Romae 1788. II. tom. 4. In priore praeter euangelia, per totum annum, eſt index dierum feſtornm CPoli illo tempore celebratorum; tum *Morcelli* doctus commentarius

tarius in IV. priores menſes: tomus II. complectitur commentarium in reliquos menſes.

Anthologium eccleſiae graecae. Graece. Venetiis ap. Nic. Sarum 1712. fol.

Eccleſiae graecae *Martyrologium* metricum, ex Menaeis nunc primum collegit, interpretatus eſt et illuſtrauit *Vrban. Godofr. Siberus*. Lipſiae 1727. 4.

Kalendaria eccleſiae vniuerſae, in quibus tum ex vetuſtis marmoribus, tum ex codicibus, tabulis, parietinis, pictis, ſcriptis, ſcalptisue, Sanctorum nomina, imagines et feſti per annum dies, eccleſiarum orientis et occidentis, praemiſſis vniuscuiusque eccleſiae originibus recenſentur, deſcribuntur notisque illuſtrantur, ſtudio et opera *Ioſephi Simonii Aſſemanni*, biblioth. Vaticanae praefecti etc. tom. I - VI. *Kalendaria eccleſiae Slauicae, ſiue Graeco-Moſchae.* Romae 1755. 4. In praefatione ad tom. I. expoſuit conſilium, et promiſerat, ſe quoque poſt euulgatas et explicitas tabulas Graeco-Moſchas, vti in tabulis Capponianis ſe habent, et in quibus Sanctorum nomina ſingulis anni diebus recenſentur, ſiue poſt Menologium Slauonicum, alia Kalendaria exponenda ſuſcepturum, quae ad Graecos, Syros, Aegyptios, Aethiopes, Armenos et Latinos ſpectant. At in ſex tomis, quos in manibus habeo, vberrime illuſtrauit tabulas illas Graeco-Moſchas, atque originem et omnem paene hiſtoriam Slauorum, Ruſſorum aliorumque multorum populorum tam ciuilem quam eccleſiaſticam, multasque alias res, quae ad ſacra ritusque et libros ſacros pertinent, copioſe docteque perſequutus eſt; de multis aliis quoque Kalendariis in vol. I. p. 91. ſqq. et p. 94. ſqq. de antiquis et recentt. romanis Chriſtianorum Kalendariis ac pag. 98. de peruetuſto Kalendario romano in pariete picto, (de quo v. Mabillon. tom. I. Muſei ital. p. 142.) atque tabulis Capponianis graeco-Moſchis ſimillimo, et de aliis fuſe diſputat. In cap. VIII. pag. 100. ſqq. copioſe recenſet Kalendaria ſ. Menologia Slauonica in libris tum ſcriptis, (praecipue in bibl. Vaticana cuſtoditis,) tum editis eccleſiaſticis. — Pag. 131. ſqq. de libris Slauonicis, a *Io. Petro Kohlio* in Introductione in hiſtoriam et rem litterariam Slauorum, Altonae 1729. recenſis. Tandem ad tabulas Graeco-Moſchas Capponianas redit in tomo V. pag. 208. vsque ad finem et in tomo VI. integro tabulas Capponianas, in claſſes diſtributas, ſubiunctis ephemeridibus Ruthenicis, a menſe Septembr. formulis typographicis deſcribendas curauit, adpoſita verſione latina, ſingulos dies, ac ſingulorum Sanctorum, quorum memoria colebatur, nomina atque hiſtoriam varietatemque in aliis libris vberrime expoſuit, cum aliis narrationibus, menologiis, ſynaxariis, martyrologio, codicibus librisque et Actis ſanctorum Bollandin. comparauit, et commentario quaſi ipſorum Sanctorum, quos Fabricius deinceps recenſet, vitas cultumque illuſtrauit. *Harl.*]

Scripta de Sanctis, nec non Kalendaria, Martyrologia eccleſiarum occidentalium.

Vetuſtiſſimum *S. Hieronymi* Martyrologium, editum primum a *Luca Dacherio* tom. IV. [tom. II. p. 1. *S. Sixt.*] ſpicilegii Pariſ. 1661. 4. et ſub titulo veteris eccleſiae [(?)] occidentalis

dentalis martyrologii cum ampliſſimo commentario et eruditis exercitationibus a *Franciſco Maria Florentinio*, Lucae 1668. fol. In Dacherii editione, Sancti Hieronymo poſteriores alio charactere literarum expreſſi ſunt. *Fabr.* *Hieronymum* auctorem eſſe huius martyrologii, ſunt, qui adfirment, v. *Bollandus*, *Henſchen.*, *Papebrochius* in praef. ad Acta Sctor. Antwerp. Mart. tom. II. Sunt quoque, qui negent, nempe *Valeſius* in diſſertat. de martyrologio rom. a *Roſweido* edito, adiuncta *Euſebii* H. E. nec non *Dacherius* in monito, huic martyrologio, in ſpicilegio commemorato, praemiſſo. *Sixt.* — Scriptis ſuppoſititiis id quoque adnumerant Benedictini et Vallars. in editt. ſuis. v. *Car. Traugott Gottlob Schoenemann* in Bibl. hiſtor. litterar. patrum latin. tom. I. pag. 453. ſq. — Martyrologia *Hieronymiana* contracta, ſcil. Rhinouienſe, Richenovienſe, Auguſtanum, Labbeanum, Corbeienſe, reginae Sueciae olim Senonenſe *S. Columbae.* Ex MSS. codd. recenſuit *Io. Bapt. Sollerius*, in Actis Sanctor. Iun. tom. VII. pag. 1-51. *Harl.*]

Prudentius periſtephanon ſiue de coronis et paſſionibus martyrum liber, hymnis XIV. conſtans. *Librum Coronarum* vocat *Gregorius Turonenſis*, cuius libri II. de gloria martyrum et confeſſorum liber I. itidem huc pertinent. Et *Ioannis Caſſiani*, Gregorio antiquioris, collationes patrum etc. *Fabric.* Conf. poetarum veterum eccleſiaſticorum opera chriſtiana et operum reliquiae atque fragmenta. — Auctore *Georg. Fabricio*, Chemnic. Baſil. per Io. Oporin. In fine praefat. legitur 1562. In commentario, a *Ge. Fabricio* adiuncto, ſub vocc. *Aurelii Prudentii Clementis* vitam huius, qualem *Aldus Manutius* deſcripſit, refert auctor adiicitque [pag. 17.] obſeruationem: *Aurelii Prudentii* codicem MStum e bibliotheca Numburgana habuit — *Caſpar Bornerus*, quem ante annos octo et viginti, cum in ludo Thomano eius collega eſſem, mihi conferendum dedit, ex quo verſum in hymno de baptiſterio integrum ſarciui, locos plurimos correxi, et ſimiliter effeci, vt etiam in carmine minus deſiderari poſſet. — *Io. Caſſiani* collationes Patrum coniunctim cum libris de inſtitutis coenobiorum, de origine, cauſſis et remediis vitiorum in lucem publicam exierunt Baſileae 1485. fol. In praemiſſa commendatitia breuique expoſitione quaedam de vitae conditione *Io. Caſſiani* leguntur. *Sixt.*

Martyrologium romanum paruum, cum Adone vulgatum ab *Heriberto Rosweido* Antwerp. 1613. fol. dicatumque Paulo V. et deinde inſertum bibliothecae patrum tom. XVI. edit. Lugd. 1679. quod non poſſe pro genuino illo ac ſincero romano veteri haberi, probant Valeſius exerc. de hoc martyrologio, ad Euſebii calcem, Andreas Sauſſaeus de myſticis Galliae ſcriptoribus pag. 981. ſeq. Florentinus prolegom. ad martyrolog. Hieron. pag. 17. ſeq. Satis antiquum tamen oſtendit Io. Baptiſta Solerius cap. 2. prolegom. ad Vſuardum. *Fabr.* A *Caſparo Burmanno* in Traiecto erudito, Traiecti ad Rhen. 1738. 4. pag. 314. in vita Rosweidi ita ſignatur liber: Notationes in vetus martyrologium romanum et martyrologium Adonis ad MSS. recenſitum. Antw. 1613. fol. et Par. 1646. Notas Roſweidi *eruditas* vocat *Labbaeus* de ſcriptor. eccleſ. tom. I. p. 12. *Harl.*

Kalendarium ecclesiae Carthag. apud Mabillon. tom. III. Analect. p. 398.

Kalendarium Polemei Siluii ad Eucherium episcopum (a. C. 448.) e quo excerpta dederat *Bollandus* praef. ad tom. I. Act. Sanctor. Ianuar. XLIV. integrum vna cum Kalendario Ethnico Fuluii Dionysii Phlocali exhibet *Io. Baptista Solerius* tom. VII. Actor. Sanctorum Maii.

Kalendarium a Dacherio editum tom. X. spicilegii, et *Kalendarium* siue *Lectionarius* in libro sacramentorum Gregorii M. etc.

Kalendarium romanum nongentis annis antiquius, quod ex MS. monasterii S. Genouefae Paris. prodiit cum notis *Ioannis Frontonis*. Paris. 1652. 8. Calendariorum vsum in ecclesia martyrologiis antiquiorem esse, notat *Antonius Pagi* in critica Baroniana ad a. C. 64. nr. 6. *Fabr.* Ediderat *Antonius Pagi* criticam historico-chronologicam in annales Baronii etc. Paris. 1689. fol. Post auctoris mortem vero tres tomi accesserunt *Francisci Pagi*, totumque hoc opus vulgatum est Colon. Allobrog. s. Geneuae 1705. fol. tomis IV. Deinde Antwerp. s. Geneuae 1728. fol. *Sixt.*

Kalendarium Mutinense editum a. V. C. Benedicto Bacchino ad calcem libri pontificalis Aguelli, Mutinae 1708. 4. *Fabr.* *Bacchinus* libr. pontif. suis illustrauit obseruatis, septemque dissertationes historicas et chronologicas adiunxit. *Sixt.*

[Prodiit etiam a salutis 1552. Venetiis ex Iuntar. officina *Calendarium ecclesiasticum nouum.* — Auctore *Luca Gaurico*, Geophonense episcopo. v. *Blasii Vgolini* thesaur. antiquitatum sacrr. vol. VI. p. 862. *Sixt.*]

[In *Graeuii* Thesauro antiquitatt. roman. vol. VIII. plura vetera Kalendaria romana, a variis viris doctis olim eruta atque illustrata, statim ab initio sunt typis repetita; atque a Graevio in praefatione haud pauca sunt emendata atque illustrata.

Multa, quae huc pertinent, sunt collecta, docteque exposita atque illustrata in libro inscripto: *Obseruationes in Prosperi Aquitani Chronicon integrum, eiusque LXXXIV. annorum cyclum, et in Anonymi Cyclum LXXXIV. annorum*, a Muratorio editum: nec non in Anonymi *Laterculum paschale, centum annorum, a Bucherio* editum. Amstelod. 1733. 4. — *Bucherii* commentar. in Victorium Aquitanum aliosque antiquos canonum paschalium scriptores, prius prodiit Antwerp. ex offic. Plantin. Balthasaris Moreti, 1634. Conf. de Bucherii comment. *Assemann.* l. c. vol. I. p. 91–94. — De Calendariis veterum Romanorum, nec non Christianorum complures laudauit scriptores Fabricius noster in libro, inscripto: *Menologium* siue libellus de mensibus, centum circiter populorum menses recensens, atque inter se conferens, cum triplici indice: Hamburgi 1712. 8. (ad quem librum Fabricium tot supplementa manu adscripta reliquisse, quibus altero tanto auctior dari posset, testatur *Herm. Sam. Reimarus* de vita et scriptis I. A. Fabricii, Hamburg. 1737. 8. pag. 141.) et in Bibliographia antiquaria, ed. *Paulli Schaffshausen*, Hamb. 1760. 4. p. 451. sq. et p. 452. sqq. de festis Christianorum diebus. Priore loco inprimis, praeter

praeter Assemannum, laudantur *Frid. Althanus*, e comitibus *Saluaroli* de Calendariis in genere, et speciatim de Calendario ecclesiastico; cui adnexa sunt complura peruetusta *Hagiologia* nunc primum edita, Venetiis, 1755. 8. — *Alexius Symmachus Mazochius*, cuius commentarius in vetus marmoreum S. Neapolitanae ecclesiae Calendarium prodiit Neapoli 1747. 4. — et *Ludou. Sabbatinus d'Amfora*, qui italico sermone edidit, notisque adiectis illustrauit vetustum Calendarium Neapolitanum nuper repertum. Neapoli 1744. 4. Add. de hoc Calendario Neapolit. aliisque *Assemann.* l. c. vol. I. pag. 95. sqq.

Martyrologia s. Kalendaria aliquot antiquissima, in *Edm. Martene* et *Vrsini Durandi* Thesauro nouo Anecdotor. tom. III. col. 1543-1618. Paris. 1717. fol. — et in eorumdem collect. ampliss. vett. scriptorum et monumentt. tom. VI. col. 633-738. Paris. 1729. fol.

In *Aretini* V. C. Beyträgen zur Geschichte u. Litter. a. 1803. part. II. pag. 64. memoratur Kalendarium Io. de Monteregio, cod. membr. saec. XV. et ib. pag. 66. Kalendarium et Chronicum per Io. Castorium collecta, a. 1540. cod. chart. — ib. pag. 69. Kalendarium, opusc. xylographicum rarissimum, quod ab vtraque parte prelo subiectum erat, in 4. — a. 1804. part. IV pag. 94. nr. 5. Kalendar. mst. Diessense a. 1473. cum adnott. histor. per *Petrum Hürss;* et nr. 4. ac 6. duo Necrologia Diessensia; tum p. 95. nr. 9. varia Necrologia cum adnotatt. genealogicis a *Rassone Manhart* ex monumentis antiquissimis conscripta, I. vol. in fol. — Ego habeo *Kalendarium ecclesiasticum* latin. in cod. membr. in XII. subiunctis precationibus officioque ecclesi. Atque Longolius, ad quem olim pertinuit illud, ab initio haec adnotauit: „Eiusmodi Kalendarium praefixit *Iac. Zaderus*, Cizae ad D. Nicol. Past., Auenarii precationibus, Francof. ad Oder. 1606. 12."

Kalendarium ex bibliotheca *Pistoriensi* eruit ex MS. Missali ediditque *Franciscus Anton. Zacharias* in Bibliotheca Pistoriensi etc. Augustae Taurinor. 1752. fol. pag. 86-89. praemissa hac obseruatione: „Cl. Muratorius in dissert. quam Liturgiae suae praemisit, ex Leoniano, Gelasiano et Gregoriano sacramentariis, seu ex festis, quae in illis memorantur, totidem eruit Kalendaria, ex quibus, qui vetustis illis temporibus sancti festo die colerentur, certo constaret. Idem ego praestiti in eo calendario texendo, quod heic exhibeo: neque enim illud in codicis fronte collocatur; sed ex Missis, quae in Sctorum sollemnitatibus ibi adsignantur, a me collectum est." Tum p. 90-97. publicauit e cod. alterum calendarium Pistoriense. *Harl.*

Bedae (a. 730.) martyrologium genuinum cum *Flori* diaconi Lugd. (circa a. 830.) additamentis, distincto literarum charactere excusis ab Henschenio et Dan. Papebroch. publicatum in Actis Sctor. Antwerp. in prol. ad tom. II. Martii. Nam, quod sub Bedae nomine prodiit Antwerp. apud Plantin. 1564. (1565.) 12. atque inter Bedae opera tomo III. multis modis ex Adone et aliis interpolatum esse constat. Vide Bollandi prolegom. ad Acta Sanctor. Ianuarii pag. XL. seq. *Fabr.* *Bedae* martyrologium soluta oratione scriptum, in eius Opp. tom. III. col. 277-362. Colon. Agripp. 1688. fol. add. §. XVII. 11. *Harl.*

Debe-

Debemus quoque huius martyrologii editionem *Io. Smithio* eiusdemque filio *Georgio*, quae adiuncta est *Bedae* histor. eccles. Anglorum, denuo ab illis procuratae et vulgatae Cantabrig. 1722. fol. Additamentum ad hocce martyrolog. praebuit *Io. Ge. Eccard* e cod. Wirceburg. in commentar. de rebus Franciae orientalis tom. I. pag. 829. *Martyrologium* metricum, in Opp. Bedae obuium, non huic, sed *Wandelberto* tribuendum esse dubio caret. *Sixt.*

[P] *Wandelberti* monachi Prumiensis Benedictini (circa a. 842.) martyrologium metricum versibus hexametris, quod post priores minus integras editiones, quae inter Bedae opera tom. I. et cum Io. Molani Vsuardo lucem viderunt, vulgauit Lucas Dacherius tom. V. spicilegii, Paris. 1661. 4. [Paris. 1665. 4. sec. cat. bibl. Bunau. pag. 589. tom. III. vol. II. Fabric. autem in Salutari luce euangelii pag. 212. notat, a Dacherio et in ed. cit. tom. V. et edit. nouae tom. II. pag. 39. Wandelberti martyrologium integrius, praemissa Wandelberti ad Otricum praefat. vulgatum esse, et praeter Ittigium laudat Carolum le Cointe tom. IV. annal. Francorum p. 472. — Pag. 211. de Bedae aliorumque martyrologiis quaedam adiecit. *Harl.* — Referente *Thoma Ittigio* de bibliothecis et catenis patrum pag. 199. *Molanus*, quum Coloniae 1568. Vsuardi martyrologium ederet, huic simul *Wandelberti* martyrologium, versibus quibusdam subductis, interseruit. At *Dacherius* in spicilegii sui tomo V. integrum *Wandelberti* martyrologium cum suis praefationibus et adpendicibus ex Isaaci Vossii codice auctori suo et nitori restituit. *Sixt.*]

Rabani Mauri (circa a. 845.) martyrologium ab Henr. Canisio editum tom. VI. Antiquar. Lectionum. Ingolstad. 1604. 4. [et ex edit. *Iac. Basnagii*, tom. II. part. 2. p. 313-352. Amstel. 1725. fol. item in *Hrabani Mauri* Opp. tom. VI. p. 179-201. Colon. Agripp. 1626. fol. *Harl.* — *Rabani Mauri* prologum ad Ratleicum, abbatem Seeligstadiensem, *Ioan. Mabillonius* veterr. analect. pag. 419. seorsim obtulit. *Sixt.*]

Notkeri cognomento Balbuli, monachi S. Galli martyrologium, editum ab eodem Canisio tomo eodem, [et ex ed. Iac. Basnagii tom. II. part. 4. pag. 85.]

Adonis ab a. 859. archiepiscopi Viennensis martyrologium ex quatuor codicibus recensitum a *Iacobo Mosandro*, in tomo septimo Vit. Sanctor. Laurentii Surii, Colon. 1581. fol. et ab *Heriberto Rosweido* emendatum Antwerp. 1613. fol. atque in bibliotheca patrum Lugd. 1679. tomo XVI. pag. 823-932. ex Rosweidi edit. recusum. *Fabr.* — Praegressas edd. sequuta est recentior et praestantior, studio *Dominici Georgii*, inscripta: *Martyrologium Adonis*, archiepiscopi Viennensis, ab *Heriberto Rosweido* iam pridem ad MSSta exemplaria recensitum, nunc ope codd. bibliothecae Vaticanae recognitum et adnotationibus illustratum opera et studio *Dominici Georgii*. Romae, ex typographia Palladis. 1745. fol. Addita sunt *martyrologia* et *calendaria* aliquot, ex Vaticana et aliis bibliothecis eruta et iam primum edita. Conf. Histoire literaire de la France, tom. V. pag. 465. *Le Cointe* analecta ecclesiastica Francorum, tom. IV. 472. Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, vol. VI. pag. 435. Editoris praefatio praemissa enarrat

varias

varias *Adonis* martyrologii editiones. *Sixt.* — Add. ſupra §. XVII. 13. — *Zacharias* in Bibliotheca Piſtorienſi, ſupra laudata pag. 98. ſqq. ita contulit cod. mst. archiui Piſtorienſis capituli cum edit. Rosweidana in bibl. max. PP. vt antea varr. lect. libelli de *feſtiuitatibus SS. Apoſtolorum*, qui martyrologio praefigitur, quod de natali beatorum apoſtolorum Petri et Paulli ſub tertium Calend. Iulii legitur ap. Rosweidum, primum lectionem Roſweidianam, dein alio charactere lectionem codicis adponeret: tum a pag. 101-136. per ſingulos dies omnium menſium, ducto initio a Cal. Ianuarii, partim moneret, vbi codex atque editio concordant, partim omnes, etiam leuiores, codicis lectiones, ab editis discrepantes, adferret. *Harl.*

Vſuardi monachi S. Germani de Pratis martyrologium ad Carolum Caluum circa a. 875. quod nouiſſime ex ipſo, vt non dubitant, Vſuardi, quod ſeruant, autographo vulgaverunt Benedictini Pariſ. 1718. 4. poſt editiones minus ſinceras Lubecenſes a. 1475. 4. ſub titulo *rudimenti nouitiorum* et 1490. 4. ſub tit. *doctrinale clericorum.* Belgicam ſub tit. Iacobi de Voragine 1480. [x]) Colonienſes 1490. fol. et cum Greueni auctario 1515. 12. 1521. 4. [y]) Venetam ſub tit. Romani martyrologii editore Bellino a Padua, Auguſtiniano 1498. Patauinam, eodem Bellino editore 1500. Pariſienſem 1521. Venetas alias 1509. 1517. 1549. curante Alex. Peregrino presb. Brixienſi. Pariſienſem Ioannis Muneerati 1536. et quas cum notis edidere *Io. Molanus* Louanii 1568. 8. Antwerp. 1583. 8. *Laurentius de la Barre* in hiſtoria chriſtiana veterum patrum, Pariſ. 1583. fol. et *Io. Baptiſta Solerius* S. I. Antwerp. 1714. fol. m. Iun. tom. VI. et VII. maximo ſtudio in hoc verſatus. Romanam pariter et Gallicam, multasque alias eccleſias per longum tempus vſas hoc Vſuardi martyrologio, monet *Io. Launoius* in praef. ad iudicium de controuerſia ſuper exſcribendo Pariſienſis eccleſiae martyrologio. Pariſ. 1671. 8. qui pag. 8. etiam Rothomagenſem editionem Vſuardi a. 1505. factam memorat, et pag. 129. notat *Launoius*, Romanorum martyrologium eſſe ipſummet Vſuardi martyrologium minutum et variatum in paucis et auctum in pluribus. *Fabr.* — De variis huius martyrologii editionibus egit quoque noſter Fabricius in libro: Salutaris lux euangelii, e quibus eminent prae reliquis 1) editio *Io. Bapt. Sollerii.* v. Memoires de Trevoux 1714. Dec. pag. 2086. Acta erudit. 1725. pag. 473. Unſchuldige Nachrichten, a. 1715. p. 1138. — 2) editio a *Iacobo Bouillart*, cum titulo: *San-Germanenſis monachi* martyrologium ſincerum

x) [Aliam *Martyrologii Vſuardi* edit. vetuſtam recenſuit *Io. Bapt. Audifredus* in Specimine editionum italicarum ſaeculi XV. (Romae 1794. mai. 4.) pag. 299. In calce legitur: „Hoc opus diligentia Domini Georgii antonii ueſpucii cathedralis eccleſiae florentinae praepoſiti emendatū correctūque. Impreſſum eſt Florentie per presbyterum Franciſcum de bonaccurſiis Anno — M. CCCC. LXXXVI. (1486.) 4. Priora folia continent tria *calendaria:* ſequuntur Cromarii et Heliodori epiſtola ad Hieronymum et huius reſponſio; dein praefatio, quae in pluribus libris adſcribitur Bedae ſuper opere Martyrologii; poſtea epiſtola ſ. praefatio Vſuardi monachi ad Karolum regem ſuper opere *Martylogii* (ſic). Incipit deinde *Martyrologium* ipſum, ad cuius calcem adiecta ſunt *Capitula*, quae dicuntur per totum annum. *Harl.*]

y) [De tribus poſtremis edd. v. *Panzeri* A. T. IX. pag. 223. nr. 180. b. vol. VI. pag. 375. nr. 253. et pag. 385. nr. 550. *Harl.*]

ſincerum, ad autographi, in San-germanenſi abbatia ſeruati, fidem editum, et ab obſeruationibus Sollerii vindicatum, Pariſ. 1718. 4. v. Journal des Savans 1719. Febr. pag. 183. Mém. des Trevoux a. 1719. Maii, p. 770. Europe ſavante, 1718. Nou. pag. 63. In *le Cointe* annal. eccleſ. Francor. tom. IV. pag. 473. leguntur, quae pertinent ad *Vſuardi* martyrolog. *Sixt.* — Conf. ſupra XVII. 14. — In memorata *Bibl. Piſtorienſi* a Zacharia edita part. III. §. XXIX. pag. 53. paucis indicatur et valde celebratur codex *Vſuardini martyrologii*, atque a pag. 137-163. non ſolum illius codicis cum Sollerii editione comparati lectiones varias, et ea, quae vel in codice vel in edit. Sollerii deſiderantur, diligenter per omnes menſium dies adnotauit Zachar.; ſed etiam ea, quae aut in codicis margine recentius variis temporibus ſunt ſcripta, aut ad peculiaria quaedam Vſuardi auctaria pertinent, ſub finem in adpendicem reiecit. Idem *Zachar.* p. 53. promiſit plenam martyrologiorum Bibliothecam, quae ſex conſtaret voluminibus, et Calendaria atque martyrologia quaecumque antiquiora, a Bucherio, Roſweido, Florentinio, Caniſio, Frontone, Allatio, Bollandianis, Mabillonio, Acherio, Martenio, ac romanis Anaſtaſii editoribus vulgata ſunt, comprehenderet: atque ordinem argumentaque ſingulorum deſcripſit voluminum. In tertio igitur ſe collocaturum, ſcripſit, *Adonem*, ad ſimplicem, genuinam et germanam, quam Sollerius exoptabat, formam reuocatum; in quarto *Vſuardum*, et cetera, quae ex illo ducta ſunt, martyrologia, in eoque de hoc Vſuardiano codice plura dicturum. Num autem ampliſſima illa bibliotheca lucem adſpexerit, equidem ignoro. *Harl.*

Martyrologium ſecundum morem romanae et vniuerſalis eccleſiae editum a *Franciſco Maurolyco*, abbate Meſſanenſi. Venet. 1568. 1570. 12. [conf. *Walchii* bibl. theol. ſelectam, tom. III. pag. 711. ſqq. 723. ſqq. *Harl.*]

Martyrologium romanae eccleſiae, cum notis *Petri Galeſinii*, protonotarii apoſtolici, vulgatum Venet. 1578. 4. *Fabr.* — In nota a. 1573. erraſſe videntur operae. Fabricius quidem noſter in libro: Salutaris lux euangelii etc. pag. 217. citat edit. a. 1587. dum non pauca, inquit, aduerſus veterum martyrologiorum fidem a *Petro Galeſinio*, qui martyrologium cum notis, Venet. 1587. 4. edidit, et a *Baronio* inſerta eſſe (martyrologio romano.) notant *Io. Launoius* in diſcuſſione reſponſionis de duobus Dionyſiis cap. 7. *Ruinartus* ad Victorem Vitenſem pag. 552. ſqq. et auctor diſſertationis in bibl. Angloiſe tom. II. pag. 227. a. *Mich. Geddeſio* inſertae tomo ſecundo Miſcellaneorum, editorum Lond. 1714. 8. *Harl.*

[*] Martyrologium romanum, Rom. 1584. 4. quam editionem prioribus praefert et ſecutum ſe eſſe Baronius teſtatur, recuſam Antwerp. 1586. 8.

Martyrologium *Romanum* ad nouam Kalendarii rationem et eccleſiaſticae hiſtoriae veritatem reſtitutum, Gregorii XIII. iuſſu editum, et Sixto V. dicatum, cum notationibus *Caeſaris Baronii.* Rom. 1586. z) 1630. fol. Venet. 1587. fol. 1602. 4. Colon. 1603. 4. Antwerp.

z) [In qua Xynorides inter SS. d. 24. Ianuar. pag. 48. commemoratur. *Harl.*]

Antwerp. 1613. etc. Et cum geographicis tabulis et notis per *Augustinum Lubinum* Parif. 1661. 4. *Philippi Ferrarii* noua topographia in martyrologium romanum. Venet. 1609. 4. Eiusdem catalogus Sanctorum qui in martyrologio romano non funt. ibid. 1625. 4. *Lucae Holftenii* animaduerfiones ad Baronii martyrologium prodiere Parif. 1664. 8. Non pauca aduerfus veterum martyrologiorum fidem a Galefinio inferta effe et Baronio, notat Io. Launoius in discuffione refponfionis de duobus Dionyfiis cap. 7. *Fabr.* *Petrus Galefinius* hinc inde in fuam martyrologii rom. editionem transtulit, quae fidei veterum martyrologiorum aduerfantur, v. c. verba Chryfoftomi (hom. 4. de Lazaro). Καὶ ξυνωρίδος τῶν ἁγίων μαρτύρων (*et bigae fanctorum martyrum,* n. Iuuentini et Maximi,) peruerfe intellexit, opinatus, vocabulum ξυνωρίδος fignificare nomen proprium virginis cuiusdam Antiochenae; id, quod etiam Baronius in fuis M. R. editionibus prioribus adfirmauit; poftmodum vero a *Nicolao Fabro* aliisque amicis melius edoctus, editiones, quae *Synoridem,* tamquam nomen proprium martyris prae fe ferunt, fupprimere omni ftudio adlaborauit: cuiusmodi editiones funt Romana 1586. fol., Venetae 1587. 4. et 1597. 4., Antwerpienfis 1589. fol. propter raritatem infignes ex adlata cauffa. In editione Colonienfi 1603. error quidem de Synoride non obuenit: attamen in indice legitur: *Xynorides martyr. Antiochiae 24. Ian.* Conf. *Ittig.* de biblioth. et catenis patrum, Lipf. 1707. 8. pag. 156. 157. et *Dallaeus* de vfu Patrum, Geneuae 1656. pag. 97. Editio *Lubini* eft quoque repetita Parif. 1679. 4. Alia praeterea editio Parifienf. eft de anno 1613. Quoniam *Baronius* varia obtulit culpanda, virgula cenforia ferierunt eum inter alios iam citatos *Dor. Ruinartus* in hiftoria perfequutionis Vandalicae pag. 268. *Dallaeus* l. c. pag. 95-98. Quod attinet ad martyrologium romanum *Vrbani VIII.* auctoritate recognitum, cum additamentis Sctorum Belgii, cura *Balduini Willati,* Montibus 1641. 8. et cum acceffionibus nouorum Sctorum a *Dominico Macer,* Romae 1668. 4. [de quo vide Diarium eruditorum nouum, italice editum a. 1668. pag. 121. *Harl.*] item cum titulo: *Martyrologii romani Gregorii XIII. iuffu editi; Vrbani VIII. et Clementis X. auctoritate recogniti, noua editio a Benedicto XIV. aucta et caftigata, in qua nonnulla Sanctorum nomina, in praeteritis edd. omiffa fupplentur, alia item Sctorum et Beatorum nomina ex integro adducuntur, iuxta exemplar Romae impreffum,* Colon. 1751. 4. v. Acta eruditor. 1756. pag. 690. De rarioribus editt. M. R. conf. praeter *Serpilii* Verzeichnis einiger raren Bücher pag. 90. *Vogtii* catal. librr. rarior. pag. 73. *Freytag* Anall. literar. de librr. rariorib. pag. 71. *Widekind* Verzeichnis von raren Büchern pag. 318. *Clement* Biblioth. curieufe hiftor. et critique, tom. II. pag. 448. *Sixt.* — *Lucae Holftenii* annotata marginalia ad martyrol. romanum *Baronii* edita funt cum Paffione SS. *Perpetuae* et *Felicitatis*, ex edit. *Luc. Holftenii*, pag. 243-327. Parif. 1664. 8. *Römifches Martyrologium*, wie es von dem Römifchen Pabft *Gregorius dem XIII.* eingerichtet, von *Vrbanus dem VIII.* und *Clemens dem X.* überfehen, von *Benedict dem XIV.* forgfältigft verbeffert worden, nach dem Römifchen in Lateinifcher Sprache herausgegebnen Exemplar in die hochdeutfche überfetzt, famt beygefügten befondern Martyrologien verfchiedner Ordensgeiftlichen etc. wie auch nöthigen Anmerkungen durch *Paul Schwenger.* Cölln, bey Io. Wilh. Krakamp. 1753. 4. Antea martyrolog. romanum germanice verterunt *Conrad. Vetter* et *Georg. Heferus,* S. I. Monachii 1670.

Vniuerſim in omnes propemodum Europae linguas id translatum eſſe, docet *Fabric.* in Salutari luce euangelii pag. 217. ſq. Add. catal. impreſſor. libror. in Bibl. Bodlei. vol. II. pag. 150. *Harl.*

Martyrologium romanum Vrbani VIII. auctoritate recognitum. Rom. 1632. 8.

Martyrologium *eccleſiae germanicae* peruetuſtum, quod per DCC. annos delituit, editum et commentario illuſtratum a *Matthia Friderico Beckio.* Auguſtae Vindel. 1687. 4. *Fabr.* Hocce martyrologium ſaeculo poſt C. N. ſeptimo, adeoque ante Bedae martyrologium iam ſcriptum fuiſſe, *Beckius* rationibus haud contemnendis adfirmat. *Sixt.* — add. Fabr. Salutar. lux euang. pag. 214. *Harl.*

Martyrologium *Gellonenſe* ſiue *S. Guillelmi de deſerto,* a. 804. conſcriptum, cum variis lectionibus et additionibus ex codd. MSS. tomo XIII. Spicilegii Dacheriani, p. 388. ſqq.

Martyrologia quinque vel ſex quae vulgauit Io. Baptiſta Solerius tom. VII. Actor. Sctor. Iunii. Antwerpiae 1717. fol.

Vincentius Bellouacenſis, non epiſcopus, ſed Lector regius Bellouaci in domo S. Ludouici a. C. 1264. defunctus, in Speculo ſuo Hiſtoriali, quod in a. C. 1244. deſinit, et in libros XXXI. eſt diuiſum, fuſe etiam perſequitur Vitas Sanctorum. Prodiit Norimberg. 1473. Mogunt. 1474. fol. et inter opera Vincentii Baſil. 1481. Venet. 1484. et 1591. et ex emendatione Benedictinorum collegii Vedaſtini, Duaci 1624. fol. Gallice etiam interprete Ioanne de Vignay, Pariſ. 1521. fol. Vide de eo Bollandum praef. ad tom. I. Ianuarii pag. 19. Natalem Alex. tom. VII. Hiſt. eccleſ. p. 138. edit. in fol. et Iac. Echardum in diſſ. de ſcriptis Vincentii Bellouacenſis, Pariſ. 1708. 8. Memorias litterarias Treuoltinas illius anni pag. 1479. ſeq.

Iacobi de Viragine ſiue vico virginis, (Viraggio,) Ligurum ciuitate, Ord. Praedicator. archiepiſcopi Ianuenſis ſiue Genuenſis, *Hiſtoria Lombardica* ſiue *legenda* [¶] *aurea de vitis Sanctorum*, ſcripta circa a. C. 1290. et licet plena fabulis, lecta auidiſſime et excuſa ſaepius, Venet. 1478. per Chrſtph. Arnold. 1481. Norimb. 1478. 1493. 1496. Daventriae 1479. Colon. 1480. Venet. 1483. Louan. 1485. Baſil. 1486. Argentinae 1486. 1496. Lugd. 1510. Argentin. 1518. et ex Claudii Rotae recenſione Lugd. 1519. et 1531. fol. Quae ſequuntur poſt caput CLXXVII. addita ſunt ab *Antonio Libero*, Suſatenſi. Fuit etiam, qui Legendam iſtam abbreuiatam ederet Venet. 1487. fol. et qui gallice verteret, Ioannes de Vignay. Pariſ. 1546. fol. *Fabr.* — Idem *Fabricius* noſter in ſalut. luce euangelii pag. 214. ſq. non ſolum auget numerum editionum atque verſionum; ſed variat quoque interdum in notis annorum, et quorumdam V. D. iudicia de illo adfert. Primum obſeruat, illam *hiſtoriam Lombard.* ſcriptam eſſe tempore interregni ante a. 1273. citatque *Tob. Eckard* de Bibl. Quedlinburgenſi pag. 34. Tum animaduertit in not. *p.* et *q.* de Iacobo, *hiſt. Lombard.* ſcriptore, egiſſe *Iac. Echardum* de ſcriptoribus ordinis Praedicatorum tom. I. pag. 455. ſqq. et 742. *Caſimirum Oudinum* tom. III. de ſcriptoribus eccleſ. pag. 614. etc. *Hiſtoriam* autem *Lombardicam* proprie eſſe narrationem,

nem, quae vitae S. Pelagii ſubiicitur; ſed vulgo Legendam totam nomine hiſtoriae Lombardicae veniſſe, atque *Io. Bollandum* praef. ad tom. I. Ianuarii p. 19. putaſſe, ineptas etymologias ab alio eſſe additas. Quoties vero iſtud opus, *vorago fabularum* ab aliis habitum dictumque, ſaec. XV. et init. ſaec. XVI. ſub prelis ſudarit et in alias linguas ſit translatum, incredibile paene videtur. Nam Fabric. et h. l. et in ſalutari luce, admodum exiguum numerum adtulit: nubem vero, heu propemodum! immenſam editionum atque verſionum excitauit *Panzer.* in Annal. typogr. ex quibus omnes illas referre taeduit me, praeterea veritum, ne tempore et lectorum patientia abuterer. v. indices ad illos Ann. typ. vol. V. pag. 454-456. et vol. XI. pag. 184. ſq. ibique multae editt. Iac. de Viragine *Sermonum de tempore et Sanctis* et *Sermonum de Sanctis* enumerantur. Quasdam tamen antiquiſſ. editt. hiſtoriae iſtius ex illis Annal. memorare lubet. — in vol. IV. p. 12, 66. ed. a. 1474. fol. ſine loci nota. — vol. II. p. 275, 28. edit. Pariſ. per Vdalric. Gering, Mart. Crancz, et Mich. Friburg. a. 1475. fol. (Fabric. in Add. ad vol. IX. vet. ed. citat ed. Pariſ. 1476. fol.) — vol. I. p. 280, 37. ed. *Conradi de Hoemborch*, Colon. 1476. fol. — vol. II. p. 174, 28. ac p. 180, 54. edit. Noriberg. auctam multorum Sctorum, quas variae dioeceſes venerantur, legendis, per Io. Senſenſchmid et Andr. Friſner. 1476. fol. max. ib. pag. 180, 54. per Anton. Koburger. 1478. fol. et ſaepius. — pag. tamen 213. 225. edit. Noriberg. per Ant. Koburg. a. 1493. a Fabricio quoque citatam, Panzer dubiam eſſe cenſuit. — Vol. I. p. 354. 2. edit. Daventrienſ. per Rich. Paffraed. 1479. fol. — vol. IV. pag. 151. 211. 212. etc. tres memorantur edd. ſine loco et anno. p. 151. nr. 709. Legendae Sctorum Hungariae in Lombardica hiſtoria non contentae, ſ. l. et a. in fol. Sed haec ſufficiant: cui volupe erit plures cognoſcere editiones, is adeat Panzer. ll. citt. — De edit. verſionis italicae Venet. 1475. typis Nic. Ienſon. v. Eſame - ovvero Storia critica di Nic. Ienſon opera — da *Giacomo Sardini*, libro II. Luccae, 1797. fol. part. VII. cap. 1. pag. 69. ſqq. — *Eraſmi Schmidii* Calendarium etymologicum ex Lombardica Hiſtoria Iac. de Voragine — congeſtum. v. in *Io. Ge. Schelhornii* Amoenitatibus litterar. tom. XI. pag. 324 - 361. Francof. et Lipſ. 1729. 8. — *Venetiis* in bibl. Marc. in quatuor codd. MSSt. ſunt *Iac. Virag.* Legendae Sctor. v. catal. codd. latin. Marc. p. 148. et p. 149. in cod. CCCLVI. Legendae Sctor. facile ad vſum chori. — Ibid. inter codd. *Nanian.* in lingua italica ſcriptos aliquot legendae ex opere Iac. de Voragine, italice verſae, in cod. LXVII. vid. cl. *Morelli* cat. codd. Nan. italice ſcriptorum p. 68. ſq. — *Florentiae* in bibl. monaſt. b. Mariae, *Iac. de Vorag.* Sermones ſ. vitae Sctor. diuiſae pro ſingulis menſibus. vid. *Montfauc.* diar. ital. p. 372. — *Paris.* in bibl. publ. triginta et quatuor codd. MSSt. ſunt, qui continent illas Legendas, et in ſeptem codd. ſunt Iac. de Voragine ſermones, v. indic. ad cat. codd. illius bibl. tom. IV. p. LXV. vt aliarum praetermittam bibliothecarum catalogos. Add. Biblioth. ſelecta hiſt. eccleſiaſticae, Venet. 1776. 8. pag. 193. ſeq. *Harl.*

Ioannis Tinmuthenſis Hiſtoria aurea a. 1360. ſcripta 3 grandibus voluminibus MS. in bibl. Lambethana, et Sanctilogium Britanniae MS. cum ſupplemento in bibl. Collegii corporis Chriſti apud Cantabrigienſes, et in Cottoniana. Ex hoc Sanctilogio multa ad verbum

bum repetiiſſe *Ioannem Capgranium*, notat *Cauens* ad a. 1366. Pronior tamen ad fabulas lectori commendandas oſtenditur a *Wilhelmo Nicholſono* in bibliotheca ſcriptorum Angliae p. 98. — [Mentio quoque editionis a. 1521. fol. ſine loco. Exiit etiam in lucem publicam Lugd. 1514. 1543. fol. Argentor. 1513. fol. Idem catalogus ſollerter quidem collectus eſt; ſed immixta quoque ſunt, quae fide carent. *Sixt.*] Omitto alia inedita opera de ſanctis, quae a Bollando memorantur, *Petri Calonis* [aa]), *Bernardi Guidonis* epiſcopi Lodeuenſis, *Ruggerique* et *Aruodulphi* monachorum Fuldenſium, et *Ioannis Gilemanni* atque *Antonii Gentii*.

Petri de Natalibus, Veneti, catalogus Sanctorum diuiſus in XII. libros et abſolutus a. 1382. (de quo ſupra §. IX. memini) prodiit primum Vicentiae 1493. fol. cum nonnullis Sanctorum geſtis ab *Antonio Verle*, nobili Vicentino, ſubiectis: hinc Argentinae 1502. 1513. fol. 1562. Lugd. 1508. 1514. et 1519. fol. et ex emendatione *Alberti Caſtellani*, Veneti, qui et ipſe vitas plures addidit, Venet. 1516. 4. Denique Lugd. 1543. fol. Diligentiſſime de hoc Petro Natali diſſerit *Apoſtolus Zenus* in Diario Veneto, Giornale d'Italia tom. XVI. pag. 449-468. *Fabr.* [recuſ. in *Apoſt. Zeni* Diſſertazioni Voſſiane, tom. II. Venet. 1753. 4. p. 31. ſqq. et quidem p. 35-39. de catalogo Sctorum. — De ed. Vicent. 1493. fol. v. *Panzer.* A. T. vol. III. p. 521. nr. 83. vbi etiam p. 481. nr. 2687. ex Maittaire A. T. citatur edit. Venet. 1500. fol. Add. ed. ſ. l. 1521. fol. v. *Goetz.* Memorr. bibl. Dresd. II. 459. *Harl.* — Hicce catalogus eſt compilatio e *Iacobi de Voragine* Legenda aurea de vitis Sctorum maxime, nec non aliorum auctorum ſcriptis, ſine delectu facta, continetque multa ſubleſtae ac fallacis fidei. Incipit ab aduentu Domini ſeruatoris noſtri, deſinitque in *S. Luciano* epiſcopo. *Sixt.*]

Rudolphi de Riuo decani Tungrenſis, qui a. C. 1403. 3. Nou. obiit, Calendarius eccleſiaſticus generalis, quem ad calcem Vſuardi vulgauit *Io. Molanus*, Louan. 1568. 8.

Antoninus Florentinus, ord. Praed. archiepiſcopus Neapolitanus [bb]) a. 1459. defunctus, in ſumma Hiſtoriali ſiue Chronico, quod ab orbe condito ad ſua tempora perduxit, multa etiam paſſim de Sanctis et eorum geſtis copioſe commemorauit. Prodiit tribus voluminibus in folio Venet. 1482. Norimb. 1484. Baſil. 1491. et denique Lugduni 1583. ex recenſione *Petri Mauri* S. I. qui notas etiam addidit. [☞] De Antonino hoc adeundus Papebrochius ad 2. Mai. tom. I. p. 311. ad 338. et de ſcriptis eius p. 322. ſeq. Vide ſis etiam ad tom. VII. p. 553. 681. ſeq.

Index

aa) *Petri Calo*, ſ. *Calotii*, Dominicani, qui circa a. 1310. vixit, vitae Sctorum, duobus voll. in fol. mstae ſeruantur Bononiae, teſte *Iac. Echardo* tom. I. de ſcriptor. ord. Praedic. p. 511. At Fabric. noſter in ſalutari luce euang. pag. 215. neſcio, ait, alius ne ſit, qui nonnullis *Petrus Clodienſis*. *Harl.*

bb) Secundum alios fuit archiepiſcopus Florentinus. Iſtius ſumma hiſtorica ſpirat genium ſaeculi, quo vixit, quippe credulum fabuliſque indulgentem. Vitam eiusdem a *Vincentio Mainardo* ſcriptam legimus in *Laurentii Surii* vitis Sctorum. *Sixt.*

Index SS. Martyrum quorum corpora S. Gregorii M. temporibus Romae quiescebant, editus ab eruditiss. Muratorio tom. II. Anecdotor. Latin. p. 191.

[Diui *Georgii Florentis Gregorii*, episcopi *Turonici* opera, scil. de gloria martyrum et confessorum libri III. de miraculis S. *Martini Turonensis* libri IV. de vitis patrum liber vnus, de septem dormientibus in maiori monasterio prope Turonem liber vnus; diligenti opera et fide veterum codd. exscripti emendati et aucti labore et industria *Io. Balisdens.* partt. II. Par. 1640. 12. II. voll. et in Bibl. max. patrum Lugd. tom. XI. p. 183. sqq. *Harl.*] — Hic quoque memoranda est *Paulli Aringhii* Roma subterranea nouissima, vulgata Romae 1651. Paris. 1659. locupletiori et emendatiori cura; deinde recusa Arnhem. 1671. cum figuris; huiusque translatio teutonica cum titulo: Unterirrdisches Rom, durch *Christoph. Baumann* verteutscht. Arnhem. 1668. cum figg. vid. Bibl. Thomasianae tom. I. p. 488. a *Ge. Wolfg. Panzero* editae. Imprimis euoluatur historia biblioth. Fabricianae, part. II. §. 80. Agitur inter alia in illo opere raro de catacombis, vel quasi sepulcris veterum martyrum christianorum, inscriptionibus peculiaribus insignitis. Adtentione porro dignus est liber, Romae 1720. editus: Osservazioni sopra i Cimiteri de' Santi Martiri et antichi Christiani di Roma II. voll. fol. Narratio fusior de Catacombis ostenditur in: *Io. Georg. Keyßlers* neuester Reise etc. Hannouer. 1740. tom. I. p. 655. sq. tom. II. pag. 19. seqq. *Sixt.*]

Necrologium S. Dionysii, vulgatum a Mich. Felibienio, monacho Benedictino in Historia Abbatiae regalis S. Dionysii edita gallice, Paris. 1706. fol. Plura eiusmodi inedita necrologia memorat *Labbeus* in Bibl. noua MStorum pag. 33.

[„Scripta de vitis Sctorum multis esse fabulis repleta, dolenter scribit ac fatetur magnus romanae ecclesiae doctor et episcopus Canariensis, *Melchior Canus* in locis theolog. libr. II. cap. 6." sunt verba *Io. Fabricii* in excit. histor. bibliothecae illius. *Sixt.* — Legendas siue vitas Sctorum reiici ab ipsis doctioribus pontificiis, scribit *Rich. Simonius* epist. sel. 8. tom. I. pag. 93. *Heum.*]

Recentiorum collectiones de Sanctis.

Bonini Mombritii Mediolanensis Legendarium siue Acta Sanctorum II. Volum. fol. Mediolan. 1474. raro obuium opus. *Fabr.*

[Eiusmodi collectionum catalogus, si opus, aut potius non alienum videretur ab instituto et consilio bibliothecae graecae, posset vel ex Panzeri A. T. (vide ind. vol. V. p. 450. sq. et XI. pag. 178. alibi sub nominibus collectionum,) valde amplificari. Quare breuitatis studio tantum hic excitabo antiquiores editiones *Vitarum Sctorum*, Norimb. 1478. 1483. fol. — Venetiis 1483. fol. 1500. 4. — Casellae 1481. 4. — sine loci nota, 1483. 1485. fol. 1500. in 4. — Vlmae sine anno, fol. (Colon.) s. l. et a. fol. — sine l. et a. fol. etc. *Harl.*]

Anonymi

Anonymi qui circa a. C. 480. vixiſſe perhibetur, ſub titulis digeſtum *magnum ſpeculum exemplorum* editum Dauentriae 1481. Colon. 1485. Argentinae 1487. et 1497. Hagenoae 1519. et a Ioanne Maiore S. I. recenſitum ac locupletatum, Duaci 1607. Antwerpiae eodem anno, et Colon. 1611. 8.

Vitae patrum, hominum lumen, coeli via. 1507. fol. Eaedem vitae ſaepius recuſae, variis locis et denique emendatius editae ab Heriberto Rosweido, de quo ſupra pag. 27. ſeq. [conf. Caſp. Burmanni Traiectum eruditum pag. 314. *Harl.*]

[*Hermanni Bonni* Farrago praecipuorum exemplorum de apoſtolis, martyribus, epiſcopis et ſanctis patribus veteris eccleſiae etc. Halae Sueuor. 1539. 8. ſine mentione typographi. *Harl.*]

[De cardinal. *Quignorii* vitis Sctorum agit *R. Simon* epiſt. ſelect. tom. I. nr. 27. *Heum.*]

Viola ſanctorum, Hagenoae 1508. 4.

Hieronymi de Villauitis, canonici regularis, *Panis quotidianus.* ib. 1509.

Iac. Fabri agones martyrum primi menſis. Pariſ. 1525. et Rom. 1559. fol. edit. rariusque et ipſi obuii.

Georgii Wicelii Hagiologium ſiue Hiſtoria de Sanctis Dei. Mogunt. 1541. fol.

Vitae patrum in vſum miniſtrorum verbi, quoad eius fieri potuit repurgatae per *Georgium Maiorem* cum praefatione D. Mart. Lutheri. Witeberg. 1544. 8. et 1559. et 1578. et germanice interprete Sebaſtiano Schwan, paſtore Ratzeburgenſi Lubec. 1654. 8.

Theodori Loher a Stratis Prototypon veteris eccleſiae. Colon. 1547. fol.

Aloyſii Lipomanni, Veronenſis epiſcopi, vitae Sctorum tomis octo Rom. 1551-1560. in. 4. de quibus dixi volum. VII. huius Bibl. pag. 732. [ſ. ſec. noſtram edit. vol. VIII. p. 647. not. vbi quoque de *Surii* vitis Sctor. quaedam notantur, ſecund. auctorem Bibl. ſelectae H. E. pag. 194. ſq. Prodiit quoque Lipomanni opus Louanii 1561. fol. et gallice digeſtum a *Gabriele de Payherbault*, Pariſ. 1572. fol. *Harl.*]

Laurentii Surii Carthuſiani, vitae Sctorum Orientis et Occidentis collectae vndique et per anni ſeriem digeſtae ſex voluminibus in fol. Colon. 1569. et Venetiis 1581. atque iterum Coloniae 1581. adiuncto ſeptimo tomo ſupplementi per *Iacobum Moſandrum.* Et denique [P] nouis acceſſionibus locupletatum ibid. 1618. fol. quatuor Voluminibus cc). Quod

cc) *Quatuor*, non, vti ſcripſerat Fabricius, *ſex* voll. hanc conſtare edit. et 1617. fol. prodiiſſe, multisque Sctorum vitis eſſe auctam etc. notatur in catal. bibl. Bunau. l. c. pag. 592. et ab auctore Bibl. ſel. H. E. pag. 195. qui praeter ea animaduertit, hanc editionem prioribus longe praeferendam eſſe. *Harl.*]

Quod passim ipse velut in laudem dd) profitetur Surius stylum se actorum veterum elegantiae causa mutasse vel contraxisse, ea re exiguam gratiam tulit ab iis qui antiqua monimenta malunt sincera et integra euoluere. Ceterum ex Surio hauserunt Franciscus Haraeus, Fr. Zacharias Lippeolus, Cornelius Grassius aliique plures, qui post illum vitas Sctorum latine, italice, hispanice, germanice prodiderunt. *Fabr.* — *Franc. Haraei* vitae Sctorum potissimum ex Lipomanno et Surio breui compendio collectae, et ex Io. Maldonato, Ge. Vicelio aliisque auctae, tertium prodierunt Lugd. 1594. 8. tum Coloniae 1630. fol. — *Lippeoli* s. *Lippeloo* vitae etc. Colon. 1604. 8. IV. voll.

Petri de Ribadeneira flos Sctorum, de la vidas de los Santos, etc. hispanice, Matriti 1610. fol. II. voll. et Barcellon. 1623. fol. — tum a *Nierembergio*, *Garcia* et *Guerrero* auct. ib. 1705. fol. III. voll. — latine studio *Iacobi Canisii*, Colon. 1630. fol. — gallice cum accessionibus nouarum vitarum *Duvallii*, *Martini*, Paris. 1649. fol. II. voll. — ibid. 1686. fol. II. voll. — Rothomagi, 1655. fol. II. voll. — Ex Lippeloo et Ribadeneira potissimum, aliisque congessit vitas Sctor. *Cornel. Grassius.* Colon. 1616. 8. IV. tom. add. Fabricii salutar. lux euang. pag. 216. sq. *Harl.*

Heriberti Rosweidi Vltraiectini S. I. Fasti siue catalogus alphabeticus Sanctorum quorum vitae in Belgicis bibliothecis manuscriptae: Antwerp. 1607. 8. Eiusdem vitae Sctorum ibid. 1619. fol. et auctiores, 1629. fol. duobus tomis. Vitae sanctarum virginum quae in saeculo vixerunt, cum tractatu de statu virginitatis ibid. 1626. et 1642. 8. Silua eremitarum Aegypti ac Palaestinae 1619. 4. De eiusdem Rosweidi vitis patrum abunde dictum supra, pag. 27. seq.

Acta Sanctorum ex Rosweidi consilio, industria incredibili, maximoque labore collecta, recensita, editaque et ad extremum mensis Iunii perducta a Iesuitis Antwerpiensibus *Io. Bollando*, *Godfrido Henschenio*, *Daniele Papebrochio*, *Francisco Baërtio*, *Conrado Ianningo*, *Nic. Rayaeo* et *Io. Baptista Solerio*, etc. tomis satis spissis XXV. [vltra XL.] in fol. quorum primus lucem vidit Antwerpiae 1643. postremus 1717. [1786.] Bollandus operi immortuus est a. 1665. 12. Sept. aetat. 71. Henschenius a. 1681. aetat. 81. Papebrochius a. 1714. 28. Iun. aetat. 87. ee) Ianuarius mensis duobus tomis absoluitur, Februarius tribus, Martius tribus, Aprilis totidem, Maius septenis. [Iul. opera Ianningii, Sollerii, Io. Pinii, Guil. Cuperi et Petri Boschii, 1719-1731. voll. VII. — Augustus, opera Sollerii et rell. ac Io. Stiltingi, 1733-1743. voll. VI. — Septembris, opera Pinii, Stiltingi, Io. Limpeni, Io. Veldii, Constantini Suyskenii, et Io. Perieri, 1746-1748. voll. VIII. — Octobris voll. V. quorum vltimus prodiit 1786. ex quibus voll. XXIV. Antwerp. vol. autem XXV. et XVI. sqq. Bruxellis edita sunt. *Harl.* Prodiit etiam

dd) Confer Dallaeum cap. IV. de vsu patrum pag. 82. *Certe veri studiosis non admodum placet viri industria, ac quod stylo suo plerasque vitas componendo maluit elegantiora, quam veriora dare,* inquit Combefisius tom. I. Bibl. Concionatoriae pag. 23.

ee) Vide Bollandi vitam ante tom. I. Martii, Henschenii ante tom. VII. Maii, Papebrochii ante tom. VI. Iunii.

etiam sextum Oct. volumen s. LII. vniuersi operis, sed admodum rarum est. anno IX. et XI. reip. Gall. frustra tentata est operis continuatio. v. *Camus* Iter per Belgium tom. II. pag. 47-56. vers. germ. et *Meusel* bibl. histor. I. I. pag. 306. sqq. *Beck.*] Censura inquisitionis Toletanae aduersus acta Sanctorum pridem, deferentibus, vt est credibile, a Carmelitis vibrata ff), ante aliquot iam annos reuocata est. Qui autem elaborandi restant sex [aut potius nunc duo] menses posteriores, vix videtur spes illos intra breue adeo tempus lucem visuros esse, si verum est quod audiui, laborem omnem colligendi Acta eiusmodi viros iam memoratos et excerpendi studium ac primores sex menses, velut vlterius vita et industria non profectura, circumscripsisse. *Fabr.* [et, mutatis in praesenti rebus, nulla aut exigua continuationis spes superesse videtur. Fabric. exemplari suo adscripserat: „Io. Bapt. Sollerii expostulationem de Io. Petri a Ludewig, qui in Acta S. S. inuectus erat, lege in Act. erudit. Francon. part. 13. p. 37. sqq." — Conf. *Io. Vogt* catal. librorum rarior. (Hamburg. 1738. 8.) pag. 5. sq. vbi quoque memoratur consilium Albrizzi et Coleti, bibliopolarum Venet. Editionis operis repetendae. — Tres tomi ad mensem Februar. pertinentes sunt inprimis rari. — Acta autem ista vberrime recensentur et de illis ac superiorum quorumdam laboribus eiusdem generis iudicatur in: *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. I. p. 134. sqq. p. 239. sqq. p. 351. sqq. et p. 525. sqq. — tom. II. p. 126. sqq. inprimis pag. 132. sqq. et p. 147. sqq. p. 153. sqq. ipsius Papebr. iudicium de sublesta quorumdam actorum sanctorumque fide. — tom. III. p. 37. sqq. ac pag. 58. sqq. de *Vsuardi* martyrologio, quod est in tom. VI. et VII. Iunii. — tom. IV. p. 34. sqq. denique m. August. voll. VI. in tom. IV. p. 128. sqq. — In *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. VIII. p. 493. sqq. recensetur liber, in quo et Benedicti XIV. iudicium de actis Sctor. et responsio, continetur: Epistola — *Benedicti XIV.* ad Presbyteros societatis Iesu, qui Acta Sctorum edunt Antwerpiae, vna cum responso eorumdem ad eumdem etc. Antwerp. 1751. mai. 4. — Ex actis Sctor. sunt excerpta facta. Huc pertinent: Breuis notitia Italiae, Hispaniarum, Galliarum, Belgii, Germaniae et regnorum vicinorum, ex actis Sctorum Ianuarii et Februarii excerpta et digesta. Antwerp. 1658. 8. et, Breues notitiae triplicis status ecclesiastici, monastici et secularis, excerptae ex Actis Sanctorum Ian. Februarii et Martii, ibid. 1668. 8. — Lambec. in comment. de bibl. caesar. et Kollar. in notis, de locis Actorum saepenumero agunt, codd. recensent, nec raro refutant Bollandum etc. e. gr. in vol. IV. p. 75. 82. sqq. pag. 129. 142. 173. 243. sq. p. 287. 443. sq. et ita in reliquis tomis, locis perquam multis. *Harl.* — Omnia Sctorum Acta tam ex codd. MSSt. quam ex libris impressis colligere, multisque voluminibus edere, notis quoque illustrare voluit *Surius;* morte vero praeueniente impediebatur, quo minus propositum opus, vires vnius exsuperans, ipse absolueret; illius vero continuandi operam sustinuerunt editores, qui ab anno 1719. vsque ad an. 1786. primum Antwerpiae, dein Bruxellis ediderunt. Fuerunt vero *Conrad. Ianning, Io. Bapt. Sollerius, Io. Pin, Guil. Cuper, Petrus Bosch, Io. Stilting, Io. Limpen, Io. Veld, Constantinus Suysken, Io. Perier, Vrbanus Sticker, Io. Cleus,*

Cornel.

ff) Vide, quae praemissa sunt tom. I. Iunii. *Niceron.* Nachrichten von berühmten Gelehrten, tom. II. pag. 324. sqq. et *Helyot* Histoire des ordres monastiques, tom. I. pag. 282-300. *Harl.*]

Cornel. Byeus, *Iac. Bueus*, *Ios. Ghesquier*, *Ignat. Huben*, *Io. Baptista Fonson.* — Editores horum actorum propterea in offensionem Carmelitarum incurrebant, quia prophetam Eliam auctorem esse ordinis Carmelitarum negauerunt. Pugnatum est ab his contra illos nonnullis scriptis, e. g. Ordinis Carmelitani in Belgio prouincialis, *Sebast. a S Paullo* scripsit libellum supplicem pro ordine et antiquitate ordinis Carmelitarum variisque illius historiis, 1683. Romamque ad papam Innocentium XI. transmisit. Quum vero nihil obtinuisset hic libellus, post decem annos idem auctor alia scripta pontifici Innocentio XII. obtulit, nempe: Exhibitio errorum, in actis Sctorum a Papebrochio [gg]) commissorum: Motiuum iuris: Appendix ad Motiuum. v. Acta eruditor. pro anno 1696. p. 132. Iesuitae autem suam caussam strenue defenderunt variis scriptis apologeticis, quae itidem indicantur in Actis eruditor. an. 1696. p. 132. sqq. et an. 1698. pag. 81. 129. Comparuerunt e. gr. *Conradi Ianningi* apologia pro actis Sctorum contra Sebast. a S. Paullo, prouincialem Carmeli Flandro Belgici, Antwerp. 1695. 8. — *Dan. Papebrochii* responsio ad exhibitionem errorum per *Sebast. a S. Paullo*, partt. III. quarum prima Antwerp. 1696. 4. — secunda ibid. 1697. 4. et tertia ibid. 1698. 4. prodiit. — *Nicol. Rayaei* responsio ad memoriale, in quo Sebast. a S. Paullo aduersus Acta Sctor. et personam Dan. Papebrochii adcusationes suas reiterat, Antwerp. 1699. 4. — Impressa quoque fuit Apologia pro hagiographis Antwerpiensibus societatis Iesu, aduersus tres insulsas epistolas. Colon. 1734. — Multa quidem occurrunt in actis Sctorum, quae veri studioso minus satisfaciant, tam fictitia, quam dubia: attamen laude sua non priuandi sunt illorum editores, propterea quod in praefationibus praemissis, dissertationibus atque obseruationibus ad notitiam antiquitatum et historicorum monumentorum operam contulerunt vtilem. Huius generis specimina, in peculiari opere collecta, sunt edita, cuius titulus est: *Thesaurus ecclesiasticae antiquitatis et sacrae et profanae eruditionis, in quo dissertationes, tractatus, diatribae praeliminares aliaque praestantia monimenta, quae a Bollando ceterisque societatis Iesu hagiologis Antwerpiensibus in omnibus fere de actis Sctorum voluminibus conscripta, sparsim occurrunt, coniunctim exhibentur.* tom. III. quorum duo priores Venetiis 1749. tertius vero ibid. 1751. in fol. publice comparuerunt. *Sixt.*

Theodorici Ruinarti, monachi Benedictini, Acta martyrum sincera et selecta cum notis, Paris. 1689. 4. et auctiore editione Amstelod. 1713. fol. [*] et gallice a Droueto de Maupertuy. Paris. 1708. 8. duobus volum. *Fabr.* — Ad editionem Amstelodamensem suam contribuit industriam *Petrus Poiretus*. vid. praefatio generalis huius *Posthumis*, Amstelodam. 1721. editis praemissa. Habemus quoque operis Ruinartini editionem Veronensem a. 1731. fol. Conf. Sammlung von alten und neuen theolog. Sachen, 1733. p. 111. *Dodwellus* paucos fuisse martyres contendit; cuius opinionem impugnauit *Ruinartus* in praefatione suo libro praemissa, aliaque protulit ad illustrandam martyrum historiam. [Praefatio eius generalis in Acta martyrum est quadripartita, p. I-LXXVII. et 1) agitur

de

gg) Conf. *Dallaeum* cap. IV. de vsu patrum, pag. 81. 82. Certe veri studiosis non admodum placet viri industria, ac quod stylo suo plerasque vitas componendo maluit elegantiora, quam veriora dare, inquit *Combefisius* tom. I. Biblioth. Concionat. pag. 23.

de ipſis Actis eorumque deſcriptionibus atque collectionibus: 2) ſequuntur diſſertationis XI. Cyprianicae *H. Dodwelli* de paucitate martyrum confutatio, quantum ad eius argumenta ſiue rationum pondera; et 3) eiusdem confutatio, quantum ad res facti, ex recenſione ſingulorum perſequutionum; 4) denique diſſeritur de perſequutionum cauſſis et effectis, martyrum fortitudine et honoribus, atque cautionibus circa eosdem adhibitis. *Harl.*] — Laudem egregiae a *Ruinarto* praeſtitae induſtriae ipſius liber meretur, etiamſi quoque non omnia, ab ipſo relata, fide ſint accipienda, ac nonnulla omiſſa deprehendantur, quae omitti non debuiſſent. Attamen, quia Ruinartus iudicium criticum adhibuit ad reprobandum minus probanda, quod adtinet ad Acta martyrum, aduerſarium expertus eſt *Laderchium*, qui adortus eſt illum libro peculiari, Romae 1723. 4. duabus partt. vulgato: *Acta Sanctorum Christi martyrum vindicata,* in quo ſatis inepto conatu omnes de martyribus narrationes, apertam fabularum ſpeciem prae ſe ferentes, ceu creditu dignas, laudat, et illos, qui diſſentiunt ab ipſo, acriter vituperat. *Sixt.* *Acta martyrum P. Theodorici Ruinart opere ac ſtudio collecta, ſelecta atque illuſtrata.* Accedunt praeterea in hac editione Acta SS. Firmi et Ruſtici ex optimis codd. Veronenſibus. — Edita per *Bernard. Galura,* SS. Theol. Doct. etc. Auguſtae Vind. 1802. 1803. III. voll. 8. *Beck.*

Ambroſii Nouidii Fracci Faſtorum ſacrorum libri XII. ad Paulum III. pontificem. Antwerp. 1559. 8.

Petri Iuſti Sautel, S. I. Annus ſacer poëticus. Lugd. 1679. 12.

Claudii Caſtellani (Chaſtelain) canonici eccleſiae Pariſienſis Hagionomaſticum ſiue vocabularium hagiologicum, hoc eſt, Index locupletiſſimus Sanctorum, quorum nomina vulgari vſu corrupta feruntur, addita notatione temporis, quo floruerunt, et diei, quo memoria eorum in eccleſia recolitur, praefixus exſtat Aegidii Menagii originibus linguae gallicae Pariſ. 1694. fol. longeque plenior et accuratior eſt ſimilibus indicibus, quos dedere Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, et in anno ſuo ſancto gallice edito Philipp. Labbeus S. I.

Tiofridi opus de Epitaphiis Sanctorum.

Simonis de Peyronet catalogus Sanctorum et Sanctarum cum notis, liber poſtumus editus Toloſae 1706. 4. Nonnulla omiſſa ab eo et male poſita Sanctorum nomina notantur in Memoriis litterariis Treuoltinis illius anni pag. 1581. ſeq.

Calendaria, quae exſtabant in Miſſalibus antiquis, vt Alberti Krantzii ſecundum ritum laudabilis eccleſiae Hamburgenſis: Argentor. 1509. fol. et in miſſali ſecundum ritum eccleſiae Bremenſis ibid. 1511. etc.

Specimen Calendarii eccleſiaſtici, continens feſta, Sanctorumque nomina per totum annum cum breui commemoratione, qui qualesque fuerint et quare memoria eorum calendario ſit illata. Holmiae 1708. 4.

Omitto ſermones de ſanctis, vt ſunt Parati. Norimb. 1500. fol. etc.

o. Oſorii Luſitani, Colon. 1602. 8.

Henrici

Henrici Engelgraue Coeleſte Pantheon, ſiue coelum nouum in feſta et geſta Sctorum. Colon. 1659. 8. Lucis euangelicae pars III. etc. *Fabr.*

[Augeri poteſt hic et ſequentium Hagiologiorum etc. catalogus ab iis potiſſimum, qui in bibliothecis Pontificiorum, qui vocantur, ampliſſimis, praeſertim in iis quae ex ſublatis monaſteriis mire ſunt locupletatae, ſedent, et otio abundant. At enim, quia plurium eiusmodi generis ſcriptorum notitia omnino longeque abeſt a conſilio et inſtituto bibliothecae graecae, vt alias praetermittam omiſſionis cauſſas haud illegitimas; nolo plura congerere et huic piſtrino operam addicere. Duo tamen ſcripta, quae huc pertinent, ſunt adhuc iis, quae adduxit ven. *Sixt*, addenda. — Nouiſſima martyrologii et vitarum Sanctorum graece ſcriptarum collectio eſt, quam in manibus habeo: Νέον ἐκλόγιον, περιέχον βίους ἀξιολόγους διαφόρων ἁγίων καὶ ἄλλα τινὰ ψυχωφελῆ διηγήματα. Ἐκλεχθὲν ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων Βιβλίων, εἰς ἁπλῆν τε φράσιν μεταγλωττισθὲν, καὶ νῦν πρῶτον τύποις ἐκδοθὲν, διὰ συνδρομῆς φιλοχρίστου τινὸς χριστιανοῦ, εἰς κοινὴν τῶν Ὀρθοδόξων ὠφέλειαν. Ἐνετίῃσιν. αωγ΄. 1803. παρὰ Νικολάῳ Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ἰωαννίνων. in mai. 4. Triginta et ſex Sanctorum et Sanctarum vitae enarrantur. Prima eſt Photines a. Chr. 66. vita, et vltima Hierothei a. Chr. 1686. Sequuntur breuiores narrationes, in his oratio Theodori Prodromi F. — Alter libellus eſt quodammodo ſimilis vulgaribus noſtris calendariis, quae quotannis prodire ſolent: Μηνολόγιον πρόχειρον τοῦ χιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ πέμπτου ἔτους. 1805. Μετὰ προσθήκης τῶν Μηνῶν Ἑλλήνων, Ἑβραίων, καὶ Τούρκων, καὶ ἄλλων διαφόρων ἀξιολόγων εἰδήσεων. Ἐνετίῃσι. Παρὰ Νικολάῳ Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ἰωαννίνων, in minima forma. *Harl.* — Fabricianis adiicere iuuat monimenta litteraria, quae ſequuntur:

Franciſci Combefiſii, librum, quem inſcripſit: *Illuſtrium Chriſti martyrum lecti triumphi, vetuſtis Graecorum monimentis conſignati.* Pariſ. 1660. 8. Graeca latine vertit et notis illuſtrauit *Combefiſius.*

Nec omnino vilipendendum librorum ſingularium curioſis opus 2. voluminibus conſtans editumque f. 4. Schweidnitii 1725. cum praefixo titulo: *Geiſtreiche Geſänge und Lieder auf alle Sonntagsevangelien und Epiſteln, 9 Theile mit 245 feinen Kupferſtichen*: (quae imagines aeneae Sanctos horumque facta repraeſentant.)

In primis vero commemorandum eſt opus nitidum ſplendidumque, quod edendum curauit *Stephanus Euodius Aſſemannus* Romae 1746. fol. mai. hoc titulo inſignitum: Acta Sanctorum martyrum orientalium et occidentalium in duas partes diſtributa. Accedunt acta S. Simeonis Stylitae. Omnia nunc primum ſub auſpiciis *Iohannis V.* Luſitanorum regis e bibliotheca apoſtolica Vaticana prodeunt. *Steph. Euod. Aſſemannus* archiepiſcopus Apamenſis chaldaicum textum recenſuit, notis vocalibus animauit, latine vertit, admonitionibus perpetuisque adnotationibus illuſtrauit. Typis Ioſephi Collini. Pars I. complectens paginas 301. P. II. paginas 445. explens. Huius operis, quod e bibl. acad. Altorf. in manibus habeo, pleniorem enarrationem addere iuuat. Poſt dedicationem, quae *Iohannis V.* Luſitaniae regis elogium continet, occurrit praefatio ſatis ampla,

 qua

qua teſtatur *Aſſemanus*, ſe vſum eſſe in conficienda tota hiſtoria martyrum Orientalium et Occidentalium variis diuerſisque MSS. codicibus Vaticanae bibliothecae. Horum codicum momenta hiſtorica enarrat et quanam polleant auctoritate adlaborat euincere, nec non de difficultatibus, quibuscum ipſi codices ſcrutanti pugnandum fuit, conqueritur, et qua ratione vicerit illas oſtendit. Tandem ſibi ipſi hisce gratulatur verbis: „Satis ſuperque ad rem huius operis vniuerſam enucleandam explicandamque feciſſe nos arbitramur, multis iisque implicatiſſimis ſed opportunis ad rem quaeſtionibus diſcuſſis, germanitatem codicum, e quibus haec acta eruimus, demonſtrando, non leuibus, vel ex triuio emendicatis coniecturis; ſed inuictiſſimis et ad Criticae leges exactis rationum momentis, quorum pondus Eruditorum iudicio aeſtimandum aequo animo lubenterque relinquimus." Sane admirandus eſt labor aſſiduus, quem pertulit *Aſſemanus* in ſuo opere exarando exornandoque. Singulorum Sanctorum vitis eiusmodi praeſtruxit admonitiones, quae ad hiſtoriam illorum illuſtrandam hinc inde conquiſitis ſuppetiis multum conferunt, deinde textum ſyriacum vniuscuiusque martyrii verſione perſpicua congruentique interpretatus eſt. Adhaec ſubiunctae ſunt vberiores adnotationes, quibus codicum habitus ſignificatur et quae in textu explicatione indigent, diligenter adferuntur. Totum *Aſſemani* opus quas quidem martyrum enarrationes offerat: ex ſequentibus cognoſci poteſt. Martyrium *S. Simeonis Barſabae*, epiſcopi Seleuciae et Cteſiphontis, ſociorumque eius *Abdhaiclae* et *Hananiae*, presbyterorum aliorumque centum diuerſi ordinis virorum: nec non *Guhſciatazadis*, eunuchi regis Nutricii, *Phuſikii Karugabari*, eiusque filiae virginis Deo ſacrae. — Certamen plurium martyrum et *Azadis* regis eunuchi. — Martyrium ſanctarum, *Tharbae* virginis eiusque ſororis Deo ſacrae et ancillae item virginis. — Martyrium *S. Milis*, epiſcopi Suſae, *Abroſimi* presbyteri et *Sinae* diaconi. — Martyrium S. *Sciahduſtis*, epiſcopi Seleuciae et Cteſiphontis et 128. ſociorum. — Martyrium *S. Barſabiae*, coenobiarchae et decem eius ſociorum nec non cuiusdam magi etc. — Martyrium *S. Narſetis* epiſcopi, et *Ioſephi* eiusdem diſcipuli, ex vrbe Sciaharcadata prouinciae Beth-Garmeae, nec non aliorum XX. martyrum. — Martyrium *S. Danielis* presbyteri et *Vardae*, virginis Deo ſacrae. — Acta SS. CXX. martyrum, inter quos nouem virgines Deo ſacrae: reliqui ſacerdotes, diaconi, et diuerſorum ordinum clerici. — Martyrium *S. Barbaſcemini*, epiſcopi et ſociorum. — Paſſio SS. martyrum, qui variis in locis a praefectis interempti ſunt, praeter eos, qui in regis foro occubuerunt. — Martyrium *S. Iacobi*, presbyteri et Mariae eiusdem ſororis, ſacrae Deo virginis. — Martyrium *S. Theclae, Mariae, Marthae, Mariae* et *Amae*, virginum Deo ſacrarum. — Martyrium *S. Barhadbeſciabae*, diaconi. — Acta SS. martyrum captiuorum. — Acta SS. quadraginta martyrum, *Abdae* et *Ebedieſu*, epiſcoporum, *Abdallahae, Simeonis, Abrahami, Abae, Aiabelis, Ioſephi, Hani, Ebedieſu, Abdallahae, Iohannis, Ebedieſu, Maris, Barhadabeſciabae, Rozichaei, Abdallahae* et *Ebedieſu*, ſummatim ſexdecim, omnium presbyterorum; *Eliabi, Ebedieſu, Hani, Mariabi, Maris, Abdiae, Barhadbeſciabae, Simeonis* et *Maris*, ſummatim nouem, omnium diaconorum; *Papae, Eucleſi, Ebedieſu, Phachidi, Samuelis*, et *Ebedieſu*, ſummatim ſex, omnium monachorum; *Mariae, Tathae, Emae, Adranes, Mamae, Mariae*, et *Marachae*, ſummatim ſeptem, omnium virginum, Deo ſacrarum.

ſacrarum. — Martyrium *S. Bademi*, coenobiarchae. — Acta ſanctor. martyrum, *Acepſimae*, epiſcopi, *Ioſephi*, presbyteri, et *Aithilahae* diaconi.

Hanc enarrationem excipiunt Acta aliorum martyrum Orientalium in Perſide excruciatorum e codice chaldaico Nitrienſi Vaticano II. quippe Acta SS. martyrum, *Ionae*, *Brichieſu*, *Zebinae*, *Lazari*, *Maruthae*, *Narſetis*, *Eliae*, *Maharis*, *Habibi*, *Sabae*, et *Scembaitae*. — Acta SS. martyrum, *Saporis* epiſcopi, *Beth-Nictoris*, et *Iſaaci* epiſcopi Carchae Beth-Seleuciae; nec non *Maharis*, *Abrahami* et *Simeonis*. — Martyrium beati atque inclyti *Maharſaporis* qui in tenebricoſo lacu coronatus eſt. — Martyrium beati *Iacobi* interciſi, ex regia vrbe Beth-Lapeta. — Sequuntur Acta martyrum occidentalium, praemiſſa praeter alia diſſertatione de *Euſebiana actorum veterum martyrum collectione*. — Martyrium S. *Luciani* et *Marciani* d. 26. Nouembr. — Martyrium SS. *Victorini*, *Victoris*, *Nicephori*, *Claudiani*, *Diodori*, *Serapionis*, et *Papii*, d. 28. Febr. — Martyrium SS. *Stratonicae* et *Seleuci*, quod Cyzici ſubierunt. — Acta ſeptem martyrum, Athletarum Chriſti, *Hipparchi*, *Philothei*, *Iacobi*, *Paragri*, *Habibi*, *Romani* et *Lolliani*, qui ſub *Maximiano* paſſi ſunt, Samoſatae. — Martyrium S. *Agnetis* virginis. — Martyrium S. *Procopii*. — Martyrium SS. *Alphaei*, *Zacchaei* et *Romani*, d. 17. Nouembr. — Martyrium S. *Timothei*, d. 21. Maii, Gazae. Martyrium S. *Apiani*, d. 2. Apr. Caeſareae. — Martyrium S. *Hedeſii*, fratris *Apiani*. — Martyrium S. *Agapii*, d. 20. Nou. — Martyrium S. *Theodoſiae*, ſacrae Deo virginis. — Martyrium S. *Petri*, qui et *Abſelamus*, m. Ianuar. Caeſareae. — Martyrium S. *Theodotae*, meretricis. Adpendicis loco exhibentur: Admonitio in Acta S. *Simeonis* ſtylitae S. *Iacobi* Sarugenſis, Batnarum in Meſopotamia epiſcopi, eccleſiae ſyriacae doctoris, de S. *Simeone* ſtylita homilia.

De diſcrimine, quod *Aſſemanus* inter martyres orientales et occidentales conſtituit, monendum videtur: Significatu peculiari nec infrequenti orientales accipi gentes eas, quae inde ab Euphratis ripa orientali per Meſopotamiam et Chaldaeam ad Tigridem vsque vlteriusque ſua habent domicilia; occidentales vero, qui Syriam, Palaeſtinam, Aegyptumque etiam colunt. Cauſſas adeſſe dubitationum de fide abſoluta codicum, qui hiſtoriam definitorum martyrum ſuppeditant, haud diffitemur, etiamſi noſter *Aſſemanus* in praefatione ſua generali praefixa operi erudito, ab ipſo edito, tulerit ſententiam: „Scimus, non deeſſe homines emunctae naris, vt videri volunt, quorum ea eſt praeiudicata rerum opinio, vt quidquid veterum monimentorum ex longinquis, maxime vero transmarinis, Aſiae regionibus in Europam aduehitur, doli mali fraudisque ſuſpicione non careat.“ Profecto additum argumentum res hiſtoricas iudicio haud praeoccupato perpendenti minus ſatisfacit: „Quaſi vero eccleſiaſticae eruditionis theſaurus totus quotusquisque eſt, quo tot ſcriptorum volumina“ [*quaſi vero cuncta, quae leguntur in illis ſint omni exceptione maiora*] „locupletantur, non inde potiſſimum adlatus ad noſtras manus peruenerit, vnde haec eadem Actorum collectio depromta in lucem hodie — — proponitur.“

Varia

Varia ſcripta, quae pertinent ad hiſtoriam Sanctorum et martyrum, offendimus in bibliothecis Patrum, quarum recenſionem ampliorem obtulit *Thomas Ittigius* in tractatu de *bibliothecis et catenis Patrum.* Idemque de variorum martyrum ſuppliciis egit in *ſelectis capitibus hiſt. eccleſ. ſaeculi II. cap. 6. pag. 212-292.* — Quaedam ad hiſtoriam martyrum pertinentia occurrunt in libro, qui prae ſe fert titulum: Cenſura quorundam ſcriptorum, quae ſub nominibus Sanctorum et veterum auctorum a Pontificiis, (in quaeſtionibus potiſſimum hodie controuerſis,) citari ſolent. In qua oſtenditur, ſcripta illa vel eſſe ſuppoſititia, vel dubiae ſaltem fidei. Auctore *Roberto Coco,* eccleſiae Leodienſis in agro Eboracenſi paſtore et olim in florentiſſima academia Oxonienſi collegii Aenaeinaſi ſocio. In gratiam ſtudioſorum antiquitatis eccleſiaſticae quintum recuſa. Cura *Gebhardi Theodori Meieri,* Helmſtadii, 1683. Inter alia ſcripta, quae ceu ſuppoſititia reprehendit *Cocus,* adlegatur liber: *Paſſio S. Andreae per presbyteros et diaconos eccleſiarum Achaiae ſcripta,* a *Surio* in hiſtoria Sanctorum tom. VI. Nouembr. 30, commendatus, laudatus etiam a *Lipomano* de vitis Sanctor. P. I. pag. 369. Deinde obuenit liber: *Vita S. Martialis ab Aureliano Lemouicenſi epiſcopo, olim beneficio Martialis a mortuis excitato, deſcripta,* ad quem prouocant *Garetius* libro de inuocatione Sanctorum, et *Baronius* in Annal. ad an. 74. Dum oſtendit *Cocus,* quam mendax ſit haec vitae S. Martialis deſcriptio, teſtem quoque adfert *Iohannem Heſſels a Louanio,* ex huius cenſura de quibusdam Sanctorum hiſtoriis cap. 6. in. Iunio ad finem martyrologii Vſuardi editi per Molanum, 1568. — In *Ioh. Salom. Semleri capitib. ſelectis hiſt. eccl.* plura deprehenduntur, quae reſpiciunt hiſtoriam Sanctorum, e. g. tom. I. p. 425. ex Actis Sanctor. Febr. 4. refert hiſtoriolam de S. *Theophilo,* cuius poenitentiae hiſtoriam *Eutychianus,* Adanenſis in Cilicia clericus, conſignaſſe fertur, p. 462. *Iſidorum,* auctorem libri de vita Sanctorum vtriusque Teſtamenti excitat, et pag. 463. *Georgium Florentium Gregorium* libros VII. miraculorum (4. de mirac. Martini, 2. de gloria martyrum, vnum de gloria confeſſorum) ſcripſiſſe commemorat; eademque pag. *Venantius Honorius* Clementianus *Fortunatus* tamquam auctor vitae S. *Martini,* et aliorum SS. adlatus eſt. — De fatis martyrum chriſtianorum multa, quae ſunt attentione digna, legimus in ampliori opere *Schroeckhii:* Chriſtliche Kirchengeſchichte, P. II. III. IV. nec non in *Moshemii* Inſtitutionib. hiſtor. eccleſ. edit. alt. 1764. ſaec. I. P. I. c. 5. ſaec. II. P. I. c. 2. ſaec. III. P. I. c. 2. ſaec. IV. P. I. Inter plura hoc quidem eius iudicium repetere liceat: „Quae ab his martyribus ab eo tempore, quo in vincula coniecti erant, ad extremam vitae horam dicebantur et gerebantur, ea ſtudioſe in litteras referri ſolebant, vt poſteris certis diebus in exemplum proponi poſſent. At veterum eiusmodi Actorum martyrum perpauca ad nos peruenerunt. Et maxima eorum pars in decem annorum bello a *Diocletiano* aduerſus Chriſtianos geſto igne deleta eſt. Conquirebantur nempe illa tempeſtate iuſſu imperatorum omnes libri chartaeque Chriſtianorum et in ignem coniiciebantur. Ab octauo quidem ſaeculo, tam Graeci, quam Latini, in componendis martyrum vitis multum diligentiae conſumſerunt: ſed, quod nec ipſi ſaniores ex romano coetu profitentur, fabulas plerique narrant rhetoricis quibusdam pigmentis infucatas. Neque maior fides eſt indicibus illis, quae martyrologia vocantur, quae vel ab imperitis hominibus confecta, vel fallaci manu corrupta ſunt.“ —

Adiun-

Adiungimus iis, qui de martyribus scripserunt *Casp. Sagittarium*, cui debemus librum: *De martyrum cruciatibus*, Ienae, 1673. in quo libro eruditissimo fere omnia collecta sunt, quae historiam martyrum illustrant. Sufficiat tantum, teste *Sagittario*, mentionem iniicere discriminis martyrum. Post πρωτομαρτυρες dicebantur ἱερομαρτυρες, qui sacris ordinibus initiati morte cruenta sunt abrepti: μεγαλομαρτυρες nuncupati sunt, qui dignitate aliqua ciuili conspicui, aut loco et genere nobiliori eminentes ob constantem religionis christianae professionem ad supplicia trahebantur. Καλλιμαρτυρας salutare solebant eadem fata expertas mulieres et virgines christianas. Ceterum cuiuscunque sortis et conditionis Christiani, generatim quippe, suae religionis caussa mortem violentam passi ἁγιομαρτυρων elogio sunt ornati. — [Conf. *Fabricii* nostri Bibliograph. antiquar. ed. *Schaffshausen*, pag. 756. sq. vbi plura de cruciatibus martyrum scripta commemorantur. *Harl.*] — Adtingenda quoque dissertatio: *De studio martyrii in ecclesia primitiua*, quam sub praesidio *Io. Reinhardi Rus* defendit illius auctor *Io. Caspar. Reuchlin*, Ienae 1737. Vere adfirmauit idem auctor: in eo fuisse occupatam Christianorum industriam, vt suorum martyrum acta transmittenda curaret ad posteros, cuius rei testis est *Cyprianus* in ep. 12. „Dies eorum, quibus (ceu martyres) excedunt, *annotate*, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.“ Nota est praeterea opera *Guil. Caue*, quam contulit ad enarrandam et explicandam Christianismi historiam antiquam, hisce libris: I) Antiquitates Apostolicae, or the history of the liues, acts and martyrdoms of the holy Apostles of our sauiour, and the two Euangelists, Mark and Luke. Prima huius libri editio prodiit Londini 1677. fol. saepiusque postea repetita est. Teutonicam eiusdem versionem accepimus cum titulo: Antiquitates apostolicae; oder Leben und Thaten und Martyrtod der heiligen Apostel, wie auch der beyden Evangelisten, Marci und Lucae, nebst einer Einleitungsrede von den drey Hauptregierungen der Kirche Gottes. Lipsiae 1696. 1710. 4. et 1724. 8. Adhaec quoque memoranda versio belgica, Vltraiecti 1698. fol. Magnam quidem diligentiae eruditae laudem hoc libro sibi conciliauit *Caueus*, in eo reprehendendus, quod traditionibus apocryphis iusto maiorem tribuerit fidem. Hanc sententiam quoque de sequentibus ingenii Caueani foetibus ferre licet. II) *Apostolici*, or the history of the liues, acts, death and martyrdoms of those who were contemporany with, or immediately succeded the Apostles, as also the most eminent of the primitive fathers for the first three hundred years. Lond. 1677. 1682. 1686. in fol. III) *Ecclesiastici*, or the history of the liues, acts, death and writings of the most eminent fathers of the church, that flourishd in the fourth century. Lond. 1683. 1686. fol. Praeter belgicam huius libri vna cum antiquitatibus apostolicis translationem, Traiecti ad Rhenum 1698. fol. *Herm. Witsii* praefatione et exercitatione peculiari de vera Paulli et Iacobi sententia in doctrina de iustificatione instructam, suppetit nobis interpretatio teutonica, quae titulum prae se fert sequentem: Antiquitates patrum et ecclesiasticae; oder: Leben, Wandel, Lehr, Tod und Marter der apostolischen Väter, welche zur Zeit der Apostel oder gleich darnach gelebt haben, wie auch der vornehmsten Väter in den vier ersten Iahrhunderten, nebst einer Einleitung von dem Fortgang der christlichen Religion und von den zehen Hauptverfolgungen gegen dieselbige, etc. Nunmehro aber nach der lezten und verbesserten

dritten

dritten Edition ins Hochdeutſche überſezt, ſammt *Herm. Wits* Vorrede und deſſen Abhandlung von dem rechten Verſtand und der Meinung Paulli und Iacobi. Bremae 1701. in 4. Enarrauit Caueus in libris II. III. vitas S. Stephani, S. Philippi, S. Barnabae, S. Timothei, S. Titi, S. Dionyſii, S. Clementis, S. Simeonis, S. Ignatii, S. Polycarpi, S. Quadrati, S. Iuſtini, S. Irenaei, S. Theophili, S. Melitonis, S. Panteni, S. Clementis Alexandrini, Tertulliani, Origenis, S. Babylae, S. Cypriani, Gregorii, Thaumaturgi, Dionyſii Alexandrini. IV) *Primitiue Chriſtianity*, or the religion of the ancient Chriſtians in the firſt ages of the goſpel. Lond. 1669. Quae editio repetita eſt variis annis, et quinta vice 1689. Illius adſunt verſiones 1) Belgica, Amſtelod. 1692. 2) Germanica, Lipſiae 1694. 1723. 3) Gallica, Amſtelod. 1711. In hoc libro, qui largiora continet elogia Chriſtianorum, ad cauſſam confeſſorum et martyrum ſpeciatim pertinet cap. 6. 7. Adiungere decet *Gottfr. Arnoldi* librum: Wahre Abbildung der erſten Chriſten — — worinnen zugleich des Hrn. *William Caue* erſtes Chriſtenthum nach Nothdurft erläutert wird. Edit. ſecunda, Francof. ad M. 1700. conſequuta eſt primam, ibid. 1696. fol. etc. [De origine fabularum, quibus hiſtoria martyrum contaminata eſt, egit *H. Ph. Conr. Henke* in Comm. de figurato dicendi genere, fonte multarum in hiſt. chriſt. fabularum, Opuſcc. acadd. p. 229. ſq. *Beck.*]

De *Henrico Valeſio*, cui debemus inſignem editionem hiſtoriae eccleſiaſticae ab *Euſebio* ſcriptae, obſeruem, iſtum editioni ſuae praeter alias adieciſſe diſſertationem de martyrologio, quod Rosweidus edidit ac perperam pro veteri genuino Romano martyrologio iactauit. — Praetermitto ea, quae in pluribus aliis hiſtoriae eccleſ. litterarum monimentis de martyribus paſſim occurrunt, tantum mentionem adiiciens quorundam librorum, qui Acta Sanctorum praeſertim reſpiciunt, quales ſunt:

Arnaldi d'Andilly vies des Saints peres des deſerts. Pariſ. 1647. 4. et 1668. 8. duob. vol. poſtea 1694. Bruxell. trib. vol. in 4. Viam intrauit auctor, quam praeiuit *Palladius* in hiſtoria Lauſiaca, et *Caſſianus* in tract. Collationes Patrum ſceticorum. — De Patribus ſic dictis ſceticis copioſe ſcripſit *Schroeckhius* in libro: Chriſtliche Kirchengeſch. P. 5. pag. 174. ſqq.

Adriani Baillet vies des Saints, composées ſur ce, qui nous eſt reſté des plus authentique et de plus aſſuré dans leur hiſtoire, diſpoſées ſelon l'ordre des calendriers et des martyrologes. Paris 1701. fol. trib. vol. et 8. duodec. vol. eod. a. ac 1704. iterum quatuor vol. in fol. 1724. Auctor memorabilia de Sanctis enarrans ſequutus eſt ordinem menſium atque dierum, liberaliori iudicio vtens, quibus aliis, traditioni parum fidae nimis inhaerentibus, merito praefertur, quam ob rem nonnullis eidem cum ipſo religioni Romano-Pontificiae addictis diſplicuit, quod adparet ex ſcripto aduerſus ipſum ſine mentione loci et anni edito: Recueil des lettres critiques ſur les vies des Saints du ſieur Baillet. Commentatio, quam praefixit B. ſuo operi: Discours ſur l'hiſtoire de la vie des Saints ſeparatim impreſſa prodiit Pariſ. 1690. 8. et teutonice conuerſa per interpretem incognitum. Roſtoch. 1753. cum titulo: Hiſtoriſche und critiſche Abhandlung von den Geſchichten der Märtyrer und Heiligen und deren Sammlungen. Ipſe *Baillet* publicauit etiam: Hiſtoire des fêtes mobiles: vies des Saints de l'ancien teſtament: topographie

graphie des Saints et chronologie des Saints, Parif. 1703. vno vol. in fol. et quinque vol. in 8. quae editio in 8. repetita eft ibid. 1707.

Iofephi Simon. Affemani calendaria ecclefiae vniuerfae, [iam fupra memorata.] Sex tomi huius operis fenfim editi funt ab a. 1750. ad a. 1755. Romae, 4.

Vniuerfa Martyrum et Sanctorum hiftoria defiderat coniunctam operam plurium, fcite diiudicandi vi praeditorum et bene animatorum, vt vera e fictis, verofimilia ex ambiguis, vtiliora ex inutilibus feligant. Quod iam finguli ex iis, quos iam meo qualicunque ftudio in fcenam protuli, cum laude periclitati funt. Huiuscemodi tentaminis critici exemplum etiam animaduertimus in *Th. Ittigii* Bibliotheca Patrum apoftolicorum, Lipf. 1699. 8. quippe peculiarem annexuit differtationem de *Patribus apoftolicis*. Licet potiffimum pertractauerit ifte critica et litteraria momenta, quae pertinent ad fcripta patrum, qui comites et discipuli Apoftolorum fuiffe perhibentur, immifcuit tamen et talia, quae probant, quam vere ftatuerit de fictis a fide dignis discernendis in hiftoriis eorum veterum Sanctorum et martyrum, quos adlegauit. Ante *Ittigium* iam eadem incefferat via *Petr. Halloix* feque viris eruditis commendauit opere infcripto: Illuftrium ecclefiae orientalis fcriptorum, qui fanctitate iuxta et eruditione primo et fecundo Chrifti faeculo floruerunt et Apoftolis conuixerunt, vitae et documenta. Cuius tomi duo prodierunt, prior Duaci 1633. pofterior ibidem 1636. fol. Inter alia prolixe pertractauit vitas virorum illuftrium aeui ab ipfo definiti. Agmen claudat compilatio ab ignoto auctore fine delectu facta: Ausführliches Heiligen-Lexicon, darinnen das gottfelige Leben und der Tugendwandel, das ftandhafte Leiden und Sterben und die grofsen Wunderwerke aller Heiligen Gottes, fo von der heiligen Kirche verehrt werden, und in den vollftändigften collectionibus von actis Sanctorum enthalten find, befchrieben werden. Col. 1719. in 8. *Sixt.*

Hagiologia et Martyrologia quaedam fpecialia [hh]).

Foeminarum.

Iacobi Bergomenfis de Sanctis et profanis mulieribus et virginibus. Parif. 1521. fol. *Herib. Rosweidi* Vitae fanctarum virginum. Antwerp. 1626. 1642. 8.

Arturi du Monftier, Rothomagenfis, Sacrum Gynaeceum, Parif. 1657. fol.

Francifci Laberii Magnum Menologium Virginum etc.

Gentium.

[*Frieder. Eberh. Collin* Wundervoller Schauplatz der heiligen Märtyrer, und zwar vornehmlich der um der Wahrheit und des Nahmens Chrifti willen getödeten Kinder, von Unmündigen an bis auf funfzehnjährige. Nebst einem kurzen Anhang von den Trübfalen und

hh) [Conf. catal. bibl. Bünauianae tomi III. vol. II. pag. 595. fqq. *Harl.*]

und Verfolgungen der Gläubigen durch alle Secula neues Teſtaments etc. Hof und Bayreuth, 1738. 8.

Vite di XVII. Confeſſori di Chriſto, ſcelte da diuerſi Autori et nel volgare Italiano ridotte da *Gio. Pietro Maffei.* Rom. 1601. 4. *Harl.*]

De ſanctis *Angloſaxon.* Georgius Hickeſius in diſſ. epiſtolari f. 115. ſeq.

[ꝑ] *Anglicanum* martyrologium *Ioannis Wilſoni*, a. 1608. et recognitum a. 1640. *Morlaix* vitae Sanctorum Britonum in Gallia.

Io. Molani, indiculus et natales ſanctorum *Belgii* [Louanii 1595. 8. et *Arn. de Raiſſe* auctarium ad Molani natales Sanctorum Belgii. Duaci, 1626. 8.] Eiusdem *Raiſe* ſ. *Rayſſii* hierogazophylacium Belgicum, ſiue de Sanctorum reliquiis. Sacrarium et Calendarium ditionis *Leodienſis*, a. 1618. editum. *Namurcenſis* a. 1619. *Auberti Miraei* faſti Belgici et Burgundici. [Batauia ſacra, ſiue res geſtae apoſtolicor. virorum, qui fidem Bataniae primi intulerunt, in II. partt. diuiſa. Bruxellis, per Franc. Foppens, 1714. fol. cum figg. aen. *Harl.* *Ghesquierii* Acta Sctorum Belgii ſelecta tom. I. Brux. 1783. fol.]

Martyrologium *Gallicanum*, *Andreae de Sauſſay.* Paris 1637. fol. II. vol. De ſanctis *Lugdunenſibus*, in Indiculo Sctor. Lugdunenſ. *Theophylus Raynaudus*, [Lugduni 1629. 8. et] tom. VIII. Opp. *Iacobi Branche* de vitis Sanctorum *Aruernorum* et *Velaunorum* etc. Hagiologium Franco-Galliae, ac praeſertim Aquitaniae, excerptum ex antiquo martyrologio Abbatiae S. *Laurentii* Bituricenſis, variis acceſſionibus locupletatum: in *Phil. Labbei* Bibl. MSStor. tom. II. pag. 697-706. Pariſ. 1657. fol.

Nicolas Catherinot le Necrologe de Berry. Bourges. 1682. 4. et eiusdem le Sanctuaire de Berry. Bourges, de l'imprimerie de Iean Toubeau, 1680. 4.

Pauli, diaconi Emeritenſis, liber de vita et miraculis patrum Emeritenſium — ad veteres Gothorum et Latinorum membranas collatus et notis illuſtratus, cum apoſpaſmatio de rebus Emeritenſibus, e bibliotheca *Thomae Tamaio de Vargas.* Antwerp. 1638. 4. *Harl.*]

Thomae Meſſinghami, Florilegium Inſulae Sanctorum, ſeu Vitae et Acta Sanctorum *Hiberniae*, Pariſ. 1624. fol. *Henrici Fits Simon* S. I. Catalogus praecipuorum Sanctorum *Hiberniae.* *Fabr.* — *Io. Colcagni* Acta Sanctorum veteris et maioris Scotiae ſ. Hiberniae. Tomus I. Ianuarium, Februarium et Martium complectens. Louan. 1645. — Tomus II. diuorum *Patricii*, *Columbae* et *Brigittae* acta continens. Louan. 1647. fol. *Harl.*]

Chriſtophori Browerí, S. I. Sidera illuſtrium et ſanctorum virorum, qui *Germaniam* praeſertim magnam olim geſtis rebus ornarunt. Mogunt. 1616. 4. *Iac. Gretſeri* diui *Bambergenſes.* Ingolſt. 1611. 4. *Fabr.* — *Io. Ludou. Schoenleben*, Annus Sanctus Habſpurgo-Auſtriacus, ſ. quingenti Sancti, Beati, et Venerabiles vtriusque ſexus, auguſtiſſimae domui Habſpurgo-Auſtriacae ſanguinis et cognationis nexu illigati. Salisburgi, 1696. fol. — *Bertholdi* (*Rizelii*), *Mellicenſis*, Sancta et beata Auſtria, ſeu acta et vitae Sctorum eorum,

eorum, qui a primo iam inde Christi seculo ad hanc vsque aetatem etc. Austriacam regionem illustrarunt etc. Augustae Vindel. 1750. fol. cum figg. aen. *Harl.*

Martyrologium *Hispanicum, Io. Tamaii Salazar,* Lugd. 1651-1659. fol. VI. tomis. *Antonii Vincentii Domenecci* ord. praed. Historia Sctorum *Cataloniae.* Barcinone 1602. *Fabr.* — *Io. Ernest. Immanuel. Walchii* commentat. Marmor Hispaniae antiquum, vexationis Christianorum Neronicae insigne documentum. Ienae a. 1750. 4. — Eiusdem persequutionis Christianorum Neronianae in Hispania ex antiquis monimentis probandae vberior explanatio, qua multa tam sacrae, quam profanae antiquitatis capita explicantur atque illustrantur. Ien. 1753. 4. *Harl.*

Philippi Ferrarii Catalogus Sanctorum *Italiae.* Mediolan. 1613. 4. *Ludouici Iacobilli* vitae Sanctorum *Vmbriae,* Fulginii editae italice 1626. 4. Martyrologium *Brescianum,* quod contra Papebrochii obiectiones propylaeo tom. II. Aprilis p. XL. seq. auctum ex catalogis ecclesiae S. Afrae, defendit *Honorius Stella,* in: Risposta alla censura. Bresc. 1687. 4. Vide Diarium eruditorum Parmense, italice editum a. 1687. p. 83. seq. Acta Erud. tom. III. supplem. pag. 114. Caesaris Francioti de Sanctis *Lucensibus.* Martyrologium *Mediolanense* Pauli Boscae etc. *Fabr.* — *Antonii Benalii* de vita et rebus gestis Sanctorum Bergomatum commentarii, expoliti et aucti per *Io. Ant. Guarnerium.* Bergomi. 1584. 4. — *Lucretii Trei* sacra monumenta Fori-Iulii, ex antiquis ecclesiasticis traditionibus, historiis et inscriptionibus excerpta, annotatt. contexta, auctoritatibus comprobata, et stilo romani martyrologii in compendium redacta. Vtini, ap. Io. Domin. Mureri, 1724. 4. — Sed hic catalogus scriptorum de Sctis ex variis Italiae prouinciis et vrbibus oriundis mire potest amplificari: at quis eum hic desiderabit? Nubem tamen eiusmodi scriptorum excitatam inueniet illorum cupidus in catalogo biblioth. Bunauianae tom. I. vol. I. pag. 553-563. cap. II. sect. IV. inter scriptores, qui historiam litterariam specialem prouinciarum et vrbium Italiae exposuerunt. *Harl.*

Georgii Cardosi Hagiologium *Lusitanum:* et Martyrologium Lusitanum collectum ab aliquot Iesuitis Conimbricae.

Iacobus a Pinto, S. I. libro III. de Christo crucifixo tit. 4. loco 12. interserit digressionem de martyribus *Sardiniae,* et praecipue *Turritanis.*

Dauidis Camerarii liber de *Scotorum* pietate a. 1631. *Adami Regii* Calendarium Scoticum.

Octauii Caietani S. I. idea operis de Vitis *Siculorum* Sanctorum. Panormi, 1617. *F.* — *Octauii Caietani* vitae Sanctorum Siculorum, ex antiquis graecis latinisque monumentis, et vt plurimum ex mss. codd. nondum editis collectae. Opus postumum, cui perficiendo operam contulit *Petrus Salernus* etc. Panormi, 1657. fol. — *Giuseppe Perdicaro* delle Vite de Sancti Siciliani, part. I. In Palermo, 1688. 4. *Harl.*] — *Francisci Carrera* Pantheon Siculum siue Sanctorum Siculorum elogia. Genuae 1679. 4. Facit et huc *Rocchi Pirri* Sicilia sacra, Panormi 1644. fol. vbi inter episcopos, Sanctorum etiam plurium vitae traduntur, vt in *Ferdinandi Vghelli* [P.] Italia sacra, Rom. 1644. fol.

fol. [ii]) *Ioannis Chenu* Gallia Christiana, Paris. 1621. 4. *Claudii Roberti* Gallia Christiana, ib. 1621. fol. *Scaeuolae* et *Ludouici Sammarthanorum* [kk]) fratrum Gallia Christiana, Paris. 1656. fol. II. volum. *Matthaei Raderi* Bauaria Sancta, Monach. 1615. fol. III. vol. et Bauaria pia. ib. 1618. fol. [ll]) *Arturi du Monstier* Neustria pia, Rothomag. 1663. fol. *Henr. Warthoni* Anglia sacra, Lond. 1691. fol. II. vol. *Georgii Bartholdi Pontani* Bohemia pia. Francof. 1608. fol. etc. *Fabr.* — [Ex catal. Bunau. bibl. tomi III. vol. II. pag. 597. addi possunt *Andreae Schotti* Prussia Christiana, siue de introductione religionis christianae in Prussiam per martyres tentata, quorum vitae veritati historicae restituuntur, atque nonnulla ad illustrationem X. et XI. sec. facientia inseruntur. Gedani, 1738. 4. — *Andreae Mlodzianowski* Suppetiae militares, ex diuis Poloniae Lituanaeque gentis tutelaribus, nec non sanctis militibus. s. l. 1671. 4. — Regiae Sanctitatis foecunditas, a *Io. Tomco Marnauitio* edita. Romae, typis Vaticanis, 1630. 4. — *Io. Vastouii* Vitis aquilonia, siue vitae Sanctorum regni Sueo-Gothici. Emendauit et notis illustrauit *Ericus Benzelius*, filius. Vpsal. 1708. 4. — In monasterio quondam Diessen. nunc in bibl. elector. Monac. sunt varia mssta necrologiorum. v. *L. B. ab Aretin* Beyträge zur Geschichte und Literatur etc. a. 1804. part. IV. p. 94. et 95. *Harl.*]

Ordinum Monach.

Arnoldus Wion in ligno vitae, edito Venet. 1595. 4. et germanice verso a Carolo Stengelio Augustae Vindel. 1607. 4. Martyrologium *Benedictinum* exhibet libro tertio: cui addere iuuat martyrologium ordinis S. Benedicti ab *Hugone Menardo* illustratum Paris. 1629. 8. *Gabr. Bucelini* menologium Benedictinum etc. Acta Sanctorum ordinis Benedictini a sexto saeculo ad duodecimum continuata a Io. Mabillonio [Par. 1668. IX. fol.] nec non eiusdem Annales, quorum tomus quintus siue vltimus definit in a. 1116. continuandi a praeclaro viro *Bernardo Pez.* [Sextus Tomus a Martenio editus 1739. definit a. 1157. *Beck.*] Iacobae Boëttae Blemuriae annus Benedictinus, cuius meminit illustris Huetius libro de vita sua pag. 190.

Martyrologium *Canonicorum* regularium Constantini Ghinii. 1621.

Marci Antonii Alegre Paradisus *Carmelitici* decoris. Lugd. 1639. fol.

Martyrologium *Cisterciense* Chrysostomi Henriquez, Antwerp. 1630. fol. de quo Bollandus praef. ad Acta Sanctor. Ianuarii cap. 4. §. 9. et praef. ad Acta Febr. c. 6.

Andreas

ii) Noua editio inscripta est: *Ferdinandi Vghelli Italia sacra*, siue de episcopis Italiae et insularum adiacentium, rebusque ab iis praeclare gestis, deducta serie ad nostram vsque aetatem, opus singulare. tom. I-XI. Editio secunda, aucta et emendata, cura et studio *Nic. Coleti.* Venet. ap. Sebast. Coleti. 1711-1722. fol. *Harl.*

kk) Sammarthanorum opus longe locupletius iam emitti in lucem coepit Lutetiae, Studio Dionysii Sammarthani monachi Benedictini e congregatione S. Mauri. [Par. 1715. 25. III. fol. et tom. IV-XIII. opera et st. mon. congr. S. Mauri.]

ll) *Matthaei Raderi* Bauaria Sancta et pia. Tomi IV. Monachii, olim per *Raph. Sadeler*, calcographum venum exposita, et nunc recusa sunt. Io. Caspari Bencard. August. 1704. fol. voll. IV. cum figg. *Harl.*

Andreas Quercetanus (du Chesne) in Bibliotheca Cluniacensi siue vitis miraculis et scriptis patrum *Cluniacensium.* Paris. 1614. fol.

Martyrologium *Franciscanum* per Arturum de Monstier. Paris. 1638. fol. Lucas Waddingus etc.

Martyrologium ord. *Praedicatorum.* Venet. 1582. et per Seraphinum Siccum Papiensem 1616. Colon. 1620. Et Rom. 1637. 4. a Nic. Rudolpho. [*Hyacinthi Choquetii* Sancti Belgii, ord. Praedicator. Duaci, typis B. Belleri, 1618. 8. cum figg. *Harl.*]

Calendarium *Praemonstratense*, per *Io. Chrysostomum van der Sterre.* etc.

Calendaria ecclesiastica, martyrologia, vitae Sanctorum linguis vernaculis.

1. *Germanice.*

Passionale durch *Stephan. Arndes*, Lubec. 1492. fol.

Petri Canisii, Predigern zu Augspurg, der Kirchen-Calender, darinn angezeigt werden die Christlichen Feste und Heiligen Gottes. a. 1562. 4. Editio deinde auctior ex Galesinio et aliis prodiit 1599.

Andreae Hondorfs, Pfarrherrn zu Dröysig, Calendarium Sanctorum et historiarum, germanice editum Lips. a. 1573. fol.

Casp. Goldworms Kirchen-Calender, Francof. 1574.

D. Hieronymi Wellers Historien etlicher Märtyrer, Magdeburg, 1580. 8. et in beati viri operibus germanicis iunctim editis curante Christophoro Friderico Laemmelio, Lips. 1702. 2. tom. II. pag. 106. seq. et cum praefatione Hermanni Augusti Francke, Hall. 1697. et 1700. 8.

Fr. Zachariae Lippeloo vitae Sanctorum siue res gestae martyrum confessorum atque sanctarum virginum, Colon. 1596. 8. quatuor volum.

Martyrologium romanum germanice ab *Henr. Adriani*, a. 1600. et Andrea Boyo, S. I. 1642.

[*Martyrbuch:* Darinnen erstlich merkliche denckwürdige Reden und Thaten viler heiligen Märtyrer beschrieben werden, welche nach den Zeiten der Aposteln, bis aufs jar Christi M. D. LXXIIII. hin und wieder in Teütschland, Engelland, Schotland, Niderland, Italien, Hispanien etc. umb der götlichen Warheit willen jämmerlich verfolget, gemartert und endlich auf allerley Weise entleibet seyn worden. Aus den Französischen Geschichten der Märtyrern ausgezogen. II. Historia vom Zustand der Kirchen Gottes in Schotland, Engelland, Niderland, Frankreich und Hispanien, von 1557 bis aufs 1597 jar. III. Historia von der Niderländischen Gemeine, wie dieselbe in Engelland unter dem König Eduardo angefangen, ins elend unter der Königin Maria verjagt, und was mit derselbigen in Dennemark und an andern orten sich zugetragen

im

im jar 1553. 1554. mm) IIII. Historia vom leben Galeacii Caraccioli eines Marggrauen von Vico aus Italia: welches da ist ein recht muster vnd exempel christlicher Bestendigkeit in der bekantnus der erkanten göttlichen warheit. Gedruckt zv Herborn. 1603. 8. *Harl.*]

Henr. Fabricii et D. *Valentini Leuchtii* Auszug bewehrter Historien der fürnehmsten Heiligen Gottes durch die zwölf Monath des ganzen Iahrs, aus den VI Tomis Surii. Cöln. 1625. fol.

Leben der Väter aus D. *Georgii Maioris* collection verdeutschet durch M. *Sebast. Schwan.* Lubec. 1654. 4.

Gottfrid Arnolds erstes Martyrthum, cum epistolis S. Clementis et Barnabae, germanice redditis, 1694. 12. Eiusd. Leben der Altväter, Hall. 1701. 4. und mit der Vorrede Herrn D. Io. Daniel Herenschmid, ibid. 1618. 4.

Adami Walasseri Martyrologium germanice editum, quod memorat Io. Molanus etc.

Franc. Giry Leben der Heiligen — — samt dem Römischen, an der Spitze eines jeglichen Tags gestellten Marter-Buch der Heiligen von Frankreich, deren das Römische keine Meldung thut, aus der Französischen Sprache übersezt und vermehrt durch *Frid. Falzeder.* I, II. Theil. Augspurg und Grätz. 1730. fol. II. voll. *Harl.*]

Italice.

Constantini Felicii Medici, Calendarium historicum, Vrbini 1577.

Martyrologio romano, Rom. 1636. 4.

Flos Sanctorum ex Hispanico Alphonsi de Villegas. Venet. 1592. fol. *Fabr.* [Il sacro Leggendario della vita di G. C. di M. V. de' Santi distribuito per ciascun giorno dell' anno secundo il rito della Chiesa Romana, ora migliorato, corretto, et piu esteso di quello dato in luce dal *Alfonso Vigliegas*, raccolto dagli Atti de' Santi — et da altri Autori e diuiso in XIII. tomi. Opera di un Padre dell' Oratorio di Venezia. Tom. I. prodiit Venet. 1757. 8. *Harl.*]

Historia delle sante vergini Romane di *Antonio Gallonio.* Rom. 1600. 4.

Hispanice.

Martyrologium romanum a *Dionysio Vasquez*, Vallisoleti, 1586. 4.

Flos Sanctorum, Historia general de la vida y hechos de Iesu Christo y de todos los Santos de que reza la Iglesia Catolica, Toleti 1591. fol. quinque voluminibus auctore *Alphonso* de

mm) Haec pars habet peculiarem inscriptionem: Kurtzer einfeltiger und wahrhafter historischer Bericht, wie die christliche Kirche oder Gemeine auss Niederland und andern auslendischen Oertern, erstlich in Engelland angefangen und aufkomen, wie auch endlich sie wiederumb zerstört worden: — Geschehen im jar — 1553 und 1554: und anfänglich durch *Ioh. Vtenhouen* von Gendt in Latein beschrieben, vnd zv Basel gedruckt durch Ioh. Oporinum im jar 1560. Jetzt aber auss dem Latein ins Teutsch gebracht, durch *Barthol. Rhodingum*, Dienern am Wort Gottes zv Dillenberg. Gedruckt zv Hernborn in der Grafschaft Nassau Catzenelnbogen 1605. 8. Edit. a. 1608. memorat ac recenset *Io. Fabric.* in Historia bibl. Fabric. part. VI. pag. 240. sq. *Harl.*]

de Villegas, qui vitas Sanctorum illo ordine exponit, quo fit eorum mentio in Breuiario romano. Recusum opus hoc saepius hispanice, vt Barcinone 1608. et Compluti nec non Caesaraugustae 1616.

Lusitanice.

O martyrologio romano, traduzido pelo Padre *Alvaro Lobo.* Coimbra 1591.

Gallice.

Les veritables Actes des Martyrs, Acta sincera et selecta ex Theod. Ruinarti collectione versa gallice a *Droueto de Maupertuy.* Paris 1708. 8. duobus volum.

Martirologe romain, nouvelle version avec des notes par le *P. Mothier.* Paris 1705. post aliam versionem a. 1624. editam et Balduini *Willoti* alteram 1641. tertiamque *Philippi Labbei*, Paris. 1643. 4.

Martyrologe universel, contenant le texte du martyrologe Romain traduit en François, et deux additions a chaque jour, l'une des Saints de France, l'autre des Saints des autres nations, avec un catalogue des Saints, dont on ne trouve point le jour. Paris 1709. 4. (par Mr. l'Abbé *Chatelin*, Chanoine honoraire de Notre-Dame de Paris) duobus volum.

Les vies des Saints peres des deserts et de quelques Saintes, par *Arnald d'Andilly.* Paris 1647. 4. II. voll. 1662. 8. III. voll. Bruxell. 1694. 4.

Les vies des Saints par Mr. *de Fossé.*

Les vies des Saints peres des deserts de l'orient et occident, par Mr. *de Villefore.* Paris 1708. 12. II. volum.

Nouvelles vies des Saints pour tous les jours de l'année, composées sur les mémoires les plus veritables de chaque siecle, par Mr. l'Abbé *de Commanuille.* a Rouen, 1701. 12. quatuor volum. [ed. secunda, auctior et correctior. Rouen. 1714. 12. IV. voll. *Harl.*]

[†] Les vies des Saints, par Mr. *Adrien Baillet.* Paris 1701. fol. tribus vol. et duodecim vol. in 8. [1704. 8. XII voll. nouv. Edit. Paris 1724. fol. IV voll. Quartum volumen continet 1) l'histoire des Fêtes mobiles; 2) les vies des Saints de l'ancien Testament; 3) la Chronologie des Saints; 4) la Topographie des Saints. Hoc primum separatim prodiit Paris. 1703. F. I. vol. et in 8. V. voll. ac 1707. 8. V. voll. *Harl.*]

La vie des Saints de Bretagne par *Fr. Albert le Grand*, a Nantes, 1637. 4.

Les vies des Saints de Champagne recueillies par des guerrois de Iesus. a Troyes, 1637. 4.

Histoire des Saints de la haute Auvergne, par Dominique de Jesus, Charme dechaussé. Paris 1635. 8.

Le Martyrologe des Chevaliers de S. Jean de Hierusalem, dits de Malthe, contenant leurs ecloges, armes, blasons et descendents de maisons illustres de l'Europe, par *Matth. de Goussancourt.* Paris, 1643. 1654. fol.

Histoire des Martyrs de Japon, par Nicolas Trigault. Paris, 1624. 4.

[Histoire abregée des Martirs François du temps de la Réformation, avec les reflexions et les raisons necessaires pour montrer, pourquoi et en quoi les persecutés de ce temps devoient imiter leur exemple. Amsterdam. 1684. 12. *Harl.*]

[Abrége des vies des Pères, des Martyrs et des autres principaux Saints, tirées des actes originaux et les monumens les plus authentiques; avec une Pratique et une prière à la fin de chaque vie et des instructions sur le fêtes mobiles. Par Mr. *Godescard*, Chan. de St. Honoré, extrait par lui même de son grand ouvr. trad. librement de l'Angl. d'Alb. *Butler;* préc. d'une notice sur la vie et les écrits de l'Auteur. Par *Warée*, 1803. IV. voll. 12. Versio operis *Butleriani* iam prodiit a. 1763. sqq. in XII. voll. in 8. Godescard paullo ante obitum consilium ceperat eius in compendium redigendi; sed peruenit tantum vsque ad d. 18. Iul. et alius absoluit laborem.

D. de Beaumont Abregé de la vie des Saints, 1758. 12. II. voll.

Belgice.

Historien of te Geschiedenissen der vromer Martelaren, die om het Ghetuyghnisse des Euangelii haer bloet vergoten hebben, van den tyde Christi af, tot den Jare 1579. (Noua edit. recognita et correctior,) Dordraci. 1590. 4. *Harl.*]

Anglice.

Flowers of the Saints, (Florarium Sanctorum) by Jerome Porter. etc.

Martyrologia Protestantium.

Actiones et monimenta martyrum, qui a Wiclefo et Husso ad nostram hanc aetatem in Germania, Gallia, Anglia, Flandria, Italia et ipsa demum Hispania veritatem euangelicam sanguine suo constanter obsignauerunt. Geneuae apud Io. Crispinum 1560. (fol.) Hanouiae etc. In hoc libro pag. 165. b. de Fanino Fauentino Ferrariae a. 1569. passo nonnulla referuntur, quae ad Vaninum atheum male transtulit Grammondus tantum non ad verbum, vt notatum Petro Friderico Arpe.

Ioan Foxe, book of Martyrs etc. Lond. 1583. fol. II. vol. et cum auctario 1632. 1641. tribus Volum.

Märtyr-Buch, denckwürdige Reden und Thaten vieler Heiligen Märtyrer in zehen Büchern. Herborn, 1595. 4. ex Gallico cum praefatione Christophori Rabi, typographi Herbornensis. [Aliam edit. supra iam paullo ante memoraui. *Harl.*]

Historie

Hiſtorie des Martyrs. Genev. 1597. 1608. 1619. fol.

David Rungii Verfolgung in Steyermark, Kärndten und Krain. Witeb. 1601. 4.

Pauli Crocii Märtyr-Buch, poſt editionem 1606. ſaepius deinde recuſus prodiit nouiſſime Bremae 1681. fol.

[P] Firy tryall of thoſe Saints who ſuffered Martyrdome in Queen Marics day's, as a counterpoyze to I. W. Prieſt his [nn]) English Martyrology. Lond. 1612. 4.

I. Henricus Hottingerus tom. IX. hiſt. eccleſ. p. 276–296. et 380. ſeq.

Le ſtage de' Reformati innocenti, overo diſcorſi XV. di Martiri, da Gregorio Leti. Villafranca 1672. 4.

Georgii Lani narratio hiſtorica de perſecutione Hungarica, Lipſ. 1676. 4. et Belgice 1677. 8. *kort en vaarartig verhaal van de vervolginge der Evangeliſche Leeraren in Hungarien.*

T. I. V. Braght's bloedige tooneel of Martelaers, Amſt. 1685. fol. II. volum. *Fabr.* Aenhangſel of te Vervolg van het Martelaers-Boek van *Tielemann van Braght.* Amſtelod. 1686. 8.

Hiſtoire abregée des Martirs François du temps de la Reformation. Amſtel. 1684. 8. *Harl.*

Liſte de ceux qui ont été perſecutez en France, dans le IV. tom. de l'hiſtoire de l'edit de Nantes pag. 1020. ſqq. Par Mr. *Elie Benoiſt.* à Delft, 1695. 4.

D. *Henr. Muhlius* de martyribus eccleſiae euangelicae, Kil. 1715. 4. inter eius Diſſ. hiſtorico-theolog.

Denique martyrologium ampliſſimum diligenti ſtudio et magno adparatu ab aliquot iam annis molitur Londini *Thomas Brayus*, cuius Sylloge epiſtolarum hac de re prodiit 1714. fol. Videantur Acta erud. a. 1715. pag. 389. Maſſoni hiſt. criticam reip. litterariae tom. V. p. 184. ſeq. Neuer Bücher Saal XIX. p. 523. *Fabr.* *Io. Fabric.* in hiſt. bibl. Fabric. part. VI. p. 240. tradit, priorem *Brayi* partem martyrologii generalis prodiiſſe Londin. 1712. fol. ſub titulo: *Papal vſurpation*, et alteram exſpectari, citatque praeter ea ſcripta quae iam laudauit Fabricius, Acta erudit. 1712. p. 350. atque Narratt. innoc. a. 1715. p. 982. In catalogo autem bibl. Bunau. tomi III. vol. II. p. 595. liber ita excitatur: *Thomae Brayi* Propoſitum de martyrologio generali, quod ad Proteſtantium perpeſſiones ſpectat, conſcribendo, cum ſylloge epiſtolarum quarundam ad viros doctiſſ. transmarinos ſcriptarum, vna cum eorundem reſponſis, hoc opus ſpectantium. Londini, typis I. Downing. 1714. fol. *Harl.*

nn) Similis liber editus Antwerp. 1592. 4. *Theatrum crudelitatum haereticorum.*

XX. *Vitae, Martyria et Encomia Sanctorum graece scripta* [oo]).

Addita graeca verba quibus singula incipiunt, et his, quas SIMEONIS METAPHRASTAE [pp]) *esse viri docti existimant, adpositus asteriscus.*

[Antea, quam ad indicem vitarum Sctorum progrediar, sunt, vti supra ad vol. VIII. p. 29. vbi Fabricius de *Simeone Metaphraste*, Constantinopoli orto, breuiter egit, in nota *nn.* promiseram, de illo pauca h. l. praemonenda. Praeter eos, quos Fabricius ibi laudavit, conf. *Voss.* de Historic. gr. II. c. XXVI. p. 227. sq. *Pagii* Crit. Baron. a. 858. XI. p. 515, tom. XIV. in primis a. 902. I-XI. p. 517-522. item a. 913. III-VII. p. 580. sq. tom. XV. nec non a. 975. *Io. Molleri* Homonymoscop. sect. II. c. 5. §. LXVII. p. 516. seq. *Guil. Caue* scriptor. ecclesiast. histor. litterar. vol. II. ad a. 901. p. 88. sqq. et ad a. 967. p. 104. qui praeter rem duo sumsit Simeones, et Simeonem Metaphrasten a Simeone, magistro et Logotheta discernit, *Casimirum Oudin.* diss. de Sim. Metaphr. in eiusdem Comment. de SS. eccl. tom. II. p. 1300. sqq. *R. Ceiller* hist. gen. des AA. eccles. tom. XIX. p. 592. *Hamberger* zuverl. Nachr. tom. IV. p. 139. sqq. qui non solum dedit indicem vitarum SS. a Simeone scriptarum et adhuc superstitum alphabeticum, sed etiam in ordine recensuit et indicauit, vbi singulae sint editae: et *Saxii* Onomast. literar. II. p. 135. sq. secundum quem Simeon natus est circa an. 881. et diem obiit supremum a. 976. vel 977. Sed de tempore, quo vixit ille, non omnes consentiunt. *Oudin.* in Supplemento de scriptoribus ecclesiast. p. 592. collocarat eum inter an. 1314. et 1330. sed in commentariis l. c. Cauei monitis cedens in cap. primo *de vita et scriptis Symeonis Metaphrastae, summatim ex Allatio et Guil. Cauo* (quorum tamen narrationes iudiciaque castigauit,) *atque Francisco Combefisio*, et cap. 10. p. 1353. sq. adligauit Simeonis Metaphr. aetatem a. 1150. et in sequentibus capp. 2-6. variorum, atque cap. 11. 15. ac 12. inprimis Allatii et cap. 14. Cauei sententias de illius aetate adtulit atque sub examen vocauit: in cap. 7. veterum et cap. 10. recentiorum de eo testimonia atque iudicia discussit;

oo) Hunc catalogum iam dedi volumine VI. huius bibl. pag. 510. quum de *Simeonis Metaphrastae* scriptis dissererem. Sed quia iam exhibere possum emendatiorem pluribus locis, et altero tanto auctiorem, existimaui rectius me facere, si hoc loco darem integrum locupletiorem, quam si supplemento solo hic tecum communicato imponerem Lectori necessitatem, duobus diversis locis non sine magno taedio et temporis dispendio vitas Sanctorum inquirendi.

pp) Illis, quae de *Simeone Metaphraste* eiusque opera in interpolandis Sanctorum vitis, dicto loco iam adtuli, praeter Franciscum Scorsum in prolegomeno II. ad Theophanis Ceramei Homilias, §. V. et Honorati de S. Maria, Carmelitae, librum, qui inscribitur: Reflexions sur les regles et sur l'usage de la critique, Paris 1713. 4. tom. I. diss. 2. pag. 203. seq. addenda haec Georgii Choerobosci, quem hinc Simeone posteriorem esse constat, in libello de figuris poëticis, oratoriis et theologicis, latine et graece vulgato per Fed. Morellum, Paris. 1615. 12. pag. 30. vbi de Metaphrasi: ὡς ὁ Μεταφράστης ἡμῖν δείκνυσιν ἐν τοῖς τῶν μαρτύρων καὶ ἁγίων αὐτοῦ μεταφράσεσι· Τούτων γὰρ οἱ βίοι καὶ τὰ μαρτύρια πρὸς τὸ ἰδιωτικώτερον ἐξ ἀρχῆς συγγραφέντα, παρ᾽ ὧν δῆτα καὶ συνεγράφησαν, ὑπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸ ἔντεχνόν τε καὶ πάνυ ὡραῖον μετεφράσθησαν, *Theophani Cerameo*, quem saeculo vndecimo vixisse constat, Simeon, (circa decimi clarus initia,) homilia XXV. p. 164. audit ὁ γλυκὺς μεταφράσεων συγγραφεύς. Laudat et *Hippolytus Thebanus* in Chron. ἐγὼ δὲ, inquit, πείθομαι τοῖς λόγοις τοῦ Κυρίου Συμεών. etc.

discussit; in cap. 13. suam sententiam latius explicuit. in aliis capp. de scriptis Symeonis egit et in c. XVI. et vltimo Fabricii nostri de Simeonis metaph. locum ac sententiam repetiit et diiudicauit, falsumque esse edixit, Simeonem metaphr. martyria et vitas Sctorum iussu atque auspiciis Constantini Porphyrogeniti conscripsisse. Eum igitur adeat, qui plura de aetate Simeonis et controuersia inter viros doctos agitata scire cupiat. Oudini rationibus subscripsit *Hamberger.* l. c. adfirmauitque, vnum tantummodo Simeonem Metaphrasten circa a. C. 1140. non duo fuisse, quorum alter saec. X. alter saec. XII. vixisset; neque vllam eius fieri mentionem ante medium saec. XII.; sed Saxius l. c. „qui (scil. Hamberger.) ait, si Pagium legisset, Simeonem certe nostrum ad saeculi XII. annum quadragesimum non reiecisset.“ Psellus in laudatione Simeonis Metaphr. hunc ab ingenio, philosophiae, eloquentiae aliarumque litterarum studio copiaque mire laudauit et commendauit qq). Summos quidem reipublicae honores est consequutus. „Factus enim est, vt ait Caue, a Leone imper. proto-secretarius, patricius, magnus, vt videtur, Logotheta, seu summus, vti apud nos vocatur, cancellarius rr); certe Logotheta dromi, denique magister palatii, quod quidem munus inter summas aulae CPolit. dignitates eminuit, renuntiatus est.“ — Anno 904. cum Himerio duce legatus ad Saracenos Cretenses missus, Leonem Tripolitam, Saracenorum ducem, vrbi Thessalonicensi excidium minanti, sapienti sagacique consilio emolliuit, atque a proposito abduxit: anno vero 913. vitas Sanctorum scribere coepit, et, quia multas ab antiquioribus scriptas μετέφρασε, h. e. paullo alio cultiore aut nouo habitu induit, inde *Metaphrastes* est nuncupatus. Conf. *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 269. 273. 275. Dissentit tamen *Oudin.* capp. 11. et 12. p. 1354. sqq. Scripta eius sunt

1. *Vitae Sanctorum*, multis tamen fabulis repletae. Quaenam genuinae sint; quaenam spuriae, Allatius atque Caueus studiose inquisiuerunt. v. etiam supra, vol. VIII. p. 29. et *Oudin.* l. c. p. 1334. sqq. ac *Io. Fabric.* in Historia bibl. Fabric. I. p. 115. — Quae vitae sub eius nomine *Vindobonae* in codd. msst. bibl. caesareae passim custodiantur, eas vno quasi obtutu videbis indicatas in *Nesselii* cat. codd. caesar. in indice p. 109. sq. Ex Lambecio autem codices, in quibus singulae vitae exstent, iam Fabricius in sequenti catalogo vbique indicauit. Praesertim in *Lambecii* comm. vol. VIII. codd. XI. XIV. XV. XVI. (in quo continentur Magni Menologii Graecorum mens. Sept. et Octobr.) XVII. et XVIII. (mens. Oct.) XIX. (mens. Nou.) XX. XXI. XXVI. XXVIII. XXXII. XXXVIII. et XL. multae Symeonis Metaphr. vitae, multaque Sctor. martyria exstant. — Apophthegmata et acta Sanctor. patrum, ibid. vol. VIII. codd. XLI. XLII. et XLIII. p. 838. sqq. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* CXLII. vitae Sanctor. a d. 15. Dec. ad 31. Ian. per *Sym. Metaphrast.* — nr. 734. 735. 736. siue Guil. Laudi codd. XCII. Sim. Metaphr. vitae Sctor. m. Sept. Oct. Nou. et part. Dec. — XCIII. m. Dec. et cod. XCIV. m. Septembr. (nr. 734-736. catal. tom. I.) — *Oxon.* in cod. CXLIX. colleg. noui, s. nr. 1113. cat. codd. Angliae etc. martyrol. m. Octobr.

 In

qq) Compara tamen *Oudin.* l. c. p. 1365. sq.

rr) Aliis tamen, vti Oudino pag. 1349. sq. et Hambergero ecclesiastic. dignitas CPol. fuisse videtur, ad quam etiam id officium pertinuisse dicitur, vt illo munere functus tamquam vicarius patriarchae pro rostris sacris verba faceret, et festos Sctorum dies describeret. add. Du Fresne du Cange in Glossar. med. et inf. graec. p. 821. sqq.

— In bibl. *Escorial.* eiusd. vitae Sctor. per totum annum, tom. XIV. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 190. — *Romae* in bibl. Vatic. vitae etc. m. Iun. — Septemb. et aliis mensib. in pluribus codd. v. *Montfauc.* bibl. MSSt. p. 12. *C.* p. 13. *A. B C. D.* — in bibl. patrum S. Basilii, ib. p. 198. — *Venet.* bibl. Marc. ib. p. 474. *E. A.* — in bibl. Iustinian. ib. p. 483. *A.* cum Metaphrastae, tum aliorum vitae Sctor. in aliquot codd. — in Bibl. Ambros. *Mediolan.* Sanctorum et martyrum vitae, Metaphr. fragmentaque in pluribus codd. *Menaea* varia in XVIII. voll. ibid. p. 501. et p. 504. *E.* ac saepius. — *Monachii* in cod. elector. CLXXX. et CLXXXI. ib. p. 590. *D.* — *Augustae* Vind. in quatuor codd. ib. pag. 593. *D.* — In bibl. *Sfortiana* et Metaphr. et aliorum vitae ac martyria Sctor. in permultis codd. ibid. p. 699-704. — in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin etc. ibid. p. 1332. *A.* — *Montfaucon* in Palaeogr. gr. p. 269. et 273. sqq. de modo, quo Symeon Metaphr. in conscribendis mutandisque et retractandis SStor. vitis sit versatus, vberius differit, et p. 275. vitae, inquit, Sanctorum, a Symeone Metaphraste concinnatae, statim, atque ab auctore emissae sunt, sexcenties exscriptae, per totam ecclesiam peruulgatae ac receptae sunt. Nam codices innumeri huiusmodi habentur, quorum maxima pars decimo vel vndecimo saeculo exscripta fuit. In vna autem bibliotheca *Colbertina* ad *octoginta* fere numerantur. Inde est, quod si qui vetustiores et ante Metaphrasten adornatas Sctorum vitas complectantur, ii vel nono, vel ineunte decimo saeculo vt plurimum exarati sint. Metaphrastes vero ineunte decimo saeculo opus suum edidit: quo publicato, antiquiores illae Sctorum vitae obsoleuerunt apud Graecos. Hactenus *Montfaucon* qui pluribus locis multos recenset codd. qui Menaea vitasque Sctor. continent. v. indic. vocc. *Menaeum* et *vitae Sctorum.* At insurgit contra illum *Oudin.* l. c. cap. 15. p. 1377. sqq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. exstant Symeonis et aliorum vitae ac martyria Sctorum in multis codd. Breuitatis studio lectores ablego ad *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 284. 418. 445. seqq. 495. 497. sqq. 507. sqq. 511. sqq. 513. sqq. 522.

2. *Annales.* vid. supra, vol. VII. p. 683. sq.

3. *Chronicon.* vid. supra, ib. p. 471. sq. vbi quoque memoratur eius *Historia templi S. Sophiae.* — Tum huc referam ea, quae *Fabricius* noster in vol. VI. p. 541. sq. vet. ed. de reliquis Symeonis Metaphrastae scriptis collegerat. *Harl.*

4. *Epistolae IX.* quas graece et latine edidit Allatius ad calcem libri de Simeonibus pag. 254. seq. Paris. 1664. 4. vna est ad Nicetam metropolitam Smyrnaeum, vna ad Constantinum romanum, aliae inscriptae τῷ Λαοδικείας, nescio, cui episcopo Laodiceno. [Nouem epp. sunt in cod. bibl. Sfortianae. v. *Montfauc.* Bibl. MSStor. p. 699. *C. Harl.*]

5. *Carmina pia duo politica* alphabeti literas initio prae se ferentia, vnum altero quouis versiculo, alterum singulis versibus, et *duo iambica,* vnum ad animam suam et alterum ad Stylianam protosecretarium, graece leguntur apud eumdem Allatium pag. 132. seq. ss) Alia MSta habentur in bibl. Vindobonensi. Vide *Lambecium* tom. III. p. 149. tom. V. pag. 44. *Fabr.*

ss) *Iambici trimetri* in *Iac. Lectii* Poet. vett. gr. tragicis etc. tom. II. Colon. Allobr. 1614. fol. *Harl.*

Fabr. [in codd. caesareis LXXVI. nr. 2. et CCXV. nr. 3. et 4. duo cantica sacra ordine alphabetico, in *Lambecii* comm. III. p. 373. sq. vbi v. Kollar. et tom. V. p. 97. sq. — In cod. *Barocciano* CXXXIII. versus politici: incip. ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ. etc. ib. in cod. CXXXI. Alphabetarium: inc. ἀπὸ χειλέων λόγους. sec. cat. codd. Angliae etc. — In cod. *Escorial.* Simeon. Logothetae alphabetum sententiarum. v. *Montfauc.* Bibl. MSSt. bibliothecar. I. pag. 623. *B.* Sed in catal. codd. Escorial. in *Plüeri* itinerar. per Hispan. pag. 190. illud *alphabetarium* et *nouem epistolae* adscribuntur *Symeoni Magistro Logothetae Setho. Harl.*]

6. *Sermo in diem Sabbati Sancti,* quem latine vulgauit Combefisius in Bibl. Concionatoria, tomo III.

7. *Sermo* εἰς τὸν θρῆνον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὅτε περιεπλάκη τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· *in lamentationem S. Deiparae pretiosum corpus domini nostri Iesu Christi amplexantis,* graece et latine apud Allatium pag. 245. Incipit: τοῦτο ἐκεῖνο, γλυκύτατε Ἰησοῦ.

8. Alios duos Simeonis sermones vidisse se testatur Allatius p. 130. vnum περὶ τῆς ζωηφόρου τελευτῆς καὶ μεταστάσεως τῆς Θεοτόκου. De salutifero obitu et transitu Deiparae. Incipit: τὸν καιρὸν τῆς Πεντηκοστῆς οἱ Ἀπόστολοι. Alterum de vita b. Mariae virginis et reuelatione eius vestis, qui incipit: ἐχρῆν ἀληθῶς τὴν παρθένον.

[T] Theodoti, Ancyrani martyris. Ἔδει μὲν ἡμᾶς πρὸς πεῖραν πολλῶν ἐκκλησιῶν. Auctor Nilus, in martyrio comes. Latine ex Sirleti versione edidit Lipomannus tomo VII. et Surius 18. Maii. Graece e codice MS. Vaticano cum Papebrochii versione et notis exstat in Actis Sanctor. ad 18 Maii. tom. IV. p. 147-165. *Fabr.* Latine repetita in *Ruinarti* Actis primorum martyr. p. 336. sqq. ed. Amstel. conf. *Assemanni* Kalendar. VI. p. 354. d. 18. Maii., et p. 418. d. 7. Iun. *Harl.*

[Theodoti, episcopi Cyreniae, certamen, in Menologio Graecorum. conf. *Assemanni* Kalendaria etc. VI. p. 165. d. 2. Mart. *Harl.*]

[Theodoti, in vrbe Gangra in Paphlagonia, eiusque vxoris, Rufinae vita et martyrium. v. *Kollar.* notam ad Lambec. VIII. p. 468. sq. *Harl.*]

Theodoti siue Theoduli lectoris et Agathopodis Thessalonicensis, saeculo IV. Ἀεὶ μὲν ἐπανθοῦσαν. Graece e MS. Vaticano in Actis Sanctor. adpendice ad tom. I. Aprilis p. XLII. et latine p. 320. Latine sub Metaphrastis nomine apud Surium ad diem quartum Aprilis.

Aprilis. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. XLI. nr. 6. v. *Matthaei* Notit. cit. pag. 51. ed. in 8. — Carmen sacrum in martyres Theodulum et Agathopodem, d. IV. April. *Lambec.* VIII. p. 209. — Add. supra, *Pamphili*, et *Assemanni* Kalendaria VI. p. 233. sq. d. 5. April. *Harl.*

[Theonis, abbatis, Eliae etc. vita in Palladii Historia Lausiaca. Graece *Leidae* in cod. Vossiano. v. cat. bibl. Leidens. p. 393. nr. 46. *Harl.*]

[De Theodulo, Paullo. Ioanne, Proclo etc. monachis martyribus, iuxta Sinam montem in Arabia, historia, auctore S. *Nilo*. cum comment. notisque *Bollandi*, in Act. SS. Ianuar. tom. I. p. 953-966. — Alexandri episcopi, Euentii et Theoduli, presbyterorum, martyrium in cod. *Harlei.* DCXXIV. nr. 13. *Harl.*]

[Theoduli, Saturnini, et aliorum martyrium, ex Simeone Mataphr. ap. Surium, d. 23. Decembr. pag. 305. — et de *Theodulo* ac *Iuliano*, martyribus Caesar. in Palaestina, *Henschenii* comment. in Act. SS. Febr. tom. III. p. 10. sq. *Harl.*]

Theoduli Stylitae. Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοδοσίȣ τȣ̃ μεγάλȣ· Graece e MS. Florentino cum versione *Dan. Cardoni* S. I. in Actis Sanctor. ad XX. Maii. tomo VI. pag. 756. *Fabr.* Ibid. p. 765. sqq. vitae epitome, ex MS. Synaxario collegii Claromont. S. I. gr. et cum versione lat. *Dan. Cardoni.* — Ex MS. cod. *Laurent.* XIV. nr. 11. plut. 9. *Bandin.* scribit in cat. codd. gr. Laur. p. 411. vitam gr. esse editam cum versione *Cardoni* in Act. SS. ad 28. Maii, tom. VI. p. 101. *Harl.*

[Ὃς ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας, ad IV. Decembr. *Monac.* in cod. Bauar. CCXXVI. fol. 119. v. *Hardt.* l. c. 1805. part. 5. p. 531. Add. supra, *Hesperi*. *Harl.*]

[Theognidis. v. supra *Bassae*, — et de Theognide, Rupo, Antipatro etc. martyribus Cyzici in Hellesponto, *Henschenii* notitia in Act. SS. April. tom. III. p. 617. *Harl.*]

[De Theona, Simeone, Phorbino, ap. Graecos, *Henschenii* notitia in Act. SS. April. tom. I. p. 376. sq. add. *Assemanni* Kalendaria tom. VI. p. 16. sqq. *Harl.*]

* Theophanis Grapti. Vide supra, Theodori Grapti.

[De Theophane, confessore, *Stiltingi* notitia ex fastis graecis in Act. SS. d. IX. Sept. tom. III. p. 327. *Harl.*]

[Theophanis, Reclusi, et Pansemnis, poenitentis, vita, *Paris.* in cod. MCCXVII. nr. 11. bibl. publ. inc. Τὰ κατὰ Θεοφάνην τὸν ὅσιον· *Henschenii* notitia de iis in Act. SS. Iun. tom. II. p. 275. sq. *Harl.*]

* Theophanis Sigriani siue Siagreni circa a. C. 818. Ὥσπερ λειμὼν εὐανθής. Graece et latine cum notis in Actis Sanctor. ad 12. Martii tom. II. *Fabr.*

[Ἐπαι-

[Ἐπαινετόν τι χρῆμα, auctore Theodoro, protosecretario, ad 12. Mart. *Monaci* in cod. Bauar. III. v. *Hardt.* l. c. 1803. part. 1. pag. 15. sq. add. *Assemanni* Kalend. VI. p. 177. sq. *Harl.*]

* Theophanis, qui et Isaacius dictus est. *Quae mercatoribus mundi pelagus et longinqua maria.* Latine apud Surium 12. Martii.

Theophanus siue Theophanionis imperatricis. Πολλοὶ μὲν πολλάκις τῶν ἀρετῇ καὶ συνέσει. Auctor Nicephorus Gregoras. Citatur a Meursio in Glossario Graecobarbaro in Πατρίκιος. *Fabr.* Elogium ex Gregorii dial. libr. IV. c. 27. cum comment. praeuio *Sollerii*, in Act. SS Iul. tom. II. pag. 711. MS. *Lambec.* IV. pag. 133. sq. nr. 7. vbi v. Kollar. not. *Harl.*]

Theophili Adanensis oeconomi poenitentia et conuersio a. C. 835. scripta ab Eutychiano, eius famulo et clerico Adanensi. Ἐγένετο κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. MS. *Lambec.* VIII. p. 75. y) Latine apud Surium 4. Febr. et ex Pauli diaconi Neapolitani versione et Marbodi episcopi Redonensis Metaphrasi metrica apud Bollandum 4. Febr. tom. I. pag. 480. quam habes etiam in *Marbodi* operibus Paris. 1708. fol. cum Hildeberto editis pag. 1507.

[Theophili, Theodori, Constantini, Callisti, Bassi et sociorum martyrium. Ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ ἔπαθλα· *Paris.* in cod. MDXXXIV. nr. 3. bibl. publ. *Harl.*]

* Theopistes et Theopisti. Vide supra, Eustathii.

Therapontis presbyteri. Πολλή μοι τῶν λόγων ἡ πανήγυρις. Graece e MS. Florentino cum versione Dan. Cardoni in Actis Sanctor. *Fabr.* cum comment. praeuio *Papebroch.* Maii tom. VI. p. 681. sqq. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 9. plut. 9. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 410. — *Therapontis*, in insula Cypro episcopi, martyrium, in compendium redactum: Οὗτος τοίνυν ὁ ἅγιος. *Paris.* in cod. MDXXXIV. nr. 35. bibl. publ. Conf. *Assemanni* Kalendar. vol. VI. p. 382. sqq. *Harl.*

[Thermi et Pherbutae, eius sororis, ex Simeone Metaphr. ap. Surium d. 5. April. pag. 63. — *Henschen.* notitia de Thermo, in Act. SS. April. tom. I. p. 401. *Harl.*]

[De Thespesio, *Henschen.* notitia, ex Menaeis, in Act. SS. Iun. tom. I. pag. 22. *Harl.*]

In Thomam apostolum z). Ἐπαινετὸς ὁ ὑπὲρ τῶν ἁγίων πόθος. Auctor Nicetas Paphlago. Exstat latine p. 397. bibl. Patrum Lugd. tom. XXVII. Graece et latine in auctario nouissimo Combefisii tom. I. p. 364.

y) S. p. 156-171. Kollar. vbi Lambinus copiose de hac vita disserit. — Latine in cod. *Taurin.* DXVI. v. cat. codd. lat. Taur. p. 115. — *Venetiis* in cod. S. Michael. v. *Mittarelli* bibl. MSS. monasterii S. Mich. Venet. prope Murianum, col. 1222. sq. vbi alii quoque codd. nominantur. — De Theophilo, monacho, confessore in Graecia, v. Act. SS. Octobr. tom. I. p. 492. sqq. graece ex Synaxario MS. Sirmondi. *Harl.*

z) De S. Thoma apostolo *Tillemont.* tom. I. pag. 394. sqq.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός. Io. Chryſoſtomi, tom. V. Sauil. p. 837.

Χριςὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν τήν. Baſilii Seleuc.

[P] Ὁ μὲν παλαιὸς ἀνθρώπων βίος. Auctor Baſilius Seleucienſis.

Ἐγένετο κατὰ τὸ ἀναςῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησῦν Χριςὸν ἐκ νεκρῶν, συνῆθροισε. Auctor incertus.

Τῷ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας. Io. Chryſoſtomi, tom. V. Sauil. pag. 486. Citatur in ſynodo VI. actione 10. [MS. *Lambec.* IV. p. 164. nr. 17. Koll.]

Ἥκω τὸ περιληφθὲν ὄφλημα. Chryſoſt. tom. VII. Sauil. p. 575.

* Πάλαι μὲν τὰς κατὰ γῆν διατριβὰς ἀνύοντες οἱ Ἀπόςολοι. Latine apud Lipomannum tom. VI. ad 6. Octobr. et Surium 20. Dec. Graece MS. *Lambec.* VIII. p. 248. 381. 257. 262. aa) bibl. Coislin. pag. 210. reſpicit Theophanes Cerameus homil. XXV. 164.

Heſychii presb. in Thomam encomium memorat *Photius* cod. CCLXIX.

Periodi apocryphae apoſtolo S. Thomae tributae. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦμεν πάντες οἱ Ἀπόςολοι ἐν Ἱεροσολύμοις. Ex his nonnulla graece et latine dedi in Codice Apocrypho Noui Teſt. p. 719. ſeq.

Plura in Thomam apoſtolum vide tom. VI. Bibl. Concionatoriae *Combefiſianae* p. 96. ſq.

* Thyrſi, Leucii (Lucii), Philemonis, Gallinici (Callinici) et Apollonii martyrum in Bithynia ſub Decio imp. Τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ κοινωνία σαρκός. Graece MS. bibl. Coislin. p. 212. Latine ap. Surium 14. Dec. et Lipomannum. [Acta ex MS. Velſeri, cum comm. notisque in Act. SS. Ianuar. tom. II. p. 808. ſqq. — alia, ex MSS. S. Mariae de Ripatorio et aliis, ibid. pag. 817. ſqq. — alia, ex MSS. Thoſano et S. Maximini, ibid. pag. 824. ſqq. — MS. *Paris.* in tribus codd. bibl. publ. — *Matriti* in cod. XC. v. *Iriart.* cat. codd. graec. Matr. p. 362. *Harl.*] Meminit Suidas, Logothetam laudans in καταπέλτης.

* Tiburtii. Vide ſupra in Sebaſtiano, et Caecilia.

[De Tigrione, (ſeu Tigrio,) presbyt., et Eutropio, lectore, ex Nicephoro Calliſto et aliis, in Act. SS. Ianuar. tom. I. p. 725. ſqq. *Harl.*]

* Timothei

aa) Siue pag. 529. 549. 557. et 810. nr. 12. — *Paris.* in viginti et duobus codd. bibl. publ. — De *Thoma*, Salo, monacho Antioch. Syr. *Ianningi* commentar. in Act. SS. Maii tom. V pag. 433. ſq. et ibid. tom. III. pag. 91. ſq. de *Thoma*, patriarcha CPolit. commentar. — De *Thoma* in Malaeo, monte Laconiae in Menaeis gr. cum officio et Synaxario. v *Aſſemanni* Kalendar. VI. p. 463. ſq. d. 7. Iul. *Harl.*

* Timothei apostoli vita. Τιμόθεον τὸν μέγαν ἤνεγκε μὲν ἡ Λυκαόνων. Latine apud Surium 22. et *Bollandum* 24. Ianuar. tom. II. *Fabr.* *Paris.* in tredecim codd. bibl. publ. Conf. *Assemanni* Kalendar. tom. VI. p. 101. sq. d. 22. Ianuar. *Harl.*

[De Timotheo, episcopo Prusae in Bithynia, *Papebroch.* ex Synaxariis MSS. Graecorum, in Act. SS. Ian. tom. II. pag. 273. sqq. *Harl.*]

[De Timotheo, anachoreta in Symbolis, notitia *Bollandi* in Act. SS. Febr. tom. III. pag. 267. *Harl.*]

[De Timotheo et Fausto. martyribus Antiochiae, *Suyskenii* notitia, ib. Sept. tom. III. pag. 255. sq. et passim de aliis SS. Timotheis. v. cat. bibl. Bunau. l. c. pag. 1003. sq. *Harl.*]

Martyrium Timothei apostoli, auctore Polycrate, (ad calcem codicis Canonum Ecclesiae Rom. cum notis Petri Pithoei, Paris. 1687. fol. pag. 366.) Incipit latina versio: *Multi multas historias et vitas.* Vide Photium cod. CCLIV. et quae scripsi in Codice Apocrypho N. T. p. 812. seq.

* Martyrium eiusdem Timothei. Ἴσμεν πολλὰς ἱστορίας τε καὶ βίους. Vide Photium cod. CCLIV.

In eumdem sermo. Τί δὲ Τιμόθεος; τοῦτον γὰρ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους. Nicetae, rhetoris et philosophi.

Timothei, lectoris et Maurae a. C. 286. Ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ. Graece e MS. Palatino in Actis Sanctor. tom. I. Maii pag. 741. et latine pag. 375. [v. *Assemanni* Kalendar. VI. pag. 303. sqq. *Harl.*]

[Timothei in Symbolis, et Eustathii, episcopi, s. Antioch. patriarch. v. *Assemanni* Kalendaria, vol. VI. p. 152. sq. d. 21. Febr. *Harl.*]

[P] Titi apostoli 4. Ianuar. vel 25. Augusti. Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων ἐφάπτεσθαι. MS. *Lambec.* VIII. p. 214. [p. 453. nr. 65. Koll.] Auctor Andreas Cretensis, inter cuius Orationes graece et latine edidit *Combefisius* pag. 155. Paris. 1644. fol.

[Titi, hegumeni. In Synaxario gr. v. Acta SS. ad 2. d. April. tom. I. pag. 102. seq. et *Assemanni* Kalend. VI. p. 220. *Harl.*]

Epitome vitae Titi, a Zena νομικῷ, discipulo eius, vt aiunt, scriptae. Τίτος ὁ ἁγιώτατος ἐκ Μίνωος τοῦ βασιλέως Κρήτης κατῆγε τὸ γένος. MS. *Lambec.* VIII. p. 213. seq. [p. 452. nr. 64. Koll. et Act. SS. Ian. tom. I. p. 163. sq. *Harl.*]

Titionis Claudiopolitani. 24. August. sub Diocletiano. Ὁ ἅγιος μάρτυς Τιτίων ἦν ἐκ τοῦ Μαντινέου. MS. *Lambec.* VIII. pag. 212. seq. [pag. 449. sq. Koll. v. supra, *Tationis. Harl.*]

In tres pueros. Καινὸν ὡς ἀληθῶς. Io. Chrysostomi, tom. V. Sauil. pag. 698.

[Triphylli, episc. Leucosiae in Cypro, vita ex MS. Synaxario collegii S. I. Paris. gr. et lat. cum comment. et notis *Papebrochii*, in Act. SS. Iun. tom. II. p. 681. sqq. *Harl.*]

* Trophimi, Sabbatii et Dorymedontis. Πρέβυ τῦ δυσσεβῦς τὸ βασίλειον σκῆπτρον τῶν Ῥωμαίων διέποντος. Latine apud Lipomannum tom. VI. et Surium 19. Sept. sec. Menaea Graecor. et Martyrol. rom. Graece MS. *Lambec.* VIII. pag. 241. *Fabr.* pag. 513. sqq. nr. 20. Kollar. qui adnotat, vetustiora huius martyrii, ex quibus sua hausisse creditus est Metaphrastes, gr. et lat. vulgasse Hagiographos ad d. 19. Sept. tom. VI. p. 12. (βασιλεύοντος Πρόβυ τῦ Καίσαρος, ex MS. Paris.) de Metaphrastae autem actis in praeuio comment. nr. 6. egisse. — In octo codd. gr. *Paris.* bibl. publ. exstat vita eorum. — In Trophimum, Aristarchum et Pudentem canticum sacrum, d. 15. April. v. *Lambec.* VIII. pag. 210. — Phocas, Trophimus, Theophilus et socii, de quibus v. *Assemann.* in Kalendar. VI. p. 493. sqq. d. 23. Iul. *Harl.*

[Trophimi et Thali, Laodiceae in Asia minore, martyrum, elogium, ex Menaeis, cum comment. praeuio, in Act. SS. Mart. tom. II. p. 59. — et de *Trophimo*, *Eucarpione* et aliis, Nicomediae in Bithynia, notitia, ibid. p. 617. sq. *Harl.*]

[Tryphaenae, mart. Cyzici, acta breuia, ex Menaeis, in Act. SS. Ianuar. tom. II. pag. 1081. *Harl.*]

Tryphonis, Campsadensis martyris, sub Decio. Κρίνα ἐξ ἀγρῦ καὶ ῥεύματα ἐκ πηγῆς. Auctor Theodorus Lascaris Ducas.

* Τῦ Κυρίυ καὶ Θεῦ καὶ Σωτῆρος. MS. *Lambec.* VIII. pag. 72. [pag. 151. sqq. Koll.] Latine apud Surium 2. Febr. pag. 78. [v. *Assemanni* Kalend. VI. pag. 112. d. 1. Febr. *Harl.*]

Ὁ βίος τῦ ἁγίυ καὶ ἐνδόξυ μάρτυρος. Auctor anonymus. MS. *Lambec.* VIII. p. 72. [p. 153. sq. Koll. add. VII. p. 526. sqq. Koll. *Paris.* in septem codd. bibl. publ. vita illius.]

Μάρτυρος παραγέγονε μνήμη. Auctor Leo imp.

[Tychonis, thaumaturgi, episcopi Amathuntis in insula Cypro, vita *Paris.* in cod. MCDLXXXVIII. nr. 1. ab initio manca. — De eo *Papebrochii* notitia, et s. Iosephi canon de illo, gr. et lat. in Act. SS. Iun. tom. III. p. 93. sqq. *Harl.*]

De Tzangariensibus duobus clericis narratio. Δύο Κληρικῶν. Cod. CXLVI. Barocc.

[Valentis, v. Pamphili. *Harl.*]

* Valeriani. Vide Caeciliae. *Fabr.* et Act. SS. April. tom. II. pag. 203. sqq. cum comment. et analectis *Henschen.* *Harl.*

[Valeriani, Candidi, Aquilae, Eugenii acta, ex Menaeis Graecorum, in Actis SS. Ianuar. tom. II. pag. 349. *Harl.*]

* Vari

* Vari et sociorum martyrium. Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου τὸ δυσσεβὲς ἀνὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην ἐκδόντος διάταγμα. Latine apud Lipomannum tom. VI. et Surium ad 19. Octobr. Graece MS. *Lambec.* VIII. pag. 252.. 259. 262. [siue pag. 537. nr. 37. pag. 552. nr. 15. et 557. Kollar. *Paris.* in decem codd. bibl. publ. *Harl.*] bibl. Coislin. p. 211.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Μαξιμιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς. MS. bibl. Coislin. p. 185.

Viatoris Βιάτωρος martyris. Vide supra in Senatoris.

[In Victorem, Victorinum aliosque martyres canticum sacrum, d. 5. April. *Lambec.* VIII. pag. 209. *Harl.*]

[Victoris, Chioniae, Agapes etc. martyrum Heracleensium, martyrium, ex Simeone Metaphr. ap. Surium d. 1. April. pag. 1. — *Henschenii* notitia de iis, in Actis SS. April. tom. I. p. 9. — De aliis multis *Victoribus* in Actis etc. v. cat. bibl. Bunau. l. c. 1015. sq. *Harl.*]

Victoris et Stephanidis. XI. Nou. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐν αἷς ἐδιώκοντο οἱ Χριστιανοὶ ὑπὸ τοῦ τότε βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου ἐθνικοῦ τυγχάνοντος, καὶ Σεβαστιανοῦ τοῦ τότε Δουκός. MS. *Lambec.* VIII. p. 269. [pag. 573. Koll.] Latine sub Metaphrastae nomine apud Surium 14. Maii. [et Lipomannum tom. VII. par. 2. Sed omiserunt eam Hagiographi m. Maio, arbitrati, illa acta ab aliquo scriptore iuniore et monacho ex lat. esse translata. Graece, in cod. *Paris.* bibl. publ. MDXIX. nr. 14. *Harl.*]

[☛] Vincentii, archidiaconi Caesaraugustani. XI. Nou. Ἱκανὸν καὶ τοῦτο δοκιμῆς τῷ ἁγιωτάτῳ μάρτυρι Βικεντίῳ. MS. *Lambec.* VIII. p. 270. [574. sq. Koll.] Latine apud Surium 22. Ianuar. sub Metaphrastae nomine. *Fabr.* Martyrium gr. *Paris.* in cod. MDXIX. nr. 15. bibl. publ. — *Vincentii*, Leuitae, martyris Caesaraugust. acta ex plurimis vett. MSS. cum comment. praeuio et notis in Act. SS. Ianuar. tom. II. p. 393. sqq. — Eadem, ex compluribus MSS. et editis, cum admonitione praeuia et notis; item *Aurelii Prudentii* hymnus de S. Vincentii martyrio, in *Ruinart.* Actis primor. martyr. p. 364. sqq. ed. Amstel. — Historia translationis, auctore *Aimonio*, monacho, in Act. SS. l. c. pag. 400. sqq. et pag. 408. sqq. Miracula S. Vincentii Vlyssipone edita, auctore *Stephano*, praecentore Vlyssip. ex MSS. — *Andr. Resendi* pro SS. Christi martyribus, Vincentio, Olisiponensi patrono, Vincentio, Sabina et Christhetide, Eborensibus ciuibus, in *Andr. Schotti* Hispania illustrata, tom. II. p. 1003-1021. Francof. 1603. fol. — De *Vincentio*, subdiacono, aliisque martyribus, v. *Lambec.* VIII. p. 260. *Harl.*

[Vitalis seu Vitalii, monachi Gazaei, Alexandr. vita, auctore *Leontio*, episcopo, cum notis in Act. SS. Ianuar. tom. I. pag. 702. sq. — et pag. 567. sqq. de *Vitale*, *Reuocato*, *Fortunato* etc. martyribus Smyrnensibus, notitia breuis. *Harl.*]

Vrsicii, siue Vrsicini, XI. August. Μαξιμῖνος μετὰ Μαξιμιανοῦ. Auctor incertus ante Metaphrasten. Vide *Bandurium* ad Antiquitates CPol. pag. 648. *Lambecium* VIII. pag. 125. *Fabr.* s. pag. 266. sqq. Kollar. — et ex hoc cod. Vindob. gr. ac lat. interprete *Io. Pi-*

Io. Pinio cum eiusd. notis in Actis SS. Aug. tom. III. p. 158. *Harl.*

Xanthippes martyris, Polyxenae et Rebeccae. Τȣ͂ μακαρίȣ Παύλȣ ὄντος ἐν τῇ Ῥώμῃ διὰ τὸν λόγον τȣ͂ Κυρίȣ. Auctor fertur Onesimus, Pauli apostoli discipulus. *Fabr.* *Paris.* in cod. MCDLVIII. nr. 1. bibl. publ. Conf. *Assemanni* Kalendaria tom. VI. p. 102. sqq. d. 24. Ianuar. *Harl.*

* Xenes. Vide supra, Eusebiae. *Fabr.* Vita, sequitur canon in Xenem. *Paris.* in cod. MCCXIX. nr. 10. Conf. *Assemanni* bibl. oriental. tom. II. pag. 511. et Kalendaria, vol. VI. p. 105. *Harl.*

Xenophontis. Ἡ περὶ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν βίων ἀναγραφή. Auctor incertus.

* Xenophontis et filiorum eius, Arcadii et Ioannis. Ξενοφῶν ὁ θαυμάσιος ἔφυ μὲν.

Alia vita S. Xenophontis et sociorum, auctore incerto: Διηγήσατό τις γέρων μέγας, ἔτοι Ξενοφῶν τις συγκλητικὸς ὑπὲρ πᾶσαν εὐπρέπειαν ὑπάρχων. *Fabr.* *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, bis. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. p. 505. *A.* (vbi innumerae paene SS vitae, quae exstant in illa bibliotheca, secundum litterarum ordinem indicantur.) — *Paris.* in tredecim codd. bibl. publ. *Harl.*

Xysti. Vide supra, Laurentii, [et Sixti.]

In Zacchaeum. Οἱ τῶν καλῶν ἐρῶντες. Io. Chrysostomi. tom. VII. Sauil. pag. 403. *Fabr.* *Vindob.* ap *Lambec.* IV. pag. 214. sq. 250. nr. 6. vol. VIII. p. 489. nr. 22. *Harl.*

Zachariae pontificis et prophetae, qui pater Iohannis baptistae, 5. Sept. Μύστα τῶν ἀῤῥήτων ἱερȣργημάτων Ζαχαρία. Auctor Cosmas Vestitor. Ὡς χρυσȣ͂ν θυμιατήριον. Anonymi. MS. *Lambec.* VIII. p. 236. *Fabr.* s. p. 501. nr. 6. Koll. — Ibid p. 473. sq. nr. 5. Koll. auctore *Georgio*, rhetore siue chartophylace ecclesiae CPolitanae, orat. in conceptionem S. Ioannis baptistae, et in Zachariam atque S. Elisabetham: inc. Ἀρχὴ τῷ κόσμῳ χαρᾶς. Kollar. adnotat, *Allatium* de Simeonum scriptis, Par. 1664. p. 83. sequutum fidem codd. Vatican. eam orationem tribuisse Leoni VI. cognomento sapienti, imperatori. — De Zacharia ex Epiphanio, Basilio et Gregorio Nysseno ap. Surium, d. 5. Nou. p. 165. — De *Zacharia*, patriarcha Hierosolymit. *Henschenii* commentar. in Act. SS. Febr. tom. III. p. 247. sqq. — De *Zacharia*, reciuso, v. *Assemanni* Kalendaria, VI. pag. 290. sqq. *Harl.*

[*Zebini* vita, *Paris.* in cod. MDXXXII. nr. 12. *Harl.*]

[Zenaidis vita, *Paris.* in cod. MCDLXVIII. nr. 18. — Graec. et lat. d. 11. Oct. ex cod. Vatic. inc. φιλοσοφίας λόγον ἐρανν῀ησαι (ἐρανίσαι) βȣ́λομαι, de Zenaide et Philonilla, sororibus, Tarsi in Cilicia, in Act. SS. Octobr. tom. V. p. 502 sqq. In Menaeis incipit: Αὗται ὑπῆρχον ἐκ Τάρσȣ τῆς Κιλικίας, συγγενεῖς Παύλȣ τȣ͂ Ἀποστόλȣ etc. *Harl.*]

* Zenobii et Zenobiae eius sororis. Αἴγαι πόλις ἐπὶ κόλπῳ μὲν τῷ Ἰονίῳ κειμένη. Graece MS. *Lambec.* VIII. pag. 256. 260. 262. [s. p. 545. sq. 554. et 559. Kollar. — *Mediol.* in

bibl.

bibl. Ambros. v. *Montfaucon.* bibl. biblioth. MSS. pag. 505. *B. C.* — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. *Harl*] Bibl. Coislinian. p. 211. Latine apud Lipomannum tom. VI. et Surium, 30. Octobris.

Πόλις διάκειται ἐν τῷ κόλπῳ τῆς Κιλίκων. MS. bibl. Coislinian. p. 185.

* Zenonis. Vide supra, Eudoxi. *Fabr.* — Zenonis et Zenae, martyrum Philadelphiae in Arabia, acta ex MS. Vaticano, gr. ac lat. cum commentario et notis *Baertii*, in Act. SS. Iun. tom. IV. pag. 474. sqq. — *Mediolani* in cod. Ambros. v. *Montfauc.* l. c. *Harl.*

[Zenonis, monachi Antiocheni, vita, ex *Theodoreti* Philotheo, cap. 12. cum comment. et notis *Bollandi*, in Actis SS. Febr. tom. II. p. 380. sq. — ibid. Mart. tom. I. pag. 241. sq. de *Zenone* et *Zoilo* apud Graecos; item April. tom. I. p. 399. de *Zenone*, martyre apud Graecos, ac Iun. tom. II. p. 556. sq. de *Zenone*, apnd Graecos honorato. *Harl.*]

Zoës. Αὕτη ἡ μακαρία μάρτυς. Graece e MS. Vaticano in Actis Sanctor. ad 2. Maii, tom. I. p. 739. et latine p. 178.

* Vide et supra in Sebastiano, [et Hespero.] *Fabr.* De *Zoë*, martyre Romae, *Io. Bapt. Sollerii* notitia ex Actis S. *Sebastiani*, in Act. SS. Iul. tom. II. pag. 221. sq. *Harl.*

[Zotici, presbyteri et orphanotrophi, v. *Baron.* ad Martyrol. rom. ad d. 31. Dec. *Assemanni* Kalendar. tom. V. p. 521. d. 30. Dec. *Harl.*]

Zosimi martyrium. Κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἐπὶ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ ἦν πολλὴ μανία· Auctor incertus. Latine apud Surium 19. Iunii *Fabr.* In cod. *Vindobon.* (de quo *Lambec.* IV. p. 305. sq.) fol. 190. sq. exstare imperfectam et principio carentem narrationem de Zosimo, anachoreta et martyre, deprehendit *Lambec.* in vol. VIII. pag. 506. Kollar. cuius notam conferes. — Martyrium *Zosimi*, in compendium redactum, *Paris.* in cod. MCDLXXXVIII. nr. 10. bibl. publ. — Acta Zosimi, militis martyris in Pisidia, ex MSS. gr. et lat. collata cum translatione Sirleti, cum comment. praeuio *Henschenii*, et notis *Papebrochii*, in Act. SS. Iun. tom. III. p. 812–817. *Harl.*

[Κατ' ἐκεῖνον τῶν καιρῶν (sic) ἐκ τῆς ἐρήμου· *Venet.* in cod. Naniano LXIII. nr. 46. v. catal. codd. graecor. Nanian. p. 107. *Harl.*]

Ἐπιβάντος Δομετιανοῦ τοῦ Κόμητος. MS. cod. Barocc. CXLVIII.

[Zosimi, episc. Babylon. vita, ex *Io. Moschi* prato spirituali, cum comment. et notis, in Act. SS. Ianuar. tom. II. p. 607. sq. — Ibid. Iun. tom. I. p. 42. *Henschen.* notit. de *Zosimo* et *Thecla*, martyribus Antiochenis. *Harl.*]

CAPVT XXX. (olim XXXIII.)

DE THEODORO MOPSVESTENO, EIVSQVE FRATRE, POLYCHRONIO: ET DE ALIIS THEODORIS, CENTVM AMPLIVS, QVI GRAECE SCRIPSERVNT.

Theodori Mopsuesteni aetas et vita. I. *De eius scriptis.* II. *De Polychronio.* III. *De aliis Theodoris qui graece scripserunt ordine alphabetico: vbi speciatim vberius de scriptis Theodori Abucarae, Theodori Balsamonis, Theodori Grapti, atque integrum insertum Theodori Meliteniotae Prooemium astronomiae, graece et latine. Nec non dictum de scriptis Theodori Metochitae, Theodori Raithuensis, Theodori Studitae etc.*

(Cum supplementis G. C. Harles.)

THEODORVS, *Mopsuestenus*, cuius perpauca licet, (quot erunt qui doleant!) hodie supersunt, plurima tamen olim exstitere scripta ac monumenta, praecipue quibus sacras litteras fuit interpretatus, promeretur, vt a nobis neutiquam indictus praetermittatur. Hic parentibus illustribus et opulentis natus Antiochiae [a]), frater *Polychronii* [b]), Apameensis postea episcopi; *Ioannis Chrysostomi* amicus, cum ipso et *Maximo* [c]), episcopo postea Seleuciensi, frequentauit in patria *Libanium*, rhetorices magistrum, et postea philosophiae sub *Andragatho* [d]), operam dedit: quumque familiaris sui Chrysostomi exemplo monasticam vitam amplexus fuisset admodum iuuenis, etiam in illa confirmatus et a consilio, quod habuerat, vxorem *Hermionem* ducendi reuocatus est per eumdem Chrysostomum circa a. C. 369. epistolis ad Theodorum ἀσκητὴν ἐκπεσόντα scriptis fortasse compluribus, quarum duae insignes adhuc exstant [e]), atque in luculenta, quam nuper dare [P] coepit eruditiss. Montfauconus [f]), Chrysostomi noua operum editione, tomo primo ducunt familiam. Postea

a) *Tillemont.* tom. XII. memor. eccles. p. 433. seq. *H. Noris* lib. 1. Hist. Pelagian. cap. 9.

b) *Theodoret.* V. 40. hist.

c) *Sozom.* VIII. 2. *Socrates* VI. 3.

d) *Tillemont.* p. 434. hoc colligens ex eodem Sozomeno.

e) Nec plures lectae sunt a scriptoribus, e quibus Leontius Hierosol. libro III. contra Nestor. et Eutychen p. 696. F. de Theodoro: *hunc enim, aiunt, esse illum, quem magnus Ioannes, vtpote ex proposito monastici instituti lapsum, et qui promissionem adiurauerat, duobus funibus fortibus et praelongis, lapsum in profundum intemperantiae extrahere studuit.*

f) Paris. 1718. Confutat etiam Montfauconus Tillemontii sententiam, qui alteram paraenesin Chrysostomi ad Theodorum lapsum, non ad Mopsuestenum, sed ad alterum aetate prouectiorem Theodorum scriptam esse opinabatur. Ceterum, quae fertur sub Theodori lapsi nomine responsio ad Chrysostomum atque incipit: πάντοτε οἱ ἐν ἐνδίοις λιμέσιν, tamquam Theodoro Mopsuesteno supposita et otiosi Graeculi commentum inter spuria ab eodem laudato Montfaucono tom. I. p. 801. relata est.

ea cum Chrysostomo sacris litteris adsidue operatus est, profecitque in ἀσκήσει egregie, magistris cum eo communibus *Flauiano* Antiocheno [g]), *Diodoro Tarsensi* et *Craterio* vsus [h]). Presbyterum *Antiochenae* ecclesiae vocat Gennadius cap. 12. de Script. eccles. et sacras litteras in Antiochena ecclesia explanasse, Leontius Hierosol. testatur. Hesychius vero Hierosol. in ecclesiastica historia [i]) Theodorum, ait, *Clericatui Antiocheno a prima aetate connumeratum, postea ad saeculares reuersum libidines, hinc iterum in clericatu esse coepisse, et Antiochia relicta in Tarsum transmigrasse, ex qua in Mopsuestiam transierit.* Meletius, qui Theodoro in episcopatu Mopsuesteno successit, epistola ad Titum vicarium Dionysii magistri militiae per orientem [k]), de Antiochena loquens ecclesia, *cuius,* inquit, *Theodorus exstitit doctor commissus.* Facundus lib. X. cap. 1. *Beatus quippe Ioannes Antiochenus et orientale concilium dicunt, quod in expositionibus, quas in omnibus ecclesiis orientalibus faciebat* (Theodorus) *et quibus in regia ciuitate* (CPoli [l]) *valde esse comprobatus adparet, in conspectu sacerdotum et imperatorum et populorum rectius inuentus est.* Photius cod. IV. Θεοδώρε Ἀντιοχέως libros pro Basilio contra Eunomium commemorans, subiungit: ὁ δὲ μόψε ἑςίας γεγονὼς ἐπίσκοπος ἕτός ἐςιν οἶμαι. Similiter cod. XXXVIII. et cod. CLXXVII. Θεοδώρε Ἀντιοχέως, ὁ Μοψυεςίας δέ ἐςιν, ὡς ἀπό τινων ἐπιςολῶν ἐμάθομεν. Igitur nec Theodorum Antiochenum, cuius toties in Catenis mentio occurrit, a Mopsuesteno distinguere ausim, licet id facere videam Combefisium in Bibliotheca Concionatoria. In Tarsensi episcopatu quo minus Diodoro succederet, prohibitus a Theophilo Alex. [m]) saltim in episcopatu *Mopsuestiae* [n]) [P] ciuitatis in Cilicia secunda successit Theodorus *Olympio* circa a. C. 394. [o]) atque concilio

g) *Facundus* Theodorum amantissimum magni Flauiani discipulum vocat II. 2. VIII. 5. etc.

h) *Sozom.* VIII. 2. *Socrates* VI. 3.

i) Citatur in Actis concilii quinti CPolit. a. C. 553. habiti collatione V. tom. 3. edit. Harduini p. 103. seq.

k) Apud *Baluzium* in noua collectione Concicilior. p. 875.

l) Auditus a magno Theodosio. Vide *Facundum* lib. II. cap. 2.

m) *Leontius Hierosol.* lib. 3. contra Nestor. p. 696. tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. *Fabr.* contra Nestorianos et Eutychianos, libr. III. c. 9. p. 577. in *Canisii* Lect. antiq. vol. I. ed. Basnag. sed parum fidei tribuit illi Leontii Byzant. saec. VII. ineunt. acerbissimi aduersarii narrationi, ex mero rumore ortae, cel. *Schroeckh.* in Histor. Eccles. tom. XV. pag. 178. *Harl.*

n) Μόψε Ἑςία, *Mopsi focus* siue *lares*, Mopsvestia Ciceroni III. 8. Epist. eadem Plinio V. 27. *Mopsos*, ad Pyramum fluuium. Nomen habet a Mopso vate, Apollinis filio, perinde vt *Mopsopia*, quae deinde Pamphylia, et *Mopsucrene* siue Mopsi fontes. Mopsum diuinis honoribus mactatum a Cilicibus, auctor *Tertullianus* c. 46. de anima.

o) Olympius ille interfuit concilio CPol. a. 381. De anno episcopatus suscepti a Theodoro vide *Pagium* ad a. 425. nr. 16. de anno obitus Rigberium siue Gerberonium ad Mar. Mercator. pag. 214. 215. *Fabr.* [*Pagius* in Critica Baron. agit de nostro ad a. C. 423. nr. XV-XIX. p. 232-234. tom. VII. *Saxius* in Onomast. lit. part. I. p. 455. scribit, Theodorum ab a. 394. fuisse episcopum in Cilicia secunda, et vita decessisse a. 429. vel 430. *Cauens*, qui in Historia litt. scriptt. eccles. vol. I. p. 385. sqq. ed. Basil. ad a. 407. de saeculo Nestoriano vitam Theodori eiusque scripta copiose persequitur, primum quidem obseruat quoque, eum factum fuisse ecclesiae Antiochenae presbyterum, hinc censet, eumdem fuisse Theodorum Mopsuestenum et Theodorum Antiochenum;

lio CPol. illo anno celebrato, aliisque postea pluribus interfuit, donec a. 429. defunctus successorem habuit illum, quem iam memorabam, *Meletium* p). Episcopatum ipse gessisse cognoscitur per annos XXXVI. scriptisque et voce praeclarum in ecclesia nomen sibi parasse per annos fere quinquaginta, Arianorum et Apollinaristarum siue Synusiastarum q) aliorumque haereticorum strenuus debellator, ita tamen, vt ipse Nestorii r) et Pelagii haeresi s) aliquando visus

num; contra, „claruit, inquit, anno 407. quin si mortis eius tempus recte adsequar, iam ab anno 392. episcopatum tenuit: obiisse enim videtur a. 428. postquam ecclesiam Mopsuestanam per 36. annos gubernasset." — *Oudinus* in comment. de scriptt. eccles. tom. I. saec. IV. ad a. 400. p. 895. sqq. de nostro Theodoro, etiam, illum circa a. 392. ob insignes animi dotes episcopatus dignitatem obtinuisse, ideo probat, quod a. Chr. 394. synodo apud CPolin celebrata, et tertium Calendas Octobris, in caussa vertente inter Agapium et Gabadium, vtrumque episcopatum Bostrensem sibi vindicare satagentem, Theodorus iam tum in Cilicia episcopus, ex eorum esset numero episcoporum, qui dirimendae liti adsidebant. Hinc ipse videtur Oudino tunc catholicus atque orthodoxus fuisse, quippe quem in fide male sonantem, aut distorta sentientem, alii nequaquam in consessum suum admisissent. Idem Oudin. longiora *Theodoriti* H. E. V. c. 40. et *Liberati* in Breuiario cap. 10. loca producit, ad Theodorum Mopsuest. qui *duas in Christo naturas in vna persona* in libris docuisset, a crimine, eum fuisse dogmatis Nestorio adscripti defensorem, vindicandum. Denique ei videtur Theodorus noster diem supremum obiisse a. 428. et laudat *Ell. du Pin* in Noua Biblioth. ecclesiast. saec. 4. tom. III. p. 297. etc. abunde disputantem de Theodoro Mopsuest. Anno tamen Chr. 429. mortuum esse, adfirmat *Ios. Simon. Assemann.* in Bibliotheca orientali Clementino Vaticana, tomi tertii part. I. Romae 1725. fol. p. 30. not. 1. et in tomo I. ib. 1729. p. 400. in nota ad Chronicon Edessenum, syriace scriptum, sect. 46. (vbi tradidit auctor illius, anno Graecorum 714. a. Chr. 403. quo anno Theodorus nonum episcopatus sui annum agebat, Theodor. Mopsuest. sacram scripturam commentari coepisse,) eumdem mortis annum statuit. De anno 394. suscepti episcopatus *Assemannus* subscribit Pagii rationibus ad a. 427. a num. 9. „Certe enim, ait ille, a. Chr. 428. quo Nestorius CPolitanum episcopatum suscepit, Theodorus adhuc in viuis erat, vt testatur Theodulus apud Euagrium libr. I. cap. 2. qui narrat, *Nestorium, ad episcopatum vrbis regiae proficiscentem, apud Mopsuestiam cum Theodoro congressum fuisse, et, audita illius doctrina, a recta pietate deflexisse.* Discedit igitur a sententia *Norisii*, in libr. I. Hist. Pelag. cap. 9. existimantis, Theodorum fuisse a. 391. episcopum, vti dicunt, ordinatum, et a Dionysio, qui in Chronico scribit, id factum esse a. 397. At Euagrii, iunioris scriptoris, testimonium, a Theodoro Nestorium didicisse et accepisse errores suos, minus validum nec probabile esse indicat *C. Guil. Franc. Walch* in Historia haeresium etc. (opere doct. germanice scripto,) tom. V. p. 324. et 886. *Harl.*

p) Huius Meletii aliquot exstant epistolae in collectione illa siue synodico Cassinensi, quod illustrandis Ephesini concilii Actis post Christianum Lupum edidere *Baluzius* in noua collectione Concilior. et *Garnerius* in auctario ad opera Theodoreti.

q) *Theodoretus* lib. V. Hist. cap. 40. *Facundus* VIII. 4. *Io. Christophor. Meisnerus*, Schmidebergensis, diss. de Theodoro Mopsuesteno §. 9. Witeberg. 1714.

r) *Sirmondus* ad Facundi lib. IX. cap. 1. *Petauius* lib. I. de incarnatione cap. 11. *Tillemont.* tom. XIV. pag. 627. seq. tom. XII. pag. 451. seq. *Io. Garnerius* ad Marium Mercatorem tom. I. p. 95. seq. 366. tom. II. pag. 321. Acta synod. V. collatione IV. *Vigilius* papa in constituto a. C. 554. scripto, apud *Baluzium* in noua collectione concilior. p. 1579. *Fabr.* Immo vero eum non tantum Nestorio, sed etiam Pelagio in plurimis manifesto praeluisse, post alios tam veteres quam recentiores contendit *Caue* l. c. p. 388. et *Marii Mercatoris* iudicium in praefat. ad Commonit. latum, quaestionem contra catholicam fidem praecipue

viſus ſit accedere; ſed quas maculas ſtatim retractione publica [t]) iterum eluit, atque non modo viuus manſit in communione eccleſiae, in pace eius et honore defunctus [u]): ſed etiam diu poſt obitum, quum e ſacris diptychis eius nomen eradi [v]), et a patribus concilii quinti a. 553. [w]) propter Neſtorianos, ad eum prouocantes, [156] ipſum et ſcripta eius condemnari contingeret, reperti paullo ante illud tempus ſunt, qui cauſſam eius tamquam innocentis agerent acerrime [x]), atque magnis potius mactandum encomiis, quam immiti anathemate

Xx 3 ferien-

cipue a Theodoro Mopſueſteno in Cilicia motam fuiſſe, valde comprobat. Neque tamen intelligentes et aequi Theodori defenſores ſobriique iudices defuerunt: vt partim iam Fabricius docuit, partim nos poſtea declarabimus. De *Mario Mercatore* v. *Schroeckh* H. E. germanice ſcriptam, tom. XV. p. 90. ſqq. *Harl.*

s) *H. Noris* lib. I. Hiſt. Pelag. c. 9. *Garnerius* tom. II. p. 250. ſeq. 319. etc. D. *Thomas Ittigius* adpendice diſſ. de haereſiarchis, p. 473. ſeq. *Samuel Baſnage* tom. III. Annal. ad a. 428. 7. *Rigberius* [h. e. Gabriel Gerberon] ad Marium Mercatorem p. 105. 221. ſeq. [*Rigberii* acta Marii Mercator. Bruxellis 1673. 12.]

t) *Tillemont.* tom. XII. memor. pag. 439. ſeq. [conf. tamen *Schroeckh* l. c. part. 15. p. 186. ſq.]

u) *Facundus* X. 1. 2.

v) Vide acta ſynodi V. collatione V. et VIII. *Henrici Noris* diſſ. de quinta ſynodo cap. 5. *Sam. Baſnage* ad a. 550. 7.

w) Inter celebrata illa *tria capitula*, [h. e. iudicia de Opp. Ibae Edeſſeni, Theodori noſtri, et Theodoreti, quae ſic dicebantur,] de quibus ſynodo quinta diſceptatum, primum erat de condemnatione Theodori Mopſueſteni. Itaque collatione *quarta* illius ſynodi colliguntur ex Theodori libris, quae a doctrina eccleſiaſtica abhorrent: collatione *quinta*, ſiniſtra Rabulae Edeſſeni, Cyrilli Alex. Procli CPol. et aliorum de illo iudicia adferuntur, et denique collatione *octaua* Theodorus ſcriptaque eius damnantur, quod facit etiam *Vigilius papa* *), in conſtituto cap. 27. De Baſilii diaconi CPol. libello, quo diſputauit, *Theodori libros vitandos ſicut Arii et Eunomii blaſphemias*, vide *Liberatum* c. 10. breuiarii. Scripta Theodori, non ipſum Theodorum anathemati ſubiiciendum maluit *Cyrillus Alex.* epiſt. ad Proclum CPol. pag. 200. tom. V. Opp. parte 2. Prolixus etiam in Theodoro reprehendendo *Leontius* Hieroſol. libro 3. contra Neſtor. et Eutychen: vti in eo defendendo Facundus. *Fabr.* Tria illa capitula magnos animorum motus in Oriente et Occidente excitarunt. v. *Moshemii* Inſtitution. H. E. antiquioris pag. 452. Conf. etiam *Weiſmanni* hiſt. eccleſ. tom. I. p. 517. *Pfaffii* Inſtitution. H. E. p. 285. *Gottfr. Arnold.* Kirch. — v. Ketzer Hiſt. vol. I. p. 289. §. 6. — *Henr. Benzelii* Vindiciae concilii CPolitani II. oecumenici quinti, in cauſſa Origeniſtarum, et trium capitulorum, Godofr. Arnoldo oppoſitae. Londini Scotor. 1740. 4. *Harl.*

*) Vide *Vigilii* papae conſtitutum apud Baluz. p. 1578. et Liberatum c. 10. breuiarii.

x) Conſule *Theodoritum* libro et capite vltimo hiſtoriae et epiſtola 16. *Ioannis Antiocheni* epiſtolae tres pro Theodoro Mopſueſteno memorantur apud Liberatum pag. 49. edit. Garnerianae. De *Andreae Samoſateni* contra Rabulam Edeſſenum defenſione pro Theodoro, Synodicon Caſſinenſe cap. 43. cui adde Pagium ad a. C. 435. nr. 18. ſeq. Ruſtici quoque, diaconi romani, pars poſtrema diſputationis aduerſus Acephalos hodie deſiderata, in defenſione Theodori, Ibae etc. verſabatur. Sed prae ceteris prolixus in Theodori innocentia vindicanda et meritis eius et laudibus extollendis eſt *Facundus* in duodecim libris pro defenſione trium Capitulorum concilii Chalcedonenſis, et in libro contra Mucianum ſcholaſticum et alios Necrodioctas ſiue mortuorum perſequutores. Facundi ſcripta notis bene illuſtrata exſtant in tomo ſecundo operum Iacobi Sirmondi, Pariſ. 1696. fol. Ex elogiis Theodoro tributis iuvat adſcribere haec Iohannis Antiocheni, (non Cyrilli, vt Pagius ad a. 423. nr. 17.) in epiſtola ad Proclum CPol. ſcripta et relata a Facundo II, 2. *Sed et qui bene de vita profectus eſt, i. Theodoru*

feriendum cenſerent. A Syris, qui plurima eius in ſuam linguam translata habent, *mare ſapientiae* [y]) dicitur, et quoniam alienior ab allegoriis, diligentius litteram ſacrae ſcripturae inquirit, *interpres κατ' ἐξοχήν* [z]). A Neſtorianis autem [aa]) feria VI. hebdomadis V. poſt Epiphania, in feſto commemorationis doctorum graecorum, recolitur memoria Diodori Tarſenſis, Theodori Mopſueſteni et Neſtorii. Et iam olim Diodori Tarſenſis ac Theodori Mopſueſteni volumina contra Eunomium et Apollinarem a Neſtorianis translata in *Syrorum* linguam [bb]) et *Armeniorum* atque *Perſarum*, teſtis Liberatus capite X. breuiarii. Et *Leontius* lib. 3. contra Neſtor. et Eutychem pag. 697. c. 22. tom. IX. Bibl. patrum edit. Lugd. *Libros tuos* (Theodore) *ii, qui tuae ſectae ſunt, in ſermonem chaldaicum et armenicum verterunt, qui haereſin Ariana peiorem ac magis impiam* [?] *gentibus tradiderunt.* Inter diſcipulos [cc]) illius celebres idem *Neſtorius* CPol. *Ioannes* Antiochenus, *Andreas* Samoſatenſis, *Maris* Perſa, *Theodoretus* Cyrenſis [dd]), *Rufinus* Syrus, Palaeſtinae prouinciae presbyter [ee]) *Barſumas* Perſa [ff]). *Fabr.* — De noſtro Theodoro, cuius ſummam fuiſſe auctoritatem inter orientales, praeſertim Syros, nouimus, in vtramque partem multa eſſe diſputata, vel ex iis, quae adtulit Fabricius, iam cognoſcitur. Ii, qui ſiniſtra nimisque acerba Leontii, Cyrilli Alexandrini, Rabulae Edeſſeni aliorumque iudicia ſequuntur, eum damnant: contra alii, moderatius rectiusque forſan ſentientes, maculam, nomini eius inuſtam, delere, ſaltem minuere, et eum ab iniquitate aliorum defendere ſtuduerunt. Sed hic vberiori rei, iudiciorum et controuerſiarum expoſitioni locus a nobis dari non poteſt: et ſufficit, nonnullorum, potiſſimum recentiorum VV. DD. libros, in quibus hiſtoria illius copioſius explicatur, aut de eo iudicatur, adhuc nominare. Garnerius ad effata Marii ſui Mercatoris tuenda, Theodorum

dorus, et quinque et quadraginta annis clare in doctrina praefulſit, et omnem haereſin expugnavit, nullam alicubi detractionem ab Orthodoxis in vita ſuſcipiens, poſt longi temporis hinc diſceſſum et poſt multa certamina, et poſt decem mille libros, aduerſus haereſes conſcriptos, et poſtea quam in conſpectu ſacerdotum et imperatorum et populorum probatus eſt, periclitatur, quae haereticorum ſunt, ſuſtinere, et illis proximus praedicari.

y) *Io. Morinus* de ſacris ordinationibus pag. 501.

z) *Euſebius Renaudot*, tom. II. Liturgiar. Oriental. p. 622. *Richard. Simon* de l'inſpirat. des Livr. ſacrées. pag. 56. et obſſ. ad Dupin. tom. I. pag. 108.

aa) Id. pag. 639.

bb) Arabicam quoque, ex Syriaca. id. p. 622. *Fabr.* De *Madne*, epiſcopo, qui commentaria Theodori in ſyriacum ſermonem e graeco converterat et ex interpretatione libror. famam doctrinae ſibi comparauerat, variaque habuerat fata, v. *Aſſemanni* Bibl. orient. tom. I. p. 401. ſq. Idem tom. III. part. 1. p. 199. ſq. de Iba, Rabulae ſucceſſore, adcuſato, eum Theodori libros in linguam ſyriacam transtuliſſe ac per omnem orientem diſſeminaſſe. Idem fecerunt Hibas, Probus et Cumas, v. ibid. p. 50. not. et p. 85. etc. *Harl.*

cc) *Garnerius* ad Marium Mercatorem tom. II. p. 319. De Neſtorio ſpeciatim confer *H. Noris* Hiſtoriam Pelagianam lib. II. cap. 4. et *Petauium* lib. 1. de incarnat. c. 7. De Mari Perſa Lud. Doucinum in hiſtoria Neſtorianiſmi, gallice edit. p. 275. etc.

dd) Qui loca Theod. Mopſu. laudat in dialogis ſuis etc. v. ſupra, vol. VIII. pag. 291. *Harl.*

ee) *Garnerius* tom. I. ad Mercatorem p. 286. 366. etc.

ff) *Leontius* lib. III. in Eutychem cap. 21.

dorum quidem valde culpat; at tamen in Auctario Theodor. p. 194. fateri cogitur, talia subinde in Catenis legi ex Theodoro nostro in Psalmos, quae ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter fuisse expositum, vt adnotauit *Io. Ludou. Schulze*, Professor quondam Halensis, in praef. ad Theodoreti, episcopi Cyri, Opp. tom. I. p. 7. qui etiam dubitat, an satis recte iudicent, qui cum patribus synodi quintae omnem eius damnant memoriam, et ex iis, graeco sermone consignatis, quae siue temporis siue aduersariorum eius iniquitate nobis relicta sunt, vix satis iudicare licere, quae fuerit viri illius sic dicta improbitas, immo vero eum, si ex fragmentis, quae in Catenis passim obuia sunt, de eo iudicium ferre licuerit, laude potius, quam vituperatione dignum videri. — Cauei atque Oudini iudicia iam supra adtulimus. *Assemann.* in bibliotheca orientali Clement. Vatic. tomi tertii part. I. pag. 30. in nota iudicat, eum Pelagianorum ac Nestorianorum patrem recte nominari: in parte autem secunda tomi tertii, in diss. de Syris Nestorianis, cap. VII. in §. 1. pag. CXC. sqq. copiosus est de Diodori, Theodori ac Nestorii haeresi circa incarnationem Verbi; tum pag. CCIII. sqq. §. 2. cumulat crimina et octo errores, quos quidem Leontius Byzantius in libro de Nestorianorum impietate secreto tradita, princ. recensuit aut effutiuit, enumerat. et ex canone 12. quintae synodi oecumenicae ac Mario Mercatore auget. — *Christ. Guil. Franc. Walch* in Historia haeresium etc. (Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien etc.) tom. V. Lips. 1770. 8. vt late docteque, ita sobrie moderateque hanc controuersiam persequitur et diiudicat. Primum igitur narrationes et iniqua, praesertim Rabulae, Marii Mercatoris Cyrilli ac Leontii, nec non Petauii, (in libro I. de incarnatione cap. 10. §. 4. et cap. 11.) Garnierii (in part. I. opp. Mercatoris pag. 128. et part. 2. pag. 313. 319. sqq.) Doucini (in Hist. du Nestorianisme pag. 30.) Assemanni etc. iudicia refert paucisque examinat. Tum p. 892. sqq. suum fert iudicium. Inter alia adfirmat, famam, Theodorum fuisse Nestorii magistrum et haereseos Nestorianae patrem, esse valde suspectam; (immo vero Weismannus in Introd. in memorabilia hist. eccles. tom. I. p 515. grauiter pronuntiat, Nestorium arripuisse suam doctrinam theologicam suosque errores a Theodoro, id plane incertissimum esse, quidquid dicant huius sententiae patroni:) add. Walch. ibid. p. 315. sq. Idem monet, Rabulae odium contra Theodorum, (a quo in synodo quadam erroris cuiusdam fuit conuictus. v. Ibae epist. ad Marin. p. 532. in Actis concil. Chalced. action. X. tom. II. concil. Harduin.) fuisse primum quasi criminis et adcusationis fontem, ex eoque alios accepisse, ab orientalibus Nestorii dogmata auctoritate Theodori corroborari; Cyrilli autem et Leontii effata minus idonea esse, ex eo autem, quod Theodorus inter orientales christianos constanti floruit auctoritate, sequi, Theodorum aeque ac Nestorium a doctrina, ab orientalibus recepta, atque Arianis et Apollinaristis, contra quos acriter dimicabat, opposita, haud recessisse, etc. De *Rabula*, Edessae episcopo, ab a. Chr. 412. vsque ad a. 435. v. *Assemanni* Bibl. orient. I. p. 197. sqq. — A sententia Walchii parum discedit, vberius tamen Theodori vitam, munera, scripta et controuersiam de iis, post obitum illius maxime motam, exponit cl. *Schroeckh* in Hist. eccles. mem. tom. XV. p. 176-218. tom. XVIII. pag. 262. sqq. p. 301 sqq. pag. 570. sqq. (vbi controuersia de tribus Capitulis copiose enarratur,) pag. 586. sqq. de Facundo, Theodori defensore, ac pag. 596. sqq. de eius condemnatione in synodo CPolit. a. 553. cuius acta vid. apud Harduin. l. c. tom. III. pag. 51. seq. Sed haec sufficiant. —

Heuman-

Heumannus ſuo Fabr. volumini adſcripſerat: „De innocentia huius Theodori vid. Clericus, B. A. M. tom. XXIII. pag. 255. ſqq.“ *Harl.*

II. *Theodori Mopſueſteni ſcripta.*

Innumeros ei libros tribuit *Facundus* X. 4. et II. 2. adfert verba modo commemorata Ioannis Antiocheni, quibus ait, eum *decem mille libros* [gg]) *aduerſus haereſes* conſcripſiſſe: ſiue decem millia per hyperbolem dixit de plurimis, vnde apud auctorem adpendicis ad Iſidorum et Ildefonſum de ſcript. eccleſ. cap. 4. legas, *vt praedicaretur, ſi referre fas eſt, mille voluminum ſummam in graeco conſcripſiſſe aduerſus omnium haereticorum errores*: ſiue numerum ςίχων, non voluminum, habebat in mente atque decem millia computauit, quae Gennadio ſunt quindecim millia, quum libro de viris illuſtribus c. 12 narrat, Theodorum Antiochenae eccleſiae presbyterum, virum ſcientia cautum et lingua diſertum, ſcripſiſſe *aduerſum Apollinariſtas et Eunomianos de incarnatione domini libros XV. ad quindecim millia verſuum continentes.* Non enim de Theodoro Raithuenſi, qui diu poſt Gennadium vixit, ſed de Theodoro Mopſueſteno haec eſſe intelligenda, pulcre obſeruauit *Io. Garnerius* ad Marium Mercatorem tom. II. p. 260. ex Facundi X. 1. qui ex alio Theodori ſcripto, cui titulum de-dit

gg) Haec Io. Antiocheni verba perſtringens *Pelagius* II. papa epiſt. 3. ad Eliam et epiſcopos Iſtriae tom. III. concilior. edit. Harduini p. 450. vbi ex Theodori ſcriptis quaedam haereticis ſuffragantia excerpſerat, *Ecce*, inquit, *quales plus quam decem millia libros Theodorus ſcripſiſſe perhibetur. Penſate quaeſo, ſi non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conſcripſit. Fabr.* *Aſſemannus* in Bibl. orient. tomi tertii part. 1. edidit catalogum librorum Syrorum eccleſiaſtic. *Ebedieſu*, epiſcopi Sobenſis, ſyriace cum verſione latina. Pag. 1. ſeq. adnotat, *Abraham. Echellenſem* id quidem opus, latine verſum notisque illuſtratum publicaſſe Romae 1653. ſed ex cod. minus exacto, et multa eſſe in illa editione vitioſa, corrupta aut deprauata. Atque ab Abr. Echell. negligenter ſatis tractatum eſſe Hebed-Ieſu catalogum, docet La Croze in Theſauro epiſtol. Lacroz. tom. III. pag. 28. — Quare Aſſemannus ex cod. Vatican. meliore reddidit ſyriacum textum, nouaque verſione et doctis adnotationibus inſtruxit. In illo igitur catalogo *Ebedieſu* in c. 19. recenſuit aut enumerauit ſcripta *Theodori*, quem vocauit *commentatorem*, ſeu interpretem; quo nomine apud Syros, praecipue Neſtorianos, propter multos in ſacrum codicem commentarios, per excellentiam eſt ornatus. In principio ſtatim Ebedieſu, „compoſuit, ait, Theodor. quadraginta et vnum tom. qui ſunt Prophetae centum et quinquaginta, quorum vnusquisque capitibus triginta comprehenditur,“ h. e. vt *Aſſemann.* in nota inquit, opera Theodori ſunt vniuerſim tomis quadraginta et vno comprehenſa; (conſtant autem libris quinquaginta, vt ex eorumdem recenſione liquet;) tantae vero ſunt molis, vt centies et quinquagies libros prophetarum maiorum minorumque ſuperent. — Illum catalogum germanice vertit cel. *Aug. Frid. Pfeiffer*, noſtras, PP. O. linguar. orient. in: *Ioſeph. Simonius Aſſemanns* Orientaliſche Bibliothek, oder Nachrichten von ſyriſchen Schriftſtellern, in einen Auszug gebracht, tom. II. Erlang. 1777. 8. pag. 537. ſq. et tom. I. p. 97. ſq. ac p. 152. ex Aſſemanni opere alia, ſed pauciora de Theodoro Mopſueſt. excerpſit. — Ex tertio Theodori aduerſus *Apollinarium* ſermone eſt fragmentum in epiſtola ab imperat. *Iuſtiniano* perſcripta contra nonnullos, impium Theodorum, atque iniqua eius dogmata et epiſtolam, *Ibae* dictam, nec non *Theodoriti* libros contra catholicam fidem, ſcriptis propugnantes, quam ex cod. *Laurent.* I. nr. 5. plut. 7. graece cum lat. Io. Dominici Stratici, mon. Dominicani, verſione primus euulgavit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 166-195. Fragmentum ipſum exſtat pag. 171. et Bandin. in margine citat: fragm. rel. in conc. CPolitano II. tom. III. coll. Labb. p. 17. *Harl.*

dit *Apollinario et eius haeresi*, haec verba adfert: *Ante triginta iam hos annos* (circa a. C. 385.) *de Incarnatione domini codicem conscripsimus ad vsque quindecim millia versuum pertingentem, in quo Arii et Eunomii de hac re delicta, nec non etiam Apollinarii vanam praesumtionem per totum illud opus examinauimus.* Ex hoc opere fragmenta colligere licet ex eodem Facundo, ex Leontio Hierosol. contra Nestor. et Eutychem, ex Actis Synodi quintae et ex Mario Mercatore, qui libros, quos Theodorus inscripserat [?] περὶ ἐναιθρωπήσεως τῦ μονογενῦς, non dubitat vocare tom II. p. 259. *aduersus dominum Iesum Christum et eius incarnationem.* Ab hoc opere diuersus, vt videtur, fuit codex, quem *Mysticum* appellauit, ex cuius libro XIII. quaedam adfert Facundus III. 2. vbi Paulus Samosatenus, *angelus diaboli* dictus est a Theodoro. Nam et Facundus scriptum satis innuit diuersum: dum titulo distinguit, et Hesychius Hierosol. citatus in synodo V. innuit, *senectute iam cana debilitatum* Theodorum *mysticos* illos composuisse *sermones*, quos *aduersus domini Dei adparitionem* adpellat: at libros de incarnatione florenti aetate adhuc presbyter scripserat, vnde a Garnerii sententia, qui pro eodem opere habet, recte recedit *Tillemontius* tom. XII. memor. p. 446. Neque *libros contra Eunomium pro S. Basilio* (siue XXV. vt apud Photium cod. IV. siue XXVIII. vt cod. CLXXVII. legitur,) eosdem cum libris contra Apollinarium habuerim: licet ita suspicari placuerit eruditissimo *Caueo*; sed inscriptione et numero librorum non minus quam argumento, duxerim, fuisse diuersos. *Fabr.* *Ebediesu* in Catal. ap. Assemann. p. 33. sq. ita quoque distinguit: *Tomus vnus de incarnatione: duo aduersus Eunomium*; et paullo post: *unum pro Basilio composuit*, n. apologiam aduersus Eunomium libris XXV. comprehensam de qua Photius cod. IV. Hanc quoque *Assemannus* contra Caueum I. pag. 212. discernit a superioribus Theodori libris XXVIII. aduersus eumdem Eunomium, de quibus Photius cod. CLXXVII. Tum teste eodem Ebediesu scripsit *vnum librum de adsumente et adsumto*, qui videtur *Assemanno* adversus Apollinarium; vnde fragmenta habentur in Collat. 4. synodi V. praefatio vero apad Facundum Hermianensem libro X. cap. 1. — *Sagittarius* in Introduct. in H. E. tom. II. p. 860. sq. post alios adnotat, Nestorianos, scriptis Nestorii damnatis, Theodori Mopsuesteni et Diodori Tarsensis libros in Syrorum, Armenorum et Persarum linguam translatos, sub titulo catholico: *Liber duarum naturarum in vna Christi persona aduersus Eunomium et Apollinarem, vbique legendos* exposuisse, sed istos quoque, auctoribus inprimis Acacio, Meliteno in Armenia episcopo, et Rabula Edesseno, ab episcopis congregatis, examinatos, et tamquam Nestoriani erroris plenos esse damnatos. *Vindobon.* in cod. XC. nr. 13. est collectio miscella de Theodori Mopsu. et Nestorii atque Eutychis haeresibus, vt et differentia inter essentiam atque naturam, et inter substantiam atque personam. v. *Lambec.* VII. pag. 354. — Sed reliqua, quae dici possint, ad historiam pertinent ecclesiasticam. *Harl.*

Βιβλιδάριον siue paruum volumen in *tres libellos* distinctum *de Magia Persarum* et quantum illi praestet christiana pietas, ad Mastubium ex Armenia chorepiscopum, memorat Photius cod. LXXXI. *Deliramenta contra Magusaeos* vocat Leontius omnia Theodori deprimens p. 698. D. Meminit iterum p. 699. G. Hebed Iesu vocat *duos tomos aduersus magiam. Fabr.* Ita quoque apud Assemann. l. c. et confer infra in h. vol. in cap. de scriptorr. in Photii biblioth. ad cod. LXXXI. *Harl.*

Non amplius quam decem et octo annos natus [hh]) *interpretationes in S. Scripturae libros* ſcribere coepiſſe, ab eodem Leontio Theodorus proditur, licet illi pro ſuo in illum odio non interpretatus ſacros libros, ſed in eos inſolenter *debacchatus* fuerit viſus. *Hunc aiunt, non amplius quam decem et octo annos natum in Scripturas debacchatum eſſe, non enim niſi debacchationes ſcripturarum, interpretationes, quas in eas compoſuit, adpellare poſſum,* Leontius lib. 3 contra Neſtor et Eutychen p. 696. F. Eodem loco in eius Commentariis reprehendit, *quod labores ſanctorum doctorum, qui in eis laborant, numquam irridere et illudere deſiit.* Deinde, quod *auſus eſt contra gloriam Spiritus S. cum omnes quidem Scripturas alias, quas ſancti afflatu eius tradiderunt, humiliter et demiſſe interpretans,* (qui litteralem ſenſum ſcilicet loco myſtici eruere volebat,) *tum vero a numero ſacrarum Scripturarum diuine praeſcripto et indicato eas ſeparans.* Speciatim arguit librum Iobi et epiſtolam Iacobi et alias deinceps aliorum catholicas, (ſecundam et tertiam Ioannis, et epiſtolam Iudae,) ab illo reiecta. *Magnum Dei ſeruum* Iob, *columnam fortitudinis animatam et ſpirantem, duobus fere millibus verſuum perſcriptam convitioſe arguebat, et Scripturam Spiritus S. de eo [?] abrogabat, quam Iacobus frater domini in epiſtola ſua catholica confirmans aiebat* (V. 11.) Patientiam Iob audiviſtis, et finem domini vidiſtis. *Non enim aliunde neque patientiam audiuimus, neque finem eius ſpectauimus, niſi ex Scriptura de eo. Ob quam cauſſam, vt arbitror, ipſam epiſtolam* Iacobi, *et alias deinceps aliorum* catholicas *abrogat et antiquat: Non enim ſatis illi fuit bellum contra veterem Scripturam ſuſcipere ad imitationem impietatis Marcionis, ſed oportuit etiam contra Scripturam nouam pugnare, vt pugna eius contra Spiritum Sanctum clarior et illuſtrior eſſet.* Plura deinde ſubiungit neutiquam minus grauia: *Inſcriptiones hymnorum et Pſalmorum et canticorum penitus eiecit, et omnes* Pſalmos *iudaice ad Zorobabelem et Ezechiam retulit, tribus tantum ad dominum reiectis. Immo et ſanctorum ſanctiſſimum* Canticum Canticorum *ab omnibus diuinarum rerum peritis et ab omnibus Chriſtianis laudatum, omnibus eccleſiis cuncti orbis notum et a Iudaeis inimicis crucis Chriſti in admiratione habitum, libidinoſe pro ſua et mente et lingua meretricia interpretans, ſua ſupra modum incredibili audacia ex libris ſacris abſcidit. Et quid non erat acturus, qui in eo agebat impietatis inuentor et pater?* Duos *igitur* libros Paralipomenon, *primum et ſecundum ſimiliter, malum malo addens, et inſuper* Eſdram *repudiauit. Fabr.* Sed praeter alios luculenter abundeque reſpondit his criminibus cl. *Schroeckh* l. mem. tom. XV. p. 191. ſqq. Add. de Theodori interpretatione Pſalmorum et Prophetarum *Richardum Simon* in Kritiſchen Schriften veber das N. T. ſec. Henr. Matthiae Aug. Crameri verſionem, part. I. Halae Sax. 1776 8. pag. 466. ſq. ibique *Semleri* notas, et quae paullo poſt ipſe Fabric. adnotauit de commentariis Theodori in Pſalmos. *Harl.*

In

hh) Poſt annum aetatis ſuae viceſimum Theodorum a. Chr. 403. adgreſſum eſſe, ſacrum codicem exponere, ex chronico Edeſſeno, (tom. I. bibl. oriental. pag. 400.) docent *Aſſemann.* bibl. cit. tomi III. part. 1. p. 30. not. 1. et *Schroeckh* l. c. p. 160. qui etiam prouocat ad Chryſoſtomum. Quanta vero iniuria Leontius adfecerit Theodorum, et quantis laudibus eius commentarios Facundus et alii ornarint, ſatis conſtat. Gregorius Bar-Hebraeus in Horreo ſ. theſauro ſuo myſteriorum, ſ. commentariis in S. S. plura Theodori noſtri loca laudat. v. *Aſſemann.* l. c. vol. II. p. 277. et 283. *Harl.*

In Hexaëmeron siue ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως, commentarium septem τόμοις distributum memorat Photius cod. XXXVIII. Ex quo aliqua in suos in Hexaëmeron commentarios transtulit, sed et Theodorum passim oppugnat *Ioannes Philoponus*, vt statim lib. 1. cap. 8. et 11. seq. Etiam in collatione IV. concilii V. A. 553. habiti plura adferuntur loca latine ex Theodori libro quarto et quinto *commenti de creatura*. Tom. III. Concil. pag. 85. seq. edit. Harduini.

Theodori Mopsuesteni fragmenta plurima occurrere in Catena Patrum graecorum ad Pentateuchum latine versa a *Francisco Zephyro*, scribit praestantissimus Caueus. Sed Theodori Heracleensis aliqua, plura etiam Theodoreti, ii) Theodori vero Mopsuesteni siue Antiocheni nulla ibi reperire potui. Theodori tamen Mopsuesteni nomen occurrit inter eos, ex quibus collectae Catenae, quae exstant in bibl. Coislin. MStae *in Leuiticum:* nec non *in Iosuam*, *Iudicum*, *Ruth* et *quatuor Regum* libros. Et in Catena Patrum *in Genesin*, quam latine vulgauit Aloysius Lipomannus. *Hebediesu* in catalogo librorum chaldaeorum p. 20. kk) notat, Theodorum commentatorem scripsisse commentarium in *librum Geneseos* tribus tomis ad magnum Alphaeum, ingenti concinnatum methodo [?] et labore: *Dauidem* quinque libris explicasse ad Cerdonem ll) et fratrem eius: *Duodecim Prophetas* exposuisse duobus tomis ad Turim: mm) In *Samuelem* vno commentatum esse tomo ad Mamrinum: in *Io-*

Yy 2 *bum*

ii) Theodoro Mopsuesteno adsentiri more suo Theodoretum, notauit *Petauius* dogm. theol. de Angelis p. 69.

kk) Assemannus in bibl. orient. l. c. p. 31. sqq. quo loco plura, praesertim vbi supersint fragmenta, adnotauit, contra Caueum negauit, in totum *Pentateuchum* scripsisse Theodorum: obseruauit, vniuersim in T. V. esse commentariorum Theodori libros duodeuiginti: in N. T. libros nouem, omnes autem Paulli epistolas a Theodoro fuse explicatas esse, testari Theodoritum praefat. in comment. in easdem. — De eius in Genesin comment. v. *Photium* in cod. XXXVIII. qui tradit, Theodorum allegoricam interpretandi rationem vt plurimum euitasse, et historiam potius ac sensum litteralem sectatum esse atque Philoponum in opere in Hexaëmeron s. de mundi creatione Theodori interpretationes frequenter reprehendisse. Atque *Schroeckh* qui l. c. de Theodori comment. in codic. sacrum copiose disputat, p. 195. loca, vbi id factum sit in edit. Philoponi Viennensi Austr. 1630. 4. indicat. — In catena *Nicephori Hieromonachi*, Lips. 1773. sunt passim plura Theodori Mopsuest. fragmenta exegetica in Octateuchum. v. *Ernesti* biblioth. theol. vol. II. p. 388. et III. p. 292. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. XV. est Octateuchus, in eiusque marg. adscripta catena, s. collectio commentariorum ex diuersis patribus, in his ex Theodoro. v. cat. codd. graec. Marc. p. 16. sq. et editor catal. „Huiusce, ait, catenae pars, quae in Pentateuchum est, conuenit plerumque cum edita a Francisco Zephyro, sub titulo Moysis enucleati, Florent. 1547. et Colon. 1572. discrepat vero a nonnullis aliis, quas vidimus." Ibid. in cod. XVI. s. in Catena in libros Regum loca ex Theodoro nostro sunt quoque collecta; pariter ibid. in cod. XVII. (catal. pag. 25. seq.) in commentario in euangel. Lucae. — conf. cel. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. pag. 30. sqq. 35. sqq. et de cod. XXI. s. Catena in Iobum, p. 38. — *Florent.* in codd. Laurent. sunt fragmenta quatuor expositionum in libros Regum, in catena in Esaiam; — in Iobum; — in VII. epistolas catholicas et in IV. euangelia. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laur. I. p. 138. X. 18-52. 102. et 161. — At de catenis, in quibus Theodori loca supersunt, non est, quod repetam, quae iam in vol. VIII. cap. 13. p. 639. sqq. passim a Fabricio et a me adnotata sunt. *Harl.*

ll) Confirmat *Facundus* IX. 1.

mm) [*Ad mar Tyrium*, apud Assemann. dein *ad Mamarianum. Harl.*]

bum duobus tomis ad Cyrillum Alexandrinum: *Ecclesiasten* vno libro exposuisse, deprecante Porphyrio: in *Isaiam, Ezechielem, Ieremiam* et *Danielem* singulos singulis tomis commentatum esse, atque per hos finem imposuisse suis lucubrationibus in Vetus Testamentum: *Matthaeum* vno tomo explicauisse ad Iulium, *Lucam* et *Ioannem* duobus tomis ad Eusebium: in *Acta apostolorum* ad Basilium vno commentatum esse tomo: *Epistolam* quoque *ad Romanos* explicasse ad Eusebium: et *Duas epistolas ad Corinthios* duobus tomis elucidasse, deprecante Diodoro: [nn]) ad *Galatas*, *Ephes. Philipp.* et *Coloss.* Petro: ad *Titum*, *Philemonem* et *Hebraeos* Cyrino cuidam dedicasse, tomis quinque. [Tomis quinque finem imposuisse Theodor. commentariis suis in totum Apostolum, scripsit Ebediesu.]

Fragmenta Theodori, reprobantis librum *Iob*, et docentis quod pagana sapientem ille habeat auctorem, exstant in collatione IV. Concilii V. tom. III. Harduin. pag. 86. seq. In Catena ad Iobum edita nullam Theodori mentionem reperi. [In catena autem in Iobum *Venet.* in cod. Marc. XXI. v. cat. codd. gr. Marcian. pag. 29.] Memoratur ille inter scriptores, e quibus catena Vaticana ined. de qua Posseuinus in voc. *Iob*, tom. I. Adparatus, pag. 957.

Ex Commentariis eius in *Psalmos* fragmenta plurima in Catenis a Dan. Barbaro et Balthasare Corderio editis. Nonnulla etiam apud Facundum IX. 1. et in actis Concilii V. Collatione IV. et V. atque in Vigilii papae constituto, cap. 20. sqq. apud Baron. ad a. C. 553. num. 97. seq. Quando porro Theodoritus praef. in Psalmos ait, *quosdam prophetiam ita historiis adaptasse, vt Iudaeis potius interpretatio suffragaretur quam fidei alumnis*, videtur Theodorum perstringere, de quo Hesychius presbyter Hierosol. in historia eccles. [oo]) *Prima autem elementa suae doctrinae ex Iudaico vaniloquio incipiens codicem in prophetiam Psalmorum conscripsit, omnes de Domino praedicationes abnegantem. Culpatus vero et periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate sed compulsus omnium querimoniis, et codicem ipsum delere pollicitus, latenter conseruabat iudaicae impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur.* Eum itaque, licet aliquando sequutus sit idem quem dixi Theodoritus, *deserit tamen vt plurimum* (Io. Garnerii verba sunt in auctario operum Theodoriti p. 184.) *idque iustis de caussis. Nam primo multa in* [*] *Psalmis de Christo dicta detorquet alio: deinde adolescens duodeviginti annorum Dauidem interpretatus est, quum plus haberet audaciae, quam eruditionis. Postea eiusmodi expositione inuidiam multorum sibi conflauit quasi Iudaeis faueret; denique ipse suum iuuenile opus non admodum probabat, vt infectum mallet. Ingenue tamen fatendum, quod res est, ea nonnumquam in Catenis legi ex Theodoro in Psalmos, quae ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter expositum fuisse, vt mirabile sit in adolescente tantam scripturae intelligentiam existere potuisse.* Ideoque dolent viri docti [pp]), quod eruditi huius scriptoris, qui sub egregio magistro, Diodoro

nn) [*Rogatu Theodori*, ap. Assemann. *Harl.*]

oo) In actis synodi V. Collatione V. tom III. edit. Harduin. p. 104. [add. *Schroeckh* p. 197. sq.]

pp) *Rich. Simon* lib. III. Hist. Criticae Noui Test. cap. 51. p. 446. *il est facheux que nous n'ayons rien aujourd'hui des commentaires de ce sçavant homme, qui avoit etudié sous un si bon mai-* [illegible] *tre*

doro Tarſenſi vna cum S. Chryſoſtomo condiſcipulo ſenſum literalem S. Scripturae adeo dioſe ſcrutari didicit, nihil amplius ex commentariis illis ad nos peruenit quam quae a C narum collectoribus ſunt excerpta ac ſeruata. Quod autem non euacuauerit omnes in C ſtum factas prophetias, nec iudaicae impietati aut Manichaeorum errori voluerit ſuffra qui Iudaeos etiam diſerte in commentario ad Pſalmos oppugnauit, docere inſtituit Facun loco citato. Apud Tho. Galeum fuit MS. argumentum prolixum Theodori Mopſueſt. in Pſalmum XLV. in quo teſte Caueo breuiter percurrit hiſtoriam Iudaeorum a tempore captiuitatis vsque ad Antiochum et Oniae fugam in Aegyptum. Idem Caueus ex Catena MS. in Pſalmos, in qua ſaepe idem Theodorus vocatur ad partes, notat, illum *valde diligentem fuiſſe in conferendis veteribus verſionibus et exemplaribus, vtilemque valde fuiſſe eius operam.* Locum ex commentario in pſalmum octauum adfert *Leontius* lib. 3. contra Neſtor. p. 704.

Ex commentario in *Canticum canticorum* fragmenta leguntur in Collatione IV. quintae ſynodi tom. III. pag. 88. ſeq. edit. Harduini, ex quibus confirmatur, quod praeter Leontium, cuius verba ſuperius adduxi, Pelagius II. papa, ſiue, qui illius nomine epiſtolam tertiam ad Eliam et epiſcopos Iſtriae ſcripſit, Gregorius Magnus, *quum Theodorus*, inquit, *Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Aethiopiſſae reginae blanditum eſſe profeſſus eſt, quod Theodoritus* qq) *reprehendens, nomen quidem Theodori* [?] *ſuppreſſit, ſed tamen veſaniam patefecit.* Et Georgius Pachymeres ad Dionyſii Areopag. epiſtolam IX. p. 169. ait, Mopſueſtenum ἀφρόνως τὸ ᾆσμα διαβεβληκέναι *imprudenter Canticum calumniatum eſſe.* In Ieremiam Nic. Alemannus ad Procop. p. 107.

In duodecim prophetas rr) commentarius Theodori Antiocheni integer foliorum 223. ſeruatur graece MS. in bibl. caeſarea teſte *Lambecio* tom. IV. p. 160. [p. 359. ſeq. ed. Kollar. in cod. CLXIII.] Θεοδώρου Ἀντιοχέως ἑρμηνεία εἰς τοὺς Προφήτας. Ἑρμηνεία Ὠσηὲ Προφήτου. Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς, καὶ μὴν καὶ πρὸς κατασκευὴν τῶν ἑξῆς, ἀρξώμεθα τῆς τῶν προφητικῶν σαφηνείας Θεοῦ διδόντος, ἀπὸ τοῦ Ὠσηὲ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, ὃν καὶ πρῶτον εἶναι τῷ χρόνῳ συμβέβηκε τῶν λοιπῶν προφητῶν. Τοῦ γὰρ μακαρίου Δαυὶδ etc. In Malachiam de-

 finit

tre avec S. Chryſoſtome le ſens literal de l'écriture, que ce que nous en ont laiſſé les compilateurs des chaines grecques dans leurs recueils. Vide ſis etiam *Villalpandum* ad Ezechielem, tom. I. p. 3. ſeq. et *Rich. Simonem* lib. I. Hiſt. criticae Noui Teſt. c. 22. p. 270. ſeq. et reponſe à la deſenſe des ſentiments de quelques Theol. de Hollande p. 56.

qq) Nempe ad Theodorum reſpiciunt verba Theodoreti praef. in Canticum tom. I. ed. Sirmondianae p. 984. Ἔπειτα δέ τινες τῶν τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων διαβαλλόντων, καὶ πνευματικὸν εἶναι τὸ βιβλίον οὐ πιστευόντων, μύθους τινάς. etc.

rr) Theodori commentarium in Hoſeam deprehendiſſe ſe narrat *Sam. Tennulius* ep. ad Nic. Heinſium, tom. II. ſyllog. Burmann. p. 801. — In *Aggaeum* citatur a Turriano II. 20. pro epp. pontificum pag. 254. ſq. Theodori Tyrii in XII. prophet. gr. MS. in bibl. patriarchali Moſquae. Excerpta ap. Turrian. II. 5. ad Conſtitutt. apoſtol. — Theodoro Daphnopatae ſine cauſſa tribuit *Oudin.* tom. II. pag. 451. — In cod. Medic. non exſtat comment. Theodori Mopſueſt. v. ad Rich. Simonis cenſuram bibl. eccleſ. Dupinianae tom. I. p. 677. vid. etiam Memoir. de Trev. 1703. Sept. p. 238. Iunioris Theodori eſſe contendit Abbas de Longue.

finit his verbis: Ὡς ἂν μὴ μένοντες ἐπὶ τῆς ἀσεβείας φοβερᾶς αὐτῷ τῆς παρουσίας πειραθῶσιν ἐπὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ τῶν μοχθηρῶν γινομένης. Habuit eumdem in ſua gaza etiam abbas *Geraſimus Blachus*, et Venetiis vidiſſe ſe teſtatur *Scipio Maffei* in epiſtola ad Blanchinum. Exſtat etiam in bibl. Medicea [55]), atque iam ante aliquot annos editionem eius ſperare iuſſit *Anſelmus Bandurius*, Magliabecchi ſucceſſor digniſſimus. [v. ſupra, vol. VII. p. 611.] Vide Diarium Italicum Montfauconi pag. 39. ſeq. et 46. *Fabr.* — Loco priore de cod. Veneto in bibl. *Grimana:* at cuius Theodori ſint commentaria illa bonae notae, neſciri, ait Montfauc. [ſed in Bibl. biblioth. MSStar. pag. 478. *A.* eumdem codicem ſub nomine *Theodori Antiocheni* citat:)] — loco autem poſteriore de cod. Veneto in bibl. *Meletii Typaldi*, Graecorum antiſtitis, archiepiſcopi Philadelphiae. — De comment. in Ieſaiam v. ſupra, vol. VIII. pag. 284. nr. 6. — Commentaria in XII. prophetas minores, *Vindobon.* in cod. caeſar. XVIII. nr. 4. de quo, ſimili alteri cod. Vindob. a Fabricio citato, et de erroribus Theodori, qui in illis commentariis deprehendi dicuntur, multus eſt Forloſia, qui quaedam loca excerpſit, et *Kollarius* in Supplem. I. ad Lambec. commentar. pag. 167-174. *Harl.*

In *Matthaeum* liber *quartus* citatur in collat. quarta ſynodi quintae p. 84. edit. Harduin. Alia ex eodem opere fragmenta p. 79. 82. 85. et in Vigilii conſtituto apud Baron. ad a. 553. et apud Facundum III. 4. et IX. 2. Plura etiam in Catenis ad Matthaeum ineditis, etiam in editis, Poſſiniana praecipue, in qua etiam Theodorus Antiochenus epiſtola ad Anaſtaſium conſulem citatur ad Matthaei XV. 28. *Fabr.* Theodori Mopſueſt. explicatio euangeliorum ſupereſt ſyriace, teſte *La Croze* Hiſt. chriſt. Indiae, libr. 3. p. 241. *Heum.* Idem *La Croze* in litteris ad Theophr. Sigefr. Bayer. in Theſ. epiſtol. Lacroziano, tom. III. pag. 30. ſeq. ſcripſit, in Synodo Diamperana, actione III. decreto XIV. inter alios libros ſyriacos recenſeri et damnari *expoſitionem euangeliorum*, quam Theodori Mopſu. eſſe ſuſpicatus eſt. — Add. *Mittarell.* catal. MSS. Venet. S. Mich. p. 1115. *Harl.*

In *Marcum* Catena Poſſiniana Theodorum Mopſueſtenum laudat p. 62. 91. et 279. fortaſſe ex iis, quae ad Matthaeum ſcripſerat, aliqua excerpens.

In *Lucam* Catena Corderiana ad cap. XI. ſect. 60. [MS. *Lambec.* III. pag. 166. Kollar.] Acta ſynodi quintae collat. IV. pag. 77. edit. Harduin. et eumdem locum notans Vigilius in conſtituto apud Baron. ad a. Chr. 553. *Fabr.* Cl. *Frid. Münter* edidit *Fragmenta patrum* graecorum, faſcic. I. Hafniae 1788. 8. et in hoc pag. 72. vsque ad finem octo fragmenta Theodori Mopſueſt. in catenis in Lucae euangel. ſeruata doctisque illuſtrauit adnotationibus. In introductione copioſe agit de Theodoro Mopſueſt. eiusque eruditione, diſciplina, auctoritate atque iniuſtis aduerſariis. Tum ſequuntur fragmenta ipſa, a Müntero ex MSSt. bibl. caeſareae Vindobon. partim ex apographo viri cuiusdam docti, quem Fogginum fuiſſe ille ſuſpicatur in bibl. Corſinia Romae exſcripta. Primum fragm. ad Lucam II. 31. et 32. ex confutatione accuſationis chriſtianorum Iuliani apoſtatae, eſt ex cod. Palat. XX. et

55) Eſt catena, ex Theodoreto maxime contexta. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. I. p. 516. *Harl.*

et apographo eiusd. Vaticanae MCMXXXIII. catenam patrum in Lucam exhibente. Inſcriptio autem operis, hactenus plane incogniti fuiſſe videtur Müntero: Θεοδώρȣ Μοψȣεςίας Κατηγορία πρὸς τὰ κατὰ Χριςιανῶν Ἰȣλιανȣ͂ τȣ͂ παραβάτȣ. Fragm. II. et III. ad Luc. IV. 4. ex eod. cod. eodemque aduerſus Iulianum opere. Tertium, in quo Chriſtum Deum verum, θεὸν λόγον, praedicat, eſſe contra Theodori calumniatores pro eius orthodoxia notandum, fuſius docet Münterus; IVtum fragm. ad Luc. XXII. 40. ſqq. contra Iulianum eſt deſumtum ex ſchedis bibl. Corſinianae. Quintum fragmentum aduerſus Iulianum ad Lucam XXI. 8. Sextum fragm. ex cod. Vindobon. LXXI. Kollar. catenam in Lucam continente, ad Luc. III. Septimum fragm. ex eod. cod. ad Lucam III. 20. 23. et Ioann. I. 32-34. quod fragm. aliis iam verbis dedit Corderius in catena patrum in Ioannem, Antwerp. 1630. Vltimum fragm. ad Lucam XXIII. 10. ex apographo bibl. Corſiniae. Conf. cenſuram in ephemer. litter. Gotting. a. 1788. plag. 124. pag. 1245. ſeq. *Io. Gottfr. Eichhorn* allgemeine Bibliothek der bibliſchen Litteratur, tom. I. Lipſ. 1787. 8. p. 618. ſqq. inprimis pag. 623-629. de fragment. Theodori Mopſueſten. Docta vero cenſura, in qua Theodori melior interpretandi codicis ſacri ratio laudatur, et plura fragmentorum loca emendantur atque illuſtrantur, legitur in D. *Io. Chriſtph. Doederlein* theolog. Bibliothek, tom. IV. part. 7. Lipſ. 1788. 8. pag. 490. ſqq. et adde *Le Bret* de fragmentis Theodori Mopſueſteni, progr. Tubingae 1790. 4. *Harl.*

In *Ioannem* plurima exſtant Theodori fragmenta in Catena Corderiana tt), quorum nonnulla etiam examinat *Rich. Simon* lib. 3. Hiſt. Criticae Noui Teſt. cap. 31. pag. 446. ſeq. Nonnulla etiam ex libro *ſexto* et *ſeptimo* adferuntur in actis quintae ſynodi pag. 75. 76. 81. et a Vigilio. Vide etiam Facundum IX. 3.

De miraculis Chriſti, εἰς τὰ θαύματα λόγοι, quorum ſecundus citatur a S. *Maximo* tom. II. Opp. p. 91. et in concilio Lateranenſi a. 649. actione V. tom. 3. edit. Harduin. pag. 895.

[*] In *Acta apoſtolorum* ex libro primo Commentarior. Theodori locus adfertur in actis ſynodi V. pag. 76. et apud Vigilium in concil. Baluz. pag. 1579. In Catenis ineditis ad Acta et epiſtolas catholicas inter eos, e quibus collectae illae ſunt Theodori Ancyrani, Theodori Heracleotae et Theodori presbyteri ac monachi nomen reperio, non Theodori Antiocheni ſiue Mopſueſteni.

In *epiſtolas Pauli*, Catenae ineditae patrum graecorum, nomen Theodori Mopſueſteni laudant. Vide *Montfauconi* catalogum bibl. Coislin. pag. 273. 274. Atque nominatim ex commentario in epiſtolam *ad Romanos* quaedam adferuntur uu) a Facundo III. 6. et Vigilio: in *I. ad Corinthios*, et *I. ad Timotheum* ab eodem Vigilio: in epiſtolam *ad Hebraeos*, in Vigilii conſtituto et in Actis ſynodi V. pag. 81. et 83. tom. III. Concilior. edit. Harduini.

Quod

tt) MS. in cod. Veneto Marc. XXVII. v. catal. codd. gr. Marc. p. 24. et cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 49. *Harl.*

uu) In catena ſ. interpretat. ep. ad Rom. *Vindob.* in cod. caeſar. XLVI. v. *Lambec.* III. p. 173. ſqq. ibique Kollar. Plura ex codd. et catenis patrum Vaticanis exſcripſit N.-C. Källius. v. *Münter.* fragmenta patrum graecor. faſc. I. p. 78. *H.*

Quod vero epiſtolas Pauli omnes fuſe explicatas a Theodoro ſcripſerit Theodoritus, in eius praefatione commentarii in epiſtolam apoſtoli, quam laudat Caueus, non reperio, licet Rich. Simoni vv) adſentiar, qui Theodori Commentarios ab eo conſultos perinde vt Chryſoſtomi non dubitat. Memorat etiam *Leontius* libro 3. contra Neſtor. eius interpretationem in epiſt. *ad Galatas,* loco illo, quo in alia etiam Theodori ſcripta inuehitur, p.699. *Si quis vero non adhibuerit fidem et ei vocat et eſt animus, quaerat, quae vane elaborauit in Geneſim, et in librum contra Iob, et prauam interpretationem in epiſtolam ad Hebraeos, et in epiſtolam ad Corinthios et ad Galatas, et quae contra Magusaeos ſcripſit, et praemeditationem excoecantem in ſacros Pſalmos, et quae pro Eunomio contra Baſilium ſcripſit; ſic ego voco totam eius apologiam omni accuſatione plenam. Item enarrationes turbidas et blasphemas in euangelium Matthaei, Ioannis et Lucae et ipſorum ſanctorum apoſtolorum et euangeliſtarum ſuperbas quas auſus eſt reprehenſiones et alia eius opera, ne ſingula enumerem.*

Ex *interpretatione Symboli (Nicaeni) CCCXVIII. ſanctorum patrum* locus adfertur in Actis ſynodi V. collat. IV. pag. 81. et Vigilii conſtituto. Leontius vero arguit eum fidem ſynodi Nicaenae non ſolum mutilaſſe, ſed omnem penitus deſtruxiſſe et aliam praeter illam tradidiſſe pag. 697. B.

Ad Baptizandos liber, e quo plura fragmenta in Actis ſynodi V. collat. IV. pag. 82. ſeq. Vide etiam *Facundum* IX. 3. qui *ad baptizatos* vocat, et *Garnerium* ad Marium Mercatorem tom. II. pag. 261. [conf. *Iablonski* in Theſauro epiſtol. La Croziano tom. I. p. 196. *Aſſemann.* ad catal. Ebediesu, l. c. pag. 33. *Harl.*

[†] *Symbolum* ſiue *expoſitio fidei*, exſtat in Actione ſexta concilii Epheſini tom. I. edit. Harduin. pag. 1515. et Actione 1. concilii Chalced. tom. II. pag. 247. et collatione quarta ſynodi V. tom. III. p. 89. et cum Marii Mercatoris verſione tom. II. edit. Garnerianae pag. 251. adde 284. et tom. I. p. 95. Theodori eſſe, negauit *Facundus* III. 2. et Neſtorio tribuit *Manuel Caleca* lib. 2. contra Graecos, *Bellarminus* III. 5. de Chriſto et Petauius lib. X. de incarnat. c. 9. §. 4. Sed Theodorum auctorem faciunt praeter Marium Mercatorem Leontius l. c. et Iuſtinianus imp. libro pro Acephalis apud Facundum III. 5. Confer *Garnerium* tom. II. p. 256. ſeq. et *Leonem Allatium* in Vindiciis ſynodi Epheſinae et S. Cyrilli c. 17. pag. 66. ſqq. *Fabr.* *Ebediesu* quoque in catal. ſcripſit, exſtare eius librum, *qui de Fide inſcribitur.* v. ibi *Aſſemann.* p. 33. Inter Iuſtini martyris opera perperam editur. v. ſupra, vol. VII. p. 65. et quae in nota *v.* ſcripſi. — Neſtorio eum tribuit *De la Croze*, ſed Theodoro Mopsueſt. vindicat *Paul. Ern. Iablonski* in diſſertat. de origine et fundamento Neſtorianiſmi pag. 18. ſq. et vberius expoſuit, nouisque argumentis ſtabiliuit ſuam ſententiam in epiſt. ad De la Croze in Theſauro epiſtol. Lacroziano, tom. I. pag. 194-201. add. cel. *Moreil.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 41. — Inprimis *Walch.* in hiſt. haereſium laudata, tom. V. p. 354. qui cum *Fabricio* noſtro, *Garniero*, *Baſnagio* in praef. ad tom. I. Theſ. Monument. p. 24. et *Zornio* in opuſc. ſacris, tom. I. p. 202. vindicat eum Theodoro Mopſueſt. Exſtat id ſymbolum, eodem Walchio

vv) Lib. III. Hiſt. crit. N. T. c. 22. p. 314.

chio adnotante, in *Mansi* collect. concil. tom. IV. p. 1347. gr. ac lat. ibid. tom. VI. pag. 889. in actis concil. Chalced. latine, et lat. in tom. IX. pag. 271. nec non gr. ac lat. in Mercatoris opp. II. p. 251. Denique prouocat Walch. ad ſuam biblioth. ſymbol. vet. — Neque tamen confundendus eſt noſter cum Diodoro ſ. Theodoro, epiſc. Tarſenſi. v. ſupra, vol. IV. pag. 380. ſq. et vol. IX. p. 277. ſq. ibique notas. *Harl.*

Tomi V. contra allegoricos ab Ebed Ieſu metropolita Sobenſi in catalogo librorum Chaldaeorum memorantur [ww]), atque ad eosdem reſpicere videtur *Liberatus*, quando c. 24. breuiarii ait, Theodorum *multa opuſcula* edidiſſe *contra Origenem*, exoſumque inde et accuſabilem habitum ab Origeniſtis. Vide *Tho. Ittigii* adpendicem diſſ. de haereſiarchis pag. 471. *Librum ad Cerdonem de allegoria et hiſtoria contra Origenem*, vocat *Facundus* III. 6. in odium inde Origenianorum incurriſſe ſimiliter teſtatus. Nec dubium eſt, Theodorum in commentariis etiam ſuis ad libros ſacros ſenſui litterali adeo ſtudioſe adhaerentem, Origenis allegoricas explicationes paſſim repudiaſſe ac reieciſſe.

Miſſa ſiue *Liturgia* ex Syriaco verſa latine exhibetur ab *Euſebio Renaudoto* tom. II. collectionis Liturgiarum Orientalium [xx]) pag. 616-621. [yy]) Etiam Leontius Theodorum reprehendit eo nomine lib. 3. contra Neſtor. et Eutychen pag. 697. C. quod *aliam Miſſam effutiuit praeter illam, quae a patribus tradita eſt eccleſiis, neque reueritus illam apoſtolorum, nec illam magni Baſilii, in eodem Spiritu conſcriptam.* Sed ſi non aliam vidit Liturgiam Theodori Leontius, quam qualem Renaudotus edidit: certe falſum eſt, quod illi impingit, *blasphemiis non precationibus myſterium ſacrae euchariſtiae oppleuiſſe.* Hunc puto eſſe *librum de Sacramentis*, ab Hebed Ieſu memoratum.

Caetera, quorum Hebed Ieſu meminit, ſunt, *tomus de ſacerdotio, duo de Spiritu S., unus ad monachos, unus de obſcura locutione, unus de perfectione regiminis:* [Aſſemann. vertit *de perfect. operum:*] alius *de aſſumente et aſſumto*, item *liber margaritarum*, qui continet eius

ww) Apud *Aſſemann.* l. c. pag. 94. Ibid. pag. 19. *Ebedieſu* cap. XI. de Euſebio Caeſarienſi pag. 19. hunc, tradit, compoſuiſſe *librum apologeticum pro quodam Origene, qui exponit* (ſcript. ſacram) *allegorice, et coarguitur a Theodoro. Harl.*

xx) Prodiit Pariſ. 1716. 4. [conf. infra, vol. XIII. p. 822. nr. 2. et 823. nr. 4. *Harl.*]

yy) Conf. *Aſſemanni* not. ad cat. Ebedieſu p. 50. qui obſeruat, in cod. XVIII. ſyriaco bibl. Vaticanae exſtare Theodori Liturgiam: et tom. I. bibl. or. p. 581. ac 583. prodit, inter codd. Amidenſes eſſe Liturgiam Theodori Mopſueſt. et Neſtorii: et in alio cod. Liturgiam apoſtolorum, Theodori Mopſueſt. et Neſtorii. Copioſe agit idem in tomi tertii parte ſecunda p. CCXXVIII. in diſſ. de Syris Neſtorianis, et retractat quaedam, quae in parte prima p. 36. et p. 502. nr. 11. de Liturgia ſcripſerat, et addit, Theodori Liturgiam exſtare in omnibus Miſſalibus Neſtorianorum libris. Hymnum, qui canitur a Syris et incipit, *Lux, quae orta eſt*, Theodoro Mopſueſt. ab aliis tribuitur; ſed negat *Aſſemann.* p. 60. bibl. orient. tom. I. — Fragmenta ex Liturgia ſyriace et lat. ap. Rich. Simon. ad Gabriel Philadelphum p. 148. ſeq. — Conf. etiam *Walch.* in Hiſtoria haereſium cit. tom. V. p. 353. ſeq. *Harl.*

eius *epistolas*, demum *tractatus de latione Legis*, quo finem suis lucubrationibus imposuit. Ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον Ἐπιστολῆς nonnulla affert Anastasius in ecloge χρήσεων δογματικῶν, et ex illa Sirmondus ad Facundi IX. 3. Ex epistola ad Artemium presbyterum Alexandrinum Facundus III. 5.

[P] Restat, vt pauca dicam de opere, in *quinque libros* distributo, quo *Hieronymum* (illum enim sub nomine Ἀράμ zz), velut Syrum Orientalem, ex Occidente licet oriundum, at in Syria aduersus Pelagianos commentatum perstringit), *Augustinum* aliosque peccati originalis defensores Theodorus a) oppugnauit. Πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους. *Aduersus eos, qui natura, non voluntate, peccare homines affirmant.* De hoc opere videndus *Photius* cod. CLXXVII. cuius verba magnus Salmasius pag. 177. libri de Hellenistica perperam ita accepit, ac si Theodorus Mopsuestenus aliam versionem bibliorum graecam post veteres interpretes molitus fuisset. Sed de Hieronymo ibi sermo, cuius versionem bibliorum latinam Theodorus apud Photium perstringit. Fragmenta ex hoc opere occurrunt apud *Marium Mercatorem* tom. I. pag. 97. sq. tom. II. p. 257. Hebed Iesu [p. 34. ed. Assemanni, cuius longam notam consules. *Harl.*] *duos libros* memorat *aduersus eos, qui asserunt peccatum situm esse in natura.*

III. Theodori Mopsuesteni frater POLYCHRONIVS, Antiochiae natus atque ascetae Cyrensis, S. Zebini discipulus aemulusque b), ecclesiam dehinc Apameensem in Syria episcopus c) egregie administrauit, emendatae vitae splendorem cum doctrinae gratia et sermonis venustate coniungens. Defunctus est ante Concilium Ephesinum a. C. 431. habitum, cui successor Polychronii Alexander episcopus Apameensis subscripsit. Non plane certum videtur, hunc esse Polychronium, cuius commentarii *in Iobum* multa ac praeclara fragmenta seruata exstant in Catena patrum graecorum in Iobum graece et latine vulgata a Patricio Iunio Lond. 1637. fol. [v. ad vol. VIII. pag. 661. not.] Meminit et codex graecus MS. de quo *Lambecius* III p. 188. [p. 465. Kollar.] Polychronii in illud Iobi XXXVIII. 7. d) Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με μεγάλῃ φωνῇ πάντες ἄγγελοί μου. *Fabr.* [*Monac.* in cod. Bauar. CXLVIII. est Iobi iusti vita a Polychronio exposita. Verum non esse Polychronii commentarium, sed catenam ex Polychronio aliisque contextam, monet cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 10. pag. 39. vbi plura de eo disputat. — In codd. *Venet.* bibl. Marc. occurrunt fragmenta in catenis in Octateuchum, in libros Regum, in Prouerbia et Ecclesiasten, in Iobum. v. cel. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. pag. 29. sq. 31. sq. 37. 38. et 39. vbi alios praeterea

zz) Vide *H. Noris* lib. 1. hist. Pelagian. c. 9. et tom. IV. Opp. Norisii, p. 864. *Tillemont.* tom. XII. p. 443. seq. *Garnerium* ad Marium Mercatorem tom. I. pag. 99. *Guil. Caueum* in historia literaria script. eccles. vbi de Theodoro, *Tho. Ittigium* adpendice de haeresiarch. p. 469. 476. seq. et *Rich. Simonem* lib. 3. Hist. critic. Noui Test. p. 444. seq. Steph. de Altimara in Panoplia adu. schisma Graecor. p. 413. sq.

a) Θεοδώρῳ Ἀντιοχίως, ὁ Μοψουεστίας δὲ ἐστιν, ὡς ἀπό τινων Ἐπιστολῶν ἐμάθομεν. Phot. cod. CLXXVII.

b) *Theodoritus* Hist. religios. cap. 24.

c) *Theodorit.* Hist. eccles. lib. V. cap. vlt. Nicephorus XIV. 30.

praeterea laudat codd. ac viros doctos. *Harl.*] Prologum in Iobum ineditum cum supplementis ὑποθέσεως edere promisit *Magnus Crusius* in sua epist. p. 27. Incipit is: ἡ ἐν ταῖς θέαις γραφαῖς σαφήνεια.

In Prouerbia passim Polychronii expositiones occurrunt in Catena patrum graecorum ad Prouerbiorum librum, quae latine ex Theodori Peltani versione prodiit Antwerp. 1614. 8. *Fabr.* In codd. *Th. Bodlei.* XXXIV. et XXXV. s. num. 3023. et 3024. catal. MSS. Angliae tom. I. sunt: 1) Catena in Prouerbia, collectore *Polychronio diacono,* gr., 2) eiusdem exegesis in Canticum canticorum, gr. atque in cod. LXXXIV. siue nr. 3073. catal. *Polychronii* catena in Prouerbia. *Harl.*

[P] *In Ecclesiastem* Polychronius diaconus gr. MS. in bibl. Bauarica [cod. L. in catal. codd. gr. Bau. p. 14.] teste Ioanne Meursio. Fuit etiam in Escurialensi, teste *Labbeo* p. 177. et 386. bibl. nouae MSS. Exstant et Polychronii fragmenta quaedam in Catena ad ecclesiastem graeca inedita, quam Oxoniae bibliotheca seruat Bodleiana: [in *Taurin.* cod. XCVII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 186.]

In Canticum Canticorum cum Eusebii et Pselli expositionibus Polychronianam graece edidit Io. Meursius Lugd. Bat. 1617. 4. [rec. in Meursii opp. Florent. 1746. tom. VIII. pag. 289. *Harl.*] Inscribitur: Ἐξήγησις διαφόρων εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων ὑπὸ Πολυχρονίου. [v. Morelli bibl. cit. pag. 37.]

De Polychronii Ἐξηγήσει in *Ieremiam*, *Ezechielem* et *Danielem* non repetam, quae dixi Volumine VII. huius bibl. pag. 753. [d]) vbi etiam de Polychronio *presbytero CPol.* apud Sozom. IX. 2. Polychronio *Hierosol. episcopo*, cuius meminit Petrus Damiani Opusc. VI. cap. 17. tom. III. p. 46. et de Polychronio *Monothelita* etc. Hisce ex Actis Conciliorum addi possunt Polychronius episcopus *Antipatridis* in Palaestina, qui synodo Chalcedonensi a. 451. interfuit, Polychronius *Areopolitanus*, itidem Palaestinae episcopus, qui a. 536. subscripsit epistolae missae ad Ioannem CPol. Polychronius *Dablis*, episcopus in Hellade, qui interfuit Concilio Rom. a. C. 503. Polychronius *Epiphaniensis* in Cilicia, qui Concilio Chalcedonensi subscripsit a. 451. Polychronius *Heracliae* Cariae, qui interfuit Concil. Ephesino a. 431. Polychronius episcopus *Prusae* in Bithynia, qui interfuit sextae synodo a. C. 681. Polychronius denique presbyter ac prior monasterii *Aethrii*, qui subscripsit Concilio sub Mena a. 536. *Fabr.*

[Polychronii loca producuntur in *Sententiarum* quadam collectione, ordine alphabetico, *Florent.* in cod. Laurent. XV. plut. 7. de quo vide *Bandin.* in catal. MSS. Laur. I. p. 252. sqq. et *Venetiis* in cod. Marciano XXIII. de quo plura adnotauit cel. *Morell.* in Bibl. MSS. gr. et lat. I. pag. 43. seq. *Harl.*]

d) [Vol. VIII. p. 660. sq. nou. edit. vbi plura adscripsi Prophetar. maior. et minor. loca cum periochis Hesychii Hierosol. Theodoreti, *Polychronii* etc. in cod. August. Vind. v. *Reiseri* indic. MSS. August. bibl. p. 6. *Harl.*]

IV. *Theodori varii scriptis graecis clari, plures quam centum, quibus alii etiam nonnulli in veterum scriptis memorati adiiciuntur, asterisco distincti.*

Theodorus, *abbas*, ex cuius ore Leontius Byz. testatur se excepisse, quae libro de sectis tradidit: is enim inscribitur: σχόλια ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρȣ *e*) τȣ̃ θεοφιλεςάτȣ ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτȣ φιλοσόφȣ, τήν τε θείαν [?] καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν· *Scholia ex ore Theodori, religiosissimi abbatis doctissimique philosophi, diuinis pariter externisque litteris eruditi excepta.* De *Leontio ipso*, qui post annum Chr. 610. scripsit, eiusque operibus dixi vol. VII. huius Bibl. pag. 451. *Fabr.* s. vol. VIII. pag. 309. seq. nou. edit. vbi ego iam indicem scriptorum et haereticorum etc. quem Fabricius hoc loco dederat, iure postliminii restitui. *Harl.*

THEODORVS ABVCARA h. e. *pater*, episcopus (*Carae f*) incertum an *Carae* in Palaestina *g*), an vero Καῤῥῶν siue Charan *h*) in Mesopotamia,) Ioannis Damasceni, circa a. C.

e) Eiusmodi σχόλια de haeresi Arii, ex ore huius Theodori, MSta graece exstant in codice bibl. Vindob. de quo *Lambecius* III. pag. 65. *) Sed explicatio τῶν θείων καὶ δεσποτικῶν κανόνων siue sacrorum hymnorum, cuius pars in isthoc codice occurrit, non auctorem agnoscit eumdem Theodorum, vt scripsit Caueus, sed longe iuniorem *Cyrum Theodorum Prodromum*, qui circa duodecimi saeculi initia floruit, de cuius scriptis dixi volum. VI. huius bibl. p. 815. seq. [vol. VIII. p. 137. sqq. nou. edit.] Diuersus ab vtroque Theodorus ὁ κανόνων ποιητὴς apud *Codinum* in Originibus CPol. nr. 104. intelligitur enim *Theodorus Studita*, de quo infra, et cuius *Theodori monachi* canonem siue hymnum catanycticum ad Christum memorat MS. *Lambecius* V. pag. 268. [p. 563. ed. Kollar. *Harl.*]

*) [Pag. 171. sq. nr. 3. Kollar. it. vol. VII. p. 135. nr. 6. ibique not. Kollar. — in vol. V. pag. 196. nr. 21. cod. CCXXXVII. sunt apophthegmata et monita ascetica miscellan. abbatum Io. Colobi, Esaiae, *Theodori*, Theonae, et Arsenii, ex vitis patrum collecta. *Harl.*]

f) *Cotelerius* ad homiliam V. Clementin. tom. I. Patrum apostol. p. 662. *Videtur dictus* Ἀβȣκαρᾶ, *nomine arabico, quod significat* Patrem, *h. e. episcopum vrbis Carae.*

g) *Guil. Tyrius narrat, vrbem, quae Cara vocaretur, exstitisse in Palaestina trans Iordanem, quae metropolitae Rabbathae subiecta esset. Quidni huius ciuitatis praesul Theodorus fuerit, qui, vt ex capite IV. operum eius discimus, ab epistolis arabicis fuit Thomae, patriarchae Hierosolymitano, vt epistolam eius ad Armenios arabice scriberet, vti graece Michael, patriarchae huius presbyter et syncellus.* Haec *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. pag. 591. cui in eo non audeo adsentiri, quod Theodorum facit ab epistolis Thomae, qui patriarchatum haud obtinuit ante a. C. 801. Atque ex inscriptione opusculi quarti Abucarae potius suspiceris; illud scriptum iam ante aliquod temporis fuisse compositum ab Theodoro, lingua arabica, deinde vero ob solidam succinctamque perspicuitatem iussu Thomae fuisse graece versum a Michaele Syncello, et ad Armenios transmissum. *Fabr.* — Confer de Theod. Abucara *Guil. Caue* in scriptorum eccles. historia litter. vol. II. ad a. 867. s. saeculum Photianum, p. 54. sq. edit. Basil. — *Du Pin* Hist. eccles. vol. VII. p. 109. — *Bayle* Dictionaire etc. tom. I. p. 35. voc. *Abucaras.* — *Fabric.* nostrum de veritate christ. relig. cap. 2. §. 37. p. 119. — *Oudin.* supplem. p. 259. *Hambergeri* zuverläßige Nachricht. tom. III. p. 532. sq. *Saxii* Onom. lit. II. p. 90. et 543. *Walchii* Histor. haeres. (germanice scriptam,) tom. VIII. p. 857. seq. *Harl.*

h) Hoc placuit Cotelerio, et ante Cotelerium Turriano, atque longe praeferendum illorum sententiae, qui Theodorum nostrum cum Cariae episcopo confundunt. vid. *Assemann.* tom. II. Bibl. orient.

a. C. 756. defuncti [i]), discipulus: Theologiae ac Philosophiae [k]) arabicaeque peritus linguae, et scriptis aduersus Iudaeos, Muhamedanos, Nestorianos et Iacobitas Seuerianos et Origenistas clarus fuit circa a. C. 770. adeoque a Theodoro Cariae [l]) in Thracia et Laodiceae postea episcopo, Photii amico primum [m]), deinde desertore et in synodo octaua a. C. 869. Ignatii sequuto partes, haud dubie distinguendus, perinde vt a Theodoro Rhaituensi, [n]) qui circa a. 660. claruit, et a Theodoro Hagiopolitano siue Antiocheno, [o]) sub cuius nomine opuscula quaedam Abucarae Canisius publicauit.

[?] *Edita Theodori Abucarae opuscula.* [p]) *Maiores numeri praemissi Gretserianam, minores editionem Genebrardi respiciunt.*

15. I. Ὅτι πέντε ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐλυτρώσατο. *Dialogus de quinque inimicis*, morte, diabolo, maledicto Legis, peccato et inferno, *a quibus nos Christus*

orient. p. 292. not. 3. De hac Charan siue Carris Mesopotamiae, erudite b. *Tho. Ittigius* diss. ad Theodori Abucarae opusculum XVII. §. V. et VI. v. etiam *Ez. Spanhemium* ad orat. I. Iuliani p. 170. *Zaccagnium* ad Archelai Acta cum Manete, et Millesium ad Cyrill. Hierosol. p. 95.

i) De Damasceno dictum superiore volumine VIII. p. 772. seq. [vol. IX. p. 682. sqq. nou. ed.] Abucara autem in titulo opusculi XVIII. profitetur, se illud accepisse διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. Neque hoc solum, sed alia quoque, vt XXXV. et XXXVII. quemadmodum palam est, illa conferenti cum Damasceni scriptis, et disceptatione cum Saraceno tom. I. edit. clarissimi Lequinii p. 467. seq.

k) Inscriptio opusculi XXVII. Θεοδώρου φιλοσόφου Ἐπισκόπου Καρῶν etc. Opusculi XXXIV. τοῦ Θεολόγου περὶ χρόνου, τοῦ αὐτοῦ Ἀβουκαρᾶ.

l) Cum hoc Theodoro nostrum confundere primum docuit Gretserus ad opuscula Abucarae a se edita, quem sequuti sunt *Ducaeus* in Auctario bibl. Patrum, *Lambec.* V. p. 77. et 558. [pag. 33. 168. not. ad nr. 7. et in ind. I. ad illud vol. pag. 757. sq. Kollar.], *Nesselius* part. I. p. 254. IV. p. 153. VI. p. 119. *Caueus* in Historia literaria scriptorum eccles. ad a. 867. *Hendreichius* in Pandectis Brandenburg. p. 24. aliique.

m) Vide Nicetam in vita Ignatii T. V. Concil. edit. Harduini p. 980. seq. et Concilium a. 869. CPoli celebratum actione II. p. 1035. et IV. pag. 1050.

n) Cum hoc confunditur ab Antonio Posseuino in adparatu sacro, vbi de Theodoro Abucara dicere quum coepisset, *vide autem*, inquit, *in verbo Theodorus in coenobio Raithu, est enim idem.* Dubius etiam haerebat Gretserus in nota ad opusculum XXVI. quod in altero codice Bauarico tribuitur Theodoro Raithuensi. Haec sententia etiam placuit viro docto, de quo Andreas Arnoldus praefat. ad S. Athanasii syntagma doctrinae: *Redit in memoriam virum doctum in Anglia ad saeculum septimum retulisse Abucaram etc.*

o) Vt Theodorus Hagiopolitanus non diuersus est ab Antiocheno, (Antiochia enim passim Ἁγιόπολις vel Θεόπολις,) ita Antiochenus idem cum Mopsuesteno, de quo supra abunde dictum. Quae vero sub Theodori Hagiopolitani nomine latine exhibuit *Henricus Canisius* tom. IV. Antiquae Lect. part. I. p. 281. sqq. tria opuscula, a Turriano e graecis translata atque sub eodem nomine recusa in bibliothecis Patrum Paris. 1654. tomo IV. et Colon. 1622. in supplemento, siue tomo XV. illa inter Theodori Abucarae scripta num. XXVII. XXVIII. XXIX. fide MSS. codicum edere non dubitarunt Gretserus ac Ducaeus, primum *de nomine Dei*, alterum *de Deo et Deitate*, et tertium *contra Nestorianos*. Fefellit memoria Io. Mollerum, qui in homonymoscopia pag. 521. illa tria opuscula sub Theodori Raithuensis nomine a Canisio publicata fuisse adfirmat.

p) Opuscula varia *Abucarae*, et de Christianorum haeresibus sunt in cod. *Escorialensi*. v. *Plüer* in

stus liberauit. Edit. Ingolstad p. 376. Vertit praeter Genebrardum Franciscus Turrianus. Incipit: Πέντε θανατηφόρες ἐχθροὺς ἔχομεν. [In cod. Vindobon. obseruante *Koll.* ad Lambec. VII. p. 292.]

II. *Διάκρισίς τε καὶ διασάφησις τῶν περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι καταγίνονται φωνῶν, καὶ ἔλεγχος τῆς τῶν Ἀκεφάλων, Σευηριανῶν ἤτοι Ιακωβιτῶν ψυχοφθόρου αἱρέσεως. Explanatio vocum* q), *quibus philosoph utuntur, et confutatio haeresis Acephalorum, Seuerianorum, id est Iacobitarum.* pag. 286. Incipit: Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἐρασταῖς τε καὶ προασπισταῖς. Vertit Turrianus. [In cod. *Vindob.* LXXVII. v. Kollar. l. modo citato, et *Mosquae* in cod. synodali XXXII. vid. *Matthaei* notit. p. 291. nr. 6. in 8. *Harl*]

1. III. *Διάλογος γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου* r) *Ἐμέσης (λογοθέτην) αἰτησάμενον ἀποδειχθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμοῦ ὅτι ἐστὶ Θεός. Dialogus cum praefecto cursus publici Emeseno qui petierat vt ratiocinatione demonstraret, Deum esse.* pag. 414. Incipit: ἀπόδος, ὦ οὗτος, ἀπόδειξιν. Verterunt Genebrardus et Turrianus. De MS. caesareo vide *Lambecium* V. p. 78. [p. 168. nr. 7. ed. Kollar. et VII. p. 289. notante Koll.]

IV. Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν. *Epistola continens* de Christo *fidem orthodoxam* Chalcedonensis concilii, *missa a* B. Thoma *patriarcha Hierosolymitano ad haereticos in Armenia, arabice vero dictata* (ἀπαγορευθεῖσα Ἀραβιστὶ) *a Theodoro Abucara, et in graecum sermonem translata a Michaële presbytero et syncello ecclesiae Hierosoly-*

in itinerario per Hispan. p. 191. coll. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 624. *B.* ac p. 706. *D.* in duobus codd. bibl. Sfortianae *Abucarae* dialogus, in quo demonstrat syllogismis, deum esse; atque aliae variae responsiones ad quaestiones Arabum, s. Saracenorum et Nestorianorum. — Varia *Vindobon.* in codd. caesar. v. *Lambec.* cum *Kollarii* not. V. p. 168. et VII. p. 155. sqq. atque p. 289. sqq. — *Paris.* in cod. MCCCI. sunt secundum Fabric. ordinem nr. 1. 3. 6. 7. 9. 11-14. 16. 22. 23. 31. tum colloquium de christiana religione et mosaica lege; item responsio ad quamdam quaestionem, et dialogus nondum editus, *quo ostenditur, Christi hypostasin in passione solutam non esse:* in cod. MCXI. sunt eiusd. opusc. quae a Fabricio notantur, nr. 2. 3. (qui dialogus est quoque in cod. MCCLVIII.) nr. 5. 6. 7. 10. (et in cod. MCCCLXXII.) nr. 18. (*ex disputationibus aduersus Saracenos, referente Io. Diacono,*) nr. 20. 22. 25. tum nr. 14. 16. 11. item *interrogatio a Saraceno quodam aduersus christianam religionem proposita,* et *tertius,* hactenus ineditus *dialogus cum Nestoriano:* in vtroque cod. colloquium *de non comedenda suilla. Monac.* sunt in codd. Bauar. (ex quibus ediderat opuscula Gretserus,) LXVI. et CIV. Singula, quae in illis exstant, distincte sciteque recenset cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 3. pag. 18. sqq. ac 27. sqq. et part. 7. p. 4. sqq. Multi *Abucarae* libelli sunt in cod. *Mosquensi* synod. XXXII. quos recenset *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosq. p. 291. sqq. ed. in 8. *Harl.*

q) Distinguit Theodorus inter vocabula philosophice accepta et logice. Φιλοσοφικὰ ὀνόματα adpellat, quae rem ipsam denotant, vt sunt, Petrus, homo, animal: λογικά, quae conceptionem logicam, vt indiuiduum, persona, species, genus, natura etc. Sic, opusc. XXVIII. pag. 514. distinguit inter κατηγορούμενα οὐσιωδῶς et ἐκουσιωδῶς.

r) Est quoque *Mosquae* in cod. synod. XXXII. nr. 7. v. *Matthaei* in notit. codd. MSS. gr. Mosq. p. 291. ed. in 8. Is vero loco δρόμου coniicit θρόνου, et accipit de sede episcopali, seu de episcopo Emesae. *Harl.*

Hierosolymitanae. pag. 428. [P] Incipit: Χριςὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. De MS. caesareo vide *Lambec.* V. p. 13. [p. 33. nr. 2. et VII. p. 290. sq. Kollar. *Mosquae* in cod. syn. XXXII. v. *Matthaei* notit. p. 291. nr. 1. ed. in 8.] Vertit Turrianus.

V. Responsio breuis ad quaestionem, διὰ τί λέγομεν, ὅτι etc. *Quare, sicut dicimus, humanitas Christi est ipsa humanitas Petri et Pauli, et uniuscuiusque hominis, non sic dicimus, corpus Christi, quod sumimus et participamus, idem est Petri et Pauli et cuiusuis corpus?* pag. 451. Etiam hoc memorat MS. *Lambec.* V. p. 78. [s]) Vertit Turrianus.

VI. Παράδειγμα. *Exemplum quo ostenditur quomodo macula peccati Adami, et per incarnationem Saluatoris nostri, expiatio ad uniuersum genus humanum peruaserit.* Vertit Turrianus. p. 452. Incipit: Φασὶν οἱ γεηπόνοι, siue, vt in MS. caesareo apud *Lambecium* [V. p. 169. nr. 9. et VII. p. 290. adnot. Kollar.]: Οἱ γεωργικοί.

4. VII. Περὶ τῆς πάλης τῦ Χριςῦ μετὰ διαβόλυ. Dialogus *de luctatione Christi cum diabolo.* Incipit pag. 452. Χριςὸς Θεὸς ὢν καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας. Verterunt Turrianus et Genebrardus. MS. Graece *Lambec.* V. pag. 78. [pag. 169. 10. et VII. pag. 291. Kollar.]

3. VIII. Ἐρώτησις Ἀράβων πρὸς χριςιανόν. *Interrogatio Arabum contra Christianum.* p. 458. Incipit: Εἰπέ μοι, χριςὸς Θεός σῦ ἐςίν. Vertit Turrianus, itemque Genebrardus. [in cod. Vindob. ap. *Kollar.* ad Lambec. VII. pag. 291.]

*) In cat. MSS. Angliae etc. tom. I. pag. 262. nr. 27, 2. in Collectan. *Iamesii*, ex statutis conciliorum collectis, vt videtur, per *Theodorum Cantuar.* archiep. — Ibid. in bibl. *Cantabrig.* collegii S. Benedicti, nr. 1410. liber poenitentialis. — nr. 1511. liber compositus ex decretis et conciliis paparum, forte *Theodori Cantuar.* — nr. 1535. canones concilii Nicaeni et aliorum, lat. et saxonice: atque confector catalogi, hic liber, ait, videtur esse scriptus primo latine, per *Theodorum Cantuar.* et per Alfricum translatus anglice. — Ibid. vol. II. part. 2. nr. 280. *Dublini*, Poenitentiale, ex bibl. Cotton. ac nr. 755. ex MS. bibl. Thuani. *Harl.*

[Theodorus, *Coetonita.* v. infra in hoc vol. de Theodoro Studita, nr. 22. et vol. X. pag. 137. *Harl.*]

Theodorus *Chius* ſtoicus. Laërt. II. 104.

Theodorus *Colophonius*, cuius poëma ἀλῆτις citatur a Polluce IV. 55. Theodori ſiue Philonis ἡ τῦ νεὼ ποίησις. id. X. 188.

Theodorus κρίθινος, iconomachus, condemnatus in ſynodo octaua Actione VIII. a. C. 869. vide infra, in *Galata.*

Theodorus, *comicus.* Heſychius in Πελεθόβαψ· Θεόδωρος ὁ κωμικὸς ὁ ὑποκριτὴς ὅτως ἐπεκαλεῖτο. Τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτὸν φασὶν γεγονέναι.

Theodorus, *Conſtantini* Porphyrogeniti paedagogus, ſub decimi ſaeculi clarus initia, cui *Lambecius* IV. p. 11. ſeqq. [a]) tribuendas eſſe obſeruat, quae in bibl. Vindobonenſi MS. exſtant, haſce orationes quinque:

1. Πρὸς τὸν μέγαν οἰκονόμον τὸν τῦ πατριάρχυ ἀδελφόν. Incipit: μικρόν μοι πρός σε τὸν μέγαν τὸ τῦ λόγυ δῶρον, τῦ Θεῦ ἄνθρωπε.

2. Πρὸς τὺς αὐτῦ μαθητὰς ἀτακτήσαντας. Incipit: πῦ ποτέ εἰσιν οἱ τὸ αὐστηρὸν ἡμῖν ὀνειδίζοντες.

3. Ὑπὲρ Εὐνόχων. Pro eunuchis in gratiam fratris, eunnchi. Incipit: εὕρηκά σοι τῆς εὐνυχίας συνήγορον ἄμισθον. Praemiſſa duplici προθεωρίᾳ.

4. Πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Κωνςαντῖνον. Incipit: Δῶρόν τι καὶ ἐγὼ, Βασιλεῦ, τῦτο δίδωμι.

5. Πρὸς τὺς μαθητάς. Incipit: ἔδει μέν με λέγειν, ὦ παῖδες.

* Theodori *CPolitani* patriarchae tres: vnus e presbytero, a. C. 676-678. et 683-686. alter Spatharocandidati F. 821. et tertius Theodorus Copas Irenicus, a. 1215.

[Theodorus, *conſul*, in inſcriptione ap. *Montfaucon.* in Diario italico pag. 315. *Harl.*]

Theodorus *Cretenſis* archiepiſcop. in veteri inſcriptione gr. Gortynae reperta, ap. *Tournefort.* pag. 25. Itinerarii.

[P] Theodorus, *Cronus* dicitur quibusdam, qui rectius Diodorus. Vide, quae lib. III. cap. 31. vbi de variis Diodoris.

[Theo-

a) Siue pag. 22. ſqq. ed. Kollar. cuius notas ſqq. Lambec. illas oratt. inſerere voluit Supplemento corporis Byzant. conferes. Ex Lambecio *Oudinus* tom. II. p. 429.

[Theodorus, *Cuphlidensis*, vnus ex archimandritis coenobii Barſumae, circ. an. Graecorum 1575. V. plura de eo in *Aſſemanni* bibl. orientali, vol. II. p. 379. ſq. *Harl.*]

Theodorus *Curopalata*, Smyrnaeus. Infra in Smyrnaeo.

Theodorus, *Cutula*, Theſſalonicenſis, aequalis Nicephori Gregorae, defuncti a. 1359. ad quem epiſtolas ſcripſit, ex quibus eſt, quam graece et lat. dat *Ioannes Boiuinus* ante tomum I. Hiſtor. Byz. a Gregora ſcriptae Pariſ. 1702. fol. [add. ſupra, vol. VII. p. 615. ſub fin.]

Theodorus *Cynulcus* ſiue cynicus, quem Athenaeus loquentem inducit in Dipnoſophiſt. XV. p. 669. [ſed v. ad vol. III. p. 525. *Harl.*]

Theodorus, *Cynopolita*, Aegyptius rhetor; cuius Ethopoeiam ſub Seueri Alex. nomine editam habemus. v. quae dixi lib. IV. c. 30. pag. 412. *Fabr.* in vol. VI. pag. 53. nr. 6. et pag. 139. nou. ed. *Harl.*

Theodorus, *Cypri* epiſcopus, citatur in Catena MS. patrum graec. ad Matth. X. Vide infra, *Trimithuntis*.

Theodorus, *Cyrenaeus*, geometra, quem audiuit Plato. *Laert.* II. 103. III. 6. *Fabr.* Conf. ſupra, vol. I. p. 876. et vol. IV. p. 85. cum nota *kk*. *Harl.*

Alius Theodorus Cyrenaicus, qui Atheis vulgo adſcribitur, de quo ſupra, in atheo. Videndus etiam *Allatius*, ad Socratis epiſtolas pag. 226. ſeq. Hic eſt, quem conqueſtum narrat Plutarchus, dicta ſua, quae dextra porrigeret, ab auditoribus ſuis ſiniſtra accipi p. 468. de animi tranquillitate.

Theodorus, *Cyzicenus*, ſiue Cyzici metropolita, cuius ſermo in S. Blaſium incipit: *Βλάσιον τὸν μέγαν ἐν ἱεράρχαις*. Allatius de Simeonibus p. 84. [v. ſupra, in Vitis SS. voc. *Blaſii.*]

Theodorus, *Damaſi* epiſcopus ſubſcripſit concilio Chalcedon. a. C. 451.

Theodorus *Daphnopates* ſiue *Daphnopata* in hiſtoria Byz. citatur a Io. Scylitze et Cedreno. Ei vitam Theodori Studitae tribuunt quidam codices, quae edita eſt, velut auctore Michaele monacho. *Fabr.* [Orat. in Ioannis baptiſtae manum, Antiochia adlatam, in cod. Vindobon. CXI. 5. vbi noſter adpellatur *Primus a Secretis et Patricius*. v. *Lambec.* IV. p. 132. ibique Kollar. qui adnotat, extare illam latine in Act. SS. Iun. tom. IV. d. 24. Iun. pag. 739. ſqq. — Eadem *Paris.* in cod. MDXVI. 14. bibl. publ. vide ſupra in hoc vol. in elogiis etc. Sctor. in Ioann. natalem, et manum adlatam, tum in vita Paulli apoſtoli: nec non paullo poſt de Theodoro Studita. Add. ſupra not. *i.* ad vol. VII. p. 725. vol. VIII. p. 296. nr. 27. — Idem ſcripſit vitam Theodori Studitae, in cod. *Auguſt.* Vindel. in Reiſeri Indice MSS. bibl. Auguſt. p. 13. vbi etiam *Magiſter* vocatur. — Eiusdem Apanthiſmata ſiue floſculi ex variis S. Io. Chryſoſtomi Opp. de-

 cerpti,

cerpti, et in XXXIII. capita diuisi, in cod. Vindobon. caesar. CLIII. 1. et CLIV. v. *Lambec.* IV. p. 313. sqq. et pag. 316. sq. ed. Kollar. — *Augustae* Vindel. de quo cod. plura dedit *Reiser.* in Ind. MSS. bibl. August. p. 28. sq. — orat. anonymi, qui in contextu gr. Μάγιστρος tantum vocatur, orat. in Gregorium Nazianz. Vindobon. in cod. CCLXVI. 13. v. *Lambec.* V. 418. vbi Lamb. auctorem esse putat Symeonem Sethum; sed Kollar. adnotat, eamdem orat. in cod. X. nr. 10. (in vol. VI. part. 1. pag. 81. vbi quoque v. Kollar.) diserte adscribi *Theodoro magistro,* indeque *Oudinum* in Comment. suis, tom. II. pag. 450. coniecisse, Theodorum Daphnopatam circ. a. 956. clarum, fuisse. *Harl*] Eius homil. in manum Ioan. Baptistae CPolin translatam a. C. 956. vid. Mem. de Trevoux 1708. p. 426. Praeit illam distichon gr. cum lat. versione, Voyage liter. des II. Benedictins pag. 223. De eiusdem Theodori apanthismatis, ex Chrysost. tom. VII. Sauil. p. 669. et Ducaei tom. VI. pag. 663. *Oudin.* tom. XII. p. 448. et de aliis, ei tributis scriptis.

[Theodorus *Decapolita;* eius Nouella, sub nomine Constantini Porphyrog. imper. composita, in cod. iuridico *Vindobon.* III. 11. cum aliorum nouellis. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 37. qui prouocat ad animaduerss. suas in Georgii Codini catal. imperator. CPolitan. pag. 209. ed. Paris. in corpore historiae Byzant. vbi egit de hoc Theodoro Decapolita, eiusque nouellis sub nomine Constantini Porphyr. imp. compositis ac promulgatis. *Harl.*]

[Theodorus, *Despota,* seu princeps Laconiae, quem in oratione funebri eius frater, Manuel Palaeologus imper., ac Demetrius magister epigramm. laudarunt, in cod. *Vindob.* caes. LXXXVIII. nr. 7. Plura de illo collegerunt *Lambec.* et *Kollar.* in comment. de bibl. caesar. VII. p. 335. sqq. et conf. infra vol. X. p. 394. ed. vet. *Harl.*]

Theodorus, *diaconus* Byz. vide in Byzantio.

Theodorus, *diaconus* Alex., qui in concilio Chalcedonensi a. C. 451. libellum obtulit adversus Dioscorum, episcopum Alex. in Actione tertia iam dicti concilii tom. IV. edit. Labbei pag. 395. et Harduin. tom. II. p. 321.

Theodorus, *diaconus* Rom., cuius mentio apud Palladium in S. Chrysostomi vita. *Fabr.* Ad Theodor. *diacon.* epist. Theodori Studitae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 314. — *Theodorus,* diaconus, ὁ Περδίκης, inter eos, qui subscripserunt condemnationi Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni, in synodo CPolit. v. *Lambec.* V. p. 423. Kollar. In *Assemanni* Bibl. orient. tomi tertii part. I. pag. 143. 141. 131. 147. et 198. etc. nominantur *Theodori,* et quidem 1) diaconus ecclesiae Hierosolymitanae Nestorianorum, aequalis Iesuiabi: 2) episcopus, eiusd. aequalis; 3) episcopus Hormuzi, scriptor, 4) episcopus Maru, scriptor: 5) Bar-Choni, cognomento, commentator, episc. Lasciumae, scriptor: 6) episcopus Cascarae: 7) metropolita Gandisapor etc. *Harl.*

[Theodorus *Docianus,* scriba codicis, a. Chr. 1328. v. *Montfaucon.* diar. ital. pag. 367. sub fin. *Harl.*

Theodo-

Theodorus *Duca Lascaris*, imperat. qui a. C. 1259. patri Ioanni Ducae successit. v. infra ad Theodorum Lascarem.

Theodorus, archidiac. *Edessenus*, sub saeculi XII. initia clarus, cuius *capitula CII.* graece et lat. in thesauro suo ascetico vulgauit *Petrus Possinus*, Paris. 1684. 4. p. 345. Quinquaginta tantum latine ante lucem viderant in bibliothecis Patrum. *Fabr.* Capita centum paraenetica in codd. caesar. CLVI. 7. et CCXXXIV. 4. v. *Lambec.* IV. pag. 325. ac vol. V. p. 146. et in cod. *Paris.* DCCCLVIII. nr. 22. bibl. publ. — In cod. *Bauar.* XXV. ex capitibus Theodori Edesseni, numero quinquaginta, a *Iac. Pontano* cum Symeonis iunioris oratt. aliisque opusculis, Ingolstad. 1603. 4. v. *Hardt.* l. c. 1803. part. IV. p. 34. — capp. XLIV. de LXXXII. in cod. *Barocc.* CCXIV. — capita ascetica in cod. *Th. Gale* CIII. s. num. 5937. cat. MSS. Angliae II. p. 188. — capp. XCII. in cod. *Coislin.* CXXIV. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 199. et 186. de cod. CXII. s. collectione rerum moralium ex Opp. scriptorr. eccles. — Fragmm. *Florent.* in cod. Laurent. XXX. plut. 10. *Bandini* catal. codd. gr. Laur. I. p. 494. sq. — capp. centum in cod. *Mosquensi* XVIII. nr. 12. et nr. 11. legitur vita *Theodori Edesseni.* v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. pag. 28. ed. in fol. — Eiusd. vita est in codd. *Coislin.* XXXVII. CXIX. CCXXII. et CCCLXXXVIII. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. pag. 111. 192. 198. et 584. — Iesuiabi epist. ad *Theodorum*, archidiaconum Edessen. v. *Assemann.* Bibl. oriental. tomi tertii part. I. p. 143. et vol. II. p. 325. de *Theodoro*, episc. Edesseno ac pag. 231. 232. 370. de alio *Theod. Edessen.* cognomento *Sukair*, a. 1208. *Harl.*

Theodorus *Ephesius*, pictor, cuius Laertius II. 104. meminit ex Theophanis libro de pictura.

Theodorus, *epigrammatum* poëta. *Laert.* II. 104. Theodori epigrammata duo in Anthologia. *Fabr.* Ex *Cyri* (domini) *Theodori* epigrammatibus tetrastichis, heroicis et iambicis et elegiis, *Dublini* in cod. CCLXXXVIII. coll. S. Trinitatis, s. nr. 428. cat. MSS. Angliae etc. II. 2. — *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 232. Θεόδωρος ποιητής· ὃς ἔγραψε διάφορα δι᾽ ἐπῶν· καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι᾽ ἐπῶν. Conf. supra, vol. IV. p. 497. *Harl.*

[P] * Theodorus *Erechthiensis*, pater Isocratis rhetoris, teste Plutarcho et Photio, apud quos Ἐρεχθιέως pro ἀρχιερέως legendum ex Stephano in Ἐρεχθία notat Menagius p. 119. ad Laert.

Theodorus *Exapterusus*, rhetor insignis, qui Georgium, Acropolitam, vt ipse c. 32. testatur, instituit. v. *Allatium* de Georgiis, pag. 351.

Theodorus *Gadarenus*, rhetor, cuius auditor Rhodi fuit Tiberius imp. Vide supra lib. IV. c. 32. pag. 488. [vol. VI. p. 139. ed. nou.] citatur a Quintiliano III. 1. Theone in progymnasm. Longino, Fortunatiano aliisque. Vide Grangaeum ad Iuuenal. VII. 177. Casaubonum ad Sueton. Tiber. c. 57. Ab hoc fuit etiam Theodorea secta, Straboni et aliis memorata. Scripta eius apud *Suidam* [et *Eudociam* p. 230. Ἰωνιᾶς] libri tres περὶ τῶν ἐν φωναῖς ζητουμένων. Περὶ ἱστορίας α. Περὶ θέσεως α΄. Περὶ δια-

λέκτων ὁμοιότητος καὶ ἀποδείξεως β΄. Περὶ πολιτείας β΄. Περὶ κοίλης Συρίας α΄. Περὶ ῥήτορος δυνάμεως α΄.

Theodorus *Gasta*, iconomachus, qui cum Theodoro Crithino ſubiicitur anathemati in concilio CPol. a. 869. *Fabr.* v. epiſtolam ſynodi Nicaenae ad eccleſiam Alexandrinorum, quam *Montfaucon.* in bibl. Coislin. pag. 96. ſqq. e cod. XXXIV. gr. ac lat. publicauit, pag. 101. fin. *Harl.*

Theodorus *Galata*, cuius teſtimonium contra imagines adfert et oppugnat Nicephorus CPol. in anthirreticis MSS. Hic eſt Theodorus, qui a quibusdam dictus [b]) *crithinus* ſiue *hordeaceus*, per contemtum, vt Dinarchum adpellabant Demoſthenem *κρίθινον*, teſte Hermogene.

[Theodorus, *monach.* St. Galli et abbas primus Campedonenſis. Scripſit vitam *S. Magni*, in *H. Caniſii* antiq. lectt. tom. I. p. 655. ed. Baſnag. *Harl.*]

THEODORVS GAZA *Theſſalonicae honeſto loco natus, Amurathe Graeciam omnem victricibus armis quatiente in Italiam* [c]) *venit, acumine fertilitateque ingenii nemini ſecundus, quum Graecos omnes linguae peritia eruditoque iudicio ſuperaret.* Victorino *autem* Feltrenſe [d]) *magiſtro vſus, vsque adeo copioſe et diligenter latinas litteras didicit, vt longe omnium latiniſſime ſcriberet, nec plane dignoſci poſſet, an exactius et citius ab eo latina graece, an ipſa graeca latinae*

b) Vide Acta concilii CPol. a. C. 869. habiti tom. V. edit. Harduini p. 878. 881. 915.

c) Circa a. 1430. Vide *Chriſtiani Frid. Boerneri* diſſ. 2. de exulibus Graeciae iisdemque litterarum in Italia inſtauratoribus Lipſ. 1705. 4. [melius copioſiusque in libro de doctis hominib. graecis, litterarum graec. in Italia inſtauratoribus. Lipſ. 1750. 8. p. 121-136. *Harl.*]

d) Huius Victorini Feltrenſis non memini me ſcriptum aliquod typis editum videre. Atque in monumentis illorum temporum altum de eo ſilentium. De *Victorino Feltrenſi*, [vti Fabr. in Emendandis et Addendis ad h. loc. ait,] Theodori Gazae praeceptore, adde, quod Georgius Trapezuntius Victorinum hunc patrem et amiciſſimum, ac de ſe optime meritum vocat in epiſtola, qua illi commentarium ſuum in Ciceronis orationem pro Q. Ligario dicauit. Ioannes quoque Andreas, Alerienſis epiſcopus, in epiſtola, tribus Liuii decadibus a ſe editis praemiſſa, altorem ſuum et praeceptorem vocat hunc Victorinum, et Mantuae eam partem decadum Liuii praelegentem audiuiſſe teſtatur. *Fabr.* Add. *Humphr. Hodii* libr. de graecis illuſtribus L. Gr. litterarum humaniorum inſtauratoribus etc. Londini 1742. 8. lib. I. cap. 5. (in quo is perſequitur Theod. Gazae vitam, munera, commorationem Florentiae, vbi interfuit concilio, Ferrariae, vbi multos annos ſumma gloria docuit academiae rector, et grammaticam ſuam praelegebat, Romae et Neapoli, fata ſcriptaque,) p. 55. Conferri quoque de Gaza poſſunt *Nic. Comneni Papadopoli* Hiſtoria Gymnaſii Patauini, tom. II. libr. 2. c. 9. nr. 34. pag. 174. ſq. — *Niceron* Mem. des homm illuſtr. tom. XXIX. p. 279. *Saxii* Onom. II. p. 409. ſq. qui praeterea alios libros citat, et pag. 575. Add. ſi vis, quae ego ſcripſi in Introduct. in hiſtor. L. Gr. II. 2. p. 547. et in Supplem. part. 2. pag. 65. ac 558. ſq. vbi ex litteris Villoiſonii ad me datis quaedam adnotaui. *Harl.* Add. de *Gaza Tiraboſchius* in Hiſt. liter. Italiae ital. ſermone ſcripta ſ. *Iagemannus* in Excerptis ex ea, vernacule ſcriptis P. III. vol. III. p. 553. ſqq. ſed de *Victorino Feltrenſi* eiusque diſcipulis agitur in copioſo opere, ita inſcripto: Idea dell' ottimo precettore nella vita e diſciplina di *Vittorino de Feltre* e de' ſuoi diſcepoli. Libri quattro del Cav. *Carlo de' Rosmini.* Baſſano, 1801. 8. *Beck.*

latine verterentur. Historias *enim* Aristotelis de animalibus e) et Theophrasti de plantis *ita latinas fecit, vt romanae linguae facultatem, quum noua vocabula sollerter effingeret, audaci sed generosa translatione locupletarit. Tanta porro felicitate librum* Marci Tullii de Senectute *graecum reddidit, vt peritissimi praeter adaequatos sensus ipsam quoque Ciceronis eloquentiae maiestatem scite et grauiter repraesentantem admirentur. Transtulit etiam* problemata Aristotelis et Hippocratis Aphorismos, [?] *vt praestantissimis auctoribus ad perspicuam fidem, nec obscure ad salutem humani generis sua dignitas redderetur. His vigiliis sacerdotium in magna Graecia, commendante Bessarione* f) *promeruit, quod certe satis esset moderato frugique homini et aduersus omnis luxuriae voluptates inuicto, nisi neglecta ratione totius reditus rapacibus Graeculis et Brutiis rei familiaris curam demandasset. Nouissime quum nobilissimas lucubrationes in membranis accurate perscriptas Xysto* g) *pontifici detulisset, nec pecunia vel ipsius librarii praemio digna redderetur* h), *indignatus subagreste iudicium,* effugere hinc lubet, *inquit,* postquam optimae segetes in olfactu praepinguibus asinis sordescunt: *atque ita in Bru-*

tios

e) Ipse quidem Gaza profitetur, libros se illos *non minus eleganter latine expressisse, quam Aristoteles graece scripsit.* Ceterum Guil. Rondeletio iudice (p. 124. libri de insectis et Zoophytis c. 18.) dum latinam linguam locupletiorem reddere studet, et graeca maxime fugiens latinis omnia exprimere voluit, aliquando tenebras rebus ipsis offundit, ita vt de ipsis difficile ancepsque iudicium reliquerit. Alia in eo reprehendit *Iul. Caesar Scaliger* ad Aristotelem de Plantis lib. 2. p. 411. cuius locum dedi lib. III. cap. XI. pag. 313.

f) Lepidus error Io. Christophori Rudigeri, qui sub Adolphi Clarmundi nomine vitas clarorum virorum germanice edidit parte IV. p. 56. in Gazae vita: Sowohl der Patriarch zu Constantinopel Bessarion, als auch der Cardinal Nicenus waren seine Bekandten und guten Freunde, durch deren recommendation er in magna Graecia ein sacerdotium bekommen. Bessario in epitaphio suo audit episcopus Tusculanus S. R. E. cardinalis Nicaenus, patriarcha CPolitanus. Adeoque cardinalis Nicaenus neutiquam diuersus a Bessarione, qui titulum patriarchae CPol. et archiep. Nicaeni tenebat, rem aliis reliquerat. Clarmundum deceperunt Boissardi verba male intellecta lib. I. imaginum p. 141. *Bessarioni patriarchae CPol. et cardinali Nicaeno familiaris fuit et amicus.*

g) Sixto IV. a. 1476. quum ante id tempus Nicolao V. a. 1455. defuncto opus idem, interpretationem suam librorum Aristotelis de animalibus, ipsius susceptam iussu destinasset et epistola praefixa consecrasset.

h) Quinquaginta aureos tulisse narrat *Io. Pierius Valerianus* lib. 2. de infelicitate litteratorum p. 159. *quum se totum inauratum iri* a pontifice *sperasset.* Studiis itaque *indignatus suis, quod tam parca sibi laborum et vigiliarum suarum merces tributa esset, nummos eos primum in Tiberim abiecit, mox ipse huius indignitate rei exulceratus, insolabili contabuit aegritudine.* Tho. de Pinedo ad Stephanum Byz. p. 306. *Thessalonica, hodie vulgo Italis* Golfo di Salonichi, *fuit patria Theodori Gazae, graecis et latinis litteris eruditissimi, qui libros Aristotelis de historia animalium Latii iure donatos Sixto summo pontifici dedicauit, ac ei auro et holoserico pulcre ornatos obtulit, quos quum pontifex vidisset, interrogauit, quanti constaret ornatus ille? Gaza quadraginta coronatis constare dixit: quos ei Sixtus reddi iussit: ac praeterea nihil, quum vir ille in tanta paupertate vixisset, vt, nisi eum dux Ferrariensis ad se vocasset, fame ipsi moriendum fuisset.* Haec iisdem verbis Leonhardus Cozzandus lib. I. de magisterio antiquorum philosophorum pag. 119. Ducentos aureos eum accepisse, legas in *Oudin.* SS. eccl. tom. III. p. 2542. Alii duodecim aureos memorant. v. *I. G. Schelhorn* Amoenitt. litter. tom. VII. p. 144. seq. et quem sequitur, *Io Wolfii* Lect. memorabiles tom. I. pag. 884. *Fabr.* Aliam, honestiorem, caussam, ex *Io. Lomeiero* de bibliothecis c. VIII. p. 117. ed. Schmid. adfert *Schelhorn* l. cit. Plura v. apud *Hodium* l. c. p. 62. sqq. cui tamen illa narratio fabulam redolere videtur, qui denique p. 66. nec, si illud, ait, verum fuisset, vide-

tios [i]) *ad sacerdotii sacram sedem contendit. Nec multo post plane senex fato functus est, nec iniqua quidem* [¶] *sorte, quum in Graecia natus et educatus in Italia, tamquam de vtraque lingua bene meritus in magna Graecia tumularetur.* Haec de Gaza Paulus Iouius in elogiis. Annum, quo obiit, ex Matthaei Palmerii aliorumque Chronicis constat, fuisse 1478. *Fabr.* Vtrum in Apulia, an Romae diem obierit supremum, incertum esse videtur *Hodio* l. c. pag. 66. id tamen ei certum, non Romae, sed in Apulia, vbi sacerdotium tenebat, corpus eius iacere sepultum, et esse, scribit, qui tradant, illud Roma illuc fuisse transuectum, id etiam subindicare Politianum in illius epitaphio quodam, vbi dicit, illum voluisse Magna in Graecia iacere. *Harl.*

Theodori Gazae scripta graeca.

1. *Grammaticae graecae* [k]) *libri IV.* Venet. 1495. fol. *Graece* vna cum Apollonio Dyscolo et aliis grammaticis (de quibus dixi volum. VII. huius bibl. pag. 13. [p. 293. nr. IX. nou. ed.] et Florentiae 1515. 8. in aedibus Philippi Iuntae vna cum Georgio Lecapeno de constructione verborum, 1520. et 1526. 8. c. Hephaestione. Item Venetiis 1525. 8. cum aliis grammaticis (de quibus volum. VII. pag. 15. [pag. 297. nou. ed.]) et gr. ac lat. apud Wechel. Paris. 1529. 8. 1540. [1534. 8.] Basil. 1549. 8. [libr. II. Basil. 1540. 8.]

Latine liber primus et secundus Erasmo interprete Colon. 1525. 8.

Graece et latine libri IV. cum interpretatione latina ab Erasmo, Conr. Heresbachio, Iac. Tusano et Cornel. Croco, Basil. 1522. 4. 1529. 4. auct. 1540. 8. et liber IV. cum versione et explanationibus Eliae Andreae Paris. 1551. 4. *Fabr.* Permultas edd. referunt *Maittaire* in A. T. (v. indic. voc. *Gaza* p. 427. sqq.) et *Panzer* in A. T. (v. ind. eod. voc. vol. X. 364.) — liber primus, graece, cum lat. Erasmi Rot. interpretatione. — Colloquiorum familiarium, incerto auctore, libellus, gr. et lat. numquam antehac typis excusus. In fine Basil. apud Io. Froben. 1516. 4. — liber I. graece, Louan. 1516. 4. et lat. interprete Erasmo Rot. ibid. ap. Theodoric. Martin. 1516. 4. — ibid. lat. ex offic. Rutgeri Rescii. 1516. 8. — gr. Paris. 1567. 4. — Grammaticae liber I. et II. sic translati per Erasmum. Basil. apud Io. Froben.

videtur Gupalatinus, ipsius Gazae amanuensis, eidem Sixto, cum tantis Gazae laudibus, dicaturus fuisse Aristotelis problemata, ab eo conuersa. *Harl.*

i) Romae mortuum esse, scribit Matthaeus Palmerius in Chron. ad a. 1478. et in iconibus Boissardus: sed in Calabriam secessisse atque ibi obiisse prae moerore, tradit etiam *Ios. Scaliger* in secundis Scaligeranis, Isaac Bullart, academ. des sciences tom. I. p. 274. Et Iouio, quam Palmerio maluit adsentiri Lambecius VI. pag. 278. Apud eumdem Gazae imagini aere descriptae subiectum legitur hoc distichon:

Altrix Roma, parens cui Graecia, Graecia magna
Fit tumulus, linguae gaza vtriusque vocor.

k) Simlerus scribit Sambucum Gazae grammaticam aliam ab edita habuisse. Videtur Gaza citari in scholiis graecis ad Euripidis Orestem v. 1525. *Fabr.* De edit. Aldina v. *Panzeri* Annal. typogr. III. p. 376. seq. eosque, qui bene multi sunt, quos laudat. Ibid. in vol. VIII. p. 33. nr. 881. Alphabetum hebraicum et graecum. *Theodori Gazae* introductionis grammaticae liber I. II. III. V. Paris. ap. Gourmont. 1516. 4. Haec opuscula seorsim singula typis expressa sunt. *Harl.*

Froben. 1518. 4. — libri I. et II. gr. cum interpret. Des. Erasmi Rot. Basil. apud Froben. 1521. 4. — Liber II. interpret. Erasmo Rot. Louan. ap. Theod. Martin. 1518. 4. — libri II. c. Moschop. gr. grammat. gr Basil. 1540. 4. — libri IV. gr. et lat. Paris. in aedib. Ascensianis. 1521. 4. Basil. in aedib. Valent. Curionis. 1523 4. et 1529. 4. — Colon. impensa Io. Soteris. 1525. 8. — Venet. 1527. 4. — Paris. ap. Mich. Vascosanum 1534. et 1535. 8. — *Quartus* de constructione, gr. Venet. ap. Aldum 1512. 8. et 1517. 8. cum Chrysolorae Erotematibus. — Enchiridion grammaticalis introductionis ex diuersis scriptoribus confectum. — *Theodori* grammaticalis introduction. in quatuor illarum quartum de Syntaxi etc. Florent. impens. Phil. Iuntae 1514. 8. rec. 1516. 8. Plura leges de hac edit. in *Bandini* Iuntarum typogr. Annal. part. II. p. 54. sqq et 108. seq. et de edit. Florent. 1520. et 1526. v. *Doruill.* criticam vannum p. 410. seq. — Liber quartus de constructione *R. Croco* interprete. Lips. in aed. Philippi Schumann. 1516. 4. — Colon. ap. Henr. Nouesiens. 1521. 4. — Add. Thesaurum grammaticae gr. de quo plura notaui in supplement. ad Introduct. part. I. pag. 31. seq. — *Mittarell.* de codd. Venet. Mich. p. 1114 seq. — Grammatica exstat MSta *Paris.* in duodecim codd. bibl. publ. — in cod. *Coislinia.o* CLXXV. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 230. — in cat. MSS. bibl. *Harleian.* nr. 5641. — *Oxon.* in cod. CCLIV. colleg. nou. s. nr. 1218. et *Cantabrig.* in cod. collegii Trinit. nr. 350. v. cat. MSSt. Angliae etc. part. 2. p. 36. et p. 97. — *Florent.* in codd. Laurent. XII. XV. et XVI. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 275 279. et 280. — *Taurin.* in cod. CCCVIII. v. cat. codd. Taur. gr. p. 394. — *Augustae* Vindel. in cod. fragmentum libri IV. v. *Reiseri* indic. MSS. Aug. p. 81. — *Vindobon.* in II. codd. v. *Nessel.* catal. codd. Vind. part. IV. p. 145. et 155. — *Venet.* in cod. bibl. Marc. DCXXV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 317 — In cod. *Bauar.* CLXI. Quod vero praemissa est definitio *Dionysii* Thracis, cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. XI. p. 24. suspicatur, scribendum esse, *Theodosii* expositionem grammaticae. — Conf. *Hodium* l. c. p. 71. sqq. vbi iudicia quorumdam VV. DD. de Gazae grammatica collegit, et *Maittaire* A. T. IV. part. 1. pag. 11. et 13. ac pag. 107. not. 3. — Iis, quae in supplem. etc. part. 2. pag. 358. ex epistola, ad me scripta a Villoisonio, dederam, ex eadem iuuat alia de Gazae grammatica hic adiicere. „Je crois vous avoir indiqué un livre fort célèbre chèz les Grecs, plein de connoissance, de recherches, et de πάρεργα, ou digressions déplacées, composé par un moine du mont Athos, d'origine Juive, nommé *Neophyte*, diacre, de la Morée: en voici, le titre: Θεοδώρε Γραμματικῆς εἰσαγωγὴ τῶν εἰς τέσσαρα εἰς τὸ τέταρτον, ὑπόμνημα ἐκ πολλῶν συνερανισθὲν ὑπὸ Νεοφύτε, Ἱεροδιακόνε, Πελοποννησίε, καὶ νῦν πρῶτον τύποις παρ' αὐτε ἐκδοθὲν. ἐπὶ τῆς θεοστηρίκτε αὐθεντείας τε ὑψηλοτάτε καὶ θεοσεβεστάτε ἡγεμόνος πάσης Οὐγκροβλαχίας κυρίε, κυρίε Ἰωάννε Γρηγορίε Ἀλεξάνδρε Γίκα, (Gika, prince de Walachie) Βοεβόδα, (Waiwode, titre des Princes de Walachie,) ἐν τῇ νεεργηθείσῃ τυπογραφίᾳ ἐν Βεκερεστίῳ. αψξη. Le feu Prince de Moldavie, Constantin Mourousi, m'avoit fait présent à Chourouchisimé, près de Constantinople, de ce gros commentaire in folio, qui a 1293. colonnes, sans compter la Table, qui est fort ample, la dédicace au Prince Gika, la preface, et la lettre de Neophyte à Eugene, diacre de Corfou. *Neophyte* y prend le titre de ὁ ἐξ Ἑβραίων, parce qu'il en descendoit. Il mourut à Bouchorest, en Valachie, ou il professoit la langue grecque. Ses compatriotes le regardent comme le plus savant grammairien de leur nation. Il met à contribution l'optique, l'astronomie, la logique

que etc. pour expliquer le quatrieme livre de la Grammaire de Théodore de Gaza. — *Daniel Cerameus*, Moine du Couvent de Patmos et Profeſſeur de langue grecque dans l'eſpece de gymnaſe de cette Ile, m'y a donné un autre Commentaire de ſa compoſition ſur ce même 4e livre de la Grammaire de Théodore de Gaza. Il l'à intitulé: Ἑρμηνεία εἰς τὸ τέταρτον τῆς τοῦ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ Γραμματικῆς, καὶ ἔκθεσις κατ' ἐρωταπόκρισιν τῆς κατ' αὐτὸν γραμματικῆς, φιλοπονηθεῖσα χάριν τῶν φιλομαθῶν, παρὰ Δανιὴλ, μονάχου Πατμίου, τοῦ καὶ Κεραμέως, τῆς κατὰ Πάτμον σχολῆς τῶν γραμματικῶν διδασκάλου. Ἐνετίῃσιν, 1780. παρὰ Νικολάῳ Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ἰωαννίνων (de la Ville de Iauinina) in 8. de 667. pages." Add. quae in Supplem. ad Introd. part. II. p. 63. ſeq. iam adnotata adiectaque ſunt. *Harl.*

2. *Liber de Menſibus Atticis, graece* cum grammatica editus Venet. 1495. fol. Florent. 1515. 8. [1520. 8. de qua ed. v. *Maittaire* A. T. indic. p. 428] 1526. 8. Venet. 1525. 8. Baſil. 1540. 4. Pariſ. 1550. 8. *Fabr.* *Maittaire* in A. T. II. p. 738. ſq. et ex eo *Panzer* in A. T. VIII. p. 140. citant: *Theod. Gaza* de Menſibus, graece. Pariſ. ex officina Gerardi Morrhii Campenſis apud collegium Sorbonae. MDXXX. (1530.) 8. ignorant vero ed. Par. 1550. Vereor igitur, ne in Fabr. bibl. gr. h. l. vitium ſit typographicum in nota anni. *Harl.*

Graece et latine cum verſione Ioannis Perelli Baſil. ap. Rob. Winterum, 1536. 8. et in Vranologio Petauiano Pariſ. 1630. fol. Amſt. 1703. fol. *Fabr.* vide ſupra, vol. IV. p. 29. not. *ffff.* — Gr. et lat. Baſileae per Balthaſarem Laſium et Thomam Platterum, m. Aug. cum Perell. de Epactis. Baſil. 1536. 8. teſte *Maittaire* in A. T. ind. voc. *Gaza*, pag. 429. pleniorem vero illius notitiam dedit *Panzer.* in A. T. VI. p. 317. nr. 1101. *Harl.*

Latine Perello interprete Pariſ. 1535. 8. cum Perell. de ratione lunae epactorum ſec. Gazam, c. tabula etc. atque in theſauro antiquitatum graecarum *Iacobi Gronouii.* Amſt. 1699. fol. tom. IX. Vide, ſi placet, quae de hoc argumento et Gazae ſententia notaui in Menologio ſiue libello de menſibus centum circiter populorum, edito Hamburgi 1712. 8. pag. 52. ſeq. *Fabr.* MS. eſt *Paris.* in tribus codd. bibl. publ. — *Florentiae* in cod. Laurent. IX. 1. et cod. XIV. 1. plut. 55. v. *Bandin.* catal. codd. gr. II. pag. 270. et 277. *Harl.*

3. *Epiſtola* ad Franciſcum Philelfum *de Origine Turcarum*, cum Leonis Allatii verſione in eius *συμμίκτοις* tom. II. p. 382-392. Colon. 1653. 8. Verterat etiam Seb. Caſtalio Baſil. 1556. fol. ad calcem Laonici Chalcondylae. Plures Gazae epiſtolas atque in his vnam vel alteram ad Demetrium Sguropulum memorat *Allatius* contra Creygthon. pag. 18. *Fabr.* [*Florent.* in cod. Laurent. IX. 3. plut. 55. ſunt ep. de origine Turcarum, et tredecim aliae epiſtolae, quarum initium et finem refert *Bandin.* l. c. pag. 271. qui ibid. pag. 287. ſeq. ex illo codice primus euulgauit gr. integram quintam Gazae epiſtolam ad cardinalem Beſſarionem. — *Paris.* in cod. CDXXII. bibl. publ. ſunt *Theod. Gazae* ad Andronicum et Demetrium epiſtolae: — in cod. MMCXXXI. 9. epiſt. fortaſſe ad Demetrium Chalcondylam et in cod. MMCMLXVI. 2. epiſt. ad Demetrium. *Harl.*] Eius encomium, cum verſione et notis Dan. Argentii, Pariſ. 1591. 4. ex offic. Fed. Morelli.

[Homeri

[Homeri *Batrachomyomachia*, cum perpetua paraphrasi interlineari, vt ferunt, *Theodori Gazae*, *Florent.* in cod. Laurent. I. plut. 32. v. *Bandin.* l. c. II. pag. 121. Ex illo cod. edita est Ὁμήρε Βατραχομυομαχία σὺν τῇ μεταφράσει, edita a *Francisco Fontanio*, bibl. Riccardianae Florentiae praefecto, graece, Florent. et Lips. 1804. 4. conf Fontan. praefat. scriptam Florent. non. Iun. 1803. Textus Homeri maiori ac nigro, paraphrasis vero minore rubroque charactere exhibetur versibus alternis. *Harl.*]

[*Venetiis* in cod. Marciano CXC. sunt duo epigrammata, alterum *Bessarionis* epitaphium in se graece scriptum, a *Theodoro Gaza* latine redditum; alterum *Gazae*, in Bessarionis laudem latine factum. v. cl. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 115. *Harl.*]

[P] *Graece versa e latinis.*

4. *Ciceronis libri de Senectute*, in editione Ciceronis Aldina 1523. 8. edente *Ioann. Baptista Egnatio*, et in editione Sturmiana Argentoratensi, aliisque [vt in ed. *Io. Ad. Göz.* Norimb. 1801. 8.] Sed et separatim graece et latine, Ingolstadii 1596. 8. De senectute et somnium; Paris. 1528. 8. ap. Sim. Colin. — Ciceronis de amicitia librum quoque vertisse Gazam, testatur Volater. *Fabr.* MS. inter codd. Bonauent. Vulcanii. v. cat. bibl. Leidens. pag. 343. nr. 2. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. 15. plut. 58. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. II. p. 484. — versio gr. Seneсt. et Somn. Basil. ap. Io. Bebel. 1524. 8. — ibid. 1526. 8. — Paris. ap. Iac. Bogard. 1544. 8. *Harl.*

5. *Ciceronis de somnio Scipionis*, in iisdem operum M. Tullii editionibus. Et separatim Basil. 1528. 4.

Theodori *Gazini*, qui idem est, ac Theodor. Gaza Thessalon., epist. latina ad Christophor. Personam, edita in Giornale let. d'Italia tom. XIX. p. 331. *Fabr.* — rec. in *Apostoli Zeni* Dissertazioni Vossiane, tom. II. pag. 139. sqq. *Harl.*

Nicolai V. papae epistola ad Constantinum Palaeologum, vltimum imperat. CPolitanum, data a. C. 1451. d. 26. Sept. et a *Theodoro Gaza* ex latino in graecum sermonem translata. Exstat gr. et lat. inter *opuscula aurea theologica* quorumdam clariss. auctorum graecorum posteriorum, circa processionem spiritus Sti, collecta, translata et edita a *Petro Arcudio*, Corcyraeo, Romae 1630. 4. et 1670. 4. p. 685. sqq. *Fabr.* Reperitur *Vindobonae* in cod. caes. LXI. 5. et *Lambec.* VIII. p. 1056. seq. copiosius de illa epistola differit. — *Paris.* in cod. CDXXIII. 7. bibl. publ. — *Monacii* in cod. Bauar. XXVII. et cod. XLIII. v. cl. *Hardt.* l. c. 1803. part. 4. p. 15. et part. 5. p. 39. *Harl.*

E graecis versa latine.

6. *Aristotelis libri IX. Historiae animalium, De partibus animalium libri IV. et de generatione animalium libri V.* Venet. 1476. fol. atque Basil. 1533. fol. et in graecolatinis, ac quibusdam latinis operum Aristotelis editionibus.

7. *Aristotelis problemata.* Venet. 1493. fol. Basil. 1537. fol. et in latinis quibusdam et in graeco-latinis philosophi editionibus. [conf. supra, vol. III. p. 508. seq.]

8. *Theophrasti Historiae plantarum libri X.* Venet. 1504. fol. Basil. 1533. fol. et Paris. 1529. 8. apud Wechelum, et in graecolatina Theophrasti operum editione Lugd. Bat. 1613. fol. et in Theophrasti Historia plantarum vulgata graece et lat. cum commentariis Io. Bodaei a Stapel. Amst. 1644. fol. Ambo Heinsius et Bodaeus Gazae versionem a l graeca subinde castigarunt. Nam Gazam, dum Plinii vestigiis pressius insistit, etiam errores eius quandoque sequutum potius, quam Theophrasti fidem, notatum Io. Matthiolo lib. IV. Epistol. Medicinar. f. 147. [v. supra, vol. III. p. 414. sq. 416. sqq. *Harl.*

9. *Alexandri*, (dubium, an Aphrodisei,) *problematum libri II.* Venet. 1501. fol. ac deinde saepius. Vide Volum. IV. huius bibl. cap. 25. pag. 74. [vol. V. c. 28. pag. 664. nou. edit.]

10. *Aeliani liber de instruendis aciebus.* Latine Colon. 1524. 8. Paris. 1532. et saepius cum scriptoribus rei militaris latinis Vegetio, Frontino etc. et in graecolatina libri huius editione Franc. Robortelli, qui et ipse versionem suam adiunxit, Venet. 1552. 4. et in operibus Aeliani, vtraque lingua editis a Conrado Gesnero, Tiguri 1556. fol. [v. supra, vol. V. pag. 621. sq. *Harl.*]

11. *Io. Chrysostomi Homiliae V. de incomprehensibili Dei natura*, leguntur in latinis mellitissimi doctoris editionibus, et in graecolatina Ducaei tom. I. pag. 291. Nam eruditiss. Montfauconus in sua edit. tom. I. p. 444. vt παραφραστικῶς adornatam et verbis ac quandoque sententiis redundantem omisit, nouamque versionem adornauit.

[Ad *inedita*, nr. 12. Fabric. olim retulerat Gazae latinam versionem *Dionysii Halicarnassei* de compositione orationis et eloquutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia et panegyrica: quam ab illo factam esse lat. versionem testatur *Volaterranus* lib. XV. commentar. vrban. fol. 157. et ex eo Gesner. Atque in not. msta addidit Fabric. illum librum, a Gaza versum, tradi quoque ap. *Oudinum* tom. III. p. 2541. At reuera edita est Gazae interpretatio lat. Mediolani a. 1482. 4. Cremonae sine a. et typogr. nomine saec. XV. in 4. (ante a. 1492) vti iam notaui in Introd. in Hist. L. gr. II. part. 1. p. 547. et in Supplem. part. 1. p. 234. sq. et part. II. pag. 64. sq. *Harl.*

Inedita.

[1] Non vidi versionem *Aphorismorum Hippocratis*, laudatam Paulo Iouio in elog. et ap. *Nicol. Commenum* tom. II. p. 175. Hist. Gymnasii Patauini. Vel, quod refert *Labbeus* in bibl. noua MSS. p. 115. *Theodori Gazae in illud*, omnia a natura fieri, *in codice regio 56. cum prolegomenis Rhetoricae. Fabr.* Vid. *Hodium* l. c. pag. 78. sqq. vbi multus de occasione huius opusculi conscribendi primum monet, legendum esse, *omnia a natura alicuius gratia fieri,* tum suspicatur, Theodorum nihil omnino super ista quaestione edidisse, et commentatiunculam

culam in cod. Parisino ei tributam, non aliam reuera esse, quam Bessarionis, quam, tamquam Theodori, impugnauit Trapezuntius. *Harl.*

13. *Mauritii libri de re militari.* De his Gaza praef. ad Alphonsum regem, praemissa homiliis Chrysostomi iam memoratis: *Quam ob rem post Mauritii illos de re militari libros quos anno superiori obtuli tibi, vt iudici peritissimo eorum quae imperator ille et gessit et scripsit, has quinque Orationes Ioannis Chrysostomi conuerti etc.*

14. Commentarium eius ineditum ad statuas *Philostrati* citat *Nic. Comnenus* pag. 187. Praenotion. mystagogic. *Fabr.* Forsan is est cod. Leidens. inter codd. Vulcanii, inscriptus: Philostr. Εἰκόνες cum scholiis graecis V. docti. v. cat. bibl. Leidens. p. 343. *Harl.*

[15. Theodori *Contradictorius* liber ad Bessarionem, pro Aristotele in Plethonem, *Florentiae* in cod. Laurent. XIII. nr. 2. plut. 55. v. *Bandin.* cat. cit. II. p. 276. sq. et *Hodium* l. c. pag. 80. qui suspicatur, *designari* commentat. modo dictam, *omnia a natura fieri*, quae scripti Bessarionis defensio fuerit contra Trapezuntium. *Bandin.* primum historiam controversiae, inter philosophos saec. XV. de Aristotelis et Platonis, vter vtri sit praeferendus, philosophia acriter agitata, breuiter exposuit; monuitque, inter ceteros Bessarionem pro Aristotele libellum composuisse in Plethonem, ac Theodorum Gazam, Bessarionis hortatu, in superiore libello Aristotelis defensionem suscepisse: tum *Bessarionis* epistolam ad Io. Argyropulum praemissam, integram graece subiecit. — In bibl. Escorial. cod. *contra Plethonem*, (v. Plüer. itiner. per Hispan. p. 191.) num idem sit, an diuersum opusc. dicere nequeo. *Harl.*

[16. Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, *de spontaneo et inuito. Florentiae* in cod. Laurent. IX. nr. 1. et iterum multis tamen correctionibus et adnotatt. in ora paginarum, fortasse manu eiusdem Gazae adiectis, nr. 4. atque in cod. IX. nr. 2. plut. 81. v. *Bandin.* l. c. II. p. 270. et 271. ac III. p. 226. — Ab hoc haud diuersum esse videtur *Hodio* pag. 80. Gazae opusculum *de fato*, quod gr. exstat intet codd. Vossian. v. cat. bibl. *Leidens.* pag. 399. nr. 69. vbi diserte sic indicatur: *Theod. Gaza* περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, *quod vocant de fato.* Adnotante Hodio exstat quoque MS. Venetiis, plusquam vno exemplari, in bibl. S. Ioannis et Paulli. *Harl.*]

[17. *De superbia carnis* opusculum, et Prolegomena in rhetoricam, dicuntur exstare in bibl. regia *Paris.* eodem *Hodio* animaduertente. Tum idem pag. 80. sqq. iudicia varior. VV. DD. de Gaza, sinistra partim, partim iusta aequaque congessit. *Harl.*]

Theodorus, *geometra*, et aliarum mathematicarum disciplinarum peritus, quem loquentem inducit Plato in Theaeteto. Vide supra in Theodoro Cyrenaeo.

Theodorus *grammaticus* cuius Ἀττικαὶ γλῶσσαι citantur ab Athenaeo.

Theodorus *Graptus* [l]) Theophanis Grapti frater, quorum cum aliis γραπτοῖς διαμυρίοις a

graeca

l) *Grapti*, γραπτοὶ siue *inscripti* nomen tulit Theodorus ac similiter eius frater Theophanes, quoniam Theophilus imperator, (qui a. C. 841. obiit,) ipsorum frontibus, quod pro imaginum cultu

graeca ecclesia 27. Dec. quotannis celebratur memoria, scripsit *epistolam ad Io. Cyzicenum episc.* quam dat Allatius contra Creyghtonum p. 709. 715. Occurrit et in Theodori huius vita (de qua dixi supra p. 147) pag. 204. m) Nam, quae sub eius nomine de *Imaginum cultu* exstat disputatio in Combefisii Originibus CPol. pag. 159. 182. reuera Nicephorum CPol. auctorem habet. Vide Io. Boiuinii notas ad Niceph. Gregoram pag. 793. seq. et 796. *Ex oratione* Theodori *de dormientibus* nonnulla adfert Allatius de purgatorio p. 211. seruata a Gregorio hieromonacho in Synopsi dogmatum. *Vita S. Nicephori CPol.* a Theodoro composita MS. in bibl. regis christianissimi teste Montfaucono Palaeographiae graecae p. 72.

Theodorus primum dictus, qui deinde notus sub nomine *Gregorii* thaumaturgi, de quo dixi lib. V. cap. 1. §. 28. pag. 247.

Theodorus *Hagiopolites*, idem cum Antiocheno qui postea fuit episcopus Mopsuestiae, de quo supra. Sed fuit etiam alius quidam Theodorus, Antiochenus archiepiscopus, ex cuius synodico pro cultu imaginum [?] quaedam adfert Theodorus Studita antirrhetico secundo tom. V. Opp. Sirmondi p. 124. *Fabr.* *Venet.* in aedibus *Io. Car. Grimani* fuit *Theod. Antiocheni* in XII. prophetas cod. inedit. „qui liber, ait *Montfauc.* in Diar. ital. p. 39. sq. exstat quoque in bibl. caesarea Viennensi et in Vaticana bibl. Nescio r, cuius sit Theodori, num Antiocheni, an Heracleotae, an alterius eiusdem nominis, qui bene multi sunt." *Harl.*

[Theodori τοῦ Ἡγιασμένου, vita citatur in expositione sacror. praeceptorum in cod. Laurent. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 100. *Harl.*]

Theodorus *Heracleensis* in Thracia episcopus qui synodo Antiochenae a. 341. interfuit, et de cuius scriptis dixi supra tom. VIII. p. 412. *Fabr.* Siue vol. IX. pag. 319. ed. nostrae. Add. fragmm. in catena patrum s. comment. in varia V. et N. Testamenti cantica sacra etc. *Vindobon.* in cod. caesar. CLXVII. et CLXVIII. v. *Lambec.* IV. p. 393. et 395. nr. 2. — Theodori *Heracleotae* loca in aliis catenis occurrunt in codd. *Coislin.* v. *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 45. 57. 64. sq. 68. 69. 75. 138 24. 247. 248. 251. *Bandin.* in catal. codd. gr. Laurent. I. p. 18. 20. 52. 92. 102. 161. 516. 358. ac 434. — *Romae* in cod. Ottobon. in Psalmos 33. sed opus esse in eo cod. mutilum et lacerum, testatur *Montfaucon.* in biblioth. MSSt. I. p. 185. *D.* — Conf. etiam *Schroeckh.* H. E. christ. part. VI.

cultu cum tanta animorum contentione pugnauerant, iussit punctim caesa cute ad carnem et inspersо atramento, inscribi iambos ignominiosos *Christodouli*, qui tum alibi, tum in Combefisii fasciculo rerum CPol. pag. 206. leguntur. Vide *Cangii* glossar. in Γραπτοί, et *Nic. Riga um* diss. praeliminar. ad Acta Sanctor. tom. II. Iunii pag. XXI.

m) *Th. Grapti* vita in codd. Coislin. CXLVII. et CXLVIII. qui continent vitas Sctor m. Dec. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 215. Add. p. 177. et 405. de sententia et locis quibusdam *Theod. Grapti.* Scripsit vitam S. Nicephori, patriarchae CPolitani. v. *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 72. Conf. supra, vol. VII. p. 604. sq. nr. 3. p. 656. inprimis vol. VIII. pag. 84. nr. 6. et 7. *Harl.*

VI. pag. 53. ſq. et ſupra in vol. VIII. p. 645. ſect. 5. p. 652. ibique not. *yy.* p. 673. et 696. *Harl.*

Theodorus, *Hermopolites*, graecus ICtus et anteceſſor CPolit. cuius ſcholia in leges laudat *Nic. Comnenus* Papadopoli praenot. myſtagog. pag. 402. *Fabr.* Eius ſynopſis et ecloga codicis Iuſtinianei erotematica — in capp. LXXXII. diuiſa, *Vindobon.* in cod. caeſ. III. nr. 8. et cod IX. in quo ſynopſis iſta eſt integro folio in fine auctior, teſte *Lambec.* VI. part. 1. p. 33. ſqq. et 75. — Scholia ad Baſilicorum libr. XI. et XII. in cod. *Coisl.* CLII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 217. — Eclog. ſ. ſelecta e decem prioribus libris baſilicorum capita, cum *Theodori Hermop.* commentariis nondum editis, *Paris.* in cod. MCCCLIII. bibl. publ. ibid. in cod. MCCCLVIII. nr. 1. *Theodori Hermop.* ſynopſis et ecloga baſilicor. vna cum interpretatione. Conf. infra, vol. XII. p. 366. vbi plura h. c. d. adnotabuntur, et pag. 563. inprimis *Pohlii* not. longam ad Suareſii notitiam Baſilicor. Lipſ. 1804 8. §. XX. p. 73. ſqq. qui laudat *Reitzium* in Exc. XX. ad Theophil. p. 1242. ſq. et 1245. et *Reitzium* in epiſtola ad Ger. Meermannum de Theodori Hermopolitae ſynopſi erotematica cod. Iuſtin. in *Meermanni* Theſ. iur. tom. VI. p. 861. ſqq. obſeruantem, epitomen iſtam in bibl. Vindobon. paullo ante memoratam, non eſſe Theodori ſynopſin; ſed opuſculum, per alium poſt tempora Theodori ex huius ſynopſi efformatum vel potius deformatum. Tum admonet, cum hoc Theodoro, Iuſtiniani aeuum adtingente, non confundendum eſſe *Theodorum Hermopoliten*, qui poſt Baſilicorum promulgationem vixiſſe videtur, cui *Aſſemannus* in bibl. iuris oriental. libr. II. cap. 20. p. 426. ſq. ſynopſin cod. erotematicam, ſupra laudatam adſcribit, et forte, ait Pohlius, (qui plura addidit,) haud immerito. Vid. etiam *Suareſium* l. c. §. XXXIII. p. 122. ibique *Pohlii* notam. — *Theodori* illius fragmenta quaedam in titulos Dig. et C. de *Poſtulando* ſiue *de Aduocatis et Procuratoribus et Defenſoribus*, cum Thalelaei aliorumque enarrationibus edidit *Ruhnken.* in Meermanni Theſaur. laudato tom. III. et V. Conf. *Bachii* Hiſtor. iurisprudent. rom. ed. Stockmanni, lib. IV. cap. 1. §. 11. p. 603. *Harl.*

Theodorus *Hexapterygus*, mathematicus, de quo Georgius Acropolita c. 32. Hiſtor. Byz.

Theodorus *Hierapolites*, qui περὶ ἀγώνων ſcripſerat (teſte Athenaeo) *de certaminibus* gymnicis an muſicis? vide Ionſium lib. I. cap. 16.

Theodorus, *Hieroſolymitanus* patriarcha, cuius Synodica exhibetur in Actis ſynodi ſecundae Nicaenae tom. III. edit. Binianae concil. p. 532. *Fabr.* Memoratur in Synaxario, inſerto Andreae, archiep. Cretenſis, Opp. gr. ac lat. Pariſ. 1644. fol. pag. 287. v. *Lambec.* VIII. p. 1041. not. 2. — Eius *Synodicon*, quod incipit πιςεύομεν τοίνυν, in cod. *Barocc.* XXX. *Harl.*

[Theodorus *Hyrtacenſis*, ſ. *Hyrtacenus*, probabiliter Creta ortus, et profeſſor bonarum artium CPoli ſub finem ſaeculi XIII. et init. ſaec. XIV. ſcripſit ſex homilias ac monodias et de eruptionem commenti ani horti, quem Anna, b. virginis mater, prope oppidum Nazareth, poſſediſſe fingitur, variasque epiſtolas, in quibus tamen nonnulla, quae ad

 hiſtoriam

historiam temporum illorum illustrandam conducant, inesse dicuntur). Sunt illae *Paris.* in cod. MCCIX. bibl. publ. et singulae feruntur in cat. MSS. Paris. etc. II. p. 253. Vid. etiam *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. II. p. 1032. de eius or. in b. virginem, inprimis *La Porte du Theil* in: Notices et Extraits de MSSts de la biblioth. nationale etc. tom. V. Paris. an. VII. nr. 40. p. 709. sq. et ephemer. litter. Gotting. 1800. nr. 171. p. 1711. *Harl.*]

[Theodorus, *Iacobita.* v. *Assemann.* bibl. orient. vol. I. p. 167. vbi ex *Dionysii*, Iacobitarum patriarchae, chronico ad a. Chr. 551. memoratur, eum creatum fuisse episcopum *Irtae*, seu ditionis Naamanis, Arabum christianorum: ac p. 425. fin. de *Theodoro*, *Iacobita*, Antiochiae patriarcha. In vol. II. p. 103. et 104. de *Theodoro*, patriarcha Iacobitarum, a. C. 650. qui mortuus est sec. Dionysium a. C. 665. aut secund. alios (p. 335.) duobus annis post, vbi 18. annos muneri suo praefuerat: it. p. 421. *Harl.*]

Theodorus, *Iconiensis* episcopus, cuius epistola de martyrio SS. Cerici eiusque matris Iulittae graece et lat. cum notis publicata a *Combefisio* in lectis triumphis martyrum Christi, Paris. 1660. 8. p. 231. 241. *Fabr.* v. supra, h. vol. p. 209. et *Caue* Hist. lit. SS. E. I. pag. 534. ad a. 564. *Harl.*

Theodorus iconomachus. Vide supra, in *Galata*, et *Gastus*.

Theodorus *Iliensis* ἐν β' τρωϊκῶν. Suid. in Παλαίφατος Ἀβυδηνός.

Theodorus *imperator*, vide infra, *Lascaris*.

[Theodorus, *Ingilon* vrbis episcopus Syrus, adpellatur in subscriptionibus patrum quintae synodi, teste *Assemanno* in bibl. orient. vol. I. p. 559. *Harl.*]

[Theodorus iunior, *homologeta*. v. supra, in h. vol. in Sctor. elogiis etc. in Mariae natiuitatem: inc. λαμπρῶς πανηγυρίζει etc. p. 278. *Harl.*]

* Theodorus *Laelius*, episcopus Feltrensis siue Taruisinus, defunctus Romae a. 1464., cuius *replicam* seu *confutationem adpellationis Gregorii de Heimburg a Pii II. bulla contra se emissa ad concilium generale* exhibet *Goldastus* in monarchia imperii tom. II. pag. 1595. Francof. 1614. fol. Adpellatio illa Heimburgii vna cum Theodori replica, illique opposita apologia habentur inter Gregorii de Heimburg scripta iunctim edita Francof. 1608. 4.

Theodorus, *Lector* CPoli, Iustino et Iustiniano imperantibus clarus, de cuius scriptis dixi volumine VI. huius bibl. p. 128. seq. *Fabr.* f. vol. VII. pag. 435. sqq. nou. edit. Add. in primis cl. *Morelli* bibl. gr. et lat. MSt. I. pag. 223. seq. — *Cauei* Hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 503. sq. ad a. 518. — *De la Croze* in epist. ad Moshem. in Thesauro epistol. Lacroziano, tom. III. pag. 279. sq. — *Ittig.* in praef. ad tom. II. histor. eccles. sec. saeculi p. 2. et 12. vbi contra Sagittar. qui historiam eccl. ab ipso Theodoro conscriptam, siue, quae supersunt, collectanea iudicabat supposititia, disputat. *Harl.*

Theodo-

Theodorus lapsus, ad quem Io. Chrysostomus scripsit, idem cum Theodoro Mopsuesteno.

Theodorus *Lascaris*, imperator ab a. C. 1205. ad 1222. Orationes eius duas, laudes patris Ioannis Ducae et Nicaeae vrbis complexas promisit Ioannes Boiuin. Orationem in S. Tryphonem martyrem memorat Allatius, quae incipit: κρίνα ἐξ ἀγρῦ καὶ ῥεύματα ἐκ πηγῆς. [v. supra, vol. VII. p. 654.]

* Theodorus *Lascaris*, imperator iunior ab a. 1255-1259. Iunioris huius Theodori Lascaris imper. epistolas MSStas memorat *Montfauc.* in diario italico p. 356.

Theodorus *Duca Lascaris imper.* qui a. Chr. 1259. patri Ioanni Ducae successit: De cuius orationibus duabus a Boiuinio editis, dixi in vol. VI. pag. 321. [s. vol. VII. p. 654. ed. nou.] Alia et codd. excitat *Oudin.* tom. III. p. 234. ad a. 1250. *Fabr.* Oudin. quoque citat *Cauei* Hist. lit. SS. eccl. ad a. 1255. pag. 724. dissentit vero ab eo, arbitrante, *tractatum contra Graecos a Theodoro Lascari iam monacho* compositum, docetque ab ipso imperatore adhuc esse conscriptum; nec ille videtur Oudino nisi paucis mensibus vel hebdomadibus inter monachos permansisse. Sed plura leges de eo infra, in vol. X. pag. 526. ed. vet. *Harl.*

[Theodorus, *Losciumae* episcopus, et alius Theodor. in *Assemanni* bibl. orientali vol. II. p. 440. *Harl.*]

Theodorus *Logotheta.* Vide infra in Metochita et Muzasone.

[Theodori *scribae*, s. qui codd. exararunt nominaque sua subscripserunt, sunt haud pauci. *Montfaucon.* in Palaeogr. gr. libr. I. cap. 8. collegit nomina calligraphorum ordine alphabetico, et pag. 107. octo Theodoros, codicum, qui adhuc supersunt, scribas commemorauit: add. p. 5. 55. 73. 84. 85. 107. et in bibl. Coislin. p. 60. Theodorum *a Petrina*, codicis XIII. scribam; it. p. 42. Theodorum *Lampetum*, qui a. 6772. (a. Chr. 1264.) cod. V. s. catenam quamdam a se scriptam esse, in fine testatus est. — Theodorum, scribam cod. syriaci, profert *Assemann.* bibl. orient. vol. I. p. 133. *Harl.*]

[Theodorus *magister*, v. supra in Elogiis etc. Sctor. in Paullum apostolum: τῆς μὲν ἐπιγραφῆς etc. et *Allatium* de Symeonum scriptis p. 111. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 188. de cod. CXIV. — ac *Reiser.* Indic. MSS. August. Vindel. p. 28. seq. nr. 28. — it. in codd. Bodlei. LIX. et LX. s. nr. 2554. et 2555. cat. MSS. Angl. I. p. 134. sq. add. Theodor. *Daphnopates*, et in cod. Voss. in cit. cat. tom. II. p. 60. nr. 2255. In eod. catal. tom. I. p. 84. nr. 1753. in cod. latin. Digbaei, *summa philosophiae magistri Theodori, philosophi imperatoris.* — *Theodori magistri* orat. in S Gregorium Nazianz. in cod. *Vindob.* X. nr. 10. v. *Lambec.* cum nota Koll. vol. VI. part. I. p. 81. — Eius elogia in S. Paullum, Paris. in sex codd. bibl. publ. — martyrium S. Georgii, ibid. in cod. MDXXIX. 17. ac nr. 8. martyrium S. Theodori. *Harl.*]

* *Fl. Mallius* siue *Manlius* Theodorus, doctus et christianus vir, cui S. Augustinus dedicauit librum de vita beata, et cuius consulatum a. C. 399. [*] diserto carmine celebrauit poëta

poëta Claudianus. Illius Theodori vitam ab Alberto Rubenio ſcriptam edidit Io. Georgius Graeuius Vltraiecti 1694. 12. Eiusdem librum latine ſcriptum et adhuc ineditum *de rerum natura* memorat Salmaſius praef. ad Ampelium, atque edere voluit Mauſſacus. Huic Mallio Geuartius praeter rem tribuebat Aſtronomicon libros Manilii poëtae, de quo dixi in bibl. latina. *Fabr.* Add. ſi vis, quae ſcripſi in breuiore notitia litterat. rom. p. 664. et in breuiore notitia etc. in vſum ſcholar. p. 266. *Harl.*

[Theodorus, *martyr.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 196. *Harl.*]

[Theodorus, *Manichaeus*, de quo v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 361. 362. *Harl.*]

Theodorus, *mathematicus*, vide in Solenſi, in Aſinaeo et Cyrenaeo.

Theodorus, *Mazarenſis* presbyter in Sicilia, ad quem ſcribit S. Maximus confeſſor tom. II. p. 134. Siue hic ſiue alter ille Rhaitu, fuit Theodorus presbyter, cuius librum pro γνησιότητι ſcriptorum quae ſub Dionyſii Areopagitae nomine feruntur, memorat Photius cod. I.

Theodorus *mechanicus*, cui Proclus inſcripſit librum de prouidentia et fato, quem dedi vol. VIII. p. 465. [ſ. vol. IX. p. 373. ſqq. nou. edit.]

Theodorus *mechanicus*, iunior ſub Iuſtiniano, cui librum ſuum de ſphaera dicauit Leontius, de quo dixi lib. III. 18. 4. [vol. IV. p. 94. ſq. nou. edit.]

Theodorus *medicus*, Athenaei pneumatici diſcipulus. Laert. II. 104. idem forſan, cuius aliquot locis meminit Aetius. Theodori tres medici inter Aeſculapii poſteros, Hippocratis maiores. v. *Tzetzae* Chiliad. VII. pag. 952. ſeq.

Theodorus medicus, iunior, ad quem Libanii et Chryſoſtomi epiſtolae.

Theodorus, medicus, ad quem ſcribit Syneſius epiſt. 115. et fortaſſe 7.

Theodorus Moſchion, ſiue Muſcienus, medicus, qui citatur ab Alexandro Tralliano p. 81. De hoc infra in medicis libro VI. [in Elencho medic. vett.]

* Theodorus Priſcianus, cuius medica ſcripta latina exſtant, Gratiano et Valentiniano II. imperitantibus clarus, de quo dixi in bibl. latina IV. 12.

Theodorus n) *Meliteniota*, magnus Sacellarius magnae eccleſiae CPol. circ. a. 1300. ſcripſit tribiblon Aſtronomicam Syntaxin adhuc ineditam, cuius prooemium et caput primum ex

n) Suſpicor Theodorum hunc aetate non multum diſtare a *Conſtantino Meliteniota* Ioannis Becci ſiue Vecci patriarchae CPolitani λατινόφρονος, Archidiacono, qui cum praeſule ſuo poſt a. 1284. exſul obiit. De illo vide *Allatium* de conſenſu vtriusque eccleſiae p. 775. ſeq. Eius de vnione Latinorum et Graecorum, et de proceſſione Spiritus S. librum graece et latine dedit idem *Allatius* in Graecia Orthodoxa tom. II. p. 642. et 765-921. Rom. 1659. 4. Vide et *Allatium* de Nilis pag. 26. de purgatorio p. 626. 684. etc.

ex bibl. Is. Vossii [o]) edidit ac latine vertit *Ismael Bullialdus* ad calcem Ptolemaei de iudicandi facultate et animi principatu. Paris. 1663. 4. Illud quum breue sit raroque obvium, lectu dignum tamen, et de Ptolemaeo singularia quaedam doceat, hoc loco integrum subiicere volui.

Θεοδώρου Μελιτηνιώτου, καὶ μεγάλου Σακελλαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας προοίμιον εἰς τὴν ἀστρονομίαν.

Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου τε καὶ λόγου, φησί τις τῶν παλαιῶν σοφῶν, κἀγὼ μετ' αὐτοῦ νυνὶ, τῆς παρούσης συντάξεως, καὶ συνεξαγέτω μοι θεία τῶν λόγων ἄνωθεν ἐπιπνεία, χεῖρα προτείνων τε καὶ ἐπιῤῥωννὺς ἐν παντὶ τῷ παραστάντι Θεός. Θεὸς οὖ θεῖον τῷ ὄντι δῶρον, καὶ οἷον οὔθ' ἧκεν οὔθ' ἥξει πρὸς αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς, κατεπέμφθη φιλοσοφία, ἐνέργεια τοῦ μακαρία γε οὖσα καὶ ἀσχολία, τὰς περὶ σῶμα πάσας ὅσον οὐδ' ἐς εἰπεῖν λόγῳ λαμπρῶς ὑπεραίρουσα. Τῶν μὲν ἐρχομένων χαμαὶ καθάπαξ ἀπανιστᾶσα, τῶν ὁρωμένων δ' ὑπεράνω τιθεῖσα, καὶ κοινωνοὺς τῶν ὀλύμπου πραγμάτων τοὺς αὐτῆς τροφίμους ποιοῦσα περὶ γῆν στρεφομένους ἔτι, καὶ τὸ δὴ μέγιστον εἰς μίμησιν ἥκοντας, ὅσον ἐφικτὸν, τοῦ Θεοῦ. ἣν ὑμνοῦσι μὲν οἵ τε τρόφιμοι ταύτης, καὶ ὅσοιπερ ἀπὸ τῆς συνναοῦ ταύτῃ ποιητικῆς. ὑμνοῦσι δὲ λογοποιοί τε, καὶ οἷς τὸ τὴν γλῶτταν ἑλληνίζειν σπουδὴ, πλὴν εἰ μή που τις μανίαν ἀπαράγορητον μαίνεται, οὕτω μέγα καὶ θεῖόν τι χρῆμα, σοφία. Καὶ οὕτως ὑπερφυῶς ἐννοῆσαι, ὡς μηδὲ ἔχειν εἰπεῖν μήτε τι τῶν παρ' ἡμῖν ἕτερον πάμπληθες ὑπερέχειν τῶν ἄλλων, ἐκεῖν οὐδὲ γέγονεν, οὐδ' ἄλλῳ τῷ μηδενὶ τὸ πρόσρημα τοῦτ' ἐπενεγκῶν, [p]) οὔτ' ἄλλου μᾶλλον σοφίας ἀνθρώπῳ προσήκειν. Οὐκοῦν οὐδ' ἔστιν ἄλλως, μὴ σοφίας ὑπούσης, τῷ ὄντι κα-

Theodori Melitenio tae, et Magni Sacellarii magnae ecclesiae Prooemium in astronomiam Ismaële Bullialdo interprete.

A veterum sapientum quodam dictum, *Omnis operis et sermonis dux sit Deus*; quem ego imitatus dico, huius, quam adgredior, constructionis, coelestibus desuper sermonibus inspiratis dux sit, operantemque comitetur et adiuuet, qui manum suam auxiliatricem et confortantem in omnibus aduersis porrigit deus. Deus, inquam, qui donum reuera diuinum, quale numquam largitus ipse est, aut largietur, Philosophiam nostris hominibus dedit: quae beata mentis operatio quum sit ac quies, omnes corporeas actiones et operationes splendore suo, praeterquam quod dici queat, superat et vincit, supra quidem terrestria erigendo, supraque visibilia collocando alumnos suos, terram adhuc incolentes rerum coelestium participes reddit, et ad deum, quantum adsequi id licet, imitandum promouet. Quam cum ipsius alumnis quotquot Poëticam, cum ea templum commune habentem, colunt, hymnis celebrant. Oratores, quique graece loqui ambiunt, nisi insania incurabili agantur vexenturque, laudes eius canunt et praedicant, adeo magna diuinaque res est sapientia. Tamque eximie ac excelse de ea sentiendum, vt aliud quicquam eorum, quae apud nos mortales valde multa sunt, ceteris praestare quisquam dicere nequeat.

o) V. cat. biblioth. Leidens. pag. 397. nr. 44. Est quoque *Paris.* in cod. MMCCXC. nr. 4. bibl. publ. In nota MSta Fabricius, Comnenus, ait, eius in Euangel. commentarium MS. in bibl. Vaticana refert Possevin. *Harl.*

p) Οὐδὲν ἄλλο.

ταφανῆναι κάλλιςον καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς λόγῳ τε χρώμενον, καὶ τέτῳ τῶν λοιπῶν μετεχόντων τε ζῆν διαφέροντα.

II. Τῆς τοίνυν σεμνοτάτης φιλοσοφίας τὰ περὶ τὸν ἐρανὸν θεωρήματα τε θεολογικε δίχα πάντων ὑπερανιδρυμένε, τὸ κράτιςον καὶ κεφάλαιον· καὶ πάρεςι τὸ τῆς ὑπερνεφε̃ς ἀςρονομίας ὑπερβάλλον ὁρᾶν. ἣ τῶν ἄλλων ἔσα καθάπαξ ἐπίπροσθεν, ὕλην μὲν ὑποβέβληται κατὰ τὸν εἰπόντα τὸ μακάριον ἐρανε σῶμα, παρέχει δὲ τήν τε αἰτίαν τῇ λοιπῇ μαθηματικῇ θεωρίᾳ, καὶ ὅλως τὴν γένεσιν, ἀριθμόν τε ἤδη κόσμῳ γεννῶσα τὸν σύςοιχον, καὶ ἁρμονικὲς λόγες καὶ μεσικήν. Τά τε τῶν γραμμῶν ἐσιε̃σα πάθη, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, δημαγωγὲς [q] ἐρανίες καὶ σοφιςὰς ἐν αἰθέρι τὲς ἀνθρώπες ποιε̃σα. Μὴ *) κατ᾽ ἐπιψαύειν γαίης ποσὶ δοκε̃ντας, ὅταν ἄςρων κατὰ νε̃ν ἀμφιδρόμες ἰχνεύωσι ἕλικας.

at. Neque contigit, vt vllus alia de re qualibet hoc elogium protulerit, *nullam scilicet homini rem magis quam sapientiam conuenire.* Nullo itaque alio modo, quam si sapientia subsit, hominem pulcerrimum, et ratione vera vtentem, ob eamque ceteris animantibus viuentibus praestantiorem excellentioremque ostendere possibile est.

II. Philosophiae igitur summo cultu ac veneratione prosequendae Theoremata, quae ad rerum caelestium contemplationem pertinent, Theologiae scientia supra ceteras seorsimque ab iis sedes sublimiores interim occupante, praecipua inter alia sunt; principatumque obtinent; inque illis nubes, et cuncta meteora superantis Astronomiae excellentiam speculari licet. Quae quum ceteras omnes scientias antecellat, materiam quidem, seu obiectum, in quo versatur, coeli corpus, beatum cuidam dictum, proponit; ipsaque causa est et omnino genitrix contemplationum, quae in ceteris Matheseos partibus sunt; quum et numerum eiusdem cum mundo ordinis et naturae, rationes Harmonicas et Musicam producat generetque; linearumque proprietates et adfectiones stabiliat, atque, vt ita dicam, Oratores caelestes et Sophistas aethereos homines reddat; qui, quum circumuertentes se astrorum reuolutiones mente inuestigarint, pedibus terram calcare amplius se non putant.

III. Εἴπω τὸ μεῖζον καὶ τελειότερον, *) οἱ ἐρανοὶ διηγε̃νται δόξαν Θεε̃, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτε̃ ἀναγγέλλει τὸ ςερέωμα. Καὶ ὅτε ἐγεννήθησαν ἄςρα, φησὶ πρὸς Ἰὼβ **) ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄςρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, ᾔνησάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί με καὶ ὕμνησαν· τί τ᾽ ἄλλα; Ἀβραὰμ ὁ μακάριος τῶν Ἀσσυρίων ἐκφὺς τῇ πο-

III Quod maximum vero perfectissimumque est, dicam: Caeli enarrant gloriam dei, et opus manuum eius adnunciat firmamentum; quo autem momento astra creata sunt, qui eorum multitudines numerat, et omnibus iis nomina vocat, deus ad Iobum dicit, magna voce omnes Angeli mei laudauerunt me hymnisque celebrarunt. Quid plura? *Abraham* ille bea-

q) Ποτ'. *) Psalm. XIX. 1. **) Iob. XXXVIII. 7.

λυθέω καθάπαξ ἐνισχήμενος πλάνῃ, πρῶτος, εἴη δ' εἰπεῖν καὶ μόνος, τὸν τῶν ὅλων ἔγνω ποιητὴν καὶ Θεὸν πολυΐσωρ ὢν καὶ πανσύνετος, Φησί τις ἀνὴρ ἱερὸς, ἀποπροσποιέμενος μὲν τὸ τῶν Ἀσσυρίων ἐγχείρημα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας κατάληψιν ἀρκεῖν ἡγέμενος ἑαυτῷ πρὸς πᾶσαν εὐετηρίαν, ἐπεὶ καὶ μόνην οἶδεν εὐδαιμονίαν r) Φιλοσοφία τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν· καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀληθῆ περὶ Θεῦ κτησάμενος γνῶσιν, τοῖς κατ' ὐρανὸν θεάμασι τὸν ἡγεμόνα νῦν ἀκριβῶς ἐπισήσας· [ἦ] κράτισος ὢν τὰ τοιαῦτα, καὶ ξύμπασαν ἀσρονομίας ἔχων τὴν ἐπισήμην.

beatus in Assyria natus, Deorumque plurimorum falso cultu et errore implicitus, primus, liceat etiam dicere solus, vniuersorum creatorem et deum agnouit; quum ipse multiscius, vtque vir quidem sacer ait, omnium intelligens esset; abdicatoque Assyriorum instituto, ad felicitatis abundantiam copiamque rerum omnium, veritatis comprehensionem sibi sufficere exstimauit; solam siquidem vnicamque beatitudinem Philosophiam, qui animae bonus rectusque habitus est, ipse nouerat. Veram siquidem de deo scientiam et cognitionem fuit adsequutus, vbi mentis, quae pars in homine principalis est, adcurata diligentique adplicatione theorematibus caelestibus perfectissime perceptis vniuersae Astronomiae peritiam acquisiuit.

IV. Ἔχω καὶ τόδε προσθεῖναι, καὶ ὄντως ἐπὶ καιρόν. Πολιτεύεται μὲν γὰρ τῇ καθ' ἡμᾶς Φύσει δι' ἡμᾶς ὁ Σωτήρ· μυρίων δὲ ὅσων θαυμάτων χρησάμενος ἐπιδείξεσι, τέλος τῦ τῶν Ἰυδαίων ἐπιθεμένυ τύτῳ Φθόνυ κακῶς, ἑκὼν ἐπὶ τὸν σαυρὸν ἀνάγεται, καὶ πάσχει σαρκί· τότε τοίνυν πρός γε τοῖς ἄλλοις παραδόξως γεγενημένοις καὶ σκότος ἡλίυ καταχεόμενον ἦν τοῖς ἠκριβωκόσι ἀκριβῶς τὰ ὐράνια, πάντων μάλισα παρέχον μανθάνειν θεὸν εἶναι τὸν ξύλῳ μετεωρισθέντα τῆς καταδίκης· τὴν μὲν γὰρ ἑκάσοτε γιγνομένην ἐκλειπτικὴν Φαντασίαν τῦ τῆς ἡμέρας ὀΦθαλμῦ λαμπροτάτυ, ἐκ τῶν περὶ τὴν συνοδικὴν συζυγίαν τῆς σελήνης ἐπιπροσθήσεων ἔσιν ὁρᾶν τῷ τῆς Φύσεως ἀποτελυμένην ὅρῳ, καὶ μόνης κεκτημένην χρόνον ὐδέποτε. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸ πρῶτον ἐκλεῖπον μέρος, τῦτ' αὐτὸ καὶ πρώτως ἀναπληρύμενον, ὥσπερ αὐτὸ τελευταίως ἐπισκοτύμενον, ἀνακαθαιρόμενον ὕσατον· ἀλλὰ καὶ ἄλλοτ' ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ διαΦόρων μερῶν Φανταζόμενον

IV. Hoc etiam addere, idque opportune, possum. Saluator quidem naturam nostram propter nos induit; infinitis vero editis miraculis, Iudaeorum ipsi insidiantium malitia et inuidia tandem comprehensus in crucem volens sponteque sua agitur, et in carne patitur. Praeter cetera autem, quae inopinato insolitoque more contigerunt, tenebras soli superfundi, iis etiam, qui rerum coelestium adprime periti erant, discernentibus, accidit; quod omnium maxime ad illum, qui in ligno condemnationis sublatus erat, cognoscendum, quod deus ipse esset, caussas praebuit. Solis enim, qui diei oculus est splendidissimus, eclipsin per lunae in synodicis coniunctionibus interpositionem iuxta naturae leges factam, at sine mora in tenebris semper, cernere quandoque datur; quae insuper prior deficit pars, prima quoque lumini restituitur; vicissimque, quae vltimo obscuratur loco, postrema etiam emergit: atque etiam diuersis in terrae climatibus, aliis aliisque

r) Φιλοσοφίαν.

τῆς γῆς. Τὴν δὲ ἐν τῷ Σωτῆρος πάθει γεγενημένην, ἔν τε πανσελήνῳ τηνικάδε νομικῦ θυομένυ Φάσκα [s]), τελεσθῆναι [¶] σὺν θαύματι τῆς σελήνης ὄσης ἐκ διαμέτρυ, κἀκεῖθεν δραμέσης ἀχρόνως πρὸς σύνοδον· καὶ αὖθις αὖ τῆς προτέρας τυχέσης ἐκτόπως στάσεως. καὶ τοῖς ὅλοις ἐπὶ τρισὶν ὅλαις ὥραις ὅτω διαμεῖναι μετὰ τὸν τῦ πρώτυ ἐκλείποντος χρόνον, τῦ δ᾽ αὖ ὕστερον πρώτυ· πρὸς δὲ καὶ ζόφον πᾶσαν κατὰ ταυτὸν τὴν ὑφ᾽ ἡλίυ ἀνίσχοντος ἄχρι καὶ δυομένυ μεγάλως ἐκπλήττοντα, καὶ τὸ περιὸν δεικνύντα τῆς τῦ σαυρωθέντος ἰσχύος, μόνος ἂν εἰδείη σαφῶς ὅ γ᾽ εἰς τὄσχατον ἀστρονομίας ἰών· ἔνθεν τοι καὶ γνοίη μάλα ἀκριβῶς, εἰ μὴ συντίθοιτο ἐθελοκακεῖν, χρώμενος [t]) ὡς περὶ παιδοτρίβῃ, τῇ τῶν ὀρανίων ἐπιστημονικῇ θεωρίᾳ, τἀληθὲς ἤδη προαγγελλέσῃ μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, θεάνθρωπον δὲ ἐπὶ ξύλυ κρεμάμενον. Εἰ δὴ καὶ τὸ νυκτερινὸν τότε σκότος ἐν μεσημβρίᾳ, μὴ συμβὰν, ᾗπερ δοκεῖ τῇ τέχνῃ, φύσεως πάντως ἀκολυθίᾳ, θεῦ δὲ θαυμασίως προστάγματι.

que hominibus varia et inaequali magnitudine eclipsis adparet. Quae vero sub passionis tempus, quando legale Pascha mactabatur, in plenilunio luna soli ex diametro opposita, et illinc ad coniunctionem incessanter currente, incidit, coniuncta miraculo fuit visa. Statum rursus qui in principio fuit, haec eclipsis mirabiliter retinuit; ita vt ab initio et post solidas per tres horas deficiens et obscuratus totus sol permanserit. Tenebras porro, quae terrarum orbem ab oriente ad occasum protensum terruerunt, quaeque virium ac potentiae crucifixi magnitudinem ostendere, solus inconsuetas fuisse nouerit, qui ad astronomiae intimos penitissimosque recessus penetrarit. Ex quibus, nisi data opera malignus esse quis velit, coelestium contemplatione scientifica, quae non hominem simplicem, sed Deum hominem in ligno pendentem declarat et praedicit, tamquam praeceptore vsus veritatem hanc certe admodum cognouerit. Tenebrae siquidem nocturnae, quae meridiano tempore contigerunt, secundum astronomicae artis dogmata naturae leges non sequutae, sed iubente ac praecipiente deo sunt portentose obortae.

V. Ὥστε ἔξεστι μὴν ὄντως ὡς θεσπέσιόν τι χρῆμα καὶ κάλλιστον, τὴν ἐν ἀνθρώποις τιμιωτάτην καὶ θειοτάτην τῆς λοιπῆς θεωρίας ἔχυσαν τάξιν, τὴν ὑπέρσεμνον ἀστρονομίαν· καὶ ἄνω βαίνυσαν προσειπεῖν, ἀλλὰ καὶ τρόπον κήρυκος σεβασμιωτάτυ παρ᾽ ἡμᾶς ἥκειν πρὸς τῦ Θεῦ, πᾶσι, δεικνῦσαν τοῖς καλῶς ξυνορῶσι τὸ [¶] δέον, καὶ λαμπρῶς ἀπαγγέλλυσαν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν γενόμενον ἄνθρωπον Θεὸν αὖθις μένοντα, καὶ τῷ τῆς σαρκὸς προσλήμματι πᾶσαν ἐπὶ σαυρῦ τὴν φύσιν ἀνανεύμενον. Ἀστρονομίαν καὶ γὰρ πρὸς Θεῦ δι᾽ ἀγγέλυ παλαιὸς λόγος καὶ

V. Tamquam ergo rem aliquam reuera admirabilem ac pulcerrimam, quae inter homines scientiasque ceteras locum maxime sublimem et diuinis proximum occupat, astronomiam supra modum venerandam, adque superiora scandentem adpellare, quin etiam praeconis vices adorandi obeuntem a deo ad nos profectam dicere possumus, omnibus recte considerantibus quod oportet monstrantem, ac clare adnuntiantem, ipsum pro hominibus hominem factum, deumque rursus manentem carnis etiam adsumtione omnem in cruce naturam renouare. Astronomiam enim-

s) Πάσχα
t) Ὥσπερεί.

ἀληθῶς ἔχων δεδόσθαι τοῖς ἐκ τοῦ Σὴθ, εἴην δή.

enimuero vetus veraque narratio est, a deo per angelum *Sethi* posteris traditam esse, quod pro comperto quidem habeatur.

VI. Τὸ μὲν οὖν τοὺς γινομένους ἑκάστοτε σχηματισμοὺς τῶν κινήσεων ἡλίου τε καὶ σελήνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων πρός τε ἀλλήλους καὶ τὴν γῆν θεωρεῖν; τό, τε δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν, τοῦτο δὴ u) ταῖς ἀληθείαις εἰδέναι τέλος. Περὶ ὧν ἡ σπουδὴ τῷ Πτολεμαίῳ ἐν τοῖς τρισὶ πρὸς τοῖς δέκα βιβλίοις τῆς μεγάλης συντάξεως, καὶ γνῶσιν ἡγεῖσθαι ταῦτα διὰ φιλοσοφίας ἐπιστημονικὴν περί τινων ὑπὸ Θεοῦ παρηγμένων φύσεων ὅπη τε ἔχει, καὶ ὅπως ταῦτα φέρεται, θείοις πειθαρχοῦντα πάντως ὅροις τε καὶ προστάγμασι, μέγα δέδεικται πολλαχόθεν, καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπερμέγα τε καὶ ὑπερσπούδαστον.

VI. Occurrentes igitur subinde motus solis et lunae ceterarumque stellarum inter se et ad terram configurationes, contemplari, et, quae per astronomiam habetur, praenotionem; qui veritatum noscendarum finis est, in quibus adsequendis tredecim magnae constructionis libris compositis operam suam *Ptolemaeus* locauit; eaque scientificam philosophiae regulis existimare de quorumdam a deo productorum naturis notionem, quomodo ipsa se habeant, et qua ratione diuinis praeceptis et decretis prorsus obsequendo ferantur, magna et ardua multis argumentis demonstrata res est, vtque verum dicam, supra modum magno et summo cultu veneranda.

VII. Τό γε μὲν τὰς δραστικὰς τούτων ποιότητας, καὶ τὴν φυσικὴν τῶν συσχηματισμῶν αὐτῶν ἰδιοτροπίαν, αἰτίαν τῶν περὶ ἡμᾶς συμπτωμάτων τίθεσθαι, καταψευδομένους [?] τῶν οὐρανίων, κἀκ τῆς τούτων κινήσεως τὰς γενέσεις πλέκειν, καὶ τὰ ξυμβαίνοντα, κἀντεῦθεν δοκεῖν τὴν τῶν μελλόντων ἔχειν εἰδέναι πρόγνωσιν, ὃ δὴ τῆς ἀστρολογικῆς, τῆς δ' αὐτῆς καὶ μαθηματικῆς λαχούσης ἐξαιρέτως κεκλῆσθαι, πολυασχόλου ματαιότητός ἐστι. τῇ τῶν ἄστρων κινήσει τὰ ἡμέτερα συμφερούσης· τοῦτο τοίνυν πρὸς τὸ μηδὲν ὑγιὲς κεκτῆσθαι καὶ ἀληθείας ἐχόμενον, καὶ πρὸς πλάνην φέρει καὶ βυθὸν ἀπωλείας τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι πάνυ τοι λυμαινόμενον. Ταῦτ' ἄρα καὶ νόμοι θεῖοι, καὶ θεσπεσίων καὶ θεοπρεπῶν θεσπίσματα διδασκάλω σὺν γε τοῖς τὴν μαγικὴν κακοτεχνίαν, καὶ Θεοῦ πόρρω βαλοῦσαν, κακῶς καὶ ἀθέως v) ἐξη-

VII. Qualitates autem ipsorum actiuas, et naturalem configurationum peculiarem modum, caussam eorum, quae hominibus accidunt, coelestibus corporibus falsa tribuendo statuere; exque illorum motu genethliaca themata contexere; et accidentia dedecere, indeque praenotionem futurorum haberi posse, quod ad astrologiam, mathematicae singulari eximioque nomine insignitam, pertinet, existimare, otiosae stultitiae ad astrorum motus, tamquam ad caussas, humanas actiones referentis opus est. Illius igitur artis, quae ad quicquam boni sanique nihil confert, quaeque nullam cum veritate adfinitatem habet, cognitio in errorem, corruptionis perditionisque abyssum, pie agere volentibus valde perniciosam, abducit. Talia igitur, vna cum magiae prauam artem, quae hominem a deo longe proiicit, improbe et spreto numine

u) Τὰς ἀληθείας.

v) Ἐξησκημένοις.

σκημένην, καὶ μαθηματικοὺς, εἴτουν Ἀστρολόγους, ὡς εἰκὸς, ἀποτροπιάζονται· ἅτε δὴ πρὸς τὰ ἄνω κεχηνότας γε μάτην, καὶ τῇ τούτων κινήσει τὴν ἡμετέραν προσαρτῶντας ζωὴν. θεομαχοῦντας ἀντικρὺς, καὶ βαίνοντας ὄντως ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ἐπὶ κακῷ δήπου τῆς σφῶν αὐτῶν κεφαλῆς, ἐν ἴσῳ δ' εἰπεῖν καὶ ψυχῆς.

numine exercentibus, mathematicisque, videlicet aſtrologis, et leges diuinae, et magiſtrorum dei cultorum, diuinoque ſpiritu adflatorum oracula iure merito auerſantur abominanturque. Illi quippe ad corpora ſuperiora oſcitante ore fruſtra reſpicientes, ab eorum motu vitam noſtram pendere, deum aduerſo vultu impugnando, poſitosque terminos tranſiliendo, ſtatuunt; vnde tandem in caput ſuum perniciem animamque pariter ſuam accerſunt.

VIII. Ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὕτω πάντας δὲ ἀξίως τῆς ἡμετέρας ἐξωθοῦσιν αὐλῆς οἱ καλῶς αὐτῆς προϊστάμενοι· ἐγὼ δὲ τούτοις ὅσα καὶ [?] παῖς πατράσι ἑπόμενος τοῖς ἱεροῖς τροφεῦσι καὶ παιδευταῖς, καὶ παρ' οὐδὲν μὲν ἄγων, καὶ διαπτύων δυοῖν τῶν τῆς ἀστραθεάμονος σοφίας εἰδῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἐπίβουλόν τε καὶ σφαλερὸν, καθὸ τὰς τῶν ἐμπεριεχομένων μεταβολὰς διὰ τῶν ἀστέρων συσχηματισμῶν ἀποτελουμένας οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ τηνάλλως φασὶν ἐπισκέπτεσθαι, καὶ λίαν ἐπικινδύνως. Τὸ πρότερον δὲ τῇ τάξει τε καὶ δυνάμει, καὶ φέρεται γὰρ τὰ πρῶτα κατὰ τῶν ἄλλων, πρὸς μεγίστην ὄνησιν φέρον, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀστέρων μόνον κινήσεις ἔχον ἐν λόγῳ τιθέμενος, ἔδοξα πρὸς εὔχρηστον τῆς θεωρίας ὑπομνηματισμὸν ἐμαυτοῦ τε χάριν καὶ τῶν γε προτρεψάντων ἐκ παλαιοτάτων συνήθων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τοῦ παρόντος συντάγματος, ὡς ἐν κεφαλαίοις, ψηφοφοριῶν εἰσαγωγὴν προεκθέσθαι, καὶ ὑποτυπώσασθαι, πρός τε τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην μάλα συντείνουσαν· ἧς πέρι πλεῖστα συγγράμματα διεξοδικώτερον εἴργασται τῷ φιλοσόφῳ Συριανῷ, Θέωνί τε καὶ Πάππῳ τοῖς μαθηματικοῖς, καὶ Ἰωάννῃ Γραμματικῷ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου πολίτῃ· Ἔστι δὲ ἃ ταύτης καὶ παρ' ἡμῶν προσεξεύρηται. Κατὰ δὲ τὴν δευτέραν τὰς τῆς μεγάλης συντάξεως ψηφοφορίας τῶν τε πλανωμένων

VIII. Sic itaque omnes illos ex noſtris caulis, qui recte illis praeſunt paſtores, merito expellunt. Horum etiam ego, vtpote filius patrum nutriciorum et paedagogorum veſtigiis inſiſtendo, duarum, quae circa aſtra verſantur, ſcientiarum alteram nullo in pretio habeo, vtque deceptricem ac fallacem intutamque auerſor: quatenus quae in mundo mutationes accidunt, ab aſtrorum poſitu et configuratione immitti adſerunt, qui eam praecipue iactant, ac maximo cum periculo profitentur. Ordine vero et facultate primam, primas enim partes haec aduerſus alias ſibi vindicat, vtiliſſimam ac maxime conducibilem, in aſtrorum motibus rimandis ſolummodo verſantem plurimi faciens, in *primo* huius operis *libro*, vt Theoriae explicationem et in illam commentarium, tam mei, quam hortatorum mihi ab antiquo familiarium cauſſa faciliorem exhiberem, calculi abſoluendi iſagogen praemittere, et compendioſe declarare decreui, quae ad ea, quae ſecundo ac tertio libro continentur, percipienda valde conducat. Quo de calculo in diffuſioribus amplioribusque commentariis philoſophus *Syrianus*, *Theon* et *Pappus*, et *Iohannes Grammaticus*, ciuis Alexandrinus, tractarunt; cui calculi ſubducendi methodo a nobis reperta quaedam adiecta ſunt. In *ſecundo* vero *libro* calculi in planetis ac fixis inſtituendi Magnae conſtructionis

[P] καὶ ἀπλανῶν, μεθοδικώτερον ἐφοδεῦσαι καὶ ὑποδείγμασιν εὐχερὲς ἐργάσασθαι, ἀναγράψασθαι ἅμα καὶ τὰς τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας ὡς ἐν ὑποδείγμασι, καὶ δεῖξαι τὴν ἀμφοτέρων ἐν ἅπασι συμφωνίαν. Εἶτα καὶ τὴν τρίτην τὰς τῶν Περσικῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας περιέχουσαν συμπεράναι τῆς παρούσης συντάξεως, ἥπερ ἀστρονομικὴ τρίβιβλος τοὔνομα. Τοῖς μὲν ἄλλοις πάντως ἀχρεία καὶ παρορᾶσθαι δικαία. Ἀλλὰ τοῖς γε πρὸς τὸν λόγον κεκινηκόσιν ἡμᾶς ἑταίροις χρήσιμος, καὶ τῆς τοιαύτης θεωρίας ὑπόμνησις, καὶ μοί τε τῷ γεννησαμένῳ Θεοδώρῳ τῷ Μελιτηνιώτῃ, ἐκφύντι μὲν ἤδη τῆς Κωνσταντίνου καὶ νέας Ῥώμης, τελοῦντι δ' εἰς τὴν ἐν Χριστῷ διακονίαν, κἀκ τῆς ἀξίας συγκλήτου τῆς ἱερᾶς μεγάλῳ Σακελλαρίῳ καὶ διδασκάλῳ τῶν διδασκάλων τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ Ἀρχιδιακόνῳ τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ κλήρου. Καὶ δὴ τῆς ἀστρονομικῆς τριβίβλου ταύτης ἡ πρώτη, ἡ ψηφοφοριῶν εἰσαγωγὴ περιέχει ταυτί.

nis modum planiori methodo tractare exemplisque faciliorem reddere; simulque numerandi rationes in canonibus manualibus exhibitas per exemplorum modum in eo describere, amborumque in omnibus consensum ostendere statui. Huius vero nostrae constructionis *libro tertio*, *Persicarum tabularum* manualium numeros et calculum includemus, opusque nostrum *astronomicum Tribiblum* appellabimus; ceteris quidem aliis inutilis erit et iure despectui prorsus habenda. In hanc tamen theoriam commentarius non solum sociis amicisque, qui ad scribendum hortatores impulsoresque fuere, vtilis erit; sed et mihi eius auctori, *Theodoro Meliteniotae*, qui Constantinopoli, seu nouae Romae olim natus, sum inter ministrantes in Christo relatus, et senatorii ordinis sacri honoribus adeptis Sacellarius magnus factus; et sanctissimae magnae dei ecclesiae doctor doctorum, ac sancti imperatorii cleri archidiaconus. Huius itaque astronomicae Tribibli primus liber, qui et ad computationes introductio est, haecce continet:

Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον α'.

Τί ἐστιν ἀστρονομία, καὶ παρὰ τίνων εὑρεθεῖσα τὸ ἐξ ἀρχῆς ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ὕστερον. Τίς τε ὁ σκοπὸς τῆς μαθηματικῆς καὶ μεγάλης συντάξεως.

IX. Ἀστρονομία ἐστὶ τέχνη περὶ τὰ οὐράνια σώματα καταγινομένη, τέλος [P] ἔχουσα τὸ γνῶναι τὰς κινήσεις αὐτῶν. Ἔτι δ' ἀστρονομία ἐστὶ γνῶσις ποσοῦ συνεχοῦς ἀεικινήτου. Σφαιρικὴ δὲ καὶ ἀστρονομία καλεῖται, παρωνομασθεῖσα ἔκ τε τῆς πρώτης καὶ τιμιωτέρας σφαιρικῆς θεωρίας, τῆς περὶ τῆς πάντα περιεχούσης οὐρανίου σφαίρας, καὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἀστέρων θεῖον τῷ ὄντι καὶ κάλλιστον οὖσα μάθημα. Ἅτε δὴ καὶ περὶ τὰ θεῖα

Eiusdem Caput I.

Quid sit astronomia, et a quibus primum inventa ad Graecos postea deuenerit. Quis etiam mathematicae et magnae constructionis sit scopus.

XI. Astronomia ars est, quae circa caelestia corpora occupatur et versatur, cuius finis est eorum motus cognoscere. Astronomia etiam continuae quantitatis semper motae cognitio est. Astronomia quoque sphaerica vocatur a prima, eaque digniore, sphaerica doctrina denominata, quae sphaeram coelestem omnia ambitu suo complectentem contemplatur; a stellis quoque in ea existentibus (*graeco nomine*) adpellata, diuina reuera et pulcher-

κατανοουμένη καὶ τὰ οὐράνια. Καὶ μόνη, καθά φησι Πτολεμαῖος ἐν τῷ τοῦ πρώτου πρώτῳ τῆς μεγάλης συντάξεως, περὶ τὴν τῶν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἐπίσκεψιν ἀναστρεφομένη, διὰ τοῦτο οὖσα, δυνατὴ καὶ αὐτὴ περὶ τὴν οἰκείαν κατάληψιν, οὔτε ἄδηλον οὔτε ἄτακτον οὖσαν, ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχειν, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον ἐπιστήμης. Εὕρηταί γε μὲν τὸ τοιοῦτον ὑπέρσεμνον ὄντως μάθημα παρὰ τῶν τοῦ Σὴθ ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ ἀπογόνων· ὡς ὅ, τε παλαιὸς ἐκ πατρῶν λόγος ἔχει, καὶ ἀληθῶς ἔχει. Καὶ μέν τοι καὶ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται.

X. Μιμηταὶ γὰρ οὗτοι τοῦ ἑαυτῶν γεγονότες γεννήτορος, σοφίαν μὲν τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν, πρῶτοι γραμμάτων ἐφευρόντες τύπους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ, [P] καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἀπλανέσι τῶν ἀστέρων ἐπιθέντες ὀνόματα καὶ τοῖς πλανωμένοις. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρημένα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προειρηκότος Ἀδὰμ ἀφανισμὸν ἔσεσθαι τῶν ὅλων, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρός, τὸν δὲ ἕτερον κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας ποιησάμενοι δύο· τὴν μὲν ἐκ πλίνθου τὴν δ' ἑτέραν ἐκ λίθου, ἀμφοτέραις τὰ εὑρημένα προσέγραψαν, ἵνα τῆς πλινθίνης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας ἀφανισθείσης, ἡ λιθίνη μείνασα ἅπαντα δοίη μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα· δηλοῦσα καὶ πλινθίνην ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι· ἣν δὴ καὶ μένειν κατὰ τὴν Συρίδα γῆν ἄχρις ἐκείνου φησί, λέγω δὴ τὴν λιθίνην· τῆς δὲ γῆς ἐπομβρίᾳ κατακλυσθείσης, καὶ μόνου Νῶε περισωθέντος, ἀρχηγοῦ τε καταστάντος δευτέρου κόσμου· καὶ δὴ τῶν ἀπ' ἐκείνου, διὰ τὴν ἣν ἐπενόησαν τόλμαν οἰκοδομούντων τὸν πύργον,

pulcherrima eſt diſciplina. De diuinis quippe coeleſtibusque rebus cogitando, circa contemplationem eorum, quae eodem ſemper ſe modo habent, vt libri I. magnae conſtructionis cap. I. *Ptolemaeus* aſſerit, ſola etiam verſatur; qua de cauſſa in proprii obiecti comprehenſione, quae nec obſcura nec confuſa eſt, tantum pollet, vt ſibi ſemper ſimilis et immutabilis permaneat, quod ſcientiae proprium eſt. A *Sethi* quidem Adami liberorum vnius poſteris haec eſt omni veneratione maior inuenta diſciplina; quod quidem veterum patrum monumenta veritati conſona docent: idque *Ioſephus* veritatis ſtudioſus profecto et amans Antiquitatum Iudaicarum lib. I. ſcripſit.

X. Enimuero quum hi ſui parentis imitatores eſſent, de coeleſtibus eorumque ordine et ornatu philoſophari cogitarunt: primique literarum typos, coeli ſigna, anni partium conuerſiones et ſeptimanas inuenerunt, fixisque ſtellis ac planetis nomina impoſuere. Ne vero illa inuenta hominibus perirent, et antequam forent cognita euaneſcerent, quum vniuerſi deletionem ruinamque duplicem, vi ignis alteram, alteram infinita aquarum copia futuram praedixiſſet Adamus, columnis duabus exſtructis erectisque, vna quidem lateritia, lapidea altera, inuenta ſua vtrique inſcripſerunt; vt, ſi lateritia ab ingentibus profuſisque imbribus corrumperetur, lapidea ſupereſſet, ex qua poſſent homines cuncta inſcripta addiſcere, atque lateritiam ab ipſis quoque fuiſſe erectam et conſecratam: quam etiam, lapideam dico, ad illa vsque tempora in Syria ſtare ac permanere ait. At quum diluuio terra cooperta fuiſſet, ac ſolus Noë, ſecundi mundi princeps factus, ſeruatus fuiſſet, eiusque poſteri audacia, quam animo praeſumſerant, turrim aedificaſſent, ipſorumque linguae confuſae perturbataeque fuiſſent,

συγχυθέντων τὴν γλῶτταν, ἅτε δὴ κακῶς καὶ ἀθέως ὁμοφρονούντων· μόνος Ἀρφαξὰδ τὴν οἰκείαν διατηρήσας, Χαλδαίων πρόγονος. Οἱ δὲ φύσεως ἀγαθῆς γεγονότες, καὶ τὰ ἐπὶ λιθίνης στήλης εὑρόντες ἐγγεγραμμένα, τὴν τῶν οὐρανίων συνεγράψαντο ἐπιστήμην· τοσοῦτον θαυμασθέντες παρὰ πᾶσιν ἐπὶ σοφίᾳ, ὥστε καὶ τοὺς αὐτῶν φιλοσόφους περὶ ἀστρονομίαν [P] τὸ πλέον ἔχοντας, καὶ γενεθλιαλογεῖν ἤδη προσποιουμένους, Χαλδαίους προσαγορεύεσθαι.

ſent; quod inique ſpretoque deo in ipſum coniuraſſent, propriam natiuamque *Arphaxadus* retinuit, et Chaldaeorum nationis parens auctorque fuit. Hi vero indolem bonam ingeniumque nacti, quae lapideae columnae inſcripta erant, inuentis, caeleſtium ſcientiam conſcripſere. Quorum tam eximia fuit ſapientia, vt eos omnes homines ſint admirati, adeo vt ipſorum philoſophi in rebus aſtronomicis vt plurimum occupati, exque figuris natalitiis caelique thematibus praedicendi artem profeſſi, Chaldaei ſint etiam appellati.

XI. *Στράβων γεωγραφῶν φησὶ, τῷ κοινῷ τοῦ γένους ὀνόματι κατ᾽ ἐξοχὴν ὀνομαζομένους οἰκοῦντας μὲν τῆς Βαβυλωνίας χώραν αὐτοῖς εἰς κατοικίαν ἀφωρισμένην πλησιάζουσαν τοῖς τε Ἄραψι, καὶ τῇ κατὰ Πέρσας λεγομένῃ θαλάσσῃ, εἰς πλείω δὲ γένη διῃρημένους· καὶ τοὺς μὴν Ὀρχηνοὺς, τοὺς δὲ καλουμένους Βορσιππηνοὺς καὶ ἄλλους ἄλλως, ὡσὰν καθ᾽ αἱρέσεις ἄλλα καὶ ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν ἔχοντας δόγματα. Ἐν οἷς ἄλλοι τε πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες, καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον Ὀτάνης· ὅ, τε Κιδηνᾶς καὶ Ναβουριανὸς, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος· ἀλλὰ καὶ Σελευκίας Χαλδαῖος καὶ οὗτός ἐστιν· ἐκ τούτων τὸ παλαιὸν ὁ μέγας γενόμενος Ἀβραὰμ, καὶ πρῶτος Θεὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἐγνωκώς· τοῖς τε τῆς γῆς καὶ θαλάσσης παθήμασι, καὶ w) τῆς περὶ τὸν Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ πᾶσι τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν συμβαίνουσι λογισάμενος· καὶ τούτῳ δὴ προσδραμὼν ἑτοίμως καλοῦντι, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀκολουθήσας κατάγοντι· κἀκεῖ τοῖς λογιωτάτοις Αἰγυπτίων διαφόροις ἔθεσιν ἀρεσκομένοις, καὶ τὰ παρ᾽ ἀλλήλοις ἐκφαυλίζουσι νόμιμα καὶ διὰ τοῦτο δυσμενῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, συντυχὼν ἑκάστοις [P] αὐ-*

XI. Strabo in libris ſuis geographicis ſcribit, communi gentis nomine per excellentiam adpellari incolas Babylonicae Arabibus et mari Perſico vicinae regionis, quae ipſis in plures claſſes diuiſis ad habitandum fuit adtributa et ſepoſita; eorumque alios Orchenos, alios Borſippenos, alios diuerſis nominibus vocatos fuiſſe; quatenus variis ſectis addicti de rebus iisdem diuerſimode ſentiebant. In quibus plurimi alii celebres et laude digni floruerunt viri, quorum praecipuus *Zoroaſter*, et qui illum ſequutus eſt *Otanes* claruere; *Cidenas* deinceps et *Naburianus*, quibus *Sudinus* accenſetur; verum etiam *Seleucus* Seleucia oriundus eſt quoque Chaldaeus. Ex ea gente magnus *Abraham* olim ortus deum vniverſi creatorem, ex variis, quae in terra et mari cernuntur adfectionibus et proprietatibus, exque omnibus, quae circa ſolem et lunam et coelum accidunt, ratiocinando primus cognouit, ad quem, quum vocaret ipſum, celeri curſu acceſſit, et in Aegyptum deducentem ſequutus eſt. Vbi quum Aegyptiorum, qui conſuetudinibus diuerſis ſtudentes, inuicemque alii aliorum leges deſpectui habentes, mutuis inter ſe odiis et inimicitiis certa-

w) Τοῦ

τῶν διαπτύει μὲν οὓς ἐποιοῦντο λόγους περὶ τῶν ἰδίων κενοὺς, καὶ μηδὲν ἔχοντας ἀληθὲς ἀποφαίνων· θαυμασθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς συνετώτατος καὶ δεινὸς ἀνὴρ οὐ νοῆσαι μόνον ἀλλὰ καὶ πεῖσαι, λέγων περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειε διδάσκειν, τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ περὶ ἀστρονομίας παραδίδωσιν.

certabant, fuisset sapientissimis congressus; auersatusque, quos de propriis vnusquisque suis opinionibus fecerunt, sermones, nihil veri in se habere eos ostendit. In colloquiis itaque virum admirati, vtpote prudentissimum, et intelligendi facultate non solum, sed etiam persuadendi vi, quandocumque verbo docere inciperet, pollentem, arithmeticam et astronomiam ab ipso benigne tradente acceperunt.

XII. Οὗτοι δὲ γνωριμώτατοι διὰ σοφίαν ἐν πᾶσι γενόμενοι, καὶ τὸν Ἑρμῆν, ὃν δὴ καὶ τρισμέγιστον ὠνομάσθαι φησὶ, ἄνδρα τὸν ἐν αὐτοῖς ἄκρον ἐν μαθηματικῇ, πολλούς τε σὺν ἐκείνῳ καὶ ἄλλους Αἰγύπτου παῖδας, τοὺς κεκλημένους παρ' ἐκείνοις προφήτας ἔσχον· οὐκ ἀθαύμαστον παρὰ πᾶσιν ἐπὶ παιδείᾳ λαχόντας ὄνομα, οἱ τὸ πρῶτον Ἀβραὰμ τῷ προπάτορι καὶ Χαλδαίῳ τῷ ὄντι σοφῷ μαθητεύσαντες. πρὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον τούτων ἀμαθῶς εἶχον, φησὶ, x) ἐκ Χαλδαίων ταῦτ' ἐφοίτησαν εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν ἦλθε καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας. Πυθαγόρας γὰρ ὁ Μνησάρχου Σάμιος, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Ἡγεσιβούλου ὁ Κλαζομένιος, ἔτι τε Θάλης ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ τῶν Ἀθήνησι νόμων ἐφευρετὴς, καὶ μὴν καὶ Πλάτων ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ἄχρι τῆς Αἰγύπτου φιλομαθίας χάριν παρελθόντες, καὶ παρ' αὐτῶν διδαχθέντες [P] τὴν μαθηματικὴν τοῖς ἄλλοις παραδεδώκεσαν ἐπιστήμην. Καὶ δὴ πολλοὶ μὲν ἐν Ἕλλησι καὶ ἄλλοι γεγόνασι τὴν τοιαύτην εἰς ἄκρον ἐξησκήσαντες θεωρίαν, καὶ Χαλδαίους πολλῷ τῷ μέσῳ καὶ Αἰγυπτίους ὑπερβάλλοντες· καὶ μάλιστα πάντων ὁ πάντων μάλιστα φιλόπονός τε καὶ φιλαλήθης ἀνὴρ Ἵππαρχος, ὥς φησι Πτολεμαῖος. Καὶ μέντοι Πάππος τε καὶ Θέων οἱ Πτολεμαϊκοὶ y) φαῖαι διάδοχοι.

XII. Hi vero apud omnes gentes quum ob sapientiam celebritate nominis inclaruissent, *Hermetem*, quem ter maximum adpellari dicit, virum inter ipsos summum mathematicum, multosque simul alios Aegypti indigenas, prophetas dictos apud se habuerunt. Neque mirum famam eruditionis consequutos esse, qui patriarchae *Abrahae* Chaldaei reuera sapientis discipuli primo fuerant, ab eoque edocti. Antequam enim in Aegyptum fuisset ipse profectus, mathematicas disciplinas, *Iosepho* teste, nesciebat gens illa; quae ex Chaldaea in Aegyptum delatae, ad Graecos postea peruenerunt. *Pythagoras* siquidem Samius Mnesarchi F. *Pherecydes* Syrius, *Anaxagoras* Clazomenius, Hegesibuli F. *Thales* praeterea Milesius, *Solon* quoque, qui Atheniensibus leges condidit et scripsit, quinetiam *Plato* Aristonis F. addiscendi cupiditate ducti ad Aegyptios abierunt, et ab ipsis in scientiis mathematicis eruditi, aliis postea eas tradiderunt. Multi praeterea alii Graeci in eiusmodi theoretica scientia summe exercitati claruerunt, et longo interuallo post se relictos Chaldaeos et Aegyptios superarunt. Praecipuus vero omnium tum veritatis amantissimus *Hipparchus* a Ptolemaeo laudatus. *Pappus* quidem et *Theon* Ptolemaei successores clari fuere.

XIII. *Clau-*

x) καὶ ἐκ.

y) Bullialdus leg. φανοί.

XIII. Ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος οὗτοσὶ Πτολεμαῖος, καὶ Πτολεμαΐδος μὲν ἐκφὺς τῆς ἐν Θηβαΐδι καλουμένης Ἑρμείου, Αἰλίῳ δὲ z) Ἀντωνίῳ βασιλεῖ Ῥωμαίων σύγχρονος γεγονὼς κατὰ πάντων τὰ πρῶτα φέρεται, πάσης μὲν, ὡς αὐτὸς γράφων ἐν πρώτοις παραδηλοῖ, μαθηματικῆς ἐπιμεληθεὶς θεωρίας, ἐξαιρέτως δὲ καὶ τῆς περὶ τὰ θεῖα κατανοουμένης, καὶ τὰ οὐράνια. Καὶ ταύτην ἐν τρισὶ καὶ δέκα τοῖς τῆς μαθηματικῆς καὶ μεγάλης συντάξεως κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα παραδιδοὺς βίβλοις, καὶ μὴν μετὰ τοσῆσδε τῶν ὀνομάτων εὐγενείας καὶ χάριτος καὶ ῥυθμοῦ καὶ τόνου, ὡς ὑπερβάλλειν σχεδὸν τοὺς ὁρμωμένους ἐντεῦθεν καὶ γλώττης μόνης ἀττικιζούσης δοκεῖν φροντίζειν· ἣ δὴ καὶ μεγάλη καλεῖσθαι μόνη τῶν ἁπασῶν ἐκληρώσατο, διά τε τὴν σεμνότητα καὶ τ' ἀξίωμα τῶν ὑψηλῶν καὶ μεγάλων λόγων τῶν ἐν αὐτῇ, περὶ τὴν κατ' οὐρανὸν θεωρίαν ἐχουσαν τὸν σκοπόν.

XIII. *Claudius* vero hic *Ptolemaeus* in Thebaïdis vrbe Ptolemaide Hermii adpellata natus, Aelio Antonino romano imperatori coaeuus, primas in omnibus partes obtinet: quum, vt ipse in primis libris ostendit, in omnibus mathematicae partibus addiscendis, ea praecipue, quae res diuinas caelestesque contemplatur, sedulus ac diligens fuerit. Quam tredecim mathematicae et magnae constructionis libris accuratissime, et demonstrationibus maxime sublimibus, tanta cum nominum aptitudine, ornatu, gratia, rhythmo ac tono tradidit, vt etiam illos superaret, qui hisce ducti et impulsi solius Attici leporis curam habere, eumque sectari videntur. Quae etiam propter maiestatem dignitatemque sublimium et grandium, qui ea comprehenduntur, quique caelestium rerum contemplationem scopum habent, sermonum *Magnae* nomen inter omnes vna sortita est.

[†] XIV. Περιέχει μὲν γὰρ ἐν μὲν τοῖς πρώτοις δυσὶ βιβλίοις τήν τε καθόλου τῆς γῆς ὅλης σχέσιν πρὸς ὅλον τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς τοῦ λοξοῦ κύκλου θέσεως, καὶ aa) τὸν τόπον τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης· ἔτι τε τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν καθέκαστον ὁρίζοντα παρὰ τὰς ἐγκλίσεις γενομένης ἐν ταῖς τάξεσι διαφορᾶς· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τὴν ἡλιακὴν κίνησιν· ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ τὴν σεληνιακήν· ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τὰ ταύταις ἐπισυμβαίνοντα· Συνοδικάς τε φημὶ καὶ πανσεληνιακὰς συζυγίας, καὶ τοὺς ἄλλους οὓς πρὸς τὸν ἥλιον ἡ σελήνην ποιεῖται σχηματισμούς· ἔτι γε μὴν καὶ τὰς ἐκλειπτικὰς φαντασίας καὶ τὰ παθήματα· ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ καὶ ὀγδόῳ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν καλουμένων σφαίρας. Ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς πέντε βιβλίοις τὰ περὶ τῶν πέντε πλανητῶν

XIV. Primis autem duobus libris, totius orbis terrarum ad vniuersum caelum habitudinem vniuersalem; rationem porro positionis obliqui circuli zodiaci, locorumque et situum terrae nostrae habitabilis; differentiam praeterea in ordinandis illis per singulos horizontes ex inclinationibus variis ortam explicat et ostendit. Tertio libro solis motum, vt et quarto et quinto lunarem expendit et determinat. Sexto quae vtrisque simul contingunt, synodicas nempe syzygias et plenilunia; aliasque solis et lunae ad inuicem habitudines et configurationes a se obseruatas. Eclipses praeterea, easque concomitantia accidentia et circumstantias declarat. Septimo et octauo quae ad sphaeram fixarum pertinent stellarum exsequitur. Postremis tandem quinque libris, quinque Planetarum adpellatorum motus examinat

z) Ἀντωνίνῳ.

aa) τῶν τόπων

προσαγορευομένων. Ἕκαστα δὲ τούτων, ὥς φησιν ἐν τῷ τοῦ πρώτου δευτέρῳ, δείκνυσιν ὁ σοφὸς Πτολεμαῖος, ἀρχαῖς μὲν καὶ ὥσπερ θεμελίοις εἰς τὴν ἀνεύρησιν χρώμενος τοῖς ἐναργέσι φαινομένοις, καὶ ταῖς ἀδιστάκτοις τῶν τε πρὸ ἐκείνου καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον τηρήσεων. Τὰς δὲ ἐφεξῆς τῶν καταλήψεων ἐφαρμόζων διὰ τῶν ἐν ταῖς γραμμικαῖς ἐφόδοις ἀποδείξεων.

minat et contemplatur. Vnumquodque vero eorum, vt cap. 2. libri 1. ipse scribit doctus Ptolemaeus, manifestis clarisque phaenomenis, certisque et nulli dubio obnoxiis, quae ab anterioribus priscisque astronomis, quaeque sua aetate factae fuerant, obseruationibus, pro principiis ac veluti fundamentis adhibitis, ostendit. Quae vero ex illis colliguntur et comprehenduntur, linearibus demonstrationibus apte accommodata explanat.

[P] THEODORVS METOCHITA cum paullo antiquiore Georgio Metochita [bb]) non confundendus, sub Andronico Palaeologo seniore amplissima magni logothetae dignitate functus est ab a. C. 1314. et filiam suam Irenem [cc]) Ioanni Palaeologo panhyperseballo, Constantini Palaeologi, qui Andronici imp. frater erat, filio nuptui collocauit. Postea quum Andronicus iunior, senioris ex Michaele filio nepos, auum imperio exspoliasset a. 1327. Theodorus quoque dignitate imminutus et exsul, mox liberatus iterum exsilio, CPoli in monasterio Chorae, quod ipse instaurauit, vixit atque exstinctus est a. C. 1332. die decimo tertio Martii, post Andronicum seniorem, cui fidelis et amicus fuerat, defunctum die tricesimo [dd]). Nicephorus Gregoras, qui virtutem illius atque eruditionem patroni ac doctoris sui

bb) Hic *Georgius Metochites*, Io. Vecci archidiaconus CPolitanus, λατινόφρων et ideo cum eodem Becco atque Ioanne Meliteniota eiectus in exsilium circa a. C. 1283. ab Andronico Palaeologo. De eo Pachymeres et e recentioribus *Allatius* de Georgiis p. 346. [in Fabr. bibl. gr. vol. X. p. 670. sqq. ed. vet.] quem vide sis etiam de consensu p. 769. seq. p. 775. et aduersus Creyghtonum pag. 617. 625. et *Michaëlem Nau* in ecclesiae romanae graecaeque vera effigie pag. 82. qui Theodorum Metochitam, Georgii filium fuisse scribit. Confundit vtrumque *Vossius* de Hist. graecis II. 29. Meursium praef. ad Metochitam sequutus. Ex Georgii Metochitae scriptis pro Latinis aduersus Graecos partem *Allatius* vulgauit, vt *refutationem trium capitum Maximi Planudis*, in Graecia Orthodoxa tom. II. pag. 922-958. Refutationem *Manuelis Cretensis, Nepotis*, id. pag. 959-1074. Ex Oratione *de vnione ecclesiarum*, fragmentum pag. 429. contra Hottinger. Ex Oratione *de dissidio ecclesiarum* id. pag. 458. 462. Ex *libro IV. de processione Spiritus S. Combefis.* tom. II. auctarii noui bibl. patrum pag. 1018-1026. (vbi de S. Maximi loco epist. ad Maximum Cypri presb. disputatur,) Ex *libro V. Allatius* libro de purgatorio p. 668-677. et contra Hottinger. pag. 511. De illis quinque libris siue Orationibus *Allatius* de Consensu p. 771. Citantur etiam plura a *Nic. Comneno* in Mystagogicis praenotionibus, vt *explicatione regularum S. Nicephori* CPol. patriarchae p. 20. *Oratio de sacris mysteriis* p. 396. *Ecthesis Historiarum et Orationes contra Georgium Cyprium.* p. 410. Argumentum trium Orationum contra Cyprium exponit *Allatius* de Consensu, pag. 772. *Fabr.* Add. *Cauei* Hist. litter. SS. eccles. de saeculo scholastico ad a. 1276. pag. 320. sqq. vbi etiam de *Theodoro Metochita* agitur, et *Saxii* Onomast. lit. part. II. pag. 321. qui Georgii Metoch. aetatem adligat a. circ. 1280. *Villoison* in Anecdot. gr. tom. II. pag. 249. memorat codic. DCL. qui in bibl. Venet. Marc. post editum MSSt. catalogum illatus est: „Georgii Metochitae opus, cuius titulus paene deletus est imbrium iniuria. Agi videtur de schismate ecclesiarum graecae et latinae." add. not. supra ad vol. III. pag. 227. *Harl.*

cc) *Ioannes Cantacuzenus* lib. I. cap 45. *Nicephorus Gregoras* lib. 7 cap. 11.

dd) *Nicephorus* Gregoras lib. X. cap. 2. vbi etiam Monodia eius in Metochitam inserta legitur,

ſui encomiis mactat in hiſtoriarum opere, lib. VII. VIII. IX. X. et funebri illum oratione decorauit [ee]), hoc quoque ei poſuit epitaphium [ff]):

Ὃς πάρος ἐν σοφίῃ μέγα κῦδος ἔην γε θνητῶν
Βαιὸς ὧδι λάας τοῦγε κέκευθε νέκυν.
Δῆμος σεπτῶν μουσάων ὀλολύξατε πᾶσαι,
Ὤλετο κεῖνος ἀνήρ, ὤλετο πανσοφίη.

[P] *Magno hominum decori cuius ſapientia nuper*
Certe erat, huncce leuis iam lapis ecce tegit.
Muſarum veneranda cohors, complangite cunctae,
Ille vir interiit! Panſophia ipſa iacet!

Laudibus illis praeter Gregoram et Io. Cantacuzenum fidem facit etiam Thomas magiſter in προσφωνητικῷ ad Metochitam, et in epiſtola ad eum ſcripta, vbi vocat μουσῶν ἑλικῶνα, λόγων ἑστίαν φιλοσοφίας τέμενος, ῥητορικῆς ὄφελος, καὶ συμπάσης ἄλλης λογικῆς ἐπιστήμης, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, πρυτανεῖον. *Heliconem muſarum, Veſtam politicarum litterarum, philoſophiae templum* (al. μένος *robur ac ſpiritum*) *artis oratoriae columen, et ceterae liberalis doctrinae vniuerſae, vt verbo dicam, publicum prytaneum.* p. 204. Inter alia etiam exquiſitam aſtronomiae peritiam in illo celebrat, quam diſciplinam ex eo hauſiſſe profitetur *Gregoras* VIII. 7. et ex tenuibus, quae a Bryennio edoctus fuerat, principiis ad ſummum faſtigium produxiſſe Metochitam ſcribit *Io. Cantacuzenus* lib. I. c. 11. p. 37. Illa vero Thomae magiſtri epiſtola vna cum προσφωνητικῷ graece et latine vulgata eſt a *Laurentio Normanno* inter alias eius orationes et epiſtolas, Vpſal. 1693. 4. p. 178. et 202. Hunc Metochitam falſo tradi a Margunio in eccleſiaſtico dogmate ſenſiſſe cum Latinis, obſeruat *Nicolaus Comnenus* Papadopoli in praenotionibus myſtagogicis pag. 9. et fuſius, in teſtimonio Graeciae.

Quamquam in ſumma dignitate conſtitutus multos annos negotia publica curanda habuit, curauitque ex Andronici imp. voto diligentiſſime: tamen multa et praeclara ſcripſit, ſemper lucubrationes interponens diurnis reip. curis [gg]). Ex his multa penitus interciderunt, paucіſ-

tur, quam cum Hieron. Wolfii verſione Meurſius Metochitae ſuo praefixit. *Fabr.* Cel. *Morelli* in bibl. MSta gr. et lat. I. pag. 71. ſq. de cod. Veneto *Marc.* LXXIX. obſeruauit, ad initium quemdam e Meliteniotarum familia, Ioannis filium, quo tempore conſanguinei ſui nonnulli obierint, annotaſſe: in his de Theodoro Metochita, Κατὰ τὰ ιγʹ τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς αὐτῆς (ιι ιεʹ) ἰνδ. τοῦ αὐτοῦ (ι. ϛωμʹ) ἔτους ἐκοιμήθη ὁ μέγας λογοθέτης Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης ὁ σοφώτατος μετονομασθεὶς Θεόληπτος μοναχὸς, ὁ θεῖός μου. *Harl.*

ee) Conf. ſupra, vol. VII. p. 645. nr. 76. et p. 656. *Harl.*

ff) *Io Boivin* ad Gregoram p. 773. et *Bandurius* Antiquitat. CPol. lib. VII. p. 180.

gg) *Gregoras* lib. VII. cap. 11. Hiſtoriae de Metochita: βιβλιοθήκη γὰρ ἦν ἔμψυχος οὗτος καὶ τῶν ζητη-

paucissima viderunt lucem, pleraque adhuc latent inedita in bibliothecis, [P] siue carmine siue prosa: in quibus versus duriores [hh]), et prosam asperam [ii]) auresque ardentem notauit paullo delicatius lectorum iudicium. *Fabr.* — De Theodoro Metoch. conf. etiam *Henr. Wharton* in Adpend. ad *Guil. Cauei* Hist. lit. SS. eccles. tom. II. p. 4. sq. ad a. 1301. *Iac. Brucker.* Hist. crit. philos. tom. III. p. 546-543. *Io. Fabricii* Hist. bibl. Fabr. part. V. p. 261. seq. *Saxii* Onom. lit. II. p. 345. ad a. 1310. *Harl.*

Edita Theodori Metochitae scripta.

Παράφρασις. *Paraphrasis in* Aristotelis *libros VIII. Physicorum*, *libros III. de anima*, *libros IV. de coelo*, *libros II. de ortu et interitu*, caeteraque quae paruorum naturalium nomine veniunt, *librum de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de insomniis, de diuinatione per somnum, de motu animalium, de breuitate et longitudine vitae, de senectute et iuventute, vita et morte: et librorum IV. meteorologicon* [kk]). Haec Paraphrasis graece necdum lucem vidit, latine autem versam a *Gentiano Herueto* Aurelio, Simon Schardius primum excudi curauit Basileae 1559. 4. apud Nicolaum Brylingium cum praefatione Philippi Becchii, medici. Deinde recusa latine est Rauennae 1614. 4. Nam Parisiis primum vulgatam fuisse, nescio, vnde accepit Labbeus [ll]), qui nec annum nec formam dicere potuit, et a se primum in lucem editam Brylingius in fronte sui libri diserte profitetur.

Historiam romanam a Iulio Caesare ad Constantinum magnum, quam ab Andrea Schotto acceperat sub Theodori Metochitae nomine, graece, addita versione sua et breuibus ad calcem libri notis, vulgauit *Ioannes Meursius* Lugd. Bat. 1618. 4. [et in Opp. Meursii tom. VII. Florent.

ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία — ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, ἐξ ὧν συντετάχει πολλῶν τε καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης γεμόντων τῆς ὠφελείας βιβλίων etc. *Erat enim viva bibliotheca, et eorum, quae scire velles, parata copia — verum, qua dicendi facultate praeditus fuerit, cuilibet aestimare promtum est ex plurimis libris, quos multae et variae frugis plenos composuit. Iam, quod in eo viro maxime mireris, quum tantae molestiae premerent, tantus negotiorum publicorum aestus incumberet, cum curae alias aliae animum eius veluti inundarent, nihil umquam fuit, quod eum a lectione et scriptione reuocaret. Sed ea dexteritate in vtrisque versabatur vt a mane vsque ad vesperam in palatio remp. administraret, et vni huic rei ita sedulo, ita acri studio vacaret, quasi a litteris prorsus alienus esset. Sero inde digressus, adeo totus in litteris erat,* ὥσπερ ἂν εἰ σχολαστικός τις ἦν, *quasi scholasticus esset, neque cum rep. negotii quicquam haberet.*

hh) *Io. Boiuin.* ad Gregoram pag. 773. [v. supra, vol. VII. p. 656. vbi etiam versus quidam eiusd. memorantur. *Harl.*]

ii) *Gregoras* lib. VII. c. 11. p. 168.

kk) De Theodori Metoch. paraphrasibus in Aristotelis libros earumque codd. iam pluribus Fabricius et ego exposuimus supra in vol. III. p. 226. sq. (vbi adnotatum est, in *Blochii* praefat. ad librum infra laudatum agi quoque de Th. Met. paraphrasibus Opp. Aristot.) pag. 230. et 231. ad sect. X. et XI. ibique praecipue conf. not. *oooo.* et pag. 236. cum nota *yyyy.* add. pag. 509. et cel. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 4. p. 37. sqq. de codd. Bauar. LXXIII. et LXXIV. in quibus sunt *Metochitae* physica s. paraphrasis Aristotelicorum librorum. *Harl.*

ll) *Labbeus* in conspectu Platonis et Aristotelis interpretum. p. 15.

Florent. 1746. fol. pag. 737. ſqq.] Sed ab eodem Labbeo mm) et Theop. Raynaudo nn) atque Vincentio Richardo *) obſeruatum fuit, illam non eſſe Metochitae, ſed librum tertium annalium *Michaelis Glycae* a pag. 204. edit. regiae vsque ad 245. vbi Galerii Maximiani infelix obitus deſcribitur. *Fabr.* Idem arbitratur Fabric. ſupra in vol. VII. p. 420. ſect. XXVIII. ſub fin. p. 468. ſect. XLI. inprimis in vol. XIII. p. 629. ſq. de ſcriptoribus gr. a Io. Meurſio editis, nr. 14. de Meurſii edit. Theod. Metochitae, Lugd. B. 1618. 4. vnde reducam h. l. ea quae Fabric. adnotauit. „In Athenis, pergit, Batauis, quae 1625. viderunt lucem, p. 197. Meurſius inter parata a ſe ad editionem, memorat Theodori Metochitae Hiſtoriarum libros quatuor, cum verſione et notis: et graece cum animaduerſionibus ſuis *Athenaei* Mechanica; *Apollodori* Poliorcetica; *Iulii Africani* Ceſtos; *Meletium* de natura hominis; *Harpocrationem*, et graece denique ac latine *Menandrum* rhetorem de diuiſione cauſſarum in genere demonſtratiuo. Nihil horum ab illo tempore conſtat editum eſſe a Meurſio: quos autem vocat hiſtoriarum Theodori Met. libros, hos graece pridem habemus vulgatos poſt id tempus ſub nomine *Michaelis Glycae* Annalium, de quibus dixi vol. VI. p. 156. [vol. VII. p. 468. ſeq. nou. edit.] Non vero Glycam, ſed Theodorum eſſe illorum auctorem, Meurſius perſuaſit ſibi ex MSto codice, vnde etiam *Henricus Ernſtius* libr. II. Obſeruationum cap. 36. pag. 161. *Annalium auctor quod non ſit Michael Glycas, cognomento Siculus, ſed Theodorus Metochita, cl. Meurſius manifeſto deprehendit, qui Annales ipſos ex MS. auctiores gr. et lat. in lucem emittet.* Pro eadem ſententia militat *Chriſtoph. Frid. Bodenburgius*, rect. gymnaſii Berolinenſis, in diſſ. *de Theodori Metochitae ſcriptis, νοθείας vulgo inſimulatis*, inſerta Miſcellaneis Lipſienſ. tom. II. p. 23. ſeq. Idem teſtatur, manu exaratum ſe habere *Theodori Metochitae* Χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου διεξιὸν περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κ. τ. λ. illum ipſum ſcilicet codicem, ex quo Meurſius hiſtoriam illam publici iuris facere voluit, et quem laudati *Bodenburgii* anteceſſori donauit Samuel Pufendorfius, cui aliorum poſtumorum Meurſianorum editionem debemus.“ Hactenus Fabricius. Idem *Bodenburg* contra Meurſium pro Theod. Met. id vrguet argumentum; morem tum fere fuiſſe, vt noui ſcriptores ab aliis iam tradita, ipſorum quoque verbis inſererent ſcriptis. At tum quidem Theod. Met. a crimine plagii abſolui haud poterit. Io. autem Fabric. in hiſtor. bibl. ſuae l. c. p. 262. legendos commendat *Placcium* de pſeudon. p. 318. 443. *Olearium* bibl. eccleſ. part. II. p. 195. et *Crenium* in diſſ. II. de furib. librar. p. 26. *Harl.*

[*Specimina Operum Theodori Metochitae*, quae inſcribuntur: Ὑπομνηματισμοὶ καὶ Σημειώσεις γνωμικαί, e codd. MSS. Lutetiae Pariſiorum in bibl. regia et Coislin. St. Germanenſi aſſeruatis cum praefatione et notis primum vulgata ab Iano Bloch. Hauniae 1790. 8. *Harl.* In praef. Blochius de cadentibus litteris graecis, tum de Theodoro Met. exponit, eiusque ſcriptis editis et ineditis, ſingulatim eo, cuius ſpecimina edidit, quodque, in 120. titulos deſcri-

mm) *Labbeus* ad Glycae annales Pariſ. 1660. fol. p. 564.

nn) *Raynaudus* de bonis et malis libris Lugd. 1653. 4. p. 156.

*) *Richardus* ad Matthaeum Cantacuzen. in Canticum canticorum. Rom. 1624. fol. pag. 130. [Io. quoque *Lamius* in diſſ. de Mich. Glyca, praemiſſa huius epiſtolis, in Deliciis eruditorum, Florent. 1736. p. 12. in eadem verſatur opinione. At non vidit Bodenburgii defenſionem, in qua ea quae Lamius, alios ſequutus, contra Meurſium dixit, iam diu diluta ſunt. *Harl.*

defcriptum, non effe diuerfum a Mifcellaneis Theodori dictis operibus contra Fabricium oftendit. Exhibuit autem eius opusculi, cuius plures codd. recenfet, duos Parifinos ipfe infpexit, et capitum omnium argumenta et loca felecta, vt de Synefio Cyren. In calce p. 161. feq. e cod. Efcorialenfi a Moldenhauero fuppeditatam particulam c. 16. (vnde iam pag. 61. e codd. Parif. quaedam dederat) de Philone Iudaeo exhibuit. *Beck.*]

Scripta Theodori Metochitae inedita.

I. Περὶ νεωτερικῆς κακοηθείας. De *mala recentiorum confuetudine.* De hoc libro adfcribam teftimonium graeci hominis doctiffimi, *Nicolai Comneni* Papadopoli pag. 9. Praenotionum Myftagog. *Inter plurima monumenta tum fapientiae tum eruditionis, queis vir hic plane doctus Graeciam noftram iam paene ad extremam paupertatem fcientiarum redactam auxit atque ditauit, potiffime laudandus eft aureus libellus* περὶ νεωτερικῆς κακοηθείας, *quem noftra aetate latinum fecit Arcudius. Ibi enim ita de facris inftitutis recentiorum more corruptis facundiffime queritur, vt trecenta vulnera* [oo]) *ecclefiae a corruptoribus illata demonftret.* Loca paffim ex hoc libro idem *Comnenus* vtraque lingua adfert, vt pag. 165. 195. 225. 320. 403. 414. et alibi, fed integrum vel graece prodiiffe vel verfionem Petri Arcudii vidiffe lucem, mihi hactenus incompertum.

II. *Hiftoriae facrae libros duos*, et *Conftantinopolitanae vnum* habuit Ioannes Meurfius et publici iuris facturum fe promifit in praef. ad fuum Metochitam. Videntur autem hi tres fuiffe ex illis λόγοις Theodori Metochitae *decem et octo* de variis materiis, fed praecipue ad Hiftoriam de vitis Sanctorum et ad hiftoriam imperii CPol. et ipfius vrbis CPol. pertinentibus, qui feruantur in bibl. caefarea, ipfo illius aeuo, (vt teftatur *Lambecius* VII. p. 154. [pp])) pereleganter exarata in membrana, et ex quibus loca adfert Reinoldus Dehnius S. I. in notis ad martyria Cofmae et Damiani pag. XVIII. ex oratione de laudibus Nicaeae vrbis, et altera de Marina martyre: et pag. XLVIII. ex oratione de Greg. Nazianzeni laudibus [qq]). Promittit eodem loco Lambecius fe accuratius illos λόγȣς defcripturum libro octauo, fed aliorum codicum copia et multitudine prohibitus id praeftare non potuit. *Fabr.* Leuiter eum recenfuit *Neffel.* in catal. MSS. caefar. part. 4. p. 53. fq. de cod. XCV. *Harl.*

III. *Capita philofophica et hiftorica mifcellanea CXX.* MSS. graece in bibl. caefarea tefte *Lambecio* VII. p. 149. feq. [rr]) et inter codices MStos bibl. Auguftae Vindelicor. memoran-

oo) Poftremum eft de garrulitate.

pp) Siue p. 530. Kollar. *Harl.*

qq) De eius vita Gregorii Nazianz. et Marinae f. Margaretae, martyris, v. fupra, in elogiis et vitis SStor. fub illorum nominibus. Oratio in laudem S. Marinae eft etiam *Paris.* in cod. MMDCXXIX. nr. 24. bibl. publ. *Harl.*

rr) Siue p. 321. fqq. ex ed. Kollar. cui tamen non probantur omnes eae laudes, quibus id opus Reinefius in coelum extulit. Sunt enim, ait, pleraque omnia fenefcente iam iudicio confcripta, i. e. talia, quae plus verborum, quam rerum contineant. Hiftorica, quae habet, in iis notiffimorum fidem fcriptorum fequutus eft, etc. Apographum eft *Paris.* in cod. MMIII. bibl. publ. — Codi-

morantur ab Hoeschelio pag. 53. et b. D. Reisero nostro p. 74. et inter codices bibl. Coislinianae p. 222. seq. ab eruditiss. Montfaucono: lectuque dignissima iudicantur a *Tho. Reinesio* in epistolis ad Nestoros p. 19, qui Nestori codice vsus narrat illa continere *philosophica e physicis, ethicis et politicis desumta plurima, historica nonnulla. Num. CXI. Historiarum cognitionem cuiuis litterato maxime necessariam et rem in communi vita vtilissimam esse docet. Criticen exercet cum* [?] *de Xenophonte cap. XIX., de Platone et Aristotele cap. XII. II. V. X. XXI. XXV. et alibi, de Plutarcho c. LXXI., de Philone cap. XV., de Iosepho cap. XIV., de Dione Prusaensi cap. XVIII., de Synesio cap. XVII. differit. Ad Oratoriam pertinent* Θρῆνοι, *quos adpellat, super statu imp. romani infelice cap. XXXVII-XL., super humanae vitae miseriis c. XXVII., et instabilitate fortunae cap. CXVII., de qua ipse optime dicere potuit, qui de summo honorum fastigio, (erat enim magnus Logotheta, ab imperatore secundus,) in extremam egestatem decidit — vir plane summus et maior saeculo suo.* Vt ad opus integrum vel excerpta ex eo in lucem proferenda lectorum, si possim, aliquem excitem, adscribam titulos capitum integros, (quos graece tantummodo Lambecius dedit,) cum latina versione. [addita varietate lect. e Bloch.]

Πίναξ τῆς παρούσης βίβλου τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου [haec duo verba Bloch. desunt] μεγάλου Λογοθέτου κυρίου Θεοδώρου τοῦ Μετοχίτου.	*Index praesentis libri a sapientissimo et eruditissimo compositi magno logotheta domino Theodoro Metochita.*
Κεφάλαιον α΄. Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν νῦν λέγειν.	Cap. 1. Prooemium, vbi etiam de eo, quod nunc non licet loqui, quae sentias. *confer* cap. 9.
β΄. Περὶ μνήμης, καὶ ὅτι ἀναγκαῖον.	2. De memoria et quam necessaria illa sit.
γ΄. Περὶ τῆς ἀσαφείας τῶν Ἀριστοτέλους συνταγμάτων.	3. De scriptorum Aristotelis obscuritate.
δ΄. Ὅτι πάντες ἥττηνται δοξοσοφίας.	4. Quod omnes gloriae studio ducuntur.
ε΄. Περὶ Ἀριστοτέλους δοξοσοφίας καὶ περὶ τῶν μαθηματικῶν. [δ. et ε. iungit Bl.]	5. De Aristotelis gloriae studio et de mathematicis.
ς΄. Ὅτι πολὺ πάντες ἥδονται οἷς ἂν συνεθισθῶσιν.	6. Quod omnes multum delectantur iis, quibus adsueuerunt. *Confer* c. 32.
ζ΄. Περὶ τῆς εἰς τὸν Πυθαγόραν πάντων τῶν σοφῶν εὐλαβείας, καὶ περὶ τοῦ μαθηματικοῦ.	7. De veneratione, qua omnes sapientes Pythagoram prosequuti sunt, et de mathematica eius peritia.

thago-

Codicem quemdam in manibus quoque habuit et Metochitae disputationes variis de rebus haud contemnendas laudauit *Muretus* in variis lectt. lib. VII. cap. 17. pag. 160. tom. II. Opp. Mureti, a Ruhnkenio editorum, L. B. 1789. 8. Add. *Villoison* commentat. de triplici theologia mysteriisque vett, in cel. *de Sainte-Croix* Mémoires pour servir a l' Histoire de la Religion secrete des anciens peuples, Par. 1784. 8. p. 276. et eumdem cel. *de Sainte-Croix* in: Examen des Historiens d' Alexandre-le-Grand, ed. 2. Paris. 1804. 4. p. 774. vbi laudat quidem insignem Theodori Met. litterarum copiam, eius tamen dicendi rationdm haud comparandam iudicat cum dicendi genere Nicephori Bryenn., Annae Comnenae, Io. Cinnami, Nicetae Choniatae, Nicephori Gregor. etc. ipsiusque Athanasii patriarchae, eius aequalis. *Harl.*

η΄. Ὅτι πᾶσι σύνηθες τοῖς σοφοῖς εἰρωνεία καὶ τὸ χαριεντίζεσθαι, καὶ Πλάτωνι μάλιστα καὶ Σωκράτει.

8. Quod omnibus sapientibus in more positum ironia et facetiis vti, Platoni maxime ac Socrati.

[P] θ΄. Ὅτι οὐκ ἔστιν, ὡς νοεῖ τις, λέγειν.

9. Quod loqui, quae sentias, non licet.

ι΄. Ὅτι ἀνευλαβῶς ἅπαντες οἱ σοφοὶ πρὸς τοὺς πρὸ αὐτῶν ἐχρήσαντο, ἐν ᾧ καὶ περὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους.

10. Quod omnes sapientes sine verecundia auctoritatem priorum neglexerint, vbi et de Platone atque Aristotele.

ια΄. Περὶ Ἀριστοτέλους, καὶ τῆς εἰς τὸ φυσικὸν καὶ λογικὸν εὐδοκιμήσεως τοῦ ἀνδρός.

11. De Aristotele, et laude viri in naturali atque rationali disciplina.

ιβ΄. Ἔτι περὶ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ περὶ τοῦ φυσικοῦ κατ' αὐτὸν καὶ λογικοῦ. [Tit. 11. et 12. ap. Bl. non legitur.]

12. Adhuc de Aristotele eiusque Physica ac Logica.

ιγ΄. Περὶ Πλάτωνος καὶ τοῦ μαθηματικοῦ τῆς σοφίας, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ ἁρμονικοῦ.

13. De Platone et mathematica philosophiae parte et maxime de harmonica.

ιδ΄. Ὅτι οὐκ ἐξ ἀρχῆς τέλειον κατέστη τὸ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης.

14. Quod non ab initio statim perfecta fuit mathematica scientia.

ιε΄. Περὶ Ἰωσήπου.

15. De Iosepho.

ιϛ΄. Περὶ Φίλωνος.

16. De Philone.

ιζ΄. Ὅτι πάντες, ὅσοι ἐν Αἰγύπτῳ ἐπαιδεύθησαν, τραχύτερον τῷ λέγειν χρῶνται. [Omisit hunc tit. Bl.]

17. Quod omnes, qui in Aegypto instituti fuere, asperiore dicendi genere vsi sunt.

ιη΄. Περὶ Συνεσίου.

18. De Synesio.

ιθ΄. Περὶ Δίωνος.

19. De Dione.

κ΄. Περὶ Ξενοφῶντος.

20. De Xenophonte.

κα΄. Περὶ τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων τῶν μετὰ τὰ Φυσικά, καὶ [haec priora verba Bl. desunt.] περὶ τοῦ βιβλίου Ἑρμογένους τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος.

21. De libris metaphysicorum Aristotelis, et Hermogenis libro de vi dicendi comparanda.

κβ΄. Περὶ τοῦ ἐν τῇ μαθηματικῇ ἐπιστήμῃ ἀστασιάστου.

22. De certo et stabili in scientia mathematima.

κγ΄. Περὶ τοῦ ἐν τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ ἀβεβαίου.

23. De incerto in physica speculatione.

κδ΄. Ὅτι διὰ τὸν πρὸς ῥητορικὴν πόλεμον ἀεὶ διαλόγοις ὁ Πλάτων χρῆται.

24. Quod Plato dialogis semper vtitur propter bellum, quod rhetoricae indixit.

κε΄. Ὅτι διὰ τὴν πρὸς Πλάτωνα μάχην [P] σπουδάζειν ἠξίωσεν [σπουδάζει Bl.] Ἀριστοτέλης περὶ τὴν Ῥητορικήν.

25. Quod Aristoteles singulare studium impendit rhetoricae, vt Platoni aduersaretur.

κϛ΄. Ὅτι τῷ ἁπλῷ καὶ ἀτημελήτῳ τῆς φωνῆς φιλοσοφία οἰκείως ἔχει. [deest Bl.]

26. Quod philosophiae congruens vel maxime est dictio simplex et incuriosa.

κζ΄. Θρῆνοι ἐπὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ.

27. Deplorationes vitae humanae.

κη΄. Περὶ τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενί, καὶ περὶ τῶν κατὰ βίον μεταβολῶν, καὶ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν συγγράφοντα. [Postrema verba sola habet Bl.]

28. De dicto, quod ait: *vitam luctus expertem nusquam reperias.* Et de vitae mutationibus, et illis, quae scriptori ipsi acciderunt.

Quod

κθ'. Περὶ τοῦ εὐμεταβλήτου πάντων τῶν κατ' ἀνθρώπους. [πάντων deest Bl.]

29. Quod omnia humana facile alterationi obnoxia sint.

λ'. Περὶ τῆς κατ' ἀνθρώπους ἀμαθίας τῶν βελτίστων

30. De ignoratione rerum optimarum, quae est in hominibus.

λα'. Ὅτι οὐκ ἔστι τοῖς ἐν τῷ σώματι τελεία κατάληψις περὶ τῶν ὄντων. Καὶ ὑπόδειγμα πρὸς τοῦτο ἀπὸ τῶν τῇ μέθῃ μὴ τελείως καταβαπτισθέντων. [καὶ ὑπ. - κατ. desunt Bl.]

31. Quod animae, dum in corporibus versantur, non perfecte possunt res percipere, idque declaratum a similitudine hominum ebrietate non funditus demersorum.

λβ'. Ὅτι ἡδὺ κατ' ἀνθρώπους ᾧ τις ἂν χρόνιος συνεθισθείη.

32. Quod suaue sit hominibus, cuicunque aliquis per aliquod tempus adsueuerit.

λγ'. Ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀηδῶς σύνεισι τῷ κατ' ἔθος μακρὸν ὁποιουοῦν βίῳ.

33. Quod multos homines taedium vitae generis cuiuscumque post longum vsum capit.

λδ'. Ὅτι τινὲς τῶν φαύλων καὶ ἀνοήτων οὐδὲν ἧττον ἢ κατὰ τοὺς πεπαιδευμένους ἥδιστα βιοῦσι, μεγάλα περὶ ἑαυτῶν οἰόμενοι.

34. Quod nonnulli ineptorum et stultorum non minus, quam sapientes viuunt suauiter, magna sibi de se ipsis imaginantes.

λε'. Ὅτι πολλοὶ διὰ φιλαυτίαν ἐπὶ μικροῖς οἷς ἔχουσιν, ἀπειροκάλως ἐπιδείκνυνται.

35. Quod multi ex falso sui amore in paruis, quae habent, inepte se iactant.

λϛ'. Ὅτι καὶ ἐν μικροῖς τινες ἀγαθοῖς εὐγνώμονές εἰσι, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως ἐνταῦθα.

36. Quod in paruis etiam bonis quidam recte se gerunt: Et de praesenti imperatore.

[?] λζ'. Θρῆνοι ἐπὶ τῇ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων ἐλαττώσει καὶ μεταβολῇ τῆς μεγάλης ἐκείνης εὐδαιμονίας.

37. Lessus super rerum Romanarum imminutione et mutatione magnae illius felicitatis.

λη'. Θρῆνοι τῶν κατὰ τὴν ἕω τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κακῶς πραξάντων.

38. Comploratio de rebus in orientali Romanorum imperio infeliciter gestis.

λθ'. Θρῆνοι ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ὅτι οὐκ ἔνι παραβάλλειν τὰ ἐκεῖ πάντα τοῖς ἀλλαχοῦ Ῥωμαϊκοῖς.

39. Lessus alius eiusdem argumenti, et quod omnia illa, (orientalis imperii,) non possint pristinis romanis conferri aut aequiparari.

μ'. Θρῆνοι ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν καὶ ὅτι καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ἐκεῖσε βέλτιον εἶχεν ἢ ἀλλαχόθί πῃ.

40. Lessus alius eiusdem argumenti, et quod monachorum quoque res ibi melius se habuere, quam aliis in locis.

μα'. Ὅτι ἔθος ἀνθρώποις τὰ παρελθόντα τοῦ βίου ποθεῖν, κἀκείνων ἥδιστα μεμνῆσθαι.

41. In more esse mortalibus, praeterita vitae desiderare, illorumque libentissime meminisse.

μβ'. Ὅτι σφόδρα ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἐποπτεία τῆς κτίσεως.

42. Quod valde iucunda est hominibus rerum creatarum consideratio.

μγ'. Ὅτι ἥδιστον ἡ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἐποπτεία.

43. Quod iucundissima contemplatio sit coeli rerumque coelestium.

μδ'. Ὅτι ἥδιστον θέαμα ἡ θάλασσα. [Coniunxit haec 42–44. vt et superiora quaedam capp. Bloch.]

44. Quod iucundissimum sit spectaculum mare.

με΄. Ὅτι εἰκάζειν ἂν εἴη τοὺς ἐν τῷ ἱλαρῷ συνόντας σεμνότητι τοῦ τῆς θαλάττης ἐν γαλήνῃ θεάματι.

45. Quod honesta hilaritate vitae vtentes conferre licet spectaculo tranquilli maris.

μς΄. Ὅτι πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ποθεινὸν τὸ ἄπραγμον τοῦ βίου.

46. Multis hominibus desiderabilem videri vitam non negotiosam ac desidem.

μζ΄. Ὅτι πλείοσι περισπούδαστος ἡ περὶ τὸ πράττειν ἀσχολία.

47. Quod plures procul desidia dant operam negotiis.

μη΄. Ὅτι πλεῖστα δυσχερῆ καὶ ἀνιαρὰ τοῖς μετὰ τοῦ πολλὰ πράττειν βιοῦσι, κἂν εἰ δοκῶσιν εὖ πράττειν. [Hoc et seqq. capp. vsque ad 54. omisit Bl.]

48. Quod plurima molesta obueniunt et grauissima iis, qui vitam, multis negotiis implicatam ducunt, etiam si bene rem gerere videantur.

[P] μθ΄. Ὅτι ἔνιοι διὰ μικρογνωμοσύνην τινὰ καὶ οὐ λογισμῶν κρίσιν ἀποτρέπονται τὰ πράγματα, καὶ τοῦτο πάντως οὐδ᾽ ἐπαίνου τινὸς ἄξιον.

49. Quod aliqui ex animi abiecti vitio, non iudicio mentis negotia refugiunt, idque omnino neutiquam dignum laude esse.

ν΄. Ὅτι ἔστιν ὁμοίως ἥδεσθαι καὶ δοκεῖν εὐπραγεῖν καὶ ἐν μεγίσταις ὑποθέσεσι καὶ ἐν ἥττοσι, καὶ διαφόροις πολιτεύμασι εὐπράττοντας.

50. Quod similiter homines possunt laeti esse ac felices sibi videri in maximis rebus et paruis, variisque vitae ciuilis generibus, si bene ac feliciter rem gerant.

να΄. Ὅτι μέγας ἐπιτειχισμὸς τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν οἰκείαν νοερὰν ἐνέργειαν τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ.

51. Magnum esse munimentum animae ad intellectuales operationes corpus et quae ad illud pertinent.

νβ΄. Περὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις πᾶσι φιλαυτίας, καὶ ὅπως ἐπάγονται πάντως τε πλέον δοκεῖν ἢ εἰσίν.

52. De falso amore sui, qui est in omnibus hominibus, et quomodo omnes adduci se patiuntur, vt maioris sibi videantur esse, quam vere sint.

νγ΄. Ὅτι ἀπορεῖν ἐστὶν ὅπως οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων εὖ ξυνέλαχον ἐξ ἀρχῆς τῷ βίῳ εἰς τέλος, οἱ δὲ τοὐναντίον.

53. Quod non satis constat, quare aliqui homines vitam commodam sortiti sunt ab initio ad finem vsque, alii contraria omnia.

νδ΄. Ὅτι πολὺ τὸ ἐναντιολογεῖν ἀνθρώποις οὐ μόνον πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτούς.

54. Quod in multis aduersantur homines non modo aliis hominibus, sed etiam sibimet ipsis.

νε΄. Ὅτι οὐκ ἔστι παρ᾽ ἀνθρώποις ἀπλανὴς σχεδὸν κρίσις οὐδ᾽ ἀπαθής.

55. Quod nullum propemodum est in homine certum ac sine adfectibus iudicium.

νς΄. Ὅτι ἔστιν ἀεὶ ὅπως ποτέ τις πράττοι παρασκευῇ γνώμης εὐλόγως ἀνταγωνιστοῦν ἑαυτὸν ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις. [Bl. ἔτι ἀεὶ ἔστιν ἀνταγωνιστοῦν κ. τ. λ. Idem titulos capp. 57–69. omisit.]

56. Quod semper est aliquid, etiamsi maxima quis fortunae felicitate vtatur, si modo mentis iudicium sanum adhibuerit, quod aequabilitatem animi in eo possit conseruare.

νζ΄. Ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων πλάττονται φιλόσοφον πρόσχημα καὶ παραφρονη-

57. Quod nonnulli simulant speciem philosophi et contemtum bonorum fortunae, rebusque

σιν[55]) τῶν τυχηρῶν καὶ [[P]] τῶν κατὰ τὸν βίον εὐπραγέντων ἀτευκτοῦντες αὐτοὶ τινος εὐετηρίας καὶ βασκαίνοντες.

busque secundis in vita adfluentium, quum ipsi illis inuident atque aliqua felicitatis parte exciderunt.

νη'. Πότερον ἄμεινον ἀνθρώπῳ τὸ γενέσθαι, ἢ τὸ μὴ γενέσθαι, καὶ ὅτι ἄμεινον τὸ γενέσθαι.

58. Meliusne sit homini esse, quam non esse? et quod praestet esse.

νθ'. Ὅτι πολὺ παρ' ἀνθρώποις τὸ περιαυτολογεῖν.

59. Quod frequens sit apud homines, vt libenter de se et rebus suis loquantur.

ξ'. Ὅτι ἄπορον, εἰ ἔστι τις ἀνθρώποις καθάπαξ γαλήνη κατὰ τοὺς λογισμούς.

60. Dubium esse, an vmquam serenitas mentis plena hominibus obtingat.

ξα'. Ὅτι οὐκ ἔξω λόγου παντάπασι δόξειεν ἂν εἶναι τὰ τῶν Ἐφεκτικῶν ἐναντιουμένων πρὸς πᾶσαν κατάληψιν, καὶ ὅτι καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης ἀρχὰς εἰς τοῦτ' ἔδωκαν.

61. Quod non vsquequaque videatur a ratione alienum admittendas Scepticorum obiectiones, quas omni perceptioni opponunt, et quod Plato ac Socrates principia ad hoc suppeditauerunt.

ξβ'. Περὶ τῶν ἐμπιπτόντων πράγμασι, τῶν μὲν διὰ φιλόπραγμον ἦθος φαῦλον, τῶν δὲ διὰ ἀμαθίαν καὶ ἀπρονόητον τὴν τύχην.

62. De iis, quae negotiis se obiiciunt siue propter vitiosum morem hominum alienis se admiscentium, siue ob illorum inscitiam, siue inopinatam fortunam.

ξγ'. Περὶ τῶν ἐλπίδων, καὶ ὅτι τρόπον μέν τινα βιωφελέστατον ἀνθρώποις τὸ κατ' αὐτὰς χρῆμα, τρόπον δέ τιν' αὖθις καθάπαξ νεμεσητὸν καὶ κατεγνωσμένον.

63. De spe, et quod iam sit res hominibus vtilissima, iam iterum noxia et reiicienda.

ξδ'. Ὅτι ἥδιστον ἀνθρώποις ἐν τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθει διατριβῇ ὁτιοῦν πράττειν εὖ καὶ τιμᾶσθαι.

64. Quod iucundissimum sit homini in suis negotiis et consueto vitae genere, qualecumque etiam illud sit, bene et cum honore rem gerere.

ξε'. Ὅτι πολλάκις ἔνιοι συμπίπτουσι τοῖς ἑαυτῶν δόγμασι καὶ κρίσεσι, καὶ ἀλλύνται δίκης σφέτερα.

65. Saepenumero aliquos aduersari suis ipsorum opinionibus ac iudiciis, et propria iura interuertere.

ξς'. Ὅτι τινές εἰσι ταχεῖς πιστεύειν [[P]] τῇ προνοίᾳ διὰ τὰ φαινόμενα κατὰ λόγον ἀπαντᾶν τοῖς χρηστοῖς τε καὶ πονηροῖς ἐκ τοῦ προχείρου, καὶ αὖθις ἀπιστεῖν τῇ προνοίᾳ διὰ τἀναντία τούτοις.

66. Quod aliqui facile credant prouidentiam, quum vident in praesenti bonis et malis ita fieri, vt merentur: Alii vicissim non credant ob hisce contraria.

ξζ'. Ὅτι θαυμασίως πολλάκις εἴωθε ταῖς μεγίσταις πράξεσι καὶ εὐτυχίαις τάχιστα ἀκολουθεῖν δυσπραγήματα χαλεπὰ καὶ μηδὲν ἧττον ἀνυπονόητα.

67. Quod saepius solent post maximas res gestas et fortunam pulcerrimam mira mutatione celeriter sequi infortunia grauissima et non minus insperata.

55) Ita lege pro περιφρόνησιν.

ξη'. Ὅτι οὐκ ἔστιν ὅλως ἐν ἀνθρώποις ὁμοφροσύνη.

68. Quod omnino non est inter homines animorum et opinionum concordia.

ξθ'. Ὅτι πολὺ νοσοῦσι τοῖς προσπαθείαις ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ὀρθῶς ὁρῶσιν.

69. Quod plurimum laborant homines adfectibus, nec satis recte vident.

ο'. Ὅτι χρήσιμα τὰ ἐκ τοῦ μαθηματικοῦ καὶ γεωμετρικοῦ τῆς φιλοσοφίας εἴδους διά τε ἄλλα πλεῖστα τῷ βίῳ καὶ διὰ τὰ τῶν μηχανικῶν ἔργα.

70. Quod ex mathematica et geometrica parte philosophiae vtilitates plurimae redundent in vitam humanam, tam aliae, tam quae in operibus mechanicis conspiciuntur.

οα. Περὶ Πλουτάρχου

71. De Plutarcho.

οβ'. Θεωρία εἰς τὸ ἔπος, τὸ, λάθε βιώσας.

72. Disputatio de dicto: *qui bene latuit, bene vixit.*

ογ'. Εἰ προσίσταται τῷ Χριστιανικῶς ζῆν τὸ μετὰ πολλῶν ζῆν καὶ ἐν πολλοῖς πράγμασι ζῆν. [73-81. omisit Bl.]

73. Num christianae vitae repugnet viuere inter multos et multis implicatum esse negotiis.

οδ'. Ὅτι τὸ μὴ μετὰ πολλῶν βιοῦν πραγμάτων εὐκολίαν φέρει εἰς τὴν τήρησιν τῶν τῆς Χριστιανικῆς εὐσεβείας νομίμων.

74. Quod non multis impeditum viuere negotiis, faciliorem reddat christianae pietatis praeceptorum obseruationem.

οε'. Ὅτι καὶ τοῖς ἐγκοσμοπολιτευομένοις ἔξεστι καλῶς βιοῦν τῇ ἀρετῇ καὶ τοῖς τῆς θεοσεβείας νομίμοις.

75. Quod etiam remp. gerentibus et negotia vitae curantibus integrum est, probam vitam ducere virtutemque ac pietatis colere praecepta.

[T] ος'. Εἰ γαμητέον ἐστὶν, ἢ μὴ, τοῖς ἐπιμέλειαν ἔχουσι καὶ φροντίδα τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς.

76. Num coniugium ineundum sit, nec ne, iis, quibus curae cordique est secundum virtutis praescriptum viuere.

οζ'. Ὅτι παντὶ τρόπῳ τῷ πολιτικῷ ἀντιποιητέον τῆς εἰρήνης.

77. Quod omni modo pax sectanda sit viro remp. gerenti.

οη'. Ὅτι καὶ πρὸς τὸ πολεμεῖν παρασκευαστέον τῷ πολιτικῷ.

78. Quod idem etiam ad bellum instructus esse debeat.

οθ'. Ὅτι μὴ διὰ τὰς ἀτυχίας καὶ τὸ κακῶς πολλάκις πράττειν ἀποτρεπτέον τοῦ πράττειν.

79. Propter sinistrae casus fortunae, et quia saepius infeliciter res gesta est, a re gerenda deterreri nos non oportere.

π'. Ὅτι τῶν φιλοσόφων οἱ πλείους ἢ πάντες σχεδὸν περὶ τὸ λέγειν διέτριψαν μόνον, μὴ χρήσιμοι γενόμενοι ταῖς περὶ τὸ πολιτικὸν θεωρίαις.

80. Quod plerique philosophorum et tantum non omnes in praeceptis modo tradendis haeserunt, nec sui vsum praebuere in gerenda rep.

πα'. Ὅτι πάντες σχεδὸν τῶν ἐν Ἕλλησι φιλοσοφησάντων τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν ἀπέστησαν.

81. Quod omnes ferme graecorum philosophi a gerenda republica et ciuilibus negotiis abstinuerunt.

πβ'. Ὅτι ἐπιμελητέον βασιλεῖ μάλιστα περὶ τὸ [τοῦ Bl.] πορίζεσθαι χρηματισμοὺς τῇ ἀρχῇ.

82. Principi maxime esse curandum, vt illi suppetant sumtus ad imperium gerendum necessarii.

83. Non

πγ'. Ὅτι μὴ καθάπαξ ἑαυτὸν δοτέον τῇ περὶ τὸ χρηματίζεσθαι ἐπιμελείᾳ τὸν βασιλέα καὶ πάντα τρόπον σπουδαστέον εἰς τοῦτο.

πδ'. Ὅτι ἐπιμελητέον ἀνεμεσήτως περιουσίας καὶ πλούτου τῷ πολιτικῷ. [Et haec inde a 83-92. omisit Bl., tum sqq. vsque ad 95. contraxit.]

πε'. Ὅτι οὐ καθάπαξ παντὶ τρόπῳ προσέχειν ἄξιον τὸν νοῦν τῷ πλουτεῖν.

πς'. Ὅτι πάντες ἄνθρωποι σχεδὸν φιλοπλουτίας ἥττηνται.

[P] πζ'. Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς κατὰ τὰ ἀνθρώπινα ἀστασίας.

πη'. Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς τοῦ λογικοῦ χρήσεως.

πθ'. Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῶν αἰσθήσεων καὶ τῆς κυριότητος τοῦ νοός.

υἰ. Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων περὶ τῆς κατὰ νοῦν ζωῆς.

υιά. Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς κατὰ τὴν ὕλην τῇ γενητῇ φύσει ἐναντιπραγίας.

υιβ'. Ὅτι διὰ τὸ ἀπρόσκοπον τῆς Χριστοῦ πίστεως ἔοικεν ᾠκονομήθη τὸ τῆς μοναρχίας κράτος Αὐγούστῳ τε τῷ Καίσαρι καὶ τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ.

υιγ'. Ἐπισημασία ὅπως ἡμῖν ἐν μνήμῃ καὶ λόγῳ τὰ περὶ τῶν Ἑλλήνων πάντα καὶ μέγιστα καὶ ὅσα βραχέος ἄξια λόγου.

υιδ'. Ὅτι χρήσιμον τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ ἀποχώρησις καὶ ἀποστροφὴ τῶν πραγμάτων, ἐξ ὑποδείγματος.

υιε. Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων περὶ τοῦ νοὸς καὶ τῆς τῶν αἰσθήσεων χρήσεως.

ϛις'. Περὶ δημοκρατίας.

υιζ. Περὶ ἀριστοκρατίας.

υιη'. Περὶ βασιλείας. [98-102. om. Bl.]

υιθ'. Περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας.

ρ'. Περὶ τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας.

ρα'. Ὅπως οὐ μόνον Ἕλληνες ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν κοινοπολιτείαις ἐχρήσαντο.

83. Non tamen vni huic curae dare se debere principem, vt pecunias corrogét, neque omni modo in hoc solum elaborandum.

84. Quod viro remp. gerenti cura impendenda sit comparandis citra reprehensionem opibus atque diuitiis.

85. Indignum esse, a viro remp. gerente animum ad hoc adplicari penitus et vnice, vt ditescat.

86. Quod omnes propemodum homines diuitiarum amore ducantur.

87. Consideratio, ab exemplo repetita, de inconstantia rerum humanarum.

88 Consideratio ab exemplo, de vsu facultatis rationabilis.

89. Consideratio ab exemplo, de sensibus et mentis in illos dominio.

90. Consideratio ab exemplo, de vita secundum mentem.

91. Consideratio ab exemplo, de contraria genitae naturae in materia operatione.

92. Augusto Caesari et magno Constantino monarchiam et imperium traditum esse diuinitus, vt Christi fides sine offensione posset propagari. *Confer infra cap.* 109.

93. Adnotatio, vt memoriae et animo se offerunt res Graecorum omnes maximae et minoris momenti.

94. Quod vtile sit bene institutis, negotiorum se molibus subducere ac subtrahere, exemplo monstratum.

95. Consideratio ab exemplis repetita, de mente et sensuum vsu.

96. De democratia.

97. De aristocratia.

98. De regno.

99. De republica Atheniensium.

100. De Lacedaemoniorum republica.

101. Quod non modo apud Graecos, sed et multas alias gentes fuerint aequi iuris respublicae.

102. Quod

[P] ρβ'. Ὅτι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα σχεδὸν τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνη οὐ κοινοπολιτείαις, ἀλλ' ὑπὸ δεσποτῶν ἤγοντο.

102. Quod ab initio vsque omnes ferme gentes in Afia non habuerint respublicas, fed dominis paruerint.

ργ'. Ὅτι τὸ ἐξ ἀρχῆς Κυρήνη Ἑλληνὶς ἐν Λιβύῃ.

103. Quod vrbs graeca, Cyrena in Libya, ab initio (regem habuerit.)

ρδ'. Περὶ Καρχηδόνος καὶ τῆς κατ' αὐτὴν πολιτείας.

104. De Carthagine et rep. Carthaginienfi.

ρέ. Περὶ Καρχηδόνος ἔτι, καὶ ὅπως διὰ τὰ μέγιστα εὐπραγῆσαι καθάπαξ ἐντεῦθεν ἡ πόλις αὕτη ὤλετο. [105-109. breuiter recenfet Bl.]

105. De Carthagine iterum, quomodo per maximas res fecundas vrbs illa fimul femelque periit.

ρς'. Περὶ τῆς Ῥώμης, καὶ ὅπως ἐκ μικρῶν ἀρχῶν τοσοῦτο κράτος καὶ μέγεθος ἀρχῆς κατ' αὐτὴν συνέστη.

106. De Roma, et vt ex paruis initiis in tantam potentiam et imperii magnitudinem euaferit.

ρζ'. Περὶ Νουμᾶ Πομπηλίου δευτέρου βασιλέως τῆς Ῥώμης, καὶ ὅπως τηνικαῦτα κατὰ καιρὸν βασιλεύειν ᾑρέθη.

107. De Numa Pompilio, fecundo rege Romae, et quod ex temporis illius vfu electus tunc rex fuerit.

ρή. Ὅπως Ῥωμαῖοι ἐκ μικρῶν τὴν ἀρχὴν πραγμάτων μετὰ τὰ πρὸς Πύῤῥον καὶ Καρχηδονίους ἑξῆς παλμιά εἰς μέγα προῆλθεν ἀρχῆς κράτος καὶ φρόνημα σχεδὸν παγκόσμιον.

108. Quomodo Romani ex paruis initio rebus, deinde poft bella cum Pyrrho et Carthaginienfibus gefta maximum confequuti fint imperium potentiamque maximam, vt totius fere orbis terrarum principatum iam conciperent animo.

ρθ'. Ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ μεγίστη μοναρχία ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἔοικεν ὑπὸ τῆς θείας προνοίας γενέσθαι εἰς εὐδρομίαν τοῦ σωτηριώδους χριστιανικοῦ δόγματος.

109. Quod maxima romana monarchia in orbe videtur conftituta diuinae prouidentiae confilio, vt falutare chriftianum dogma tanto faciliores progreffus haberet.

ρί. Περὶ Σκυθῶν.

110. De Scythis.

ριά. Ὅτι χρήσιμον τοῖς περὶ λόγους σπουδάζουσιν ἡ περὶ τὸ ἱστορικὸν ἐπιμέλεια.

111. Quod eloquentiae ftudiofis vtile fit hiftoriarum ftudium.

ριβ'. Περὶ τοῦ ἀνιδρύτου καὶ μὴ διαρκοῦς εἰς τέλος τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἐξ ὑποδειγμάτων.

112. De rebus humanis neutiquam firmis neque in perpetuum conftantibus, documentum ab exemplo.

[P] ριγ'. Περὶ Ἑλλήνων, καὶ ὅτι οὐκ ὄγκῳ πράξεων ἢ τύχης περιφανεῖς ἦσαν τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ἀστειότητι φύσεως καὶ ἤθους καὶ γνώμης εὐγενείᾳ.

113. De Graecis, et quod initio non magnitudine rerum geftarum aut fortunae celebres exftiterunt, fed elegantia ingenii morumque et animorum nobilitate.

ριδ'. Ὅπως κατὰ καιρὸν Ἐπαμεινώνδας καὶ Πελοπίδας ἀρίστω ἄνδρε καὶ στρατηγὼ, κατὰ ταυτὸν γεγόνασιν τῇ πατρίδι.

114. Quod opportune eodem tempore patriae fuae exorti fuerint duces virique duo fortiffimi Epaminondas et Pelopidas.

ριέ. Ἔλεγχος εἰς τὸ ἀνίδρυτον καὶ εὐμετάβλητον τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὅτι, εἰ δή τι ἄλλο, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλκιβιάδου βιοτὸν

115. Documentum inconftantiae et viciffitudinis rerum humanarum, fi quod aliud, fuppeditari in vita Alcibiadis, fimiliter in vita Deme-

τοῦτο παρίστησιν, ὡσαύτως καὶ τὰ κατὰ τὸν Πολιορκητὴν ἐπικληθέντα Δημήτριον, ἔτι δὲ καὶ τὸν Εὐμενῆ. — Demetrii, congnomento Poliorcetae et Eumenis.

ρις΄. Εἰς τὸ ἄστατον τῆς τύχης, ἐξ ὑποδείγματος. — 116. In fortunae instabilitatem, ab exemplo.

ριζ΄. Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων, ὅπως τινὲς ἀπὸ μεγάλων πράξεων καὶ μεγάλης τύχης ἀλλάττουσιν εἰς ἀπραξίαν ἢ τὸ πράττειν ταπεινῶς. — 117. Consideratio ab exemplis repetita, quomodo aliqui a magnis rebus gestis magnaque fortuna peruenerunt ad vitam plane desidem vel humilia negotia.

ριη΄. Ὅτι τῶν ἐπιμελῶς κτηθέντων ἀποβολὴ οὐκ ἀταλαίπωρος οὐδ᾽ ἐρραστωνευμένη. — 118. Quod bonorum, quae cum cura comparauimus, iactura nec misera nec ignauiae semper tribuenda sit.

ριθ΄. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἀνθρώποις ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος τοῦ βίου ἀκρατος ἀνιαροῦ τινος εὐδαιμονία, καὶ ὅτι δεῖ τὰς τῶν μεγάλων εὐτυχιῶν ὑποβλέπεσθαι μεταβολάς. — 119. Quod non contingit hominibus ab exordio ad finem vsque vitae sincera sine omni luctu felicitas, et quod magnarum rerum secundarum vicissitudines ac mutationes oportet suspicari.

ρκ΄. Ὅπως πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνεπιστήμονες tt) εἰσιν ὡς ἀληθῶς τῆς τοῦ βίου χρήσεως, ἐξ ὑποδειγμάτων. — 120. Quod multi hominum veri vitae vsus ignari et imperiti sint, exemplorum documentis demonstratum. [111-120. titt. omisit Bl.]

IV. *Michaelis Palaeologi epitaphium* et *Irenes Augustae.* MS. in bibl. reg. cod. DCCC. v. *Cangii* Familias Byzant. p. 236. *Fabr.* — orat. in Basilium M. Gregor. Theolog. et Io. Chrysostom. v. supra, vol. IX. p. 459. *Harl.*

V. *Astronomicam Theodori Met. epitomen* citat *Vsserius* tom. II. Annal. ad a. 3979. pag. 502. Eundem in c. 63. philosophico citat Comnenus p. 253. Praenott. mystagog. — *Astronomicae introductionis epitome*, in cod. Bauar. CLXIX. *Fabr.* vel potius illius *epitomes liber I.* qui constat 91. capitibus. Ille cod. nunc numeratur C. v. plura de eo ap. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 6. p. 33. sq. *Harl.*

[?] VI. Inediti etiam ducuntur exstare Theodori Metochit. Mathematica et VI. Commentarii in *Ptolemaei* magnam syntaxim, quae adseruari in Hispania commemorantur: uu)

VIII. Pa-

tt) Ita leg. pro ἐνεπιστήμονες.

uu) In cod. *Escorial.* teste *Pliiero* in Itinerar. per Hispan. p. 191. vbi ita citantur: *Theod. Metoch. Mathematica. Commentarii in magnam Ptolemaei compositionem.* Qualis sit vsus explicationis quorumdam capitum, perquiritur, frequenter Ptolemaeus astronomicas enuntiationes et mathematicarum demonstrationum argumenta excludit. — Ibid. eiusdem expositio in Aristotelis physicam et in parua naturalia. — Ibid. eiusdem *sententiosae significationes* et opuscula varia. Mathematica, *Paris.* et *Venet.* secundum *Montfauc.* in Bibl. bibl. MSS. v. indicem. *Harl.*

VIII. Paraphrasis in *Aristotelis* libros de partibus animalium, MS. in Italiae bibliothecis, vt ex Gesnero notauit Meursius.

[Theodori *minoris* supplicium in cod. Vossiano CLXXXI. siue nr. 2506. cat. codd. Angliae etc. II. 1. p. 67. *Harl.*]

Theodorus *Milesius*, Stoicus. Laërt. II. 104.

Theodorus *Modenus*, cuius epistolas quasdam graece MStas in bibl. caesarea memorat *Nesselius* parte IV. p. 118.

Theodorus *monachus* subinde citatur in Catena graecorum patrum ad Matthaeum tom. I. p. 35. 63. 215. [v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 66. *Harl.*]

Theodorus *monachus*, ad quem scribunt S. Nilus et Isidorus Pelusiota. Alius S. Antonii discipulus Athanasio memoratus. Alius S. Pachomii successor, de cuius scriptis dixi Volumine VIII. p. 412. [v. supra vol. IX. p. 318.] Alius, ad quem S. Maximus tom. II. p. 151. infra, in Rhaythuensi. *Fabr.* *Theodori*, cuiusdam *monachi*, διάλεξις πρὸς Νεστοριανόν· inc. Ἰδὲ, πάρεστιν ἄγων in cod. *Mosquensi* CCCLV. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosq. ed. in 8. p. 237. nr. 49. Theodori *monachi* in *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 67. 77. 247. 272. 275. *Harl.*

Theodorus *monachus* alius, de quo supra in Edesseno. Ceterum scholion siue hypomnesticon de epistola praesagiente tempus obitus S. Maximi Anastasii, quod auctores habet Theodorum et Theodosium monachos orientales b. Maximi familiares, non a Combefisio in actis S. Maximi p. LXXX. editum fuit graece et latine, vt tradit ad a. 668. Caveus, sed latine tantummodo, perinde vt a Sirmondo inter Anastasii Collectanea p. 251. Paris. 1620. 8. et in Sirmondi Operibus 1696. fol. tom. III. p. 601. In illo p. 608. legas haec verba: „Data vero est nobis vere minimis, Theodosio scilicet et Theodoro, germanis et sine dolo fratribus humilibus et peccatoribus monachis per Gregorium monachum et abbatem monasterii S. Ioannis baptistae regionis Albanorum, quod adpellatur Batararumensis Augusti die XX. Indictionis XI. quae praeteriit nos, qui reuertebamur a regione saepe dicta Lazorum.“

Theodorus *monachus*, cuius Canon siue hymnus catanycticus inter alia cantica ecclesiastica graece MS. exstat in bibl. caesarea teste *Lambecio* V. p. 268. vv) non diuersus a Theodoro Studita, de quo infra, hoc capite.

Theodorus *monothelita*. Vide in Byzantio et Pharanita.

Theodorus *Mopsuestenus*, de quo supra.

Theodorus *Moschion* siue *Muscienus*. Vide supra in Medico.

Theodo-

vv) S. p. 563. ed. Kollar. de cod. caes. CCXCIX. nr. 6. *Harl.*

Theodorus *Muzalo*, post Georgium Acropolitam magnus logotheta sub Mich. et Andronico Palaeologis, cuius epistolae quaedam ad Gregorium Cyprium patriarcham CPol. MStae exstant in bibl. caesarea. *Fabr.* Sec. *Nesselii* cat. codd. caesar. part. V. pag. 152. de cod. CI. sed sec. *Lambec.* qui multo copiosius recenset illum cod. quem numerat LXVII., in comment. vol. VIII. p. 1066. sqq. et conf. Kollar. not. ibid. p. 1067. atque *Io. Franc. Bernard. M. de Rubeis*, in Georgii seu Gregorii Cypri, patriarchae CPolit. vita, Venet. 1753. 4. pag. XXVII. sqq. *Harl.*

[Theodori, *Nicaeae* episcopi, epistolae, in cod. Sfortiano v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 699. c. *Harl.*]

[Theodorus *nonus*, vti etiam *Theodorus Phermae* et *Theodorus in Sceti:* eorum dicta in collectione dictorum patrum et abbatum, ordine alphabetico, de vita ascetica, in cod. Coislin. CCXXXII. — Theodori *noni* aliorumque scholia in Isaaci Syri anachoretae et episcopi Niniues sermones ascceticos, in cod. Coislin. p. 294. et 312. *Harl.*]

[?] Theodorus *notarius* romanus, *νοτάριος ῥεγεωνάριος τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας* in concilio Lateranensi a. C. 649.

Theodorus, *paedagogus* Constantini Porphyrogeniti. Supra in Theodoro Constantini.

Theodorus, *Palaeologus*, despota, Peloponnesi dux, cuius obitum luget Manuel Palaeologus, frater, imper. in orat. luculenta, quam gr. et lat. edidit *Combefisius* tom. II. auctarii noui, p. 1046.

Theodorus *ὁ πανάγιος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κηρύκων γένους*· de familia Attica, quae a Ceryce [ww]) Mercurii F. genus ducebat. Etymolog. magnum in Ἡμεροκαλλές.

Theodorus I. *papa*, Theodori episcopi Hierosol. filius ab a. 642. 3. Nou. ad 20. April. 649. cuius latine exstant nonnulla in caussa Pyrrhi monothelitae, inter Anastasii rom. collectanea, a *Sirmondo* edita Paris. 1620. 8. in Conciliis Labbei tom. V. p. 1777. Harduini tom. III. p. 614. et tom. III. Opp. Sirmondi p. 493. Vide et Eutychii Annales tom. II. p. 336. [add. infra, vol. XI. p. 464. ed. vet. Summa in foro poenitentiali, in cod. Bituricensi. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. p. 1229. *D. Harl.*]

*Theodorus II. Papa ab a. 898. 12. Febr. ad 3. Mart. eiusdem anni.

*Theodorus, *Paphensis* siue Paphi in Cypro episcopus, qui scripsit vitam S. Spyridonis. Vide supra, p. 143.

*Theodorus pathicus. Hesychius: *Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ τοὺς εὐρυπρώκτους ἀπὸ Θεοδώρου τινὸς οὐκ εὖ τῆς ἑαυτοῦ ὥρας προεστηκότος.*

[Theodorus *patricius*. Ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 324. Ibid. p. 104. Theodorus, rector *Pepagomeni*, cuidam interfuit concilio. *Harl.*

ww) Vide Vossium de Hist. graecis, lib. III. pag. 418.

Theodori *Pediasimi* encomium in Iosephum hymnographum, descriptio ecclesiae Serrarum (Σεῤῥῶν), et descriptio martyrum Theodororum, MS. in bibl. caesarea. [v. *Nessel.* cat. part. IV. p. 118. nr. 4-6. *Harl.*

Theodorus, *Pelecanus* Corcyraeus, calligraphus. v. *Montfaucon* Palaeogr. gr. pag. 5. 84. et 107. *Harl.*]

S. Theodorus, *Pentapolitanus* episcopus, citatus a S. Damasceno de imaginibus tom. I. edit. Lequinianae, p. 382. sq.

Theodorus *Petrensis* siue Petrarum Galilaeae episcopus, saec. VI. clarus, cuius Canonicon, siue scriptum, quo Canonibus synodicis lucem adtulit, citat *Nic. Comnenus* Papadopoli p. 398. praenot. mystagog.; Vitam Theodosii archimandritae Palaestini, cuius fuit discipulus, quae incipit: ἡ τρισυπόστατος καὶ ἀδιαίρετος μία οὐσία, *Allatius* de libris eccles. Graecor. p. 24. et de Simeonibus p. 7. et 95. [v. supra, in h. vol. in vitis SSctor. voc. Theodosii, archimandritae. *Harl.*] Edit. inter postuma Combefisii promittit *Pagius* ad a. C. 397. nr. 11.

Theodorus *Pharanites* episcopus monothelita, cuius περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου memoratur apud S. Maximum Confessorem tom. II. p. 71. Sergii Arsenoitarum in Aegypto episcopi ad eum litterae. id. p. 183. λόγος πρὸς Σέργιον, et alius εἰς τὰς ἑρμηνείας τῶν πατρικῶν χρήσεων, ex quibus fragmenta in concilio Lateranensi a. 649. tom. VI. Labbei p. 163. seq. et tom. III. Harduin. p. 766. seq. alia ex epistola dogmatica ad Paulum haereticum, cuius initium: ὅταν μὲν τὸν καιρὸν, in actione X. concil. CPol. a. 680. tom. VI. Labbei p. 840. et [*] tom. III. Harduin. p. 1246. vbi suscipit henoticam Zenonis et anathematizat synodum Chalcedonensem, et tomum Leonis papae. *Fabr.* Conf. infra, vol. X. p. 203. ed. vet. — Theodorus *Pharanensis* cum aliis deuouetur, in cod. *Coislin.* CCV. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 266. *Harl.*

Theodorus *Phoceus,* quem de tholo, qui fuit in Delphis, scripsisse testatur Vitruuius lib. VII. cap. 1.

Theodorus *Phonascus,* cuius φωνασκικὸν βιβλίον memorat Laërtius II. 103.

Theodorus *pictor*, cuius ex Ptolemone meminit *Laërtius* II. 104. Alii tres, de quibus supra, in Ephesio et Atheniensi et mox in Samio.

Theodorus platonicus Galen. tom. III. edit. graecolat. Paris. p. 232. Vide in Solensi. Alius supra, in Asinaeo.

Theodorus poëta, quem Suidas ait scripsisse διάφορα δι' ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι' ἐπῶν. Idem fortasse, a quo vett. poetas celebratos, colligas ex epigram. in Antholog. pag. 407. sq.

* Theodorus, malus poëta, quem perstringit Martialis XI. 94.

Theodori

Theodori *Potacii* Monodia in imp. Andronicum Palaeologum, MS. in bibl. caesarea.

* Theodorus *praefectus* Augustalis ad quem scribit Isidorus Pelusiota.

Theodorus *presbyter*, asceta, de quo dixi volumine VIII. p. 412. [s. vol. IX. p. 318.] Idem fortasse, ad quem scribit S. Nilus.

Theodorus *presbyter* ἐν Μαζαρίῳ Siciliae, ad quem scribit S. Maximus tom. II. p. 134. [v. infra, de Photii bibl. IX. p. 381. ed. vet.] Alius Theodorus *presbyter et abbas*, Martini I. papae apocrisiarius. Baron. ad a. 649. n. 65. *Fabr.* — Theodorus, *presbyter* et syncellus. v. supra in hoc vol. p. 285. — Theodorus *primicerius* et monachus in Catena in Acta apost. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 263. *Harl.*

Theodorus *Priscianus*, supra in medico.

Theodorus Prodromus, cuius ἐξήγησιν *Canonum conciliorum*, (adhuc, quod sciam, ineditam,) passim citat *Nic. Comnenus* Papadopoli in praenotionibus mystagogicis, eum ante nongentos annos scripsisse opinatur p. 409. adeoque diu ante Balsamonem, Zonaram, Aristenum. Hunc antiquissimum canonum interpretem vocat p. 28. et pag. 345. laudans eius testimonium vocat *virum iuris consultissimum, sapientissimum, quo magistro Nicetas Paphlago* [xx]) *gloriatur, cuius dicta summis laudibus effert Nicephorus Blemmydes* [yy]) *cuius sententias omnium probatissimas palam adfirmat cum Balsamone* [zz]) *Aristenus,* [a]) *Blastarius,* [b]) *Harmenopulus,* [c]) *ceterique omnes, qui canones interpretati sunt nostros, quem theologum maximum, et simpliciter* κατ᾽ ἐξοχὴν *magistrum ipse adpellat Margunius* [d]). *Fabr.* Plura vide infra, in vol. XI. pag. 45. sq. ed. vet. — In cod. *Coislin.* CCIX. enarratio philosophi Theodori Prodromi in canones diuinarum et dominicarum magnarum sollemnitatum, incipiens ab exaltatione crucis. Init. Ἔοικας, ἄνθρωπε τῷ Θεῷ. Explicantur cantica, et troparia s. versiculi, quae in singularum sollemnitatum officiis occurrunt, vt ait *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 273. — Expositiones canonum sacrorum in cod. Mutinensi, teste eod. *Montfauc.* in diario ital. pag. 32. — *Venet.* in cod. Naniano CLXXV. 2. CLXXVIII. 1. poematia in cod. CCLXXXI. v. cat. codd. gr. Nan. p. 384. sq. 386. et 462. — Add. supra, vol. VIII. pag. 141. sq. praecipue notam *h.* Add. varia in bibl. *Bodlei.* codd. CX. CXXXI. CCXIV. CCLXIV. et cat. codd. Angliae etc. tom. I. nr. 1996. et tom. II. nr. 2214. inter codd. Vossian. *Harl.*

[*] *Theodorus Prodromus* iunior, circa duodecimi seculi clarus initia, de cuius scriptis editis et

xx) In explicat. Psalmi IV. in fine.

yy) In explic. Psalmi 2.

zz) In epist. ad episcopos Cypri.

a) In prooemio nomocanonis ad Manuelem imp.

b) In compendio syntagmatis, elementi γ'

c) In ecthesi canonum 20. hoc est Nicaenorum.

d) In prooemio notarum ad Canones et alibi saepe.

tis et ineditis dixi vol. VI. huius bibl. p. 815. seq. *Fabr.* s. vol. VIII. pag. 137. sqq. ed. nou. Add. *Kollar.* supplem. ad Lambecii comment. I. p. 668. et 751. et cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. pag. 123. 218. ac 319. ac *Villoison* in meis suppl. ad Hist. L. gr. part. 2. p. 349. sqq. *Harl.*

[Theodori τῦ προέδρυ Quaestiones in cod. Vaticano inter philosophicos libros. v. *Montfaucon* bibl. biblioth. MSS. p. 6. *Harl.*]

*Theodorus, protosecretarius praetorii praefecti CPol. cuius mentio in hypomnestico de obitu S. Maximi et Anastasii tom. III. Opp. Sirmondi p. 602. *Fabr.* Eius encomium in Confessorem Theophanem Sigrianum, Monac. in cod. Bauar. III. vid. *Hardt.* l. c. 1803. part. 1. p. 15. sq. *Harl.*

Theodorus ψηφοκλέπτης, ap. Eusstath. ad Odyss. θ' p. 1602. ed. Rom.

[Theodori, *Rentii Chii*, epistolae. in cat. MSS. Harleian. cod. MMMMMDCLIV. nr. 1. *H.*]

Theodorus ψάλτης apud Aelian. VII. 40. de animal.

Theodorus *protospatharius* in actione IX. concilii VIII. a. C. 869.

Theodorus *ptochoprodromus*, idem cum Prodromo iuniore.

Theodorus *quaestor*, cuius orationem in S. Georgium martyrem Allatius memorat. Incipit: προτρέπυσί μυ πρὸς εὐφημίαν τὴν γλῶσσαν· [conf. supra in h. vol. pag. 230. *Harl.*]

THEODORVS *Rhaaithuensis*, ὁ τῆς Ῥαϊθῦ [e]) in Laura, siue monasterio *Rhaithu* ad Elim siue LXX. fontes in Palaestina, medio saeculo septimo [f]) presbyter, cuius Suidas meminit in Μάνης, composuit libellum, siue, vt Allatius [g]) adpellat, Orationem dogmaticam, quae inscribitur προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία τῷ βυλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπρακται καὶ τίνα τὰ πρὸς τὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας τροφίμων. *Praeparatio et meditatio in eius gratiam, qui discere cupit, quomodo facta sit incarnatio diuina, et quae ab ecclesiae alumnis contra eos, qui non recte de ea senserunt, dicta sint.* In hac diserte reiecit falsas opiniones Manetis, Pauli Samosateni, Apollinarii, Theodori Mopsvesteni, Nestorii, Eutychis, illisque ecclesiae opponit definitionem, quam vbi porro explicat, Seueri Antiocheni etiam et Iuliani Halicarnassei Eutychianas explodit. Combefisio idem hinc visus est *Theodorus monachus*, ad cuius quaestiones respondet S. Maximus

e) Ῥαιθῦ in codice Leidensi S. Climaci. Alibi Ῥαιθῦ, vt etiam in narratione de monachis Sinaitis in *Combefisii* lectis triumphis Christi martyrum p. 88. conf. *Bolland.* tom. I. Sctor. Ianuar. pag. 966. Perperam vero, qui presbyterum Rhaetum siue Rhaetensem adpellant, velut ex Raetia Germaniae. De Iohanne et Daniele Rhaithuensi dictum Volum. VIII. p. 616. 617. [vol. IX. p. 523. et 524. ed. nou.]

f) Non circa a. 460. vt Bellarminus.

g) *Allatius* de processione Spiritus S. pag. 251. 502. etc. Conf. *Veccum*, tom. II. Graec. Orthod. p. 497. 547. 577. 584. 595. et 531. nec non Georg. Metoch. ibid. p. 1813.

ximus confeſſor tom. II. Opp. p. 151. Et apud Baronium ad a. C. 657. in indice operum S. Maximi diſerte memoratur epiſtola ſcripta *Theodoro presbytero Laurae Raithu de Eſſentia et Natura,* etſi in Combefiſii editione hoc non reperio. Incertum, idemne Theodorus presbyter, de cuius ſcripto, quo Dionyſio Areopagitae vindicare ſcripta, quae ſub eius nomine ambulant, voluit, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος, videndus *Photius* cod. I. *Fabr.* Conf. *Schroeckh* H. E. germanice ſcriptam, tom. XVII. p. 369. ſq. *Aſſemanni* bibl. orient. tom. III. part. 1. pag. 35. not. 5. fin. — *Caue* Hiſt. litt. SS. eccleſ. tom. I. pag. 587. ſq. ad a. 646. quo illum claruiſſe iudicat, *Ceiller* Hiſt. gen. des AA. EE. tom. XVII. p. 726. *Hamberger* in: zuverläſſ. Nachr. tom. III. pag. 503. ſq. qui eum floruiſſe circ. a. 660. ſcribit, *Moshem.* Inſtitt. hiſt. eccl. ſaec. VII. part. 2. c. 2. §. 5. *Saxii* Onomaſt. lit. II. p. 78. ad a. C. 650. *Harl.*

Theodorum presbyterum δογματικώτατον adpellans, citat eius λόγον δεύτερον περὶ ἀπεριγράπτου *Io. Veccus* tom. II. Graec. orthod. pag. 104. 594. *Fabr.* — *Monaci* in cod. Bauar. LXVI. *Theodoro Raithuenſi* perperam tribuuntur tria opuſcula, quae in opuſculis Theodori Abucarae edita ſunt. Plura de iis diſſerit cl. *Hardt.* l. c. 1804. part. 3. pag. 24. et 25. Add. ſupra in h. vol. de Theodori Abucarae opuſc. nr. XXVI. — De incarnatione verbi *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. 1. plut. 10. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 491. — Romae in cod. Ottobon. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 189. *A.* In cat. MSS. Angliae tom. I. part. 3. p. 96. nr. 315. cod. Cantabrig. coll. Trinit. ſic citatur, *Theodori, presbyteri Raithae, opuſculum,* graece. — Fragmenta in Athanaſii quaeſtionibus, in cod. *Coislin.* CXX. Et locus inſignis de Mane ſ. Manichaeo, ib. in cod. CCCV. teſte *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 193. et 421. item in Florilegio quodam *Venet.* in cod. Marc. CCLVII. v. cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. 1. p. 144. *Harl.*

[¶] *Editiones libelli Theodori Raithuenſis, de incarnatione verbi.*

Latina ex Godfridi Tilmanni verſione, ſub titulo: Iſagoge in V. libros, qui et ipſi ſubiunguntur, Anaſtaſii Antiocheni, ſiue exercitatio ſeu corollarium de incarnatione domini. Pariſ. 1556. 8. et in bibliotheca patrum Pariſ. 1575. vol. VIII. col. 656. 1589. tomo I. et 1609. nec non Colon. 1618. tom. V. et Lugd. 1677. tom. VIII. pag. 334.

Graeco-latinae, cum *Theodori Bezae* verſione, Geneu. 1576. [h]) et 1580. 4. et inter Bezae opera theologica iunctim edita ibid. 1582. fol. tom. III. p. 309-398.

Cum

h) Inſcriptio eſt: *Theodori* — libellus aduerſus haereſes, quibus iam olim hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum vnio oppugnata eſt; nunc primum graece editus et latinus factus a *Theodora Beza* etc. Geneuae 1576. 4. Huius anni notam addiderunt cum Fabricio noſtro *Caue* l. c. et *Io. Fabricius,* qui in Hiſtoria bibl. Fabric. part. 4. p. 112. ſq. breuiter recenſuit editionem; ſed *Hamberger* in: zuverläſſ. Nachrichten tom. III. pag. 503. ſignauit edit. cum nota anni 1567. 4. ap. Euſtath. Vignon, et laudauit catal. de la bibl. du R. theol. tom. I. p. 357. — Nouiſſima eſt editio: *Theodori Rhaithu* libell. de incarnatione Domini, gr. et lat. ex Suidae, tum et Io. Meurſii ac Caroli du Freſne gloſſariis emendatus atque explicatus opera *Io. Benedicti Carpzou.* partic. prior Helmſtad. 1779. — poſterior, 1780. 4. v. quae adnotaui in Introduct. in hiſt. L. gr. tom. II. part. 2. p. 299. *Harl.*

Cum *Rob. Balforei* Scoti verſione et caſtigationibus e MS. codice Petri Stellae, ad calcem Gelaſii Cyziceni hiſtoriae concilii Nicaeni Pariſ. 1599. 8. ſed in editione Gelaſii Commeliniana Theodorus eſt omiſſus. Notandum porro, in Balforei editione primum graece lucem vidiſſe extremam partem a Beza omiſſam, quae clauſulae loco male adſuta legitur Gregorii Nyſſeni magnae orationi catecheticae, vt iam notaui volum. VIII. p. 153. [ſ. vol. IX. pag. 112. nr. 33. nou. edit.] Eamdem agnoſcunt ceteri duo interpretes Tilemannus ac Turrianus.

Cum verſione *Franciſci Turriani* S. I. in auctario bibl. patrum Ducaeano Pariſ. 1624. fol. tom. I. p. 319. et in bibliotheca patrum Pariſ. a. 1644. et 1654. tom. XI.

Theodorus *rhetor*, cuius meminit Ariſtoteles in epitome rhetorum apud Laërtium II. 104. De aliis Theodoris rhetoribus ſupra in Byzantio, Cynopolita, et Gadareno qui *Rhodius* dici maluit, quod Tiberium imper. Rhodi docuiſſet.

Theodorus Rhodiorum ſtrategus ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. Suid. in Πανικῷ δείματι.

Theodorus ὁ τὰ περὶ Ῥωμαίων πεπραγματευμένος. Laërt. II. 104.

Theodorus, *Romanus* archidiaconus, quem a ſe conſultum ſcribit Amalarius, diaconus Metenſis lib. de ordine antiphonarii tom. XIV. bibl. patrum pag. 1033. *Fabr.* *Theodorus Romanorum dux*, apud *Aſſemann.* in bibl. oriental. tom. I. pag. 275. is tamen in not. 7. monet, *Theodotum* adpellari illum a Theophane ad ann. Anaſtaſii 15. *Harl.*

Theodorus *Sabbaita*, cuius capita aſcetica centum, MSS. in bibl. Coisliniana. *Fabr.* p. 393. in cod. CCLXXXI. — eadem *Paris.* in cod. MMMLXXXVIII. nr. 2. et in cod. Mosquenſi XV. teſte *Matthaei* in Notit. codd. Mosq. ſynod. pag. 33. nr. 7. ed. in 8. aut pag. 26. ed. in fol. *Harl.*

* Theodorus *Samius*, Nicoſthenis diſcipulus, pictor. Plin. XXXV. 11.

Theodorus *Samius*, architectus, qui ſuaſit carbones fundamentis Epheſii templi ſubſterni, teſte Laërtio II. 103. de illo Rhoeci an Teleclis filio plura *Menagius* ad laudatum Laërtii locum, et *Franc. Iunius* in artificum catalogo, libris eius de pictura ſubiuncto. Videndum, idemne Theodorus, cuius volumen de aede Dianae, quae erat Epheſi, laudat Vitruuius lib. VII. cap. 1.

Theodorus *Samoſatenus*, Subdiaconus, cuius mentio in S. Baſilii epiſt. 280. incertum idemne Theodorus, ad quem epiſtola 328. *Fabr.* Theodorus, *Samoſatenorum* epiſcopus, circ. a. Graecorum 1070. h. e. an. Chr. 759. v. *Aſſemanni* bibl. oriental. tom. II. p. 340. *Harl.*

Theodorus *Samothrax*, ex quo *Ptolemaeus Hephaeſtion* libro VII. apud Phot. [P] cod. CXC. narrat, Iouem natum ſeptem continuos dies riſiſſe, indeque ſeptenarium numerum pro perfecto aeſtimatum.

Theodo-

Theodorus ὁ Σαντα βαρηνὸς dictus a Niceta in vita Ignatii patriarchae CPol. tom. V. Concil. edit. Harduinianae p. 1005. Photii amicus et ab eo in exsilio ordinatus metropolita Patrarum. Ab aliis dictus ἀφαντοπόλεως episcopus, ciuitatis, quae nusquam existeret. Neque enim ad Patrarum sedem occupandam, celebris in Achaia ciuitatis, Theodorus ille tunc admittebatur. *Fabr.* Clarus quoque fuit hymnorum et cantionum auctor. v. paullo post de Theodori Studitae scriptis editis nr. 22. *Harl.*

Theodorus *scholasticus*, ad quem Isidori Pelusiotae epistolae.

[Theodorus *Scutariota*. v. supra, vol. VII. pag. 743. et in h. vol. in SStorum elogiis etc. *in Paullum apostolum*. *Harl.*]

Theodorus, *Scythopolitanus* episcopus, cuius libellum oblatum imperatori Iustiniano et SS. patriarchis Eutychio, Apollinario, Domnino et Eustachio graece et latine vulgauit *Montfauconus* in catalogo bibl. Seguierianae siue Coislinianae pag. 94-96. Paris. 1715. fol. add. ib. p. 86. *Fabr.* Ipse Fabric. noster infra in vol. XIII. p. 841. seq. vbi scriptores gr. a Montfauc. editos recensuit, ea, quae huc reducam, subiunxit: „Is ipse Theodorus, postquam Origenis, quem atheum et impium vocat, errores sectatus fuerat, tandem resipiscens, eius dogmata hoc in libello anathemate damnat, ac duodecim anathematisinis totidem impia doctrinae Origenianae capita proscribit. Vtrum autem Origenes errores illos omnes vere docuerit, non conuenit inter doctos.“ — In *Ioan. Mori* cod. XII. siue in cat. MSS. Angliae etc. tom. II. nr. 9198. 4. est idem Theodori Scythopol. libellus. it. *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCXXXVII. nr. 40. et MCCCLXXIV. nr. 13. *Harl.*

Theodorus *Sebastenus*, citatur a Ioanne Scylitze et Georgio Cedreno in Hist. Byz. *Fabr.* v. supra, vol. VII. p. 725. in nota *i.* et VIII. pag. 82. *Harl.*

[Theodorus *Sicyonius*, inter Pythagoreos a Iamblicho memoratus. v. supra, vol. I. p. 876. *Harl.*]

Theodorus *Sidae* episcopus, in Historia Byz. citatur ab eodem Scylitze et Cedreno. *Fabr.* v. supra, vol. VII. p. 725. in nota *i.* et VIII. p. 82. *Harl.*

[Theodorus *Smakrensis*, i. e. rufus, ex Abulpharagio ab *Assemanno* in bibl. orient. II. pag. 247. excitatus: atque Assemann. in not. 2. „is Theodorus, ait, monachus erat ex Siside, Ciliciae vrbe oriundus, quem Bar-hebraeus in vita Ignatii, seu Iosue patriarchae fol. 334. narrat, coniunctis cum *Theodoro*, (Cuphlidensi) altero coenobii Barsumae archimandrita, studiis, vna cum presbytero quodam, nomine Gunir, ingentem pecuniae summam regi et magnatibus Armenorum pollicitum fuisse, si episcopos compellerent, vt Theodorum illum in patriarcham Iacobitarum ordinarent: id quod nullo pacto efficere potuit, refragante potissimum Gregorio Bar-hebraeo, qui Ignatii Iosue ordinationem pro virili procurauit.“ Add. *Assemann.* ibid. p. 379. seq. vbi eamdem historiam paullo vberius enarrat. *Harl.*]

Theodorus *Smyrnaeus*, Curopalata et ὕπατος φιλοσόφων, cuius excerpta pro Graecorum doctrina contra Latinos, et ἐπιτομὴ τῶν ὅσα περὶ φύσεως καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν τοῖς παλαιοῖς διείληπται, MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* v. *Lambec.* vol. IV. p. 339. nr. 18. de cod. caesar. CLVII. ed. Kollar. — Theodorus *Smyrnaeus*, protoproëdrus et consul philosophorum, interfuit cuidam concilio, sub Alexio Comneno, imp. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 104. *Harl.*

Theodorus *Solensis*, ἐξηγούμενος τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος. Plutarch. de oraculorum defectu pag. 427. [vid. supra, vol. VI. p. 243.]

Theodorus *Sophianus*. v. infra, vol. X. p. 375. nr. 54. (ed. vet.)

[Theodori, *solitarius*, *Spatharius* et *Strategus:* ad hos Theodorus *Studita* scripsit epistolas. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 144. 146. 316. 323. bis. et 324. vbi quoque epistolae ad *Theodorum Patricium* et ad *Theod. Xenodochum. Harl.*]

Theodori *stoici:* Chius, Milesius et tertius sine patriae notatione, apud Laërtium II. 104.

* Theodorus *Stratelates*, siue militum praefectus, martyr sub Licinio. Supra p. 247.

THEODORVS *Studites*, Studii, siue monasterii a Studio [i]) quodam romano CPoli conditi abbas, natus in eadem vrbe est a. C. 759. et in auunculi sui *Platonis* adhuc superstitis [k]) locum archimandrita primum Saccudiensis monasterii in suburbano patrio factus a. 794. Hinc, Tarasio patriarcha non auso imperatori Constantino VI. resistere, quum, repudiata coniuge sua Maria, Theodoten ille duxisset, Theodorus et Constantinum et Tarasium communione Christianorum indignos esse palam pronunciauit, atque inde Thessalonicam exsul abire iussus a. 796. sed mox anno proximo post Constantini mortem magno cum honore reuocatus [ꝑ] ab Irene, et abbas Studio praefectus fuit [l]). Post id tempus grauissime ferens, Nicephorum e laico patriarcha CPol. a. 806. factum et Iosephum oeconomum restitutum, nouam a patriarcha secessionem fecit: vnde synodo aduersus ipsum coacta a. 809. [m]) iterato exsilio adficitur, restitutus post biennium a Michaële Rancabe a. 811. Denique Leonis Armeni edicto aduersus imaginum cultum publicato a. 814. ad certamen pro imaginibus accenditur, quod maxima animi contentione acerrime gessit, omnem ingenii et doctrinae vim in

i) Vide Michaëlem monachum in Theodori Studitae vita p. 22. seq.

k) Plato Theocristae, Theodori matris, frater diem obiit a. 812. aetatis 97.

l) Conf. *Baron.* a. C. 798. n. 1. 2. et Acta SStor. tom. I. Febr. p. 538. Duorum imperialium insignium coenobiorum, Studii scilicet et Saccudiorum, constitutum eum esse abbatem, tradit *Anastasius* praefat. ad Theodori encom. in S. Bartholom. tom. II. Spicilegii Dacher. ed. nou. f. 123. — *Io. Imman. Mülleri* diss. de Studio coenobio CPolitano, ex monumentis Byzantinis eruto et illustrato, clarisque Studitis. Lipsiae 1721. 4. Historiam monasterii Studitarum a. 1719. parabat Witteberg. M. *Iust. Christian. Thorschmidius.*

m) Vide Chronicam synopsin S. Theodori Studitae actorum, scriptis illius tomo V. Operum Sirmondi praemissam a Iacobo de la Baune S. I.

vitam in hoc profundens, nec dubitans, pro hac cauſa nouas exſilii varii ac longioris, carce- risque duriſſimi aerumnas per plures annos tolerare, donec a Michaële Balbo reſtitutus eſt a. 821. Hinc quum Thomae rebelli aduerſus Michaëlem fauere viſus eſſet, vrbe iterum exceſ- ſit a. 823. et in vicina Acritae promontorio peninſula S. Tryphonis obiit a. 826. n) XI. No- vembr. quo die Graeci memoriam eius celebrant. Succeſſorem habuit in abbatia Studii, *Nau- cratium*, cuius epiſtola encyclica de Theodori obitu graece et latine o) edita eſt a *Combefiſio* tom. I. auctarii noui bibl. patrum p. 855-882. additis etiam notis p). Graecis *νέος ὁμολογη- τής*, Labbeo praeter rem martyr: a Creyghtono q) male etiam cum Theodoro Grapto con- funditur. Ex vita eius a *Iohanne* vel alio quodam graece ſcripta locum adfert *Allatius* de in- terſtitiis ordinum apud Graecos p. 181. et de libris eccleſ. Graecor. p. 138. atque alibi. Incer- tum vocat p. 226. de conſenſu. Ea ipſa porro eſt, quam latine verſam a *Iac. Sirmondo* habuit *Baronius*, ac pleraque ex eadem adduxit tomo nono Annalium ab a. 795-826.: integram vero graece et latine ex codice bibl. collegii Ieſuitarum Pariſ. ſub *Michaëlis* monachi nomine edidit *Iacobus de la Baune* S. I. in tomo quinto operum Sirmondi Pariſ. 1696. fol. pag. 1-88. teſtatus, in alio codice r) *Theodoro* Daphnopatae tribui. Idem vir doctiſſimus monet de Theodori rebus praeterea in Sanctorum actis conſulendam vitam S. *Platonis* 4. April. S. *Nico-*

n) Vide *Pagium* ad a. 826. n. 17. et tom. V. Opp. Sirmondi p. 88. *Nic. Comnenum* Praenott. myſtag. p. 561.

o) Latine exſtat etiam in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. XIV. p. 905.

p) Frater eius, *Ioſephus*, archiepiſcopus Theſ- ſalon. cuius oratio in exaltationem S. crucis ex- ſtat lat. tom. XIV. bibl. PP. ed. Lugd. p. 901. et tom. IX. Colon. atque in *Combefiſii* bibl. concio- nat. gr. et lat. ap. *Gretſerum* tom. II. de Cruce p. 116. 1200. incipit: *Σταυροῦ πρόκειται σήμερον ἑορ- τή.* Epiſtola ad Simeonem monachum apud *Ba- ron.* ad a. 808. nr. 18. latine, et inter Theodori Studitae epp. I. 23. gr. et lat. incipit: *οὐδὲν ὧν δε- δήλωκας.* *Iambi in iconomachos*, quorum Theod. II. 31. meminit, ni fallor, interierunt. Eius in *B. Lazarum* et in *Feſtum Palmarum* habuit Al- latius.

q) Vide *Allatium* aduerſus Creyghtonum pag. 707.

r) Sic in Voſſiano: [v. cat. bibl. Leidens. p. 398. nr. 62.] Sub Theodori Daphnopatae nomi- ne editurum ſe promiſit *Magnus Cruſius*. *Fabr.* — ſub *Theod. Daphnop.* nomine etiam in cod. Auguſt. Vindel. v. *Reiſer.* indic. MSS. Aug. p. 13. *Naucratii* epiſtola encyclica ad fratres patresque ſpirituales, ab iconomachis perſequutionem ſuſti- nentes, de obitu Theodori abbatis, ſubiuncto eiusdem *Teſtamento* Vindobon. in cod. caes. XXV. nr. 3. v. *Lambec.* VIII. p. 629. ſq. (vbi quoque p. 628. de vita Theod. Studitae, a Michaële, mona- cho aequali conſcripta, agitur;) — In cod. *Matrit.* IV. ſub fin. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Ma- trit. p. 19. — In cod. *Eſcorial.* (teſte *Plüero* in itinerar. per Hiſpan. p. 192.) plura exſtant, ſcil. ſermo de adoratione S. crucis, cum Chryſoſtomi cateches. ad diſcipulos ſuos: Et eiusdem Teſta- mentum: iambica carmina in varia argumenta: et deſcriptio habitationis Studii cum vita eiusd. Theodori. — *Florent.* in cod. Laurent. IV. 14. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 521. — In cod. *Naniano* LXII. fin. et LXVIII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 100. ſq. et 132. — *Venet.* in cod. Marciano CXLI. vita Theodori per *Nau- cratium* monachum, quam ſubſequuntur carmina XII. et alia ad Theodorum eundem ſpectantia. v. cat. codd. gr. Marc. p. 80. — *Paris.* in cod. bibl. publ. DCCCXCIV. nr. 10. cum multis aliis Theod. Stud. opp. — Ibid. in cod. DCCLV. 19. vita, auctore *Michaële* monacho; inc. *πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων.* — Vita in cod. *Ottobon.* Romae, et *Sfortiano*, v. *Montfaucon.* bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 185. A. et 701. *E.* Add. ſupra in elogiis SSctor. *Theodori Studitae*. *Harl.*

lai Studitae, 4. Febr. S. *Nicephori* patriarchae CPol. 13. Mart. *Nicetae* Hegumeni Mediciensis, auctore Theosteridto eius discipulo, 3. April. *S. Tarasii* patriarchae 25. Febr. et S. *Theophanis* Sygriensis abbatis 12. Mart. Idem de scriptis Theodori editis atque ineditis non indiligenter egit, cuius obseruationibus meas adiunxi. *Fabr.* Conf. de hoc homine, more suo, pio quidem et constanti, at etiam pertinaci, inquieto, austero et vesano paene imaginum ac reliquiarum sanctorum cultore et patrono, *G. Caue* hist. lit. SS. eccl. tom. II. pag. 8. sqq. *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. pag. 32. sqq. *R. Ceiller* Hist. gen. des aut. eccles. tom. XVIII. pag. 489. sqq. *Hamberger.* zuverläſſige Nachrichten, tom. III. pag. 559. *Laur. Moshem.* Institt. H. E. saec. IX. part. 2. cap. 2. §. 13. *Saxii* Onomast. part. II. p. 93. *Schroeckh* Christliche Kirchengeschichte, part. 23. p. 105-112. — *Arnold.* Kirchen- vnd Ketzer-Histor. vol. I. p. 327. ed. Schafhausen. 1740. fol. — *Walchii* histor. haeresium etc. tom. X. p. 659. sqq. XI. p. 332. sqq. 283. sq. et si vis, quae scripsi in Introduct. in hist. L. gr. II. 2. p. 301. et Supplem. ad illam, part. II. p. 253. *Harl.*

[?] *Scripta Theodori Studitae edita.* s)

In eodem tomo quinto operum Sirmondi, luculentis typis atque emendate excusa, atque locuplete instructa indice exhibentur graece et latine haec Theodori Studitae scripta:

1. *Oratio pro sacris imaginibus*, habita coram Leone Armeno, quam auctor vitae Theodori integram exhibet pag. 42-46. cum versione *Sirmondi. Fabr.* Inter aduersaria Langbaeni secund. cat. MSS. Angliae etc. I. p. 268. nr. 7. *Photii* patriarchae et *Theodori* Studitae testimonia de imaginum cultu. — In cat. bibl. Barberinae, tom. II. pag. 453. citatur *Theod. Studitae* or. de sacris imaginibus; ead. Theod. Studitae or. latine, Paris. 1555. 4. conf. paullo post, nr. 10. *Harl.*

2. Διαθήκη, *Testamentum.* p. 80-88. cum versione eiusdem *Sirmondi*, quam ediderat *Baronius* ad a. 826. nr. 51. seq. Exstat etiam ex versione *Ioannis Liuineii*, (qui Sirleti cardin. codice vsus fuerat,) vna cum Theodori sermonibus catecheticis latine versis, Antwerp. 1602. 8. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. 1677. tom XIV. p. 895. Edidit praeterea latine *Christ. Woldenbergius* vna cum libro suo de testamentis veterum, Rostoch. 1651. 4. Graece etiam *Iacobus Tollius* in insignibus itineris italici, Traiecti ad Rhen. 1696. 4. ex codice Lipsiensis bibl. Paulinae, quam praefectus eius dignissimus Ioachimus Fellerus cum ipso communicauerat. Sed latinam versionem, quam addidit p. 179. male tribuit Sirmondo: nihil illa putidius esse, nihil puerilius pag. 191. professus: nam Liuineii esse, non Sirmondi, qui conferet, reperiet. t) *Fabr.* *Testamentum*, (h. e. fidei confessio, a Theodoro paullo ante mortem suam scripta, de doctrina et veritate SS. Trinitatis, de honore atque adoratione sanct. imaginum ac reliquiarum, de canone librorum diuinorum, de praestantia vitae monasti-

s) Plura opuscula, *Romae* in monasterio S. Saluatoris, in codd. LXXII. et LXXIII. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSStar. I. pag. 199. *A. Mediolani* in bibl. Ambrosiana, v. *Montfauc.* l. c. pag. 505. *B.* — *Vindobon.* ibid. pag. 540. *C.* 542. *E. Harl.*

t) Reprehenditur eo nomine Tollius in Mem. Treuolt. a. 1705. p. 1228. *Baelii* Lexic. Supplem. in *Liuineius.*

monasticae, additis seuerae viuendi rationis praeceptis, ab monachis, inprimis ab abbate, ipsius successore, seruandis,) exstat MSt. *Monacii* in cod. Bauar. CCXVII. v. cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. 1805. part. 4. p. 365. sq. — In cod. *Vindobon.* XXV. 3. v. *Lambec.* VIII. p. 629. sq. Kollar. — *Florent.* in cod. Laurent. IV. 13. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 520. sq. — *Venet.* in cod. Marciano CXLI. v. cat. codd. gr. Marc. p. 84. — in cod. *Naniano* LXII. nr. 125. et LXVIII. nr. 131. v. cat. codd. gr. Nan. p. 100. ac 132. — in cod. *Sfortiano*, teste *Montfauc.* bibl. bibliot. MSS. I. pag. 701. *C.* et tom. II. pag. 1332. *D.* de cod. monasterii S. Trinitat. prope CPolin, etc. Testamentum et alia. — in cod. *Matrit.* IV. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 19. — in cod. XXXVII. *Coislin.* in Niconis collectione locorum S. scripturae, scriptorum ecclesiasticor. etc. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 111. — *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. *Harl.*

3. Βίβλος δογματικὴ, ἐν ᾗ τρεῖς λόγοι γ΄ καὶ ἀντιῤῥητικοί. *Liber dogmaticus, continens disputationes tres refutatorias aduersus iconomachos, pro cultu imaginum.* pag. 89. 106. 132–168. Memorat auctor vitae p. 28. Primum et secundum vertit *Sirmondus*, tertium *Iacobus de la Baune. Fabr.* *Paris.* in cod. DCCCXCIV. sunt antirrhetici tres contra iconomachos et quae a Fabricio nr. 4–7. commemorantur. — *Vindobon.* in cod. caes. LXXVII. nr. 80. Excerpt. aduersus iconomachos ex *Nicephoro*, *Photio* et *Theodoro Studita*, in Euthymii Zigabeni panoplia dogmatica, v. *Lambec.* III. p. 422. Kollar. Ibid. in cod. CLVII. nr. 5. *Photii* et *Theod. Stud.* testimonia duo de sacris imaginibus et de differentia inter sacras imagines atque idola. v. *Lambec.* IV. p. 335. — *Taurini* in cod. CCXII. varia Theod. Studitae opuscula contra iconomachos nec non *epistolae* et *iambici* aliquot *versus* aduersus iconomachos, quos frustra quaeres inter iambos, a Sirmondo editos, ideoque confector cat. codd. gr. Taurin. pag. 305. sqq. graece cum versione lat. euulgauit. — Ibid. pag. 380. in cod. CCLXXVI. mutilo eiusd. epistolae et alia opuscula aduersus iconomachos. — *Mosquae* in cod. CCXCVII. Theodori Stud. XII. capita. inc. εἰ τις τοίνυν οὐχ ὁμολογεῖ τὸν κύριον ἡμῶν. Hic, (vt ait *Matthaei* in Not. MSS. graec. Mosq. synod. pag. 193. in 8.) cap. XII. multa disputantur contra iconomachos. *Harl.*

4. Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀσεβῶν ποιημάτων. *Refutatio et subuersio carminum acrostichon iambicorum compositorum ab iconomachis Ioanne, Ignatio, Sergio et Stephano,* quae ipsa praemittuntur partim, partim subiiciuntur pag. 169–199. Vertit *Iacobus de la Baune.*

5. Προβλήματά τινα πρὸς εἰκονομάχους. *Problemata quaedam aduersus iconomachos* p. 200–205. Vertit idem *Baunius.*

6. Κατὰ εἰκονομάχων κεφάλαια ἑπτά. *Capita septem contra iconomachos.* pag. 206–215. Eodem *Baunio* interprete.

7. Ἐπιστολὴ πρὸς Πλάτωνα περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad Platonem archimandritam de cultu sacrarum imaginum* p. 215–220. Interprete eodem Baunio.

[P] 8. *Epiſtolarum libri duo*, quorum prior LVII. poſterior CCXIX. u) complectitur. p. 221. 370–753. Ex his ſparſim quasdam exhibuerat Baronius a *Sirmondo* latine verſas, Libri *prioris* quidem XXXVIII. et LIII. ad a. 787. n. 58. 59. IV. et V. ad a. 795. I. II. III. ad a. 796. VII. ad 801. XVI. XXVI. XXX. ad 806. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVIII. XXXI. ad a. 808. XXXII. vsque ad XXXVI. nec non XXXVIII. XXXIX- XLIII. XLVIII. LI. LIII. ad a. 809. et LVI. ad a. 811. Libri *poſterioris* vero CXXVII. ad a. 787. n. 63. I. II. VIII. XVIII. ad a. 814. IX. X. ad a. 815. IV. XI. XXI. XXII. XXIII. XXV. XXVI. XXXI. XXXII. XXXIV. XL. XLI. XLV. L. LV. LIX. LXX. LXXXVII. CLXXXI. ad a. 816. XII. XIV. XV. XVI. XVII. ad a. 817. XIII. XXX. XXXV. XXXVII. XLIV. LV. LVIII. LXI. LXVI. LXVIII. XCIV. C. ad a. 818. XXXVIII. LXII. LXIII. ad a. 819. LXXI. ad a. 820. LXXIII. LXXIV. LXXIX. LXXX. LXXXVI. XC. XCII. CVI. CXXI. ad a. 821. CXXVII. CXXIX. CXCIX. CCIV. ad a. 823. CXVI. CXXXVIII. CLXVII. ad a. 825. Quas non ex Sirmondi verſione apud Baronium reperit, illarum interpretationem ipſemet adiunxit editor *Iacobus de la Baune*. Libri ſecundi epiſtolam CCXV. reſponſiones ad XVII. interrogata complexam ad Methodium monachum, ſub *Nicephori CPol.* nomine vulgauit graece et latine Cotelerius tom. II. monument. eccleſiae graecae pag. 453. Sed Theodoro etiam tribuitur in codice bibl. Coislinianae, de quo *Montfauconus* p. 325. *Fabr.* Noſter Fabric. in vol. XIII. vbi Montfauc. bibl. Coislin. recenſuit, ea, quae ſequuntur, et quae huc retraham, p. 843. adnotauit: „Epiſtolae S. Theodori Studitae magno numero habentur in duobus codd. (Coislin.) nempe XCIV. et CCLXIX. ambobus optimae notae. Iure autem hunc catalogum inter Anecdota repono, licet nonniſi titulos et initia adferat; quia in primo codice ſunt epiſtolae quingentae quadraginta octo quarum vix dimidiam partem edidit Iac. Sirmondus, ex iisque, quas publicauit, multae lacerae ex vtroque codice ſarciri poſſunt. In codice autem CCLXIX. antiquiſſimo noni ſaeculi non paucae reperiuntur, quae nec in edito Sirmondi, nec in priore Coisliniano codice exſtant. Prioris codicis num. XCIV. catalogus exſtat pag. 144. alterius vero num. CCLXIX. p. 312." Add. noſtrum quoque Fabr. infra in vol. XI. pag. 517. ed. vet. de concilio CPolitano a. 806. in quod inuehitur Theod. Studita epiſtolis ad Nicephorum CPolit. et Leonem III. apud Baron. ad an. 806. n. 13. ſq. et tom. V. Opp. Sirmondi, vbi Theodori Studitae epiſtolae gr. et lat. a Iac. de la Baune S. I. editae leguntur, pag. 281. et 300. atque de concil. CPolit. a. 814. pag. 519. de Theod. Studitae epiſtola ad ſynodum iconomachicam CPolit. lat. ex Baronio ad an. 814. gr. et lat. in Sirmondi Opp. tom. V. p. 370. libr. 2. epiſtolarum Theodori epiſt. 2. — Theodori autem epiſtolae inter eius Opp. principatum quaſi tenent. Namque non ſolum ad eius vitam animique notationem penitius cognoſcendam, ſed etiam ad controuerſiarum in eccleſia graeca, praeſertim de cultu imaginum SS. eo tempore acriter agitatarum hiſtoriam illuſtrandam cum primis faciunt. — MSS. exſtant *Paris.* in cod. bibl. publ. DCCCXCIV. Epiſtolae, ſcil. nr. 6. dogmaticae tertii exſilii, quinquaginta ſex; nr. 7. primi et ſecundi exſilii, quinquaginta ſex; nr. 8. tertii exſilii, centum octogin-

u) Multa in his epiſtolis emendari et lacunas ſuppleri poſſe e codice MS. bibl. Seguierianae ſiue Coislinianae, CCLXXII. inſuper ineditas exhibente, notat Montfauconus p. 144. Quamquam vero titulus illius codicis tantum promittit epiſtolas a Theodoro ſcriptas tempore primi et ſecundi exſilii τῆς πρώτης καὶ δευτέρας ἐξορίας: tamen in eo reperiuntur etiam, quae in alio codice inſcribuntur ἐξορίας τρίτης *tertii exilii*, apud eundem Montfaucon. p. 314. ſeqq.

octoginta quatuor: — in cod. DCCCXCVI. 1. Epiſtolae cum indice illorum omnium, ad quos ſingulae epiſtolae datae ſunt: — in codd. CCCLXIV. et MCCCXXI 5. atque apud *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1320. *B.* inter codd. Mazarin. epiſtola ad Naucratium: ad eumdem de Digamis in cod. *Vindobon.* XVIII. 16. (in Sirmondi Opp. tom. V. p. 352.) v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 134. ibique Kollar. — *Mosquae* in cod. ſynod. XXXII. epiſtola ad Stephanum lectorem. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 47. nr. 93. ed. in 8. aut pag. 54. nr. 47. ed. in fol. Add. ad nr. 3. *Harl.*

9. Ἴαμβοι εἰς διαφόρους ὑποθέσεις. p. 753-776. Carmina breuia et epigrammata iambica varii argumenti CXXIII. Sirmondo magnam partem interprete. Horum prima XXIX. videntur in vita Theodori Studitae pag. 25. ſignari παραγγελίαι ἔγγραφοι διὰ στίχων ἰάμβων. Vltimo loco alterius, neſcio cuius, auctoris in Theodorum epigramma graecum ſubiicitur verſibus hexametris v), in quo inter alia laudatur, quod Studitas monachos docuit ſacros hymnos concinere ὑμνοπόλων θεότευκτον ἀγήνορα ὦρσεν ἀοιδήν. Ex carmine CXV. conſtat, Theodoro, antequam monachus fieri eligeret, vxorem fuiſſe *Annam*, quae cum marito deinde in voluntarium coelibatum conſenſit, et liberos ex illo ſuſceptos monaſticae vitae mancipauit. *Fabr.* MS. in cod. *Paris.* DCCCXCVI. nr. 2. et in cod. *Taurin.* ad nr. 3. laudato, atque *Venet.* in cod. Marciano CXLI. in quo etiam ſunt iambi VI. in Theodorum. v. catal. codd. gr. Taurin. pag. 80. *Harl.*

Index eorum ad quos ſcriptae ſunt Theodori Studitae epiſtolae. Numeri minores denotant paginas editarum; maiores numerum ineditarum epiſtolarum in codice MS. bibl. Coisliniani DXLVIII. epiſtolas complectente.

Arcadio

v) Etiam in cod. *Paris.* DCCCXCIV. 11. *Harl.*

Eusebio

Ioanni

w) Ex Turriani versione lat. in bibl. PP.

x) In cod. *Marciano* CDXCVIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 261. *H. Allat.* Consens. p. 1256.

y) *Allat.* de consensu etc. pag. 224. 305. 346. seq. et de epist. ad Leonem patricium, pag. 305. 342. 347. 358.

z) *Allat.* l. c. p. 302. 337.

aa) *Allat.* l. c. pag. 308. 1130. [et paullo ante ad nr. 8.]

bb) *Allatius* de consensu pag. 306. *Turrian.* p. 191. pro epistolis etc. vbi Theodorum eruditissimum auctorem vocat.

Scripta edita Theodori Studitae, quae cum operibus Sirmondi non prodiere.

10. *Δογματικὴ περὶ τιμῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων. Oratio dogmatica de honore atque adoratione ſanctarum imaginum.* Graece cum Io. Damaſceni Orationibus de imagi-

cc) Vide Cangii adpendic. ad Gloſſarium graec. p. 7.

dd) Fragmentum de ordinatione *Vindobon.* in cod. LIII. nr. 28. v. *Lambec.* VIII. p. 1013. Kollar. add. ad nr. 8. ſiu. *Harl.*

imaginibus Rom. 1553. 8. et latine *Godfrido Tilmanno* interprete Antwerp. 1556. 12. Atque vtraque lingua inter Damasceni opera Basil. 1575. fol. p. 674. Et latine iterum in bibliotheca patrum Paris. 1589. et 1644. 1654. tomo III. altero interprete, ibique notatur, illius orationis locum citari a Gennadio, qui ante Georgius Scholarius, in expositione quinque capitum synodi Florentinae contra Graecos cap. 5. sect. 12. *Fabr.* *Io. Damasceni* sermones tres pro imaginibus. *Theodorus Studita* de honore et adoratione illis adtribuenda. Vita Io. Damasceni, per Ioan. patriarcham Hierosolymitanum, graece; Romae 1553. 8. v. cat. bibl. Leidens. pag. 51. et supra ad nr. 3. — *Venetiis*, in cod. Naniano LXXXIII. nr. 10. v. cat. codd. Nanian. gr. p. 170. *Harl.*

11. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάτωνα τὸν ἑαυτȣ̃ πνευματικὸν πατέρα. *Oratio funebris in S. Platonem, patrem suum spiritualem.* Hanc a Guil. *Sirleto*, postea cardinale, redditam latine vulgarunt *Aloysius Lipomannus* tom. VII. de vitis [*] sanctorum patrum p. 275. et ex Lipomanno *Laur. Surius* ad XVI. Decembr. nec non alter *Laurentius, de la Barre* in Historia Christiana patrum p. 118. Paris. 1583. fol. Denique graece ex bibl. regis christianissimi et Vaticana dedere *Henschenius* et *Papebrochius* ad calcem Act. Sanctor. tom. I. April. pag. XLVI. et latine ex noua interpretatione pag. 366. Cum Lausiac. *Palladii* et *Theodoreti* religiosa historia a Gentiano Herueto lat. versa prodiit Paris. 1570. 4. p. 455-497. *Fabr.* V. supra, in h. vol. p. 136. nr. 7. et in Elogiis SStor. voc. Platonis Hegumeni Studitae. *Paris.* in cod. MCXCVII. nr. 1. bibl. publ. *Harl.*

12. Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τȣ̃ τιμίȣ καὶ ζωοποιȣ̃ σαυρȣ̃ ἐν τῇ μεσονησίμῳ. *Oratio in adorationem pretiosae et viuificae crucis in media quadragesima.* Prodiit graece cum *Iacobi Gretseri* versione, in huius opere de Cruce tom. II. p. 287. Ingolstad. 1600. 4. (edit. in fol. p. 1405.) Incipit: ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα. Latine tom. XIV. bibl. patrum edit. Lugd. p. 900. *Fabr.* V. supra in h. vol. pag. 246. infra, in vol. XIII. p. 806. ed. vet. — *Mosquae* in cod. synod. V. et CCCLI. nr. 39. teste *Matthaei* in Notit. codd. gr. Mosq. p. 19. nr. 8. et p. 228. ed. in 8. — *Paris.* in cod. DCCLV. 23. bibl. publ. — DCCLXVII. 21. et DCCLXXIII. 32. — *Venetiis* in cod. *Naniano* LXXI. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 137. nr. 7. — In catal. MSSt. Angliae etc. tom. I. pag. 38. nr. 274. in cod. gr. XXVIII. *Thomae Roe* — ibid. p. 56. nr. 726. duo sermones. Theod. Stud. et encom. *Io. Baptistae*, in cod. LXXXIV. *Guil. Laudi*, et pag. 269. nr. 8. sermones, inter Ger. Langbaeni Aduersaria. — Sec. *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS. I. pag. 134. *A. Theod. Studitae* sermones, in bibl. Vaticana. *Harl.*

13. Κανὼν εἰς τὴν σαυροπροσκύνησιν. *Canon* siue *Hymnus in adorationem crucis*, sub Theodori Studitae nomine editus graece et latine ab eodem *Gretsero* tom. III. p. 487.

14. Κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὴν ἀνασήλωσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, ποίημα τȣ̃ ἁγίȣ πατρὸς Θεοδώρȣ τȣ̃ Στȣδίτȣ. *Canon* siue *hymnus*, odis octo constans, *qui canitur in erectione sanctarum imaginum, opus S. P. Theodori Studitae.* Exstat graece et latine, *Federico Metio* interprete apud *Baronium* ad a. 842. et latine in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom.

 XIV.

XIV. p. 898. Sed monet doctissimus cardinalis, Theodori nostri non esse hymnum hunc, vtpote quem non ante restitutas imagines sacras ac redditam ecclesiae pacem, proindeque pluribus post Theodori mortem annis scriptum fuisse adpareat. Itaque Combefisius putat, iunioris esse Theodori, qui post Naucratium Studio praefuit. *Fabr.* Conf. vol. X. p. 138. ed. vet. *Harl.*

15. Ἡ μικρὰ λεγομένη Κατήχησις. *Catechesis, quae dicitur parua*, CXXXIV. sermonibus breuibus et extemporalibus distincta. Memoratur in Theodori Studitae vita p. 27. et graece MS. exstat in variis bibliothecis, caesarea *Lambec.* VIII. p. 295. [ee]) Bodleiana Oxoniensi, Claromontana, Paris. Seguieriana siue Coisliniana et Lipsiensi Paulina. Fuit etiam apud Raphaëlem Trichetum du Fresne. Latine prodiit ex *Ioannis Liuineii*, canonici Antwerpiensis, versione, [ff]) Antwerp. 1602. 8. et in bibliothecis patrum edit. Colon. tomo IX. et Paris. 1644. 1654. tomo II. atque Lugd. tom. XIV. p. 830. Huius κατηχήσεως lectio monachis commendatur in Triodio et Menaeis Graecorum et in typico Irenes Augustae in Analectis graecis monachor. Benedictin. pag. 210. Catechesis ad omnes fratres citatur ab *Allatio* de

ee) Siue pag. 625. sqq. ed. Kollar. de cod. caesar. XXV. nr. 2. — *Monac.* in cod. Bauar. CCXVII. in quo numerantur 135. catecheses, ad quarum calcem sex iambi leguntur, quos cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1805. part. 4. p. 365. ex hoc codice exscripsit. — In cod. *Barocc.* CXXX. in quo sunt 128. sermones catechetici, quorum primus incipit: Ὅτι χρὴ ἡμᾶς, et vltimus ἐκλεκτικὸς ἅμα καὶ· ib. in cod. CXCVII. sub fin. Prooemium in orat. catecheticam Io. Chrysostomi de paschate. Princip. Τί τοῦτο πατέρες. — In bibl. Bodlei. cat. MSS. Angliae etc. I. nr. 280. in cod. *Cromwell.* CIII. *Theod. Studitae* catecheses paruae nr. 748. f. in cod. CVI. *Laudi* sermones 134. quorum decem priores desiderantur. ibid. nr. 153. f. in cod. *Laudi* CXI. sermones catechetici, et inter eos homilia in S. *Platonis* memoriam. — *Venetiis* in cod. *Marciano* CXLI. catechesis parua, adiiciuntur iambi sex in Theodorum. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 80. — Ibid. in codd. *Nanianis* LXII. et LXVIII. catech. 134. sed in hoc desunt quatuor priores, et initium quintae. Duo hos codd. diligenter recensuit, et singulas catecheses 135. secundum ordinem in binis codd. seruatum, vna cum initiis singularum late enumerauit, discrimen nonnullarum significauit aliasque adiecit obseruationes, *Mingarell.* in catal. codd. gr. Nan. p. 88-100. atque p. 126-131. Ex prioris codicis catechesi 29. publicauit p. 91. locum *de Thaddaeo martyre*: ibid. in cod. LXXXI. catecheses 130. quarum initia, omissis tamen titulis, reposuit *Mingarell.* ibid. p. 162. sqq. Primum adnotauit, illas a Liuineio editas esse; at alio ordine dispositas et latine, sed alicubi ita obscure, vt vix intelligatur, conuersas. Tum pag. 164. sqq. tres catecheses, n. XXXVII. quae est apud Liuineium XLI. εἰς τοὺς βίους τῶν πατέρων, tum CX. apud Liuineium CXIV. περὶ τῆς μοναδικῆς πολιτείας καὶ ἀντιπαρατάξεως etc. atque CXXI. ap. Liuineium CXXXV. περὶ ὑπακοῆς etc. speciminis loco graece publicauit. — Ibid. in cod. LXXXII. eaedem catecheses, de quibus vide *Mingarellum*, l. c. pag. 169. — Ibid. in cod. CCXXVIII. nr. 9. titul. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ στουδίτου, διδασκαλία χρονικὴ τῆς μονῆς τῶν στουδίου· πολλαὶ γὰρ κατηχήσεις εἰσὶ τοῦ στουδίτου· ἀλλ' αὕτη λέγεται χρονικὴ κατήχησις· init. ἀδελφοὶ καὶ πατέρες· νῦν ἐπιχαρῶ πᾶσιν ὑμῖν· v. cat. cit. pag. 420. — *Florentiae* in cod. Laurent. V. nr. 1. plut. 55. catechesis parua, capitibus 124. comprehensa. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 239. — Eadem 134. sermonibus constans, *Paris.* in cod. DCCCXCIII. nr. 1. bibl. publ. et n. 4. Theodori carmina breuia atque epigrammata varii argumenti. — 131. catecheses, ibid. in cod. MXVIII. nr. 2. ad calcem vero occurrunt versus iambici nonnulli in auctoris laudem. De codd. *Neapolit.* v. supra, in vol. V. p. 791. nr. 245. et p. 798. nr. 51. Add. paullo infra, ad nr. 23. *Harl.*

ff) Liuineii versionem reprehendit *Gretserus* rerum variar. libr. I. cap. 2. p. 10.

de consensu etc. p. 463. ἡ λύρα τῶν δογμάτων in cod. caesar. Sermo XV. sub Io. Damasceni nomine de adorandis imaginibus, gr. lat. in ed. Damasceni Basil. 1579. pag. 501. — Eas catecheticas oratt. publice ab ecclesiarcha, stantibus et auscultantibus fratribus, praelectas fuisse, notauit *Allatius* de Dominicis Graecorum §. IX.

16. Ἐγκώμιον περὶ τοῦ ἁγίου Βαρθολομαίου, *Encomium S. Bartholomaei apostoli*, quod graece exstat MS. in codice Colbertino CCCXL. latine ex veteri *Anastasii* versione edidit *Lucas Dacherius* tomo tertio spicilegii pag. 13. Paris. 1659. 4. tom. II. ed. nou. fol. p. 124. et *Franciscus Combefisius* in bibliotheca concionatoria tom. VII. p. 755. Paris. 1662. fol. *Fabr.* V. supra in h. vol. pag. 204. — *Paris.* in cod. MCDLXX. nr. 44. bibl. publ. — *Taurini* in cod. CXXXV. fol. 129. v. cat. codd. gr. Taur. p. 232. *Harl.*

[P] 18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. *Encomium S. apostoli et euangelistae Ioannis theologi.* Latine a se versum vulgauit idem Combefisius in iam laudata bibliotheca. *Fabr.* Vide supra in h. vol. p. 258. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, teste *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS. I. p. 197. *B.* — in natiuitatem Io. Baptistae, in cod. *Sfortiano.* v. *Montfauc.* l. c. p. 700. E. et in diario ital. p. 220. et pag. 435. Theod. Stud. διδασκαλία, *Venet.* in bibl. Iustiniani. — *Paris.* in cod. MCXCVII. in S. Ioann. euangelistam; et in duobus codd. in natalem Ioann. Baptistae — in cod. *Barocc.* CLXXIV. in natal. Io. Bapt. ib. in cod. CCXXXVIII. encomium Io. Baptistae; idem in cod. Laudi LXXXIV. siue cat. MSS. Angliae etc. I. nr. 726. — in natalem Io. Bapt. *Taurini* in cod. LXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 166. add. nr. 24. *Harl.*

19. *Sermo breuis in Dominicam quartam Quadragesimae* siue *Ieiunii*, latine ex *Ioannis Liuineii* versione prodiit saepius cum Theodori Studitae catechesi, de qua iam dixi. Incipit: *Fratres, patresque, S. Spiritus nos benignitas.* Liuineius in codice MS. hunc sermonem reperit notatum numero octauum et sexagesimum. *Fabr.* *Venetiis* in cod. Naniano CLIV. περὶ νηστείας καὶ ἀπαθείας. inc. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς καιρός· Sequuntur vndecim aliae breues homiliae Theod. Studitae. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 349. nr. 31. *Harl.*

20. *Capitula quatuor de vita ascetica*, quae graece et latine vulgata sunt a *Petro Possino* S. I. in thesauro Ascetico Paris. 1684. 4. Capita quinque MSta in bibl. caesarea memorat *Lambecius* IV. p. 146. *Fabr.* Siue pag. 331. nr. 19. ed. Koll. Ibid. in vol. III. pag. 479. sq. cod. LXXXIX. nr. 6. est Theod. Stud. admonitio ad aemulandum SS. patrum vitas, et nr. 7. admonitio ad poenitentiam *Harl.*

21. Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου προδρόμου. *Encomium in tertiam inuentionem venerandi capitis* gg) *sancti praecursoris Ioannis baptistae.* Cum

gg) De inuentione capitis S. Ioannis baptistae confer *Cangii* CPolin Christianam lib. IV. p. 101. *Eliae du Pin* bibl. scriptor. eccles. tom. XVIII. pag. 142. edit. Amst. et memorias Treuultianas a. 1708. p. 418. seq.

Cum versione *Francisci Combefisii* edidit *Carolus du Fresne*, siue *Cangius*, in libro cui titulus: *traité historique du chef de S. Baptiste*. Paris 1666. 4. *Fabr.* V. supra, in hoc vol. pag. 260. not. *p.* — *Vindobon.* in cod. caesar. XXXV. multo pleniore, quam editum est a du Fresne et in Actis SS. Iun. ad d. 24. tom. IV. p. 736. adnotante *Kollario* in Supplem. Lambec. commentar. tom. I. p. 253. sq. — in cod. *Coislin.* CCCVII. v. *Montfauc.* cat. codd. Coislin. pag. 424. d. 24. Febr. — *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. secund. cat. MSSt. etc. vol. II. *Harl.*

22. Τροπάρια, κανόνες etc. *Troparia, Canones*, siue *hymni* etc. Complura generis huius, *Studitae* inscripta nomine, in Octoëcho, Menaeis et aliis Graecorum libris graece edita sunt. Itaque nostrum intellige, Theodorum monachum, cuius Canon catanycticus siue hymnus de nocte decantandus ad Christum seruatorem memoratur MS. apud *Lambecium* V. p. 268. [hh]) Ποιητὰς τῶν κανόνων Theodorum Studitam et Iosephum, (episcopum Thessalonicensem,) eius fratrem laudat *Codinus* Origg. CPol. c. 104. p. 50. Nicephorus Callistus in synaxario: πρῶτος δὲ πάντων etc. *Primus autem omnium illud, tres odas inquam, in typum, vt arbitror, sanctae et viuificae trinitatis excogitauit magnus poëta Cosmas in magna sanctaeque passionis domini et dei seruatoris nostri Iesu Christi hebdomade — ex quo et reliqui patres et inter eos praecipue* Theodorus *et Iosephus Studitae eum aemulati, in aliis sanctae magnae Quadragesimae hebdomadibus componentes, proprio Studiorum monasterio tradiderunt, odas istas magis ac magis producentes ac concinnantes.* Clari etiam apud Graecos hymnorum et cantionum auctores Theodorus Ducas Lascaris imperator, cuius κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον describitur in Paracletico p. 181. Theodorus item Coetonita, Theoporus Santaberenus etc. ne dicam de Theodoro Prodromo, qui hymnos Cosmae [?] et Damasceni commentario illustrauit. Sed de Theodori Studitae scriptis dicere pergamus, cui nonnulli viri docti tribuunt etiam vitam *Theophanis* confessoris [ii]), quam latine ediderunt Lipomannus, Surius, Henschenius ad 12. Martii, et Combefisius e Barberino codice descriptum graece cum latina versione praemisit Chronico Theophanis edito Paris. 1655. fol. Tribuitur illi etiam in codicibus quibusdam [kk]) *Oratio in natalem S. Deiparae*, quae incipit: λαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις σήμερον. Sed plurium codicum auctoritate adseritur Ioanni Damasceno, inter cuius opera prodiit graece et latine cum versione Allatii tom. II. edit. nouae p. 849.

Scripta

hh) Siue p. 563. Koll. de cod. CCXCIX. nr. 6. vbi quidem Lambec. canonem illum adscripsit *Theodorito.* — Hymni anastasimi siue ἀνάβαθμοι LXX. cum expositione anonymi, aut Nicephori forte Callisti, in cod. IV. *Thom. Roe* f. nr. 249. cat. MSS. Angliae etc. I. — Triodium, opus Iosephi et Theodori Studitarum, fratrum, *Romae* in bibl. Vaticana, v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. pag. 9. *C.* — Canones *Paris.* in cod. MCCCXVIII. 6. bibl. publ. — *Mosquae* in cod. synod. II. Troparium. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosq. p. 12. ed. in 8. *Harl.*

ii) V. supra, vol. VII. pag. 460. cum nota z. *Harl.*

kk) Ita in *Paris.* MCLXXXI. 11. bibl. publ. in adpendice ad cat. MSS. Paris. vol. II. pag. 618. *Harl.*

Scripta Theodori Studitae inedita, quae a Iacobo Baunio in elencho operum eius commemorantur [ll]).

23. Ἡ μεγάλη καλεμένη κατηχητικὴ etc. *Magna catechesis* [mm]) *tribus membris seu partibus comprehensa:* quarum vna κατήχησις, continens sermones XLIV. altera μηνολόγιον, sermonibus XXXIII., tertia διδασκαλία, sermonibus CXXXVII. absoluitur: *liber complectens* (praeter 134. catecheseos paruae sermones, de quibus supra nr. 15.) *catecheses collectas ex omnibus catechesibus sancti patris nostri confessoris Theodori Studitae, quae et recitari debent diebus dominicis, quarta et sexta feria, et in maioribus festis totius anni, sicut et compositae sunt.* Meminit auctor vitae pag. 27. d. Exstat haec in regio graeco codice Paris. MMCCCXL. In cod. autem *Paris.* et in Paullino *Lips.* post illas catecheses ita legitur: Θεϋ τὸ δῶρον, ἡ γραφὴ δὲ Ἀρσενίε, ἐτελειώθη μηνὶ Ἰενίῳ, δωδεκάτῃ, Ἰνδικτ. ιδ. ἔτες ςχμδ΄. βασιλεύοντος Ἰωάννε τῦ Πορφυρογεννήτε. *Donum dei istud scripsit Arsenii manus, absolutum mense Iunio, die duodecima, indictione XIV. anni VIMDC. XXXXIV. regnante Ioanne Porphyrogenneta:* qui annus incidit, ex supputatione Graecorum, in annum Christi MCXXXVI. quo Calo-Ioannes Alexii Comneni F. Isaaci N. decimum nonum imperii annum agebat. *Fabr.* Catecheseon 29. titulos v. in *Baruoetii* catal. MSS. Scorial. [quem recudendum curauit *Phil. Labbeus*, atque velut Supplementum III. adiecit Nouae bibliothecae MSS. librorum p. 175. sqq. graecorum, latinorum et gallicorum, seu Specimini antiquarum lectionum graecarum, latinarum et gallicarum, Paris. 1653. 4. vbi p. 188. de *magnis catechesibus Theodori Studitae*,] et apud *Oudinum* tom. II. de scriptor. eccles. p. 36. *Fabr.* Huius Theodori Stud. sermones catecheticos in festos totius anni dies MSS. recensuerat Fabricius infra in vol. XII. p. 275. sqq. Atque, quoniam animaduerti, plures viros doctos ad illum Fabricii indicem prouocare, haud incommodum nec ingratum fore arbitrabar, si illum integrum hic suo loco, quasi postliminii iure, restituerem. Antea tamen iuuat, codicibus et a Fabricio h. l. et a me supra nr. 15. memoratis, aliorum, in quibus praecipue magna catechesis continetur, adhuc notitiam subiungere. — Exstant igitur *Paris.* in cod. DCCCXCI. bibl. publ. catecheses selectae 170. recitandae in diebus dominicis, in quarta et sexta

ll) Pleraque Theodori Studitae inedita latent in praestantissimo codice bibliothecae Paullinae Lipsiensis, cuius notitiam in publicato programmate dare coepit *Io. Imman. Müllerus*, Rosuino — Misnicus, Lips. 1719. De cod. Lipsiensi, qui praeter ea alios octoginta, nondum editos, sermones continet, conf. *Felleri* praefat. ad catal. MSS. bibl. Paullinae et in catalogo ipso, p. 120. *Iac. Tollium* epp. itinerar. pag. 78. Ex illo cod. vnum sermonem in Dominicam coeci περὶ ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας edidit gr. *Io. Imman. Müller* diss. de Studio CPolitano pag. 53-36. Incipit: Ἀδελφοί μου καὶ πατέρες. *Fabr.* Add. *Schroeckh* l. c. p. 110. sq. et *Oudin.* l. c. p. 34. sqq. *Harl.*

mm) Fuit etiam in bibl. Scorialensi, in Mediceam autem venit ex Gerasini Blachi adparatu librario, de quo Combefisius in bibl. concionatoria: *Reu. abbas Gerasinus Blachus duplo fere plures* (quam ediderat Liuineius) *sermones Theodori catecheticos extare ad me scribebat, in quibus maiores illos fuisse nullus dubito. At spretum nostris tantum ἕρμαιον, hoc solum arente munificentia gallica, sic alias effusa: magno interim duce totam viri Graecorum suppellectilem sibi addicente.* In bibl. Coisliniana siue Seguieriana sermones catechetici, qui Theodoro Studitae tribuuntur, exstant ad CLXX. Vide *Montfauconi* catalogum illius bibl. p. 376. 386. seq.

ſexta feria, et in magnis feſtis totius anni. Catecheſi, vt ait confector cat. codd. Pariſ. regg. vol. II. p. 172. cuique praefixum eſt argumentum, iambo monoſticho comprehenſum. Is cod. a. Chr. 1136. exaratus eſt manu Arſenii monachi, vt ipſe verſibus iambicis trimetris, a *Cangio* Conſtant. Chriſt. lib. 4. pag. 152. editis, teſtatum reliquit. — Ibid. in codd. DCCCXCII. et MCIV. praefixa Theodori vita. — In codd. *Nanianis*, (praeter catecheticos ſermones ex catalogo ſupra ad nr. 15. iam citatos,) LXI. qui continet primo viginti duas catecheſes Theod. tum alias ducentas triginta S. abbatis continebat, quarum aliquae nunc deſunt: (ſingulas curate recenſet *Mingarell.* in catal. codd. gr. Nan. pag. 68-87.) et LXXXV. in quo 28. catecheſes in graecum vernaculum ſermonem conuerſae ſunt. — In cod. *Taurin.* CCCXXVII. et auctor catal. codd. gr. Taur. p. 405-410. ſingularum et titulos et initia repoſuit, atque obſeruauit, multas in hoc indice occurrere, quarum nullam fecit Fabricius mentionem, et quas procul dubio ineditas eſſe putat auctor: idemque indicauit, quaenam in edit. latina iam lucem publicam adſpexerunt. — *Mosquae* in cod. ſynod. CCCLXI. catecheſes 126. — in cod. CCCLXII. in quo quaedam exciderunt; aliae autem, quae in ſuperiore deſiderantur, acceſſerunt; et in cod. CCCLXIII. in quo ſunt 74. priores, quae in cod. CCCLXI. leguntur; ineſt quoque catecheſis 28. qua cod. CCCLXI. caret, et poſt catecheſin 69. inſerta eſt alia, quae incipit: ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἤδη πρὸς αὐτὴν ἐσμέν. v. *Matthaei* Notit. p. 239. ſq. ed. in 8. — *Matriti* in cod. regio IV. de quo *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. p. 5-19. fuſe diligenterque expoſuit. Continentur vero inprimis Theod. Studitae catecheſes CLXIII. in libros II. diſtributae, quarum titulos et initia cum earum titulis et initiis contulit, quas in bibl. Coiſlinian. codd. CCLXXI. et CCLXXII. refert Montfaucon. titulos vero tantum cum titulis ſermonum, quorum indicem exhibet ampliſſimum Fabricius. Praeterea adnotat, quae ſingulae, quae multae ſunt, deſiderentur in codd. Coiſlin., et pag. 8. animaduertit, omnes primi libri catecheſes abeſſe ab indice Fabriciano, nec vllam earum, neque graece neque latine, typis ad hunc diem prodiiſſe; p. autem 18. ait, libri ſecundi ſermones CXXXIV. dici catecheſin paruam. — Ad has catecheſes pertinent, ni fallor, oratt. quae ſunt in codd. *Paris.* bibl. publ. n. in cod. DCCLV. nr. 21. oratio habita in vigilia ſanctorum luminum: Τῶν φώτων τὰ προαύλια; nr. 20. or. habita in vigilia natalis Chriſti: nn) Τοῦ παμφαοῦς φωστῆρος· or. in adorationem ſoteros noſtri, habita feria quarta quadrageſimae: ἀγαλλιάσεως καὶ σωφροσύνης ἡμέρας: in cod. DCCCXVI. nr. 7. catecheſis de imitandis Chriſti paſſionibus, et nr. 8. de Chriſtianis in Bulgaria interfectis: — in cod. DCCCLXXXVII. nr. 2. de Trinitate: — in cod. MCLXXXI. in adpendice, in natalem b. virginis Mariae. — In cod. MCDXCI. nr. 12. eſt eius oratio funebris in matrem ſuam. — Subiiciam igitur ea quae Fabric. quondam in vol. XII. dederat. *Harl.*

Nactus ſum, ait Fabricius, codicem, qui olim fuit *Rudolphi Capelli* noſtri τοῦ μακαρίτου, in quo catecheſes Theodori, laudati Capelli manu deſcriptae, et graece hactenus ineditae, occurrunt vna et quinquaginta. Praemittitur autem index ſermonum CCXVII. quibus

nn) Eſt quoque in cod. *Taurinenſi* LXX. cum titulo: *ſermo in SS. patres*, et confector cat. codd. gr. Taurin. p. 174. fruſtra hunc ſermonem quaeri in biblioth. Oudini et Fabricii, obſeruat. *Harl.*

quibus magna, quae vocatur, catechesis absoluebatur, qualis manu exarata etiam exstat in bibliotheca regis christianissimi, nec non in codice bibliothecae Paulinae Lipsiensis. Illos titulos hoc loco describere iuuat, simulque adponere numeros sermonum, qui ex illis iam editi exstant, sed latine tantum ex *Io. Liuineii* versione [oo]), duobus codicibus Romanis vsi.

Index Sermonum catecheticorum Theodori Studitae, in totius anni festa. Numeri maiores latinis Liuineii respondent, minores MSto graeco codici.

I. 1. Περὶ τοῦ ἐναγωνίως διανύειν τὸν ὅλον ἡμῶν βίον. α'. Τῇ β' τῆς διακαινισίμου.	1. De vita omni nostra sollicite exigenda. *Die secunda hebdomadis renouationis, siue, quae diem paschae subsequitur.*
II. 2. Ὅτι χρὴ ἀποθνήσκειν ἡμᾶς τὸν προαιρετικὸν θάνατον, καὶ περὶ εὐταξίας, β'. Τῇ Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ.	2. In memoriam b. Domitiani: [pp]) oportere nos assidua morte voluntaria defungi, deque modestia. [qq]) *In dominica S. Thomae siue prima post pascha.*
III. 3. Ὅτι δεῖ περιπατεῖν ἡμᾶς ἀξίως τοῦ μοναδικοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ τοῦ διωγμοῦ οὗ δεδιώγμεθα, διὰ Κύριον, γ'. Τῇ Κυριακῇ τῶν μυροφόρων.	3. Vitam obeundam nobis esse dignam monastica professione et persecutione, quam pro domino sustinuimus. *Dominica vnguentiferarum, siue secunda post pascha.*
IV. 4. Περὶ τοῦ προσέχειν ἑαυτοῖς τοὺς ὀλεθρίους τόπους καὶ τρόπους τῆς ἁμαρτίας. δ'. Τῇ Κυριακῇ τοῦ παραλύτου.	4. Circumspectionem adhibendam, noxiaque fugienda peccati loca et modos. *Dominica paralytici, seu tertia post pascha.*
V. 5. Ὅτι δεῖ εὐωδιάζειν ἑαυτοὺς διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀναλήψεως. ε'. Τῇ δ' τῆς μεσοπεντηκοστῆς.	5. Quod oportet nos fragrantes comparere studio virtutis. *Die quarta hebdomadae ante mediam pentecosten.*
VI. 6. Περὶ τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου, καὶ περὶ τοῦ ἀσφαλῶς διαμείβειν τὰς ἡμέρας τῆς παρούσης ζωῆς. ς'. Τῇ κυριακῇ τῆς Σαμαρείτιδος.	6. De horrendo tribunali, deque praesentis vitae nostrae diebus circumspecte transigendis. *Dominica Samaritidis, siue quarta post pascha.*
VII. 7. Περὶ [rr]) ἀπροσπαθείας καὶ ἐγκρατείας. ζ'. Τῇ Κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ.	7. De moderatione in affectibus et temperantia. *Dominica cocci, siue quinta post pascha.*

oo) Versionem Liuineii reprehendit *Iac. Gretserus* rerum variarum lib. 1. cap. 2.

pp) Huius S. Domitiani mentio in illa catechesi his verbis: *τοιοῦτος ὁ μακάριος Δομετιανὸς ὃν ὑμνήσαμεν. Καὶ οὗτος μνημόσυνον μετὰ ἁγίων ἡλίκην πραγματείαν ἐπραγματεύσατο, ἡλίκην πολιτείαν ἐξήνυσε, πόνοις ὀλίγοις καὶ ἀγῶσι κληρωσάμενος γέρας αἰώνιον, ἄνθρωπος εὐτελὴς κατὰ σάρκα, ἀλλ' ἐπειδὴ εἵλετο ἀρετὴν καὶ ἠγάπησε Θεὸν, ὕψωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται.* 1. Sam. II. 30.

qq) Male in bibl. patrum Lugd. editum, *de molestia.*

rr) Hanc septimam catechesin primus graece ex codice Lipsiensi edidit *Ioh. Immanuel Müllerus* in differt. Lipsiae 1722. 4. vulgata de Studio, Coenobio CPolitano, pag. 35-36.

[P] VII. 8. Περὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ θεαρέστως ἀναστρέφεσθαι ἐν ἑαυτοῖς, η. τῇ δ' πρὸ τῆς ἀναληψίμου.

VIII. 9. Ὅτι δεῖ μετὰ καθαροῦ συνειδότος μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων, ῥηθεῖσα ἐν τῇ ἀναληψίμῳ. θ'.

10. Ὅτι χρὴ ἡμᾶς προσέχειν ἐν τοῖς διαφόροις βρώμασι, καὶ περὶ ἐγκρατείας. ι. τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων πατέρων.

IX. 11. Περὶ τῆς καθόδου τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τοῦ θανάτου τοῦ ταπεινοῦ Εὐπρεπιανοῦ. ιά. Τῇ κυριακῇ τῆς πεντηκοστῆς.

X. 12. Ὅτι οὐχ οἱ δι' αἵματος μόνον μάρτυρες, ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ βίου ἐνθέου πολιτευσάμενοι. ιβ'. Τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων πάντων.

13. Περὶ ἀποταγῆς κόσμου, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. καὶ διδασκαλία [P] τοῦ μετὰ προθυμίας ἐπαναιρεῖσθαι τὰ ἰδιώματα τῆς ἀκριβοῦς ἡμῶν διαγωγῆς, ῥηθεῖσα ἐν τῇ δ' ἡμέρᾳ πρὸ τῆς ἀποκρεωσίμου ιγ'.

XLIX. 14. Περὶ ἐγκρατείας, καὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὁμολογίας. ιδ'. Τῇ παρασκευῇ τῆς ἀποκρεώ.

L. 15. Περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς ἡμέρας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ῥηθεῖσα τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκρεωσίας. ιέ.

LI. 16. Περὶ τοῦ εὐθάρσους καὶ ἀνδρείους εἶναι ἐν τῷ παρόντι διωγμῷ. ιϛ'. Τῇ δ' τῆς τυροφάγου.

8. De adscensione seruatoris nostri Iesu Christi, vitaque inter nos ex Dei voluntate agenda. *Die quarta ante hebdomadem adscensionis.*

9. Oportere sacrorum pura conscientia fieri participem. *Habita die festo adstensionis.*

10. Oportere de variis nobis cauere cibis, et de temperantia. *Dominica SS. patrum Nicaenorum, siue post adscensionem.*

11. De descensu S. Spiritus, et de humilis Euprepiani [55]) morte. *Dominica pentecostes.*

12. Martyres esse non solos, qui sanguinem profundunt, sed etiam, qui vitam obeunt diuinam. *Dominica omnium sanctorum, seu prima post pentecosten.*

13. De renunciatione, quae fit mundo rebusque quae in mundo sunt, atque doctrina de suscipiendis alacriter proprietatibus accuratae vitae monasticae. *Die quarta ante dominicam Carnisprinii, siue Sexagesimae.*

τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀθανασίας, καὶ τὸν γλυκασμὸν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ ἀμήχανον, καὶ ἀπερινόητον κάλλος τῆς εὐχρείας τῶν ἀῤῥήτως ἐρωμένων, καὶ ἀθεάτως θεωρουμένων αἰωνίων ἀγαθῶν ὑμῖν τὸ ἀπολαύειν καὶ τρυφᾶν ἐκεῖσε ταμιεύεται· ἐκεῖ φθάζοντες ἔλεε μικρὸν ὅσον διὰ θανάτου, φάγεσθε καὶ πίεσθε ἀκορέστως καὶ αἰωνίως· καὶ γὰρ ἐνταῦθα, τέκνα μου, ἐὰν ἐπ' αὐτῶν τῶν βασιλευόντων λάβωμεν, οὐ τρυφὴ, ἀλλὰ τροφὴ [P] σκωλήκων ἡ ἀπόλαυσις αὐτῶν, οὐδὲ εὐζωΐα, ἀλλὰ δυσζωΐα ἡ ἄνεσις αὐτῶν, οὐδὲ χαρὰ, ἀλλὰ λύπη ἡ χαροποίησις αὐτῶν, οὐδὲ κατάσχεσις, ἀλλὰ ἀπόσχεσις ἡ κληρονομία αὐτῶν, καὶ ὄντως ματαιότης ματαιοτήτων ἡ εὐδαιμονία αὐτῶν [g]). Οὕτως ὁ μείζων αὐτῶν βασιλεύσας, καὶ τῶν ἡδέων τοῦ κόσμου ἀπολαύσεων προείρηκε Σολομών· ἔχετε δὲ ὑμεῖς τὴν φίλην ὑμῶν ἐγκράτειαν, τὴν σύζυγον ὑπακοὴν, τὰς θυγατέρας τοῦ Κυρίου, τὴν ἁγνείαν, τὴν παρθενίαν, τὴν ἐλεημοσύνην, τὰς ἱερὰς νεανίδας, τὴν κατάνυξιν, τὴν ταπείνωσιν· ἀναβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ ἴδετε ποῦ ἡ κατοικία ἡμῶν, καὶ ποῦ ἡ κεφαλὴ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ κοινὸς Πατὴρ πάντων, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ [h]), ἡ μήτηρ Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ἁγίων· ὄντως ἐὰν ἐπιμένητε, ἐνικήσατε, ἐὰν διαρκέσητε, ἐστεφανώθητε. ἐὰν οὕτω τελειωθῆτε, ἀνοιγήσονται ὑμῖν αἱ πύλαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τότε μου μνημονεύσετε τοῦ τάλανος καὶ ἀσώτου, ὅλως ὁρῶντες, μὴ εἰς κρίσιν ἀποπεμπόμενοι, ἀλλὰ δεήθητε καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ὦ τέκνα μου, ἵνα με ὁ Θεὸς σὺν ὑμῖν διασώζων διασώσῃ, καὶ δῷ πνεῦμα συνέσεως, καὶ καταρτισμὸν ψυχῆς, εἰς τὸ ἀνὰ μέσον ὑμῶν θεοπρεπῶς ἀναστρέφεσθαι· ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως ἐλαλήσαμεν, ἔπειτα καὶ ὁ οἰκονόμος, ᾧ προέγραψα, ἐξελεύσεται· ὑμεῖς δ' εὑρίσκοντές τινας γραμματοφόρους, μὴ διαλίπητε, ἄν τι πέμποντες ἡμᾶς τὰ καθ' ὑμᾶς ὅπως ἔχει, καὶ ἀγωνίσασθε τέκνα μου εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς ἐπιμέλειαν τῶν κτηνῶν, τῶν χωρῶν, τῶν ἀμπελώνων, πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιοῦντες [i]). ἡγοῦ καλῶς τέκνον Ἀκάκιε, ἅπαντες ὑμεῖς, οἱ πιστοὶ ἀδελφοί μου, εὐθέως ἕπεσθε τῷ προάγοντι, ἵνα εὖ ὑμῖν γένηται πᾶσιν, καὶ ἔσεσθε τέκνα φωτός· ἄρτι δὲ σὺν τῷ ἀββᾷ Ἀμμωνίῳ ἀπεστείλαμεν καὶ τὸν ἀββᾶν Βαρθολομαῖον, καὶ ἐπιτηρητὴν ὡς τέκνον ἡμῶν ἐπὶ ταῖς παρισταμέναις χρείαις· συμφθάζει δὲ μικρόν τι ποτ' ἐξελθεῖν καὶ τὸ σκάφος μετὰ τῶν χρειῶν ὑμῶν· ἵνα δὲ γινώσκητε, ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ὑπεδεξάμεθα, οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ἔχοντες, ἐξ ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ ἀββᾶς Ἀβραάμιος τῆς πόλεως γεγονὼς ἐπιφανὴς ἄνθρωπος, καὶ ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ ζητῶν τὸν Θεόν· εὔξασθε, ἵνα ἐν Κυρίῳ καταρτίζωνται· προσαγορεύει ὑμᾶς ὁ κύριος καὶ πατήρ μου, καὶ πατὴρ ὑμῶν ὁ οἰκονόμος, ὁ παροικονόμος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος Ἀθανάσιος, ὁ ἐπιστημονάρχης Βαρσανούφιος, ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀδελφότης· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν.

24. Πανηγυρικὴ βίβλος etc. *Panegyricum volumen in dies festos domini, nec non deiparae, et S. Ioannis baptistae.* Ita auctor vitae p. 27. e. Huc referri possunt fortasse, I. Λόγοι κατηχητικοὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. *Sermo catecheticus magna dominica die paschae:* qui exstat in Vaticano graeco codice MDLXXXVII. vnde ab Arcudio descriptum habuimus. II. [P] Ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου

g) Ecclesiast. Salom. I.

h) Gal. IV. 26.

i 1. Cor. XIV. 40.

τόκυ. *Encomium in dormitionem sanctae dominae nostrae deiparae;* quod exstat in Vaticano graeco codice MDCLXXI. vnde Arcudii manu pariter descriptum vidimus. III. Λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῦ ἁγίυ πρoφήτυ, προδρόμυ καὶ Βαπτισῦ Ἰωάννυ. *Sermo in natalem sancti prophetae, praecursoris et baptistae Ioannis* [k]). Exstat in Sfortiano codice LXXXVI. vnde ab Arcudio transcriptus. Eumdem sermonem Sirmondi quoque manu graece descriptum habemus. IV. Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τῦ μεγάλυ βαπτισῦ etc. *Encomium in decollationem magni baptistae ac praecursoris Christi:* quod exstat in Vaticano graeco codice MDCLXXI. vnde descriptum ab Arcudio. Sirmondi etiam manu exaratum habemus. V. *De inuentione capitis S. Ioannis baptistae,* in codd. regiis LXVI. et MXLV. VI. Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τῦ ἁγίυ προδρόμυ. *Encomium in tertiam inuentionem venerandi capitis sancti praecursoris;* quod exstat in regio codice CCLXXIII. et in Sirmondi apographo. Editum est, vt dixi, graece et latine, Francisco Combefisio interprete, in libro gallico Du-Cangii, de S. Ioannis baptistae capite. VII. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν θεολόγον. *Encomium in S. apostolum et euangelistam Ioannem theologum* [*]): exstat in regio codice CCLXXIII. vnde a Sirmondo descriptum habemus. VIII. *De veneratione crucis,* in codd. regiis CXLIII. et CCLXXVI.

25. Ὁ περὶ τὴν μητέρα ἐπιτάφιος. *Theoctistae matris laudatio funebris.* In Vita Theodori pag. 4. b. Exstat in Metaphrastae codice MS. Colbertino CCCCL. in mense Decembri.

26. Ἐπιτίμια κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος. *Poenitentiae communes vniuersae fraternitatis:* meminit Auctor vitae pag. 25. c. Exstant autem in Vaticano graeco codice CCCCXXX. tum in apographis Sirmondi et Arcudii: [et in cod. *Coislin.* CCXII. v. *Montfauc.* cat. codd. Coisl. p. 272. *Harl.*]

27. Σχόλιον εἰς τὰ μερικὰ ἀσκητικὰ τῦ μεγάλυ Βασιλείυ. *Scholium in particularia ascetica magni Basilii.* Graece descriptum habemus manu Sirmondi. Descripsit etiam Arcudius ex Vaticano graeco codice CCCCXXXI. *Fabr.* v. *Lambec.* III. p. 315. nr. 4. edit. Kollar. et p. 317. de cod. caes. LXV. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDLXXVI. DCCCXCVI. nr. 3. accedit etiam latina interpretatio, et MCCII. nr. 5. — *Mosquae* in codd. CCXLI. CCXLII. et CCXLIII. cum Basilii M. asceticis. v. *Matthaei* Notit. MSS. Mosquens. synod. pag. 156. et 157. ed. in 8. *Harl.*

28. Ἐκ τῦ ὅρυ [l]) περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς τυροφάγυ. *Ex regula de hebdomade Tyrophagii.* Graece descripsit Sirmondus ex Canonario bibliothecae cardinalis Columnae.

29. Συν-

k) *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 4. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. p. 446. *Taurini* in cod. LXX. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 166. *Harl.*

*) V. supra, nr. 21. *Harl.*

l) Apud *Lambecium* VIII. p. 451. [s. p. 947. ed. Kollar.] Ἐκ τῶν ὅρων τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρυ καὶ Ὁμολογητῦ, τῦ Στυδίτυ, περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς τυροφάγυ, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μετέχοντες τυρῦ, ἀναθέματι καθυποβάλλονται. *Fabr. Lambec.* laudat *Leon. Allatium* in diss. de Dominicis et hebdomadibus recentiorum Graecorum, § XI. col. 1422. et *Io. Meursii* Glossarium graeco-barbarum, sub titulo, Τυροφάγος. *Harl.*

29. Σύντομος διδασκαλία τοῦ Στουδίτου Θεοδώρου, *Breuis institutio Theodori [?] Studitae.* Extiat in graeco libro MS. 32. collegii Iesuitarum Parisiensis, cui titulus: Διδασκαλία πάνυ ὠφέλιμος ἐκτεθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, *Institutio valde vtilis exposita a SS. patribus. Fabr.* In cod. *Mosquensi* synod. V. Titulus: Θεοδώρου τοῦ στουδίτου σωτηρίας σύντομος διδασκαλία· inc. Χριστιανὸς, μᾶλλον δὲ μοναχὸς ἐὰν ὀμνύει. v. *Matthaei* l. c. pag. 17. *Harl.*

30. Ὑποτύπωσις τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίτων. *Constitutiones monasterii Studitarum.* Graecum viri docti apographum habemus. *Fabr.* Adnotante *Iriart.* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 19. sunt in fin. cod. IV. quatuor folia, quibus contineri videntur monasticorum praeceptorum fragmenta ex constitutionibus monasterii Studitarum, 1) mutilum sine titulo et initio; 2) de sancta Quadragesima, inc. Ψάλλομεν· 3) de quantitate in cibis et potionibus et recto in mensis ordine: (obseruante Iriart. in *Nesseliano* bibl. Vindobon. catal. part. V. pag. 139. nr. 3. memoratur Theodori Studitae de quantitate ciborum asceticus; at is longe aliter incipit, ac caput in cod. Matrit. 4) de proportione in monasteriis, et alia duo capita, quorum vero tituli et contextus, partim lacerati, partim vetustate detriti, legi non possunt. Ad illas constitutiones pertinere videtur *de praefectis monasteriorum, non irascendum* in cod. *Mazarin.* v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1316. *A. Harl.*

31. Πραγματεία περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας. *Opus de dispensatione in vniuersum.* Contra Moechianos [mm]) haud dubie. Meminit ipse *Theodorus* lib. I. epist. XLIX. p. 349.

32. Τετράδες siue Σύνταγμα, μηδὲν ἐξ ἑαυτοῦ etc. *Quaterniones* siue *Syntagma* (aduersus Moechianos,) in quo nullam prorsus sententiam propriam, sed duntaxat diuinorum patrum documenta et praecepta profert contexitque Theodorus, sicut ipse ait lib. I. epist. XLIII. pag. 333.

33. Τετράδια etc. *Quaterniones, in quibus impia iconomachorum dogmata exponuntur confutanturque;* missi a Theodoro ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum et Hierosolymitanum, atque ad varia monasteria: sicut liquet ex *Theodori* lib. II. epist. XIV. pag. 401. d. 404. e. 407. d. 411. b.

34. Στηλιτευτικὸς etc. *Inuectiua aduersus iconomachos.* Meminit huius operis sui *Theodorus* ipse initio Antirrhetici primi, pag. 89. b.

35. Βιβλιδάριον καὶ τετράδες δεκατέσσαρες, ἐφ' οἷς εἰσι λόγοι καὶ βίοι τῶν ἀδελφῶν, ἐμμέτροις στίχοις. *Libellus et quaterniones quatuordecim, quibus continentur sermones et vitae fratrum, versibus metricis.* Memorat *Theodorus* lib. II. epist. LXI. pag. 484. d.

36. Τριώδια τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ etc. *Triodia in sanctam quadragesimam.* Mentio fit in vita pag. 69. a.

37. Bi-

mm) *Moechianos* adpellat Theodorus eos, qui adulterio copulatas Constantini VI. imperatoris nuptias dispensatione factas legitimas adfirmabant.

37. Βίβλος διὰ ςίχων ἰάμβων, τήν τε πλάσιν τȣ̃ γενάρχȣ etc. *Liber versibus iambicis, de primi hominis creatione et lapsu, deque Caino, Enocho, Noemo etc. et de vniuersa iconomachorum haeresi.* Auctor Vitae, pag. 28. a.

38. Τȣ̃ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρȣ τȣ̃ Στȣδίτȣ, περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος, *S. patris nostri Theodori Studitae de quantitate et qualitate ciborum.* In cod. XLVI. nr. 3. graec. hist. eccl. MSS. bibliothecae caesareae Vindobonensis. Vide *Lambecium* lib. VIII. pag. 456. [p. 957. Kollar. Add. ad nr. 30. ex Iriart. cat. adscripta. *Harl.*]

39. *Hymnus de vita et solitudine S. Ioannis baptistae.* Meminit Michael in Theodori vita pag. 28. a.

[*] 40. *Pericopae quaedam breuiores: vna, De poenis quibus parentes multandi sunt, si infans intra septimum, aut si intra quadragesimum diem, mortuus sit absque baptismo.* In Canonario Collegii Iesuitarum Parisiensis. Aliae duae, in veteri collectione Graeci cuiusdam de *Processione Spiritus sancti contra Latinos,* quae in cod. reg. inscribitur *Confessio de Trinitate.* Haec duo fragmenta graece Sirmondus descripsit ex codice Vallicellano.

His addi potest doctiss. Baunio praeterita

41. *Oratio de vita et laudibus magni Arsenii,* ex qua locum adfert *Allatius* libro de purgatorio p. 733. Vita S. *Arsenii* anachoretae, in monte Scethi Libyae circa a. C. 455. Incipit: Ἀςὴρ ἀειφανὴς ἡμῖν, cum versione *Io. Pinii* S. I. tom. IV. Act. Sctor. Iulii 19. p. 617-631. Plura de hoc Arsenio ibid. p. 605. MS. in bibl. Bodlei. v. cat. MSSt. p. 418. *V. E. Loescheri* edle -- Früchte, III. pag. 459. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CCCIII. fin. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 418. *Harl.*

[In catal. MSS. Angliae etc. tom. I. nr. 280. in cod. *Cromwell.* CIII. Theod. Studitae *Testimonium.* inc. ἀκȣ́ων τȣ̃ θείȣ Δαβὶδ, λέγοντες, — in cod. *Barocc.* XCI. et cod. *Th. Roe* XVIII. f. nr. 264. catalogi, *Quaestiones et responsa:* περὶ τῶν χειροτονηθέντων πρεσβυτέρων. — in cod. *Laudi* XXXVI. f. nr. 688. catal. Excerpta ex Studita. — In *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 113. cod. XXXIX. ad Naucratium de *polygamia:* ib. fragmenta f. excerpta, p. 191. 198. bis, et 412. — Fragmentum in codd. *Paris.* bibl. publ. MDCCLIV. vbi de Artziburio differitur; et MMMC. — *Florentiae* in codd. Laurent. XXXVI. 5. plutei 5. et XII. 3. plut. 9. fragm. *de Spiritu S.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 61. (vbi is adnotat, fragmenta exhiberi a *Leone Allatio* aduersus Hottinger. c. 19. p. 421. et de consensu libr. II. cap. 13. §. 4.) ac p. 407. — cod. VI. 8. plut. 86. fragmm. de praedeterminatione et praescientia dei ἐκ τȣ̃ εἰς τȣ̀ς ἀπ' αἰώνων κεκειμημένȣς τρόπαρίȣ. v. *Bandin.* l. c. III. pag. 295. Idem tom. I. p. 99. 348. et 434. adnotat, Theodorum citari in expositione sacror. praeceptorum; tum a Io. Cantacuzeno contra Palamam, et in thes. orthod. fidei. Add. supra, in h. vol. p. 280. *Harl.*

Alius *Theodorus Studita* iunior, ad quem Germanus II. patriarcha CPolit. (a. 1240. defunctus,) *de azymis* scripsit. Vid. Stephanum de Altimura in panoplia aduersus schisma Graecorum p. 249.

[Theo-

[Theodori *Stratelatae* vita v. *Lambec.* VIII. p. 173. ibique Kollar. et saepius. v. supra, in elogiis Sctor. voc. *Theodori, militum praefecti. Harl.*]

Theodorus *Stypiodes*, Manuelis perfidus minister, de quo *Ioan. Cinnamus* libr. IV. histor. p. 200.

Theodorus, presbyter et *Syncellus* magnae ecclesiae. Eius sermo de reuelata veste S. Deiparae, MS. in bibl. Bauar. p. 19. sq. catal. *Fabr.* In *Hardt.* cat. in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 10. p. 34. numeratur cod. CXLVI. v. supra p. 285. *in depositionem vestis* etc. *H.*

Theodorus *Syceota* siue Syceonis archimandrita, cuius vita citatur in actis synodi secundae Nicaenae pag. 574. tom. III. Concil. edit. Binianae. Vide supra, pag. 148. [in elogiis Sctor. sub illius nomine.]

* Theodorus Laicus, *Synnadae* in Phrygia concionatus, vt narrat Eusebius VI. 19. Hist.

Theodorus *Syracusanus*, scriptor τακτικῶν. Laërt. II. 104. Incertum, an idem, de quo *Liuius* XXIV. 5. et *Valerius Max.* III. 3. *in Theodoro, viro grauissimo, Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigauit.*

Theodorus *Syracusius*, cognomine κρίθινος, in Actis synodi secundae Nicaenae. 3. edit. Binianae p. 693.

De Theodoro *Tabennensi* monacho et abbate in Aegypto, *Tillemontius* tom. VII. memor. eccles. pag. 469-499. Idem de pluribus Theodoris solitariis videndus tom. XII. pag. 364. 369. 370.

Theodorus, *Tarsensis* episcopus, frequentius Diodorus, de cuius scriptis supra volum. VIII. p. 358. seq. [s. vol. IX. p. 277. sqq. nou. edit. add. supra in vol. IV. p. 380. sq. et infra de Photii cod. CCXXIII. *Harl.*]

Alius Theodorus *Tarsensis*, monachus, a Vitaliano pontifice Anglis episcopus destinatus, de quo *Baron.* ad a. 668. [Est Theodorus Cilix, archiep. Cantuarensis, mort. a. 690. auctor Capitulorum selectorum, in Dachery Spicil. I. 486. sq. et libri poenitentialis cuius excerpta Petitus Paris. 1679. edidit. *B.*]

* Theodorus *Thebanus*, ἀνδριαντοποιὸς, sculptor, apud *Laërtium* II. 104.

Theodorus ποιητὴς τραγῳδίας apud *Laertium* II. 104. Τραγῳδὸς *Pausan.* p. 90. edit. Lipsiensis. Idem Τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς apud *Aristotelem* VII. vlt. Politicor. et Plutarchum Vide *Perizonium* ad Aelian. XIV. Var. Histor.

* Theodorus *tribunus*, ad quem scribit S. Nilus.

* Theodorus *trichinas*, ab aspero cilicio, quo tegebatur, adpellatus, idemque thaumaturgus, de quo martyrologia et menologia 20. April. *Fabr.* Canticum sacrum in Theodorum *trichinatem* s. *pilosum*, eremitam in Thracia prope CPolin, d. 20. April. et in

 S. Theo-

S. Theodorum *Syceotam*, episcopum Anastasiopolitanum in Galatia, d. 22. April. in cod. caesar. XII. v. *Lambec.* VIII, p. 210. *Harl.*

Theodorus, *Trimithuntis* Cypri episcopus, cuius Homilia in laudem Io. Chrysostomi memoratur ab Allatio, quae incipit: ἀγαπητοὶ, ἀψευδὴς Θεός. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. codd. MCDLXVIII. nr. 43. et MDLI. nr. 8. conf. supra, vol. VIII. p. 459. et in h. vol. p. 210. *Harl.*

Theodorus *Tripolites*, Sphaericorum scriptor vocatur a *Menagio* p. 119. ad Laërt. qui aliis rectius *Theodosius*.

[Theodori *Turonensis* martyrium, in cod. LXXXIV. 10. *Laud.* s. nr. 726. catal. MSS. Angliae etc. tom. I. *Harl.*]

[P] * Theodorus *Tyanensis* in Cappadocia metropolitanus, ad quem videntur datae Nazianzeni epistolae. Vide *Tillemontium* memor. tom. XII. p. 437.

[Theodori τοῦ τυράννου vita, d. 17. Febr. in vitis Sctor. init. τοῦ ἁγίου Θεοδώρου πατὴρ μὲν ἐρυθραῖος. *Oxon.* in cod. *Barocc.* CCXXXVIII. *Harl.*

* Theodorus *Tyro* martyr sub Licinio. Vide supra p. 147. seq. in elogiis Sctor.

* Theodorus *vicarius*, ad quem epistola Theodoreti quadragesima.

His porro accedunt Theodori *incerti*, vt, quem περὶ νομοποιῶν, de Terpandro et aliorum nomorum Musicorum scriptoribus: et alius, quem περὶ ποιητῶν scripsisse testatur *Laertius* II. 104. alius denique, quem ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων laudat II. 65. *Fabr.* *Florentiae* in cod. Laurent. VI. 3. plut. 4. ex Theodori libro de S. Trinitate, vbi tamen alio loco pro *Theodoro* legitur *Theodoretus*, adnotante *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 525. et p. 549. *Theodorus* quidam citatur in Violario compos. — In cod. X. 3. et 4. plut. 55. dialogus breuis inter Agarenum, et episcopum, nomine *Theodorum*, atque eiusdem forsan *Theodori* demonstratio, quod deus habet filium consubstantialem (ὁμοούσιον.) et coaeternum (συναΐδιον). *Bandin.* l. c. II. p. 273. — *Theodori* cuiusdam philosophi apophthegmata. *Bandin.* III. p. 319. sq. — *Theodori* cuiusdam protasecretis versus iambici sepulcrales triginta in Palaeologinam, quae sibi adhuc viuens epitaphium scribi curauerat, quos publici iuris fecit *Bandin.* l. c. pag. 296. e cod. III. nr. 3. plut. 56. *Harl.*

Theodorus ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ citatur a scholiaste Aristoph. in Nubes v. 397. et ἐν εἰκοστῷ ἐνάτῳ a scholiaste Apollonii lib. IV. v. 264. fortasse Theodorus Samothrax intelligitur.

Theodorus citatus ab *Eustathio* ad Odysseae θ', p. 1602. 23.

Theodorus, laudatus a *Stobaeo* p. 149. et 403. florileg. et p. 429. *pro Elpidiphoriana.*

Theodorum ἐν ταῖς μεταμορφώσεσιν citat *Plutarchus* in parallelis minoribus p. 311.

Denique

Denique Theodoros vocant nonnulli, qui aliis rectius ſunt *Diodori*, vel *Theodoſii*, vt ſupra in Crono et Tripolite iam monui: vel *Theodoti*, vt Theodotus Ancyranus Gennadio, Honorio et Poſſeuino eſt Theodorus: vel denique *Theoduli*, vt Theodulum presbyterum in Coeleſyria, (cuius *de conſonantia S. Scripturae* Gennadius c. 91. de S. E. memorat) Honorius Auguſtod. lib. 2. c. 90. vocat Theodorum, Trithemius autem confundit cum longe iuniore *Theodulo*, de cuius *Ecloga* verſibus ſcripta latinis hexametris Sigebertus c. 134. vt ad Trithemii cap. 185. adnotaui. [nn]) At Poſſeuinus duos ex vno illo Gennadii facit Theodoros presbyteros. Caeterum Catena *in epiſt. ad Romanos*, quae latine ex *Io. Loniceri* verſione exſtat in Orthodoxographis vtrisque et in patrum bibliothecis ſub Theoduli nomine, et graece in codice bibl. Coisliuianae p. 267. neutiquam diuerſa eſt ab illa, quam ſub *Oecumenii* titulo graece et latine habemus.

nn) Vide, ſi velis, quae ſcripſi in breuiore notitia litteraturae rom. p. 780. et in Supplem. ad illam, part. II. p. 452. *Harl.*

CAPVT XXXI. (olim XXXIV.)

DE PHILONE CARPATHIO, ISIDORO PELVSIOTA, NESTORIO, EVTYCHE ET ALIIS SAECVLI V. SCRIPTORIBVS ATQVE HAERETICIS.

Scriptores saeculi V. de quibus iam dictum in hac bibl. I. *De Philone Carpathio.* II. *De Isidoro Pelusiota, variisque Isidoris.* III. *De Antiocho Ptolemaidis episcopo, variisque Antiochis.* IV. *De Seueriano Gabalensi et Seuerianis aliis.* V. *De Theodoto Ancyrano, variisque Theodotis.* VI. *De Antipatro Bostrensi, Candido Isauro etc.* VII. *De Simeone stelite.* VIII. *De Ioanne Hierosolymitano.* IX. *De Nestorio eiusque sectatoribus et oppugnatoribus.* X. *De Eutyche.* XI. *Index scriptorum et epistolarum, quae in Actis concilii Ephesini et Chalcedonensis atque in Synodico aduersus tragoediam Irenaei occurrunt.* XII.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

Quum de quam plurimis scriptoribus graecis, qui saeculum a nato Christo quintum ingenio et doctrina sua illustrarunt, in hac bibliotheca alibi dixerim, de *Adriano* quidem hoc ipso volumine IX. p. 381. [ed. vet.] de *Andrea* Caesariensi VII. p. 791. [VIII. p. 696. sq. nou. ed.] *Aniano* chronologo VI. p. 135. [VII. p. 444. n. ed.] *Asterio* Amaseno VIII. p. 607. [IX. p. 513. n. ed.] *Basilio* Cilice VI. p. 114. [VII. p. 414. n. ed.] et Seleuciensi VIII. p. 130. [IX. p. 90. sqq. n. ed.] *Io. Cassiani* graeca epitome, VII. pag. 551. [VIII. p. 552. n. ed.] *Cyrillo* Alexandrino VIII. p. 553. [IX. pag. 446. n. ed.] *Diadocho* VIII. p. 348. [IX. p. 265. sq. n. ed.] *Eudocia* I. p. 357. [p. 553. sq. ibique not. *o.* et VIII. p. 55. sq. n. ed.] *Eustathio* Epiphaniensi VIII. p. 189. [IX. p. 150. sq. n. ed.] *Euthalio* Sulcensi, ib. p. 367. [p. 287. sq. ed. n.] *Eutherio* Tyanensi VII. p. 446. [VIII. p. 304. n. ed.] *Firmo* VII. pag. 189. *Gelasio* Cyziceno VIII. p. 371. [IX. p. 290. sqq. n. ed.] *Gregentio* IX. p. 14. [in h. vol. p. 115. n. ed.] *Heliodoris* Emeseno et Antiocheno VI. p. 784. 798. [VIII. p. 111. sqq. 126. sqq. n. ed.] *Heraclide* IX. p. 16. [in h. vol. n. ed. p. 117.] *Ioanne* Aegeate VI. p. 113. [VII. p. 419. ed. n.] *Malcho* Philadelphensi VI. p. 236. [VII. p. 540. n. ed.] *Marco* asceta VIII. p. 349. [IX. p. 266. n. ed.] De *Nilo* ad Allatii librum de Nilis vol. V. huius bibl. [in hoc vol. n. ed. p. 1. sqq.] de Palladio IX. p. 1. [in h. vol. n. ed. p. 98. sqq.] *Panodero*, chronologo VI. p. 135. [VII. p. 444. n. ed.] *Philippo* Sidete VI. p. 112. [VII. p. 418. ed. n.] *Philostorgio* VI. p. 114. [VII. p. 420. n. ed.] *Polybio*, S. Epiphanii discipulo, VII. pag. 415. [VIII. p. 256. n. ed.] *Polychronio* VII. p. 753. et IX. p. 165. [VIII. pag. 660. not. e. ed. nou. et in hoc vol. cap. 30. sect. III.] *Proclo* CPol. VIII. p. 600. [IX. pag. 504. sqq. n. ed.] *Socrate* et *Sozomeno* VI. p. 117. 121. [VII. p. 423. et 427. sqq. n. ed.] *Synesio* VIII. p. 221. [IX. p. 190. ed. n.] *Theodoreto* VII. p. 430. [VIII. p. 277. sqq. n. ed.] *Theodoro* Mopsuesteno IX. p. 153. [in h. vol. nou. ed.

cap. 30. §. 1. sqq.] *Victore* Antiocheno VII. p. 769. [VIII. p. 679. n. ed.] et *Zosimo* historico VI. 605. [VIII. pag. 62. sqq. n. ed.]; lubet iam praesenti capite succincte complecti eos, qui ad idem saeculum quintum pertinent, sed indicti hactenus a me praeteriti fuere.

[[P]] II. PHILONIS *Carpathii* his verbis mentio fit apud Suidam: Φίλων Καρπάθιος· ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. *Philo Carpathius; Scripsit commentarium in Canticum canticorum.* Qui autem S. Epiphanii discipulus, circa quinti saeculi initia floruit Philo, non *Carpathi* in Cycladibus, sed *Carpasii* siue *Carpasiae* a) Cypri ciuitatis ab eodem ordinatus episcopus fuit. Polybius Rhinocurorum Aegypti episcopus in vita S. Epiphanii c. 49. b) Ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, τοὔνομα Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος. Χρεῖαν δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τοῦ Καρπασίου καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τοῦ θρόνου. Ἦν δὲ οὗτος διάκονος. Τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως Θεοῦ χειροτονεῖ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Καρπασίου. *Erat quidam ex oratoribus clericus*, Philo *nomine*, *vir sanctus. Opus autem erat, in ciuitate Carpasii in sede collocare episcopum, eratque is diaconus. Hunc ergo ex Dei reuelatione episcopum ordinat Epiphanius in sede ciuitatis et ecclesiae Carpasii.* Sub eius nomine fertur *Commentarius in Canticum canticorum*, ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum, qui latine duntaxat lucem hactenus vidit e latina versione *Stephani Salutati* siue *Salviati*, Pisciensis, Paris. 1537. 8. apud Robertum Stephanum, atque inde insertus est bibliothecis patrum Parisiensibus, Coloniensi ac denique tomo V. edit. Lugdunensis. Recte monent viri docti, hunc Philonis foetum, si genuinum, ex parte saltim minus sincerum valdeque interpolatum a Saluiato fuisse editum, quia multa illi inserta ex commentario Gregorii I. nec satis cum ceteris cohaerentia, vt iam Bellarmino obseruatum. Genuinum Philonis commentarium graece e codice Bigotiano editurum pridem in se recepit vir doctissimus Anselmus Bandurius, monachus Benedictinus, et post Magliabecium praefectus dignissimus thesauri librarii Medicei. Fragmenta complura Philonis huius occurrunt in expositione Cantici canticorum c), quam Eusebii Caesar. nomine, (quum longe iunioris d) scriptoris sit,) graece edidit *Ioannes Meursius* Lugd. Bat. 1617. 4. Nusquam autem Philo Carpathius, sed tantum Philo ibi adpellatur. Fragmentum Philonis in illud Matth. V. 13. *Vos estis sal terrae* e Catena MS. Mazariniana dedit *Combefisius* in bibl. concionatoria. Citatur etiam Philo episcopus aliquoties in Catena patrum ad Pentateuchum, latine versa a Francisco Zephyro pag. 77. 82. b. 83. Haec de [[P]] scriptore isthoc paullo explicatius praesenti loco tradere volui, licet illius iam meminerim lib. IV. cap. 4. e) quum Philones varios recenserem.

a) Καρπασία Stephano et aliis, Plinio *Carpasium*, in Notitia graeca episcopatuum Κάρπασος. Vide *Meursium* in Cypro pag. 28. *Harduinum* ad Plin. V. sect. 35. tom. I. p. 614. et *Holstenium* ad Stephanum Byz. p. 162. Olympius, Carpasiae episcopus, Philonis successor interfuit conciliabulo Ephesino a. C. 431.

b) Tom. II. Operum Epiphanii p. 360.

c) In cod. *August.* Vindel. v. *Reiseri* indic. MSS. Aug. p. 36. *Harl.*

d) Vide vol. VI. huius bibl. p. 95. [VII. p. 397. sq. ed. nou.] et VII. p. 753. [VIII. p. 660. nou. ed.]

e) Vol. IV. p. 751. nou. edit. vbi de nouissima edit. *Giacomelli* et de Philonis commentario plura adnotaui. Conf. etiam *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 87, 1. *Harl.* *Giacomelli* editio Comm. in Cant. cant. reperita est in *Galland.* N. bibl. PP. tom. IX. p. 715. sq. et fragmenta Philonis leguntur ibid. tom. VIII. p. 256. seq. vbi in prolegg. p. 24-28. de Philone hoc egit *Gallandius*. *Beck.*

III. Praeclariſſimis eccleſiae luminibus et vtilioribus ſcriptoribus merito accenſendus venit ISIDORVS *Peluſiota*, monachorum in Peluſio Aegypti monte degentium abbas [f]), conſtantiae, ſanctimoniae et doctrinae laude pariter conſpicuus, et non modo tempore [g]) concilii Epheſini a. 431. celebrati adhuc ſuperſtes, ſed circa a. 449. demum [h]) vel 450. prouecta aetate, quum Aegyptum iam Eutychis turbaſſet haereſis, defunctus: poſt a. 433. nulla de eo mentio: de cuius vita et laudibus agunt Graeci in Menaeis 4. Febr. Acta Sanctorum tom. I. Febr. p. 468. ſeq. et, cuius induſtriae non habeo, quod addam, *Tillemontius* tom. XV. memor. p. 97. ſeq. Ammonium, Peluſiotarum epiſcopum iam defunctum, laudat lib. III. ep. 270. et 245. eiusque ſucceſſorem impium Euſebium perſtringit et his et pluribus aliis in locis. *Io. Chryſoſtomi*, doctoris ſui a. 407. defuncti, vt ſtrenuus aduerſus Cyrillum Alex. aliosque defenſor exſtitit, et lib. 2. epiſt. 42. laudator, ita dicta eius et ſententias libenter ſuas ipſum facere et paſſim imitari, notauit *Conradus Rittershuſius* tam in notis ad Iſidorum, quam in ſacrarum lectionum libris, IV. 16. ſeqq. V. 13. VI. 13. VII. 7. De eo Suidas: *Ἰσίδωρος πρεσβύτης ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, φιλόσοφός τε καὶ ῥήτωρ. Ἐπιστολὰς ἑρμηνεύουσας τὴν θείαν γραφὴν ‚γ γέγραφε, καὶ ἑτέρας ‚ζ, καὶ ἄλλα τινά. Iſidorus presbyter Peluſiota, vir eruditiſſimus, philoſophus et orator. Scripſit epiſtolas ter mille, quibus ſacram Scripturam interpretatur, et alias ſepties mille, nec non alia quaedam.* Sic habere codices emendatos teſtatur Sirmondus [i]) ad Facundi II. 4. cui pulcre conuenit, quod in Menologiis et apud Nicephorum X. 54. legas, Iſidorum multa ſcripſiſſe *ὠφελείας ἁπάσης ἔμπλεω, omnigenae vtilitatis plena, μάλιστα δὲ ἐπιστολὰς χάριτος παντοίας μεστὰς, θείας τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνης ὡσεὶ χιλιάδας δέκα δι' ὧν πᾶσάν τε γραφὴν σαφηνίζει, καὶ σύμπαν ἦθος παιδεύει, διδασκαλικώτερον ποιούμενος τὴν ὑφήγησιν· potiſſimum autem epiſtolarum omnis generis diuina ſimul et humana gratia refertarum prope millia decem, in quibus Scripturam omnem clarius exponit, et hominum mores inſtituit, quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato in eis vtatur.* Facundus vero bis mille tantum habuiſſe in ſuo codice ſe innuit lib. 2. cap. 4. *Nam vir etiam ſanctiſſimus et magnae in eccl. gloriae Iſidorus presbyter Aegyptius Peluſiota, quem duo millia epiſtolarum ad aedificationem eccleſiae multi ſcripſiſſe nouerunt, qui etiam pro vitae ac ſapientiae ſuae meritis vt pater ab ipſo Cyrillo et honoratus eſt et vocatus, ſic ei ſcribit* [k]) etc. [ʘ] adnotatque Sirmondus, Facundo fuiſſe eiusmodi codicem, qualem vetus interpres epiſtolarum Iſidori ineditus commemorat his verbis: *Has omnes B. Iſidori presbyteri et abbatis Peluſiotae recenſui et tranſtuli ex epiſtolis eius duobus millibus, quae ſunt per quingentas diſtributae in Acoemetenſis monaſterii* (CPoli) *codicibus vetuſtiſſimis quatuor.* Similem codicem epiſtolarum Iſidori bis millenarum *χιλιάδων δύο* graecum in bibl. Caeſarea Vindobonenſi exſtare teſtatur *Lambecius* tom. I. pag. 149. [p. 278. Kollar.] Neque dubito, adſentiri

f) *Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Πηλουσίου ὄρους καθηγησάμενος.* Niceph. XIV. 53. Peluſium a *πηλῷ*, quod *lutum* denotat: Chaldaeis *Sin* סין vel סין. vid. *Lightfooti* Horas Talmud. p. 519. ed. Carpz.

g) Concilii Epheſini tempore ſcriptae ſunt lib. 1. epiſt. 310. ad Cyrillum Alex. et 311. ad Theodoſium.

h) *Tillemont.* tom. XV. memor. pag. 116. ſeq.

i) Tom. II. Opp. Sirmondi p. 458.

k) *Facundus* deinde producit latine, quae inter Iſidori epiſtolas exſtant lib. I. 570. et 310.

adsentiri praeclaro *Tillemontio*, l) qui in illa monachorum Acoemetarum collectione non alias exstitisse epistolas putat, quam quas libris quinque digestas et vtraque lingua editas habemus, in illis etiam primus liber quingentis absoluitur, et vniuersae sunt bis millenae ac duodecim. Hae duodecim autem plures numerantur, quia interdum vna in duas discerpta est vt lib. I. 271. 272. quae iterum repetita 303. nec non lib. IV. epist. 206. 207. Nonnullae etiam positae bis, vt lib. I. 29. et IV. 188. Idem *Lambecius* tom. V. p. 245. m) codicem alium epistolarum mille Isidori de interpretatione S. Scripturae commemorat, earundem cum editis. In bibl. *Bauar.* cod. XCV. epistolae 659. et eiusdem Isidori aliae epistolae 469. h. e. si iunctim.

l) Tom. XV. memor. p. 847.

m) S. p. 509. sqq. Kollar. in cod. CCXCI. Lambecius p. 517. suspicabatur, in illo cod. quasdam latitare, hactenus nondum editas; sed Kollar. in nota *A.* collato cod. cum edit. Morelli. 1638. deprehendit, ne vnam quidem esse ineditam, immo tres editas in cod. caesar. desiderari. Idem animaduertit, codicem non agnoscere Isidori epistolarum in libros partitionem, neque vltra eam, quae in vulgatis est libro III. ducentesima, progredi. — In eodem *Lambecii* vol. pag. 521. in cod. CCXCII. nr. 1. sunt Isidori epistolae nonaginta tres de interpretatione SS. et Lambec. adnotat, inter has epistolas vnam esse, quam in editt. Rittershusii et Schotti non reperisset, n. duodecimam ad Thalelaeum monachum, quae incipit: Ἂν τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἁρμόδιον. — Ibid. p. 85. in cod. CCXIII. nr. 9. sunt duodecim Isidori epistolae. — Isidorus citatur ibid. p. 135. in cod. CCXXXI. in catena in Iobum; p. 326. in Io. patriarchae Antiocheni eclogis asceticis, in cod. CCXLI. nr. 1. ibid. pag. 474. excerpta quaedam ex epistolis in cod. CCLXXXIII. nr. 2. — *Lambec.* in vol. VI. part. 2. p. 411. in nota *r.* illustrat locum epistolae 27. libri quarti. — In vol. VIII. p. 22. sq. Isidori epistola, nr. 225. libri quarti ed. Rittershusii, cui Flauii Iosephi testimonium de Christo insertum est, explicatur, corrigitur et suppletur: et pag. 657. sq. Isidorus inter eos, qui de vita Io. Chrysostomi scripserunt, numeratur. — In vol. IV. codd. CXLVI. nr. 33. CLXIV. nr. 6. et CLXXXVIII. nr. 22. p. 265. 365. et 457. sunt fragmenta ex Isidori epistolis. — In cod. CIV. nr. 3. epistolae 414. alia, n. 216. v. *Kollarii* supplem. ad Lambec. p. 644. sq. qui conferre iubet ed. Venet. 1745. fol. — *Florentiae* in codd. Laurent. V. nr. 2. plut. 6. epistola quaedam. — in cod. XVII. nr. 2. plut. 8. — decem epistolae cum grammatica expositione in cod. XVI. 8. plut. 60. — Excerpta, in cod. XXXVII. 5. plut. 31. — Epistolae 411. in cod. VIII. nr. 4. plut. 86. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laur. I. p. 101. 358. II. p. 114. et III. p. 298-316. cuius vltimi cod. et epistolarum duplicem is dedit recensionem; alteram sec. ordinem epistolarum in cod. adpositis singularum initiis; alteram secundum litteras alphabeti. — Praeterea loca in pluribus catenis MSSt. occurrunt, et in expositione diuinorum praeceptorum; in florilegio sententiarum; in thesauro orthod. fidei et in viol. composit. v. *Bandin.* l. c. tom. I. p. 18. 20. 91. 101. 158. 161. 363. 99. 436. 254. 433. et 549. — libri II. *Romae* in cod. Clementino-Vaticano XXII. v. *Assemani* bibl. orient. I. p. 596. et in vol. III. p. 43. sq. de fragmm. Syriacis. — *Taurini* in cod. CLXXII. epistolae. v. cat. codd. gr. Taur. p. 259. — *Paris.* in sex codd. bibl. publ. in cod. DCCCXXXII. sunt 1213. epistolae; aliquot in cod. CMXLIX. septem epp. in cod. CMLXXVII. 9. fragmentum de libris canonicis in cod. MCCLIX. Adpend. ad cat. codd. Paris. tom. II. p. 619. vna epistola in cod. MCCCLXXII. 33. epistola ad Cyrum, in cod. MMMXXVI. 6. Praeterea sunt secundum catal. tom. II. de resurrectione Domini post triduum epist. et de tribus diebus sepulturae dominicae in sex codd. — de Chrysostomi commentario in epist. ad Romanos epistola in cod. DIX. 6. — fragmentum de Matthaei loco, *Tu es, qui venturus es*, in cod. LXXXIV. — Secundum *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. MSSt. mille epp. sunt *Romae* in cod. Ottobon. (p. 185. *A.*) et in alia rom. biblioth. Isidori et aliorum epp. (pag. 201. *D.*) — epp. 1148. *Venet.* in cod. Bessarion. (p. 473. *A.*) — aliquot, *Lipsiae* in cod. bibl. Paulinae. (pag. 565. E.) — sex epp. in bibl. *Bodleiana.*

iunctim computemus, 1128. — In cod. XCVI. epiſtolae 489. conf. ſyllogen epiſtolar. Burmannianam, tom. II. p. 334. [Secundum cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc., a. 1803. part. 6. pag. 19. ſq. prior numeratur XLIX. quarum epiſtolarum prima inc. *ἐπειδὴ κυκλικόν ἐςι τȣ̃ χρόνȣ τὸ σχῆμα*, et illas epp. editas eſſe ex hoc codice in ed. Commel. 1605. gr. ac lat. in fol. in libro IV. contra Fabricium docet, et alia obſeruat. Poſterior ibid. numeratur L. de quo v. *Hardt.* ib. a. 1804. part. I. p. 3. *Harl.*] Similem collectionem epiſtolarum MCXLVIII. Venetiis in bibliotheca S. Marci vidiſſe ſe refert Sixtus Senenſis libro IV. p. 339. bibl. Sanctae, quem eumdem codicem ſaeculo decimo quarto exaratum memorans erudit. *Montfauconus* in Diario Italico pag. 42. [et in bibl. biblioth. MSStar. I. pag. 477. *C. D.*] teſtatur, continere epiſtolas MCC. ad interpretationem S. Scripturae facientes et digeſtas eſſe ſecundum ordinem librorum Veteris et Noui Teſt. quorum loca interpretatur. Addit, cardinalem Barbadicum morte praeuentum edendi huius codicis prouinciam alii reliquiſſe, quam a viro aliquo docto occupari tanto magis videtur exoptandum, quo magis eſt credibile, plures in hoc codice latere epiſtolas Iſidori adhuc ineditas, quum primae etiam initium a Sixto Senenſi proditum: *ἐπειδὴ κυκλικόν ἐςι χρόνȣ τὸ σχῆμα*, nulli ex editis congruat n), vt doctiſſimo *Caveo* in Hiſtoria literaria ſcriptorum eccleſ. iam notatum. Aliam collectionem epiſtolarum Iſidori MDC. in codice bibliothecae Cryptoferratae a. C. 986. ſcripto, idem *Montfauconus* reperit, vt p. 336. narrat. o) Iſidori epiſtolas plures laudat Leontius Byz. vt ſupra p. 174. vet. ed. adnotaui; in illis vnam ad Theonem, quam in editis diu incaſſum quaeras. Michael quoque Glycas epiſtola LXXXIV. ad Ioannicium p) citat Iſidorum Peluſ. *ȣ̔́τως ἐν Ἐπιςολαῖς λέγοντα*, *qui ad hunc modum in epiſtolis loquutus ſit:* *ὥσπερ τὸ σῶμα τȣ̃ Κυρίȣ ὑποπεσὸν τοῖς ὀδȣ̃σι τȣ̃ ᾅδȣ, Φθορὰν μὲν τηνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ ȣ̓κ εἶδεν, ȣ̔́τω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τȣ̃ Κυρίȣ τοῖς ὀδȣ̃σιν ὑποπίπτον τοῖς ἡμετέροις, [P] Φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίςαται, διαφθορὰν δὲ ȣ̓κ ἔγνω, ἀλλ᾽ εὐθέως ἀφθαρτιζόμενον τῇ τῆς ψυχῆς ȣ̓σίᾳ δίδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαραμένει ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς.* *Quemadmodum domini corpus quum in inferi dentes cecidiſſet, corruptionem quidem admiſit, non tamen omnigenam vidit: ſic et in praeſenti ipſummet corpus domini, dum dentibus noſtris ſubiicitur, pari modo atque corpora noſtra corruptionem ſubit, ſed non abſolutam. Quin potius depoſita ſtatim corruptela, animae ſubſtantiae traditur: ſed et non ſolum traditur, verum perpetuo perſtat cum animis iuſtorum.* Frequenter etiam loca ex Iſidori epiſtolis adferuntur in Catenis ad libros

leiana. (p. 645. *D.*) — In tribus codd. *Sfortianis* aliquot epp. (p. 699. *B. D.*) — Excerpta in collectionibus variis, in codd. *Coislin.* p. 186. 187. 188. 191. 193. 198. 246. 247. 248. 266. 294. 305. 390. 412. 421. ter et 577. — In cod. *Eſcorial.* epiſtolae 41. v. *Pliier* itinerar. per Hiſpan. p. 178. — Sec. cat. MSS. Angliae etc. Excerpta in cod. *Barocc.* V. LXXVI, bis. et nr. 291. in cod. *Cromwell.* it. nr. 710. in cod. *Laud.* ſex epiſtolae in cod. *Barocc.* CXCVII. et in cod. CCXIII. epiſtola, et pag. 259. in *Iamcſii* collectaneis. — In tom. II. p. 104. nr. 4034. in cod. eccleſiae *Wellenſis.* — In bibl. *Leidenſi Iſidori Peluſ.* fruſta quaedam graece deſcripta, et lat. verſa, manu Bonauent. Vulcanii. v. cat. bibl. Leid. p. 345. nr. 39. — Excerpta quaedam ex epiſtolis in cod. *Auguſt.* Vind. vid. *Reiſeri* indic. MSS. Auguſt. p. 40. — ibid. p. 85. epiſtolae quaedam. *Harl.*

n) Contrarium oſtendit cel. *Hardt.* l. cit. *H.*

o) Add. *Montfauc.* in Palaeogr. gr. pag. 45. et bibl. bibliothec. MSS. I. p. 199. *B. Harl.*

p) *Mich. le Quien* ad Damaſcenum p. 654.

libros S. Scripturae non editis modo, ſed et illis, quae ineditae in Caeſarea, [q]) Bodleiana, Coisliniana et aliis bibliothecis adſeruantur, nec non in Niconis aliorumque graecorum ſcriptorum collectaneis et inter apophthegmata patrum apud *Coteler.* tom. I. monument. p. 488. Epiſtolarum editarum Iſidori praeſtantiſſima editio eſt graecolatina Pariſienſis a. 1638. fol. quinque digeſta libris, quorum *primus* epiſtolas 500, *ſecundus* 380, *tertius* 413. complectitur. Hos tres graece vulgarunt cum *Iacobi Billii* verſione et ſacrarum obſeruationum libris duobus Pariſ. 1585. fol. [r]) Billii verſio recuſa in bibliotheca patrum edit. Colon. tom. V. parte 2. *Quartus* liber habet epiſtolas 230. cum tribus prioribus editus primum a *Conrado Rittershuſio*, 1605. fol. ex offic. Commel. [eaedem epiſtolae gr. et lat. quibus additur caput ex quaeſtionibus Io. Trithemii de S. ſacra etc. ib. 1606. fol. in cat. bibl. Leid. pag. 52. *Harl.*] qui verſionem quarto huic libro, et vniuerſis quatuor, notas, indices, ſingularumque epiſtolarum argumenta adiunxit. [s]) *Quintum* librum, epiſtolas 570. in quarum 130. praecipit de recta ſcribendarum epiſtolarum ratione, complexum debemus *Andreae Schotto* S. I. qui eum ex MSS. bibl. Vaticanae *graece* cum notis edidit Antwerp. 1623. 8. argumentaque epiſtolarum addidit et latine a ſe verſum vulgauit Rom. 1624. 8. Graece etiam et latine, vt Rittershuſianae editioni adiungi poſſet, recuſum Francof. 1629. fol. Hinc, vt dixi, Pariſienſis librorum quinque *graecolatina* ἔκδοσις vidit lucem a. 1638. fol. quae Rittershuſii et Schotti notas ad voluminis calcem ſubiectas et argumenta operi praemiſſa exhibet. Libri quinque etiam ex Billii, Rittershuſii et Schotti verſione vna cum argumentis recuſi ſunt in tom. VII. bibliothecae patrum Lugd. 1677. ſed notae praetermiſſae [t]). Aliquot locis epiſtolarum Iſidori, libri primi maxime lucem adfert Bonauentura Vulcanius notis ad Cyrillum Alex. aduerſus Anthropomorphitas editum Lugd. Bat. 1605. 4. teſtatus, Billium doctiſſimum virum extremam verſioni ſuae manum non adhibuiſſe, et poſtumum ipſius foetum adeo male habitum a lucripeta typographo in lucem extruſum eſſe. Longe plura autem adhuc emendanda ſuperſunt in libri quinti verſione, in quo Schottus interpres paſſim a ſententia Iſidori recedit et aberrat. Caeterum ſi noua adornanda harum epiſtolarum editio fuerit, non omittenda eſt diligentior locorum S. S. quae illuſtrat Iſidorus, adnotatio, nec non [†] parum nitoris et ornamenti ad eam accedet ex labore *Franciſci Arcudii*, Graeci Calabri, poſtea epiſcopi Nuſcani; qui ab Emin. *Franciſci* cardinalis *Barberini* liberalitate ad hoc inuitatus vniuerſos quinque libros cum MSS. contulit, ſex antiquis codicibus vſus: duobus Vaticanis, totidem Altaëmſibus, quinto

Ppp 2 Sfortia-

q) V. *Lambec.* III. de codd. IV. X. XIV. XL. XLII. XLV. XLVI. add. de cod. LVIII. nr. 2. De *Coislin.* v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 41. 42. 43. 45. 57. 64. 66. 67. 76. 82. 83. 84. 111. etc. *H.*

r) In bibl. Leidenſi eſt exemplar manu Bonavent. Vulcanii notatum. v. catal. bibl. Leidenſ. p. 52. *Harl.*

s) Inſcriptio edit. eſt: — S. *Iſidori Peluſiotae* de interpretatione diuinae ſcripturae epiſtolarum libri IV. quorum tres priores cum lat. verſione cl. V. *Iac. Billii*, Prunaei, primum ante annos XX. Pariſiis prodiere; iam vero ſub prelum reuocati, MS. cod. Bauar. ope, plurimis in locis inſigniter aucti, ſuppleti, correcti ſunt: Quartus nunc primum exit nouus, ex cod. cod. Bauar. cui Venetus in bibl. S. Marci reſpondet, deſcriptus et latinus factus a *Cunrado Rittershuſio*, qui et notas vberior. et ſummas et indices adiecit. Ex off. Commel. CIↃIↃCV. *Harl.*

t) Latin. ed. Venetam 1745. fol. memorat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 358. nr. 2. *Harl.*

Sfortiano et fexto Barberino. Collationes illas Ifidorianas (quas laudat *Rich. Simon* III. biblioth. critique pag. 102.) a Carolo Morono, praefecto bibliothecae Barberinae fecum communicatas e marginibus Parifienfis editionis, quibus illas Arcudius adfcripferat, enotauit, et fingulari volumine edidit *Petrus Poffinus* S. I. Rom. 1670. 8. Excerpta infignia ex Ifidori epiftolis exhibet *Lud. Elias du Pin* tom. IV. bibliothecae fcriptor. ecclef. Indicem eorum, ad quos Ifidorus fcripfit, dedi volumine V. ad calcem libri Allatiani de Nilis. [Ego vero fini huius fectionis fubiiciam] Ex fcriptis Ifidori deperditis fuit ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος *liber aduerfus Graecos* fiue *Gentiles*, cuius meminit libro 2. epift. 137. vbi v. adnotat. Rittershuf.) et 228. priore loco teftatus, in illo fe foluiffe quaeftionem, cur bonis viuis mala fiant: in altero diuinandi artem apud illos iactatam confutaffe. Vnde verifimile eft, diuerfum ab hoc fcripto, non, vt doctiffimo du Pinio videbatur, vnum eumdemque fuiffe λόγον, fiue, vt ipfe ait, potius adpellandum λογίδιον, lib. 3. epift. 253. commemoratum περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην· *quod fatum non fit.* Disputat autem contra fatum, III. 154. et breuius 131. 191. Quae vero Euagrius lib. 1. cap. 15. memorat fcripta ad *Cyrillum* Alex. non alia, quam epiftolas eius, quas fcripfit Cyrillo, interpretor, a Facundo etiam II. 4. et Nicephoro XIV. 53. laudatas. Neque aliud quicquam ex illis inferre vult Euagrius, quam Ifidorum et Cyrillum vno tempore vixiffe. Γέγραπται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν ἀοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δείκνυται τοῦ θεσπεσίου συνακμάσαι τοῖς χρόνοις. Illud vero Euagrii de Ifidoro οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν, cum Ioanne Lango non accipiendum de poëtica illius laude, ac fi poëmata compofuiffet Ifidorus: fed, vt a Billio iam adnotatum, verba οὗ κλέος εὐρὺ, *cuius decus ingens,* ex Homeri poëfi mutuatus Euagrius eft, ad Ifidori virtutem celebrandam. *Fabr.* Vide *Io. Chatardi* verba, edit. Rittershus. praefixa. *Heum.* Fragmenta in catenis etc. conf. cl. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 30. 32. et 40. — V. fupra ad vol. I. pag. 700. §. XLIV. et de noftro Ifidoro *Guil. Caue* Hift. liter. SS. eccles. tom. I. p. 390. *L. Ell. du Pin* Nouv. bibl. tom. IV. p. 3. *R. Ceiller* Hift. gen. des Aut. eccles. tom. XIII. p. 600. *Hamberger* zuverläff. Nachricht. tom. III. p. 153. fqq. *Saxii* Onom. lit. part. I. p. 497. Sequitur index epiftolarum. *Harl.*

Index eorum ad quos fcripfit Ifidorus Pelufiota qui eodem, quo Nilus, tempore in Aegypto vixit. Depromtus ex editione epiftolarum Ifidori Parif. 1638. fol.

Euſe-

epi-

Tauro,

Isidori alii.

S. Isidorus *Agricola*, quem patronum colunt Hispani Madritenses, et cuius encomium scripsit *Antonius Sanderus*, editum Autwerp. 1623. 8.

Isidorus *Aegeates*, cuius Epigramma legitur in Anthologia p. 326. edit. Wechel. [v. supra, vol. IV. p. 478.]

Isidorus, *Aegyptius*, tempore M. Antonini, defectionis auctor, de quo Dio Cass. LXXI. p. 803. *Fabr.* Isidorus, monachus *Aegyptius;* eius vita in cod. *Coislin.* LXXXIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 139. *Harl.*

Isidorus monachus et presbyter *Alexandrinus* a. C. 404. de quo *Bollandus* XV. Ianuar. qui alios etiam Isidoros *Aegyptios*, sanctitate conspicuos, commemorat tom. I. p. 83. 84. et 1015. *Tillemont.* tom. VIII. memor. pag. 787. seq.

[?] Isidorus, *Anazarbi* episcopus, qui synodo Trullanae interfuit a. C. 706.

[Isidorus, *Antiochenus*, medicus. v. in elencho medicorum, infra vol. XIII. pag. 303. ed. vet. *Harl.*]

Isidorus *Asturicensis*, qui subscripsit Concilio Bracarensi a. 675.

Isidorus

Isidorus *Balneoregiensis* in Italia, interfuit concilio romano a. 1059.

Isidorus, *Basilidis* haeretici filius, de cuius libro περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, Salmasius p. 166. ad Simplicium. De aliis huius Gnostici scriptis dixi lib. V. cap. I. pag. 200. [vol. VII. pag. 176. sq. ed. nou. et *Arnold*. Kirch. u. Ketzer-Hist. tom. I. pag. 65. nr. 10. ed. Schafhaus.]

Isidorus *Buchiras*, infra in CPolitano.

[Isidorus, *Byzantius;* ad eum epistolae Theodori Studitae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 145. 315. *Harl.*]

[Isidorus, *Cansarensis* episcopus. v. *Assemann.* bibl. orient. tom. II. p. 51. *Harl.*]

Isidorus *Caesaraugustanus*, a Iosepho Pellizerio confictus. Vide infra in Hispalensi iuniore.

Isidorus *Characenus*, de cuius stathmis Parthicis dixi lib. IV. cap. 2. p. 34. seq. [vol. IV. pag. 612. ed. nou. v. *Saxii* Onom. lit. I. pag. 237. ad a. C. 37. In cod. *Paris.* bibl. publ. DLXXI. *Harl.*]

[Isidorus *Clarius*, ad eos, qui a communi ecclesiae sententia discesserunt. Paris. 1547. 8. v. cat. biblioth. Leidens. p. 41. et 51. et Isidorus, *comes*, ad eum Seuerus Antiochen. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 44. 55. *Harl.*]

Isidorus *chronographus*, nugiuendulus, quem citat Damascenus Orat. 3. de imaginibus.

Isidoros *Cordubenses* episcopos duos, vnum ad a. C. 384. auctorem Chronici, et commentarii in Lucam: alterum ad a. 423. et 430. qui allegoriarum librum ad Orosium scripserit, comminiscitur pseudo-Dexter in Chronico. Sed allegoriarum liber Isidori Hispalensis est, et per commentarium in libros Regum, quem Isidoro Cordubensi tribuit Sigebertus duodecimi saeculi scriptor. c. 51. de script. eccles. videtur quaestiones eiusdem Isidori Hispal. in libros regum intellexisse, ita vt, ne vnum quidem, nedum duos illos Isidoros Cordubenses exstitisse vmquam, putet *Nic. Antonius* lib. 3. Bibl. Vet. Hispanae c. 2. pag. 188. seq. et lib. 6. c. 4. pag. 330. [v. bibl. *Bodlei.* nr. 2222. cat. MSS. Angliae. I. pag. 116. *Harl.* Varias de Isidoro Cordub. opiniones recenset *Faustin. Arcualus* in Isidorianis tom. I. Opp. Isid. p. 106. sq. *Beck.*]

Isidorus Buchiras, *CPolitanus* patriarcha Palamae, patronus, Monembasiensis patria, [v. infra vol. X. p. 468. ed. vet.] ab a. 1341. qui synodo u) interfuit Palamicae, ad 1349. Alius, Isidorus hieromonachus a. 1460. v) Alius titulo tantum patriarchae vsus circa a. 1473.

Isidorus

u) Isidori, *hieromonachi*, versus iambici de solis in nos potestate, prout in singulis Zodiaci signis constitutus est, in cod. *Paris.* MMLV. 5. bibl. publ. — et in Isidori *patriarchae* sepulcrum carmina heroica, in cod. *Coislin.* CCCXV. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 428. *Harl.*

v) Vide *Harduini* concilia tom. VII. p. 1640. et *Io. Boiuinum* in Nicephori Gregorae vita. [infra, vol. X. p. 134. ed. vet.]

Isidorus *cynicus*, Sueton. Nerone c. 39.

Isidorus *Cyrrhensis* subscripsit Concilio CPol. a. 381. Hic ipse est, cui a. 423. successit Theodoretus. Vide *Tillemont.* tom. XV. p. 217. seq.

[Isidorus, *diaconus.* v. supra, vol. VII. p. 446. *Harl.*]

Isidorus *Edessenus* interfuit synodo Trullanae a. C. 706.

Isidorus *Gazaeus*, Procli et Marini discipulus, platonicus, cuius vitam scripsit Damascius apud Photium cod. CCXLII. De eodem Suidas in Συριανός, Ἰσίδωρος, Μαρῖνος, Σαραπίων etc. *Fabr.* V. supra, vol. III. p. 177. et 497. et IX. p. 188. sq. ibique not. ss. *H.*

[Isidorus *Glabas* metropolita Thessalonicae, ad eum Demetrius Cydonius. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 429. *Harl.*]

Isidorus *gnosticus*, haereticus. Supra in Basilid.

Isidorus, *Gordoseruorum* in Bithynia episcopus, qui interfuit synodo Trullanae a. 706.

Isidorus *Hispalensis* episcopus ab a. C. 595. ad 636. cuius vitam scripsit [†] Lucas Tudensis apud *Henschenium* ad 3. Aprilis, tom. I. p. 327. seq. vide et p. 900. seq. et *Io. Mabillonium* in seculo secundo Benedictin. De huius Isidori vita et scriptis accurate *Nicolaus Antonius* in bibl. vetere Hispana lib. V. cap. 3. seqq. *Fabr.* Vid. vol. XI. pag. 13. et pluribus locis. v. indic. Add. *Fabr.* B. L. med. et inf. aet. tom. IV. pag. 183. sqq. (vbi plures *Isidori* enumerantur,) ed. Mansi, et quae scripsi in Notit. breuiore litter. rom. p 771. sq. atque in supplem. ad illam, part. II. p. 413. sqq. p. 379. sq. nec non in Not. breu. in vsum scholar. p. 293. sq. *Harl.* Inprimis autem conferenda sunt *Faustini Arevali* Isidoriana, quae vol. I. et II. nouae operum Isidori editionis ab illo curatae (Rom. 1797-1803. VII. 4. mai.) implent. *Beck.*]

Isidorus *Hispalensis* iunior, qui simul Caesaraugustanus episcopus fuerit, confictus a Iosepho Pellizerio, Chronicon et historiam Alanorum illi tribuente, quam Isidoro illi veteri vnicoque, quem ecclesia Hispalensis nouit, vindicat Nic. Antonius lib. V cap. 4. et lib. VI. cap. 3. [add. *Oudin.* comm. de SS. eccl. I. col. 1581-1596. *Harl.* Isidorum celeberrimum illum nunc appellari *iuniorem*, ratione Pelusiotae, nunc *seniorem*, ratione Pacensis, ostendit *Areualus* l. l. tom. I. pag. 138. seq. *Beck.*]

[Isidorus, *Ictus.* v. infra, vol. XII. p. 345. et 366. *Harl.*]

Isidorus, *de Isolanis*, ord. praedicatorum, auctor vitae S. Veronicae, editae Mediolani a. 1518. et recusae in actis Sanctor. 13. Ianuar. tom. I. pag. 887. seq. De aliis eius scriptis consules Posseuinum.

Isidorus, *Kiouiensis* et totius Russiae episcopus, qui vicem patriarchae Antiocheni gessit in synodo Ferrariensi et Florentina a. 1438. et 1439. [et mortuus est Romae 1463.] de quo *Allatius* contra Creyghtonum p. 266. seq. et *Henricus Warthon* adpendice ad Hist. literariam Cauei ad a. 1438. [*Humphr. Hodius* de Graec. illustrib. lib. II. c. 6. pag. 178. sq. et *Saxii* Onom. lit. II. p. 418. sq. *Harl.*] Eius *epistola lugubris de capta a Turcis CPoli*, a. 1453.

a. 1453. scripta et inter epistolas Turcicas ab *Nicolao Reusnero* edita Francof. 1598. 4. lib. IV. p. 104. [v. infra, vol. X. p. 440. ed. vet.]

[Isidorus, *Laicus*. Ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 148. 731. *Harl.*]

[Isidorus, *Logotheta* Dromi. v. infra, vol. X. p. 525. ed. vet.]

[Isidorus, *medicus*. *Oxon.* in cod. CCXXV. coll. Mertonens. (s. nr. 692. cat. codd. Angliae etc.) et *Cantabrig.* in cod. colleg. Gaio-Gonuilensis, nr. 954. cat. cit. Io. Damasceni liber aphorismorum, cum commentario *Isidori*. add. paullo ante, Isidor. *Antioch.* et Isidorus *Memphites*, in vol. XII. p. 303. in elencho medicorum. *Harl.*]

Isidorus *Mercator*, Eulogii Cordubensis frater, circa a. C. 830. cui collectionem epistolarum decretalium episcopis romanis primorum saeculorum suppositarum, (Isidoro Hispalensi a nonnullis falso adscriptam,) tribuit *Dauid Blondellus* in Pseudo-Isidoro siue censura iam dictarum epistolarum Geneu. 1628. 4. De eadem collectione videndus *Petrus de Marca* lib. VII. Concordiae sacerdotii et imperii cap. 20. et lib. III. cap. 5. Idem obseruat, eam citari in synodo Rhemensi a. 992. Isidorum *Setubensem* siue *Setubitanum* episcopum eius auctorem facit Chronicon Iuliani Toletani et Luitprandi ad a. C. 681. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. p. 14. 66. sq. et 337. ed. vet. *Caue* hist. litt. SS. eccl. vol. II. p. 21. sq. *Saxii* Onom. lit. II. p. 114. sq. et p. 546. sq. et *Oudin.* comm. de SS. eccles. II. pag. 46. sqq. — MS. in bibl. eccles. Sarisburg. nr. 1030. catal. codd. Angliae etc. II. p. 25. — *Lucae* in ecclesia Sandaei; — ac *Florentiae* in bibl. Dominicanorum S. Marci, epistolae romanor. pontificum. v. *Franc. Ant. Zachariae* iter litterarium per Ital. Venet. 1762. 4. p. 11. et 60. *Harl.*

Isidori duo *Milesii*, architecti sub Iustiniano imp. laudati Procopio de aedificiis Iustiniani lib. 1. cap. 1. et lib. 2. cap. 13. cum Anthemio et Chryse Alex.

Isidorus *Pacensis* in Lusitania, (Pacis Iuliae, hodie [w]) *Beia*.) episcopus, cuius continuatio Chronici Isidori Hispalensis ab a. C. 610. ad 754. prodiit curante *Prudentio Sandoualio*, Pampilonensi episcopo, vna cum Chronicis Idatii, Sebastiani, Sampiri et Pelagii: Pampelonae 1615. 1634. fol. Epitoma imperatorum, vel Arabum Ephemeridis vna cum Hispaniae Chronico. Vide *Nic. Antonii* bibl. Hispanam veterem lib. VI. cap. 3. et nouam tom. II. p. 206. et cardinalem *d'Agvirre*, qui [✝] accuratiorem editionem promisit e codicibus MSS. notit. concil. Hispaniae p. 163. [conf. *Oudin.* comm. de scriptt. eccl. I. col. 1793. sq. ad a. 750. et *Saxii* Onom. lit. II. p. 86. sq. vbi integrum quoque titulum libri valde rari, a *Sandoualho* editi dedit, et plures laudauit de eo viros doctos. *Harl.* Add. *Areualus* l. l. p. 110. seq.]

Isidorus *peccator*, supra, in Mercatore.

Isidorus

w) Vel *Radaios*, vt habet titulus in catalogo bibl. Barberinae p. 578.

Iſidorus, *Pergamenus*, rhetor, cuius mentio apud *Laërtium* in Zenone VII. 34. [vid. ſupra, vol. VI. pag. 131.]

Iſidorus, *praefectus* orientis a. C. 416. de quo *Iac. Godofredus* in proſopographia codicis Theodoſiani.

Iſidorus, *Rhodius* epiſcopus, ſubſcripſit ſynodo CPol. a. 681.

Iſidorus *Ruthenus*, ſupra in Kiouienſi.

[Iſidorus, *ſacerdos* et praefectus monaſterii S. Io. Apeiri, deſcribendam curauit (a. C. 1021.) homiliam Chryſoſtomi. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. I. pag. 506. nr. XXXI. *Harl.*]

Iſidorus, *Samius* epiſcopus, interfuit ſynodo Trullanae a. 706.

Iſidorus, *Scetenſis* in aegypto monachus. Supra in Alexandrino.

Iſidorus *Setabienſis* ſiue *Setabitanus*, qui ſynodis Toletanis interfuit a. C. 681. et 688.

Iſidorus *ſcholaſticus*, cuius epigramma legitur in Anthologia p. 553. edit. Wechel. [vid. ſupra, vol. IV. p. 478.]

Iſidorus *Sethroiti* in Aegypto epiſcopus, qui ſubſcripſit concilio Chalcedonenſi a. C. 451.

Iſidorus *ſtatuarius*, cuius Herculem laudat Plinius XXXIV. 8.

Iſidorus, *Theſſalonicenſis* metropolita, circa a. 1401. clarus, qui celebratur in Triodio Graecorum dominica orthodoxiae ſiue 1. Quadrageſimae, et in Synodico Theſſalonicenſi apud *Allatium* p. 187. de Simeonibus. Eius *homilias quatuor in Deiparam* vulgauit, ſed latine tantum cum notis, *Hippolytus Maraccius* in Mariali S. Iſidori, Rom. 1651. 8. Unam ex illis *in feſtum praeſentationis*, (*Allatio* pag. 97. de Simeonibus, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων,) itidem latine *Combefiſius* in bibl. Concionatoria, notans paullo verboſiorem eſſe. Ceteras tres, 1. *in adnunciationem*, 2. *natiuitatem et* 3. *dormitionem S. Mariae* memorat idem *Allatius* de Simeon. pag. 94. 100. et 87. apud quem etiam aliarum ineditarum mentio, vt pag. 83. Εἰς τὴν σωτήριον κατὰ σάρκα καὶ θείαν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, et pag. 100. Εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Φώτων. *Commentarios in Euangelium Lucae* in bibl. Vaticana MSS. exſtare pridem tradidit *Sixtus Senenſis* lib. IV. bibl ſanctae. *Fabr.* *Iſidori*, archiep. *Theſſalonicae*, in natiuitatem domini noſtri, in cod. *Voſſiano.* v. catal. bibl. Leidenſ. pag. 402. nr. 12. et in cod. *Vindobon.* XXXV. nr. 22. v. *Kollar.* Supplem. ad Lambec. p. 261 ſq. — Epiſtolae ad Matthaeum Phacraſin, metropolitam Seruorum et alios, *Romae* in cod. Ottobon. v. *Montfauc.* bibl. bibliothec. MSS. I. pag. 188. *A.* — in Lucam, in cod. Vatican. v. Montfauc. l. c. pag. 12. *D.* et ibid. pag. 33. nr. 892. Tabula eclipſium ſolarium ac lunarium. — Orationes viginti et nouem de praecipuis anni feſtis diebus *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCXCII. Add. in h. vol. in elogiis

giis Sctor. pag. 238. 242. 278. 280. 283. et in *Sancta Sctorum;* infra in vol. X. p. 542. ed. vet. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. III. p. 1229. sq. ad a. 1590. *Harl.*

[Isidori *xenodochi* vita ex historia Lausiaca, in cod. *Coislin.* CCLXXXII. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 399. *Harl.*]

[Isidori *Zanglii* adnotatt. in epist. ad Roman. I. in cod. XCI. bibl. monasterii S. Illidii Claromontensis, teste *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. MSS. II. p. 1264. *C. Harl.*]

Isidorus *Zoarenus* in Palaestina episcopus, qui subscripsit concilio CPol. sub Mena a. C. 536.

IV. ANTIOCHVS Syrus, Ptolemaidis in Palaestina episcopus, ob eloquentiam Chrysostomus x) adpellatus, sed praecipuis Ioannis Chrysostomi inimicis accensitus a Palladio y), interfuit Synodo ad Quercum a. C. 403. contra Io. Chrysostomum congregatae, de qua Photius cod. LIX. et Ius graeco-romanum lib. IX. pag. 554. Obiit adhuc sub Arcadio, hoc est, non post a. 408. Scripsit, vt ait Gennadius cap. 20. de scriptoribus eccles. *aduersus auaritiam* vnum et longum volumen, et *in curatione coeci*, qui a saluatore illuminatus est, homiliam, compunctione timoris Dei et humilitatis plenam. Ex his, et ex aliis, quos habuit plures, sermonibus nihil ad nos peruenit. Apud *Theodoritum* dialogo II. pag. 200. z) et in concilio Chalcedonensi part. 3. cap. 1. (tom. II. Harduin. pag. 651.) citatur hoc eius dictum: *μὴ συγχέῃς τὰς φύσεις, καὶ ὀχὶ ναρκήσεις περὶ τὴν οἰκονομίαν. Ne confundas* (in Christo) *naturas, et non adtonitus haerebis circa dispensationem.* Expositionem *in Psalmum XLI.* quae inter Ioannis Chrysostomi opera legitur, huic Antiocho, vel alicui sequioris aeui tribuendam suspicatur *Thomas Bruno* in diss. de Therapeutis Philonis pag. 201. aa) In Catena ad Matthaeum tom. I. pag. 239. adfertur locus Antiochi de resurrectionis veritate per Moysis et Eliae adparitionem confirmata. Et in catena ad Iohannem pag. 444. de latere Christi lancea perfosso, vt gladius districtus, paradisi aditu nos prohibens, remoueretur. Alia loca Gelasius seruauit libro de duabus naturis, citans sermones *in natiuitatem* Christi et *in Pascha:* alia Ephraem apud Photium cod. CCLXXXVIII. alia Leontius contra Nestorium et Eutychen: alia denique Cyrillus Alex. libro ad reginas tom. VI. pag. 49. bb) et inserto parti 1. actorum concilii Ephesini tom. III. Labbei pag. 118. *Fabr.* Fragmentum in euang. Lucae cum catena, in cod. *Coislin.* XXIII. et in cod. CCLVI. Antiochi capita 130. ethica et ascetica. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 67. et 304. Testimonia de duabus in Christo naturis, in cod. caesar. v. *Nessel.* catal. codd. Vindob. part. I. p. 116. nr. 58. Antiochi fragm. in excerptis varr. interpretation. in Canticum cant. edidit ex cod. Veneto D. Marci cel. *Mercati* in bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 42. seq. *Harl.*

Ab hoc Antiocho distinguendus ANTIOCHVS τῷ μὲν γένει Γαλάτης ἀπὸ κώμης λεγομένης Μεδοσαγᾶ, διακειμένης ἐν τοῖς μέρεσι τῆς αὐτῆς πόλεως Ἀγκύρας ὡς ἀπὸ σημείων

x) *Sozom.* VIII. 10. *Niceph.* XIII. 9.

y) *Palladius* de vita Chrysostomi p. 49. adde *Socratem* VI. 11. et Hist. tripartitam X. 10.

z) Conf. supra in vol. VIII. p. 291. *Harl.*

aa) Conf. vol. VIII. p. 531. *Harl.*

bb) Conf. vol. IX. p. 467. XV. *Harl.*

σημείων εἴκοσι [cc]) *genie Galata, ex vico Medosaga, vicesimo ab Ancyra ciuitate lapide:* MONACHVS Laurae siue monasterii S. Sabae, quod stadiis octoginta versus meridiem ab Hierosolymis distabat, qui scripsit non diu post cladem vrbi illatam, et ἐμπρησμὸν τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου σταυροῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετάστασιν ἐν Περσίδι [dd]), *conflagrationem sanctae vrbis Hierosolymae et crucis sanctae Christi Dei nostri translationem in Persidem a. C. 614.* [ee]) rege Persarum Chosroë belligerante aduersus Heraclium imp. De eadem calamitate meminit in exomologesi his verbis pag. 1248. Ἤλθοσαν ἔθνη [P] εἰς τὴν κληρονομίαν σου καὶ ἐμίαναν etc. *Venerunt gentes in haereditatem tuam, et polluerunt templum tuum, in quo mysterium perfectum est dispensationis vnigeniti tui, et sanctuarium tuum igni succenderunt: quia et Hierusalem posuerunt in pomorum custodiam. Morticinia seruorum tuorum in medio iuxta ac in circuitu Hierusalem passim disiecta sunt, nec erat, qui sepeliret. Fortitudinem nostram, ornamentum ac decus, salutis inquam nostrae spem, nempe crucem Christi, tradidisti fidei aduersariis*, et pag. 1250. ἡ πόλις τοῦ ἁγίου σου ἐγενήθη ἔρημος etc. *Ciuitas Sancti tui in solitudinem redacta est, et gloria Sion incendio conflagrauit, simulque monumenta gloriae nostrae vniuersa conciderunt.* Huius Antiochi exstat opus dignissimum lectione et refertum monitis saluberrimis, quod inscribitur: Πανδέκτης τῆς ἁγίας γραφῆς, *Pandectes S. Scripturae* distinctus *capitibus*, siue, vt latinus interpres contra auctoris mentem adpellat, *homiliis* CXXX. [ff]) Antiochus ipse in epistola praemissa operi ad *Eustathium* abbatem monasterii Atalinae, ciuitatis Ancyrae Galatiae, testatur epitomen se hanc diuinarum scripturarum concinnasse *digestam* εἰς ἑκατὸν τριάκοντα κεφάλαια ἑνωμένα τε καὶ διακεκριμένα ἀπ' ἀλλήλων ὡς μὴ σύγχυσιν καὶ φύρμον ὑπομεῖναι τὸν ἀναγινώσκοντα, *in capita centum et triginta, cohaerentia inter se et distincta, ne lectori confusionem adferant.* Adludens ad dictum Bartholomaei [gg]) apostoli, qui theologiam ἡνωμένην τε καὶ διακεκριμένην esse pronunciauit, cuius dicti etiam mentionem facit Antiochus capite 1. p. 1029. auctore non nominato, quem nominatim adpellat Dionysius, sub Areopagitae ambulans nomine, lib. de mystica theolog. capite 1. Idem Antiochus in clausula libri, quam graece edidit *Lambecius* III. pag. 139. [pag. 354. Kollar.] Τὸ χρέος τῆς παρ' ὑμῶν ἀποταγῆς ἀποπληρῶσαι, τίμιε πάτερ Εὐστάθιε, τὸν πανδέκτην τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἔστειλα τῇ ὑμετέρᾳ Θεοφιλίᾳ περιστήσας εἰς σωτήρια κεφάλαια· ὃν δεχόμενος, ἀδιαλείπτως πρέσβευε πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος, ἵνα εὕρω ἔλεον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ. *Vt debitum, quod iussum tuum mihi imposuit, implerem, honorande pater Eustathie, hunc pandectem inspiratae diuinitus scripturae misi vestrae Deum amanti dignitati, salutaribus eum*

cc) *Lambec.* III. p. 140. [pag. 354. ed. Kollar.] ex nota codicis MS. caesarei.

dd) Antiochus capite CVII. Idem Χαλδαϊκὸν χειμῶνα *tempestatem chaldaicam* adhuc vigentem commemorat in praefat. et παρουσίας τῶν χαλδαίων capite XVIII.

ee) Vide Baronium et Pagium ad illum annum.

ff) Male 120. in *Eliae du Pinii* bibl. scriptor. eccles. tom. VI. p. 15. male etiam *centum quinquaginta* in latina versione praefationis ad Pandectem. CXXX. etiam in versione arabica, quae MS. in bibl. Vaticana seruatur, teste *Assemanno* tom. II. bibl. oriental. p. 511. *Fabr.* Ibid. praemissa est versio arabica epistolae *Antiochi* ad Eustathium, abbatem Ancyrae in Galatia. *Harl.*

gg) Vide codicem apocryphum Noui Test. pag. 341. *

eum capitibus comprehendens. Eum igitur a me quaeso accipe, et indesinenter pro me misero apud Deum hominum amatorem intercede, vt in aduentu boni hominumque amatoris Dei misericordiam inueniam. Capita singula materiam aliquam moralem pertractant, ita vt totum opus pulcrum systema theologiae moralis absoluat, contextum ex meris dictis sacrorum scriptorum et vetustorum [P] ecclesiae doctorum, Hermae aliorumque, licet hi de nomine vix vsquam laudentur. Prodiit primum cum subiuncta *Exomologesi* latine ex *Godfridi Tilmanni* Carthusiani monachi interpretatione Paris. 1543. 8. atque inde in bibliothecis patrum, Paris. 1579. [Paris. 1589. in catal. bibl. Leidens. pag. 28] tom. II. et Colon. 1618. tom. VII. et Lugd. 1677. tom. XII. At graece primus dedit *Fronto Ducaeus* addita Tilmanni versione in tomo I. [hh]) Auctarii bibl. patrum Paris. 1624. p. 1019. vnde vtraque lingua recusus *Antiochi* Pandectes est in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XII. [ii]) Quam vero inter Conciones graecorum patrum Antwerp. 1601. 8. cum versione sua p. 148. 167. *Petrus Pantinus* vulgauit homiliam S. Antiochi ad Eustathium *περὶ λογισμῶν de cogitationibus*, et in Coloniensi ac Lugdunensi bibl. patrum editioni Pandectis Antiochi ex Pantini editione subiicitur, nihil aliud est, quam eiusdem Pandectis caput LXXXI. Ex capite CXXX. adscribam elenchum haeresium, quas reiicere se ac detestari Antiochus profitetur.

Οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἤτοι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, πιστεύομεν, ὡς καὶ οἱ μεγάλοι φωστῆρες, καὶ διδάσκαλοι τῆς ἀληθείας, Ἀθανάσιος, Βασίλειος, Γρηγόριος, Ἰωάννης, καὶ Κύριλλος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως· καὶ τοὺς μὴ οὕτως φρονοῦντας ἀποστρεφόμεθα καὶ ἀναθεματίζομεν, μετὰ τῶν ὑπογεγραμμένων αἱρέσεων, τῶν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, κατὰ διαφόρους καιροὺς παραφυέντων· ὧν τὰ ὀνόματά ἐστιν ταῦτα. Σιμωνιανοί, Μενανδριανοί, Σατορνιανοί [kk]), *Βασιλιδιανοί, Νικολαῖται, Γνωστικοί, Καρποκρατιανοί, Κηρινθιανοί, Ναζωραῖοι, Ἀβιωναῖοι* [ll]), *Οὐαλεντιανοί, Σεκουνδιανοί, Πολεμαῖοι* [mm]), *Μαρκώσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοί, Σαθιανοί* [nn]), *Ἀρχοντικοί, Κερδωνιανοί, Μαρκιωνισταί, Λουκιανισταί, Ἀπελιανοί, Σευηριανοί, Τατιανοί, Ἐγκρατισταί, κατὰ Φρυγαστῶν* [oo]), *καὶ Μοντανι-*

Sic nos siue catholica ecclesia credimus, quemadmodum et magna illa ecclesiae luminaria ac doctores veritatis, Athanasius, Basilius, Gregorius, Ioannes et Cyrillus magnae Alexandrinorum ciuitatis episcopus. Quare illos, qui praeter horum dogmata senserunt, auersamur, repudiamus, et execramur, cum subscriptis haeresibus, quae succedaneis temporibus adnatae sunt post domini aduentum. Eiusmodi haereticorum nomina sunt haec: 1. Simoniani. 2. Menandriani. 3. Saturniliani. 4. Basilidiani. 5. Nicolaïtae. 6. Gnostici. 7. Carpocratiani. 8. Nazaraei. 9. Hebionaei. 10. Valentiniani. 11. Secundiani. 12. Ptolemaei. 13. Marcosii. 14. Colorbasiani. 15. Heracleonitae. 16. Ophitae. 17. Caiani. 18. Sethiani. 19. Archontici. 20. Cerdoniani. 21. Marcionistae. 22. Lucianistae. 23. Apelliani. 24. Seueriani. 25. Tatiani. 26. Encratitae. 27. Cataphry-

hh) Male tom. II. in Hendreichii pandect. Brandenb. p. 208.

ii) Pag. 9-240. at *Lambec.* III. p. 353. sq. not. 1. et 2. et 3. quaedam in illa ed. notauit. *Harl.* In *Gallandii* bibl. PP. non est receptum hoc opusculum.

kk) Σατορνιλιανοί, vt apud Epiph. et Damascen.

ll) Ἐβιωναῖοι. Οὐαλεντινιανοί.

mm) Πτολεμαῖοι.

nn) Σηθιανοί.

oo) Lege οἱ Καταφρυγαστῶν.

ςῶν, καὶ Ἀσκοδρουγιτῶν, Πεπουζιανοὶ, ἢ Πρισκιλλιανοὶ, οἱ Κεκεντιλιανοὶ [pp]), οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται, Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, Ἄλογοι, Ἀδαμιανοὶ, Σαμψαῖοι, οἱ καὶ Ἐλκεσαῖοι, καὶ Θεοδοτιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Σαρδισιανοὶ [qq]), Νοητιανοὶ, Οὐαλήσιοι, Καθαροὶ οἱ καὶ Ἀνάβιτοι [rr]), Ἀγγελικοὶ, Ἀποστολικοὶ, οἱ καὶ Ἀποτακτικοὶ, Σαβελλιανοὶ, Ὠριγενιανοὶ οἱ καὶ Αἰσχροποιοὶ, Ὠριγενιανοὶ ἄλλοι τε, καὶ Ἀδαμαντιανοὶ, Παῦλος Σαμοσατέως [ss]), Μανιχαῖοι, Ἐρακεῖται [tt]), Μελιτιανοὶ, Ἀρειανοὶ, οἱ καὶ Ἀρειομανῖται, Αὐδιανοὶ, Φωτινιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ἡμιαίρεσοι [uu]), Πνευματομάχοι, Ἀεριανοὶ, Ἀετιανοὶ, οἱ καὶ Ἀνόμοιοι, Εὐνομιανοὶ, Εὐδοξιανοὶ, Διμοιρῖται οἱ καὶ Ἀπολιναρῖται, Ἀντιδικομαριανῖται, οἱ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας κολλυρίδας ποιοῦντες· Μεσαλιανοὶ, οἱ καὶ Εὐχῖται, ἕως τῶν ὧδε ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐξέθετο· μετὰ δὲ τούτους γεγόνασιν, Εὐάγριος, καὶ Δίδυμος, τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες περὶ ὑπάρξιν [vv]), καὶ ἀποκατάστασιν, Θεόδωρος ὁ Μομψοεστίας, καὶ Διόδωρος, καὶ ὁ Νεστόριος ἐνὶ φρονήματι δύο υἱοὺς λέγοντες· τούτοις συμφωνεῖ Μαρῆς ὁ Πέρσης· καὶ ἡ λεγομένη Ἥβα [ww]) ἐπιστολή· μετὰ τούτους [?] Εὐτυχὴς, φαντασίαν, καὶ δόκησιν, καὶ σύγχυσιν φρονῶν. ᾧ τινι ἕπεται Διόσκορος, Θεοδόσιος, Γαϊανὸς, Τιμόθεος ὁ Ἔλουρος [xx]), Πέτρος, ὁ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς, εἰς τρισάγιον ἐπινοήσας, Πέτρος ὁ Μογγὸς, Σευῆρος ὁ Ἀκέφαλος, Σωτήριχος, ἐκ Σαμαρίας Καππαδοκίας, Φιλόξενος Ἱερᾶς πόλεως, Ἀμφιλόχιος ὁ Πισίδης, Ἰα-

taphrygastae et Montanistae, Ascodrugitae. 28. Pepusiani. 29. Priscilliani, Quintiliani, quos consequuntur Artotyritae. 30. Tessareskai-decatitae. 31. Alogi. 32. Adamiani. 33. Sampsaei, qui et Elcesaei. 34. Theodotiani. 35. Melchisedechiani. 36. Bardesiani. 37. Noetiani. 38. Valesii. 39. Kathari, qui et Anabiti. 40. Angelici. 41. Apostolici, qui et Apotactiotae. 42. Sabelliani. 43. Origenarii, qui et Aeschropoei. 44. Origeniani alii qui et Adamantii. 45. Paulus Samosatensis. 46. Manichaei. 47. Hieracitae. 48. Meletiani. 49. Ariani, qui et Ariomanitae. 50. Audiani. 51. Photiniani. 52. Marcelliani. 53. Semiariani. 54. Pneumatomachi. 55. Aëriani. 56. Aëtiani, qui et Anomoei, et Eunomiani, et Eudoxiani. 57. Dimoeritae, qui et Apollinaritae. 58. Antidicomarianitae: Isti faciunt ad inuidiam nominis, inter placentulas, quas vocant, collyridas Mariae. 59. Messalini. 60. Euchitae. Hucusque Sanctus Epiphanius exposuit. Posthaec haereseon portenta fuerunt hi: Euagrius et Didymus, qui secundum dogmata Origenis, puta praeexistentiam atque restitutionem senserunt. Theodorus Mopsuestenus, Diodorus et Nestorius, qui suo sensu duos adstruunt esse filios. His concinit Mares, vir Persa, et epistola, quae dicitur, Iba. Secundum hos, Eutyches imaginationem, opinionem et confusionem sentiens: quem quidem sequuntur Dioscorus, Theodosius, Caianus, Timotheus, qui et Aelurus, Petrus, qui et illud commentus est: nempe, vt trishagio hymno accederet quartus σταυρωθεὶς, id est, crucifixus. Petrus

pp) Κυντιλλιανοί.

qq) Βαρδησιανοί.

rr) Ναβάτιοι Nouatiani. v. Coteler. I. monument. p. 776.

ss) Παυλιανισταὶ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως.

tt) Ἱερακῖται, Μελετιανοί.

uu) Ἡμιάρειοι.

vv) Προϋπαρξιν.

ww) Ἴβα.

xx) Αἴλουρος.

κωβος ὁ Σῦρος, καὶ Ἰȣλιανὸς· καὶ εἴ τις κατ' αὐτȣ̀ς τοιȣ̃τος.

Petrus Mungus, Seuerus ille Acephalus, Soterichus ex Caesarea Cappadociae, Philoxenus Hierapolitanus, Amphilochius Pisidiae, Iacobus Syrus, et Iulianus: et si quis secundum hos talis fuerit.

Si quis nouam editionem huius pandectis curare velit, operae pretium fuerit conferre codices MStos, vt caesareum, de quo *Lambecius* III. p. 138. seq. [yy]) et Coislinianos, quorum meminit *Montfauconus* pag. 189. 190. (vbi etiam prologum ab alio auctore praemissum exhibet

yy) S. p. 349-355. ed. Kollar. de cod. LXXIII. nr. 9. In illo codice, finito indice capitum, sequuntur *Constantini Tarsitae*, qui totum illum codicem sua manu exarauit, Στίχοι in laudem eiusdem operis, siue epigramma, quod Lambecius p. 350. euulgauit. Quod ad vitam S. Euphrosyni praemissam adtinet, Kollarius ad pag. 552. postquam repetiuerat Fabricii nostrum locum, contra illum ac Lambec. ea, quae sequuntur, adnotauit: „At vero multo cautius Lambecius egisse censendus est, quando vtramque hanc vitam Euphrosyni scilicet et Eucharisti in indice tertii huius libri non sub Antiocho, verum sub anonymo locauit: nam coniectura eius omnino incerta est, et multo incertior illa, qua [Lambec. p. 551. in nota 3.] coniicit, librum quintum et sextum de vitis patrum esse Antiochi opus, quum historia de Antiocho exstet etiam in Apophthegmatis, a *Cotelerio* monumentor. ecclef. gr. editis; tom. I. serie alphabeti. Porro, quod ad Pandectem Antiochi, vt fertur, huius adtinet, is sine codicum etiam Coislinianorum ope in bibliotheca nostra pulcerrime vulgari iterum posset, vbi pluribus exemplis in diuersis codicibus exstat, quemadmodum etiam vita S. Euphrosyni.“ Hactenus Kollarius. In eodem codice sequitur nr. 10. anonymi cuiusdam auctoris narratio breuis de vita memorati Antiochi, quam Lambec. p. 354. sq. graece publici iuris fecit. — Insuper in eod. vol. pag 480. in cod. Vindobon. LXXXIX. nr. 8. est anonymi cuiusdam *breuiarium* (ἐκλογή) *diuinarum scripturarum*, paragraphis trecentis distinctum, quod Kollario in nota *A.* compendium Pandectis S. scripturae *Antiochi* monachi esse videtur. — In vol. IV. pag. 380. in cod. CLXV. nr. 8. sunt *Pandectae* S. scripturae oratt. triginta tres. — In vol. V. p. 460. et 461. codd. CXCI. (simili cod. LXXIII.) et CXCII. *Pandectas* etc. et in posteriore, notat Lambec., προσευχὴν ἐξομολογήσεως, s. *orationem confessoriam*, quae capiti 130. s. vltimo adnexa est, numerari caput centesimum tricesimum primum. — In vol. V. p. 629. in cod. CCCXXXVII. nr. 4. *Antiochi* narratio vitae S. Euphrosyni. — In vol. III. p. 102. in cod. XXV. nr. 3. sunt *Antiochi* et aliorum sententiae. — *Monacii* in cod. Bauar. XLVII. *Antiochi* ad Eustathium capita diuersa CXXX. praemissis epistola Antiochi ad Eustathium, et prologo. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1803. part. 6. pag. 4. sq. qui etiam adnotat, capita quaedam in indice et in ipso codice differre. — *Venetiis* in cod. Naniano CXXVIII. nr. 1. 2. sermones Antiochi. v. cat. codd. gr. Nan. p. 297. — in cod. *Marc.* CXXXIV. praemissis epistola ad Eustathium et prologo integro, atque adiecta exomologesi, cum breui narratione de Antiocho: insuper addito *Arsenii*, monachi, epigrammate in Pandecten, versibus 130. iambicis. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 77. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXVIII. plut. 4. optimae notae et saec. XI. exarato, praemissis epistola ac prologo: deest vero Exomologesis, s. περὶ προσευχῆς. Eadem opp. cum exomologesi ibid. in cod. XIII. nr. 1. plut. 60. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 551. et II. p. 602. — *Paris.* in quindecim codd. bibl. publ. adde *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 72. — In cod. *Vossiano* varia capita. v. cat. bibl. Leidens. p. 402. nr. 12. — *Mosquae* in cod. synod. III. Pandectes capp. 130. praemissis epistola et prologo, atque in fine προσευχὴ ἐξομολογήσεως. Post istam leguntur variorum patrum graec. ἀποσπασμάτια, in formam orationis, forsan ab eodem Antiocho digesta, indice *Matthaei* in Notit. MSS. Mosquens. p. 13. sq. qui multus est de cod. — Secundum cat. MSSt. Angliae

exhibet graece et latine) et pag. 297. etc. *Lambecius* in caesareo illo codice etiam reperit Pandecti praefixam βίον σύντομον Εὐφροσύνȣ μαγείρȣ, *narrationem compendiariam vitae S. Euphrosyni, coqui coenobialis*, incertum, quo auctore, et needum editam, et aliam περὶ Εὐχαρίςȣ κοσμικȣ̃ *de Eucharisto*, Aegyptiaci cuiusdam vici accola, quam latine dedit *Herib. Rosweidus* in libro sexto de vitis patrum pag. 496. *Duo quidam patrum rogabant Deum, vt ostenderet eis* etc. quem totum sextum librum Antiocho nostro velut auctori Lambecius tribuendum incerta coniectura coniicit. Fuit etiam MS. in bibl. Petri Francii pag. 18.

Alius ab his *Antiochus*, ad quem varia opuscula feruntur sub S. *Athanasii* nomine, vt quaestiones ad Antiochum, quas Athanasio, qui ab a. 1302. ad 1313. patriarcha Alex. fuit, scriptas adfirmabat *Oudinus* in triade dissertationum diss. II. pag. 83. seq. 97. 100. et diss. III. pag. 50. seq. in eo haud dubie falsus, quum quaestiones ad Antiochum a Mich. Glyca, qui ante a. 1150. scripsit, [?] pag. 91. et 97. annalium memorentur. Διδασκαλία ad Antiochum edita primum graece et latine ab *Montfaucono* tom. III. Opp. Athanasii, pag. 252. et scriptum *de poenis inferni* pag. 264. inscribitur πρὸς Ἀντίοχον Δȣκα̃. [conf. Thesaur. ep. Lacrozian. tom. III. pag. 123.]

Alii Antiochi.

[Antiochus, *rex*, Apollonii liber: est historia romanensis de rebus gestis Apollonii, regis Tyrii, et *Antiochi* regis, e graeco in lat. per anonymum translata, in cod. *Laudi* XXXIX. siue nr. 1302. cat. MSS. Angliae etc. I. (et *Paris.* in bibl. publ. de quo fabuloso libro multus est *Montfauc.* in Bibl. bibliothecar. MSS. II. pag. 754. qui notat in imo margine auctorem nominari Godofr. Vrbinatem.) — ib. nr. 2689. in cod. *Bodlei.* XC. 14. historiola de rege *Antiocho*, cum adplicatione. — Ibid. *Cantabrigiae* in cod. CCLXXXIII. 30. collegii S. Benedicti, et tom. II. nr. 3021. in cod. CXXII. bibl. *Norfolcianae*, de *Antiocho* rege. *Harl.*]

Antiochus *Aegaeus*, siue *Aegeates*. Infra, in Sophista.

Antiochus *Alexandrinus*, cuius περὶ τω̃ν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδȣμένων ποιητω̃ν laudat *Athenaeus* XIII. pag. 482. idem fortasse auctor libri περὶ τω̃ν κατὰ πόλιν μυθικω̃ν, cuius librum secundum laudat *Ptolemaeus Hephaest.* apud Photium cod. CXC. [conf. supra, vol. II. pag. 413. *Harl.*]

Antio-

Angliae etc. in cod. *Barocc.* XXX. fin. capita 116. et cod. XXXII. sermones 51. — nr. 733. in cod. XCI. *Laudi* homiliae 132. — nr. 5771. in cod. *Huntington.* XXIII. capitula 130. Antiochi monachi S. Sabae aliorumque, gr. — Secundum *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSSt. praeter memoratos in diuersis bibliothecis codd. p. 134. *B.* in bibl. *Vaticana*, homiliae etc. pag. 234. *B.* in bibl. *Neapolit.* ascetica. — p. 492. *E. Mediolani* in bibl. Ambros. Epistolae ad Eustathium (sic) abbatem, eiusd. sermones CXCI. capita ascetica XXXI. ad abbatem *Sabba*, (sic) forsan ibid. p. 494. *E.* 130. capp. ascetica sunt Antiochi nostri. p. 1306. *E.* in duobus codd. *Mazarin.* iterum p. 1313. Pandectae in duobus codd. *Mazarin.* (aut collectio asceticorum ex pluribus auctoribus, qualis est in cod. *Coislin.* CXVIII. in quo etiam Antiochus occurrit et vocatur ὁ πανδέκτης. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 192. add. pag. 197. de cod. CXXII.) conf. *Caue* hist. litt. SS. eccles. I. pag. 575. ad a. 614. *Harl.*

Antiochus *Arcae*, 'Αρκαίων in Phoenicia epifcopus, interfuit concilio Chalcedonenfi a. 451. Interdum vitiofe Alcenenfis pro Arcenfi fcribitur, vt Harduino notatum.

Antiochus *Afcalonita*, cognomento *cygnus*, quem fecum habuit Lucullus, audiuere Cicero, Varro, M. Brutus; quintae auctorem academiae, in quam Stoicorum placita transtulit tefte *Sexto Empirico* lib. 1. Pyrrhon. c. 33. vnde Stoicis a quibusdam accenfetur; ab aliis rectius academicis. De illo dixi lib. 3. cap. 3. et 15. zz) et ad Empiricum, qui etiam laudat eius libros τῶν Κανονικῶν.

Antiochus *aftrologus*, cui Ifagogen in Ptolemaei tetrabiblum graece et lat. cum Hieronymi Wolfii verfione Bafil. 1559. fol. fub Porphyrii nomine editam tribuit *Thomas Gale* pag. 304. ad Iamblichum de myfteriis Aegyptiorum, citans MS. illius ifagoges codicem, *e quo corruptiffima*, inquit, *multa in editis emendare licet.* [conf. fupra, vol. V. p. 741. nr. 14. et vol. IV. pag. 151. *Harl.*] In illa ifagoge p. 194. Antiochus de nomine laudatur. Antiochi apotelefmatica fiue thefaurus apotelefmatum MS. in variis bibliothecis. Vide *Lambecium* VII. p. 257. a) *Labbeum* bibl. nou. MSS. pag. 121. 385. etc.

Antiochus *Aureliopolitanus* in Lydia epifcopus, qui cum Antiocho epifcopo *Capitoliados* Palaeftinae et Antiocho *Memphite* interfuit concilio Nicaeno a. C. 325.

[Antiochus *Balfamo*, de quo vid. *Fabric.* infra in vol. XII. pag. 403. et *Suarefii* Notit. Bafilicorum, §. 9. p. 28. ed. Chrifti. Frid. Pohlii. De Antiocho *Ifto*, cuius opera et minifterio potiffimum *codex* legum *Theodofianus* a. C. 438. eft vulgatus, v. *Saxii* Onom. lit. part. I. pag. 504. feq. et quos ille laudat. *Harl.*]

Antiochus *Boftrenfis*, in conciliabulo Ephefino a. 431.

Antiochus *Cilix*, infra, in Sophifta.

[Antiochus, *Conftantiae* epifcopus. vid. *Affemanni* bibl. orient. vol. II. pag. 295. *Harl.*]

Antiochus *cynicus*, infra, in Sophifta.

Antiochi, nefcio cuius, *epigrammata* graece, vnum in fophiftam oftentatorem lib. 1. Anthologiae pag. 186. alterum in hominem animo et corpore turpiffimum lib. 2. p. 244. et tertium ibidem, in Galatia nihil non exitiofum hominibus nafci.

[Antio-

zz) S. vol. III. p. 161. nou. ed. — ibid. pag. 537. Conf. *Plutarch.* in vita Ciceron. cap. 4. p. 52. ed. Hutten. et *Perizon.* ad Aeliani V. H. libr. XII. 25. *Harl.*

a) Pag. 192. In cod. XLVII. 4. ex *Antiochi* thefauris capita 44. de aftrologia iudiciaria. v. Kollar. Atque in cod. CXXXVII. nr. 1. (*Lambec.* VII. pag. 549.) ifta excerpta diferte tribuuntur *Rhetorio.* In eod. cod. nr. 14. (*Lambec.* l. c. p. 198.) *Antiochi* prognofticon de calendis menfium. — In cod. CXLI. nr. 2. in anonymi cuiusdam auctoris fyntagmate aftrologico funt etiam *Antiochi* apotelefmatica. *Lambec.* VII. p. 557. feq. — *Antiochus* aftrologus de ortu heliaco Caniculae, in cod. CCXLII. *Th. Gale*, f. nr. 6076. cat. MSS Angliae, tom. II. *Harl.*

[Antiochus, *Damasci* dux, Sabini filius: de quo v. *Assemann.* bibl. orient. vol. I. pag. 247. *Harl.*]

[*] Antiochus *historicus.* Vide in Sophista et Syracusano.

Antiochus *Laodicenus*, scepticus, qui Zeuxidem audiuit. Laërt. IX. 106. 116.

Antiochus, *Macrae* in Lydia episcopus, qui interfuit synodo Photii a. 879.

Antiochi, *medici*, diaetam, qua octogesimum aetatis annum integris sensibus viribusque superauit, laudat Galenus libro V. ὑγιεινῶν tom. IV. edit. Basil. pag. 269. seq. Citatur Antiochus saepius ab Aëtio, Aegineta et eodem Galeno. *Fabr.* De quinque Antiochis *medicis*, in his de Antiocho *martyre*, v. infra in Elencho medicor. veterum, s. vol. XIII. pag. 64. ed. vet. vbi quoque pag. 316. in nota, et pag. 355. de *Paccio*, s. Pacio. siue Pacchio *Antiocho*, ophthalmico, agitur. *Harl.*

Antiochus, *Memphites* episcopus, interfuit concilio Nicaeno a. C. 325.

Antiochus Pacius *ophthalmicus* Galeno memoratus.

Antiochus, *Rhesaenas* in Mesopotamia episcopus, qui interfuit concilio Nicaeno a. C. 325. et Antiocheno a. 341. [sed v. *Assemann.* in bibl. orient. III. p. 588.]

Antiochus *Samosatenus*, qui interfuit concilio CPol. a. 381.

Antiochus *scepticus.* Supra in Laodiceno.

Ad Antiochum *scholasticum* exstant Isidori Pelusiotae epistolae.

[Antiochus *Silentiarius*, ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 148. et 318. *Harl.*]

Antiochi *sophistae* βιβλίον, ἀγορὰ ἐπιγραφόμενον, citatur a *Phrynicho* pag. 32. Eiusdem, vt videtur, Antiochi mentio apud *Pollucem* VI. 99. et in graecis ad Hermogenem scholiis pag. 13. De hoc Aegeate Cilice sophista et *cynico* videndi *Philostratus* lib. 2. de Sophist. pag. 568. seq. qui praeter declamationes alia eius φροντίσματα et, (quam laudat in primis,) *Historiam* commemorat, tum *Dio Cassius* lib. LXXVII. pag. 878. et ex eo Suidas in Ἀντίοχος αὐτόμολος. *Fabr.* Add. *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 58. περὶ Ἀντιόχου τοῦ ῥήτορος. *Harl.*

Antiochus *Syracusanus*, Xenophanis F. scriptor πάνυ ἀρχαῖος et Timaeo antiquior, qui rerum sicularum historiam libris IX. a Cocalo ad Olympiadem LXXXIX. et σύγγραμμα περὶ Ἰταλίας composuit. De eo *Vossius* lib. IV. Hist. graec. pag. 456. sq. Eius nonus historiarum citatur etiam a *Clemente Alex.* pag. 22. protreptici, et *Theodorito* in curatione graecar. adfect. pag. 115. In bibl. graeca doctissimi Meursii Antiochus Xenophanis a Syracusano male distinguitur, quod ipse haud dubie, si librum viuus potuisset edere,

- edere, emendasset. *Fabr.* Vide plura supra, in vol. II. p. 352. seq. et in *Mongitor.* bibliotheca sicula, tom. I. pag. 40. seq. *Harl.*

Antiochi *Syriae reges* fuere duodecim, de quibus Io. Vaillantius in Seleucidarum imperio ex numismatibus illustrato, vt Vsserium aliosque annalium V. T. scriptores et interpretes librorum Maccabaicorum praeteream. I. *Soter,* Seleuci F. ante Christum natum ab a. 283. ad 262. II. Θεὸς ab a. 262. ad 247. III. Magnus, qui etiam *Philometor*, Seleuci secundi frater ab a. 224. ad 187. IV. *Epiphanes* ab a. 176. ad 164. V. *Eupator* ab a. 164. ad 162. VI. *Balae* F. ab a. 145. ad 143. VII. Antiochus *Sidetes* ab a. 138. ad 131. VIII. *Grypus* ab a. 123. ad 97. [†] IX. *Cyzicenus* ab a. 114. ad 97. X. *Pius* a. 95. XI. Seleuci sexti frater a. 94. XII. *Dionysus* a. 87. seq. ante Christum natum. Ex his tertius, cuius theriacam laudant ex Eudemo Galenus lib. 2. de antidotis c. 14. Plinius lib. XX. cap. vlt. et Plinius Valerianus de re medica IV. 18. [Addendus est Antiochus XIII. Asiaticus, a Lucullo a. V. C. 685. in auitum regnum restitutus, a Pompeio a. V. C. 690. Syria priuatus, Commagene ei relicta. v. Eckhel. Doctr. Num. Vet. tom. III. p. 248 *Beck.*]

[Antiochi *Tiberii* (sic) Chiromantia *Romae* in bibl. Vatic. inter codd. Alexandri Petauii. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 87. *C.* sed a *Ios. Maria Mucciolo* in catal. MSStorum *Malatestinae* Caesenatis bibl. tom. I. p. 111. sq. Antiochus *Tibertus* dicitur. Nam Mucciolus §. VII. postquam antea *Darii Tiberti,* (circ. a. 1492.) equitis Caesenatis libris quaedam memoriae prodiderat, nr. 33. „*Antiochus*, ait, etiam ex illustri illa familia, (*Tiburti*) libros scripsit *Physiognomiae* et *Chiromantiae* festiuissimos, vt de rebus scilicet prorsus ineptis.) de quibus copiose loquitur *Varilas* in Anecdotis Florentinis, lib. 7. pag. 18.“ *Harl.*

Antiochiani, Corinthi Hieronicae Apollinis τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ Ῥωμαίοις πραχθέντων ἀφήγησιν narrationem de rebus ipsius aetate in Armenia, Mesopotamia et Media a Romanis gestis vt ineptam perstringit Lucianus libro de scribenda historia tom. II. pag. 623. seq. edit. Amst.

V. SEVERIANVS Gabalorum in Syria episcopus, Iohannis Chrysostomi amicus primum, mox aemulus et inimicus [b]), quo ipso non leuem maculam adspersit nomini suo, laudisque haud parum amisit, licet ob eloquentiam et ipse a quibusdam Chrysostomus [c]) adpelletur. Obiit Theodosii iunioris, quem sacro baptismo tinxerat, temporibus [d]), adeoque post a. C. 408. *Fabr.* Conf. *G. Caue* Hist. litt. SS. eccles. tom. I. pag. 375. — *L. Ell.*

b) *Socrates* VI. 11. et 24. *Sozom.* VIII. 10. *Niceph.* XIII. 9. *Palladius* in vita Chrysostom. E recentioribus *Tillemont.* tom. XI. memor. pag. 171. seq. *Gotfridus Hermantius* in Io. Chrysostomi vita etc.

c) Rich. Montacutius tom. I. Orig. ecclesiast. pag. 112.

d) Gennadius c. 21. de script. eccles. in codice vetustissimo Corbeiensi: *Seuerianus Gabanae ecclesiae episcopus — moritur minore Theodosio, filio suo in baptismate, imperante. Fabr.* Seuerianus a *Gennadio* l. c. vocatur *vir in diuinis scripturis eruditus, et in homiliis declamator admirabilis*, et additur, eundem ab Arcadio et S. Io. Chrysostomo ad faciendum sermonem frequenter vocatum esse CPolin. At stilum ei parum felicem, ieiunum et flaccidum esse, nec graeci sermonis elegantiam adtigisse, notat *Caue* I. p. 375. *Harl.*

du Pin Nouv. bibl. tom. III. pag. 75. *Ceillier* Hiſt. gen. des Aut. eccl. tom. IX. pag. 7. 217. 380. ſeq. *Hamberger.* zuverl. Nachricht. tom. III. p. 29. ſeq. — *Saxii* Onom. lit. part. I. ad a. 402. *Harl.*

Huius Seueriani Homilias XIV. *in Geneſin* MStas ſe habere teſtatus eſt Alexander Braſſicanus praef. in Saluianum. Ex illis *ſermones VI.* Εἰς κοσμοποιΐαν de mundi creatione graece edidit *Henricus Sauilius* inter S. Chryſoſtomi ſcripta tom. VII. pag. 587. ſqq. Graece et latine *Franciſcus Combeſis* in auctario nouiſſimo bibl. patrum tom. I. pag. 211. Pariſ. 1672. fol. [Iidem ſermones et homilia de ſerpente, gr. cum verſ. lat. *Bern. de Montfauc.* in huiusce edit. opp. Chryſoſtomi, tom. VI. p. 459. ſqq. add. ſupra, vol. VIII. p. 535. *Harl.*] Ex his deſumta fragmenta obſeruat *Caueus*, quae in Catena patrum in Pentateuchum, a Franciſco Zephyro vulgata latine, ad hiſtoriam creationis adducuntur. Nam cetera pleraque ad reliquos Moyſis libros Seueri potius ſunt, quam Seueriani. *Fabr.* Cfr. *Lambec.* IV. pag. 62. ſqq. de cod. CVII. nr. 4. qui adnotat, primam orat. in MS. cod. CX. (apud *Lambec.* IV. pag. 127.) et in ed. Sauiliana in principio eſſe aliquanto auctiorem: add. Kollarii notam, quam conferes, contra Caueum de cod. Braſſicano. — Ibid. pag. 262. in cod. CXLVI. nr. 21. ſunt excerpta miſcellanea ex Euſebii Pamphili, S. Cyrilli Alex. et *Seueriani* noſtri expoſitionibus in V. T. — Ibid. pag. 364. in cod. CLXIV. nr. 6. eſt interpretatio variarum V. et N. T. quaeſtionum ex Theodoreto Cyrenſi, *Seueriano* noſtro et aliis diuerſis patribus. — Ibid. in vol. VI. part. 2. pag. 269. in cod. XXV. nr. 7. eſt inter collectanea medica graeco-barbara fragmentum *Seueriani* noſtri de nomine primi hominis, Adami. — et de hominis adpellatione, in cod. *Eſcorial.* teſte *Plüero* in itiner. per Hiſpan. pag. 189. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCLVI. nr. 2. *Seueriani* homilia in mundi creationem. — ibid. in cod. DCCLVIII. ac DCCLXXVII. 1. (in adpendice ad catal. II. p. 613.) homiliae ſex, (ſed in priore mancae) in eamdem. — in cod. CCCXLIII. nr. 4. fragmentum, quo explicatur illud Geneſ. *fecitque deus duo luminaria magna.* — *Florentiae* in cod. Laurent. XXVII. nr. 3. plut. 4. ſunt *Baſilii* in Hexaëmeron homiliae IX. in quod opus nonnulla adſperſa ſunt ſcholia marginalia, in his *Seueriani* noſtri. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 550. ſeq. qui non ſolum ſcholion quoddam ad principium homiliae I. de Moyſe adfert; ſed in nota quoque 2. ſuſpicatur, illa ſcholia excerpta eſſe ex eius homiliis in Geneſin, quas mstas ſe habere teſtatus eſt Alex. Braſſicanus praef. in Saluianum. — Ibid. in cod. L. nr. 14. plut. 57. excerptum ex *Seueriano* circa mundi creationem et alia theologica: praeterea de XXII. litteris Hebraeorum Moyſi traditis a deo in monte Sina; de XII. magnis montibus; de menſibus ap. Iudaeos, Macedones, et Aegyptios; de aſſe, ſ. de nummis ac de triginta denariis, quibus venditus eſt Ieſus Chriſtus. v. *Bandin.* l. c. tom. II. pag. 433. — Sec. *Montfaucon* bibl. biblioth. MSSt. in bibl. *Vaticana*, (pag. 133. *A.* et p. 139. *B.*) in ſeptem codd. — in Bibl. *Caſſinenſi* (pag. 222. *B.* ac pag. 225. *B.* nr. 305.) homiliae. — *Mediolani* in bibl. Ambroſiana, (pag. 523. *D.*) ſermones. *Harl.*

Homilias LXXXVIII. Seueriani in homiliario quodam MS. bibl. Ambroſianae exſtare teſtatur *Mabillonius* tom. I. Muſei Italici pag. 13. alias etiam in codice bibl. Caſinenſis, de quo idem pag. 124. Apud *Oecumenium* in 1. ad Corinth. VI. pag. 416. edit. Veronenſ. citatur

citatur ὁ ἐν ἁγίοις Σευηριανὸς τεύχει νζ'. λόγῳ γ'. κεφαλαίῳ θ. Idem in cap. VII. p. 423. ὁ Σευηριανὸς ἔςιξεν ἔτως.

Εἰς τὸν ὄφιν τὸν χαλκῦν, *in serpentem aeneum*, homilia incipit: Ὁ τῦ Θεῦ λόγος ἀδελφοὶ, et graece edita inter tributas Chrysostomo tom. VII. Sauil. [?] pag. 448. Oratio secunda e decem, quas Chrysostomi nomine in lucem dederat card. Sirletus. Sed Seueriano adserunt Io. Damascenus, Hadrianus papa cum synodo Parisiensi, vt notatum Sirmondo ad Ennodium Tricensem pag. 88. [v. supra, vol. VIII. p. 506.]

Εἰς τὰς σφραγῖδας τῶν βιβλίων *de sigillis librorum*, homilia, quae incipit: μέγα τῆς ψυχῆς ἐφόδιον, et legitur tom. VI. Ducaei pag. 138. cum versione Io. Iac. Beureri, et graece tom. V. Sauil. pag. 689. Seueriano vindicatur Theodoreti et Hadriani papae auctoritate. *Fabr.* Gr. cum lat. versione Bern. de Montfaucon, in huius edit. Opp. Chrysost. tom. XII. p. 402.

Sermo *de pace*, in ecclesia CPol. habitus a. 401. quum a Io. Chrysostomo susceptus est, tantum latine exstat tom. VII. Sauil. pag. 948. Incipit: *In aduentu domini et saluatoris nostri.*

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν, *in incarnationem Christi*, homilia, quae incipit: ἐμνήσθην τῦ Θεῦ, edita graece tom. VII. pag. 307. videtur Seuerianum auctorem habere et sub eius nomine latine exhibetur a Combefisio in bibl. concionatoria. Seueriano etiam tribuunt viri docti homiliam *de natiuitate Christi*, quae occurrit graece tom. V. edit. Sauil. pag. 846. et incipit: μυςήριον ξένον καὶ παράδοξον. In neutra harum leguntur, quae ex Seueriani homilia in natiuitatem adfert Theodoritus dialogo secundo.

De cruce homiliam et in illud, *tu es, qui venturus es,* vulgauit graece Sauilius inter dubia Chrysostomi tom. V. pag. 898. Incipit: Καλῶς ἡμῖν καὶ σοφῶς. Eam MS. Mazariniano vsus idem *Combefisius* ex Damasceni auctoritate Seueriano vindicauit et latine a se versam edidit tom. I. bibl. concionatoriae pag. 36. qui vtraque etiam lingua vulgauit Paris. 1656. 4. cum aliis quibusdam Chrysostomi [c]). Idem testatus est, homiliam *in dedicationem crucis*, ex qua fragmentum produxit Gretserus, integrum exstitisse in bibl. Scorialensi. Quartum Seueriani λόγον εἰς τὸν ςαυρὸν citat *Damascenus* 3. de imagg. tom. I. pag. 385. et εἰς τὰ ἐγκαίνια τῦ ςαυρῦ pag. 327. 343. 365. *Fabr.* In encaenia crucis. Fragm. in cod. *Vindobon.* CCXLVIII. nr. 10. *Lambec.* IV. pag. 291. — *Paris.* in cod. DCCLI. 9. bibl. publ. ibid. in cod. CMLXXIX. nr. 15. *Seueriani* homilia in coecum a natiuitate. — ibid. in cod. MCVII. 4. et in cod. *August.* Vindel. (teste *Reiser.* in ind. MSS. August. pag. 12. nr. 32.) it. in cod. *Mosquensi* X. in 4. (v. *Matthaei* notit. MSS. Mosquens. p. 307. nr. 45. ed. in 8.) homilia in illud apostoli: *in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis.* — Collectanea ex eo aliisque, in cod. *August.* Vind. pag. 39. v. Reiser. l. c. pag. 39. *Harl.*

 [Εἰς

c) Inscriptio libri est: *Chrysostomi* liber aureus de educandis liberis. Eiusdem tractatus alii quinque. *Seueriani*, Gabal. episc. liber in S. crucem, Basilii etc. graece ex vetustis codd. card. Mazarini, cum interpretatione lat. *Franc. Combefis.* Paris. Ant. Bertier. 1656. 8. homilia eadem lat. in bibl. PP. max. tom. V. p. 1229. *Harl.*

[Εἰς τὰ θεοφάνια in cod. *Mosquensi* synod. CCLXXI. et edita est haec homilia a cl. *Matthaei* in Lectionibus Mosquensib. vol. II. Lips. 1779. 8. p. 1. sqq. — [Incipit: Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν. Repetita est in Append. ad Gallandii bibl. PP. tom. XIV. p. 145. sq. ibi primum addita lat. versione, cf. Prolegg. ad App. p. VIII. *Beck.* In cod. *Mosquens.* CCXLVII. φύσις καὶ ἐσία κατ' ἐδὲν διαφέρει. v. *Matthaei* not. cit. p. 193. *Harl.*]

Ex stili similitudine homilias longe plures Seueriano, sed non satis tuta coniectura tribuunt viri docti, vt videre licet apud *Eliam du Pin* tom. III. bibl. eccles. et *Tillemontium* tom. XI. memor. pag. 587. seq. Illam vero *de morte innocentum* homiliam, quae incipit: *Zelus quo tendat, quo prosiliat liuor*, et inter sermones Petri Chrysologi legitur CLII. atque inter Patrum homilias ab Alcuino collectas, neutiquam Seueriani esse, sed latini scriptoris [f]), ex ipso filo orationis arguit Combefisius, qui tamen homiliam *de SS. Trinitate*, quae incipit: οἱ κατὰ τῆς ἁγίας et inter suppositas Chrysostomo exstat tom. I. edit. nouae p. 832. (Sauil. tom. VI. p. 955. et Ducaei VI. pag. 160.) nec non alias plures tomo sexto Ducaei obuias, Seueriano potius, quam Ioanni Hierosolymitano tribuendas contendit.

[*Definitiones* Seueriani, *Florent.* in cod. Laurent. XI. 6. plut. 74. Sed cuinam Seueriano sint adscribendae, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. pag. 99. sibi compertum non esse, fatetur. *Harl.*]

[*] Seueriani [g]) κατὰ τῶν αἱρετικῶν citat *Damascenus* in parallelis sacris tom. II. p. 385. seq. 789. *Contra Nouatum Gelasius* lib. de duabus Christi naturis. At *Gennadius* c. 21. de script. eccles. *Legi*, inquit, *eius* expositionem in epistolam ad Galatas, et de baptismo et epiphaniae sollemnitate libellum *gratissimum.* Citatur etiam Seuerianus apud *Oecumenium* in cap. 1. epist. ad Galatas. Et in Anastasii Sinaitae hodego cap. 16. pag. 302. adfertur locus Seueriani in Coloss. II. 2. [h]) Alia ex Catenis in V. T. libros fragmenta illius graece et latine

f) Atque in cat. MSS. Angliae etc. tom. I. part. 2. p. 68. nr. 2044. de cod. *Oxon.* collegii Iesu citatur *Seueriani episcopi Caralitani* de innocentia: sed tom. I. part. 1. p. 116. nr. 2213. de cod. *Bodlei.* V. *Seueriani* de innocentibus, et tom. II. part. 1. p. 11. nr. 550. de cod. eccles. *Dunelmensis*, *Seueriani* sermo in festo natiuitatis de innocentibus. Teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1253. *A.* in cod. monast. B. M. de *Becco*, *Seueriani* et aliorum in festo SS. innocentium. *Harl.*

g) Seueriani, a Seuero monacho nominati, in haereticis saec. VI. numerantur. Secundum *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSStar. pag. 645. *A.* in bibl. *Bodlei.* excerpta ex Philoponi libro de dogmate Seuerianorum, et ibid. pag. 647. *D.* Leontii monachi opuscula varia contra Acephalos, Seuerianos etc. ac pag. 777. *D.* in cod. card. *Radulphi* Anastasii Sinaitae syntagma inscriptionum ὁδηγὸς, et contra Seuerianos aliosque haereticos. — *Vindobon.* in cod. LXXVII. Abucarae confutatio haeresis Acephalorum, Seuerianorum, i. e. Iacobitarum. v. *Kollar.* ad Lambec. VII. p. 292. — De secta *Iacobitar.* v. *Assemann.* B. O. tom. I. p. 424. II. p. 67. et tom. III. pag. 305. sq. 555. 579. 385. sqq. etc. ac tom. IV. multis locis. Item *Schroeckh* christl. Kirchengesch. tom. XVIII. p. 631. sqq — De *Seuerianis* add. *Assemann.* bibl. orient. tom. III. pag. 379. 384. 457. 543. confutantur a Nathanaële et Gabriele Tauratha, ibid. p. 224. 457. *Harl.*

h) Add. paullo ante de illa aliisque ineditis homiliis adnotata. In Theodoriti dialogis fragm. Seueriani. v. supra, vol. VIII. p. 291. — Fragmenta in permultis restant catenis patrum aliisque collectionibus: sic in cod. CXII. *Cromwelli*, s. nr. 291. cat. MSS. Angliae etc. in codd. August. Vindel. v. *Reiseri* indic. MSS. p. 9. et 39. In codd. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 41. 42. 67. 76. 82. 83. 84. 263. 264. et saepius. — *Venet.*

latine dedit Combefisius Auctar. nouiss. pag. 291-297. poteratque longe plura adferre nisi iure metuisset pleraque quae in Catenis sub Σεβηρ. Ἀντιοχ. nomine exstant, vt in illa ad Iobum, Seueri potius esse quam Seueriani.

Seueriani alii.

Seuerianus in Africa episcopus et confessor sub Genserico. Vide Prosperi Chronicon p. 746. Aëtio II. et Sigisuulto COSS. (a. C. 437.) — Alius Seuerianus in Africa episcopus, qui interfuit concilio Sardicensi a. 347. — Nec non Ceramussensis itidem Africanus, qui interfuit collationi Carthag. a. 411. *Fabr.* Martyrium *Seueriani*, conscriptum a Symeone metaphraste, in cod. XVI. Vindob. nr. 12. vid. *Lambec.* VIII. pag. 506. seq. et Acta Sanctor. ad d. 9. Sept. tom. III. p. 355. et 360. — et de cod. Vindob. XIX. nr. 6. v. *Lambec.* ibid. pag. 567. ibique not. Kollar. — In bibl. *Bodlei.* nr. 285. f. cod. CVI. 10. Cromwell. — *Florent.* in cod. Laurent. XX. 8. plut. 11. d. 9. Sept. diuersum ab edito in Act. SS. ad dictum diem. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 514. — in cod. *Mazarino.* — Vita *Mediolani* in cod. Ambrosiano; — in cod. *Sfortiano*, de quibus v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSStar. pag. 504. *E.* 702. *B.* et 1315. *D. Harl.*]

Seuerianus, *Africae* proconsul, cuius virtutes impense laudat Apuleius in Floridis.

Seuerianus, Aphrodisiadis in Caria episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 553.

Seuerianus, Arethusius in Syria episcopus, qui subscripsit epistolae missae ad concilium CPol. sub Mena a. 536.

Seuerianus *Damascius*, eruditione et critica laude insignis, cuius e Damascio meminit Suidas in Νόμος, et Σεβηριανός. *Photius* cod. CCXLII. Zeno, imperator, summas ipsi pollicitus est dignitates, si, ethnicorum superstitione relicta, Christianus fieri vellet: quod ille renuit.

[Seuerianus, episc. *Caralitanus*, cui in cod. Oxon. (vt paullo ante adnotauimus,) sermo *de innocentibus* adtribuitur. *Harl.*]

Seuerianus Gabalensis in Gallia episcopus, quem aiunt fuisse ante medium saeculi III. et celebrari in quibusdam martyrologiis 25. Ianuar. Ei sunt, qui tribuant sermonem *de paralytico*, qui est inter Petri Chrysologi sermones quinquagesimus. Incipit: *Christum in humanis artibus.* Alius Seuerianus in Gallia episcopus subscripsit concilio Regiensi a. 439.

[*Iacobus* Seuerianus de disciplinis variis, *Romae* in cod. monasterii Cryptae-Ferratae, teste *Montfaucon.* in Bibl. bibliothec. MSStarum I. pag. 200. *B. Harl.*]

Iulius

Venet. in cod. Marcian. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 17. bis. et 22. et cel. *Morelli* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 50. et 32. — *Florent.* in codd. Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 102. 254. 363. 545. nr. 1. — In cod. *Mazarin.* vid. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSStar. pag. 1309. *C. Harl.*

Iulius Seuerianus, rhetor, de quo dixi in bibl. latina med. et inf. aet. *Fabr.* in ed. *Mansi* tom. IV. p. 203. Add. *Iulii Seueriani* syntomata rhetorices, per Lucam Fruterium, Antwerp. 1589. 8. in cat. biblioth. Leidensis, pag. 270. — *Iulii Seuer.* de VII. disciplinis liber, MS. in 4. *Perizon. Leidens.* v. catal. bibl. cit. p. 494. nr. 11. et *Oxon.* in cod. C. collegii corporis Christi, siue nr. 1567. cat. MSS. Angliae etc. I. 2. pag. 51. *Harl.*]

Seuerianus, Pelagianus episcopus, cuius filius Agricola in Angliam haeresin illam intulit, vt narrat Prosper ad a. 429. Florentio et Dionysio COSS.

Omitto Seuerianum, (Seruianum aliis,) quem paullo antequam moreretur, Hadrianus occidi iussit nonagenarium, teste Dione; nec non Seuerianum, *Gallum*, temporibus Marci Antonini caesum omnibus cum copiis ab Othryade, Persarum duce, de quo *Lucianus* in Alexandro Pseudomante, tom. I. pag. 764. seq.

VI. THEODOTVS in Gennadii et Honorii codicibus, atque inde apud Posseuinum male *Theodorus*, Sophronio Hierosol. patriarchae apud Photium cod. CCXXXI. ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδοτος, vbi Photius addit, ne de alio Theodoto accipias, Ἀγκύρας ὅτος ἐπεστάτησε, *Ancyrae* (Galatiae vrbi) *ille praefuit* [i]), S. Cyrilli Alex. συναγωνιστὴς dicitur in Actis septimae synodi Act. [[?]] VI. Certe inter fortes Nestorii aduersarios strenue decertauit a. 431. in synodo Ephesina, in cuius actis parte IV. habentur graece et latine hae tres eius homiliae:

I. *In die natiuitatis Christi.* Incipit: λαμπρὰ καὶ παράδοξος. tom. III. *Labbei* pag. 988. et tom. I. *Harduin.* pag. 1644. et 1663. *Fabr.* In Christi natiuitatem, et in S. Dei genitricem, in cod. bibl. Mazarin. teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSStarum, II. pag. 1317. C. Hanc et sequentem orat. exstare in Concil. tom. III. pag. 988. et 1008. testantur Caue et Oudin. ll. citt. *Harl.*

II. *In natalem Saluatoris.* Incipit: λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς. tom. III. *Labbei* pag. 1008. et tom. I. *Harduin.* p. 1654. memoratur in Actis synodi septimae actione 6. *Fabr.* *Paris.* in cod. MCLXXI. nr. 14. bibl. publ. duae homiliae *in natiuitatem Domini*, et nr. 29. ac 30. eiusd. homil. in SS. *Theophania*, atque *in festum praesentationis*, quae homilia, praefixo Amphilochii Iconens. ep. nomine, edita est. — Ibid. in cod. DCCLXVI. nr. 2. et MMDCCLI. nr. 14. (vbi dicitur Theodotus *Moneremita*) orat. *in adnuntiationem deiparae.* — In cod. *Vindobon.* IX. nr. 12. adscribitur homilia illa in natiuitatem Christi *Cyrillo* Alexandr. archiepiscopo. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 82. sq. ibique Kollar. not. et quae supra ad vol. IX.

i) Conf. de eo *Gennadius* de scriptorr. eccles. cap. 55. et *Fabric.* ad illud in bibl. eccles. *Guil. Caue* in Hist. lit. de scriptorr. eccles. I. ad an. 430. p. 415. (quo iudice, stilus eius est facilis ac perspicuus, in disputando cum haereticis acer et vehemens, aduersarios pungit simul et adlicit, et orationis vehementiam admirabili quodam suauitatis temperamento lenire solet; isque subiicit iudicium Holstenii praefat. ad expositionem symb. Nicaeni:) *Tillemont.* Mem. eccles. vol. XIV. ad vitam Cyrilli Alexandr. art. 11. *Du Pin* Hist. eccles. vol. IV. p. 46. s. in Nouv. bibl. p. 69. *Oudin.* comment. de scriptt. eccles. I. col. 1172. sqq. *R. Ceillier* Histoire gener. des AA. eccles. tom. XIII. p. 448. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 125. ad a. 431. *Harl.*

vol. IX. pag. 493. nr. 175. adnotaui; add. in cod. vol. pag. 507. nr. 4. de *Proclo*, cui eam adtribuit *Vincentius Riccardus*, in ed. Romae 1630. 4. pag. 143. animaduertente Kollario, l. c. — Sed *Theodoti* Ancyrani nomen prae se fert in cod. *Vindobon.* LXXVI. nr. 43. in quo numero tres Theodoti homiliae nominantur: 1) contra Nestorium; 2) in natalem soteros nostri; 3) die natali soteros nostri habita, et in concilio Ephesino lecta. v. *Lambec.* III. pag. 391. ibique not. Kollar. *Harl.*

III. *Contra Nestorium*, in die S. Ioannis euangelistae. Incipit: Ὅπερ ἐςὶ τοῖς σώμασι ἡμῶν ἰατρός. tom. III. *Labbei* pag. 1024. et tom. I. *Harduin.* pag. 1665. Huic homiliae quadrat, quod *Gennadius* c. 55. de Script. eccles. ait, Theodotum, quum adhuc Ephesi versaretur, scripsisse aduersus Nestorium *librum redargutionis et refutationis dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sacrarum scripturarum detextum. Multis enim adsertionibus vsus est, antequam Scripturarum testimonia poneret* k). Praeterea ex illius scriptis exstant:

IV. Εἰς τὸ Σύμβολον τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων τῶν τιη'. *Expositio Symboli sanctorum CCCXVIII. patrum concilii Nicaeni.* Hic titulus est in codice MS., ex quo primum latina versione donatum a *Luca Holstenio*, vtraque lingua vulgauit, et Clementi IX. pontifici max. dicauit *Franciscus* cardinalis *Barberinus*. Rom. 1669. 8. v. libr. diurn. de letterati di Roma, 1670. pag. 29. *Franciscus* vero *Combefis*, qui cum noua versione et notis suis, subiuncta S. Germani patriarchae CPol. homilia in Mariae dormitionem. iterum edidit Paris. 1675. 8. pag. 1. sqq. maluit inscribere *librum aduersus Nestorium* siue *Nestorii ex Scriptura et fide concilii Nicaeni confutationem.* (v. Journ. des Sav. 1675. pag. 249.) Scriptus est ad Laulum, vt suspicor, qui ipsi pag. 90. φίλη κεφαλή. Ex hoc libro locus, qui exstat pag. 11. edit. Rom. citatur in Catena MS. bibl. Barberinae ad Actor. III. 15. Etiam in Actis Synodi VII. actione 6. inter Theodoti huius scripta memoratur ἑρμηνεία εἰς τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων.

V. Εἰς ἁγίαν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. *In S. deiparam et Simeonem.* Incipit: προφητικῶς ἡμᾶς καὶ τήμερον. Edita ab eodem *Combefisio* graece et lat. inter S. Amphilochii Iconiensis opera pag. 36. At neque huius est, neque, vt Sirmondo et Labbeo visum, Amphilochii Sidetae, sed, vt ex Nicephori CPol. antirrheticis adhuc ineditis viri docti obseruauere, Theodoti Ancyrani, sub cuius nomine eamdem latine ad MS. Mazarinianum recensitam exhibet idem *Combefisius* in bibl. concionatoria. [v. supra, vol. VIII. p. 376. nr. 4.]

[*Theodoti* ep. Ancyrani, Opuscula nunc primum collecta et digesta in *Gallandi* bibl. vett. PP. tom. IX. p. 423. sqq. scil. Expositio symboli Nicaeni p. 425. sqq. Homiliae, sermones, orationes (sex) p. 440. sqq. add. Prolegg. p. XXVII. sq. Tres Homiliae ex actis concilii Ephesini, reliquae tres, quarum duae postremae latine tantum editae, e Combefisio petitae sunt. *Beck.*]

[P] *Scripta Theodoti deperdita vel certe inedita.*

VI. *De Spiritus S. Deitate libri III.* Theodotus ipse in symbolum Nicaenum p. vlt. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν παρέργῳ νῦν εἰρήσθω περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐντελέστερον ἡμῶν

k) Edita est in *Io. Patusae* encyclopaedia philologica, vol. II. p. 366. et pag. 369. *Theodoti* homilia in natiuitatem soteros. *Harl.*

ἡμῶν περὶ τῆς θείκῆς δεσποτείας αὐτῦ δηλεγμένων ἐν τρισὶν ἑτέροις βιβλίοις, οἷς ἐντυχὼν, ξυνδοξαζόμενον πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τῆς θείας διδαχθήσῃ γραφῆς. *Verum illud obiter nunc dictum sit de Spiritu S. de cuius diuina maiestate plenius in aliis tribus libris disputauimus: quos si legeris, Spiritum S. pari honore cum patre et filio conglorificatum in sacris litteris disces.*

VII. Οἱ πρὸς Λαῦσον λόγοι κατὰ Νεσορίυ, ἐν τόμοις ἕξ. *Contra Nestorium libri sex* ad Lausum. Memorantur in Actis septimae synodi, actione VI. tomo IV. edit. Harduin. pag. 405.

VIII. Λόγοι siue *Homiliae* Sex in iisdem Actis septimae synodi, siue secundae Nicaenae a. C. 787. celebratae memorantur. 1. εἰς τὰ φῶτα *in sacra lumina*. [v. ad nr. 2.] Hanc vna cum aliis tribus ineditis habuit ex membranis antiquis et probatis descriptam *Combefisius*, vt ipse in notis ad Theodotum pag. 77. testatur.

2) Εἰς τὸν Ἠλίαν καὶ τὴν χήραν. *In Eliam et viduam.*

3) Εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον καὶ Ἰωάννην. *In S. Petrum et Ioannem.*

4) Εἰς τὸν χωλὸν τὸν καθήμενον πρὸς τὴν ὡραίαν πύλην. *In claudum sedentem ad speciosam portam.*

5) Εἰς τὲς τὰ τάλαντα λαβόντας. *In eos, qui talenta acceperant.*

6) Εἰς τὲς δύο τυφλές. *In duos coecos.*

Iconoclastae aduersus iconolatras hoc Theodoti Ancyrani laudabant testimonium: Τὰς τῶν ἁγίων ἰδέας ἐκ ἐν εἰκόσιν ἐξ ὑλικῶν χρωμάτων ἀναμορφῦν παρειλήφαμεν, ἀλλὰ τὰς τέτων ἀρετὰς διὰ τῶν ἐν γραφαῖς περὶ αὐτῶν δηλεμένων, οἷόν τινας ἐμψύχες εἰκόνας ἀναμάττεσθαι, ἐκ τέτε πρὸς τὸν ὅμοιον αὐτοῖς διεγειρόμενοι ζῆλον. Ἐπεὶ εἰπάτωσαν οἱ τὰς τοιάσδε ἀναςηλεῦντες μορφὰς· ποίας ἐκ τέτων ἄρα καταπολαύσιεν ὠφελείας, ἢ ἐν ποίᾳ διὰ τῆς τέτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται πνευματικῇ θεωρίᾳ, ἀλλ' εὔδηλον ὡς ματαία ἡ τοιαύτη ἐπίνοια καὶ διαβολικῆς μεθοδείας εὕρημα. Postrema verba etiam esse Theodoti, non, vt *Dallaeus* l. 5. de imaginibus pag. 227. suspicabatur, patrum CPolitanorum, patet ex Nicephori CPol. antirrheticis et Theodori Studitae epistola II. 36. ad Naucratium tom. V. opp. Sirmondi p. 442. vbi ad eundem Theodoti locum conantur respondere, non synodi septimae patres, negare illum esse Theodoti. *Fabr.* — *Eclogae Theodoti*, *Cantabrig.* in cod. X. coll. S. Trinitatis, s. nr. 479. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. part. 3. pag. 99. — ibid. nr. 1054. in cod. XXIV. coll. Caio-Gonuillens. *Theodotus*, (nescio, quis?) de veritate et falsitate. — Fragmenta in Catenis patrum. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 77. et 137. in cod. LXX. — eundem in bibl. biblioth. MSSt. pag. 702. E. supra, in vol. VIII. pag. 695. sect. XX. *Harl.*

Alii

[P] *Alii Theodoti.*

Theodotus *Alabandensis* in Caria episcopus, qui cum Theodoto Claudiopolitano a. 451. interfuit concilio Chalcedonensi.

[Theodotus, *anagnostes.* Ad eum scripsit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 570. 572. *Harl.*]

Theodotus ab a. C. 421. *Antiochenus* episcopus, quem Apollinaristas non paucos ad ecclesiam reduxisse testatur *Theodoritus* V. 38. Hist. de illo videndus *Henricus Noris* in historia Pelag. lib. II. cap. 4. *Fabr.* Vid. Photii cod. LII. et infra de h. cod. in capite de Photio. Adde infra vol. XI. p. 395. vet. ed. de synodo Hierosolymitana, cui Theodotus Antiochenus praesedit.]

[Theodotus, *archiepiscopus.* v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 294. et indic. ad illam, h. voc. *Harl.*]

Theodotus *Cassiteras*, Flauianus Melissenus, patriarcha CPol. ab a. 815. ad 821.

Theodotus *Chius*, rhetor, qui Ptolemaeum vltimum Aegypti regem docuit, eique fuit auctor, vt Pompeium nec reciperet apud se, nec dimitteret, sed interficeret, caputque Pompeii Caesari hoc auersanti obtulit, ipse postea interfectus iussu Bruti. Vide *Plutarchum* Pompeio pag. 660. Caesare pag. 730. et Bruto pag. 999.

Theodotus, *Claudiopolitanus* in Ponto episcopus: supra in Alabandensi.

Theodotus *coriarius*, patria Byzantinus, auctor Theodotianorum, qui saeculo secundo haeresin suam sparsit, de qua adpendix *Tertulliani* in praescriptione aduersus haeret. cap. vlt. *Hippolytus* contra Noëtum. *Eusebius* V. 28. Hist. *Hieronymus* contra Heluid. *Epiphanius* et *Damascenus* de haeresibus 54. *Philastrius* c. 50. *Augustinus* et auctor praedestinati c. 33. etc. E recentioribus *Io. Pearsonius* Vindic. Ignatii parte 2. p. 23. *Sirmondus* tom. II. Opp. p. 474. seq. *D. Mich. Waltherus* diss. *Iesus ante Mariam*, §. 10. seq. et *Thom. Ittigius* ὁ μακαρίτης de haeresiarchis apostolicae et apostolis proximae aetatis pag. 259. seq. *Fabr.* conf. supra, vol. VII. p. 124. sq. inprimis not. c. p. 149. not. *g.* et pag. 180. *Harl.*

[Theodotus, *diaconus*, et Theodotus *exconsul.* Ad eos scripsit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 568. 569. et 570. ter. *Harl.*]

[Theodotus, *dux exercitus.* Ad eum scripsit Theodorus Studita. v. *Montfaucon.* l. c. p. 324. *Harl.*]

Theodotus, *Euroeae* in Epiro episcopus, qui interfuit concilio CPolitano sub Menna a. 536.

[Theodotus, *Gangrensis*, in Paphlagonia, et eius vxor, *Rufina*, pietatis laude insignes. v. plura apud *Kollarium* in nota ad Lambecii commentar. VIII. pag. 469. *Harl.*]

Theodotus, *Gordenorum* episcopus in Lydia, qui subscripsit Synodico Sardensis concilii misso ad Leonem imp. post a. 451.

Theodotus *grammaticus*, citatur in Etymologico magno, voce Ὀρίγανον.

Theodotus, *Hierapolitanus* in Syria episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 381.

[Theodotus, *Laodicensis* episcopus et medicus. v. infra in elencho medicor. vett. vol. XIII. pag. 433. *Harl.*]

[Theodotus, *Manichaeus*, compescuit bellum et caedem exortam inter Baanitas et Sergiotas. v. *Photii* narrationem in epitome de Manichaeis repullulantibus, in *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 371. seq. *Harl.*]

Theodotus, *medicus* Atheniensis, cuius apud *Aristidem* rhetorem mentio tom. I. pag. 485. 502. 525. etc.

Theodotus *Montanista* apud *Eusebium* V. 3. et 16. hist. Pacianum epist. 1.

[Theodotus, *patricius*. Ad eum scribit Theodorus Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 324. *Harl.*]

Theodotus *philosophus*, cuius quartus aduersus Epicurum liber citatur a Laërtio X. 5. Alius philosophus hoc nomine, cuius vitam tribus libris scripsit Tribonianus Sidetes, Triboniani ICti Iustiniano imperitante aequalis, de quo Suidas in Τριβ. [Alius, v. supra, vol. III. pag. 190. *Harl.*]

[†] Theodotus *Phoenicius* Historicus, cuius scripta in graecam linguam transtulit *Laetus*, scriptor Φοινικικῶν, teste *Tatiano* pag. 171. *Clemente Alex.* I. Strom. pag. 326. ex *Eusebio* X. 11. praeparat euangel. etsi in Tatiani codicibus pro Laeto est Χαῖτος, in Eusebii Ἄιτος. Huius Theodoti mentionem facit *Iosephus* I. contra Apionem pag. 1051. [v. supra, vol. I. pag. 226. sect. IV.]

Theodotus pictor, de quo Naeuius apud Festum in *Penum*.

Theodotus, *poëta* graecus, quem ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων laudat *Eusebius* IX. 22. praeparat. et ex eo nouem hexametros adfert de vrbe Sicima, qui emendatius leguntur apud Grotium ad Iohann. IV. 5. [add. bibl. patr. Paris. 1624. vol. VIII. p. 158. fol. supra, vol. VIII. pag. 625. *Harl.*]

Alius Theodotus *poëta*, de quo vetus interpres ad Ouidii Ibin V. 467. *Theodotus poëta fuit, qui cum liberius in Mnesarchum regem scripsisset, ab eo crudeliter in Apollinis aede caesus est. Alii dicunt Tyrrhenos, cum cepissent Liparium castrum, fortissimum illorum de castro, Phoebo mactasse, vnde Gallus:*

Theudotus in bello Phoebo datur hostia, quamuis
Nequaquam sit homo victima grata Dei.

Verba

Verba Ouidii in Ibin, v. 467. ſunt:

Victima vel Phoebo ſacras macteris ad aras
Quem tulit a ſaeuo Theudotus hoſte necem.

vbi Domitius Calderinus adnotat, ſe reperiſſe Theodotum Bactrianorum regem ab Arſace rege Parthorum fuiſſe mactatum. Sed *Iuſtinus* XLI. 4. Theodotum illum, (qui Straboni Διόδοτος lib. XI. p. 515.) mortuum ſcribit, ab Arſace fuiſſe mactatum, non ſcribit. [v. ſupra, vol. II. p. 324. ibique not. *Ill. Harl.*]

Theodotus, *Palaeenſium* Cypri epiſcopus, interfuit ſynodo Nicaenae ſecundae a. 787.

[Theodotus, *presbyter* monachus, ad quem ſcribit Io. Chryſoſtomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 569. 570. *Harl.*]

Theodotus *pythagoreus*, qui, ne conſcios coniurationis proderet, linguam dentibus demorſam in tyranni faciem inſpuit, vt ex Timothei Pergameni libro de philoſophorum fortitudine narrant *Clemens Alex.* IV. Strom. p. 496. et *Theodoritus* VIII. de curat. graecar. adfect. p. 120. [v. ſupra, vol. I. p. 876. *Harl.*]

Theodotus, *Seleucienſis* in Iſauria epiſcopus, interſuit concilio CPol. [a. C. 553.

Theodotus *Sidonius* (Straboni XVI. p. 757. Διόδοτος) frater Boëthi peripatetici philoſophi, philoſophus et ipſe.

Theodotus *ſophiſta*, qui Lolliani et Herodis Attici pridem auditor, deinde aemulus, primus Athenis docuit ſtipendio ab imperatore Marco Antonino accepto decem mille drachmarum, ab eodem celebratus ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. Vide *Philoſtratum* lib. 2. de Sophiſt. cap. 2. pag. 566. ſeq.

[Theodotus, *ſtrategus*, (alii codd. Theodorus ſtrategus;) ad eum ſcribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 144. *Harl.*]

[?] Theodotus *Tarentinus*, inter pythagoricos memoratur a Iamblicho.

Theodotus *trapezita*, auctor Melchiſedecianorum, de quo b. doctor meus *Thom. Ittigius* diſſ. de haereſiarchis pag. 261. Huic vtpote Valentini ſectae fauenti, non Coriario eius aequali, tribuendas eſſe *eclogas*, quae ad calcem operum Clementis Alex. leguntur, et cum Combefiſii verſione a me exhibitae ſunt lib. V. huius bibl. cap. 1. ſententia eſt *Turneminii*, in memoriis Triuultianis a. 1717. pag. 389. ſeq.

Theodotae Athenienſis, cum Socrate colloquium refert *Xenophon* III. ἀπομνημονευμ. pag. 782. ſeq. Alia, ni fallor, de qua Soranus epiſtola ad Cleopatram: *Dabo tibi commentarios Theodotae et aliorum de vitiis et de curatione mulierum* etc.

VII. ANTIPATER Bostrensem in Arabia ecclesiam rexit statim post Constantinum episcopum, qui concilio Chalcedonensi a. 451. interfuit, siquidem paucis post concilium annis ad Antipatrum iam episcopum litteras dedit Leo imperator tom. II. Concilior. Harduini p. 690. Ad eumdem scripsisse S. Euthymius traditur ab auctore vitae Euthymii in tom. II. pag. 281. monument. Cotelerii, cuius adde iis notas pag. 636. seq. et Acta Sanctor. Iunii tom. II. pag. 685. *Fabr.* Conf. *Caue* Hist. lit. SS. eccl. I. pag. 447. ad a. 460. in primis *Oudin.* in comment. de SS. eccl. II. pag. 101. sqq. qui distinguit duo *Antipatros*, n. *seniorem*, (qui secundum Cauum circa a. 460. floruisse creditur, saltem ante synodum Nicaenam II. a. 787. qui scripsit Ἀντίῤῥησιν,) et *iuniorem*, auctorem homiliarum, cuius aetatem collocat ante a. 840. et cuius meminit *Leo Allatius* in diatriba de Simeonum scriptis, p. 89. et, „verum, inquit, in MSStis codd. (quos enumerat,) alia plura encomia Antipatri, Bostrorum episcopi, de diuersis argumentis, quorum titulis et inscriptionibus si fidem habeamus, non omnino a. 460. vel ante synodum Nicaenam II. exstiterit, sed longe post ipsam, vixque ante annum 840. vel saeculum nonum medium." — *Saxius* in onom. litt. I. p. 517. it in sententiam Caui et Fabricii. *Harl.*

1. Praecipuum ac celeberrimum eius opus fuit *ἀντίῤῥησις contra Pamphili apologiam pro Origene.* Incipit a verbis: ἐγὼ μὲν ἀρκούντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, vt notatur in Actis synodi Nicaenae secundae a. 787. celebratae, actione V. tom. VII. *Labbei* p. 367. sq. (*Harduin.* tom. IV. p. 304.) vbi fragmenta quaedam e libro primo exstant. [v. supra, vol. VII. pag. 241.] Longe plura et ampliora ἐκ τῆς κατὰ τῶν βλασφημιῶν Ὠριγένους πραγματείας κεφαλ. ιε, ις, seruauit *Io. Damascenus* in parallelis sacris tom. II. edit. nouae p. 764. ad 772. Vide etiam Cyrillum Scythopolitanum in vita S. Sabae, tom. III. monument. Cotelerii pag. 362. vbi narrat, Gelasium praepositum, vt succrescenti Origenianismo occurreret, Antipatri opus in ecclesia publice legendum ordinasse. Τὸ σύγγραμμα τοῦ ἐν ἁγίοις Ἐπισκόπου Βόστρων Ἀντιπάτρου, τὸ κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι παρεσκεύασεν. Mentio iterum pag. 364. *Fabr.* In duobus codd. Mazarin. sunt quaedam Antipatri opp. sed quaenam illa sint, non indicatur a *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSStar. II. pag. 1306. *E.* nec in vol. I. pag. 593. *E.* de cod. *August.* Vindel. LXVI. qui variorum patrum homilias continet. — In cod. *Coislin.* CCLXXVI. in Ioannis monachi eclogis sunt excerpta ex Antipatro contra Origenem. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 390. *Harl.*

2. Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Homilia *in S. Iohannem baptistam, silentium Zachariae et salutationem sanctissimae deiparae.* Incipit: Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* V. pag. 18. [p. 42. Koll. v. supra, in h. vol. p. 257.] Vidit etiam in Italiae bibliothecis Allatius, qui eius meminit pag. 89. libri de Simeonibus. Habuit [?] et Tho. Galeus. Si recte memini, (neque enim liber iam ad manus,) latine eam dedit *Combefisius* in bibl. Concionatoria. *Fabr.* tom. VII. bibl. concion. p. 106. Exstat praeterea homilia in *S. Ioann. Baptistam, silentium Zachariae*, et *salutationem Mariae*, in cod. *Taurin.* CXXXV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 232. — orat. in Ioannem, *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. — *Florent.* in cod. Laurent. Medic. XXVII. nr. 4. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag.

pag. 687. et in tom. I. pag. 445. nr. 6. — *Oxon.* in cod. Barocciano CXCIX. — in bibl. *Sfortiana.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSStar. pag. 700. *E.* et pag. 1317. *A.* in cod. *Mazarino* LXXII. *Harl.*

3. Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνεια. MS. apud eumdem Galeum. *Fabr.* In cod. *Thomae Gale* XXXVIII. siue nr. 5871. catal. MSSt. Angliae tom. II. — in cod. *Bodlei.* V. nr. 26. s. nr. 2500. cat. cit. tom. I. pag. 129. *Harl.*

4. Εἰς τὴν αἱμόῤῥουν. *In mulierem sanguinis profluuio laborantem.* Incipit: Ὅτι μὲν πρώτη ἡ Ἰουδαίων κλῆσις. Locus ex illa adfertur in Actis synodi Nicaenae secundae actione IV. tom. VII. *Labbei* pag. 208. (*Harduin.* tom. IV. pag. 169.) *Fabr.*

[Homiliam *in ramos palmarum* alii tribuunt Antipatro nostro; alii, iuniori, Tito. v. supra, vol. VIII. pag. 685. in §. XV. *Harl.*]

[In cod. *Thomae Gale* XXXI. descripto ex antiquissimo cod. in insula Chio, s. nr. 5865. cat. MSS. Angliae II. pag. 185. sq. *Antipatro* Bostrensi multae homiliae etc. adscribuntur, n. 1) encomium S. Athanasii; 2) oratt. adhortatoriae, quarum prima est de publicano et pharisaeo; 3) hom. in dominica filii prodigi; 4) in dominica septuagesima; 5) in dominica quinquagesima; 6) in praesentationem b. virginis; 7) laudatio b. virginis, quando praesentabatur in templo; 8) homil. in adsumtionem b. virginis; 9) in praesentation. b. virginis in templo; 10) de paralytico; 11) de cruce; 12) de daemoniaco; 13) de praedictione passionis dominicae; 14) encomium S. Ioannis euangelistae; 15) homilia de Ioanne theologo; 16) encomium Lucae euangelistae; 17) encom. Cosmae et Damiani, medicorum sine mercede; 18) homil. in introitum b. virginis; 19) in Christi natiuitatem. Sed *Oudin.* l. c. p. 102. seq. docet et concludit, propter celebritates festorum dierum b. virginis, (de quibus codex habet homilias,) quae et festiuitates Sctorum synodo Nicaena II. a. 787. sunt posteriores; vel esse haec omnia Antipatro Bostrensi seniori vel a Graecis recentioribus supposita, vel homilias illas pertinere ad Antipatrum aliquem recentiorem, qui circa saeculum nonum medium floruerit: et alia argumentorum pondera cumulat. — *Bandurius* editurus erat *Antipatri Bostr.* testimonium de muliere, sanguinis fluxu liberata. v. supra, vol. VII. pag. 630. II. *Harl.*]

Citatur quoque Antipater ab *Andrea* Caesariensi in Apocalypsin serm. 22. pag. 124. *Maximo* ad cap. 7. *Dionysii* de eccles. hierarchia etc. Sunt etiam, qui eius homiliam in adnunciationem b. virginis et in natiuitatem Christi commemorent. *Fabr.* Citatur, aut fragmenta in catenis patrum alienisque collectionibus occurrunt. v. *Lambec.* III. p. 165. *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 251. et 390. et in Bibl. biblioth. MSStar. pag. 1309. *E. Harl.*

Antipatri alii.

Antipater *Acanthius*, grammaticus, vt videtur, quem citat *Ptolemaeus* Hephaestion lib. I. apud Photium cod. CXC.

Antipater

Antipater mathematicus ſiue *aſtrologus*, Vitruuio IX. 7. memoratus.

L. Caelius Antipater [circ. a. V. 624. ante Chr. nat. 128.] romanam hiſtoriam ſcripſit ad L. Aelium Stilonem, Varronis magiſtrum, in compendium miſſam a M. Bruto. De illa *Voſſius* lib. 1. de Hiſt. latinis cap. 8. Pauca quaedam eius λείψανα in fragmentis veterum hiſtoricorum latinor. [add. infra, vol. XII. p. 333. ed. vet. *Hamberger* zuverl. Nachricht. I. p. 404. et *Saxii* Onom. lit. I. p. 140. *Harl.*]

Antipater *Cauni* in Lycia epiſcopus, interfuit concilio Chalcedonenſi a. 451. Alius, vt videtur, Antipater Caunenus in concilio Rom. a. 503.

Antipater ſiue Antipas *Aſcalonita*, pater Herodis magni Iudaeorum regis, de quo multa Flau. Ioſephus.

[Antipater *Cyrenaeus*. v. ſupra, vol. III. pag. 615. — *Antipater* quidam ſcripſit *de legibus*, cuius MS. eſt in bibl. quadam *romana*, teſte *Montfaucon* in Bibl. biblioth. MSStar. pag. 201. *A. Harl.*]

Gallus Antipater, qui ſcripſit vitam Aureoli Tyranni. Vide Trebellium Pollionem in Claudii vita cap. 5. qui eum ob adulationem *ancillam honorum et hiſtoricorum dehoneſtamentum* adpellat.

Antipater *grammaticus*. Schol. Ariſtoph. ad aues [1403.] Vide *Ionſium* lib. I. c. 13.

Antipater *Hierapolitanus* audiuit ſophiſtas Adrianum et Pollucem, Zenonemque Athenienſem. Imp. Seuero ab epiſtolis fuit, in quibus ſcribendis excelluiſſe eum *Philoſtratus* teſtatur, qui narrat etiam aemulum fuiſſe et inimicum Heraclidis Lydii, et liberos imperatoris inſtituendos ipſi datos fuiſſe, lib. 2. de Sophiſt. pag. 606. ſeq. Idem Philoſtratus haec de eius ſcriptis: Ὀλυμπιακὲς τε ἡμῖν διῄει καὶ παναθηναϊκὲς λόγυς. Καὶ ἐς ἱϛορίαν ἔλαβε τὰ Σεβήρυ τῦ βασιλέως ἔργα. In numo Fuluiae Plautillae Auguſtae, quae vxor Caracallae fuit, ex altera [℞] parte legas ἐπὶ ϛρατηγῦ Ἀντιπάτρυ Ἱεραπολιτῶν. Vide Harduini numos vrbium illuſtratos pag. 212.

Antipater *Iolai*, rex Macedoniae, de cuius ſcriptis dixi inter Ariſtotelis diſcipulos lib. 3. cap. 11. [ſupra, in vol. III. pag. 465. ſeq.]

Antipater *Macedo* iunior, cuius epigrammata leguntur in Anthologia. [v. ſupra ad vol. IV. pag. 461. *Harl.*]

Antipater *medicus* inter methodicos memoratus Galeno lib. I. methodi medendi c. 7. citatur et alibi ab eodem Galeno, Coelio Aureliano, Aëtio etc. *Fabr.* V. infra, in elencho medicor. vett. vol. XIII. pag. 64. ed. vet. et ſupra, vol. IV. pag. 359. add. *Villoiſon.* prolegomm. ad Homeri Iliada pag. 32. *Harl.*

Antipater ὀνειροκριτικῶν ſcriptor laudatur ab *Artemidoro* IV. 67.

Antipater

Antipater *Palirenſis* de quo Meurſius in bibl. graeca; non diuerſus eſt ab Antipatro Iolai, rege Macedoniae. Paliura Antipatri patria, Macedoniae ciuitas.

Antipater, Plutarchi aequalis, ab eo memoratus in Conuiualibus quaeſtionibus.

Antipatri *praeſidis* τȣ̃ ἡγεμόνος epiſtola ad S. Baſilium et Baſilii ad Antipatrum 203. ſq. [MS. *Lambec.* III. pag. 291. Koll.]

[Antipater, *proconſul* in Achaia. v. *Montfauc.* palaeogr. gr. pag. 275. *Harl.*]

Antipater libro tertio περὶ Ῥόδȣ, citatur a Stephano Byz. in Ἀρμενία. Confer Voſſium de Hiſtoricis graecis lib. 3. pag. 324.

Antipater, *Rhoſi* in Cilicia epiſcopus, qui concilio Antiocheno interfuit a. C. 363.

De Antipatris ſtoicis *Sidonio*, *Tarſenſi*, et *Tyriis* duobus dixi lib. 3. cap. 15. f) Antipatri ἑταῖρον Soſigenem memorat Alexander Aphrodiſeus libro de mixtione pag. 142.

Antipater *Theſſalonicenſis*, cuius, quemadmodum Sidonii, epigrammata exſtant in Anthologia. Citat et Etymolog. magnum in Καυσία, Stobaeus etc. *Fabr.* In cod. Baluſii, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSStarum pag. 1303. *B.* et ad anteced. artic. *Harl.*

Antipater *Trapezuntius* qui ſubſcripſit relationi in ſynodo CPol. ſub Mena a. C. 518.

CANDIDI Iſauri, chriſtiani ſcriptoris et concilio Chalcedonenſi fauentis, *libros tres Hiſtoriarum* ab tempore Leonis in imperatorem euecti a. C. 457. vsque ad Zenonem a. 491. defunctum, deſideramus, praeter excerpta ſeruata a *Photio* cod. LXXIX. quae tomo primo ſcriptorum hiſtoriae Byz. poſt excerpta de legationibus cum notis ſuis dedit *Philippus Labbeus* Pariſ. 1648. fol. Vide, ſi placet, quae de hoc Candido notaui volumine VI. p. 239. [ſ. vol. VII. pag. 543. ſect. 9. n. edit. conf. *Caue* Hiſt. litter. SS. eccleſ. I. pag. 466. ad a. 497. quo illum claruiſſe ſcribit. *Harl.*]

Alius *Candidus*, qui, temporibus impp. Commodi et Seueri clarus, ſcripſerat in Hexaëmeron, teſte *Euſebio* V. 27. hiſt. Eiusdem meminit *Hieronymus* de Script. eccleſ cap. 48. [v. *Caue* l. c. pag. 95. ad a. 196. *Harl.*]

[P] Candidus *Valentinianus*, Origenis aequalis, cuius meminit idem Hieronymus libro ſecundo aduerſus Rufinum.

Candidus

f) Vol. III. p. 557. ſq. vbi quoque de *Antipatro Sidonio*: item de hoc et *Antipatro Theſſalo*, eorum aetate atque epigrammatibus ſupra ad vol. IV. p. 461. ſq. *Ant. Sidonii* epigramm. ſunt quoque in *Leonardi Philarae* anecdotis anthologiae gr. in cod. CCCLII. *Coislin.* v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 519. — *Florent.* in cod. Laurent. XVIII. plut. 32. in calce Homeri Iliad. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 147. — ib. I. p. 543. excerpta in Arſenii violaria compoſitione, in cod. XXVI. plut. 4. *Harl.*

Candidus Arianus, qui poſt medium ſaeculi quarti vixit, et latine ſcripſit *libellum de generatione diuina* ad Marium Victorinum, qui addita Victorini confutatione lucem vidit ad calcem commentariorum *Bernhardi Ziegleri* in Geneſin Baſil. 1548. fol. [et correct. inter Orthodoxographos Baſil. 1550. et 1555.] et cum reliquiis Victorini editis iunctim ab *Andrea Riuino* Lipſ. 1652. 8. Fragmentum epiſtolae Candidi ad Victorinum vna cum Victorini reſponſione exſtat apud *Io. Mabillonium* tom. IV. Analect. p. 155. Alia Candidi epiſtola, qua Victorino ſcribendorum librorum quatuor contra Arianos anſa data fuit, legitur in haereſiologia *Io. Heroldi* pag. 171. *Fabr.* Conf. *Cauei* Hiſt. lit. SS. eccl. I. pag. 229. ad a. 364. qui edit. Riuin. ſignat a. 1656. et de duabus Candidi epiſtolis legere iubet, quae *Ittigius* de bibliothecis PP. cap. 3. pag. 295-298. notauit. Inprimis conf. *Oudin.* in comment. de SS. eccleſ. tom. I. pag. 528. Is enim contra Caueum docet, fragmentum epiſtolae, (initio ac fine carentis,) ad Victorinum vna cum Victorini reſponſione, a *Mabillonio*, loco etiam a Fabricio citato, ex cod. msto corruptiſſimo deſumtum, et cum mendis editum, partem eſſe duntaxat operis Candidi *de generatione.* Add. *Fabric.* bibl. mediae et inf. latinitatis libr. III. tom. I. pag. 329. ed. Manſi, vbi edit. *Riuini* Lipſiae 1662. 8. prodiiſſe dicitur. *Harl.* Et *Schönemann.* bibl. PP. lat. I. p. 329-332.

Candidus *Fuldenſis*, qui praeter Chronicon Fuldenſe ſcripſit vitas Bungolfi et Aegilis, abbatum Fuldenſium, ex quibus haec edita eſt a *Chriſtophoro Browero* in ſideribus illuſtrium et ſanctorum virorum Germaniae, Mogunt. 1616. 4. et a *Io. Mabillonio* Saecul. Benedictino quarto part. I. pag. 226. Vide *Voſſium* de Hiſt. lat. II. cap. 34. pag. 307. Claruit hic Candidus circa a. C. 820. *Fabr.* V. *Oudin.* commentar. de SS. eccleſ. tom. II. pag. 42. ſecundum quem ab a. circiter 780. vsque ad a. circiter 850. in monaſterio Fuldenſi claruit. Add. *Fabricii* bibl. cit. pag. 329. vbi plures *Candidi* memorantur. *Harl.*

[Addantur *Petrus Candidus*, Camaldulenſis, qui edidit *Homerocentra*, Venet. 1504. 4. apud Ald. Manut. (v. ſupra, vol. I. p. 553.) et ibid. MIIIID. (1496.) *Theſaurum cornu copiae*, fol. *Saxius* in Onom. lit. II. pag. 521. citat de eo *Laurentium Mehus* in praefat. ad Ambroſium Trauerſarium pag. LXXXVIII. ſeq. *Harl.*]

[*Candidus*, *medicus*, de quo v. infra, in elencho medicor. vett. ſ. vol. XIII. p. 107. ed. vet. *Harl.*]

[*Petrus Candidus Decembrius*, circa a. 1450. de quo plura prodiderunt *Fabric.* in biblioth. mediae et infimae latinitatis tom. II. p. 17. ſeq. ed. Manſi, atque *Saxius* in Onom. lit. II. pag. 443. — *Candidi Decembrii* epitome romanae hiſtoriae eſt in cod. mst. *Ambroſ.* Mediolan., teſte *Montfaucon.* in bibl. MSSt. pag. 511. *E. Harl.*]

VII. SIMEON [m]) Stylites ſiue anachoreta columnaris et cionita dictus a κίονι, ϛύλῳ ſiue columna, in Syria prope Antiochiam, in quam aſcendit a. C. 419. et in ea vixit vsque

m) Simeonem ſtylitem cum Simone Petro apoſtolo inſcite confundit blaſphemus liber תלדות ישו p. 23. edit. Wagenſeilianae. *Fabr.* Eum alii confuderunt cum *Simeone Meſopotamio*, docente *Lambecio* in comment. libr. V. pag. 198. ſqq. ed. Kollar. vbi de illo *Meſopotamio*, et tribus Stylitis Simeonibus agitur. *Harl.*

que ad a. 460. [n]) longaeuitate [o]) non minus, quam ſingulari ſanctimoniae laude inſignis: cuius memoriam celebrant Graeci 1. Septembr. [p]) et de cuius vita et rebus conſulere iuuabit *Io. Bollandum* in Actis Sanctor. ad V. Ianuarii, tom. I. pag. 261. ſeqq. qui p. 264. latinam exhibet verſionem vitae ab *Antonio* monacho, Simeonis diſcipulo ſcriptae, (quae etiam occurrit in Herib. Roſweidi vitis patrum lib. I. pag. 131.) [[?]] nec non pag. 274-285. aliam Nicephoro XIV. 51. laudatam auctore *Simeone Metaphraſte* itidem latine ex verſione *Guil. Gratii* Brugenſis S. I. quae graece exſtat MS. in bibl. caeſarea, teſte *Lambecio* VIII. p. 233. [pag. 494. Koll. add. ad not. 4. ſiue *p* ſcripta.] De eodem Stylite *Theodoritus* in Philotheo cap. 26. *Euagrius* lib. I. c. 13. ſq. *Theodorus* lector, auctores vitae, S. Euthymii, S. Theodoſii, S. Auxentii, S. Danielis Stylitae etc. e recentioribus *Tillemontius* tom. XV. memor. pag. 347-391. *Leo Allatius* libro de Simeonibus pag. 10. ſqq. *D. Theoph. Spizelius* in veteri academia Ieſu Chriſti pag. 121. *Io. Henricus Vrſinus* tom. II. Analector. p. 177. etc. *Fabr. Frid. G. Lautenſacii* diſſ. de Simeone Stylita. Vitemb. 1700. 4. — *Du Pin* hiſtor. eccleſ. vol. IV. pag. 145. — *Caue* hiſt. lit. SS. eccleſ. tom. I. p. 438. ſeq. *Hamberger* zuverläſſ. Nachr. tom. III. pag. 196. ſeq. — Vita eius eſt quoque *Mosquae* in cod. VI. in quart. v. *Matthaei* notit. MSSt. Moſquenſ. pag. 301. nr. 1. ed. in 8. — *Florent.* in cod. Laur. XX. 1. plut. 4. ad 1. diem Sept. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 513. — *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXX. — in cod. Cromwellian. CVI. ſiue nr. 285. cat. MSS. Angliae tom. I. (vbi etiam adpellatur *Mandrita* a Μάνδρα, voc. graeco-barbaro, quod ſignificat *monaſterium*, v. *Lambec.* VIII. pag. 493. not. 5.) in cod. *Bodleiano*, nr. 2211. catal. dicti. — Fragmenta ex eius epiſtola ad aſcetam aliquem incluſum, vt et ex doctrinis aſceticis in cod. *Vindobon.* CCLI. v. *Lambec.* V. pag. 327. *Harl.*

Multa, inquit Allatius, hunc virum ſcripſiſſe, certum eſt. Nonnullae eius pro concilio Chalcedonenſi, aliisque negotiis eccleſiaſticis epiſtolae a ſcriptoribus memorantur. 1) *Prima* ſit ea, quam ad imperatorem Theodoſium ob Iudaeis ſynagogas, a Chriſtianis antea ablatas, et tunc redditas, adeo acriter ſcripſit, vt Theodoſius et mandata reuocauerit, et auctorem conſilii de reſtituendis ſynagogis magiſtratu abdicauerit. Meminit *Euagrius* Hiſtor. lib. 1. cap. 13. et *Nicephorus Calliſtus* lib. 14. cap. 51. 2) *Secunda* pro ſynodo Chalcedonenſi ad Leonem imperatorem. *Euagr.* lib. 2. cap. 10. et *Nicephor.* hiſtor. lib. 15. cap. 19. 3) *Tertia*, pro eadem ſynodo ad Baſilium, epiſcopum Antiochenum, quae integra apud Eua-

n) *Io. Garnerius* auctario opp. Theodoriti p. 197. ſeq. [conf. *Lambec.* VIII. pag. 674. ſqq. Koll.]

o) Franciſcus Baco Verulamius in hiſtoria vitae et mortis: *Vita religioſa et in ſacris occupata videtur ad longaeuitatem facere. Sunt in hoc genere vitae otium, admiratio et contemplatio rerum diuinarum, gaudia non ſenſualia, ſpes nobiles, metus ſalubres, moerores dulces, denique renouationes continuae per poenitentias et expiationes: quae omnia ad diuturnitatem vitae potenter faciunt. Quibus ſi accedat diaeta illa auſtera, quae maſſam corporis induret, ſpiritus humiliet, nihil mirum, ſi ſequatur longaeuitas inſignis, qualis fuit Pauli Eremitae, Simeonis ſtylitae et complurium aliorum monachorum ex eremo et anachoretarum.*

p) Vide *Lambecium* VIII. p. 220. et 232. (ſ. pag. 467. 494. ſqq. etc. ed. Kollar. et ſupra, in hoc vol. in elogiis Sctor. voc. *Simeonis Stylitae. Harl.*]

grium et Niceph. exſtat. 4) *Quarta* ad Eudociam imperatricem in eodem argumento. Nicephor. lib. 15. cap. 13. qua vel ſola Eudocia ab Eutychiano errore ad rectam fidem reducitur. 5) Profeſſio catholicae fidei, (niſi eadem ſit cum epiſtola 2. vt bene coniicit Caueus,) Meminit *Eulogius*, Alexandrinus epiſcopus apud Photium Cod. CCXXX. Ἀλλὰ καὶ τοὺς, ὅσοι ἐν τῷ μοναδικῷ διέλαμπον βίῳ, τὸ φρόνημα αὐτῶν ἐγγράφως ἀνομολογῆσαι ὁ Λέων διετάξατο, ὃ καὶ προθύμως πεπράχασι τῶν ἀρχιερέων τὸν ἀριθμοῦ εἰς χʹ ἐπὶ χιλίοις συγκεφαλαιωθέντος μηδενὸς ἑτερογνωμονήσαντος. μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Συμεὼν, ὁ ἐν τῷ στύλῳ τὸν ἀγγελικὸν ἐκεῖνον βίον διανυσάμενος. *Nec non iis, qui in religioſa et monaſtica vita celebres habebantur, praecepit Leo, vti ſententiam ſuam ſcripto profiterentur, quod epiſcopi numero mille ſexcenti prompte ſane executi ſunt, nemine, qui aliter ſentiret, deprehenſo: a quibus ſtetit et Simeon, qui in columna coelitum vitam aemulabatur.*

Praeter haec Allatio memorata, exſtat latina verſio breuis ſermonis *de morte aſſidue cogitanda,* quae incipit: *Animaduertite, fratres mei.* tom. VII. bibliothecae patrum edit. Lugd. pag. 1228. [gr. cum verſ. lat. Io. Chriſtophorſonii, Col. Allobr. 1612. v. cat. bibl. Leidenſ. pag. 69. *Harl.*] Eadem occurrit et in aliis bibl. patrum editionibus, vt Colonienſi tom. V. parte 2. et Pariſienſi a. 1589. vol. II. col. 443. ibid. 1624. vol. II. col. 73. lat. 1644. 1654. tom. II. et in adpendice ad edit. 1675. [Verum, non, Simeonem *Stylitam*, ſed Simeonem, abbatem *Meſopotamiae*, eſſe illius ſermonis auctorem, oſtendit *Lambec.* V. p. 201. ſeq. Kollar. ex cod. Vindobon. CCXXXVIII. nr. 3. *Harl.*

[☛] Fuit et *Simeon Stylites iunior* Thaumaſtorites q), qui vixit ab anno quarto Iuſtini ſenioris (Chriſti 521.) ad annum decimum quintum Mauritii, (Chriſti 569.) per annos 75. de quo *Conradus Ianningus* in Actis Sanctor. ad 24. Mai. tom. V. pag. 307. ſeq. vbi exhibetur graece cum Ianningi verſione vita huius Simeonis, laudata Nicephoro Calliſto XVIII. 24. et ſcripta a *Nicephoro* magiſtro ſiue rhetore Antiocheno, cognomine Οὐρανῷ, deſcripta vero ex MS. bibl. Vallicellanae. Compoſuit et vitam huius Simeonis *Arcadius* quidam Cypri archiepiſcopus, quae intercidit. Vide tom. V. Maii pag. 306. In eodem pag. 403-431. habes etiam graece e MS. Florentino cum Ianningi verſione vitam, coaeuo auctore ſcriptam, b. *Marthae*, quae huius Simeonis mater fuit. In ea pag. 426. ſeq. occurrit Simeonis *epiſtola ad Staurophylacem.* Memoratur et ᾠδὴ *pro terrae motu ſiſtendo* pag. 348. ne de aliis *precum formulis* dicam pag. 423. *Epiſtola ad Iuſtinum iuniorem*, pag. 378. Moriturus commendat *Canonem* ſuum ſiue *regulam.* pag. 401. De *epiſtola ad Euagrium* vide pag. 396. ſeq. et *Euagrium* VI. 23. hiſt. De *epiſtola ad Iuſtinianum* contra Neſtorianos et Eutychianos r), atque alia pro imaginibus, *Allatium* libro de Simeonum ſcriptis pag. 18. ſeq. vbi etiam de *tropariis* eius ſiue *hymnis* et *precibus.* Huius Simeonis ſermones XXXVI. aſcetici, arab. MSS. in bibl. Vaticana. v. *Aſſemanni* bibl. orient. tom. II. pag. 510. *b.* — [et *Oxon.* in

q) H. e. ὁ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει· conf. *Caue* Hiſt. lit. Scriptorr. eccl. tom. I. p. 508. ad a. 527. qui etiam animaduertit, eum acerrimum fuiſſe Eutychianorum et Neſtorianorum hoſtem, et obiiſſe a. 595. poſtquam in columna annos 68. exegiſſet. *Harl.*

r) Memorat eam Sophronius Hieroſolymit. ap. Photium, cod. CCXXXI. *Harl.*

in cod. *Rob. Huntington.* LXXI. f. nr. 5817. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. *Harl.*] — eius responsiones ad quaesita 252. — eiusdem sententiae 36. ibid.

Simeon denique *Stylites* tertius, presbyter et archimandrita, cuius memoriam Graeci recolunt die 26. Iul. de quo *Allatius* laudati libri pag. 22. v. Acta SS. tom. VI. Iulii p. 310. Omitto alios Stylitas veterum celebratos scriptis, vt *Theodotum Stylitem*, de quo Acta Sanctorum ad 28. Maii tom. VI. pag. 755. seq. *Ioannem Stylitem*, de quo vita Simeonis Stylitae iunioris tom. V. Maii pag. 311. *Nicetam Stylitem*, de quo Ephemerides Moscorum, iconibus illustratae 24. Maii ante Acta Sanctor. tom. III. Maii pag. 28. *Danielem Stylitem*, de quo supra pag. 71. *Lambecius* VIII. pag. 233. [p. 660. sq. ed. Koll. add. ib. pag. 494. 495. *Harl.*] et Nic. Comnenus Papadopoli praenot. mystagog. pag. 60. b. et *Petrum Stylitem*, a Constantino Copronymo male habitum, de quo Theophanes et Cedrenus ad a. C. 770. De horum Stylitarum ἀσκήσει quaedam non protrita *Iacobus Gretserus* libro primo rerum variarum. Columnam ipsam, in qua Simeon senior tot annos exegit, his verbis describit Iohannes Phocas in Allatii συμμίκτοις p. 5. Χερσὶ λαξευτῶν etc. *Lapicidarum opera, summitate montis admirandi* (inter vrbem Antiochiam et mare) *alte excauata, monasterium ex vno conflatum compaginatumque lapide exstruxit: in media monasterii* Ἧς μέσον αὐτοφυῆ λαξεύσας κίονα ἐν αὐτῷ τὰς βάσεις ἔθετο, *inter excisos lapides sua sponte nata columna gradus fixit*, super petram, *vt sacro eloquio traditur*, pedibus firmatis, *versus exorientem solem templum pulcerrimum Deo erexit, in quod discipulos conuocabat: atque ita sub dio* [?] *ipse commorans, illi tota nocte in templo stantes, vt decebat sanctos, debitum Deo cultum offerebant.*

IX. IOHANNES Hierosolymitanus, S. Cyrilli in episcopatu Hierosolymitano successor s) ab a. C. 386. vsque ad a. 416. quo diem obiit t). Hic pro Origenis causa, cuius

 mortui

s) Vide episcoporum Hierosolymitanorum seriem in Riccioli tom. III. Chronologiae reformatae p. 19. et in Actis Sanctor. tom. III. Maii, et tom. VII. p. 969. seq. *Iac. Bosii* Mediol. Istoria della sacra religione di S. Giovanni Gerosolimitano, part. 1. 2. et 3. Romae, 1594. fol. *Fabr.* Adde de nostro *G. Caue* Hist. lit. SS. eccles. tom. I. p. 281. sq. ad a. C. 386. vbi etiam de eius ingenio et stilo iudicatur, et de eius lite cum Cyrillo agitur. *Du Pin* nouvelle biblioth. tom. III. p. 87. *R. Ceillier* Hist. gener. des Aut. eccl. tom. X. pag. 87. *Mich. le Quien* Oriens christ. tom. III. p. 161. *Io Georg. Walch.* Hist. eccles. N. T. pag. 1526. *Hamberger.* zuverläss. Nachr. tom. III. pag. 1562. — Ab hoc Ioanne diuersus est *Ioannes, Hierosolymitanus patriarcha*, post medium saeculum decimum clarus, auctore Fabricio nostro, aut secundum *Lambec.* V. in indice pag. 716. circa a. 795. aut quem ex Ioanne Scylitze Curopalate *Kollar.* ad Lambec. V. p. 11. (vbi eius vita ex cod. *Vindob.* CCIV. nr. 2. recensetur,) animaduertit, postremis Nicephori Phocae temporibus viuum a Saracenis esse combustum, auctor vitae Damasceni: vide supra in vol. IX. p. 686. ibique not. *e*, et in hoc vol. pag. 217. — Eius vita est quoque *Mosquae* in cod. synod. CCXLVIII. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 161. nr. 11. et *Paris.* in cod. MDLIX. nr. 1. bibl. publ. In cat. eiusdem bibl. tom. II. in cod. CMXLVII. n. 9. exstat *Ioannis, Hierosolymitani* patriarchae, fragmentum aduersus illos, qui contendunt, aquam calidam in mysteriorum celebratione non esse adhibendam, et in cod. CM. nr. 8. *Ioannis*, archiepiscopi *Hierosolymitani*, de sacris imaginibus epistola ad Constantinum Caballinum. — Diuersus quoque ab *Ioanne* patriarcha CPolitano, circa a. Ch. 1430.. natione Graeco; scripsit de Spiritu Scto et dialogum de azymis; de illo multus est *Oudin.* in comment. citat. III. pag. 2366. seq. — Alius est in Actis concilii CPolitani a. 536. v. infra, in vol. XI. p. 432. ed. vet. *Harl.*

t) Vid. *Pagii* crit. Baron. a. C. 416. n. XX. tom. VII. p. 86. *Harl.*

mortui famae patrocinari ſtudebat, grauiſſimas cum Epiphanio et Hieronymo inimicitias ſuscepit, et modo Ario, modo Pelagio [u]) fauere fuit viſus obtrectatoribus ſtudii ſui: aduerſus quos teſte Gennadio cap. 30. de Script. eccleſ. ſcripſit *librum* [v]), *quo oſtendit Origenis ſe ingenium, non fidem ſequutum.* *Sed illo pridem deperdito, ecce tibi hominem lepidum, *Petrum Waſtelium*, Aloſtanum Carmelitam, qui ſub nomine *Ioannis Nepotis Syluani, Hieroſol. epiſcopi XLIV.* quem Carmelitam fuiſſe peierat, Carmelitis ſuis gratificaturus, promit veluti verſum e graeco magnum volumen, alio non ſane minore vindiciarum comitatum, Bruxellis 1643. fol. [w]) in quo haec Ioannis ſcripta venditantur, quae illius eſſe nemo veterum ſcripſit, nullus fide dignus codex MS. docuit:

I. *Liber de inſtitutione primorum monachorum* in lege veteri exortorum et in noua perſeuerantium ad *Caprafium* monachum, interprete *Aymerico*, patriarcha Antiocheno, tom. I. pag. 1-32. Idem hoc eſt cum illo, quod Trithemius vocat volumen inſigne *de principio et profectu ordinis Carmelitici*, tribuitque Iohanni patriarchae Hieroſol. et Carmelitae, qui vixerit circa a. C. 770. Habetur etiam in bibliothecis patrum Pariſ. 1589. et 1644. 1654. tom. IX. et Colonienſi tom. IV. et Lugd. tom. V. nec non in operibus *Thomae a Ieſu*, Carmelitae, Colon. 1684. fol. tom. I. pag. 416. Longam pro illo libro Apologiam, Baronio et Bignaco oppoſitam, poſt Petrum Waſtelium [x]) tom. II. pag. 1-210. ſcripſit M. Antonius Alegre in paradiſo Carmelitici decoris [ſ] pag. 576. ſqq. Lugd. 1639. fol. et *Daniel a Virgine Maria* in Vinea Carmeli pag. 671-685. Antwerp. 1662. 4. At non Iohannis Hieroſol. ſed latini et longe recentioris eſſe ſcriptoris, praeter Carmelitas vix quiſquam eruditorum dubitat. Vide Papebrochium ad tom. I. April. pag. 780. ſeq. et tractatu praeliminar. ad tom. III. Maii pag. XX. ſeq. et *Conradi Ianningi* Apologiam pro Papebrochio contra Sebaſtianum a S. Paulo, praemiſſam Actis Sanctor. tom. I. Iunii §. 49. ſeq. pag. XL.

II. *In Stratagemata Beati Iob*, ſiue in prima tria capita libri Iobi, commentariorum *libri III.* tom. I. pag. 33-106. Non diuerſi ſunt a libris tribus in Iobum, qui inter *Origenis*

u) Vide *Oroſii* librum de arbitrii libertate, quem Petrus Waſtelius in vindiciis ſiue tomo II. operum Ioannis Hieroſol. pag. 568. ait rectius inſcribendum: *aduerſus Ioannem epiſcopum Hieroſol. adfirmantem, ſenſu catholico dici, quod cum adiutorio et gratia Dei poſſit homo eſſe ſine peccato*, et Oroſio prorſus abiudicat Neſtorianique eſſe hominis contendit. Sane Pelagium oppugnaſſe Ioannes Hieroſol. diſerte traditur ab *Auguſtino* epiſt. 186. edit. nouae, vet. 106.) cap. X. et ab Arianiſmo ipſe eum abſoluit Hieronymus, (denique Ioanni reconciliatus), epiſt. 61. *Turian.* II. 9. pro epp. pontificum p. 199.

v) Ad Theophilum Alex. vide Waſtelii vindicias Ioannis Hieroſol. p. 530. ſeq. et qui de Ioannis illius vita accurate agit, *Tillemontium* tom. XII. memor. eccleſ. p. 186. et 197. De Hieronymi ſcripto contra Ioannem p. 197.

w) Inſcriptio operis eſt: *Ioannis Nepotis Syluani*, Hieroſolym epiſcopi. XLIV. — opera omnia, quae hactenus incognita, inueniri potuerunt: in vnum collecta, ſuoque auctori et auctoritati tribus Vindiciarum libris aſſerta, per A. R. P. *Petrum Waſtelium* — tom. I. II. Bruxellae, typis Io. Mommartii, 1643. fol. *Harl.*

x) Waſtelii Apologeticus pro Ioannis Hieroſol. monachiſmo in Carmelo, et pro libro de inſtitutione primorum monachorum prodierat ſeparatim Bruxell. 1611. 8.

Origenis scripta saepius latine prodierunt, quos neque Origenis neque Ioannis Hierosolymitani, sed latini scriptoris esse, existimauit praeter Erasmum, Rob. Cocum et Albertinum Is. Casaubonus in Casaubonianis pag. 143. Vide tamen, quae *Huetius* pag. 273. Origenianor. vbi coniicit auctorem esse Arianum aliquem ex iis, qui Luciani martyris discipulos se ferebant.

III. *In S. Matthaeum* ab initio euangelii ad cap. XIII. 14. et a capite XIX. ad finem capitis XXV. commentarius. tom. I. pag. 107-324. Opus imperfectum in Matthaeum, inter *S. Chrysostomi* scripta toties editum, de quo dixi volum. VII. huius bibl. pag. 646. [vol. VIII. pag. 552. n. ed.] Illud vt Io. Hierosolymitano vindicet, multa sed non satis clare aut solide disputat Wastelius tom. II. pag. 212-342.

IV. Fragmenta *ex commentario ad prima capita vndecim S. Marci*, a b. Thoma Aquinate sub S. Chrysostomi nomine laudata (in Catena aurea ad euangelistas), tom. I. p. 325-339. Haec quoque sola paene coniectura ductus Hierosolymitano suo tribuit Wastelius, quem primum Ioannis Chrysostomi breuiatorem fuisse hariolatur tom. II. p. 373.

V. *Fragmenta ex commentario in Lucam*, quae sub eiusdem Chrysostomi titulo extant partim in eius operibus, partim in Catena graeca Corderiana LX. patrum, et S. Thoma Aquinate (in continuo Euangelico siue Catena aurea, quam vocant, super eundem Lucam), tom. I. p. 340-380.

VI. *Homiliae LXIII.* fere omnes inter Chrysostomi opera saepius editae. 1. *in Iosephum de castitate*, ex Frontonis Ducaei versione pag. 381. Graece prima verba si quis requirat, nam Wastelius, vt dixi, omnia latine tantum dedit, haec sunt: οἱ ἐκ πελάγους μεγάλα. Chrysost. tom. VI. Ducaei p. 115. [*Montfauc.* tom. VI. pag. 604. sed, quae singulae deinceps reperiantur in ed. Montfauc. facile inuenies in indice homiliarum alphabetico, supra in vol. VIII. pag. 463. sqq. exhibito. *Harl.*]

2-6. *in Iobum*, ex versione Laelii Tifernatis, p. 383. Ἧκεν ἡμῖν ἐνιαύσιος, tom. VI. Ducaei pag. 67.

7. Fragmentum *Prooemii in Psalmos*, interprete Gentiano Herueto, pag. 399.

8-10. *In Psalmum II. III. XIV.* interprete eodem Herueto, p. 400. 402. 405.

[?] 11. 12. *In Psalm. L.* ex veteri interpretatione, p. 409. 416.

13. *In Psalm. XCV.* ex versione Erasmi, pag. 423.

14. 15. 16. *In Psalm. C.* Godfrido Tilmanno et CXVIII. ac CXIX. Herueto interpretibus, pag. 428. Haec Chrysostomi in Psalmos graece et latine leguntur tomo Ducaei tertio. [v. supra, vol. VIII. pag. 551.]

17. *De tribus pueris et fornace Babylonica*, ex versione Ducaei, pag. 444. καινὸν ὡς ἀληθῶς. Chrysost. tom. VI. Ducaei, pag. 126.

18. *De*

18. *De Susanna,* interprete eodem Ducaeo, pag. 447. Ἥκομεν ὑμῖν εὐγνώμονες. Chrysost. tom. VI. Ducaei, pag. 120.

19. *In decollationem S. Ioannis baptistae,* ex veteri versione, pag. 450.

20. *De vitandis scandalis,* tom. I. pag. 453.

21. *De diuite et paupere et de eleemosyna facienda,* pag. 454.

22-34. *In Marcum* homiliae quatuordecim, sub Io. Chrysostomi nomine incerto interprete pridem vulgatae a Godfrido Tilmanno, pag. 455. Has in latinis Chrysostomi editionibus licet reperire. [v. supra, de his et seqq. vol. VIII. p. 554.]

35. 36. 37. 38. *In Lucam* homiliae quatuor, pag. 475. itidem in latinis Chrysostomi editionibus obuiae.

39. 40. *In Iohannem* duae, incerto interprete, pag. 486.

41. Tertia in Iohannem, interprete Ducaeo, pag. 489.

42. *In laudem crucis,* ex versione Godfridi Tilmanni, p. 496. τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω. tom. VI. Ducaei pag. 241. [supra, vol. VIII. pag. 526.]

43. *De eucharistia* in encaeniis, incerto interprete, p. 496.

44. *In adscensionem Christi,* interprete Gerh. Vossio p. 498. Φαιδρόν μοι τὸ τῆς ἐκκλησίας. tom. VI. Ducaei, pag. 383.

45. *De Pentecoste,* p. 499. οὐρανὸς ἡμῖν γέγονε σήμερον ἡ γῆ. tom. VI. Ducaei, p. 192.

46. 47. *De Spiritu S.* incerto interprete, p. 502. et 506. χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι. tom. VI. Ducaei, pag. 173.

48. *De Christi diuinitate et ecclesia,* pag. 514.

49. *De fide et lege naturae,* p. 516. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, tom. VI. Ducaei, p. 149.

50. *In praecursorem domini,* pag. 522. ex Petri Pantini versione; οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες. tom. VI. Ducaei, pag. 261.

51. *De ecclesia siue turture,* p. 524. Ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος. tom. VI. Ducaei, p. 104.

52. *In principes apostolorum Petrum et Paulum,* interprete Gerhardo Vossio, pag. 526. Οὐρανοῦ καὶ γῆς. tom. VI. Ducaei, pag. 264.

[P] 53. *In S. Thomam apostolum,* interprete Ducaeo, pag. 528. τῷ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας. tom. VI. Ducaei, pag. 271.

54. *In sanctos XII. apostolos,* ex versione Gerh. Vossii, pag. 529. εἰκότως καὶ σήμερον. tom. VI. Ducaei, pag. 268.

55. *In*

55. *In S. protomartyrem Stephanum*, ex versione Ducaei, pag. 530. στέψωμεν ἄνθεσιν. tom. VI. Ducaei, p. 274.

56. 57. 58. *De poenitentia*, interprete Laelio Tifernate, p. 535. 538. 542.

59. *De Dauid*, eodem interprete, pag. 549.

60. *De persecutione* quam passus erat episcopus a Nouatianis. Incerto interprete, p. 551. πολὺς ὁ χειμών. tom. VI. pag. 248.

61. *De vanitate huius saeculi*, Ioachimo Perionio interprete, pag. 552. προτρέπεται καὶ κόλπος. tom. VI. Ducaei, pag. 98.

62. *In coecum a Christo sanatum*, interprete Ducaeo, pag. 557. πολλαὶ καὶ διάφοροι. tom. VI. Ducaei, pag. 482.

63. *De pseudoprophetis et falsis doctoribus*, ex versione Gerh. Vossii, pag. 563. σύντομος ὁ λόγος. tom. VII. Sauil. pag. 211. et VI. Ducaei, pag. 396. [conf. infra, vol. X. pag. 166. seq. ed. vet.]

X. NESTORIVS Germanicienſis Syrus, Diodoro Tarſenſi et Theodoro Mopſueſteno vſus magiſtris eſt, de quorum ſcriptis dixi volum. VIII. pag. 358. [vol. IX. p. 277. ſqq. n. ed.] et IX. pag. 157. ſeq. [in hoc vol. n. ed. cap. XXX.] Ex presbytero hinc Antiocheno factus a. C. 428. Siſinnii ſucceſſor epiſcopus CPolitanus, nec diu poſt maximis in eccleſia motibus imprudenti pertinacia ſua, et eloquentiae ſuae praefidens, materiam praebuit, ac qui reſtiterat magno zelo Arianis, Quartadecimanis, Macedonianis et Manichaeis, ipſe haereſeos reus actus in ſynodo Epheſina atque exauctoratus eſt a. C. 431. ſucceſſore dato Maximiano: obiitque in exſilio non ante a. 439. [v. Socrat. H. E. VII. c. 34.] *Fabr.*

[Si de quo ſcriptore eccleſiaſtico et ſectae cuiusdam ampliſſimae auctore multa in vtramque partem ſunt disputata et adhuc disputari ſolent: is ſane eſt Neſtorius; adcuſatus et infamatus a multis, qui quidem interdum τεχνολογεῖν, quam θεολογεῖν maluerunt; a nonnullis tamen, (vt eius doctrinae adſeclas, qui multi fuerunt, atque ſequaces, qui interdum fuerunt intemperantes, praetermittam,) partium ſtudio haud abreptis et mitius ſentientibus, licet non omnino ab omnibus criminibus liberatus, tamen lenius diiudicatus aut excuſatus. At tantum abeſt, vt eius vitam, doctrinam, errores, fataque, aut Neſtorianorum hiſtoriam, quorum omnium rerum vberior expoſitio et repugnat noſtro inſtituto, et ad hiſtoriam pertinet eccleſiaſticam, multorumque hominum, vt poſtea videbimus, diligentiam a longo tempore exercuit, copioſius perſequar; vt ne illius quidem patrocinium omnino ſuſcipere audeam. In paucis igitur, quae de eo dici poſſunt, acquieſcam. De patria Neſtorii v. *Socrat.* H. E. VII. cap. 29. p. 317. *Simeon. Beth-Arſamenſis* epiſt. de Barſauma, epiſcopo Niſibeno atque Neſtorianor. haereſi, ſyriace et lat. ed. ab *Aſſeman.* bibl. orient. I. p. 346. ſqq. rec. in Michaelis Chreſtom. ſyriaca nr. 1. Teſtante *Theodoreto* in Haeret. fabular. IV. cap. 12. Antiochiae litteris bonis et arte canendi inſtitutus, et ſecundum *Euagrium* in H. E. lib. I. cap. 2. ibi in coenobio quodam eſt commoratus. Quamquam cum *Theodoro Mopſueſteno* vſum eſſe

 magiſtro,

magiſtro, haud improbabile eſt, (vide ſupra, in hoc vol. cap. de Theodoro Mopſueſteno, §. 1. *Petau.* theolog. dogmat. tom. IV. libr. I. cap. 7. p. 35.) nondum tamen certum eſt atque exploratum, Neſtorium ab illo arripuiſſe haereſin. v. *Walch.* hiſt. haereſ. tom. V. pag. 315. ſq. et *Schroeckh* hiſt. eccleſiaſt. chriſtian. tom. XVIII. p. 184. praeſertim pag. 262. ſqq. Falſum eſt, eum fuiſſe diſcipulum, aut, quod iam multi refutarunt, filium Paulli Samoſat. v. *Walch.* pag. 313. Antiochiae presbyter factus, in orationibus ſacris auditorum auribus inſidiari, et auram popularem captare ſtuduit: cuius artis ſiue fraudis opera, et propter abſtinentiam vitaeque ſeueritatem magnam nactus eſt auctoritatem famamque. Dein ob illas vitae et orationis virtutes et alias cauſſas, quae commouerant imperatorem, admotus eſt epiſcopatui CPolitano. At ingenii vanitas atque arrogantia, nimium aduerſus Arianos et alios quosdam haereticos odium, et quod, Mariam eſſe θεοτόκον, palam et pertinacius negauit, excitarunt ei inuidiam; quo factum eſt, vt is incideret in Scyllam. Magni igitur motus orti ſunt. Baſilius, archidiaconus et archimandrita eius nomen atque errores detulit ad imp. Theodoſium, (v. acta concilii Epheſini, part. I. cap. 30. in *Manſii* collectione ampliſſ. tom. IV. p. 1101. ſqq.) Monachi aliique palam ei contradixerunt: et publicum doctorum ſacrorum CPolitan. editum eſt teſtimonium, Neſtorium renouare errores Paulli Samoſateni, (gr. et lat. in actis concilii Epheſini, part. I. cap. 13. in *Manſii* collect. tom. V. pag. 467.) MS. in cod. *Vindobon.* LXXVII. 10. v. *Lambec.* III. p. 383.) Accenſa eſt flamma oratione Procli, (apud *Manſium* tom. V. p. 578. et in *Mercatoris* Opp. tom. II. p. 19. cum antiqua verſione lat. ipſius Mercatoris, ſuſpicante quidem Garnier. ad Merc. pag. 26.) contra Proclum tamen Neſtorius in oratt. ſe defendit. Nemo tamen acrius ac vehementius Neſtorium adgreſſus eſt atque inſectatus, quam Cyrillus, qui primo per litteras Neſtorium fruſtra ab opinionis et doctrinae errore reuocare ſtuduit; dein alios ipſumque imperatorem, inprimis Coeleſtinum, epiſcopum romanum, variis artibus, contortis falſisque interpretationibus contra eum inflammauit magnasque excitauit tragoedias: ſub finem a. 430. Alexandriae contra eum congregavit ſynodum, cuius decretum, propoſitis a Cyrillo duodecim, quibus reuocaret Neſtorius, anathematibus, Neſtorio miſſum eſt; quibus hic totidem oppoſuit. In ſynodo tandem Epheſina, dein Chalcedonenſi, Cyrillus poſt multas agitatas controuerſias motusque excitatos perfecit, vt Neſtorius condemnatus ſuoque munere exutus in carcerem mitteretur, dein redire iuberetur Antiochiam, in monaſterium ſuum; anno autem circ. 430. edixit imperator, (vid. *Manſi* collect. concilior. tom. V. pag. 255.) vt Neſtorius Petram in Arabia, at, mutato forſan conſilio, Oaſin in Aegypto, relegaretur eiusque facultates in vſum coetus CPolitani conferrentur. Ibi vero vi barbarorum multa triſtia expertus eſt fata: (v. *Walchii* hiſtor. haereſium, V. p. 564. ſqq.) Oaſi tamen a. 439. adhuc vixit. De eius morte ac ſepulcro variae ſpargebantur fabulae. v. *Weiſmanni* introduct. in memorabilia hiſt. eccl. tom I. pag. 524. *Gundling.* in Gundlingianis, XXXV. *Aſſeman.* in bibl. orient. tom. II. pag. 55. et 316. ex Bar-hebraeo. — Epitome doctrinae haereticae Neſtorii, in cod. *Vindobon.* XLV. nr. 48. v. *Lambec.* VIII. pag. 936. — Haec omnia, et multa alia, quae ad vitam hiſtoriamque Neſtorii eiusque ſectae penitius curatiusque cognoſcendam facerent praeter VV. DD. inferius memoratos, et *Caue* hiſt. liter. SS. eccl. I. pag. 412. ſqq. vberius expoſuerunt cel. *Io. Matthias Schroeckh* in: chriſtliche Kirchengeſchichte, tom. XVIII. Lipſ. 1783. 8. pag. 176-312. et *Chriſt. Guil. Franc. Walch.* in: Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Ketzereien etc. part.

part. V. Lipf. 1770. 8. pag. 289-936. qui multo copiofius fingula enarrauit, ordinem temporis et controuerfiarum priuatarum non minus quam publicarum eorumque quae ab Neftorio eiusque tam aduerfariis quam patronis fcripta funt, explicuit, placita Neftorii aeque ac aduerfariorum diligenter recenfuit fobrieque examinauit, fuumque denique fubiunxit iudicium. De eius ingenii animique dotibus, virtutibus vitiisque, dextre vereque iudicauit idem pag. 337. fqq. In *definitionibus fidei orthodoxae*, (quas *Montfaucon* in bibl. Coislin. ex cod. CCV. graece cum verf. lat. pag. 265. feq. edidit, *Neftorii, hominis adoratorem et cum Iudaeis fentientis*, haerefis anathemate damnatur. — add. *Lambec.* VIII. pag. 752. Kollar. De *Affemanno*, qui in bibl. orient. paffim multa copiofe agit de Neftor. infra plura dicemus. Hic tantum addere lubet, ab illo etiam in bibl. orient. tom. II. pag. 443. *Neftorium Beth Garmae*, metropolitam ac tom. III. part. 1. pag. 492. ex fyriaca *Thomae* hiftoria monaftica *Neftorium Adiabenum*, metropolitam, commemorari. *Harl.*]

Scripta eius celebri edicto [y]) Theodofii iunioris cremari flammis iuffa, et feruari prohibita funt, vnde non mirum, licet *infinitos tractatus diuerfarum hypothefeon*, hoc eft, vt ego interpretor, fermones fiue homilias [P] compofuerit, tefte *Gennadio* cap. 53. de S. E. [z]) nihil fere quicquam eius aetatem tuliffe, praeter pauca illa, quae fcriptis aduerfariorum et conciliorum Actis inferta ad nos peruenere. Illae fiue *epiftolae fiue homiliae* maximam partem infra in Indice, quem fub extremum huius capitis exhibeo, fcriptorum in Actis concilii Ephefini et Chalcedonenfis occurrentium a me commemorabuntur. Ex catena inedita ad Pfalm. XXXIV. hunc locum non contemnendum produxit *Scipio Maffeus* [aa]), quem cum verfione mea adfcribam: Νεϛορίȣ. Τὸ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν δι' ἓξ αἰτίας φασὶ .... ἀναβελτιωθῆναι τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς βȣλόμενον· τύπτε γὰρ ἀδόκιμον χρυσίον καὶ καθαρισθήσεται. δεύτερον, ἵνα ὧδε μαϛιζόμενοι καὶ πολεμȣ́μενοι κȣφότερον πειραθῶσι τῆς αἰωνίȣ. Τρίτον ἵνα ταῖς τȣ́των μάϛιξι ἄλλȣς εὑρεθῇ σωφρονίζων. Πανȣ̃ργος γὰρ ἰδὼν ἄφρονα μαϛιζόμενον, κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται. Τέταρτον, τὸν βίον λοιμȣ̃ καὶ νόσȣ ἀπαλλάττων, πέμπτον, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῶν μαθητευθῶσι, τὰς ἐπενεχθείσας πληγὰς φεβηθέντες· ἕκτον, ἵνα μὴ εἴπωσί τινες, πȣ̃ ἐϛὶν ὁ Θεὸς τȣ̃ Δαβίδ, μὴ αὐτὸν ἐκδικεῖ καὶ σώζει; ȣ̓κ ἔϛι γὰρ σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτȣ̃. Πολεμηθῆναι δὲ τȣ̀ς πολεμȣ̃ντας εὔχεται ȣ̓χ ὡς μισάνθρωπος, ἀλλ' ὡς μισοπόνηρος. NESTORII. *Imprecationes aduerfus inimicos, aiunt, fieri a Dauide ob fex caufas. Prima, quo meliores illi reddantur. Nam*

Xxx 2 *et*

y) In actis concilii Ephefini tom. III. edit. Labbei p. 1209. (tom. I. Harduin. pag. 1716.) [in *Manfi* collect. ampliff. tom. V. p. 413.] Καὶ μηδένα τολμᾷν τὰς αὐτȣ̃ Νεϛορίȣ τȣ̃ ἀθεμίτȣ τε καὶ ἱεροσύλȣ ἀσεβεῖς βίβλȣς etc. *Decernimus praeterea, ne quis impios nefarii facrilegique Neftorii libros, quos de facra orthodoxorum religione et aduerfus dogmata epifcoporum, qui in facra Ephefina fynodo conuenerunt, edidit, habeat, aut legat aut transfcribat:* ἃς δεῖ σπȣδῇ πάσῃ ζητήσαντας δημοσίᾳ ἐμπίμπρασθαι, *quos etiam omni ftudio ac diligentia vndecunque conquifitos publice concremari volumus.* Plures eiusmodi fanctiones imperatorum, praefidumque in prouinciis aduerfus Neftorii et Neftorianorum fcripta congeffit *Iacobus Gretferus* lib. 1. de iure prohibendi libros malos cap. 9. [add. *Pagium* ad a. 435. *Noris.* Opp. tom. III. pag. 777.]

z) Pag. 24. in *Fabricii* bibl. ecclef. vbi conf. not. *Harl.*

aa) Giornale de letterati d'Italia tom. XXVI. pag. 64.

et aurum impurum percutiendo purgatur: 2) vt in hac vita puniti et adflicti, leniora aeterna experiantur: 3) vt horum castigatione alios erudire sibi contingat: nam prudens si viderit, stultum puniri, insigni exinde capit documentum sibi: 4) vt vitam hanc malis et calamitatibus liberet: 5) ne alii malos imitentur, sed poenas illis inflictas timeant: 6) ne sint, qui dicant: vbi est Deus Dauidis, numquid illum vindicat seruatque? non est illi salus in Deo suo. Optat vero aduersariis suis aduersa euenire, non tamquam inimicus hominum, sed malitiae. Fabr. Nolo hic repetere, quae iam supra, in vol. IX. cap. XXII. pag. 446. sqq. de Cyrillo Alexandrino, praecipue pag. 465. sqq. §. XII. XIII. p. 469. §. XVII. pag. 473. §. XXIII. pag. 474. sqq. V. in indice homiliarum etc. Cyrilli Alex. p. 483. sq. *de anathematismis Cyrilli ac Nestorii*, inuicem oppositis, item pag. 496. vberius disputata et de Nestorii quibusdam scriptis adnotata sunt. Quod autem Fabricius quaedam tantummodo Nestorii scripta commemorauit: haud incommodum videbitur, h. l. pleniorem eorum catalogum intexere. Qua in recensione sequutus sum tutum ac peritum ducem, *Walchium*, qui in historia haeres. tom. V. pag. 342. sqq. diligentissime in hac historiae parte versatus, doctissime omnia explicuit atque probauit, et in duas classes dispescuit scripta, quae Nestorio tribuuntur: ad priorem classem refert ea, quae ope certorum testium ei adsignari debent; posteriori vero classi adnumerat ea, quae Nestorio sine idoneis rationibus immo vero contra omnem probabilitatem adscribi solent. Plura de singulis apud illum inuenies. *Genuina* igitur Nestorii scripta habentur:

I. *Homiliae*, quarum tredecim *Marius Mercator* latine vertit, et Garnier in sua illius editione non solum edidit, sed etiam graeca, quae praesertim in Cyrilli Opp. passim seruata sunt ab interitu, loca diligenter collegit. Sunt autem

1. Homil. prima *de incarnatione Iesu*, quae tantummodo in lat. versione superest.

2. Homil. *de communicatione duarum in Christo naturarum:* cuius multae partes in actis concilii Ephesini partim, partim a Cyrillo sunt seruatae.

3. *Contra Nestorii aduersarios.* Ibidem plurima pars graece legitur.

4. *De incarnatione Iesu contra Proclum:* restat solummodo in latina versione.

5. De dogmate, *a Maria deum esse natum,* contra Proclum: graecus textus ex actis memoratis et Cyrillo collectus est.

6. Vti quoque hom. in ep. ad Hebraeos III. 1.

7. *Contra eos, qui propter communicationem vel diuinitatem morti obnoxiam esse putent, vel humanitatem tamquam deum adorent:* ex qua quaedam loca gr. supersunt.

8. Apud Mercat. pag. 65. sed ne versio quidem latina homiliae, cuius magnam partem gr. seruauit Cyrillus, integra esse videtur.

9. Ibid. pag. 66. in Matth. V. 23. reliquiae versionis lat. in actis Ephesinis etiam graece inueniuntur.

10. *Con-*

10. *Contra Macedonianos*, fragmentum.

11. In Ief. XIX. 6. pag. 68. lat. apud Mercator. ſed graece, paene integra, in actis memor.

12. Apud Mercator. pag. 85. lat. tantum verſa; vti

13. ibid. pag. 93. cuius tamen verſio antiquior et aliquanto diuerſa exſtat in ſynodico cap. 3. v. *Manſii* collection. V. p. 753. — Sequuntur homiliae alius argumenti:

14. et 15. *Contra Pelagianos*, ſecundum latinam Mercatoris verſionem in I. parte Opp. pag. 76. et 80. — Ibidem pag. 83. et 84.

16. et 17. Excerpta ex duabus orationibus: de quibus paullo poſt ad Fabricium quaedam adnotata ſunt.

II. *Epiſtolae*

1. *Ad Cyrillum*, in actis concilii Epheſini part. I. cap. 7. ap. Manſ. tom. IV. p. 885. et ibid. tom. V. pag. 491. vetus verſio lat. at gr. inter *Cyrilli* epp. tom. V. part. 2. pag. 21. et in *Garnier* ed. Opp. Mar. Mercat. tom. II. p. 44. *Vindobonae* in cod. caeſar. LXXVII. in quo multae ſunt Cyrilli aliorumque epp. aliaque, quae ad hanc controuerſiam et concil. pertinent Epheſinum, reperitur nr. 2. *Neſtorii* ad Cyrillum epiſt. reſponſoria: τὰς μὲν καθ' ἡμῶν ὕβρεις, et, teſte *Lambec.* tom. III. pag. 382. in concil. generalium ed. gr. lat. Vaticana, 1608. fol. tom. I. pag. 260. — Epiſt. reſponſoria: incipit: οὐδὲν ἐπιεικείας Χριστιανικῆς, cum epiſt. Cyrilli, ibid. in cod. LXXXVIII. nr. 3. et in citata concilior. ed. I. pag. 256. v. *Lambec.* III. p. 476. ed. Kollar.

2. *Ad Cyrillum*, Epheſi praelecta: gr. ac lat. ap. Manſ. tom. IV. p. 891. et in Cyrilli Opp. tom. V. part. 2. pag. 25. — cum Mercatoris lat. verſ. ap. Manſ. tom. V. pag. 715. et pag. 498. lat. verſio antiquior.

3-5. *Tres epp. ad Coeleſtinum*, epiſc. roman. graecus textus periit: lat. ap. *Manſium* tom. IV. p. 1021. ſqq. melius cum notis et prooem. in *Conſtant.* epiſt. pontificum roman. tom. I. pag. 1075. ſqq. etiam, ſed liberius mutatae, a Garnier. redditae in ed. opp. Mercatoris tom. I. p. 68. ſq. Tertiae epiſtolae verſio lat. a Mercatore facta, tantum ſupereſt apud *Garnier.* tom. II. pag. 80. *Manſium* tom. V. p. 725. et *Conſtant.* p. 1147.

6. *Ad Coeleſtium*, Pelagianum; latina verſio in Mercatoris Opp. tom. I. p. 71.

7. *Ad Ioannem*, epiſc. Antioch. lat. verſio in ſynodico cap. 3. ſeruata eſt. v. *Manſii* collect. tom. V. pag. 752.

8. Ad *ſcholaſticum eunuchum*; lat. in ſynodico cap. 14. et *Manſ.* l. c. p. 777.

9. Reſponſio ad *Antiochum*, imperatoris amicum, lat. in ſynod. cap. 25. et *Manſ.* p. 793.

10. Relatio *Neſtorii* eiusque adſeclarum ad imperatorem Epheſo miſſa, ante aduentum Ioan-

nis Antiocheni, gr. et lat. ap. *Mansium*, tom. IV. pag. 1231. Num vero illius auctor sit Nestorius, probabile quidem; nec tamen omnino certum esse videtur.

11. Fragmenta epistolae ad *Alexandrum* episc. Hierapol. lat. ap. *Mans.* tom. IX. p. 343. add. pag. 565.

12-14. Fragmm. trium epp. quarum duae ad praefectum prouinciae Thebaid. ap. *Euagrium*, H. E. lib. I. cap. 7. rec. a Garnier. ad Mercat. p. 324. — Apud *Euagrium* H. E. II. c. 2. Zacharias rhetor tradidit, Nestorium a Leone papa ad synodum Chalcedonensem fuisse euocatum. Hanc tamen fabulam, ait *Assemann.* in bibl. orient. II. pag. 40. ex subdolo *Xenaiae Mabugensis* ingenio primum prodiisse colligitur ex eius epistola, tum illius partem syriace et lat. edidit, dein pariter ex ea duo fragmenta ex *epistola quadam Nestorii*, sub exitum vitae scripta, syriace et lat. excerpsit; haud tamen dubitauit, eam esse Nestorio suppositam, et a Monophysitis confictam. Add. *de la Croze* epist. ad Iablonskium in thesauro epistol. Lacrozian. tom. III. pag. 181. sq. vbi hunc Xenaiae citat locum, et omni fide dignum esse censet, et multa hanc in sententiam adfert.

15. *Ad Cosmam*, ab Ebediesu pag. 30. tantum memorata.

III. *Anathematismi duodecim*, supra iam citati.

IV. Alii *duodecim anathematismi.* Supersunt in versione syriaca, et ex cod. rom. editi syriace cum versione lat. ab *Assemanno* in bibl. oriental. tom. III. part. 2. pag. 199. sqq. Adde de eodem cod. Assemanni et Steph. Euodii biblioth. Vatic. codd. MSS. cat. tom. I. part. III. p. 373. cod. CLXXIX.

V. *Historia suae controuersiae*, quam et Nestorius et Syrus interpres (ab Ebediesu citatus,) *Tragoediam* s. *librum Tragoediae* inscripsisse probabile videtur *Walchio* l. c. 348. seq. at nihil illius superest. Add. *Schroeckh* H. E. christ. tom. XVIII. pag. 281. seq. *Mans.* tom. V. pag. 762.

VI. *Liber Heraclidis*, ab Ebediesu tantum nominatus. Assemanno ad illum (in bibl. orient. tom. III. part. I. p. 36.) videtur esse de vitis patrum, qui alias *Paradisus* inscribitur, et *Heraclidis* nomen gerit, laudatque Cauei hist. lit. SS. eccl. I. pag. 205.

VII. Maior liber *de incarnatione Christi*, ex Gennadio de V. I. cap. 53. vberius descriptus a Walchio, p. 349. sq. qui aliorum quoque iudicia de eo sub examen vocauit.

VIII. *Fragmenta*, et quidem

1. ea, quae a Petro, presbytero Alexandrino, probabiliter ex maiore libro (nr. VII.) excerpta, actis concilii Ephesini inserta sunt: gr. et lat. in Mansi collect. tom. IV. p. 1097. sqq. et reddita a Garnerio in ed. Opp. Mercat. tom. II. pag. 96. sqq. antiquiorem lat. versionem edidit quoque *Mansius* l. c. tom. V. pag. 706.

2. Ea,

2. Ea, quae Garnier lat. edidit l. c. p. 103. et quae a Cyrillo excerpta, a Mercatore autem latine versa sint, prodidit.

3. Quadraginta et tria ap. Garnier p. 106. sqq. gr. et lat. a Cyrillo in libr. contradictionum excerpta.

4. Alia *Garnier.* p. 110. sqq. ex Cyrilli opp. collegit. — Insuper a) fragmentum a Maffeio repertum, et a Fabricio nostro paullo post repetitum: b) alia parua fragmm. ex libro quodam Nestorii haud nominato in actis concilii oecumen. quinti in *Mansi* collect. tom IX. pag. 343. c) tria testimonia de Christo, teste *Assemanno* in bibl. Vatic. codd. MSS. catal. tom. I. part. III. p. 373. qui in nota ad vol. III. part. I. pag. 56. ea ita indicat: primum, *an Christus sit deus:* alterum, *de eo, qui ambulauit super aquas maris;* tertium in illud, *deus meus, deus meus, quare dereliquisti me?*

Altera classis, indice *Walchio* pag. 352. sqq. constituit ea scripta, quae Nestorio sine idonea caussa, et contra probabilitatem criticae artis adtributa sunt.

I. Homiliae duae *de resurrectione et adscensione Christi*, et aliae, quas Garnerius in ed. Opp. Mercat. tom. II. p. 304. ab Nestorio scriptas esse perperam arbitrabatur; at Fabricius ipse paullo post iam refutauit Garnerii opinionem.

II. Ex epistola, quam Nestorius paullo ante concilium Chalcedon. scripsisse dicitur, quam quidem a Xenaia esse fictam et Nestorio suppositam suspicabatur *Assemannus*, duo loca ab *Assemanno* in bibl. orient. II. p. 40. syriace publicata: at spuria esse ista, Walchius ex eo potius, quod Nestorius, orta Eutychian. controuersia, non amplius in viuis fuisset, duxit argumentum.

III. *Liturgia*, quam ipse Fabricius genuinam esse, haud dubitauit: et quam *Marabas*, Nestorianorum patriarcha ab a. C. 535-552. et eius praeceptor, *Thomas* Edessenus e graeco in syriacum transtulere, et quam vsque in praesentem diem eius sectae homines vsurpant. v. *Assemann.* bibl. orient. III. 1. pag. 36. not. 5.

IV. *Expositio fidei* siue *symbolum;* sed auctorem habet Theodorum Mopsuest. v. supra in h. vol. in capite de illo Theodoro sub fin. — Τȣ̃ Νεστορίȣ τὸ σύμβολον, in cod. *Mosquensi* synod. XIII. exstat. v. *Matthaei* notit. etc. p. 22. ed. in fol. — Est quoque illud in *Mansi* collect. tom. IV. p. 1347. gr. et lat. et ibid. at latine solummodo, tom. VI. pag. 839. inter acta concil. Chalced. et tom. IX. pag. 271. inter acta quinti concilii oecum. graec. cum *Mercatoris* versione lat. in huius Opp. edit. tom. II. pag. 251. — Dein *Walch.* pag. 335. sqq. diuersas variorum narrationes de origine, initio atque incremento Nestorianarum controuersiarum refert, et quo ordine temporeque singulae orationes tam Nestorii quam aduersariorum habitae aliaque vtriusque partis scripta edita sint, diligenter inuestigat, sobrieque indicat. Enimuero plura addere, non vacat. De reliquis, quae ad historiam hancce pertinent, qui plura scire cupiat, eum ad Walchii librum praestantem ablegare cogor. Adiici tamen potest:

Διάλο-

Διάλογος Νεςορίε τε ἀνθρωπολάτρε καὶ αἱρετικε καὶ τε ἐν ἁγίοις Κυρίλλε πάπα Ἀλεξανδρείας· incipit: *Νεςόριος εἶπεν, ὅταν ἡ θεία γραφή. Mosquae* in cod. synod. XLI. fin. vid. *Matthaei* notit. MSSt. gr. Mosq. p. 62. ed. in fol. — in cod. *Vossiano*. v. catal. bibl. Lugd. Batau. p. 392. nr. 30. In bibl. *Bodlei.* cod. XXVI. Th. Roe, siue nr. 276. cat. MSS. Angliae etc. I. — *Oxon.* in cod. XI. coll. Baliolens. s. nr. 246. cat. dicti I. part. 2. est tractatus contra Eutychen et Nestorium. *Harl.*

Nestorii liber *περὶ ἀνθρωπήσεως*, *de incarnatione domini*, quem sexaginta duobus diuinae scripturae testimoniis prauo sensu suo constructum *Gennadius* testatus est cap. 53. de scriptoribus eccles. Garnerio [bb]) videtur idem esse, quem oppugnat Cyrillus Alex. in libris contradictionum tom. VII. Opp. varia ex illis loca ad verbum repetens, quae etiam exstant in Actis synodi Ephesinae. Testatur autem in praefat. libri primi Cyrillus in volumen illud Nestorii multos fuisse congestos sermones, per elementa litterarum ordine dispositos. Nestorii libros duos, ab Hesychio Hierosol. flammis traditos, memorat *Io. Moschus* in prato cap. 46. *Fabr.* Conf. *la Croze* epist. citat. in Thesauro epist. Lacroz. III. pag. 178. sqq. Is primum ex *expositione fidei*, (inter Opp. Iustini martyris p. 177. sqq. eiusque auctorem vel ipsum Nestorium esse coniecit, vel saltem hominem Nestorianum existimauit,) longum excerpsit locum, in eoque omnes Nestorii de incarnatione sententias nitidissime expositas inuenit. Tandem, „hic habemus inquit, totam incarnationis rationem ex mente Nestorii et Nestorianorum clare et perspicue expositam. Neque *φυσικὴ*, neque *ὑποςατικὴ* vniones hic memorantur; voces, quae a Cyrillo inuentore originem ducunt, priore tamen fere statim explosa, quod adluderet ad hanc Apollinarii formulam, *vna natura verbi incarnata.*" Secus sensit *Assemann.* in bibl. orient. vol. IV. s. potius tom. III. part. 2. p. CXC. sqq. dissert. de Syris Nestorianis, cap. 7. §. 2. in quo Diodori, Theodori ac *Nestorii* haeresin circa incarnationem Verbi latius exponere et demonstrare studuit. add. §. III. de erroribus Nestorii, qui ex priore illa fluxerunt. *Harl.*

Symbolum non Nestorii ipsius sed Theodori potius est Mopsuesteni. Vide, quae supra [in cap. de Theod. Mopsuesteni scriptis, pag. 360.]

[P] In Ebediesu catalogo librorum Chaldaeorum n. 29. *Nestorius composuit plures libros; qui autem remanserunt ex illis, sunt isti: Liber tragoediae* [cc]), *liber Heraclidis et epistola ad Cosmam, qui translati sunt tempore Paulli* [dd]): *Eius prolixa Liturgia* [ee]) *quam traduxerunt Thomas et Maraba, et liber vnus epistolarum, item ille alter variarum interpretationum ac sermonum.*

bb) Garnerius ad Marium Mercatorem tom. II. p. 322.

cc) *Irenaei* Nestoriani. [Sub *Irenaei* Tyrii nomine quidem ab eruditis citatur; sed Nestorio restituendum esse ex auctoritate Ebediesu, Nestoriani scriptoris, adnotat *Assemann.* l. cit. v. quae supra ad nr. V. libror. Nestorii genuinorum adscripsi. De *Irenaeo Tyrio* v. Ebediesu l. c. cap. 25. p. 38. seq. ibique Assemann. *Harl.*]

dd) Qui obiit a. C. 555. v. Assemann. bibl. or. tom. II. pag. 411. et III. 1. 36. *Harl.*

ee) V. infra, vol. XIII. pag. 822. 823. et *Assemann.* III. 1. pag. 36. not. 5. *Harl.*]

monum. Ex his *Liturgia* illa ſyriace adhuc exſtat edita vna cum aliorum aliis tredecim in Miſſali Chaldaico ad vſum eccleſiae Maronitarum excuſo Rom. 1592. Loca ex illa adferuntur a *Rich. Simone* in notis ad Gabrielem Philadelphienſem. Latine verſam ex Syriaco dedit *Euſebius Renaudotus* in tom. I. collectionis Liturgiarum Orientalium Pariſ. 1716. 4. qui etiam eruditam de Liturgiis Neſtorianorum diſſertationem ſubnexuit. Vide et bibliothecam ſelectam *Rich. Simonis* editam gallice tom. II. pag. 284. ſq. Epiſtolas ſelect. III. 1. et *Ioann. Bonam* lib. 1. rer. liturgic. cap. 9. Nec non, quae idem *Simon* ad Gabrielem Philadelph. p. 222. ſq. et in cenſura bibliothecae eccleſ. Dupinianae tom. I. pag. 172. ſcripſit. *Fabr.* — Apud *Aſſemann.* qui in bibl. orient. III. part. 1. illum catalogum librorum Syrorum *Ebedieſu* metropolitae Sobae et Armeniae, ſyriace cum verſione lat. euulgauit, doctisque notis illuſtrauit, Ebedieſu in cap. XX. p. 35. ſqq. Neſtorii ſcripta recenſuit. Aſſemann. in notis de ſingulis ſcriptis diſputat, docetque, per *varias interpretationes* et *orationes* eas deſignari (homilias,) quae ab epiſcopis poſt euangeliorum lectionem in eccleſia fiebant. *Harl.*

Ioannes Garnerius tom. II. ad Marium Mercatorem p. 324. notat duos ſermones, quos Combefiſius tom. I. auctarii noui bibl. patrum *S. Athanaſio* adiudicat, *de reſurrectione et vnum de adſcenſione Chriſti*, charactere Neſtorii ſe prodere, florido nempe ac interdum poëtico, metaphoris efferente ſeſe et apoſtrophis quaſi animato: Scripturae teſtimoniis iisque literali ſenſu acceptis, niſi quando ad haereſin detorquentur, ſubinde diſtincto. *Habent*, inquit, *hunc ipſum characterem ſermones alii, opinione forſan plures, ſiue, qui* Aſterio, Amphilochio, Baſilioque Seleuciae *tribuuntur, ſiue, qui reiecti inter ſpuria* Chryſoſtomi, *nullum praeferunt parentis nomen; ſiue tandem, qui genuinos inter Chryſoſtomi tractatus fraude facta ipſis quoque doctis operum Chryſoſtomi cenſoribus, latent. Neque vero id mirum, quum Neſtorius Chryſoſtomi ſtilum imitari ſummo ſtudio conatus ſit, eaque ſe imitatione commendabiliorem populo fecerit.* Perquam tamen lubricum eſt, ſine MStorum codicum vel dignorum teſtium fide homilias, vel ſcripta quaeuis alia, certis auctoribus ex ſola, quam tibi perſuaſeris, characteris nota adſignare.

Sermo in illud Matth. IV. 6. *ſi filius Dei es, deiice teipſum*, qui incipit: ἥλιος μὲν ὑπὲρ γῆς παρακύψας, inter Chryſoſtomi dubia graece editus a Sauilio tom. VII. pag. 301. [a Montfauc. tom. X. p. 733. v. ſupra, vol. VIII. p. 486.] *Neſtorio* vindicatur ex teſtimonio Marii Mercatoris, inter cuius opera poſt partem ex latina Mercatoris interpretatione, integrum graece cum noua verſione vulgauit *Garnerius* tom. I. p. 85. Nonnulla eius loca illuſtrat Combefiſius notis ad S. Maximum tom. II. p. 485. ſeq. Idem *Aſterii* eſſe coniiciens vulgauerat latine in bibliotheca concionatoria ad dominicam I. Quadrageſimae. Codices quidam *Ephraimo* Syro tribuunt. Vide *Tillemont.* tom. VIII. memor. pag. 758. [et ſupra, vol. IX. p. 518.]

[P] *De Nestorio eiusque haeresi scriptores veteres Graeci.*

Acta synodi *Ephesinae* praecipue ff), in qua primum damnatus Nestorius a. 431. tum etiam *Chalcedonensis*, a. 451. et CPol. a. 553. et sub Mena a. 556. etc. Codex encyclicus, Synodicon Casinense etc.

Cyrilli

ff) Conf. *Basnage* Histor. de l'Eglise, tom. I. libr. X. cap. 4. p. 504. seq. *Du Pin* nouv. bibl. des Aut. eccles. tom. III. part. 2. pag. 285-327. — *Schroeckh* H. E. christ. tom. XVIII. pag. 251-260. — *Baumgarten* in Theolog. polemica (Untersuchung theologischer Streitigkeiten mit einigen Anmerkungen, Vorrede und Geschichte der christlichen Glaubenslehre, herausgegeben von D. *Io. Sal. Semler*,) tom. II. pag. 777. sqq. vbi primum ex Harduini concil. pag. 1410-1418. loca Nestorii repetuntur, quorum caussa ille Ephesi est condemnatus, et in notis subiectis quaedam pro Nestorio dicuntur: dein Nestorii relatio ad Ioannem Antiochenum, ex Synodico casinensi ap. Harduin. p. 1551. sqq. additis animaduersionibus. Vt alios bene multos conditores historiae eccles. aut theologiae polemicae praetermittam, in primis commendandus mihi videtur *Walch.* in historia haeresium saepius laudata, tom. V. vbi p. 304. sqq. fontes historiae Nestorianae, n. acta publica, et auctores historicos inuestigat, et *primum* de synodo *Ephesina* diligenter agit. Acta autem illius sunt, Walchio docente, pedetentim primum in latino sermone, deinde partim in graeca quoque lingua reperta et publicata. (vid. *Salmon* traité de l'étude des conciles pag. 608.) Sunt vero illa 1) acta eius concilii in sensu striктiore, quae vna cum antiquioribus versionibus optime collegit ediditque *Mansius* in collect. concilior. ampliss. tom. IV. pag. 578. sqq. et tom. V. p. 1. sqq. 2) antiquior, at non plena actorum versio, primum a Baluzio edita et illustrata, a *Mansio* autem ex cod. Vaticano correctior et auctior recusa in collect. tom. V. pag. 477. sqq. 3) Synodicon aduersus tragoediam Irenaei, latin. primum a Christiano Lupo in lucem emissum, optime a *Mansio* tom. V. p. 731. restitutum. (v. supra, in vol. VIII. p. 300. ibique not. *y*.) Secundo *Walch.* commemorat concilii, Chalcedone a. C. 451. congregati, acta, quibus multae partes actorum ad concilium Ephesinum pertinentes, et pars ipsorum actorum Ephes. concilii intextae sunt. *Mansius* ibid. tom. VI. p. 563. sqq. non solum veteres, quas tulit aetas, versiones latinas, sed etiam tom. VII. pag. 655. sqq. latinam versionem, a Rustico emendatam et a Baluzio primum publicatam, ac p. 777. codicem encyclicum, (v. supra, in vol. VIII. pag. 257. seq. nr. 2.) edidit. Ad publica scripta quoque refert Walchius, edicta magistratuum et scripta inter Nestorianos horumque aduersarios in lucem emissa. Eiusmodi eristicorum librorum collectionem, inscriptam: Scripta veterum latina de vna persona et duabus naturis Christi aduersus Nestorium, Eutychen et acephalos olim edita, *Ios. Simler*, Tiguri 1572. fol. iam curauit. Indicem eorum librorum confecerunt *Ittig.* in opere, de bibliothecis et catenis patrum p. 24. atque *Io. Ge. Walch.* theologus quondam Ienensis in biblioth. theol. vol. I. p. 601. — Historiam autem ipsius concilii Ephesini a pag. 452-555. tom. V. histor. haeres. concinnauit atque vberrime exposuit *Chr. Guil. Franc. Walch.* — Add. *la Croze* in Thes. epistol. Lacroziano, tom. III. p. 178. sqq. vbi synodum Ephesinam adpellat λῃστρικὴν, et biblioth. selectam historiae ecclesiasticae cum V. tum N. T. Venet. 1776. 8. pag. 534. — *Monacii* in cod. Bauar. XXVII. fine sunt *reliqua* (s. pars) actorum concilii Ephesini, et in codd. CXV. atque CXVI. quae continentur in actis oecumenici tertii concilii imperante Theodosio contra Nestorium haereticum, (sunt acta concilii Ephesini capitibus CXL. comprehensa, quae, ex bibl. Monacensi, ex graeco in latinum translata *Theodor. Peltanus* edid. Ingolstad. 1576. 4.) in cod. XL. capita 129. concilii Ephesini contra Nestorium, iterumque capita 119. in cod. XLII. v. cel. *Hardt.* in cat. codd. gr. Monac. in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 19. sq. et 1804. part. 8. pag. 14. sq. et 1803. part. 5. pag. 25. sqq. (vbi capitum ordinem, qui est in codice, et differt ab edito, latine datum exhibet,) ac pag. 57. seq. — *Lipsiae* in bibl. Paullinae cod. concilium Ephesinum, et eius statuta contra Nestorium; v. *Ioach. Felleri* catal. codd. MSS. bibl. Paulinae in acad.

Cyrilli Alex. scripta varia tomo praesertim sexto et septimo, de quibus vol. VIII. huius bibl. cap. 27. pag. 567. seq. *Fabr.* Siue vol. IX. p. 465. sqq. nou. edit. add. *Walch.* in tomo mem. multis locis, atque *Schroeckh* libr. cit. tom. XVIII. p. 196. sqq. 208. sqq. 273. sqq. et saepius. *Harl.*

Theodoritus libro IV. haereticar. fab. cap. 12. et epistola ad Sporacium contra Nestorium, aliaque scripta [gg]), quibus etiam Cyrillum oppugnauit. Oppugnatus contra non modo a Cyrillo, sed et a *Rabula* Edesseno: vt pro Theodoreto vicissim scripsit *Andreas* Samosatenus. Sed Rabulae et Andreae lucubrationes, quemadmodum et quae contra Nestorianos et Eutychianos syro sermone scripserant *Isaac* Antiochenus et *Samuel* Edessenus presbyteri, memorata *Gennadio* cap. 66. et 82. de script. eccles., pridem interciderunt. *Fabr.* Conf. *Assemann.* bibl. orient. tom. I. cap. XVI. pag. 207. sqq. de *Isaaco Magno*, mortuo circ. a. C. 460. et de eius scriptis locoque Gennadii, a Fabricio citato, p. 211. ac p. 214. sqq. recensentur Isaaci scripta, quae exstant in MSS. Vaticanis. Huc pertinent (p. 219. sqq.) sermones, nonus *de fide*, contra Nestorianos et Eutychianos, decimus, *de passibilitate et impassibilitate dei verbi incarnati*, contra Nestorianos, nonagesimus nonus *de trinitate et incarnatione*, et duo alii (p. 234.) contra Nestorium, ex

 quibus

acad. Lipsiensi, (Lips. 1686. 12.) p. 186. nr. 42. — In cod. *Coislin.* XXXII. acta conc. Ephesini; in cod. XXXIV. canones, et in cod. CCCLXIV. nr. 14. duodecim canones synodi Ephesinae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 85. 87. et 563. — Synodus Ephesina contra Nestorium *Romae* in bibl. Vaticana. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 70. — Eadem bis, et Chalcedonensis ter, ibid. pag. 102. et 103. — canones vtriusque, ibid. p. 104. — ibid. concil. Ephesinum, quod multis in locis diuersum esse ab impressis, Venet. 1565. tom. I. notauit *Montfauc.* pag. 130. *A.* — ibid. in bibl. *Ottobon.* acta synodi Chalcedonensis, graece, et de synodo Ephesina codd. nonnulli gr. et lat. pag. 188. *D.* — ibid. in bibl. patrum *S. Basilii*, vtriusque synodi canones, p. 196. *D.* — in bibl. *Cassinensi*, acta concilii Ephesini, et epistola Cyrilli aliorumque contra Nestorium, pag. 220. *A.* — *Mediolani* in bibl. Ambros. pag. 495. *E.* et p. 512. *C.* — de codd. *Vindobon.* v. eumdem Montfauc. p. 541. 559. *A. D.* 562. *C.* — *Lugduni Bat.* acta synodi Ephesinae, graece, pag. 601. *A.* — canones vtriusque synodi, et alia, inter codd. *Io. Mori*, episcopi Noruicensis, p. 686. *C.* — in bibl. *Sfortiana*, p. 695. *C.* et 703. *A.* — *Paris.* in bibl. quondam regia, p. 727. *D.* quinquies, pag. 733. *E.* — in bibl. *Coislin.* concilium Ephesinum, in cod. Slauico, p. 1042. *C.* — Vtraque et aliae synodi, graece, in bibl. *Colbertina*, pag. 1150. *D. E.* — earumdem canones, in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin, p. 1550. *D. E.* — in bibl. S. Victoris *Paris.* concilia, p. 1570. *C. D.* Tot codd. et forsan plures *Montfaucon.* in bibl. citata enumerauit. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 23. et 24. plut. 8. ex actis synodi Chalcedon. excerptum longum et epistola synodi ad Leonem, pontif. roman. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 361. — ibid. p. 398. nr. 21. canones synodi Ephesinae ac nr. 22. Synodus Chalced. et 30. canones; p. 399. nr. 30. ex actis illius synodi quaedam, in cod. VIII. plut. 9. — et p. 477. sq. nr. 4. canones, in cod. X. (qui continet collectionem canonum ecclesiasticor.) plut. 10. *Harl.*

gg) Vide volum. VII. huius bibl. cap. 11. pag. 438. seq. [s. cap. 7. vol. VIII. pag. 294. sq. ed. nou. Theodoritum fuisse Nestorianum negatur. v. ibid. p. 291. *Harl.*] Nestorio praeluserant Theodorus Mopsuest. et Diodorus Tarsensis. Eidem fauere videbantur praeter Theodoritum Io. Antiochenus, Andreas Samosatensis, Eutherius Tyanensis, Ibas Edessenus etc. Nestoriani postea dicti Tetraditae, Timotheani a Timotheo Aeluro: et Feliciana haeresis (a Felice Vrgellensi, Sec. VIII.) Agnoëtae. [Antiquiores de hac seditione quasi sacra scriptores recenset *Buddeus* in Isagoge in theologiam, tom. II. p. 1084. sqq. *Harl.*]

quibus multa excerpſit Aſſemannus. — ibid. p. 259. ſq. cap. XXV. de *Samuele*, presbytero Edeſſeno; — ibid. cap. XIV. p. 197. ſeq. de *Rabula* et *Andrea* Samoſateno; add. p. 401. ſq. de *Cyrillo* et *Rabula* in Chronico Edeſſeno, ibique not. In tomi tertii part. I. p. 202. (vbi v. not.) teſte Ebedieſu in cat. libr. Syror. *Andreas*, epiſcopus Samoſatae, compoſuit interpretationes ac librum antirrheticum contra Cyrillum, pag. 63. 226. 370. de Rabula etc. *Harl.*

Proclus CPol. de cuius ſcriptis dixi vol. VIII. cap. 28. p. 601. ſeq. [ſ. vol. IX. c. 23. p. 504. ſeqq. ed. nou.]

Theodotus Ancyranus, de cuius ſcriptis dictum ſupra, pag. 270. ſeq. ed. vet.

Euagrius, *Theodorus lector*, etc. in hiſt. eccleſ.

Theodorus Raithuenſis libro de incarnatione Chriſti, de quo ſupra, pag. 232. ed. vet.

Anaſtaſius Antiochenus in Hodego, de quo dicturus ſum capite 35.

Iohannes Maxentii circa a. C. 520. clari capitula ſiue anathematiſmi contra Neſtorianos, dialogi contra eosdem, aliaque ſcripta, quorum latina tantum verſio tulit aetatem, edita in orthodoxographis Baſil. 1555. et 1569. fol. et in *Ioſiae Simleri* ſcriptis veterum latinis de vna perſona et duabus naturis domini, Tigur. 1571. fol. et in bibliothecis patrum Pariſ. 1575. tom. V. et 1589. tom. IV. et 1644. 1654. tom. III. et Colon. 1618. tom. VI. et Lugd. 1672. tom. IX. Hunc cum Ioanne Scythopolitano plerique eundem faciunt. Eius ſtylum laudat Photius cod. XCV. pro ſynodo Chalcedonenſi, bene ſcripſiſſe teſtatus cod. CCXXXI.

Petri, diaconi, liber ad Fulgentium et alios epiſcopos Africae, qui inter Fulgentii ſcripta lat. legitur. [et in *Gallandii* bibl. PP. tom. XI. p. 230. ſq.]

[*Gennadii* contra Neſtorianos, in cod. Bauar. LXVI. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 3. pag. 25. qui adnotat, in margine nomen Gennadii poni, at in eius operibus nil inueniri; eſſe autem dialogum inter orthodoxum et haereticum. *Harl.*]

[*Ephraim Syrus*, aut alius. Plura vid. ſupra, ad vol. VIII. p. 244. init. *Harl.*]

Leontius Byz. libro de ſectis, qui graece et latine exſtat, et *Leontius* Hieroſol. libris aduerſus Neſtorium et Eutychen, quorum latinam tantum verſionem editam habemus: Graeca in variis bibliothecis occurrunt [(*)] MSta, vt dixi vol. VII. p. 453. Indicem ſcriptorum in vtroque opere laudatorum habes ſupra, p. 167. et 172. [ſ. vol. VIII. p. 309. ſqq. vbi ſtatim index quoque eſt ſubiunctus, et pag. 318. ſqq. n. edit.]

Iuſtiniani imp. aduerſus tria capitula edictum a. 545. et epiſtola ad ſynodum CPol. a. 553. Concil. Labbei tom. V. pag. 454. et 684. et Harduini tom. III. p. 268. 321.

Io. Damaſcenus haereſi 81. et libro contra Neſtorianos. tom. I. Opp. p. 555. edit. nouae.

Euthymii

Euthymii Zigabeni, ſub ſaeculi duodecimi initia clari, panoplia part. 2. tit. 14. edit. latinae, (Graece κεφάλ. ιέ.) Vide vol. VII. p. 463. [ſ. vol. VIII. p. 328. ſqq. n. edit.]

Nicetae Choniatae theſaurus orthodoxae fidei tomo octauo, adhuc inedito.

Nicephorus Calliſtus Hiſt. eccleſ. lib. 14. ſeq.

Ex ſcriptoribus Arabibus *Eutychius* tomo ſecundo Annalium, qui ſingularem librum ſuum contra Neſtorianos memorat, p. 79.

[Ex Syris, *Maris*, Salomonis F. defenſio fidei orthodoxae, et confutatio haereſeon. vid. *Aſſemann.* bibl. orient. III. part. 1. p. 584. ibique not. *f.* et paſſim in illo opere alii Syri ab eo nominantur. *Harl.*]

Latini.

Marii Mercatoris opuſcula, illuſtrata a Righerio ſiue Gabr. Gerberonio, Bruxell. 1673. 12. et tom. XXVII. bibl. patrum Lugd. Et a Steph. Baluzio Pariſ. 1684. 8. et copioſiſſime a Io. Garnerio ibid. 1673. fol. [conf. *Schroeckh* l. c. tom. XVIII. pag. 230. ſq.]

Leonis ab a. 440. ad 461. papae rom. epiſtolae ad Flauianum CPol. ad Leonem imp. etc. quae latine ſaepius editae, (inter Leonis opera ac poſtremum curante *Paſchaſio Quesnello*, Pariſ. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol.) occurrunt etiam cum graeca verſione in actis concilii Epheſini et Chalcedonenſis. [cf. *Schoenemann.* bibl. PP. Latt. tom. II. p. 869. 881. ſq. vbi etiam p. 930. ſq. de recentioribus opp. Leonis editt. *Poletti*, *Cacciari*, et *Balleriniorum* agitur. *Beck.*]

Auctor praedeſtinati, haereſi 89.

Auctor adpendicis ad *Auguſtinum* de haereſibus c. 90. de *Timotheanis*, a Timotheo Aeluro.

Iohannis Caſſiani de incarnatione Chriſti libri VII. contra Neſtorium, ad Leonem epiſc. Rom., eo hortante ſcripti circa a. 430. quod opus multis adhuc locis medicam manum deſiderare monuit Voſſius epiſt. 404. [v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 356. ed. Manſi.]

Leporius in palinodia ad epiſcopos Gallicanos, e qua idem Caſſianus nonnulla adfert libr. I. cap. 4. ſeq.

Proſperi Aquitani elegia, quam inſcripſit epitaphium Neſtorianae et Pelagianae haereſeos, exſtat in noua editione operum Proſperi, Pariſ. 1711. fol. pag. 198.

Vincentius Lerinenſis in Commonitorio.

Capreoli, epiſcopi Carthag. epiſtola ad Conſtantium et Vitalem Hiſpanos edita a *Sirmondo* tom. I. Var. opuſc. Pariſ. 1630. 8. et tom. I. Opp. Sirmondi p. 361.

[†] *Fauſti* Reienſis epiſtola ad Gratum diaconum ſcripta ante a. C. 449 et edita primum a *Petro Pithoeo* a. 1586 et recuſa cum aliis Fauſti in tom. VIII. bibl. patrum Lugd. Vide *Tillemontium* tom. XVI. memor. p. 412.

Gelasii papae Rom. ab a. C. 492. ad 496. de duabus in Christo naturis aduersus Eutychen et Nestorium μονόβιβλον Photio laudatum, qui eius graecam versionem legisse se innuit cod. CII. *Praeclarum volumen* vocat Gennadius cap. 94. de S. E. latine exstat diuisus in capita XXIX. et in eo adducuntur testimonia doctorum ecclesiae *Ignatii* ex epist. ad Ephesios, *Eustathii* Antiocheni confessoris contra Arianos, *Hippolyti* episc. et Martyris in memoria haeresium; *Athanasii* e libris contra Arianos et epist. ad Epictetum, et ex libris aduersus haereticos [hh]); *Eusebii*, episcopi Palaestinensis cognomento Pamphili, in expositione psalmi XVII.; *Gregorii Naz.* in natalem domini et epist. ad Cledonium et ad Nectarium; *Basilii* Caesar. ex lib. contra Eunomium et de gratiarum actione; *Gregorii* Nysseni contra Eunomium; *Amphilochii* Iconii episc. ex libro, vbi exponit: Pater meus maior est me; *Antiochi* episcopi Ptolemaidis; *Seueriani* episc. Gabalorum contra Nouatum; *Ambrosii* episcopi Mediol. *Ioannis* episcopi CPol. in euangelium secundum Ioannem, et in crucem; et *Damasi* episcopi Rom. contra Arianos. Prodiit in *Io. Sichardi* antidoto aduersus haereses, Basil. 1528. fol. et in *Io. Heroldi* haeresiologia ibid. 1556. fol. et in *Iosiae Simleri* scriptis veteribus latinis de vna persona et duabus naturis domini et seruatoris nostri Iesu Christi, Tiguri 1571. fol. nec non in bibliothecis patrum Paris. a. 1589. et 1644. 1654. tom. IV. et Colon. a. 1618. tom. V. parte 3. et Lugd. a. 1662. tom. VIII. [conf. *Fabric.* bibl. mediae et infimae latinit. tom. III. p. 27. seq. ed. Mansi. *Harl.*]

Vigilii, Tapsitani in Africa episcopi, qui circa a. C. 484. [ii]) claruit, aduersus Nestorium et Eutychen libri V. prodiere primum Tiguri 1539. 8. Deinde in haeresiologia Heroldi et in Iosiae Simleri collectione iam laudata, nec non in bibliothecis patrum Paris. et Colon. Hinc cura *Georgii Cassandri* Colon. 1575. 8. et inter Cassandri opera iunctim edita Paris. 1616. fol. p. 514. subiunctis variis lectionibus ex codice veteri Petri Pithoei. Denique ex Petri Francisci Chifletii recensione, vna cum aliis Vigilii scriptis, Diuione 1664. 4. et tom. VIII. bibl. patrum edit. Lugdun. [v. *Fabric.* bibl. cit. tom. VI. p. 296. seq. *Harl.*]

Fulgentius Ruspensis in Africa episcopus a. C. 533. defunctus in libris tribus ad Trasimundum Vandalorum regem, quos cum aliis Fulgentii [*] scriptis post Io. Molanum, Iac. Sirmondum et Theophilum Raynaudum recensuit vir doctus cui praeclaram editionem Paris. 1684. 4. debemus. Vide acta Erud. a. 1685. pag. 543. seq. [Plura vid. in *Fabricii* bibl. med. lat. cit. tom. II. pag. 220. sqq. ed. Mansi. *Harl.*]

Boëthii liber de duabus naturis et vna persona Christi aduersus Eutychen et Nestorium, compositus occasione epistolae quam episcopi orientales a. C. 512. scripserunt ad Symmachum episcopum Romae de Eutychianis motibus, et dicatus Iohanni, qui deinde episcopus romanus primus hoc nomine et martyr. Laudat hunc librum Hincmarus Remensis

hh) Loca Athanasii, Gregorii Nazianz. et Ioann. Chrysostomi, latinorumque, Hilarii, Ambrosii, Hieronymi, Rufini et Augustini laudat etiam *Cassianus* libr. 7. de incarnatione.

ii) Vide *Tillemont.* tom. XVI. memor. p. 614. seq. et Sirmondi Opera tom. III. p. 1015.

ſis tom. I. pag. 521. et vna cum aliis quibusdam Boëthii ſcriptis edidit Renatus Vallinus Lugd. Bat. 1656. 8. recuſum ad calcem conſolationis philoſophiae variorum notis illuſtratae ibid. 1671. 8.

Facundus, epiſcopus Hermianenſis prouinciae Africanae, in libris XII. quos circa a. 547. ſcripſit pro defenſione trium Capitulorum concilii Chalcedonenſis ad Iuſtinianum imp. cum notis editos a *Sirmondo* Pariſ. 1629. 8. et recuſos in eius operibus tom. II. Pariſ. 1696. fol. atque ibidem Philippo Priorio curante ad calcem Optati, 1675. fol. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. X. [et *Gallandii* tom. XI. p. 665. conſ. *Fabricii* bibl. med. et inf. lat. cit. tom. II. pag. 140. ſeq. *Harl.*]

Liberati, archidiaconi Carthaginienſis, et trium capitulorum promachi, *Breuiarium* ſiue circa a. C. 553. ſcripto conſignata hiſtoria certaminis Neſtoriani et Eutychiani, quam notis illuſtratam edidit *Io. Garnerius* Pariſ. 1675. 8. In vtraque editione conciliorum Petri Crabbe, Colon. 1538. tom. II. pag. LXII. b. ad LXVI. et Colon. 1551. tom. II. p. 121-128. ſubiiciuntur Liberato adpendicis loco quaedam epiſtolae et loca veterum, quae a Garnerio et in aliis conciliorum editionibus ſunt omiſſa. Quae non alibi in actis concilior. Epheſini et Chalcedonenſis reperi, illa infra in indice ſcriptorum, quem in illa acta compoſui, ſuis locis a me adnotantur. [add. *Fabricii* bibl. citatam, tom. IV. p. 272. ſq. MS. Breuiarii Mediolani in bibl. Ambroſ. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 519. *D. Harl.* Liberati Breuiarium etiam inſertum eſt Gallandii bibl. PP. t. XII. p. 119. ſq. *B.*]

De Neſtorio eiusque haereſi ſcriptores recentiores kk).

Epheſinam ſynodum improbantes:

Godfridus Arnoldus in hiſtoria haereſium, germanice vulgata et belgice.

Auctor libri Arauſione a. 1645. editi *de ſuppoſito*, in quo Neſtorium contra Epheſinam ſynodum et Cyrillum Alex. defendit, eſt *Dauid de Rodon*, licet alii ſcriptum illud tribuerint Aegidio Gaillardo. *Fabr.* Conf. de hoc libro *Walch.* l. c. p. 830. ſq. qui probabilius eſſe exiſtimat, auctorem eſſe *Dan. de Rodon*, et de libro ipſo praeter Bayle citat *Benoit* hiſtoire de l'Edit de Nantes, tom. III. p. 253. ſqq. *Vogt* biblioth. haereſiolog. tom. I. pag. 459. ſqq. *Pfaff* hiſt. litter. theol. tom. III. p. 334. et *de Bure*, (qui damnat librum,) bibliographie inſtructiue, vol. de theologie, Pariſ. 1763. p. 475. ſqq. Inſcriptus autem eſt: *Diſputatio de ſuppoſito*, in quo plurima hactenus inaudita de Neſtorio, tanquam orthodoxo et de Cyrillo Alexandrino aliisque epiſcopis Epheſi in ſynodum

kk) Cf. de recentioribus ſcriptoribus *Schroeckh* in hiſt. eccleſ. chriſt. tom. 18. p. 285. ſqq. in primis *Walch.* narration. et iudicium de illis in hiſt. haeres. tom. V. pag. 500. ſq. praeſertim pag. 817-837. et p. 910-916. p. 842. ſqq. 908. ſqq. et pag. 916. ſqq. de formulis, de quibus in vtramque partem diſputatum eſt, atque de Neſtorii doctrina copioſe moderateque iudicat, p. 926. ſq. autem Neſtorium non eſſe haereticum, concludit, ad quos ablegare praeſtat eos qui plura ſcire cupiant. Add. *Vogt* in disquiſit. de recentiſſimis Neſtorii defenſoribus, in parte I. bibliothecae hiſtoriae haereſiologicae, p. 456. ſqq. *Harl.*

odum coactis tanquam haereticis demonſtrantur, vt ſoli ſcripturae ſacrae infallibilitas adſeratur. Deus verax, omnis homo mendax, Rom. III. Francof. 1645. 8. Eum, docte quidem atque operoſe, at tamen acrius refutare ſuſtinuit *Petav.* in Dogmat. theol. tom. IV. libr. 6. p. 498. ſqq. edit. Pariſ. coll. libr. I. cap. 7. pag. 34. ſqq. adnotante *Schroeckhio* l. c. pag. 286. Alios, qui de illo libro diuerſa tulerunt iudicia, memorat *Gerdeſ.* in Florilegio libror. rariorum, ed. II. Groningae et Bremae, 1747. 8. p. 271. ſqq. et obſeruat, ſuo exemplari veterem quemdam eius poſſeſſorem non tantum praefixiſſe nomen Dauidis Derodon, Prof. philoſ. ſed pro loco impreſſionis Francof. adſcripſiſſe *Arauſonii*, vbi ille per aliquod tempus tradidit philoſophiam. *Harl.*

[D. *Martin Luther.* v. *Walch.* l. c. p. 826. ſqq. et 910. vbi quoque de *Luca Oſiandro*, Lutheri iudicium comprobante, agit, et citat *Weiſmanni* introd. in hiſtor. eccleſ. tom. I. pag. 520. *Harl.*]

I. H. Horbius in epiſt. ad M. Gudium data, Pariſ. 1670. p. 17. Nunc in Neſtorianis occupatus, ſuum Lutheri de conciliis tractatum defendendo, quo Cyrillum haereticum ominatur, Neſtorium orthodoxum etc.

Nicol. Hieronym. in Gundlingianis XXXV. 4.

Chriſti. Auguſt. Salig. in hiſtoria Neſtorianiſmi, ſubiuncta Eutychianiſmo ante Eutychem, Guelferbyti 1723. 4. [cap. 29. p. 284. ſqq. Ille exiſtimat, totam controuerſiam fuiſſe logomachiam. In qua ſententia iam fuerunt *Arnold.* et *Edmund Aubertin* de euchariſtiae ſeu coenae dominicae ſacramento, Dauent. 1654. fol. lib. II. cap. 3. pag. 756. ſeq. contra quem ſtilum acuerunt *Garnier* diſſ. I. de haereſi et libris Neſtorii, part. II. Opp. Marii Mercat. p. 329. *Aſſemann.* et alii. *Lacroze* in Theſauro epiſtol. Lacroziano tom. I. p. 304. in epiſt. ad Mosheim, loquitur, ait, n. Saligius, in ea parte etiam de Neſtorio, quem crimine caruiſſe, quae tua etiam, ni fallor, eſt et mea ſententia, ſtatuit. add. *Walch.* l. c. 834. ſqq. *Harl.*]

[*Iac. Baſnage* in praefat. ad tom. I. theſauri moniment. eccleſ. cap. II. §. 2. p. 14. ſqq. et in hiſtoire de l'egliſe p. 508. moderate iudicaſſe, nec tamen Neſtorium condemnaſſe, docet *Walch.* l. c. p. 832. ſq. qui addit, et Neſtorium et Cyrillum in eo peccaſſe, quod alter nomen θεοτόκȣ, alter nomen χριςοτόκȣ reiecerit. add. *Walch.* p. 913. vbi etiam laudat *Samuel. Baſnage* in annal. hiſtorico-eccleſ. tom. III. p. 339. *Harl.*]

P. *le Brun*, Prétre de l'oratoire. tom. III. diſſ. II. de l'explication hiſt. et dogmat. des prières et des ceremonies de la Meſſe etc. Journ. des Sav. 1727. Iun. p. 246. ſq. de la Liturgie des Neſtoriens etc. *Euſeb. Renaudot*, etc.

Paul. Ern. Iablonski in exercitat. hiſtor. theol. de Neſtorianiſmo, et illa inprimis Neſtorianorum phraſi, qua humanam Chriſti naturam templum diuinitatis ſolebant appellare. Berolini 1724. 8. v. acta erudit. german. part. CII. [p. 430. ſqq. vbi cenſor in quibusdam diſcedit a Iablonskio,] et gel. Zeitung. 1725. p. 271. V. N. 1725. pag. 336. [germanice verſa

vol. V. pag. 67. aut nouv. Bibliotheqne tom. V. p. 95. *Cave* Hist. litterar. scriptorr. eccles. tom. I. p. 531. sqq. *R. Ceillier* Hist. gener. des Aut. EE. de Anastasio, episc. Antioch. tom. XVI. pag. 630. ac tom. XVII. pag. 430. de Anastasio, monacho Sinaita, ante a. 686. — *Lequien* orient. christian. tom. II. p. 734. — *Alfons. Ciaconium* in bibliotheca, libros et scriptores ferme cunctos ordine alphabet. complectente — ed. *Io. Erhard Kappii*, Amstel. et Lips. 1734. fol. p. 134. et 135. — *Adelung* in Fortsetzung — des Ioecher. Gelehrt. Lex. tom. I. p. 776. sqq. qui distinguit Anastasios Sinaitas I. II. et quartum, Anastasium Sinaitam, monachum, (a. 680.) et Anastasium Theopolitanum, quem tempore Cyrilli, circ. a. 590. vixisse putabat Vossius; at Adelung recte dubitat. — *Molleri* Homonymoscop. sect. II. cap. 5. §. 3. p. 414–417. de variis Anastasiis; *Saxium* in Onom. lit. II. p. 49. sq. vbi recte quoque distinguit Anastasios; n. *maiorem*, episcopum Antiochenum ab a. 561. (quem denatum scribit a. 598.) ab *minore*, maioris successore, et ab Anastasio, *presbytero ac monacho Sinaita* in Arabia, (a. 680. v. *Sax.* ibid. pag. 81. et *Moshem.* Institutt. hist. eccles. saec. VI. P. II. c. 2. §. 8. (a) c. 3. §. 4.). Insuper *Saxius* laudat *Pagium* in Crit. Baron. DXCIX. II. III. p. 638. sq. tom. X. et pluribus locis, item *Iac. Basnagium* in Obseruatione de duplici Anastasio, Antiocheno et Sinaita p. 433–435. Canis. lectt. antiqq. tom. I. — *Walch.* in historia haeresium laudata, tom. VIII. p. 827. sqq. et alibi. Inprimis memoranda est *Cas. Oudini* diss. de Anastasio, episcopo Antiocheno et Sinaita, nominis quarto, eiusque operibus tam impressis, quam msstis ipsi adtributis, in Commentar. de scriptorr. eccles. tom. II. col. 544–583. Recenset opera, quae etiam a Fabricio sub Anastasii nomine commemorantur, addita codd. MSStor. in quibus illa insunt, notitia, et, rationibus atque coniecturis ex ipsis operibus petitis, euincere studet, plurima quidem habuisse auctorem Anastasium Sinaitam et Antiochenum episcopum, nominis quartum, circa an. 1010. vel 1020. collocandum, et vnicam duntaxat orationem, ad Antiochenos post reditum habitam, videri ad Anastasium seniorem, Antiochiae episcopum, spectare. In tomo autem I. p. 1663. seq. agit de *Anastasio*, monacho Sinaita, et patriarcha Antiocheno, huius nominis *tertio*, a. C. circ. 685. auctore *narrationis compendiariae de haeresibus. Harl.*

II. *Anastasii Sinaitae scripta.*

Ὁδηγός, *dux viae* aduersus Acephalos, Seuerianos et Theodosianos, vnam in Christo naturam tantum admittentes, quos omni genere argumentorum et sacrae scripturae ac veterum patrum testimoniis oppugnat, et obiectiones ipsorum k) dissoluit, cum illis coram in Syria et Aegypto, praesertim Alexandriae testatus se plus simplici vice disceptasse. Patrum dicta pleraque e memoria adscripsisse se, scriptis eorum in eremo destitutum, non diffitetur l). Primus hunc librum ex codice Augustano m) edidit, latina versione donauit et Marco Velsero,

k) Anastas. hodego p. 96. 152. 156. etc.

l) Id. p. 106. ἴσθιον, ὅτι ἐν ἐρήμῳ καθήμενοι ἡμᾶς καὶ ἀποροῦντες τῶν διδασκαλικῶν βίβλων, ἀπὸ στήθους τὰς χρήσεις ἐγράψαμεν. *Turriano* ad Constitutt. apostol. VIII. 27. p. 145. laudatur *Anastasius patriarcha Antiochenus ante annos mille et amplius in libro variarum quaestionum theolog. qui* Ὁδηγὸς *inscriptus est.*

m) V. *Reiseri* ind. MSS. bibl. Augustanae pag. 12. nr. 32. *Harl.*

Velsero, cuius beneficio codicem MS. vtendum acceperat, graece et latine vulgatam consecrauit *Iacobus Gretserus* S. I. Ingolstadii 1606. 4. [et in opp. Gretser. tom. XIV. part. 2. p. 100. Ratisb. 1740. fol.] Latine recusus est in bibliotheca patrum edit. Lugd. 1677. tom. IX. p. 808. sqq. At graece ab primae tempore editionis numquam iterum prodiit, vnde operae pretium esse, nouam illius ἔκδοσιν [P] concinnari ab aliquo erudito viro, qui opus nouo studio recenseret ad codices MSS. qui mirum inter se diuersi exstant in variis bibliothecis, vt caesarea n) et regis christianissimi, Colbertina aliisque. Nam Gretserus, vnico vsus codice, nec semper sensum est adsequutus, scholia textui inseruit, contulit alia, et in graecis multa emendanda reliquit meliusque digerenda, qua de re nemo dubitabit, qui Richardi Simonis nouam

n) Vide *Lambecium* III. p. 64. et 164. IV. p. 204. [siue secundum edit. Kollar. tom. III. p. 175. sq. nr. 4. cod. XLVI. vbi non solum Lambec. censet, id exemplar mst. esse dignissimum, quod diligenter curateque conferatur cum edit. Gretseri sed idem quoque iudicat Kollar. et cum Lambecio editori futuro commendat cod. LXXVII. nr. 73. (in eodem tom. pag. 406. a Lambecio vberius descriptum,) qui quidem a priore cod. et Gretser. edit. ratione tum ordinis, quam varr. lectionum et nonnullorum additamentorum non mediocriter discrepat. Idem Kollar. laudat eiusd. opusculi excerpta et apospasmatia in codd. Vindob. CLXXXVIII. (v. Lamb. IV. p. 449.) CXLVII. (*Lambec.* V. pag. 268.) et CCXLIX. obuia, quae editioni nouae inseruire possint. Praeterea in memorato cod. XLVI. nr. 5. est adpendix operis citati, quae in ed. Gretser. est tamquam prooemium. In cod. CLXXXVIII. nr. 1. apud *Lambec.* IV. p. 449. sunt tria priora Hodegi capita. *Harl.*] *Aubertinum* et *Rich. Simonem*, locis citatis. *Fabr.* Addere iuuat notitiam aliorum codd. MSSt. Apud *Lambec.* V. p. 3. sunt in cod. CCI. nr. 2. definitiones theologicae ex S. Clementis aliorumque variorum patrum scriptis collectae; eaedem p. 320. vol. IV. in cod. CLV. nr. 6. sed in inscriptione nulla fit mentio Io. Damasceni; in cod. autem CCXLIX. nr. 1. est caput secundum Hodegi, continens varias definitiones theologicas. v. *Lambec.* V. p. 298. add. infra ad §. VII. n. 23. — Hodegus MS. ex cat. Constantini Varini citatur a *Lambec.* I. p. 273. sq. — In cod. *Bauarico* LXVI. est ex Hodego Anastasii expositio per capita in epitome de fide. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 3. p. 24. add. infra de editis Anastasii scriptis nr. 4. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXCVIII. 6. *definitiones ex Hodego*, et in cod. DCCCLXXXVII. 3. (sic in catal. citatur,) *Anastasii, patriarchae Antiocheni, vt et Cyrilli, expositio orthodoxae fidei.* *Hodegus* autem ibid. in codd. MLIII. 8. et MLXXXIV. — *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 42. plut. 6. complura excerpta ex Hodego. — in cod. XX. nr. 1. plut. 8. pars Hodegi, Anastasii, (falso legitur *Athanasii*,) *breuis expositio fidei;* quae in hoc cod. conspirent cum edit. quae multa discrepent ab ea, ostendit *Bandin.* — in cod. VIII. nr. 54. plut. 9. *definitiones theologicae*, ex capite secundo Hodegi, et ex eodem opere *de fide* in cod. VI. nr. 5. plut. 86. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 121. 364. seq. 402. et III. pag. 294. — *Anastasii*, episc. Antiocheni, quaedam, *Cantabrig.* in cod. XXVI. colleg. S. Trinitat. f. nr. 316. cat. MSS. Angl. tom. I. part. 3. — Secundum *Montfauc*, in bibl. bibliothecar. MSS. exstant *Romae* in bibl. Slusiana, *Anastasii* opera, (pag. 178. nr. 157.) ibid. in bibl. patrum S. Basilii, quaedam, (pag. 196. C. et *Montfauc.* diar. ital. p. 216.) — ibid. in cod. Ottobon. Ὁδηγός, et quaestiones ac responsiones, (p. 185. A et p. 188. *A*) — *Augustae* Vindel. Anastasii in octo codd. *Mazarin.* (pag. 1306. *D*) opuscula et excerpta ex eiusdem operibus, in codd. *Taurinens.* (p. 1394. *A.*) de veritate nostrorum dogmatum sermones, seu libri quinque, in bibl. *Sfortiana* (p. 708. *A.*) Hodegus et de rectis apud nos veritatis dogmatibus, sermones quatuor, in bibl. *Escorial.* v. Plüer itiner. per Hispan. p. 156. vbi adscribuntur Anastasio, episc. Antiocheno. — Fragmenta ex Hodego, in cod. *Mosquensi* CCXVI. et Hodegus in cod. CCLII. v. *Matthaei* notit. MSS. synod. Mosquens. p. 142. et 163. ed. in 8. ibid. p. 306. nr. 58. in cod. X. Προθεωρία τῆς βίβλου, ἧς ἡ ἐπωνυμία τῆς καθ᾽ ἡμᾶς πάντας βροτὰς οὐσίας ἡ σύστασις. — Eadem Protheoria *Romae* in bibl. patrum S. Basilii. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 215. *Harl.*

nouam bibliothecam selectam, gallice editam, tom. II. cap. 2. aut censuram bibl. eccl. Dupinianae, tom. I. p. 232. legerit. Idem narrat, se ad MStos quosdam libros Gretseri editionem contulisse, multaque in illa emendasse, et studio suo recensitam in lucem iterum dare voluisse. Sed huic eius proposito fata intercesserunt. Quamquam autem aliena quaedam huic libro adsuta non negauerim, ἔκθεσιν περὶ πίστεως, quae pag. 10. legitur, et in duobus Hodegi MStis, vt regio vno Paris. et Colbertino non exstat, in aliis codd. exstat sub nomine Io. Damasceni, quemadmodum et *definitiones* p. 22. seq. et 48. obuias: (Vide *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. p. 661. 662.) o) tamen praefationem et scholia non collectori, nescio cui, cum Simone, sed Anastasio ipsi libenter tribuerim. *Fabr.* *Caue* l. c. pag. 531. seq. hoc opus tum ex variis ipsius Anastasii, tum ex nonnullis veterum opusculis consarcinatum opinans, tribuit Anastasio patriarchae Antiocheno, sed a recentiore quadam manu haud leviter interpolatum esse arbitratur: nec dissenserunt Weisinann. atque Moshemius. Contra plures viri docti, a Fabricio in §. 1. laudati, atque *Natal. Alexander* in hist. eccl. tom. V. p. 412. *Iac. Basnage* thes. monimentor. tom. I. p. 570. interpres german. Moshemianae H. E. Heilbronnensis, tom. I. p. 781. *Lequien* l. cit. vindicant id Anastasio, monacho Sinaitae, circa fin. saeculi septimi; eorumque sententiae subscribit et de ipso opere sobrie iudicat *Walch* l. c. p. 828. seq. Verum *Oudin.* l. c. capp. 3. et 4. p. 554. sqq. et p. 580. seq. contra *Caue* et *Arnaldum,* qui id opusculum caussae suae fauens, Anastasio seniori adserit in libro, (vti citat eum Oudin.) *de perpetua fide ecclesiae circa realitatem corporis et sanguinis Christi in Eucharistia*, libr. VII. cap. 2. p. 649. pluribus argumentis euincere studet, auctorem inconditae illius farraginis fuisse Anastasium, nominis quartum. *Harl.*

III. *Index scriptorum et haereticorum quorum mentio in Anastasii Hodego.*

Ad paginas editionis Ingolstadiensis.

Ammo-

o) Disceptatio Gaianitae et orthodoxi, c. 25. p. 349. eadem cum illa Ahmedis Saraceni et Samonae Gazaei, ce qui montre, inquit Blondel, pag. 366. de Eucharistia, que l'ecrit, qui court aujourdhui de cette conference, a eté forgé à discretion par quelque Grec affamé et vendens de happelouches, p. 399. le pretendu Samonas. De illo Samona vol. X. p. 288. sqq. (ed. vet.)

Athanasius

p) Fugit hic locus b. Dorscheum in Indice iniquitatis p. 52.

Iustinus

Salomo

Timotheus.

Timotheus. 94. 98. 104. 232. 234. 258. 292. 318. 364. Alexandrinus, ſcripſit contra Leonem papam et ſynodum Chalced. 88. 232. γνησίως μαθητεύσας τοῖς Μανιχαίοις. 232. ἀρνέμενος ὥσπερ Ἰεδαῖοι τὴν θυσίαν. ibid.

Tragoedia Seuerianorum. 298.

Valentiniani. 90. Valens (pro Valentino) 226. 292. Valentinus primus negauit Chriſtum carnem noſtrae ſimilem adſumſiſſe 290. Valentini βίβλων mentio. 292.

IV. 2. Memorat Anaſtaſius in Hodego δογματικὸν τόμον pag. 2. ſub Flauiani CPol. nomine a ſe editum p. 192. 194. nec non τόμον ἀπολογητικὸν ad populum p. 118. et σύνταγμα *aduerſus Neſtorium*, haereſim eius fuſe et διὰ πλάτες oppugnans. Sed ex his omnibus nihil lucem vidit: neſcio an alicubi adhuc deliteſcant MSta, certe Poſſinus Henſchenio ſcripſit, ſolius Anaſtaſii Sinaitae operum catalogum in bibl. Vaticana ſeruatorum implere quatuor magnas paginas. Quamquam Antiocheni Anaſtaſii ſcripta cum ſcriptis Sinaitae et aliorum fortaſſe Anaſtaſiorum communiter a librariis et catalogorum auctoribus confunduntur.

Anaſtaſii presbyteri collectanea contra Seuerianos, quae lat. ex Turriani verſione dedit *Caniſius* tom. IV. antiqq. Lection. integriora exſtant graece MS. in cod. bibliothecae collegii Ieſuitarum Pariſ. Vid. *Io. Harduini* Opp. ſelecta p. 239. 243.

[*] 3. Sub Anaſtaſii Sinaitae et patriarchae Antiocheni nomine etiam Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ διαφόρων κεφαλαίων, *Quaeſtiones et reſponſiones CLIV. de variis argumentis*, graece et latine ex tribus codd. Vaticanis cum inſigni auctario editae ſunt ab eodem *Iacobo Gretſero*, Ingolſtad. 1617. 4. [repet. in Opp. *Gretſeri*, Ratisbon. 1740. fol. tom. XIV. part. 2. p. 1. ſqq. *Harl.*] Latine recuſae in bibl. patrum edit. Lugd. tom. IX. pag. 956. ſqq. Sed patriarcham Antiochenum a Sinaita monacho, Hodegi auctore, diuerſum eſſe iam notaui, et ſub Sinaitae nomine quaeſtiones diſerte laudantur a Philippo ſolitario, qui a. C. 1105. ſcripſit, in dioptra fidei Chriſtianae ad Callinicum monachum libro IV. p. 150. Producturus enim quaeſtionem, quae in hiſce eſt numero XCV. *fidelem*, inquit, *et Deo adflatum teſtem dabo nomine Anaſtaſium, cognomento Sinaitem, docentem et ſcribentem clare ſuper his, quae interrogatus fuerat.* Viderit itaque *Gentianus Heruetus*, qui XCIII. quaeſtiones ex his latine vertit, ediditque, in bibliothecis patrum ſaepe recuſas, ſub nomine Anaſtaſii Nicaeni: haud dubie MStum codicem ſuum ſequutus, cui praeter Philippi teſtimonium tot alii refragantur, qui Anaſtaſio Sinaitae has quaeſtiones tribuunt, vt videre licet apud *Lambecium* III. p. 197. [q]) vbi memorat codicem, ex quo ſuppleri poſſunt quaeſtiones ſex, quae poſt XLII. in

q) Pag. 485. ſq. ed. Kollar. In pluribus codd. caeſar. Vindobon. occurrunt *Quaeſtiones* etc. teſte *Lambecio:* in cod. XIX. fin. quaeſtionum et reſponſionum decima octaua, (ſecundum curas Lambecii poſteriores,) et in indice voc. *Anaſtaſius*,) de hominibus, violenta morte peremtis, adnotante *Kollario* in nota B. vol. III. p. 94. qui tamen addit. „Ceterum quaeſtio haec *decima tertia D. Athanaſii* (ſic) non in duas modo quaeſtiones diuiſa eſt; ſed multo breuior eſt illa, quae apud Gretſerum legitur in edit. Quaeſtionum et Reſponſionum S. Anaſtaſii pag. 210. Lambec. autem in indice l. c. obſeruat, id mstum exemplar non mediocriter diſcrepare ab ed. Gretſeri.

in Gretseriana desiderantur, et in Heruetiana latine tantum modo exstant: et in *Montfauconi* bibl. Seguieriana siue Coisliniana p. 188. et 189. vbi CLVI. quaestiones numerantur, et p. 193. vbi

seri. In eod. indice dicitur exstare Anastasii quaestio et responsio secunda de vero deum adorandi modo in spiritu et veritate, sed in contextu p. 255. sqq. de cod. LVIII. Anastasii nomen non memoratur: in cod. LIX. nr. 15. exstat quaestio quarta. v. Kollar. not. *B.* ad vol. III. p. 266. — ibid. p. 479. in cod. LXXXIX. nr. 4. quaestio quadragesima septima de miraculis Eliae et Elisaei. — In eodem cod. nr. 22. et cod. CLV. nr. 3. CCXIV. nr. 7. CCXLIX. nr. 2. CCLII. CCLXXXVII. nr. 15. sunt Quaestiones et Responsiones; ex primo codice multas posse quaestiones suppleri, iam obseruauit Fabricius. v. *Lambec.* III. p. 485. sq. vol. IV. pag. 319. vol. V. pag. 91. ib. p. 293. p. 331. p. 639. — Excerpta ex illis in cod. CXXXIV. v. *Lambec.* IV. p. 196. — quatuordecim quaestiones in cod. CLXXXVII. nr. 1. *Lambec.* IV. p. 441. — triginta tres quaestiones in cod. CCXXXVIII. nr. 1. *Lambec.* V. p. 197. — quaedam quaestiones in cod. XIX. nr. 16. *Lambec.* VI. part. 2. pag. 243. — quaestio 115. in cod. XLV. nr. 64. tum quaestiones sex, ib. nr. 67. *Lambec.* VIII. pag. 947. et 948. — quaestiones 254. in cod. XXIV. nr. 2. v. *Kollarii* supplement. ad Lamb. commentarr. pag. 209. qui docet, diligenti huius codicis comparatione et Gretserianum contextum gr. et lat. versionem posse multo rectius constitui. — Insuper iuuat, notitiam codd. aliarum bibliothecarum subiungere. Exstant igitur illae *quaestiones Dresdae* in bibl. electorali, de quo cod. vid. *Goetzii* Memorabb. bibl. Dresd. tom. III. syll. 4. p. 361. — *Monaci* in cod. Bauar. LIII. quaestiones 92. sed valde discrepare ab editis, vberius docuit cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. anni 1804. part. 1. pag. 19. sqq. — *Augustae Vindel.* sed sub falso *Athanasii* nomine, v. *Reiseri* indic. MSS. August. p. 27. — collectanea ex Anastasio et aliis, ibid. pag. 39. — *Mosquae* in bibl. synod. teste *Matthaei* in notitia codd. graecor. MSS. bibliothecar. Mosq. in 8. in cod. V. vna quaestio. (p. 18. nr. 27.) — in cod. CCLII. Responsiones, (p. 163. nr. 3.) — in cod. CCCXXVII. quaestiones, (p. 216. nr. 2.) — in codd. CCCLXXVIII. et XLVIII. quaedam: (p. 243. nr. 11. ac p. 326. nr. 5.) — *Venetiis* in bibl. Iulii Iustiniani, quaestiones etc. Anastasii et aliorum patrum, bis. v. *Montfauc.* diar. italic. pag. 434. — Idem in Palaeograph. gr. p. 48. de duobus codd. Parisiensi et Laurentiano, in quibus insunt quaestiones etc. Anastasii. — *Taurini* in cod. reg. CXIII. quaestion. 102. Anastasii autem nomine omisso, v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 217. — in cod. CLXXVII. nonnullae quaestiones. ibid. pag. 263. — in cod. CXCVI. plurimae quaestiones sed cum magno discrimine ab edit. ibid. pag. 296. — *Florentiae* in bibl. Mediceae Laurent. cod. VI. nr. 1. plut. 4. quaestiones 86. quae quomodo differant ab editis, docet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 524. — ibid. in cod. VII. qui vt plurimum conspirat cum superiore, comparent tantum 81. quaestiones; cod. autem XVI. plut. 4. continet 157. quaestiones. v. *Bandin.* l. c. pag. 525. et 540. — *Paris.* in bibl. publ. sunt illae, modo plures, modo pauciores, in septemdecim codd. teste catal. MSSt. illius bibl. tom. II. — Secundum catal. MSS. Angliae et Hiberniae, in tom. I. sunt in cod. *Barocc.* LXXVI. Anastasii, patriarchae Theopolitani, responsio ad Gabrielis, presbyteri Persae, quaesita, in codd. XCI. et CCVI. quaestiones et solutiones. — in cod. *Thom. Roe* XVII. nr. 263. catal. plures quaestiones, bis. — item in cod. *Oliu. Cromwell.* CXI. et CXII. nr. 290. et 291. catal. — *Matriti* in cod. regio XIII. quem late recenset *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 58. sqq. singulas persequitur, seriem et verba earum, et quae desunt in edit. Gretser. indicat, atque eas nunc ordine, nunc verborum sententiarumque forma, modo copia, modo breuitate manuscriptas ab impressis mire discrepare significat. p. 42. ex eodem cod. adfert *Anastasii* diss. *de multiplici machinatione et deceptione diaboli*, quam, ait, inter Anastasii Sinaitae quaestiones aliaue opera minime reperias, et aliud fragmentum *ex euangelio secundum Ioannem*, quod, ex quo Anastasii opere desumtum sit, haud facile statui, profitetur: p. 45. sqq. quaestiones aliae ex eod. cod. recensentur, (nam interdum aliena opuscula sunt inserta.) — In codd. *Escorial.* aliquot prostant quaestiones. v. *Plüer.* in itiner. per Hispan. pag. 156. — Secundum *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS.

vbi male *Athanasii quaestiones* excusum pro *Anastasii;* et p. 304. 305. vbi notatur, Anastasium Sinaitam in quaestionibus illis citari, quod in editis non reperio. Memorat tamen quaest. 95. se scripsisse librum singularem *de diuersis hominum inclinationibus, et Deum illarum, quatenus ad vitia vergunt, auctorem non esse.* Περὶ τούτου εἴρηται μὲν ἡμῖν ἐν ἰδίῳ πονήματι, ἐν ᾧ ἀρξάμενοι ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς τὰς χώρας μέχρι τῆς δύσεως, καὶ πάλιν ἀπ᾽ αὐτῆς δὴ κύκλῳ μέχρι τοῦ βοῤῥᾶ καὶ καθεξῆς καὶ ἕως αὐτὴν τὴν ἀνατολὴν, ἐδείξαμεν, ὡς ὅτι οὐχ ὁ Θεός ἐστιν, ὁ ποιῶν τόνδε τὸν ἄνθρωπον σώφρονα, ἕτερον δὲ πάλιν πόρνον etc. Collectae sunt hae quaestiones a Sinaita ex variis scriptoribus, quibus deinde, a nescio quo, ex aliis r) iunioribus nonnulla volunt esse addita: quemadmodum plura etiam scriptorum variorum aliorum fragmenta illis subiiciuntur in codice Barocciano et in vno regis christianissimi, [atque Matrit. aliisque,] quae in editis non Herueti modo, sed quoque Gretseri desiderantur. In quaestione 117. numerum ἑπτακόσιοι χρόνοι corruptum arbitror pro ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, et verba repetita ex scriptore vicino illorum temporum, quibus Iudaei Palaestina expulsi circa a. 378. Quaestionem 42. ex Hippolyto in Cantic. Canticor. et quaestionem 52. ex Isidoro Pelus. petitam [*] notat *Lambecius* III. p. 197. [p. 486. Kollar.] Quaestionem 153. ex Hesychio presbytero, obseruat praeter Lambecium l. cit. *Cotelerius* tom. III. monument. pag. 531. et quaestionem 144. ex Irenaeo, id. p. 542. Fragmenta, quae in his Anastasianis quaestionibus seruata occurrunt, Eusebii, Hippolyti, Seueri Antioch. Cyrilli Alex. Basilii, Epiphanii, et Chrysostomi graece ex bibl. Medicea reginae matris in vsum academiae Mussipontanae edita separatim cum notis sunt a. 1592. 4. *Nic. Alemanni* breues, sed eruditas notas ad quaedam Quaestionum loca exhibet Gretserus in praefat. Gretseri animaduersiones in bibl. patrum edit. Lugd. tom. IX. mala confusione non raro verbis Anastasii permixtae sunt. *Fabr.* Conf. *Oudin.* l. c. cap. V. col. 564. sqq. de hoc opere, qui, quoniam in illis quaestionibus multa loca et auctores, quos citat et comparat, reperiuntur, qui post tempora Anastasiorum, episcoporum Antiochenorum et primi et secundi vixerunt, colligit et probare sustinet, opusculum istud spectare ad Anastasium *quartum*, saeculi XI. scriptorem. Dein multos recenset codd. in quibus id opusc. custoditur, et de lacunis, ex codd. supplendis, post Lambecium quaedam subiicit. *Harl.*

Index

[*] MSS. *Romae* in bibl. Vaticana in cod. DCXXXIX. reginae quondam Sueciae quaedam interrogationes: (I. pag. 28. B.) — *Neapoli* in cod. monasterii S. Seuerini quaestiones etc. (pag. 154. *A.*) *Harl.*

r) Ita praeter alios *Allat.* de libris eccles. Graecor. p. 274. Nullus tamen in editis quaestionibus citatur iunior anno 680. quem Anastasius Sinaita potuit adtingere. Nam quod *Blondel.* pag. 375. de Eucharistia autumat, Olympiodorum vixisse post an. 900. vel 1000. minime ita se habet, quum idem Olympiodorus etiam citetur ab Anastasio in Hexaëmer. Non audiendus quoque est *I. B. Sollerius*, qui in adpendice ad histor. patriarcharum Alexandrinorum p. 118 * ante tom. V. Act. SS. Iunii scripsit: *Quod ad alium hodiernum adtinet, CLIV. quaestionum* etc. *Fabr.* V. *Lambecium* et *Kollar.* in nota, vol. IV. commentarr. p. 77. et *Caue* l. c. qui id opus vel non esse Anastasii Sinaitae, Antiochiae episcopi, vel insigniter interpolatum censet, et exempla adducit. Sed *Oudin.* l. c. p. 565. ea, quae dixit Caue, puerilia, viro graui indigna, grauiter pronunciat. *Harl.*

V. *Index ſcriptorum et haereticorum, qui in Anaſtaſii Sinaitae quaeſtionibus memorantur.*

Nicepho-

Nicephorus, episcopus CPol. contra iconomachos. qu. 2. 57.
Nilus monachus ad Agathium monachum. qu. 2. 11. 21. ad Eucarpium monachum. qu. 3.
Olympiodorus in Iobum. qu. 16.
Origenes. qu. 23. 91. dialogus cum Megethio Marcionista. qu. 48.
Palladii hist. Lausiaca. qu. 2. Vita Chrysostomi. qu. 11.
Patres. qu. 8. etc.
Philosophus quidam (Democritus). qu. 127. externi philosophi. qu. 154.
Scholasticus probra in Platonem iaciens et a Platone per somnium monitus. qu. 111.
Samaritani. qu. 45.
[328] Sardanapali epitaphium. qu. 8.
Serenus monachus. qu. 8.
Seuerus Antiochenus. qu. 152. adde *Lambec.* VIII. p. 389. seq. [p. 827. Kollar.]
Seueriani. qu. 117.
Simon magus. qu. 20.
(Sophronii vel Moschi) pratum spirituale, limonarium. qu. 60.
Synodus VI, (Trullana) qu. 64. Chalcedonensis. 117. Synodale capitulum ex concilio Carthag. qu. 143.
Theodoreti curationes gr. adfect. qu. 8. 16. 46. 57. quaestiones. qu. 14. 20. 24. de prouidentia. qu. 16. in prophetas. qu. 17. in illud Exodi: Nomen meum non indicaui eis. qu. 40. in Hoseam. qu. 60.
Trisagii hymnus. qu. 154.
Valens Palaestinus. qu. 2. ex Palladii Lausiaca.

4. Εἰς τὴν πνευματικὴν ἀναγωγὴν τῆς ἑξαημέρου κτίσεως, λόγοι ιβ'. *Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron libri XII.* ad Theophilum, quem carissimum filium suum adpellat. Ex hoc opere, [pleno somniorum,] quod Sinaitae [s]) diserte tribuit et saepius laudat Annalium scriptor Michael Glycas, solus liber vltimus graece hactenus editus est Lond. 1682. 4. cum versione et castigationibus *Andreae Dacerii*, et praemissa editoris *Petri Allixii* expostulatione de suppressa incassum Io. Chrysostomi ad Caesarium monachum epistola a theologis aliquot Parisiensibus. Priores vndecim libri tantum latine incerto interprete exstant in patrum bibliothecae adpendice Paris. 1579. et in aliis edit. Paris. ac Colon. et in nouissima Lugdunensi tom. IX. p. 858. [t]) Graeca passim adseruantur in bibliothecis, vt in regia Paris., in Bauarica, in bibl. Collegii noui Oxon. aliisque: et in quibusdam codicibus male referuntur ad Cyrillum Alex. vt in caesareo, de quo *Lambecius* IV. pag. 198. seq. [u]) Loca

 graeca

s) Iuniori Anastasio Sinaitae tribuit *Blondel.* pag. 375. sur l'Eucharistie. *Fabr.* — *Oudin.* autem l. c. cap. 6. p. 568. seq. istas contemplationes etiam Anastasio suo quarto adsignat, vituperat Cauei iudicium, laudatque Labbeum, qui obseruatione prima in Anastasium Sinaitam inquit, vidisse se aliquos, qui, Contemplationes anagogicas in Hexaëmer. scriptas esse ab aliquo alio Anastasio aut Pseudo-Anastasio post annum 1050. vel 1078. dicerent, etc. Idem Oudin. quosdam enumerat codices, in quibus illae Contemplationes adhuc exstant. Conf. etiam *Schroeckh* in H. E. christiana tom. XVII. p. 537. *Harl.*

t) V. catal. bibl. Leid. p. 27. *Harl.*

u) Pag. 438. seq. ed. Kollar. in cod. Vindobon. CLXXXVI. sed ibid. in cod. antecedenti CLXXXV. (pag.

graecâ ex illis produxere Ducaeus notis ad Basilium in Hexaëmeron, Allatius contra Hottingerum p. 158. ad Eustathium Antiochen. p. 136. in Casaubonianis, p. 107. etc. aliique, nouissime *Montfauconus* in Hexaplis Origenianis ad Genesin, *Michael le Quien* ad Damascenum tom. I. p. 174. et *Io. Ernestus Grabe* in spicilegio patrum, tom. II. p. 195. 243. qui graecos hosce libros editurum etiam in se recepit p. 245. sed male hoc opus refert ad Anastasium, patriarcham Antiochenum. Graeca editurum se recepit quoque *Magnus Crusius* in diss. epistol. pag. 19. seq. vbi etiam clausulam libri XII. in edit. Allixiana desideratam exhibet. Laudat Anastasius commentarios in Hexaëmeron, *Ambrosii*, *Ammonii*, quem probatissimum ἐξηγητὴν ecclesiae Alexandrinae adpellat, et laudauerat etiam in Hodego [?] pag. 278. *Basilii*, Christi Fluuii *Ioannis Chrysostomi*, *Cyrilli* Alex., *Epiphanii*, *Eusebii* Emeseni, p. 895. E. *Eustathii* Antiocheni, quem doctorem synodi Nicaenae et martyrem adpellat p. 903. H. (male *Episcthio* pro *Eusthathio* p. 860. F. in edit. latina Lugd. tom. IX. bibl. patrum) *Gregorii Nysseni* et *Iustini* martyris atque philosophi, p. 887. D. 893. G. 895. A. *Seueriani* Gabaleotae (ita legendum p. 895. E. pro Seuero,) *Theodori* vere mirabilis Antiocheni ibid. et pag. 896. F. et *Theophili*. Praeterea citat *Clementem* Stromateum p. 893. G. Dionysium apostolicum mystam in sua theologia pag. 891. A. *Gregorios* duos Cappadoces, (Nyssenum et theologum Nazianzenum) *Irenaeum* Lugdunensem, pag. 910. B. *Olympiodorum* diaconum Alexandrinum, quam vrbem scriptis suis illustrasse eum notat., p. 884. H. *Pantaenum* Alexandrinum, *Papiam* Hierapolitanum, Ioannis euangelistae discipulum, *Philonem* philosophum et tempore aequalem apostolis pag. 893. G. 892. B. et *eum, qui Hexapla composuit*, (Origenem) ibid. et lib. XII. p. 7. *incuruum Origenem anagogiis et spiritualibus contemplationibus vsum inexplebiliter* reprehendit p. 895. D. seq. et iure synodica damnatum sententia statuit. adde p. 901. E. 917. G. 920. E. H. *Theodoretum* Cyrensem laudat p. 896. F. atque ibidem infelicem pronunciat *Origenem*, quod quum multos et vtiles labores emiserit in ecclesia, et omnem veterem et nouam scripturam ad verbum sit interpretatus, postea tamen, sicut etiam *Eusebius* Palaestinaeus, a veritate exciderit. De *Methodio* Origenem oppugnante vide p. 920. E. H. Per priscum Iudaeum p. 894. E. Philonem videtur intelligere, eumdemque significare p. 898. E. Memorat et Deum ab Orpheo dictum μονάδα p. 864. D. Frequentes cum Iudaeis disceptationes extemporales sibi intercessisse refert lib. VI. p. 884. A. et *secundum suum aduersus Iudaeos librum* commemorat p. 884. F. Facit et mentionem variorum haereticorum, quos verbis Mosis de Deo et paradiso minus recte intellectis ait emersisse lib. VII. p. 894. B. *Aliis quidem statuentibus Deum habere formam corporis, aliis autem serpenti magnas offerentibus gratiarum actiones, quod per eius consilium et factam praeuaricationem, ex muliere sit generatum totum genus humanum, qui quidem merito etiam adpellantur* Ophitae, *id est Serpentini.* adde 910. B. 912. G. Manichaei *autem simul et viri et mulieres nudi congregantur*

(pag. 437.) tribuuntur eaedem Contemplationes *Anastasio Sinaitae, patriarchae Antiocheno*. Insuper exstant illae *Monac.* in cod. Bauar. CXLV. teste *Hardtio* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. X. p. 22. et in cod. CCXLI. cum lacunis, secundum catal. MSS. gr. Bauar. p. 83. — in cod. *Escorial.* auctore *Pliiero* in itinerar. per Hispan. p. 156. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXI. — *Taurini* in cod. regio CVI. v. catal. codd. gr. Taur. p. 214. — *Leidae* in bibl. publ. in cod. Vossiano. v. cat. bibl. Leidens. p. 393. nr. 41. — Secundum *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. *Romae* in Vatic. (I. pag. 62. *A.*) — in cod. *Sforztiano*, (p. 707. *A.*) *Harl.*

gantur in ſuis eccleſiis ad imitationem Adami et Euae. Alii autem vt increatam ignis adorarunt naturam, propterea quod nulla inferatur ignis mentio in vniuerſa ſex dierum creatione. Alii aquam coluerunt tamquam increatam, quoniam non ſcriptum eſt, et dixit Deus: fiat aqua. *Alii, ex quibus ſunt* Perſae, *cum ſororibus et matribus contraxerunt matrimonium, propterea quod noſtri primi parentes coniungerentur cum ſuis matribus et ſororibus. Sunt etiam quaedam* [ꝑ] *haereſes, quae Deum accuſant, quod non prohibuerit, ne malignus Euam ſeduceret per ſerpentem. Alia autem rurſus haereſis decreuit, beſtiarum quoque animas eſſe ratione praeditas, quae poſſunt orationem audire et excolere, quum audiiſſent Deum, benedicentem volucribus et piſcibus, et exſecrantem ſerpentem, et adducentem ad Adamum beſtias et volucres et iumenta, vt ſciat, quidnam ea nominet.* Manichaeorum errorem, *mendacem Deum, qui locutus eſt Vetus Teſtamentum,* blaſphemantium, perſtringit p. 900. A. 902. H. 917. G. Simonis magi lib. XII. p. 19. Haereſin Encratitarum p. 917. G. Praeterea p. 895. D. citatur Hebraeorum liber non redactus in Canonem, qui dicitur *Teſtamentum protoplaſtorum,* in quo traditum fuit, quadrageſima die Adamum poſitum in paradiſo, *ſicut etiam,* inquit, *videtur cuidam hiſtorico chronographo, Pyrrhoni, et quibusdam expoſitoribus.* Huius Pyrrhonis chronographi ex Anaſtaſio etiam mentionem facit Glycas p. 82. Annalium. Matthaei euangelium ex ſermone hebraico a Luca et Paulo in linguam graecam translatum ait Anaſtaſius p. 900. D. Aquilae interpretationem Geneſ. II. 18. *Ποιήσομεν αὐτῷ βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ* perſtringit pag. 902. H. acerbius, quam ille quidem promeruerat, vt ad illum Geneſeos locum notauit in Hexaplis ſuis Montfauconus. Iterum Symmachus et Aquila aduocantur p. 909. F. ad Geneſ. III. 1. et 5. p. 909. F. 913. E.

5. *In Pſalmum ſextum* homiliae duae, lectu dignae, quarum prior incipit: *πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς.* Poſterior: *πρέπουσα διδασκαλία μετανοίας.* Priorem cum verſione *Philippi Sueuenzelii* S. I. vulgauit *Henricus Caniſius* tom. III. Lection. Antiquar. p. 87-122. [in ed. Baſnag. tom. I. p. 480. et alteram p. 502. gr. et lat. ex edit. Combefiſ. auctar. noui tom. I. p. 943.] Vtramque *Franciſcus Combefiſius* in tomo I. auctarii noui Pariſ. 1648. fol. p. 907. 943-976. qui poſteriorem eruit e MS. regis chriſtianiſſimi, verſionemque ſuam adiunxit [v]). Anaſtaſii Sinaitae liber in Pſalmum ſextum laudatur a *Nicephoro* XVIII. 44. *Ὁ εἰς τὸν ἕκτον ψαλμὸν λόγος τῇ εἰσβάσει τῶν νηστειῶν ἐκδοθείς.*

6. In

v) De priore v. ſupra in hoc vol. p. 557. med. Altera homilia eſt periphraſis prioris. Vtraque homilia frequenter occurrit in catalogis MSSt. — *Vindobonae* in cod. caeſar. CXLIX. nr. 18. poſterior homilia; ſed *Lambec.* IV. pag. 220. ſeq. illum cod. non mediocriter differre ab edit. Caniſ. animaduertit, et Kollar. in not. contra *Oudin.* l. c. tom. II. p. 573. defendit Caniſium, et conſulere iubet Caniſii antiq. lect. a Baſnagio editas. tom. I. p. 480. et 481. in not. — Ibid. in cod. CXLVII. nr. 12. apoſpaſmation ex homilia in Pſalm. VI. narratio graeco-barbara de famoſo quodam latrone Thraciae. v. *Lambec.* et Kollarii not. IV. p. 270. et *Oudin.* l. c. II. p. 573. — Ibid. in cod. CLI. nr. 4. et cod. CCXLIX. 3. homilia in ſextum Pſalmum, habita *prima hebdomade ieiuniorum,* inc. *πρέπουσα ἀρχὴ ἀληθινῆς μετανοίας. Lambec.* IV. p. 286. et V. pag. 299. — Prior ibid. in cod. XXXI. nr. 18. et cod. XXXIII. nr. 5. *Lambec.* VIII. p. 717. et 758. ed. Kollar. — Eadem *Venet.* in cod. Nan. LXXV. nr. 72. cod. CXXVIII. nr. 7. et CCCIX. nr. 15. v. catal. codd. gr. Nan. p. 156.

6. In Dominica quinta ieiuniorum, περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν καὶ μνησικακεῖν. *De sacra synaxi, et de non iudicando, deque obliuione iniuriarum.* Incipit: ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις. Ex Bauarico codice cum versione *Achillis Statii* Lusitani, edidit *Henricus Canisius* Antiqu. Lect. tom. III. p. 60-86. [w]) deinde recensitam ad regios codices cum noua versione sua *Franciscus Combefisius* auctar. nou. tom. I. p. 881. Combefisii versio recusa tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. p. 943. Fragmenta ex Statii versione adhuc tum inedita produxerat *Baronius* ad a. 599. n. 9. seq. Porturegalenses in perpetuitate fidei catholicae de transsubstantiatione, hoc scriptum malunt tribuere iuniori, nescio cui, *Anastasio Nicaeno*, quod [?] ex Ioanne Climaco quaedam de iudicio temerario repetit. Sed merito Combefisius illa ratione parum passus est se moueri, vt non potius fidem haberet consensui codicum MSS. illud Sinaitae constanter tribuentium. Vide *Lambecium* IV. p. 135. 168. [p. 310. nr. 6. p. 378. nr. 5. vbi cod. in fine habet narrationem infra inter scripta inedita nr. 17. memoratam: it. vol. V. p. 90. seq. et p. 243. nr. 8. Kollar.] et *Montfauconi* bibl. Coislinianam p. 490. Accedit, quod, Anastasium Sinaitam, non est dubium, post Io. Climacum scripsisse.

7. Περὶ

p. 156. 298. et 526. — ibid. in cod. bibl. *Marc.* LI. init. et cod. CCCXXXVIII. init. v. cat. codd. gr. Marcian. p. 34. et 156. — *Florent.* in bibl. Med. Laurent. cod. I. nr. 9. plut. 7. inc. πρέπουσαν ἀρχὴν εἰλικρινοῦς μετανοίας· et differt ab editis. Forsan eadem est, quam laudauit Nicephorus: (eadem est in cod. *Coislin.* CCLXXXV. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 401.) — ibid. in cod. Laurent. XXVI. nr. 19. plut. 7. incip. πρέπουσα ἀρχὴ εἰλικρινοῦς μετανοίας τῶν νηστειῶν περιέχει. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 196. et 284. — Eadem *Mosquae* in cod. synod. CCII. nr. 3. — in cod. CCVI. nr. 8. πρέπουσαν ἀρχὴν εἰλικρινοῦς· — in cod. CCXCVI. nr. 2. πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς. — III. *b.* in 4. πρέπουσαν τῶν νηστειῶν ἀρχήν· v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. in 8. p. 43. 130. 192. et 299. — Prior *Taurini* in cod. regio CCCXX. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 401. — Eadem in cod. *Barocc.* CXCVII. in cod. *Laudi* XCV. 12. s. nr. 737. cat. I. in cod. CCCXXIII. *Thomae Gale*, s. nr. 6157. cat. MSS. Angliae etc. tom. II. — in cod. *Cromwell.* CXII. 24. s. nr. 290. cat. cit. tom. I. — *Monac.* in cod. Bauar. CCXIX. inc. πρέπουσα ἀρχὴ εἰλικρινής· v. *Hardt.* in Aretini Beytr. etc. a. 1805. part. 4. p. 578. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCLXXII. nr. 27. et CMLXXIX. nr. 9. — In cod. *Escorial.* vtraque: v. *Plüer.* itinerar. cit. pag. 156. — In codd. *Sfortian.* interpretatio in Psalmum sextum, et sermo de S. Synaxi. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 696. *C.* et *D.* ac p. 704. *A.* — ibid. p. 27. *D.* et p. 142. *B.* de codd. bibl. *Vatican. Rom.* — ibid. p. 492. *B.* *Mediolani* in bibl. Ambros. notandus est cod. in quo plura sunt; *Anastasii* orat. in Psalm. VI. in ingressum ieiuniorum; de etymologia; de transfiguratione Christi; sermo in montem Sina; *in Psalmum VI. de poenitentia;* responsiones ad interrogatt. de variis euangelicis capitibus; de patribus, qui in monte Sina depositi sunt, narrationes variae: — ibid. p. 1312. *D.* in cod. *Mazarin.* Anast. Sinaitae in ingressum ieiuniorum. Add. *Oudin.* l. c. p. 573. seq. *Harl.*

w) Sed *Basnage* in edit. Canisii lect. etc. tom. I. pag. 465. repraesentat illam orat. ex edit. Combefisiana, recensita ad codd. bibl. *Paris.* in qua septem reperiri codd. qui continent id opusculum, in vol. II. cat. MSS. Paris. significatur. — De cod. *Bauar.* XXIV. ex quo Canisius vulgarat orationem, v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1805. part. 3. pag. 25. sq. — conf. supra vol. IX. pag. 740. nr. 6. et de codd. *Oudin.* l. c. pag. 572. sq. nr. 6. et 7. quibus addam cod. *Taurin.* CXV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 217. — Excerpta ex oratione *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 25. plut. 8. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laur. I. p. 361. — *Mosquae* cod. CCCLI. nr. 42. in cod. autem XXX. biblioth. typographei synodalis est Anastasii Sinaitae περὶ τῆς νηστείας τῆς τελουμένης κατὰ τὴν ιδ΄ τοῦ νοεμβρίου μηνός, ἀπὸ τῆς μνήμης τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου μέχρι τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· ἡ κατὰ τὴν ιδ΄. τοῦ νοεμβρίου, teste *Matthaei* in notitia MSSt. gr. Mosquens. p. 228 et 289. *Harl.*

7. Περὶ τῦ, κατ᾽ εἰκόνα, *de homine ad imaginem Dei condito.* Graece et latine prodiit ſub nomine Anaſtaſii presbyteri Sinaitae, ad calcem Philocaliae Origenis graece et latine, cura *Ioannis Tarini*, Pariſ. 1618. 4. Idem ſermo etiam inter Gregorii Nyſſeni opera lucem vidit tom. I. Opp. Pariſ. a. 1615. p. 854-866. *) et a. 1638. tom. II. p. 22. cum *Frontonis Ducaei* verſione, cum qua lucem viderat Ingolſtad. 1596. Incipit: Οἱ τὴν ἑαυτῶν ἀπλανῶς τῦ πρεσώπε. Sane auctorem Nyſſeno iuniorem vix quicquam ſuadeat, licet Anaſtaſio alii maluerint tribuere. Vide *Tillemontium* tom. IX. memor. p. 741. et 605. vbi hoc ſcriptum putat eſſe particulam maioris operis, quo difficilia S. ſcripturae loca auctor illuſtrabat, quod mihi neutiquam veriſimile videtur. *Fabr.* Aureolum libellum vocat *C. Barth.* ad Claudian. Mamert. p. 315. *Fabr.* — Fragmentum in cod. *Moſquenſi* XXX. nr. 2. indice *Matthaei* l. c. p. 316. — In cod. *Laurent.* I. nr. 6. 7. et 8. plut. 7. ſunt tres homiliae Anaſtaſii de homine, ad imaginem Dei condito, cum paucis ſcholiis, quarum prima a Tarino ad calcem Origenis Philocaliae p. 561-589. ſecunda autem, tamquam altera primae pars, ibid. a p. 589-605. edita eſt: tertiam, in qua auctor declarat cauſſam, quare duo illos ſermones conſcripſerit et alia docet, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. I. (vbi p. 295. ſeq. recenſuit tres illas homilias,) p. 299-312. gr. cum verſione lat. Dominici Straticon. primus ex illo cod. in lucem emiſit. — In cod. *Barocc.* CXCVII. incip. Ἀλλά γε δεῖ ἐπὶ τό. *Harl.*

8. Εἰς μεταμόρφωσιν τῦ Σωτῆρος. *In Chriſti transfigurationem* ſermo diuerſus a duobus, quos de hoc argumento habemus Anaſtaſii Antiocheni. Incipit: ὡς φοβερὸς ὁ τόπος ὅτος. Meminit Allatius lib. de Simeonibus p. 116. et citat Ioannes Cypariſſiota. *Fabr.* Eadem homilia in cod. *Barocc.* CXCIX. ſub fin. — in cod. *Mazarin.* teſte *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. II. p. 1317. *E.* — *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 29. v. *Bandin.* l. c. I. p. 456. — *Pariſ.* in bibl. publ. in codd. MCXCIV. nr. 7. MDIV. 7. et MDXLVIII. 12. add. *Oudin.* (qui eam adtribuit Anaſtaſio *quarto*,) l. c. p. 571. nr. 3. et 572. nr. 5. *Harl.*

9. Εἰς τὸς κοιμηθέντας ἐν Κυρίῳ. *In eos, qui in domino obdormiuerunt.* Incip. τί τῦτο σήμερον ἀγαπητοί. Meminit *Allatius* p. III. libri laudati de Simeonibus et MS. in bibl. caeſarea *Lambecius* IV. p. 136. *Fabr.* ſ. p. 311. nr. 7. ed. Kollar. — item *Venetiis* in cod. *Naniano* CXXVIII. nr. 3. v. catal. codd. gr. Nan. p. 297. — in cod. *Eſcorial.* v. Plüer. itinerar. per Hiſpan. p. 156. — in codd. duobus *Mazarin.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1311. *B.* et 1315. *B.* — in cod. *Moſquenſi* V. v. *Matthaei* notit. MSS. gr. Moſquenſium. in 8. p. 17. nr. 7. isque edidit hanc homiliam in Gloſſariis et Anecdotis, Moſquae, 1774. 4. vol. I. p. 51. ſqq. *Harl.*

10. *In nouam Dominicam et Thomam* apoſtol. et *de S. Theodori ducis,* (de quo Henſchenius ad VII. Febr.) imagine laudatur a Io. Damaſceno de imaginibus.

11. Περὶ ἀναστάσεως. *De reſurrectione* citantur a Mich. Glyca in Annalibus p. 86. 89. 94. 102. diuerſa a ſermone de reſurrectione, qui exſtat Anaſtaſii Antiocheni.

12. *Ca-*

x) V. ſupra vol. IX. p. 106. nr. 12. *Harl.*

12. *Capita ascetica* MSS. in bibl. Coislin. p. 574. Incip. Οὐαί σοι ψυχή.

13. *De anima*, incipit: [y]) ὅτι μὲν ἐ δεῖ τὰ σεσιωπημένα τῇ θείᾳ γραφῇ. Id. p. 585. Etiam Anastasio Sinaitae tribuunt nonnulli ἐκλογὴν siue scriptum distributum in capita XXXV. quod graece et latine cum Philocalia Origenis edidit *Ioannes Tarinus* Paris. 1618. 4. sub titulo: *incerti philosophi christiani graeci de anima celebriores opiniones*. Vide *Casparem Barthium* ad Claudianum [332] Mamertum p. 137. qui idem scriptum latine ex Tarini versione Claudiano subiunxit p. 472-532. Incipit: τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἄλλαι ἄλογοι, ἄλλαι λογικαί. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 221. et vol. IX. p. 62. nr. XXI. *Harl.*

14. Sermonem *de diuersis modis salutis et poenitentiae* seruari MS. in bibl. Vaticana, notauit ante Oudinum Posseuinus in adparatu, sed puto eum vidisse, quod habemus inter Anastasii quaestiones quaestione CIV. *Fabr.* Homilia *de poenitentia*, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXIV. nr. 19. — *Vindobon.* in cod. caesar. CCXXXVIII. nr. 7. orat. *de variis animi saluandi et poenitentiae agendae modis.* v. *Lambec.* V. p. 205. seq. *Harl.*

15. Περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεων καὶ τῶν συνόδων γενομένων κατ' αὐτῶν, quod MS. memorat *Lambecius* VIII. p. 443. [z]) non videtur diuersum ab iis quae edita leguntur capite IV. et V. Hodegi.

16. *Daemonem excidisse, quod noluerit adorare hominem.* Est inter editas quaestio CXXVI. [Add. diss. supra ad sect. IV. §. 3. de codd. ex cod. Matrit.]

17. Labbeus bibl. noua MS. p. 82. memorat in bibl. regis christianissimi seruari Anastasii Sinaitae *de fide redemtionis*, ad ecclesiam, quae est in Babylone, (exstat pag. 78. seq. Hodegi) [aa]) nec non *in spiritum blasphemiae:* [bb]) et *de vera adoratione* et *an quotidie communicandum*

y) Est inter editas quaestiones LXXXIX.

z) Siue p. 931. sqq. ed. Kollar. Atque Lambec. qui plura de illa narratione, quae memorat etiam concilium CPolitanum tertium, a. 680 et 681. sub imp. Constantino Pogonato contra Monotheletas celebratum, et definit sub imp. Iustiniano Rhinotmeto a. C. 685. sqq. obseruat, eius auctorem diuersum esse a duobus Anastasiis, patriarchis Antiochenis et duobus illis Anastasiis, S. Maximi discipulis, quorum alter a. C. 599. alter autem a. 666. obiit, et quorum amborum auctor narrationis iniicit mentionem. Hinc etiam *Oudin.* in comment. de SS. EE. tom. I. p. 1663. sq. (vbi plura de eo narrat,) hunc *Anastasium Sinaitam* cognominat patriarcham Antiochenum, huius nominis *tertium*, a. C. 685. Kollar. autem ad Lambec. l. c. notat Fabricium, a semet ipso discedentem: v. supra vol. VIII. p. 350. sq. vti ibidem in not. n iam obseruaui. *Harl.*

aa) Exstat *Mosquae* in cod. X. incipit epistola: ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Θεός. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. ed. in 8. p. 306. nr. 38. *Harl.*

bb) Capita *de blasphemia* in cod. *Sfortiano.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 706. *C.* — *in spiritum blasphemiae*: inc. ὅταν ἄρξηται ἐν ἡμῖν ὁ δαίμων. vid. *Matthaei* notit. cit. p. 243. nr. 9. — Fragmentum sermonis Anastasii *de mystica metalepsi* seu *communione Oxon.* in codd. Barocc. CXXXI. — (conf. de *Gale* cod. ad not. sequentem. —) *Florentiae* in cod. Laurent. XXXVII. 4. plut. 69. *Anastasii responsio, quum interrogatus fuisset, vtrum melius adsidue communicare, an ex interuallo:* inc. τῦ ἀποστόλυ λέγοντος, δοκιμαζέτω ἕκαστος ἑαυτόν· v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 650. *Harl.*

nicandum corpori Christi. Et quaestiones duas 1. *si forte rerum potirentur Iudaei, infideles, haeretici, an pro eis orandum in ecclesia.* (haec inter editas est quaestio CX.) 2. *de Iudaeis vita functis ante aduentum Christi, an sint anathematizandi.* (inter editas quaest. CXI.) Licet sint, qui has quaestiones habeant pro duobus libris aduersus Iudaeos: tamen non dubito, diversum ab his fuisse opus, quod scripsisse se testatur Anastasius Sinaita libro VI. in Hexaëmeron p. 884. F. citans, quae *secundo aduersus Iudaeos libro* scripserat.

18. Video etiam ab aliis memorari eius *βίȣς πατέρων ἁγίων* [cc]), *vitas patrum qui in monasteriis montis Sina et vicinis locis sunt versati:* nec non *Encomium Aegypti*, et *de opificio hominis libros duos*, *contemplationem mysticam passionum Christi*, et *in psalmum XIII.* et quaestionem *aduersus eos, qui dicunt tres essentias in diuinis* [dd]). Haec, qualia sint, dicent, quibus ea vidisse licuerit.

VI. *Anastasii Antiocheni episcopi* [ee]) *a. 599. defuncti scripta edita.*

1. Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων λόγοι ε΄. *De orthodoxa fide sermones V.*

α΄. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. *De S. Trinitate.* Incipit: τὸν περὶ τῆς ὑγιȣ̃ς ἡμῶν πίστεως καὶ τῶν ἀληθῶν.

[†] β΄. Περὶ ἀπεριγράπτȣ. *De incircumscripto.* πάντα τολμᾷ γλῶσσα δολία.

γ΄. Περὶ θείας οἰκονομίας. *De diuina incarnatione.* Ἱκανῶς ἡμῖν τῶν περὶ θεολογίας.

δ΄. Περὶ πάθȣς καὶ ἀπαθείας Χριστȣ̃. *De passione et impassibilitate Christi.* δείξας ἑαυτὸν διὰ τῶν παρ' αὐτȣ̃. [add. not. anteced.]

ε΄. Περὶ ἀναστάσεως. *De resurrectione.* Ἀλλὰ γὰρ ȣ̓ περὶ τȣ́των μόνον. [conf. supra, vol. IX. p. 740. nr. 6.]

cc) *Διηγήσεις διάφοροι περὶ τῶν ἐν Σινᾷ ἁγίων πατέρων.* MS. in codice Colbertino 4726. Cangius glossar. graecobarb. *Fabr.* in cod. *Mediolan.* v. supra ad sect. 5. in cod. *Vaticano.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 142. *B. Harl.*

dd) *Anastasii*, patriarchae Antiocheni, *de prouidentia*; in cod. abbatiae S. Remigii Rhemensis, teste *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 1289. *B.* — *expositio symboli apostolorum.* Oxon. in cod. *Laudi* XL. nr. 10. s. nr. 1205. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. — *de oeconomia Christi* in cod. *Norfolciano* DXXXVI. s. nr. 3455. cat. cit. tom. II. p. 85. vbi videtur confectori catal. hic libellus collectus per Anastasium Sinaitam. — ibid. nr. 5875. s. in cod. XLI. *Thom. Gale*, Anastasii Sinaitae sermo *de cogitationibus prauis*, et sermo *de sacra et mystica communione.* add. ad nr. 17. notata. — Eiusdem *etymologicum.* vid. supra, vol. VI. p. 602. *de etymologia*, quae pars est Hodegi, v. supra. nr. 5. de cod. Mediolan. et *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. I. p. 365. — in Psalmum *nonagesimum*, *Paris.* in cod. CMLXXIX. nr. 9. — ibid. nr. 28. et in cod. MDIV. nr. 10. Anastasii Sinaitae homilia *in Christi passionem.* — Ibid. in cod. DCCCXIX. nr. 16. homilia in *descriptionem, de qua S. Lucas cap. II. et in deiparam. Anastasii*, monachi et presbyteri montis Sina, homilia *in passionem I. Christi* et *expositio secundi Psalmi*, in cod. reg. *Taurin.* CLXVI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 253. *Harl.*

ee) De illo supra, ed. vet. p. 312.

Hi quinque ſermones graece MS. in bibl. caeſarea teſte *Lambecio* VII. p. 167. ſq. [ff]) Etiam in Vaticana, aliisque. Latinam *Franciſci Turriani* S. I. verſionem vulgauit *Petrus Stevartius* in ſuo auctario lectionum antiquarum Henr. Caniſii, Ingolſtad. 1616. 4. pag. 460–516. [in ed. Baſnagii, tom. I. p. 436.] vnde recuſa eſt in tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. p. 923. Alia *Godfridi Tilmanni* interpretatio prodierat Pariſ. 1556. 8. atque inde in bibliothecis patrum Pariſienſibus. *Fabr.* *Aubertinus* de ſacramento euchariſtiae p. 894. cenſet, orationes illas quinque eſſe opus genuinum Anaſtaſii Sinaitae et Antiocheni epiſcopi ſenioris, a. 599. mortui; refragatur vero *Oudin.* l. c. p. 569. ſeq. atque ſubſcribit iudicio *Du Pin* in biblioth. noua eccleſ. ſaec. VI. p. 95. iſtas orationes plurima continere ſcholaſticorum ratiocinia, quae recte ad ſaeculum XI. poſſe referri docet, ideoque adſcribit illas Anaſtaſio, nominis *quarto. Harl.*

2. Εἰς τὸν εὐαγγελισμόν· *In adnuntiationem* b. Mariae virginis *ſermones II.* Prior incipit: σήμερον ὑμῖν, ὦ ἄριϛοι παῖδες. Poſterior: Τί πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ μέγας βȣ́λεται Γαβριὴλ ἡμῖν. Graece vulgauit *Iohannes Meurſius* in Variis diuinis p. 19. et 33. Lugd. Bat. 1619. 4. [rec. in *Meurſii* Opp. Florent. 1746. tom. VIII. p. 683.] Latine exſtat in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. IX. p. 939. 940. et in tomo ſexto bibl. concionatoriae Combefiſii. Graece et latine in tomo primo Auctarii noui eiusdem Combefiſii p. 850. Pariſ. 1648. fol. *Fabr.* Poſterior repetita eſt in *Io. Patuſae* Encyclopaedia philologica, gr. Venet. 1710. 8. vol. II. p. 338. ſqq. — Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς Θεοτόκȣ, *Leidae* in cod. Vulcan. ſic citatur in catal. bibl. Leid. p. 344. nr. 4. — add. de cod. *Pariſ.* not. ad ſect. V. nr. 18. — Alia ſupra in h. vol. p. 281. ſub fin. et p. 241. alia in Ieſu praeſentat. in templo. — Duas quoque illas oratt. *Oudin.* l. c. p. 527. et 583. adſignat Anaſtaſio *quarto. Harl.*

3. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τȣ͂ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ͂ Χριϛȣ͂. *Sermo in transfigurationem domini noſtri Ieſu Chriſti.* Incipit: ὁ φιλάνθρωπος Ἰησȣ͂ς. Latine in tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd. p. 941. et in bibliotheca concionatoria Combeſiſ. tom. VII. Graece et latine in tomo primo auctarii noui Combefiſiani p. 866. ſed extrema parte mutila p. 881. quae ſic ſuppleri debet, ἀναγκαίως ȣ̓͂ν ἐνετείλατο τοῖς μαθηταῖς σιωπῆσαι τὰ ὁραθέντα, μέχρις ȣ̓͂ φθάσας αὐτὸς καταπαλαίσει τὸν θάνατον, ἵνα μὴ γένωνται ἐν ἔθει τȣ͂ ἀπιϛεῖν τοῖς παρ᾽ αὐτῶν λεγομένοις οἱ ἀκȣ́οντες. Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάϛασιν τȣ͂ πρωτοτόκȣ σὺν παῤῥησίᾳ τὴν πάντων ἐδημοσίευον ἀνάϛασιν, καὶ εἰς τὴν ἀπὸ τῶν παχυτέρων

Anastasius III. episcopus Rom. ab a. 912. ad 914. cuius epitaphium habet Baronius ad a. 912. r. *Vatis Anastasii requiescunt membra sepulchro* etc.

Anastasius IV. episcopus Rom. a. 1153. et 1154. cuius epistolae XIII. in conciliis Labbei tom. X. p. 1132. et decima ad episcopos et abbates prouinciae Burdegalensis, (quam Baluzius ad Marcam de concordia sacerdotii et imperii vulgauerat,) p. 1851. Epistolae decem apud *Harduinum* tom. VI. parte 2. p. 1323. [vv]) qui alias duas, alteram ad archiepiscopum Bracarensem, et alteram ad Hyacinthum cardinalem, quaerere iussit apud Odoricum Raynaldum ad a. MCCXXXIX. nr. 54. seq. vbi male in margine Raynaldi notatur Anastasius II. pro IV. *Fabr.* *Mazzuchell.* l. c. p. 660. seq. addit, vnam editam esse a *Dacherio* tom. III. spicileg. p. 495. duas a *Martene* in noua collect. vett. scriptt. et monumentorum, tom. I. part. 1. p. 89. et part. 2. p. 61. atque vnam ab *Vghell.* tom. I. Italiae sacrae, col. 395. in eodemque opere tom. I. part. 2. col. 109. et 436. tom. III. col. 315. et 460. tom. IV. col. 660. et tom. VIII. col. 175. multa reperiri eiusdem pontificis rom. diplomata et priuilegia in Storia dei Campo, vol. II. p. 353. — Anastasii papae, (forsan quarti,) epistolae, decreta et alia in multis seruantur codd. a *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. msst. passim memoratis. Vid. indicem, tom. I. praemissum, voc. *Anastasii papae.* — De Anastasio IV. Helenae mausoleo porphyretico illato, et de donis eius v. *Mabillon.* museum italicum, tom. II. p. 569. seq. *Harl.*

[Anastasius

uu) Exstat *Romae* in bibl. Vaticana, — in bibl. *Cottoniana* etc. v. *Montfauc.* l. cit. p. 104. *C.* 636. *B.* etc. et pag. 1369. *A.* in B. S. Victoris, (Parisiensis,) Anastasii papae quaedam — Conf. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XVII. p. 194. sq. *Oxon.* in cod. Laud. LXVIII. s. nr. 1105. cat. MSS. Angliae I. 1. *Privilegium Anastasii papae rom.* haud tamen addito numero, quo distingueretur — Forsan pertinet ad Anastasium IV. *Harl.*

vv) Vid. infra, vol. XI. p. 614. ed. vet. *Harl.*

[Anastasius *protospatharius*, ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 322. *Harl.*]

Anastasius *Senogalliensis* in ducatu Vrbinate episcopus, subscripsit Pauli I. papae constituto, a. 761.

Anastasius *Tabiensis* siue *Tauiensis*, Ταβίας in Galatia episcopus, vicem gerens metropolitani Dorothei Ancyrae, adfuit concilio CPol. a. 553.

Anastasius, *Tenedi* insulae in Cycladibus episcopus, interfuit concilio Ephesino a. 431. et conciliabulo a. 449.

Anastasius *Theotocianorum* episcopus, supra, Apolloniadis.

Anastasius Thessalonic. episc. ad quem Leonis M. epist. *Fabr.* conf. *Schroeckh.* l. c. tom. XVII. pag. 88. *Harl.*

Anastasius, *Tiberiopolitanus* in Phrygia Pacatiana episcopus, interfuit synodo CPol. a. 680.

[?] Anastasius, *Tiburtinus* (Tiuoli) in Campania romana episcopus, interfuit concilio Romano a. 595. et alius a. 721.

Anastasius, *Ticini* in ducatu Mediolanensi episcopus, interfuit Romano concilio celebrato a. 680.

Anastasius, *Trium Tabernarum* in Latio episcopus, interfuit concilio Rom. a. 853.

Anastasius, *Tripolcos* in Lydia episcopus, interfuit synodo generali septimae siue Nicaenae secundae a. 787.

Anastasius, *Tudensis* in Gallaecia Hispaniae prouincia episcopus, Toletanae interfuit synodo a. 633.

Anastasius, *Tyraei* in Pisidia episcopus, interfuit synodo Photianae a. 879.

Anastasius, *Vngrorum* siue Hungarorum archiepiscopus, a. 1007. subscripsit diplomati Iohannis papae XVII. quod in vita S. Henrici edidit Gretserus et e Gretsero *Harduinus* tom. VI. concil. pag. 770.

De S. Anastasia vtraque Romana dixi supra p. 193. Et de Anastasia diaconissa et Anastasia consulis coniuge p. 608. in Anastasio diacono. *Fabr.* Conf. supra, vol. IX. p. 261. infra vol. XI. vet. edit. p. 423. — *Seueri* epp. ad Anastasiam, consulis vxorem, et ad Anastasiam, diaconissam. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 56. nr. 34. et 35. — In cod. *Bodleiano* IV. 25. (s. nr. 2452. cat. MSS. Angliae I. part. 1.) passio *S. Chrysogoni* martyris et *Anastasiae* virginis, VIII. Cal. Decembr. — et in cod. *Bodlei.* LXXII. 93. (nr. 2567. cat. cit.) vita *Anastasiae* virginis, antiquis versibus anglicis descripta. — Plura de illa Anastasia romana, a. 303. interfecta eiusque duabus epistolis scripsit, multosque, qui eius vitam persequuti sunt, citauit *Mazzuchell.* l. c. p. 659. — Idem pag. 669. sqq. copiose exposuit vitam scriptaque *Philippi Anastasii* archiepiscopi Surrent. in Campania, nati 1656. *Ludouici Anastasii*, archiepiscopi Surrent. nati 1692. et trium aliorum Anastasiorum, Italorum, recentioris aetatis, aliosque Germanos natione *Adelung.* l. c. p. 770. sqq. *Harl.*

CAPVT XXXIII. (olim XXXVI.)

DE SEVERO ANTIOCHENO, OLYMPIODORO ALEX. ET ZACHARIA SCHOLASTICO.

Seuerus Antiochenus. I. *Eius scripta.* II. *Alii Seueri.* III. *Olympiodorus Alex.* IV. *Olympiodori alii.* V. *Index scriptorum in Olympiodori commentariis ad Meteora laudatorum.* VI. *Zacharias scholasticus.* VII.

[*Cum supplementis G. C. Harles.*]

I.

SEVERVS Sozopolitanus in Pisidia, ex causidico Berytensi monachus ac post Flauianum a. C. 513. ww) episcopus *Antiochenus*, sed quoniam synodo Chalcedonensi aduersabatur, ob Eutychianam haeresin depositus primo anno Iustini imp. (CHRISTI 519. xx) Antiocheno 567.) successorem nactus Paulum, et, hoc defuncto, Euphrasium. Deinde edicto Iustiniani iterum condemnatus, contra Aphthartodocetas ita depugnauit, vt caput daret contrariae haeresi, quae ab ipso dicta est Seuerianorum siue corrupticolarum, de qua videndus *Damascenus* c. 84. et e recentioribus *Natalis Alex.* saec. VI. p. 400. et *Garnerius* ad Liberatum p. 140. Οἱ ἔχοντες τὰ Σευήρȣ συγγράμματα, καὶ μὴ καίοντες αὐτὰ, χειροκοπȣ͂νται, *Matthaeus Blastares* p. 59. syntagm. *Fabr.* [v. inter Nouell. Iustin. nr. 42. et *Caue* l. cit. p. 501. *Harl.*] Vita Seueri huius, quam olim legit *Euagrius* III. [⁋] 33. et *Liberatus* cap. 19. breuiarii, intercidit

ww) Ab anno Chr. 512. Seuerum fuisse episcopum Antiochenum, scribit *Saxius* in Onomast. II. p. 17. laudatque *Pagii* critic. Baron. ad a. 513. II. III. pag. 126-130. *Caue* tamen in Hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 499. (vbi multus est de hoc Seuero, qui interdum *archiepiscopus* Antiochenus nuncupatur, eiusque scriptis,) „anno, inquit, 513. Flauiano, patriarcha Antiocheno, ob fidei catholicae defensionem sede sua pulso, Seuerus nunc sibi thronum arripuit; et in *Enthronisticis* tum litteris, tum sermonibus, statim se Zenonis *Henoticum* suscipere, et synodum Chalcedonensem anathematizare diserte professus est." De *Seuerianis* vide *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. pag. 1068. et 1360. inprimis *Assemannus*, de quo postea sermo erit, passim in tom. III. part. I. v. ibi indic. voc. *Seuerus.* — In bibl. *Coislin.* pag. 86. cod. XXXIV. est *definitio synodi CPolit. II. contra impium Seuerum aliosque cum ethnicis sentientes haereticos*, (quam *Montfaucon* ait consentire, cum edit. Concil.) tum sententia Mennae patriarchae contra eosdem — ibid. pag. 265. seq. editae sunt a *Montfaucon.* graec. et lat. e cod. CCV. *definitiones fidei orthodoxae*, in quibus anathemate quoque damnatur *Seuerus impius et cum Graecis*, (h. e. deorum cultoribus,) *sentiens.* Ibid. p. 56. sq. plura ex diuersis Seueri opusc. adferuntur fragmenta; in his *Testimonia Seueri Acephali, haeresisque principis.* (αἱρεσιάρχȣ) *et ethnici* (Ἕλληνος,) *qui Antiochiae Syriae archiepiscopus fuit.* — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii sunt libri canonum duo, in quorum vno *acta contra Seuerum*, v. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSSt. p. 196. *A. Harl.*

xx) Anno 518. sec. *Assemann.* l. c. p. 408. tom. II. vti postea docebimus. *Harl.*

tercidit. [Add. *Euagrii* H. E. lib. IV. cap. 10. 11. p. 356. ſqq. *Walch.* in hiſtoria haereſium tom. VII. p. 128. ſqq. de controuerſiis monophyſit. ſub imper. Iuſtiniano primo etc.] Interciderunt et Acta ſynodi aduerſus eum celebratae CPoli a. 518. ſub Ioanne patriarcha, de qua mentio in actione V. concilii ſub Menna a. 536. Os omnium doctorum a Syris dictus eſt. v. *Aſſemann.* bibl. orient. tom. II. p. 241. Ex ſcriptis Seueri ipſius, quae olim exſtitere quam plurima, ſola fere ad nos fragmenta peruenerunt. De ſyriaco ſcriptorum Seueri interprete, *Iacobo Edeſſeno,* a. C. 651. v. *Aſſemanni* bibl. orient. tom. I. pag. 469. 474. 488. vbi etiam mentio *epiſtolae* Seueri *ad Solonem, Iſauriae principem:* idem etiam p. 494. vbi de Seueri *tribus tomis homiliarum,* ſyriace verſis. De *Paullo*, epiſcopo Callinici, ſexto ſaeculo ineunte claro, qui itidem plura Seueri ſyriace vertit, vti ex nota ad calcem codicis Nitrienſis XXIX. colligitur, locum dedit *Aſſemann.* ibid. tom. II. p. 46. ſeq. Alter poſt Seuerum, monophyſitarum doctor praecipuus, *Philoxenus*, Syris *Mar Xenaias Mabuienſis:* eius epiſtola ad monachos ap. *Aſſemann.* bibl. orient. I. p. 479. et tom. II. p. 23. ſqq. vbi plura illius ſcripta recenſentur: et a p. 10. eius vita fataque enarrantur. *Fabr.* — *Aſſemann.* in bibl. ſua or. multis aliis locis agit de Seuero Antiocheno. In tom. igitur I. p. 408. in chronico Edeſſeno §. LXXXVII. Iuſtinus dicitur, anno imperii ſecundo, qui fuit annus Graecor. octingenteſimus triceſimus, (a. C. 519. m. Sept. quo etiam Baronium Seueri fugam narrare, animaduertit Aſſemann. in nota 4.) Seuerum Antiochia et Mabugo Xenaiam expuliſſe; ſed Aſſemannus in nota cit. obſeruat, anno praecedenti id accidiſſe, docteque probaſſe *Noriſium* in libro de anno et epochis Syro-Macedonum diſſ. 3. cap. 6. atque *Euagrium* lib. IV. cap. IV. diſerte ſcribere, Iuſtinum primo imperii anno iuſſiſſe, Seuerum comprehendi; Dionyſium demum teſtari, Seueri depoſitionem a. Graecorum 829. Chriſti 518. peractam fuiſſe: praeter ea laudat *Pagium* a. 518. nr. 7. et 519. nr. 17. — Idem *Aſſemann.* in tom. II. in diſſ. praefixa de Monophyſitis fol. *d.* quaedam de Seuerianis tradit. In ipſa bibliotheca ibid. pag. 54. ex loco Ioannis, Telae epiſcopi aequalis, notatur, Seuerum e vita migraſſe a. Graecorum 849. d. VIII. Febr. et Ioannem illum edidiſſe cantus ſyriacos de natiuitate Domini, et de laudibus Seueri Antiocheni, eosque exſtare in cod. Clement. Vatic. XV. pag. 321. de chronico Gregorii Bar-hebraei, inter alia de fuga fatisque Seueri narratur, eum ſcripſiſſe *Philalethem* et *Zenonis Henotica* interpretatum eſſe, et, tandem, poſtquam ſe Alexandria contulerat in vrbem regiam, fretus Theodorae imperatricis patrocinio, demum ſententia Agapeti papae, Byzantio eiectum, in Aegyptum reuertiſſe, ac monachi ſpecie tamdiu delituiſſe, donec Alexandriae interiiſſet die 28. Febr. anni Graecorum 850. a. Chriſti 539. Sed *Aſſemann.* in nota docet, eum a. Chr. 542. non 539. periiſſe. Add. p. 327. de noſtro Seuero; et multis aliis locis nominantur Syri, a quibus varia Seueri opera citantur. — In tom. III. part. 1. p. 19. in not. teſtatur *Aſſemann.* ſe in biblioth. coenobii Scetenſis S. Mariae Syrorum in deſerto Nitrienſi vidiſſe cod. peruetuſtum ſyriacum, qui inter alia multa complectebatur vitam *Seueri patriarchae.* — Ibid. p. 167. in nota ex cod. ſyriaco locum adducit, in quo patres graeci, coacta oecumenica ſynodo, Seuerum eiusque ſymmiſtas et gregales condemnaſſe dicuntur. — Add. de noſtro *C. Guil. Franc. Walch.* in hiſtoria haereſium, germanice ſcripta, tom. VI. p. 981. ſqq. (vbi quoque laudat *Tillemont.* p. 682. *Lequien* or. Chr. tom. II. p. 730. ſqq.) — t. VII. p. 134. p. 16. ſqq. vbi potiora Seueri ſcripta ſ. fragmenta et iudicia recenſentur, (et p. 23. not. 1. laudatur *Manſius* in adpendice tom. IV. Supplementi concilior. p. 467. ſqq. et in collectio-

collectione ampliff. concilior. tom. VII. p. 499.) — ſaepius a pag. 128-231. tom. VIII. p. 540. de Seuero et Seuerianis inprimis p. 818. ſqq. de eius ſcriptis. — *Schroeckh.* hiſt. eccleſ. chriſtian. tom. XVIII. p. 525. 528. 536. ſqq. *Lambec.* comment. vol. III. p. 115. ſqq. *Harl.*

II. *Seueri Antiocheni ſcripta* yy).

Commentarii in Iobum, Matthaeum, Lucam, Ioannem, et alios *S. ſcripturae libros,* e quibus plura fragmenta paſſim in Catenis graecorum patrum editis atque ineditis leguntur zz) iam ſub *Seueri*, iam ſub *Antiocheni*, iam vt apud Thomam Aquinatem ſub *Graeci,* iam ſub *Seueriani* nomine. Etiam in Catena Corderiana ad Lucae VII. 38. pro *Seruio* ex MS. Mazariniano *Seuerum* reponendum monet Combefiſius in bibl. concionatoria, in qua ex iisdem plura produxit latine, nihil in illis haeretici obſeruaſſe ſe teſtatus, quoniam nimirum Catenarum collectores heterodoxa de induſtria omiſerunt, vt Catenae in Ioannem auctor feciſſe ſe diſertis verbis profeſſus fuit, quam eandem cautionem etiam adhibuere in aliis, vt Apollinario, Theodoro Mopſueſteno, et Origene, Euſebio, Theodoro Heracleenſi, Diodoro Tarſenſi etc.

Seueri πῶς νοητέον τὴν τȣ̃ Κυρίȣ τριήμερον ταφήν. *De concordantia euangeliſtarum circa ea, quae in ſepulcro Domini contigerunt,* MS. in bibl. caeſarea teſte *Lambecio* III. p. 44. [p. 117. Koll. cuius not. conferes. *Harl.*] Integrum graece et latine ex codice bibl. Coislinianae exhibet *Montfauconus* in catalogo codicum illius bibl. p. 68-75. Confer Anaſtaſii Sinaitae quaeſtionem 152.

Λόγοι ſiue ſermones quam plurimi, ex quibus fragmenta in MSS. bibl. Coislinianae ἀπὸ λόγȣ ιδ'. ιέ. etc. vsque ad ρξ' ſiue 160. Etiam in Catena Ghisleriana ad Ieremiam tom. I. p. 438. ἀπὸ λόγȣ ξβ'. Vide *Montfauconi* bibl. Coislinianam, p. 53. et p. 61. vbi ἐκ τȣ̃ λόγȣ εἰς τὸ Φωτιςήριον, *in baptiſmum*, εἰρημένȣ. *Fabr.* Iacobus Edeſſenus et alius Seueri

yy) Codd. *Nifrienses* in bibl. Vaticana bene multos, in quibus plures partes ſcriptorum Seuer. ſyriace verſorum continentur, recenſet *Aſſemann.* in bibl. orient. tom. I. pag. 569. ſqq. cod. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. e quibus etiam catal. Fabric. ſuppleri poteſt, tum p. 585. in cod. I. *Beroeenſi:* p. 601. gr. *in Pentecoſten*, inter codd. gr. *Abr. Maſſad* Maronitae: p. 613. cod. XV. *Aſſemanni*, Seueri *octoëchus* ſeu cantus tonis octo expreſſi, graec. *Harl.*

zz) Conf. ſupra, vol. VIII. cap. 13. de catenis etc. pag. 644. 646. etc. In permultis catenis MSStis in varios libros ſacros vel citatur Antiochus vel fragmenta ex variis eius ſcriptis excerpta leguntur. Breuitatis cauſſa tantum ablegabo ad *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 41. 43. 54. (vbi et p. 53. ſqq. multa alia Seueri ſcripta, aut potius fragmenta, in codd. potiſſimum Coislin. ſeruata memorantur,) p. 57. 66. ſq. 68. bis, p. 75. 76. 138. 244. bis, p. 247. 248. 250. 251. 264. 267. 275. — tum ad cat. codd. gr. *Marcian.* Venet. p. 17. 19. 20. 22. 23. 24. add. cel. *Morell.* in bibl. MS. graec. et lat. tom. I. pag. 30. 33. 38. et 48. — ad *Lambecii* comment. vol. III. 115. ſq. 119. ſqq. p. 35. not. 4. p. 43. not. 2. p. 67. 161. ſq. 166. 174. et 345. — tom. IV. p. 394. Kollar. — ad catal. MSS. Angliae etc. I. 1. nr. 2329. ſ. cod. *Bodlei.* IX. — nr. 5795. ſ. cod. *Huntington.* XLIX. explanatio apocalypſeos ex Seuero et aliis, arab. etc. — *Aſſemann.* in bibl. orient. II. p. 80. ſqq. aliquot ex variis Seueri operibus loca, quae Petrus Iunior ſyriace verſa produxit, reddidit et illuſtrauit. *Harl.*

Seueri homilias, in syriacum transtulerunt sermonem, quae in tres tomos ita distributae fuerunt, vt primus complecteretur priores homilias 43. secundus, (qui ex versione Iacobi exstat in cod. Nitr. XXXI.) a 44-90. tertius a 91-125. v. *Assemann.* bibl. orient. I. p. 494. add. ad §. 1. — Teste *Montfauc.* l. a Fabricio ad §. 1. iam cit. pag. 53. in cod. quondam regio memoratur sermo centesimus sexagesimus. *Harl.*

Ἐκ τῶν ἐνθρονιαστικῶν αὐτȣ̃ λόγων εἰς τὴν τῶν νηστειῶν τεσσαρακοστήν. *Ex eius inauguralibus sermonibus, in S. Quadragesimam,* dictus in parasceue eam praecedente, in Cassiani ecclesia. Incipit: Νόμος ἐστὶ καὶ τῶν σωματικῶν παλαισμάτων. Fragmentum in Damasceno Mich. Lequien tom. I. p. 504. *Fabr.* A *Moyse Barcepha* in commentario de Paradiso, (lat. verso et edito ab *Andrea Masio*, typis Plantin. 1569. rec. in bibl. patrum,) citantur loca Seueri de Epithronio. v. *Assemann.* bibl. orient. II. pag. 128. Add. p. 302. seq. et *Montfauc.* l. c. p. 56. fin. *Harl.*

Ἐκ τȣ̃ λόγȣ εἰς τὸ τρισάγιον καὶ τὸν Εὐαγγελισμόν. Fragmentum MS. apud eumdem virum doctissimum, p. 57. *Fabr.* De trisagio v. *Assemann.* l. c. II. p. 130. vbi Seueri Antioch. sententia ex eius homilia de trisagio, quae inter Epithronias centesima vicesima quinta dicitur esse, adducitur: ibid. p. 207. memoratur, citari Seuerum de trisagio a Dionysio in libro quodam, syriace scripto. *Harl.*

[?] Ἀπολογητικοὶ plures in codicibus Coislinianis memorantur, nisi, vt Montfauc. verisimiliter coniicit, p. 54. pro ἀπολογητικȣ̃ κβ'. legendum ἀπὸ λόγȣ κβ', et sic ρϟϛ'. ό. ρβ'. Apologeticum Seueri etiam citari in catena regia Paris. ad cantica S. scripturae testatur Combefisius. *Fabr.* Citatur quoque Seuerus ex Apologetico 22. in euang. Lucae cum variorum commentariis in cod. XXII. et CXCV. *Coislin.* et in cod. cod. ex apologetico 46. in euang. Ioannis cum commentariis variorum; et in cod. CCII. in catena patr. in acta apostolorum v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 67. 248. et p. 263. *Harl.*

Προσφωνητικὸς λεχθεὶς ἐν Δάφνῃ ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Εὐφημίας. Citatur in actis synodi Lateranensis a. 649. tom. VI. *Labbei* p. 316.

Κατὰ τȣ̃ Ἰωάννȣ τȣ̃ Γραμματικȣ̃ τȣ̃ Καισαρείας. *Contra Ioannem Caesareensem, grammaticum* citatur λόγος γ'. κεφάλ. ιζ'. Huius Ioannis apologia synodi Chalcedonensis contra Timotheum memoratur in *Anastasii* Hodego p. 90. et 96. Seueri contra Iohannem, in Catena ad cantica S. scripturae, et in actis synodi Lateranensis a. 649. habitae. *Ioannis*, *Scythopolitani* episcopi, ἐκ τȣ̃ λόγȣ η' κατὰ Σεβήρȣ αἱρετικȣ̃ κεφ. γ'. citatur in synodo Lateranensi a. 649. tom. VI. *Labbei* p. 308. *Nicias* monachus contra Seuerum apud *Photium* cod. L. *Eulogius* Alex. contra Timotheum, Seuerum et Theodosium. id. cod. CCXXV. seq. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* CLXVII. qui continet Theodoreti, episcopi Cyrensis, expositionem in omnes psalmos Dauidis, Seueri opus contra Ioannem grammaticum, cognomine Philoponum, sic citatur: ἐκ τȣ̃ κατὰ Γραμματικὸν λογ. γ'. κεφ. ϛ'. v. *Lambec.* comment. IV. p. 394. — In *Petri Iunioris* libro syriaco aduersus Damianum multa fragmenta ex libr. I. II. Seueri aduersus grammaticum

Caesareensem proferuntur, teste *Assemanno* in bibl. orient. II. p. 80. add. eumdem ib. p. 96. sq. et p. 295. vbi ex Gregorio Bar-hebraeo citantur Seueri homilia epithron. 1. et 22. atque homilia, cur ad orientem adoremus: conf. etiam *Walch.* histor. haeresium saepius laudatam, tom. VII. p. 19. sqq. qui ex Leontio plures adtulit Seueri sententias cum Leontii refutationibus, et ablegauit nos ad *Mansii* adpendic. tom. IV. supplementi concilior. p. 467. sqq. et ad eiusdem collect. amplissim. concilior. tom. VII. pag. 799. Add. eumdem *Walch.* ibid. tom. VIII. p. 818. sqq. de pluribus Seueri scriptis copiose differentem; is tamen p. 820. ex Anastasio suspicatur, librum φιλαλήθης et hunc, ex Fabricii iudicio diuersum libr. contra Ioannem grammaticum esse vnum eumdemque. *Harl.*

Κατὰ κωδικίλλων Ἀλεξάνδρε συντάγματα. *Libri aduersus codicillos Alexandri.* Citatur in catena inedita bibl. Coislinianae ad Octateuchum. *Fabr.* Pag. 42. de cod. VI. Coislin. add. eumdem *Montfauc.* ibid. p. 54. et p. 263. de cod. CCII. *Harl.*

Περὶ τῶν δύο φύσεων. *De duabus naturis* liber octauus citatur in collectione testimoniorum sub Ioannis Damasceni nomine.

Φιλαλήθης *contra synodum Chalcedonensem* citatur ab Anastasio in Hodego p. 94. 96. [cap. VI. p. 822. v. *Walchii* histor. haeres. tom. VIII. p. 819. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 54. *Harl.*]

Apologia τῦ φιλαλήθους. Vide *Montfauconi* bibl. Coislinianam p. 54. et *Labbei* conspectum operum Io. Damasceni p. 54.

Ἀποκρίσεις πρὸς Εὐπράξιον κεβικελάριον. *Ad Eupraxium cubicularium responsiones. Montfaucon.* p. 68. [ibid. p. 54. p. 77. p. 248. in cod. CXCV. in cat. patrum in euangel. S. Ioannis. *Harl.*] et *Lambec.* III. p. 43. [s. p. 116. sqq. ed. Kollar. cuius not. conferes. *Harl.*]

Σύνταγμα κατὰ τῆς διαθήκης Λαμπετίε. *Aduersus Lampetii Massaliani testamentum. Photius* cod. LII. [v. *Montfauc.* l. c. p. 54. et 76. *Harl.*]

Κατὰ τῶν προσθηκῶν Ἰελιανε σύγγραμμα. *Scriptum aduersus Iuliani* (Halicarnassei) *additamenta:* in catena ad Ieremiam Ghisleriana tom. II. p. 759. Plura etiam fragmenta in codicibus Coislinianis ἐκ τῶν πρὸς Ἰελιανὸν συγγραμμάτων. *Fabr.* Vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 54. vbi plures alii citantur codices Coisl. in quibus diuerso modo memoratur id opus. — p. 61. in catena in Ezechielem s. cod. XVII. citatur ἐκ τῦ πρὸς Ἰελιανὸν συντάγματος: it. p. 263. — A Petro iuniore in libro syriaco ex Seueri libro I. aduers. Iulianum Halicarnasseum, cuius ille apologiam et adpendicem impugnat, quaedam proferuntur, v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 80. *Harl.*

Κατὰ Φιλικισσίμε. *Contra Felicissimum* citatur λόγος δ', κεφάλ. ζ'. *Fabr.* Vid. *Assemann.* l. c. p. 81. ex Seueri libro II. et V. aduersus Felicissimum; et *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 53. seq. *Harl.*

Ὅτι

Ὅτι ἀπαθὴς ὁ λόγος. MS. apud Michaëlem le Quien.

Ὑπακοὴ εἰς τοὺς μάρτυρας. *In martyres.* Vide *Montfauconi* bibl. Coislin. pag. 44. et 54. et 76.

Σύνταγμα εἰς τὸ, ἅγιος ὁ θεός. *In illud: Sanctus Deus.* [*Montfauc.* l. c. p. 77.]

[?] Διάλογος πρὸς Ἀναστάσιον. *Aduersus Anastasium dialogus.* [v. *Montfauc.* l. c. p. 54.]

Βίβλος τῶν ὑποσημειωθέντων ἰδιοχείρως διαφόρων κεφαλαίων. Ὑποσημείωσις δευτέρα, in Damasceno nouae edit. tom. I. p. 505. Incipit: ὅτι δεῖ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀδιαλείπτως νηστεύειν. [v. *Montfauc.* l. c. p. 57.]

[Liturgia. v. infra, vol. XIII. p. 821. et *liber conciliorum* in cod. arab. Coislin. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1042. *B. Harl.*]

Epistolas Seueri *synodicas*, quibus Chalaedonensi synodo anathema dixit, memorat Euagrius III. 33. 34. nec minus ἐνθρονιστικὰς siue sub auspicium episcopatus sui scriptas, nec non rescriptas singulis patriarchis responsorias IV. 4. et Liberatus c. 19. breuiarii. Quamplurium aliarum epistolarum fragmenta in codicibus MSS. Coislinianis, vt docet *Montfauconus* p. 55. seqq. et 44. [77. ac p. 263.]

Ad Ammonium [a]). Ad Ammonium presbyterum. Ad Ammonium scholasticum. Ad Ammonium et Petrum.

Ad Anastasiam ὑπάτισσαν siue consulis vxorem. Ad Anastasiam diaconissam. [v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 56. nr. 34. et 35. et vid. ad fin. capitis antecedentis: in cod. Coptico ap. *Assemann.* bibl. orient. I. p. 618. XI. *Harl.*]

Ad Anastasium consulem (a. C. 517.). Ad Anastasium diaconum. [v. *Montfauc.* l. c. p. 77. et p. 263. *Harl.*]

Ad Andronicum coenobiarcham.

Ad Photium et Andream.

Ad Anthimum (CPol. episcopum, haereticum Monophysitam) synodica epistola. Incipit: τῶν πρὸς τὴν σὴν Θεοφιλίαν. Citatur in Actis synodi Lateranensis a. 649. actione V. et in synodo CPol. a. 680. actione X. Huius Anthimi ad Theodosium, et Theodosii ad Anthimum et Seuerum epist. memorat *Euagr.* IV. 11. [v. *Montf.* l. c. p. 57.]

Ad ciues Antiochenos. Euagr. IV. 4.

Ad Antonium episcopum.

Ad Archimandritas.

a) V. locum memorabilem in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77. *Harl.*

Ad Auxonem.

Ad Bericianum, πρὸς Βερικιανόν. [citatur quoque in catena patr. in Ezechiel. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 61. *Harl.*]

Ad Bostrenos.

Ad Caesariam.

Ad Caesarium.

Ad comites. Vide Montfauconi bibl. Coislinianam p. 56. et 138.

Ad Constantinum. Ad Constantinum episcopum. Ad Constantinum ἀποὑπάτων, siue exconsulem. [add. *Montfauc.* l. c. p. 77.]

Ad Didymum ἐρωτήσαντα εἰ χρὴ τῶν γεγηρακότων πρεσβυτέρων περικοπῆσαι τὰς σιτήσεις καὶ παρασχεθῆναι ἄλλοις τοῖς δυναμένοις ἀντ' αὐτῶν λειτουργεῖν. *Num oporteat presbyteris senibus annonias adimere et conferre aliis qui munia sacra obire possunt.*

[*] Ad Edessenos. Πρὸς Αἰδεσηνοὺς. al. πρὸς Ἐδηνοὺς. [etiam apud *Montfauc.* l. c. p. 263.]

Ad Eleusinium [in *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 57.] citatur in actis synodi Lateranensis a. 649. Meminit et Liberatus c. 19. breuiarii.

[Ex epistola ad orthodoxos *Emesae*, fragmm. citantur a *Petro iuniore* in cod. syriaco ap. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 80. sq. ibid. ex epistola ad *episcopos orientales. Harl.*]

Ad episcopos. Ad episcopos ἑορταστική, δείκνυσιν ὅτι τύπος ἦν τῶν μελλόντων κατὰ ἑορτὴν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων γίνεσθαι, τὰ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ πεπραγμένα. *Epistola festalis, ostendens ea quae a Dauide gesta sunt, figuram esse eorum quae summi sacerdotes in festis facturi erant.*

Ad Euphemium consulem.

Ad Eutychium episcopum. Liberatus c. 19. breuiarii.

Ad Flauianum episcopum. Id.

Ad Heraclianum. [πρὸς Ἡρακλιανὴν in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77.]

Ad Ioannem ducem (ἡγούμενον) epistolae III. [ap. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 57. vbi notatur, citari etiam in concilio Lateranensi sub Martino I. actione seu secretario V. *Harl.*] Ad Ioannem tribunum citatur in catena ad Cantica S. scripturae. Ad Ioannem militem. *Fabr.* [In cod. LXXXI. f. in cat. patrum in cantica S. scripturae fragmm. ex Seueri epp. ad Ioannem *tribunum*, ad Ammonium et Petrum, ἐκ τῆς πρὸς Κομήτων (sic bis) ἐπιστολῆς, ex sermone γ'. κεφ. ς' contra grammaticum. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 138. — in cod. CCLXXV. f. in cat. patr. in eadem cantica ex Seueri epist. ad Ioann. *tribunum.* — Ex epist. ad Ioannem *militem* in cod. XXV. et cod. CCII. f. in cat. patrum in acta apostolor. v. *Montfauc.* l. c. p. 77. et 263. *Harl.*]

Ad

Ad Ioannem episcopum Alexandrinum, (haereticum Monophysitam). [ap. *Montfauc.* p. 57.] Citatur in concilio Lateranensi a. 649. actione V. tom. VI. Labbei p. 319.

Ad Isidorum comitem. [v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 81.]

Ad Iulianum episcopum (Bostrensem).

Ad Iustinianum imp. et Theodoram Augustam. *Euagr.* IV. 11. *Nicephor.* XVII. 8.

Ad Leontium chartularium. [v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77.]

Ad Magnam citatur in catena regia Paris. ad cantica S. scripturae et in codicibus Coislinian.

Ad Marinum episcopum. Ad Sergium et Marinum, πρὸς Σέργιον καὶ Μαρῖνον ἐπισκόπους, in catena Ghisleriana ad Ieremiam tom. I. p. 414.

Ad Maronem episcopum. Ad Maronam. Liberat. c. 19. breuiar.

Ad Metram πρωτεύοντα. *Fabr.* Ad Metram, in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77. — Ibid. et p. 263. ex epist. ad Maronem. *Harl.*

Ad Misaëlem diaconum. Ad Misaëlem cubicularium. [in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77.]

Ad monachos, πρὸς μονάζοντας, in catena ad Ieremiam tom. III. p. 20. 21. Ad monachos, qui in monasterio Isaaci, πρὸς τοὺς ἐν τῇ μονῇ τοῦ Ἰσαάκου.

Ad Nephalium. Anastasius in Hodego p. 92. 100. 322. 326. De hoc Nephalio vide *Euagrium* III. 33.

Ad Niciam episcopum. [v. *Montfauc.* l. c. p. 77.]

Ad Oecumenium. [in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 57.] Citatur in actis synodi Lateranensis a. 649. tom. VI. Labbei p. 316. Ad Oecumenium comitem epistola II. quae incipit: ἔστι καὶ ἡμῖν ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. [ap. *Montfauc.* l. cit.] in actis synodi CPol. [?] a. 680. tom. VI. Labbei p. 834. Ad Oecumenium scholasticum Isauriae. Liberatus cap. 19.

Ad orthodoxos Constantinopolitanos. [v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 77.]

Ad Paulum diaconum Persam, (haereticum Nestorianum,) citatur in actis synodi Lateranensis a. 649. in quibus etiam eiusdem Pauli fragmenta, et in actis synodi CPol. a. 680. Incipit: τὸν μὲν ἀπόστολον Παῦλον. [in cod. *Coisl.* v. *Montfauc.* l. c. p. 57.]

Ad Ammonium et Petrum. Ad Petrum monachum. *Fabr.* A Gregorio Bar-Hebraeo, citatur epist. Seueri ad Petrum monachum, et a Petro iuniore Seueri epist. ad ipsum Petrum per Gerontium missa. v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 298. et 81. *Harl.*

[Ad Phocam. In cod. *Coislin.* XXV. siue in cat. patrum in acta apostolor. ex epistola Seueri ad Phocam et Eupraxium, cubicularium, et iterum ad Phocam. v. *Montfauc.* l. c. pag. 77. *Harl.*]

Ad Phream et Eupraxium cubicularium.

Ad Photium. Ad Photium et Andream. Ad Photium πρωτεύοντα. [*Montfaucon.* l. c. pag. 77.]

Ad Probum.

Ad Prosdocium medicum. [*Montfauc.* bibl. Coislin. p. 57.]

Ad Sergium, in catena ad Ieremiam tom. II. p. 477. Ad Sergium patriarcham. Ad Sergium episcopum. Ad Sergium et Marinum. Ad Sergium grammaticum tres epistolae. [ex secunda et tertia epist. in cod. Coislin. VIII. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 57. ex iisdem

dem a Petro iuniore Syro citantur] fragmm. v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 81. *Harl.*]
Ex vna fragmentum in Actis synodi Lateranens. a. 649.

Ad Simplicium. Anastasius in Hodego p. 322.

Ad Solonem, Seleuciae in Isauria episcopum, contra Euchitas. Incipit: ἦλθεν εἰς τὴν ἐμὴν μετριότητα. *Fabr.* Ioannes, episcopus Darae, in libr. de resurrectione corporum, citat locum ex Seueri epist. ad Solonem, teste *Assemanno* in bibl. orient. II. p. 120. et in cod. *Coislin.* CCII. ex Seueri ep. ad Solonem κατὰ Εὐχητῶν. *Harl.*

Ad Soterichum episcopum. *Euagr.* III. 44.

Ad Theodorum archiepiscopum, in Catena ad Ieremiam tom. I. p. 83.

Ad Theodosium Alexandrinum. Citatur in actis synodi Lateranens. a. 649. et CPol. a. 680. Meminit et Euagrius IV. 11.

[Ex epistola Seueri ducentesima quinquagesima libri primi, quae ante episcopatum ad *Theognostum* scripta fuit, producit fragm. Petrus iunior, Syrus, teste *Assemanno* in bibl. orient. II. p. 80. *Harl.*]

Ad Thomam episcopum Germaniciae. Vide *Montfauconi* bibl. Coislin. p. 68. [bis pag. 248. et *Assemann.* bibl. orient. II. p. 81. de loco Seueri memorabili. *Harl.*]

Ad Timotheum archiepiscopum Alexandrinum. *Fabr.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 77. et 263. *Harl.*

[Ad Victorem presbyterum, ap. Petrum iuniorem, et initium epistolae, syriace redditae, posuit *Assemann.* in bibl. orient. II. p. 81. *Harl.*]

[Seueri liber *de religione*, arabice, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Huntington.* LXXXIII. siue num. 5829. cat. MSS. Angliae tom. I. *Harl.*]

Si Abulpharaium audimus, Seuerus non longe abfuit a catholica synodi Chalcedonensis sententia. Ita enim ille p. 148. Historiae Dynastiar. *Hoc tempore* (Anastasii imp.) *innotuit* Seuerus, *patriarcha Antiochenus, qui libros multos composuit ad adstruendam sententiam de natura vna e naturis duabus, diuina et humana, sine mixtione, confusione aut corruptione, verum ita, vt eo, quo fuerant, modo manerent, sicut natura hominis duabus naturis animae et corporis constat, et corpus duabus naturis materiae et formae, ita vt nec anima in corpus mutetur, nec materia in formam vel contra.*

Librum de ritibus baptismi et sacrae synaxis apud Syros Christianos receptis, [b]) e syriaco latine vertit et vtraque lingua vulgauit *Guido Fabricius* Boderianus, Antwerp. 1572. 4. tributum D. *Seuero, Alexandrino quondam* [sic] *patriarchae.* Sed in codice Guidonis syriaco auctor tantum *Mar Seuerus patriarcha* [c]) nuncupatur. Et, *Male*, inquit Rich. Simon ad Gabrielem Philadelphiensem p. 290. *ritus ille in editis exemplaribus tribuitur Seuero, patriarchae Alexandrino. Codex MStus, quem consului, praefert nomen Seueri, patriarchae Antiocheni, et in multis ab edito discrepat. Asseruatur in bibliotheca C. V. Claudii Hardy.*

Homi-

Homiliae *epithroniae* syriace superstites, quarum centesima vicesima quinta de trisagio citatur ab *Assemanno* bibl. or. II. p. 180. 174. in throno habitae memorantur ib. pag. 303. *Fabr.* vide supra. *Harl.* *Seueri* Antioch. Opusculum: Concordantia Euangeliorum circa ea quae in sepulcro domini contigerunt, item de Sabbatis et de varietate exemplari S. Marci Euangelistae ex Montefalconii bibl. Coislin. repeti iussit Gallandius bibl. PP. tom. XI. p. 221. seq. sed in Prolegg. p. VI, sq. docuit, esse illud *Hesychii*, presbyt. Hieros. iam dudum inter Opp. Greg. Nyss. et in Auctario Combefis. editum, plenius autem legi in Coteler. Monument. eccl. gr. tom. III. in. *Beck.*]

III. *Seueri alii.*

[Seuerus episcop. *Achmounin* in Thebaide s. Aba Saouirus. In codd. arab. *Paris.* sec. catal MSS. bibl. publ. vol. IV. p. 117. (vbi v. plura de iis,) Seueri, filii Mocfae, Aschmounin ciuitatis in Aegypto episcopi, vita, mores, patriarcharum successorum euangelistae Marti Alexandriae etc. in cod. CXXXIX. et in cod. CXL. pars tertia de praesulibus eccles. Alexandr. — Eius sermo, arabice scriptus, de religione christiana, *Paris.* in MSto cod. bibl. publ. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSStar. I. p. 714. *D.* ibid. *A.* eiusd. pars II. de concilio Nicaeno. — Ibid. p. 717. *A.* eiusd. patriarchae Alexandrini: nisi potius haec historia patriarchar. Alex. tribuenda sit Seuero Alexandrino: aut illi sint iidem, nec diuersi [d]). *Harl.*]

Seuerus *Alexandrinus*, Iacobita, saeculo decimo declinante Asmonaeorum episcopus, cuius meminit *Elmacinus* III. hist. Saracen. p. 306. Ex eius historia patriarcharum Alexandrinorum, arabice scripta et adhuc inedita, adferunt plura *Abraham Ecchellensis* parte I. Eutychii vindicati, *Bartholomaeus Herbelotus* in bibl. orientali et *Eusebius Renaudotius* in Historia patriarchum Alexandrinorum. Scripsit et aduersus Eutychii, cuius aequalis fuit, annales, teste eodem Ecchellensi, qui narrat, opus illud Seueri MS. exstare

b) V. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 713. nr. 297. et 298. *Ritus baptizandi* a Seuero, *patriarcha* Antiocheno, syriace in bibl. publ. — p. 1046. *C.* in bibl. Coislin. sine nomine, syr. et ibid. *C.* Officium S. Gabrielis etc. per S. Seuerum *patriarch.* Antiochenum, syriace. *Harl.*

c) Conf. *Caueum* l. c. p. 500. sq. qui eum librum nostro Seuero adiudicandum esse, censet. — A Dionysio Bar-Salibi citatur Mar Seuerus, *patriarcha oecumenicus in cantico crucis, cantu primo.* v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 205. qui plura scripsit de Crucibus, quae super corpus et sanguinem fiunt, et tom. III. part. I. pag. 19. in not. commemorat cod. peruetustum syriacum, qui praeter multa alia continet vitam *Seueri patriarchae.* An Alexandrini? — *Paris.* in bibl. publ. (v. cat. MSS. Par. tom. IV.) ordo baptismi, in codd. syriac. LXXXV. LXXXIX. XC. XCVII. — disputatt. in cod. syriac. CXXIII. (de quo v. plura in catal. p. 65.) — orat. de vnione hypostatica, arabice versa, in cod. LXXXVIII. — inter codd. arab. cod. CVII. ep. ad Anastas. et codd. CVIII. et CXXX. de miraculis Mich. archangeli. — Fragmenta etiam seruata sunt in Anastasii quaestionibus et responsionibus. v. caput anteced. de Anastasio Sinaita sect. 5. V. in indice scriptorum etc. et *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 188. it. de Moyse et Balaamo, in cod. *Vindobon.* CXLVI. nr. 30. in eclogis miscellaneis etc. v. *Lambec.* IV. p. 264. sq. add. p. 571. ed. Kollar. et supra ad §. 1. adnotata. — In codd. *Paris.* bibl. publ. syriacis, (v. cat. MSS. bibl. Paris. vol. IV. p. 54.) est in cod. XXXII. *Seueri haeretici Liturgia* et in cod. XXXVI. *Seueri Antiocheni Liturgia.* *Harl.*

d) In cat. bibl. publ. Paris. vol. IV. sunt *Seueri Ashmoniensis*, disputatio de agno mystico in cod. LXXII. et alia. v. indic. *Harl.*

exstare in Vaticana bibl. [conf. *Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 106. ad a. 978. *Assemann.* in bibl. orient. II. p. 143. not. 1. et postea, de Seuero *Mokaffaeo. Harl.*]

Sub Seueri Alexandrini patriarchae nomine *Guido Fabricius Boderianus* Antwerp. p. 1572. 4. syriace et latine vulgauit librum de ritibus baptismi et sacrae synaxis apud Syros receptis. [e]) Verum is, vt iam notaui, Antiochenum potius, quam Alexandrinum episcopum habet auctorem.

[Seuerus *Alexandrinus*, rhetor, v. supra, vol. VI. pag. 53. Eius *narrationes* etiam in cod. Mosquensi CCXXVI. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosquens. p. 149. nr. 7. in 8. *Harl.*]

[Seueri, tres *Amidae* episcopi: de quibus v. *Assemann.* bibl. orient. II. pag. 48. 107. 112. et 388. *Harl.*]

[Moyses Barcepha, *Seuerus* adpellatus: de cuius vita, scriptis, erroribus morteque multus est *Assemann.* l. c. p. 127. sqq. 218. sq. 349. 440. et 303. add. pag. 130. 158. 159. 189. 197. 239. 283. et 295. et in tom. I. pag. 585. memoratur cod. Beroeensis, qui continet Moysis Barcephae, seu Seueri, episcopi Mosocani, homilias in praecipuas anni festiuitates, arabice: — et de Seuero, episcopo *Edesseno* vid. ib. tom. II. p. 102. *Harl.*]

Arrianus Seuerus ICtus, auctor librorum de interdictis.

Seuerus, Cabulensis in Thracia episcopus, Arianus, qui subscripsit decreto synodi Sardicensis orientalium a. 347. Omitto alios Seueros episcopos, quorum in subscriptionibus conciliorum mentio occurrit.

Seuerus, *praetor Asiae*, temporibus imp. Antonini philosophi, memoratus *Aristidi* rhetori tom. I. p. 572. 600. etc.

Seuerus, ad quem duo epistolarum volumina scripserat Lactantius, teste Hieronymo c. LXXX. de Scriptt. eccles. et cap. CXI. *Aquilius Seuerus,* (alii legunt, *Atilius) in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri.* *Fabr.* conf. supra, vol. IX. p. 263. sq. *Harl.*

Seuerus, *Balearis* insulae, (hodie Minorcae,) episcopus, cuius epistolam de Iudaeorum in illa insula conuersione et miraculis per S. Stephani protomartyris reliquias factis vulgavit *Baronius* ad a. C. 418. n. 49. Vide *Nic. Antonii* bibl. veterem Hispan. tom. I. pag. 188. *Fabr.* Conf. *Cauei* hist. lit. SS. eccl. I. p. 395. sq. ad a. C. 418. (qui errorem *Miraei* in Auct. c. 72. castigauit,) et *Oudin.* in comm. de SS. eccl. I. pag. 994. sq. vbi plura de illo Seuero adtulit, et se acriter defendit ab iniuria Cauei, *Harl.*

Caecilius

e) Sub eius nomine exstat *Romae* in cod. bibl. Vaticanae *de baptismo.* v. *Montfauc.* l. c. p. 134. *C.* Sub eius nomine quoque Liturgia Coptitarum Iacobitarum interdum inuenitur: ab aliis tribuitur illa S. *Gregorio* theologo. v. infra, vol. XIII. p. 818. De Seuero, patriarcha Alexandrino, cognomento *Bar-Masche* v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 104. inprimis p. 335. *Harl.*

Caecilius Seuerus.

C. *Cassius* Seuerus Parmensis, cuius leguntur nonnulla in catalectis veterum poëtarum. *Fabr.* Conf. *Saxii* Onom. lit. I. pag. 170. sq. *Scip. Maffei* Veron. illustr. de scriptorr. Veron. libr. I. p. 15-19. *Fabricii* bibl. lat. ed. Ernesti, tom. III. p. 241. et interpretes ad epigr. CXXXV. Anthologiae vett. latin. tom. I. pag. 97. sq. ed. Burmann. de dubio aut spurio epigr. *Orpheus C. Cassii Parmensis.* — De *Cornelio Seuero* v. *Saxii* Onom. lit. I. praef. XXXI. — De *P. Cornelio Seuero*, Ouidii aequali, ibid. I. p. 193. sq. et 566. *Harl.* De Cassio Seuero cf. *Wernsdorf.* in Poet. lat. min. tom. II. p. 261. (vbi p. 310. sq. eius Orpheus legitur) et tom. IV. P. II. p. 816. tom. V. P. III. p. 1452. De Cornelio Seuero idem tom. IV. P. I. p. 25. et tom. V. P. III. p. 146. *Beck.*

[?] *Catilius* Seuerus, ICtus Hadriani imp. temporibus.

Gabriel Seuerus, metropolita Philadelphiensis a. 1577. qui diu Venetiis vixit et plura scripsit pro Graecorum ritu et doctrina, quae infra commemorandi dabitur locus. [v. infra, vol. X. p. 512. sq. vet. edit.]

[Seuerus, *Haae* episcopus, et Seuerus, *Hierusalem* episcopus. v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 382. et 334. *Harl.*]

Imperatores: L. Septimius Seuerus Pertinax ab a. C. 193. ad 211. et Alexander Seuerus ab a. 222. ad 235. *f*) et Seuerus Lucanus post Maiorianum ab a. 461. ad 465., ne dicam de Seuero Caesare, quem Galerius contra Maxentium misit a. 305. occiso Rauennae a. 307.

[*Ioannes* Seuerus. Eius opus asceticum, arabice scriptum, in cod. *Assemanni*, ipso teste in bibl. orient. I. p. 625. qui ibid. p. 63. sq. memorat *Seuerum*, codicis syriaci descriptorem, et tom. II. p. 435. *Seuerum Bar-Sciacco* alias *Bar-Esau*, episcopum in coenobio S. Matthaei: v. etiam de eo, qui dicitur quoque *Iacobus*, episc. Tagritensis, eiusque scriptis, ib. pag. 237. 241. 455. et 477. — Ibid. vid. p. 251. ex Gregorio Bar-Hebraeo, de *Seuero*, antea *Iosua* dicto, episc. Adorbigano — p. 463. de *Seuero*, episcopo Cansarini, et auctore *anaphoras:* add. p. 335. *Harl.*]

Seuero, *Malacitano* in Hispania episcopo et a. 584. a Leouigildo rege Ariano misso in exsilium et defuncto a. 589. tribuunt nonnulli sermonem LXXIV. et LXXV. Petri Chrysologi de resurrectione. Nam, quae memorat *Isidorus* Hisp. c. 30. de scriptoribus eccles. liber contra Vincentium episc. Caesaraugustanum Arianum, nec non Annulus siue libellus de virginitate ad sororem, nusquam edita sunt, quod sciam.

[Seuerus, *medicus*. v. infra vol. XIII. p. 394. in elencho medicor. — *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 598. in opusculo graeco, ab illo edito, de inuentoribus artium et disciplinarum. — Seueri *liber medicinalis* inter MSS. lat. bibl. *Iacobaeae*, cod. DVIIII. XII. f. num. 8634. cat. MSS. Angliae, tom. II. *Harl.*]

[Seuerus

f) V. *Bachii* histor. iurisp. rom. lib. III. c. 2. §. 11. p. 429. sqq. ed. Lips. 1782. 8. *Seueri nouellae* Romae in bibl. Vatic. it. in bibl. Cotton. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. p. 22. nr. 373. et 377. et pag. 657. *A.* — *Paris.* in bibl. publ. codd. XXI. v. cat. MSS. bibl. quondam regiae, ind. ad tom. IV. *Harl.*

[Seuerus *Mineruius*, de origine vrbis Spoletinae in cod. Patau. apud *Montfauc.* in Bibl. bibliothecar. MSS. p. 489. E. *Harl.*]

[Seuerus *Mokaffaeus*, episcopus Asmonaeorum in Aegypto. Plura de hoc, eiusque historia arabica mst. patriarcharum Alexandriae, dedit *Assemannus* in bibl. orient. II. p. 70. vbi longus quoque locus ex cod. arabico de Petro iuniore, quem iste Seuerus erroris arguit et Damianus vindicat, est excerptus. — in tom. I. p. 585. memoratur cod. Beroeensis, qui continet illius Seueri historiam quatuor priorum synodorum, et libr. aduersus errores Armenorum, arabice. Add. paullo ante de *Seuero Achmounin* et *Alexandrino*, qui, quod *Mok-fahi* filius fuit, nominatur *Mokkafaeus. Harl.*

[Seuerus, *monachus:* eius carmina in cod. *Vatic.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 107. nr. 2850. *Harl.*]

[Seuerus, *Platonicus.* v. supra, vol. III. p. 186. sq. *Harl.*]

Seuerus, *Mileuitanus* in Africa episcopus, cuius exstat epistola ad S. Augustinum. [MS. in cod. S. Albini Andegau. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1223 *B. Harl.*

Seuerus *presbyter*, qui interfuit conciliis Rom. a. 495. et 499. *Fabr.* Chrysostomi ep. ad Seuerum presbyterum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 572. *Harl.*

[Seuerus, episcopus *Pragensis*. vid. *Schroeckh.* hist. eccles. christ. tom. XXI. p. 442. *Harl.*]

Seuerus, episcopus *Rauennae*, de quo martyrologia et Sanctorum vitae 1. Febr. et *Tillemontius* tom. VII. memor. p. 708. seq. Omitto alios Seueros martyres, vt Romanum, de quo ad 8. Nouembr. *Fabr.* Conf. supra in hoc vol. p. 322. *Harl.*

Seuerum virum eruditum sibi familiarem laudat Martialis XI. 58.

A. Septimius Seuerus, lyricus poëta, Vespasiani clarus temporibus, quem auctorem *Moreti*, inter Virgilii Catalecta saepius editi habent Ioseph. Scaliger, Caspar Barthius, et qui cum notis ad calcem Copae edidit Io. Weitzius Francof. 1642. 8. *Fabr.* Alii rectius Septimium *Serenum* nominant Moreti auctorem. V. Burmann ad Anthol. lat. I. ep. 27. Heyn. praef. ad Mor. tom. IV. Opp. Virg. et Wernsdorf. Poet. lat. min. tom. II. p. 248. ss. *Beck.*

Seuerus *Sanctus Endelechius*, Aquitanicus, orator et poëta christianus, Romae clarus circa a. C. 376. quo tempore grassabatur illa lues hominum pariter et boum, cuius meminit S. Ambrosius X. in Lucam tom. I. p. 1506. et quam Seuerus singulari carmine choriambico *de mortibus boum* descripsit, quod post alias editiones, Iac. Gronouio curante cum Io. Weitzii et Wolffgangi Seberi notis editum est separatim Lugd. Bat. 1715 8. *Fabr.* Conf. *Fabricii* bibl. med. et inf. latinit. tom. VI. p. 164. sq. ed. Mans. et *Saxii* Onomast. lit. tom. I. p. 435. sq. *Harl.* Legitur hoc carmen in *I. Cph. Wernsdorf.* Poetis lat. minor. tom. II. p. 217. sq. cf. idem. Wernsdorf. in Prooem. p. 53. et tom. IV. P. II. p. 806. tom. V. P. III. p. 1449. *Beck.*

Seuerus, *sophista* Romanus, tempore Anthemii imp. de quo *Damascius* apud Photium cod. CCXLII. et *Suidas* in Σεβῆρος. *Fabr.* Fabricio idem esse videtur, quem supra Seuerum *Alexandrinum*, rhetora, diximus. *Harl.*

Seuerus

Seuerus *Sulpicius*, insignis scriptor, de quo dixi in bibliotheca latina. [conf. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. etc. III. p. 47. sqq. et quos ille citat. *Harl.*]

[Seuerus, *Tabrizi* episcopus. v. *Assemann.* bibl. orient. II. p. 253. 254. ex Gregorio Bar-Hebraeo. et p. 109. de Seuero *Phisensi.* *Harl.*]

Valerius Seuerus, ICtus temporibus Antonini Pii. [v. infra, vol. XII. pag. 338. 339. ed. vet. *Harl.*]

[*Theodotius* Seuerus, medicus. v. infra vol. XIII. p. 433. in elencho medicor. *Harl.*]

[✝] IV. OLYMPIODORUS, diaconus Alexandrinus, laudatur ab Anastasio Sinaita libro VII. in Hexaëmeron, ὁ πολὺς τὰ θεῖα Ὀλυμπιόδωρος, g) *in rebus diuinis praeclarus Olympiodorus:* mox eidem dicitur φιλόσοφος ὁ τὴν Ἀλεξανδρέων τοῖς λόγοις καταφωτίσας, ὡς ταύτης διάκονος, *philosophus qui Alexandriam suis illustrauit libris, vt qui esset eius diaconus.* h) In eiusdem Anastasii quaestionibus, quaestione XVI. p. 186. adfertur locus Ὀλυμπιοδώρου ἐκ τῶν τοῦ Ἰὼβ, ex Olympiodori *commentario in Iobum.* Hinc non infra saeculi septimi medium detrudendam Olympiodori aetatem recte colligas, quum Anastasius Sinaita scripserit circa a. 680., vt supra p. 313. et 324. (ed. vet.) adnotaui. Nam quod *Blondellus* p. 375. de Eucharistia ait, Olympiodorum vixisse post a. 900. vel 1000. atque inde Anastasium iuniorem quoque vult euincere; vellem, vt argumentis idoneis demonstrasset. Quod autem *Montfaucon* praelimin. in Hexapla Origenis pag. 76. ait, Olympiodorum in cod. Coislin. decimi circiter vel vndecimi saeculi dici episcopum *Trices* in Thessalia; vereor ne Oecumenium cum Olympiodoro confuderit. Namque Oecumenius dicitur episcopus Tricae in Thessalia. Vid. eiusdem *Montfaucon.* bibl. Coislinian. pag. 275. 277. Huius commentarii in Iobum magna pars seruata est in catena graecorum patrum ad Iobum, de qua non repetam, quae dixi volum. VII. p. 737. seq. i) Olympiodori scholia lectu digna *in Ecclesiasten* latine ex versione latina *Zenobii Acciaioli* Florentini viderunt lucem Paris. 1511. 4. Basil. 1536. k) 1551. 8. atque in Orthodoxographis et in bibliothecis patrum. Eadem graece et latine primum edita sunt in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. fol. tom. II. p. 602. et inde in bibl. patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tomo XIII. *In librum Esdrae* scripsisse se innuit p. 630. ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ ἐσημειωσάμεθα. Ex pluribus scriptoribus

g) Graece produxit I. E. Grabe tom. II. spicilegii patrum p. 245.

h) Diaconus dicitur etiam in Catena Ghisleriana ad Ieremiam tom. I. p. 277.

i) Siue vol. VIII. p. 646. sqq. edit. nou. pag. 659. sq. de catena patr. in Ecclesiasten. Add. Olympiodori commentar. in Iob, gr. in cod. *Bodlei.* XXVII. s. nr. 3016. cat. MSS. Angliae etc. I. — *Dublini* in cod. coll. S. Trinit. CCLXXXVIII. s. nr. 428. cat. cit. II. 2. catena in Iob. gr. cum protheoriis Olympiodori Alex. Diac. Multos codd. Olympiodori in Ecclesiasten, Iobum et Prophetas indicat *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. v. indic. et in bibl. Coislin. v. indic. *Harl.*

k) Conf. *Panzeri* Ann. typ. vol. VI. p. 315. nr. 1068. Add. editt. Basil. 1550. fol. ib. 1569. fol. in Orthodoxographis, part. 2. pag. 935. — in bibl. patrum, Paris. 1575. vol. VI. col. 407. fol. — Colon. Agr. 1618. vol. II. p. 595. v. cat. bibl. Leidens. p. 61. — Vetus edit. Ecclesiastae, *Olympiodorus in Ecclesiasten*, Aristeas de LXX. interpretibus, latine, 1512. 4. Henr. Steph. *Harl.*

bus collecta esse, vel illud *ἄλλως*, *ἄλλως* subinde repetitum docet. Nominetenus tamen scriptor in illis nullus citatur, nisi *Symmachus* ad cap. 7. et 9. et in margine ad cap. 4. *Cyrillus*, quod postremum, suspicor, esse ab interprete. *In Ieremiae prophetiam et Threnos* quam plurima etiam Olympiodori in catena patrum ad Ieremiam Ghisleriana habemus, de qua itidem dicere me memini volumine VII. p. 757. seq. [vol. VIII. p. 665. sqq. ed. nou.] *Fabr.* Olympiodori et aliorum fragmenta, in cod. *Cromwell.* CXII. f. nr. 291. cat. MSS. Angliae I. I. — Olympiodori et Nicetae quaedam in cod. *Paris.* publ. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. pag. 727. *A.* — Conf. de hoc Olympiodoro *Caue* hist. litt. SS. eccl. vol. I. pag. 491. qui eius aetatem saec. V. exeunti, vel potius ineunti VI. parum probabiliter (quoniam Anastasium, qui eum laudauit, fuisse patriarcham Antiochenum, perperam arbitratur,) adscribit, et de aliis quibusdam agit Olympiodoris. — *Oudin.* in comment. de SS. eccl. II. pag. 513. sqq. qui eius aetatem adsignat a. C. 990. at miscet cum nostro duo posteriores Olympiodoros Alexandrinos. philosophos, et trium illorum opera tribuit vni Olympiodoro, diacono. — Rectius eius aetatem adserunt a. C. circ. 650. *Hamberger.* in zuverläss. Nachrichten part. III. p. 497. et Saxius in Onom. lit. II. p. 78. *Harl.*

V. *Olympiodori alii.*

Olympiodoro vsum se testatur *Plinius* indice libri XII. Historiae Nat. *Ionsius* [l]) putat fuisse medicum: Harduinus rerum Alexandri magni scriptorem.

Olympiodorum τὸν τῶν Ἀθηναίων προστατήσαντα citat *Laërtius* in Diogene, cynico VI. 23.

Olympiodorus Atheniensis, insignis ductor militum, cuius meminit *Plutarchus* in Aristide p. 327. Inter Alexidis comoedias fuit Olympiodorus, laudata *Laërtio* III. 28.

Olympiodorus, Theophrasti discipulus. Laërt. V. 57.

Olympiodorus Alexandrinus, scriptor chemicus, quem cum Thecano [?] historico eumdem plerique faciunt. Vide *Lambecium* VI. pag. 181. seq. [m]) Chemicum eius scriptum integrum producere animus est infra libro VI.

Olympiodorus Alexandrinus, philosophus peripateticus, quem audiuit Proclus, teste *Marino* in Procli vita cap. 9. Καὶ φοιτᾷ μὲν ἐπὶ λόγοις Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον φιλόσοφον τοῦ κλέος εὐρύ. Eodem loco Marinus et e Marino Suidas in Ὀλυμπιόδωρος filiae meminit, quam Proclo nuptui collocare voluit Olympiodorus pater. Obiit Proclus a. C. 485. [conf. supra, vol. III. p. 501. et *Ionsium* l. c. p. 101.]

Olympiodorus iunior, itidem Alexandrinus, prioris fortasse nepos, cuius sunt commentarii, quos habemus *in Aristotelis quatuor libros Meteorologicon*, distributos in πράξεις siue

l) De scriptoribus historiae philosoph. lib III. cap. 18. pag. 102. ed [illegible], vbi de quibusdam Olympiodoris nonnulla traduntur. Add. supra, II. p. 47. *Harl.*

m) Siue p. 409. sqq. ed. Kollar. conf. supra, in vol. VII. p. 541. sqq. ibique notas; infra, in vol. XII. p [illegible] 64. sq. et 770. et cel. *Morelli* bibl. Mst. gr. et lat. I. p. 177. *Harl.*

ſiue lectiones (πα′) LI. editosque graece cum Fed. Turriſani praefatione ad cardinalem Herculem Gonzagam, Venet. apud Aldi filios. 1551. fol. ante Io. Philoponum in I. Meteorologicon, et latine *Io. Baptiſta Camotio* interprete, Venet. 1551. 1567. fol. Cometae, aetate ſua conſpecti anno Diocletiani σπα′. 281. (CHRISTI 565.) meminit lib. I. pag. 12. b. Alexandriae ſuae p. 37. b. ὥσπερ ἡ ἡμετέρα πόλις, ἡ Ἀλεξάνδρειαν λέγω, κεκόσμηται. Caeterum in latiua verſione pag. 10. poſt v. 25. ante verba, *Ad hunc igitur modum*, deſideratur graecae editionis totum folium ſextum et multa alia turbata, vt praxis ſexta et ſeptima, (quae incipit a verbis p. 22. b. *Poſteaquam de rebus iis,*) confuſae in vnum, pro octaua ſeptima numerata. Πράξεις XI. XII. XIII. etiam in graeco deſunt, et cum πράξει XXII. numeri etiam in graecis confuſi et omiſſi vsque ad XXXIII. Olympiodoro iuniori Alexandrino, qui in Meteorologica ſcripſit, *Gabriel Naudaeus* tribuit paraphraſin ethicorum Ariſtotelis, quam ſub Andronici Rhodii nomine Daniel Heinſius vulgauit. *Fabr.* Conf. *Iac. Brucker.* hiſtor. crit. philoſophiae tom. II. pag. 490. ſq. *Saxii* Onom. lit. ad a. C. 565. tom. II. p. 54. et alios qui ibi citantur: ſupra in vol. III. pag. 501. it. p. 231. De cod. *Coislin.* qui continet Olympiodori comm. in Ariſtot. Meteor. v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 224. *Harl.*

VI. *Index ſcriptorum in Olympiodori Commentariis ad Meteorol. memoratorum.*

Numeri, πράξεις ſiue lectiones denotant.

Οἱ

Olympiodorus, Platonis admirator, ad quem ſcribit Iſidorus Peluſiota II. 256. epiſt.

Diuerſus, vt videtur, ab his omnibus eſt Olympiodorus *platonicus*, cuius exſtant commentaria in varios *Platonis* libros, ſed adhuc inedita omnia, *in Alcibiadem priorem, in Gorgiam, in Phaedonem et Philebum*, quae omnia graece ſuperſunt MSta vel in vnica bibl. caeſarea. Pleraque etiam ex legato Holſteniano in bibl. publica huius vrbis Hamburgenſis, ne de aliis Italiae, Angliae, Galliae et Germaniae, etiam noſtrae dicam n). Sola ex πράξει prima in Alcibiadem priorem excerpta lucem [?] vidit *Vita Platonis*, quae, (lecta pridem Beſſarioni I. contra calumniatorem Platonis c. 3.) cum *Iacobi Windeti*, verſione et notis ſubiicitur notis virorum doctorum in Laertium, tomo ſecundo

n) De codd. paſſim ſupra in vol. III. cap. 3. de Platone actum eſt, e. g. p. 75. 80. 82. 83. 87. 88. 123. 142. Add. cat. MSS. gr. *Venet.* Marcian. p. 109. et 110. et cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. pag. 119. ſq. — *Paris.* in pluribus codd. bibl. publ. Olympiodori Parecbolae in Philebum, in Gorgiam, in Phaedonem, in primum Alcibiadem atque in cod. MMXVI. in ſecundum Alcibiadem. — In bibl. *Leidenſi*, Olymp. ſcholia in Platonis Gorgiam et Alcibiadem. v. cat. bibl. Leidens. p. 335. nr. 32. ibid. nr. 36. exſtat MS. Olympiodor. de ſtatu animae a corpore ſeparatae, — ib. p. 394. nr. 5. in cod. Voſſiano Olymp. ſcholia in Phaedonem: ib. pag. 396. nr. 15. Olympiodori problemata Platonica, gr. εἰς τὸν μῦθον etc. De aliis codd. in variis biblioth. v. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. indic. voc. *Olympiodorus.* — *Monaci* in cod. C. in Platonis dialog. de immortalitate animi. v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 6. p. 32. ſq. — ib. a. 1804. part. 10. p. 6. ſcholia in Platonis Gorgiam. — *Venetiis* in cod. Naniano CCLXI. ſcholia in Gorgiam, Phaedona et Philebum. v. cat. MSS. gr. Nan. p. 451. ſq. *Harl.*

cundo editionis Wetstenianae p. 582-588. sed ibi male tribuitur Olympiodoro, quem Thebanum Photius adpellat, quique historiam suam Theodoro iuniori inscripsit, defuncto a. 450. Nam in hac vita citatur Proclus; in commentariis vero ad Platonem, ex quibus, vt dixi, excerpta est ista vita, etiam longe iunior Damascius, qui Procli discipulos auscultauit [o]). Commentarii *in Phaedonem* ἀπόγραφον graecum nactus sum e sectione bibliothecae Gudianae, in quo ab Olympiodori discipulis ex eius lectionibus adnotata sunt, quae Platoni a variis philosophis obiectantur, cum singulorum resolutione et ad ea responsione. Titulus est: περὶ τȣ̃ ἀπὸ τῶν ἐναντίων λόγȣ διάταξις τȣ̃ ἡμετέρȣ καθηγεμόνος Ὀλυμπιοδώρȣ. In illo praeter Plotinum, Iamblichum, Syrianum, saepius etiam laudatur Proclus, et ὁ ἐξηγητὴς atque Olympiodorus ipse, ὁ ἡμέτερος καθηγεμών. Memorabilia in primis in hoc commentario, quae adferuntur ἐκ τȣ̃ Χαιρωνέως siue ex Plutarcho, et Stratonis Lampsaceni dubia, quae Platonicae de reminiscentia animarum sententiae, et aliis quibusdam eius dogmatibus opposuit. In Alcibiadem Platonis a Rigaltio ad Onosandrum, p. 22. 23. 91. Olympiodorus in Phaedonem Platonis citatur a Casaubono contra Baron. et in notis ad Persium atque alibi.

Olympiodori *eparchi* epistolam ad Nilum, cum Nili responsione de imaginibus in ecclesia ponendis dedit *Io. Chrstph. Wolfius* ad Casauboniana p. 303. sq. *Fabr.* Forsan ad eum pertinet *Olympiodor. de imaginibus* in cod. *Bodlei.* XCIV. 29. siue nr. 2877. cat. MSS. Angliae etc. I. 1. *Harl.*

Olympiodorus, Hippodromi sophistae pater, quem alendis equis Thessalos omnes anteiuisse scribit Philostratus II. 27. de sophistis.

Olympiodorus Aegyptius Thebanus, ethnicus librorum XXII. Historiae ad Theodosium iuniorem (ab a. C. 407. ad 425.) scriptor, quorum argumenta refert *Photius* cod. LXXX. [p]) ipsum enim opus intercidit. Hunc ipsum putabat *Ionsius* lib. III. cap. 18. de scriptoribus hist. philosoph. esse Olympiodorum, cui Hierocles librum de prouidentia et fato dicauerat, iudicemque eum constituerat disceptationis suae, καὶ αὐτὸν ἔχοντα τȣ̃ φιλοσοφεῖν ἔρωτα, ȣ̉ μὴν ȣ̉δὲ τῆς πολιτικῆς σοφίας ἄπειρον. Idem Phot. cod. CCXIV. *Fabr.* Plura leges supra in vol. VII. p. 541. sqq. vbi quoque aliorum Olympiodororum fit mentio, et vol. VIII. p. 63. — *Sylburgius* in collectione *scriptorum historiae romanae min.* tom. III. pag. 853. edidit ex *Olympiodoro* per Photium cod. LXXX. excerpta, de rebus sub Theodosio minore gestis. — Excerpta ex *Olympiodori* historiae libr. XXII. ex Candido Isauro, in corpore Byzantinae historiae, I. Paris. 1647. fol. — *Olympiodori* fragmm. historica, gr. et lat. interprete Andr. Schotto, cum *Phil. Labbei* notis inter Eclogas historicor. de rebus Byzantin. *Phil. Labbei*, p. 1. seq. — Loca quaedam emendat *Io. Dan. Ritter.* in Obseruationibus historicis, prolus. academ. Witteberg. 1742. p. 28.

o) Hinc *Hamberger.* in zuverläss. Nachrit. part. 3. pag. 396. eius aetatem collocat post a. C. 550. Num vero noster Olympiodor. in haec tempora cadat, ad iudicandum haudquaquam procliue esse videtur *Saxio* in Onomast. tom. II. pag. 54. conf. si velis, quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. II. 1. p. 427. sq. de hoc et aliis Olympiodoris. *Harl.*

p) Vid. infra ad hunc cod. in notitia scriptor. in Photii bibl. censurae subiectorum. *Harl.*

p. 28. sqq. Conf. *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. pag. 468. ad a. 425. *Tillemont.* Hist. des Emper. tom. V. p. 656. *Hamberger.* zuverläss. Nachr. tom. III. pag. 93. seq. *Saxii* Onom. lit. I. p. 491. ad a. 425. et quae scripsi in Introd. in histor. L. gr. II. part. 1. p. 369. seq. *Harl.*

Olympiodorus tibicen, Epaminondae magister, teste Aristoxeno apud *Athenaeum* lib. IV. [p. 184. Casaub. tom. II. p. 195. Schweigh. *Beck.*]

VII. ZACHARIAS scholasticus q), non diuersus fortassis a Zacharia rhetore, cuius *Historiam ecclesiasticam* ab auspiciis imperii Marciani vsque ad Anastasium siue ab a. C. 450. ad 491. sed ἐμπαθῶς, nec sine partium [?] Nestorianarum studio scriptam memorant Euagrius atque Nicephorus r): philosophiae operam dedit Alexandriae, atque deinde Beryti ius ciuile excoluit, factus interiecto tempore episcopus Mytilenes, Lesbi insulae metropolis, sicut habetur in titulo libri eius: Ζαχαρίου σχολαστικοῦ Χριστιανοῦ, τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου Μυτιλήνης. Melitiniensem in Armenia episcopum vocat *la Croze* in epist. ad Iablonskium, tom. I. Musei Bremens. p. 90. Non interfuit concilio quinto CPol. a. 553. vt post Canisium et Posseuinum tradunt *Aubertus Miraeus* in auctario de scriptoribus ecclef. p. 28. *Oudinus* p. 127. s) *Tillemontius* tom. IV. memor. pag. 408. *Elias du Pin*, aliique: nam

q) Cognomen *Scholastici* more illius aeui accepit, quoniam Beryti caussas egit. De hoc Zacharia conf. *Guil. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 519. *G. Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. pag. 1419. ad a. 550. *Iac. Bruckeri* hist. crit. philos. tom. III. p. 528. *R. Ceiller* hist. gen. des AA. eccl. tom. XVI. p. 485. *Hamberger.* zuverl. Nachricht. tom. III. p. 349. ad a. 536. quo anno interfuit synodo CPolitanae: (recte vero is pronuntiat, incertum esse, quam diu post illum annum in viuis fuerit,) et *Saxium* in Onom. II. pag. 40. ad a. 536. *Harl.*

r) *Euagrius* II. 2. III. 5. 6. 7. 18. Niceph. XVI. 5. 6. 9. etc. Huius *Zachariae rhetoris* historiam adhuc recentibus temporibus seruatam CPoli ex Constant. Varini et Ioannis Suzi catalogis librorum MSS. anotauit Antonius Verderius. Nemo tamen, quod sciam, hactenus fuit, qui eam viderit, nedum in lucem protulerit. *Fabr.* Noster Fabr. in nota msta addit: „Scripsit ἐμπαθῶς h. e. gratia et odio corruptus, vt ab *Euagrio* II. 32. et III. 7. arguitur. conf. *Valesii* notas pag. 66. qui lib. III. cap. 6, 1. nomen Zachariae excidisse notat p. 81. et eum, negat, Eutychianum fuisse p. 82. licet eum Eutychianum faciat *Baron.* ad a. Chr. 476." — De loco Euagrii II. 2. scripsit plura *la Croze* in Thesauri epistol. Lacroziani tom. III. p. 181. sq. De Zacharia rhetore et episcopo Meletinensi passim copiosius egit *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. pag. 53. vbi Zachariae locus, a Dionysio Barsalibaeo in comment. in euangelia citatus, ex codd. syriacis Vatican. repetitur et illustratur: — ibid. p. 54-62. in cap. VII. de Zacharia episc. Meletinensi, quem eundem esse cum Zacharia rhetore censet, et late recenset eius *historiam ecclesiasticam*, quae anonyma quidem exstat in cod. syriaco Vatic. 24. Sed Assemann. restituit auctoris nomen tum ex collatione locorum, quae ab Euagrio ex Zacharia citantur, tum ex Barsalibaeo, qui eius nomen diserte prodidit. Tres vero partes illa continet: prima est epitome Socratis; altera Theodoreti; tertia opus ipsius Zachariae a Theodosio iuniore vsque ad Iustinianum: isque cummaxime tertiam partem copiose percenset atque illustrat: add. ibid. p. 169. — p. 313. Gregor. Bar-Hebraeus in praefat. ad Chronicon syriace scriptum, se, etiam profitetur, collegisse *Zachariae rhetoris* et aliorum chronica; in vol. III. part. 1. pag. 35. not. de *Zach. rhetoris* narratione de anno, (circ. 450.) quo mortuus dicitur Nestorius. Add. *Lequien* orient. christian. tom. I. pag. 442. et *Walch.* histor. haeres. tom. VIII. p. 324. sq. *Harl.*

s) *Oudin.* in comm. cit. tom. I. p. 1419. ad a. C. 550. vbi eum vocat Mitylenes archiepiscopum, atque

nam in illo concilio iam fucceſſoris eius Palladii, epiſcopi metropolitani mentio, cuius vicem agebat Ioannes epiſcopus Cucuſenorum ciuitatis [t]). Sed praeſens adfuit in concilio CPol. quod celebratum eſt ſub Menna a. 536. in cuius actis plus ſimplici vice hic Zacharias, metropolita Mytilenaeus, memoratur. Ex eius ſcriptis ad nos peruenere:

I. Ἀμμώνιος *Ammonius*, ſiue dialogus cum quodam Ammonii, Alexandrini philoſophi, diſcipulo, qui ſtudii legum cauſſa Berytum ſe contulerat, et Ammonii ſententiam de mundi aeternitate propugnabat. Ὅτι ἐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει. *Quod mundus non ſit DEO coaeternus, ſed eius opificium.* In hoc dialogo exponit Zacharias, quae de eodem argumento diſputauerat Alexandriae cum *Ammonio* illo Procli diſcipulo, et *Geſſio* iatroſophiſta ſiue medicae artis doctore [u]). Mentio etiam in hoc dialogo p. 333. *Euſtathii* epiſcopi *Berytii*, qui ſynodo Epheſinae a. 449. et Chalcedonenſi a. 451. interfuit. Pythagoram et Platonem p. 341. notat, fabulam de metempſychoſi accepiſſe ab Aegyptiis. Mundum hunc viſibilem, poſt res inuiſibiles μετὰ τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν productum contendit p. 362. Huius dialogi latina verſio a *Gentiano Herueto* concinnata, mihique numquam viſa, traditur in catalogo bibl. Barberinae, vidiſſe lucem Venetiis a. 1556. Alia *Gilberto Genebrardo* auctore ſaepius prodiit in bibliothecis patrum, [v]) etiam in nouiſſima Lugdunenſi tom. IX. pag. 759. [et in *Galland.* bibl. PP. tom. XI. pag. 266. ſqq. vbi conf. Prolegg. pag. X. *Beck.*] Sed et idem libellus editus fuit graece et latine cum verſione et [*] notis *Ioannis Tarini* ad calcem philocaliae Origenis, Pariſ. 1619. 4. [w]) Cum eiusdem Tarini (non Turriani, vt in Cauei hiſt. litteraria ſcriptor. eccleſ. [et Oudin. l. c.] excuſum,) verſione notisque et notis *Caſp. Barthii* Lipſiae 1654. 4. [x]) poſt Aeneae Gazaei Theophraſtum, ſiue dialogum de animarum immortalitate. Fallitur enim Geſnerus, Simlerusque, qui Zachariae Theophraſtum tribuunt. Exſtat praeterea Zachariae Ammonius graece et latine cum verſione Genebrardi et *Frontonis Ducaei* notis in tomo priore auctarii bibl. patrum Pariſ. 1624. p. 331. in bibliotheca patrum Morelliana a. 1644. 1654. tomo XI. (notis Ducaei reiectis ad calcem tomi XIII.) *Fabr.* — De opificio mundi contra philoſophos, aeternitatem ei adſcribentes, *Paris.* in bibl. publ. codd. CDLVIII. nr. 2. et CDLX. nr. 3. — dialogus, qui *Ammonius* inſcribitur, in cod. Bodleiano, nr. 2040. 6. catal. MSS. Angliae atque de eius libris, tam msstis quam editis, copioſius agit: Oudin. igitur tantum, „vocatur, inquit, quoque Zacharias *metropolita* in actis *oecumenici concilii quinti*, quod a. 553. habitum a 165. patribus contra Anthimum et Theodorum ſub Vigilio, romano pontifice, tunc CPoli agente, temporibus Iuſtiniani et Iuſtini imperatorum" *Harl.*

t) Europe Sauante a. 1718. Aout p. 233. 234.

u) Pag. 339. τῶν φοιτητῶν (τοῦ Ἀμμωνίου) ὁ κορυφαιότατος Γέσσιος, ὃς νῦν αὐχεῖ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ Κῴου καὶ Γαληνοῦ τοῦ ἐκ Περγάμου σοφίαν, καὶ τῶν ἰατρικὴν φιλοσοφούντων διδάσκαλος παρὰ τὸν Νεῖλον προκάθηται.

v) V. cat. bibl. Leidens. p. 76. *Harl.*

w) Ed. Paris. a. 1618. ſignatam ipſe Fabric. ſupra in vol. VII. p. 221. notauit, et illius anni notam prae ſe fert quoque ed. in catal. bibl. Leidenſ. p. 62. ab *Oudino* l. c. et ab *Hambergero* in zuverl. Nachricht. II. pag. 584. ſq. citata. Noua autem editio eſſe videtur a. 1624. 4. quam ipſe quondam in manibus habui, (v. ſupra in vol. IX. p. 62. nr. XXI.) et quae etiam citatur in catal. Menken. I. p. 51. et cat. Krohn. p. 88. *Harl.*

x) Vel potius 1655. 4. vt ipſe Fabric. infra in vol. XIII. p. 809. ſcripſerat, et meum exemplar illius anni notam (Lipſiae — ſumtibus Chriſtiani Gerlachii et Sim. Beckenſteinii Anno Domini MDCLV.) confirmat. *Harl.*

Angliae etc. I. — ibid. II. 2. nr. 5893. in cod. *Th. Gale.* — *Venet.* in bibl. Marcianae cod. CDXCVI. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 260. et quaedam *Zachariae* ibid. in cod. a *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. p. 471. *E.* memorato. *Harl.*

2. *Disputatio contra ea, quae de duobus principiis a* Manichaeo *quodam scripta et proiecta in viam publicam reperit, Iustiniano imperatore:* Syntagma aduerſ. Manichaeos. Scriptum breue vnius paginae, quod exſtat latine ex *Francisci Turriani* verſione in *Henrici Canisii* antiquis lect. tom. V. p. 143. Ingolſtad. 1604. 4. et nou. edit. tom. I. p. 428. et in biblioth. patrum Colon. 1618. t. VI. et Pariſ. 1644. 1654. t. IV. parte 2. et Lugd. t. IX. p. 794. [Galland. t. XI. p. 293] Graece MS. Romae in collegio Ieſuitarum. *Fabr.* Syntagma, *Romae* in bibl. Vatic. cod. teſte *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. MSS. p. 133. *D.* — *Mosquae* in bibl. typographei ſynodalis cod. XXXII. nr. 4. ἀντίῤῥησις Ζαχαρίου, ἐπισκόπου μιτυλήνης, τὸν παραλογισμὸν τοῦ μανιχαίου διελέγχουσα etc. plura leges in *Matthaei* not. codd. gr. Moſquens. p. 294. ſq. — Ἀντίῤῥησις Ζαχαρίου — εὑρόντος ταῦτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ῥίψαντος αὐτὰ μανιχαίου τινος ἐπὶ βασ. Ἰουστινιανοῦ, *Monacii* in cod. Bauar. LXVI. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträg. etc. a. 1804. part. 3. p. 29. ſeq. Is vero docet, in cod. illo multo plura contineri, quam edita ſint, et ſequi capita breuia XLIX. et de eodem adhuc capita breuia XVI. *Harl.*

3. Inter eos, qui *Aristotelem* commentariis illuſtrarunt, Zacharias refertur in codice bibl. Coislinianae, de quo Montfauconus p. 598.

Zachariae quidam alii.

Zacharias, Hieroſolymitanus patriarcha, cuius *epistola ad eccleſ. Hieroſol. de abductione ſua in Persidem* (a. C. 614.) latine verſa exſtat in bibliotheca patrum tom. XII. edit. Lugd. pag. 984. [gr. MS. Pariſ. in bibl. publ. cod. DCCLX. nr. 39. add. infra vol. XIII. pag. 790. *Harl.*]

[Zacharias, patriarcha *Alexandrinus*, circ. a. C. 1012. ſcripſit epiſtolas *Synodicas* ad Ioannem Abdon, patriarcham, de quibus plura ſcripſit et quaedam ex cod. ſyriaco excerpta dedit *Assemann.* in bibl. orient. tom. II. p. 145. ſq. inprimis p. 151. ſeq. et *Assemann.* in illa bibl. paſſim plures *Zacharias* orientales produxit; quos paucis tantum commemorare licet: *Zachar.* epiſc. *Edessae*, a. Ch. 769. tom. I. p. 428. ſq. tom. II. p. 112. et 114. — *Zachar. Kazuinensis*, ſcriptor Mahometanus, conſcripſit *miracula genium*, tom. I. p. 178. ſq. — *Zachar.* epiſcop. *Cascarae*, ibid. pag. 435. — *Zach.* epiſcop. *Anbarae* et *Haitae*, ibid. p. 449. — *Zach.* qui dicitur *martyr.* ib. p. 439. XX. fin. — *Zachar. Abach*, princeps Curdorum, tom. III. part. 1. p. 622. — *Zachar. Razensis*, ibid. pag. 271. et *Zachar. Tiphurensis*, ibid. p. 503. — R. *Zakariah* ſermones pulcritudinis, Imre Schefer, et Aby *Zach. Tatcha* de theologia, arabice, Paris in bibl. publ. teſte *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 712. nr. 192. et p. 714. nr. 420. — At de his aeque ac de *Zacharia*, propheta V. T. et de *Zacharia*, patre Ioannis baptiſtae, atque de *Zachariis* recentiſſimae aetatis, quorum ſcripta mssta excitauit *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. (v. ind. ſub iſto voc.) plura h. l. adferre, nec vacat, nec inſtituto bibl. gr. reſpondet. *H.*]

Zacharias *Catholicus* maioris Armeniae, ad quem Ioannes, archiepiscopus Nicaenus scripsit de natiuitate Domini etc. gr. et lat. in *Combefisii* auctario nouo tom. II. pag. 297. et lat. tom. XII. bibl. patr. p. 817. Zacharias *Chalcedonensis* metropolita, et alius Antioch. ad quos Photii epistolae. *Fabr.* conf. infra in cap. de Photio, sect. IX. fin. ante indicem etc. vbi alii praeterea nominantur *Zachariae.* Zach. *Chalced.* opusculum *de tempore;* continet V. breuissima argumenta, quibus ostendit, tempus non moueri: *Venetiis* in cod. Marciano CCLVIII. v. catal. codd. gr. Marc. p. 128. *Harl.*

[Zacharias, *consul*, ad eum epistola Theodori Studitae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 144. 145. 148. 314. 315. 320. *Harl.*]

[Zacharias *Callicrgus*, circ. a. 1499. v. supra, vol. VI. p. 552. fin. et p. 597. De edit. Theocriti supra ad vol. III. p. 780. sq. — Erotemata gr. L. in cod. *Taurin.* CCCXVIII. v. cat. MSS. gr. Taur. p. 398. Conf. *Humph. Hodius* de Graecis illustribus lib. II. cap. 9. p. 317. sq. et *Saxius* in Onomast. lit. II. p. 527. *Harl.*]

[Zacharias *Manichaeus*, filius Gegnaesii Manichaei. Multa de hoc scripsit *Photius* in narratione de Manichaeis repullulantibus, gr. cum lat. [illegible] a *Montfauconio* in bibl. Coislin. p. 349. sqq. et quidem de hoc Zach[illegible] 363. sq. — ibid. p. 294. cod. CCXXXII. in opere de vita ascetica [illegible]. *Harl.*

[Zacharias, *presbyter*, calligraphus. v. *Montfauc.* Palaeogr. gr. pag. 108. et 112. *Harl.*]

[Zachariae, nescio, cuius, vita, versibus antiq. anglicis conscripta, in cod. *Bodlei.* LXXII. 93. f. nr. 2567. cat. MSS. Angliae etc. *Harl.*]

Zacharias, papa romanus ab a. 741. ad 752. de quo Acta Sanctorum XV. Martii, tom. II. p. 406. seq. Exstat eius *graeca versio dialogorum Gregorii magni*, in editione operum Gregorii Rom. 1590. et, (suppletis ex *Canisii* antiquar. lect. tom. III. p. 24. [tom. II. p. 89. ed. Basnag.] sex et dimidio, quae in priore deerant, libri tertii capitibus,) Paris. 1640. et in nouissima, quae Benedictinorum cura lucem vidit, ibid. 1705. tomo II. Aliorum Gregorii scriptorum versiones graecae ab eodem Zacharia concinnatae (quas olim legit Photius cod. CCLII.,) interciderunt. *Fabr. Vindobon.* in cod. CLXXXVII. nr. 17. Excerpta quaedam ex S. Gregorii M. dialogis de statu animarum post hanc vitam, gr. — ib. in cod. perantiquo CLXXXIX. dialogorum S. Gregorii M. liber secundus de vita et miraculis S. Benedicti, a principio vsque ad cap. decimum, et liber quartus ab initio vsque ad fin. cap. 61. s. vltimi. Vnaquaeque pagina diuisa est in duas columnas, quarum dextra continet versionem gr. Zachariae papae; sinistra autem ipsum Gregorii textum latinum. v. *Lambec.* comment. IV. pag. 445. et 458. sq. add. eundem not. 1. ad vol. VIII. p. 165. — De Stephano III. et *Zacharia* pontificibus in cod. Vatic. — canones synodi *Zachariae* etc. in cod. CDLXXII. bibl. *Cassinensis.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 106. *A.* et 229. *A.* — De *Zacharia* pontif. vide plura in *Schroeckhii* hist. eccl. christian. tom. XIX. pag. 204. 221. 226. 540. sq. 546. sq. et 550.

Fabric.

Fabric. ad marg. exemplaris manu adſcripſerat: Graecorum dialogorum verſionem etiam ſeparatim prodiiſſe in fol. ſine a. et l. notatione, didici ex catal. bibl. Baluz. p. 5. — Add. infra in cap. de Photio, cod. CCLII. — it. in vol. XI. pag. 477. et 480. ed. vet. *Harl.*

[Zachariae tres *medici.* v. elenchum medicor. vett. infra in vol. XIII. p. 453. — Zachary's Practice, inter chemicos codd. *Aſhmoleanos* in cat. MSS. Angliae I. 1. nr. 7658. — Liber magiſtri Zacariae de paſſionibus oculorum, inter codd. *Hans Sloane* ib. tom. II. 1. nr. 8970. *Harl.*]

Zacharias, monachus praemonſtratenſis [y]) apud S. Martinum Laudunenſem et Chryſopolitanus epiſcopus, circa a. 1157. clarus, latine ſcripſit *Commentarium* non contemnendum *in Concordiam euangelicam* ſiue Monoteſſarum graeci ſcriptoris Ammonii Alex. libris IV. qui ex veteri editione Colonienſi 1535. fol. recuſus exſtat in bibliotheca patrum Colon. tomo XII. parte 1. et Lugd. tom. XIX. *Fabr.* Zach. *Chryſopolitani* ſiue *Goldsborough*, concordia etc. in cod. *Bodlei.* nr. 2035. cat. MSS. Angliae I. 1. ibid. tom. II. 1. nr. 1332. — nr. 7627. in cod. *Rob. Burscough.* — nr. 7944. et 7948. et 7983. in codd. CCXXII. CCLXI. et CCXXVI. bibl. *Iacobaeae.* Conf. *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1442. ſq. ad a. 1150. vbi quoque codd. nominantur. Pauca dedit *Caue* in hiſt. litter. SS. EE. tom. II. p. 232. ad a. 1157. *Harl.*

[P] Zacharias *Scordilius* Μαραφαρᾶ, Cretenſis, vicarius patriarchae CPol. cuius τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν συνοπτικὴ συλλογὴ ἐκ διαφόρων, *de gradibus cognationis synoptica collectio* lucem vidit graece Venet. 1588. 8. *) Idem fortaſſe Zacharias ... *Cretenſis*, cuius reſponſiones duodecim pro Graecis ad interrogationes Claudii Cuſin, cardinalis Lotharingiae, exſtant graece MS. in bibl. caeſarea. Vide *Lambecium* V. pag. 239. [p. 491. ſq. cum nota Koll.] Opuſculum *de ieiuniis* ad calcem Horologii additum citat *Nic. Comnenus* pag. 118. Praenot. myſtagog. *Fabr.* Add. Reſponſiones etc. in cod. *Pariſ.* bibl. publ. CMXLIX. nr. 4. et infra in vol. X. p. 548. ed. vet. ac ſupra, vol. VIII. p. 90. fin. *Harl.*

Zacharias *Gerganus*, epiſcopus Artae, auctor Χριστιανικῆς κατηχήσεως, romanis oppoſitae et in decem libros diſtributae, quam oppugnandam in ſe ſuſcepit Io. Matthaeus Caryophilus, archiepiſcopus Iconienſis. Hic Vrbano VIII. inſcripſit, et graece ac latine Rom. 1631. 4. edidit ἔλεγχον τῆς ψευδοχριστιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίου τοῦ Γεργανοῦ ἀπὸ τὴν Ἄρτην, in quo Zachariam ſexcentis onerat conuiciis et LXX. blaſphemiarum reum peragere nititur, quod in quibusdam D. Luthero noſtro accedere potius, (hoc eſt ipſi p. 327. Λουτερολάτρης eſſe,) quam pontificiis placitis adſentiri maluit.

y) Vide Alberici, monachi trium fontium chronicon in illuſtris Leibnitii acceſſionibus hiſtoricis editum ad a. 1157. cuius locum Caueus ante me obſeruauit.

*) MS. *Taurini* in cod. reg. CLXX. Plura de eo leges in catal. codd. gr. Taur. p. 258. *Harl.*

[Zacharias *Rauennatensis*. In archiuo Rauennatensi exstat MS. Adrianus papa de vnione S. Zaccariae ad mensam episcopalem Rauennatensem, dat. a. 1522. v. *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 442. *D*. — ibid. p. 463. *D*. Sententia arbitralis, quae nullam vnionem declarat ecclesiae S. Zachariae mensae archiepiscopalis Rauennat. *Harl.*]

[Zacharias, archiepiscopus S. *Thadaei* in imperio Tartarorum. v. ad eum epp. pontif rom. in bibl. *Vaticanae* codd. nr. 25. 56. et fol. 121. secundum *Montfauc*. Bibl. biblioth. MSS. p. 162. *A. B.* et 163. *A. Harl.*]

CAPVT

CAPVT XXXIV. (olim XXXVII.)

DE IOANNE PHILOPONO GRAMMATICO.

Ioannis Philoponi aetas et vita. I. *Alii Ioannes grammatici.* II. *Eius libri VII. in Hexaëmeron* III. *Index scriptorum in illis laudatorum. ibid. Disputatio de paschate.* IV. *Contra Proclum de aeternitate mundi.* V. *In Porphyrii Isagogen et scripta varia Aristotelis, commentarii.* VI. *Scripta alia edita.* VII. *Inedita et deperdita.* VIII.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

IOANNES Alexandrinus, Christianus, a multitudine scriptorum miraque contentione laboris in studiis, quibus animus eius inquies pascebatur, PHILOPONI nomen tulit, GRAMMATICUM ipsemet se fuisse professus a), fortasse quoniam [?] grammaticam Alexandriae publice docuit. In philosophia praeceptorem habuit *Ammonium* Hermeae, cuius pleraque commentariis Philoponi permixta leguntur. b) Aetatem, qua scripsit, satis perspicue tradit commen-

a) Grammaticum passim vocat *Simplicius* in libro de coelo, et τῆς γραμματικῆς βίβλοις προσκείμενον. p. 12. et p. 17. ὁ γραμματικός ἐστιν ὥσπερ ἑαυτὸν ἐπιγράφει. et p. 17. b. ὁ γραμματικὸν ἑαυτὸν λέγων. et p. 27. b. ὁ γραμματικὸν ἑαυτὸν ἐπιγράφων. In *Onufrii* Antiqq. Veronens. pag. 167. per typographi vitium dicitur *Ioann. Alexander Philoponus* pro Alexandrino. Ioannis huius grammatici mentio fit etiam apud Maimonidem libr. I. More Neuochim, cap. 71. p. 134. *Fabr.* Conf. de eo *Pagii* critic. Baron. 335. XIV. pag. 515-517. *Caue* hist. litt. SS. eccl. I. p. 567. sq. ad a. C. 601. sed cum iam superiore saeculo claruisse, et vitam vltra an. 608. protraxisse, sibi persuadet; *Oudin.* in commentar. de SS. eccl. I. p. 1466. sqq. ad a. 580. cui tamen is sub medium saeculum sextum floruisse, et ad initium saeculi septimi, atque ad tempora Sergii, patriarchae CPolitani, venisse videtur; *Brucker.* in Historia critica philos. tom. III. p. 529. praesertim de Io. Philoponi philosophia; is autem, quod Io. Philoponus iam, duce Photio, cod. XXIV. p. 6. a. C. 578. in disputatione quadam inter duo Tritheitas duosque Severianos habuerit adseclas, et Alexandria, teste *Elmacino* in historia Sarac. (arab. et lat. reddita studio Th. Erpenii, Lugd. B. 1625. fol.) libr. I. c. 3. p. 24. capta est a. C. 640. mense Decembri, concludit, Ioannem grammaticum valde senem et octogenario maiorem obiisse. Add. *R. Ceillier* Hist. gen. des AA. eccl. tom. XVII. p. 528. *Hamberger.* in zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 491. sqq. qui eius aetatem ponit in a. C. 641.) si scilicet Abulpharagii narratio de Alexandria capta et Amri responsione de bibl. Alexandrina, vera est; at, forsan Abulpharagium cum nostro alium grammaticum confudisse melius suspicatur *Walch.* in histor. haeresium, tom. VIII. p. 708. *Saxium* in Onomast. lit. II. p. 59. seq. qui, quod Io. Philop. a Simplicio non semel laudatus est, adsignat aetatem eius circ. a. C. 535. ideoque, ait, hoc annorum circuitu serius poni non debebat: conf. quoque, quae collegi in Introduct. in hist. L. gr. II. part. 1. p. 418. sqq. *Harl.*

b) Vide, quae de hoc Ammonio dicta sunt libro IV. cap. 26. [Damascii quoque discipulus dicitur in cod. Mosquensi VI. v. *Matthaei* not. codd. Mosq. p. 24. nr. 15. *Harl.*]

commentario in librum IV. Physicorum, vbi de tempore disputare incipit S. 3. φαμὲν γὰρ ἐνεστηκέναι νῦν καὶ ἐνιαυτὸν, καὶ μῆνα καὶ ἡμέραν. Ἐνιαυτὸν Διοκλητιανοῦ ἔτος τλγ΄, μῆνα Παχὼν, ἡμέραν δεκάτην. *Dicimus praesentem iam esse annum, mensem et diem. Annum quidem Diocletiani* 333. [c]) Christi 617.) *mensem Pachon* (Maium) *diem decimam.* Etiam libros in Hexaëmeron dedicauit Sergio, qui a. 610. Thomae in archiepiscopatu CPol. successit, defunctus a. 639. quumque a. 641. Amrus [d]) Saracenorum dux cepisset Alexandriam, Ioannes Philoponus eum rogauit, vt libros philosophicos, qui in gazophylaciis siue bibliothecis regiis reperirentur, sibi concederet, tulit vero responsum hoc iniussu caliphae Omari fieri non posse. At Omarus ab Amro consultus respondit: [e]) *Quod ad libros, quorum mentionem fecisti: si in illis contineatur, quod cum libro Dei* (Alcorano) *conueniat, in libro Dei est, quod sufficiat absque illis: quod si in illis fuerit, quod libro Dei repugnet, neutiquam est illis opus; iube igitur e medio tolli.* Iussit ergo Amrus dispergi eos per balnea Alexandriae, quibus calefaciendis per spatium semestre consumti sunt. [f]) Propter placita varia a catholicis doctrinis abhorrentia male passim audit Philoponus, Chalcedonensis synodi dogmatisque de resurrectione eorumdem corporum oppugnator, [g]) auctorque sectae Tritheitarum, [h]) confuta-

c) *Petrus Petitus* miscell. obseruatt. III. 18. p. 191. male ponit annum Diocletiani 253. et Christi 576.

d) Vide *Simonis Ockley* librum anglice editum: *conquest of Syria, Persia and Aegypt by the Saracens*, Lond. 1708. 8.

e) *Abulpharaius* Historia dynastiar. pag. 114. [arab. et lat. ed. ab *Ed. Pococke* Oxon. 1663. tom. II. 8. germanice versa et notis instructa a *G. L. Bauer*, Lips. 1783. et 1785. II. tom. 8. *Harl.*]

f) At falsam esse opinionem vulgarem, bibliothecam Ptolem. Alexandrinam iussu caliphae Omari fuisse combustam, docet cel. *G. St. Croix* in Magasin Encyclop. ann. 5. nr. 16. et in nota ad Examen critiq. des anciens Historiens d'Alexandre, ed. II. Paris. 1804. m. 4. pag. 772. Add. *Beckii* Specimen bibliothecarum Alexandrinarum, Lips. 1779. 4. *Harl.* Et inprimis *Carl Reinhard* Einladungsschr. über die iüngsten Schicksal der alexandr. Bibliothek. Gött. 1792. 8. et qui fabulam tuentur *Tiedemannus* et *Schroeckhius* (v. huius Hist. eccl. XIX. p. 37. seq.) *Beck.*

g) *Phot.* bibl. cod. XXI. XXII. XXIII. LV. LXXV. etc.

h) *Nicetas* Byz. in Allatii Graecia orthodoxa tom. I. p. 715. *Fabr.* — *Assemann.* in bibl. or. tom. II. p. 96. sq. Ioannem quidem Philoponum, scribit, fuisse Tritheitarum parentem, vixisse sub Heraclio imperatore, et Leonem, Haranitarum episcopum, fuisse discipulum Georgii episcopi Tagritensis, huiusque librum aduersus Probum et Ioannem Philoponum Eliam patriarcham Iacobitarum, ineunte saeculo octauo florentem, laudasse: ibidem autem p. 324. de *Sergio*, presbytero Telensi et patriarcha Monophysitarum disputans, sub illo, adnotat, inter Monophysitas claruisse *Ioannem*, *alterum Tritheitarum parentem*, et *Ioannem grammaticum*, *cognomento Philoponum;* pag. denique 327. seq. longum Bar-Hebraei locum syriace scriptum adfert, in quo Tritheitarum origo non ad Ioannem Philoponum, sed ad *Ioannem* alterum, cognomento *Ascusnagum*, h. e. *vtris fundum*, refertur, et inter alia narratur, Ioannem quoque Grammaticum s. Philoponum, Alexandrinum, quum ecclesiastica eruditione clarescere coepisset, postremo eamdem opinionem amplexum esse. Paullo post Abulpharaius tradit, Athanasium monachum, post mortem *Ioannis Vtrisfundi*, huius demonstrationes in vnum compingentem volumen, Alexandriam transmisisse ad Ioannem Philoponum, et hunc de ea opinione librum conscripsisse atque misisse ad Athanasium; Alexandrinos autem, re cognita, librum simul et auctorem condemnasse. Reliqua pertinent ad historiam Tritheitarum. — *Io. Rink*, praeside Io. Georg. Walchio, diss. de origine et progressu tritheismi, Ienae 1732. 4. vbi §. VII. pag. 43. sqq. auctor agit de Philopono, eumque fuisse Tritheitam, at plura adhuc esse obscura, profitetur. — *Schroeckh.* in histor. ecclesiast. christian-

confutatus a Georgio Piside, [i]) Nicia, [k]) aliisque, et in concilio CPol. a. 681. [l]) inter alios haereticos condemnatus. *Fabr.* Nicetae, archidiaconi Chartophyl. anathematismi contra Ioan. Philoponum, in cod. Vindob. LXVII. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 542. *E. A. Harl.*

II. *Alii*

stiana tom. XVIII. (qui pag. 619-650. historiam Tritheismi docte persequitur,) primum citat *Leont. Byz.* de Sectis, act. V. p. 449. *Timoth.* de recept. haeretic. p. 398. ed. Coteler. *Io. Damascen.* de haeres. p. 101. seq. ed. le Quien, et *Nicephori* hist. eccl. lib. XVIII. cap. 46. vbi Io. Philoponus parens illius sectae habetur; tum locum Assemanni a nobis citatum, n. pag. 527. seq. late excerpsit; tandem ita componit vtramque narrationem, vt statuat, Ascusnagem potuisse primum esse Tritheitam, Philoponum tamen, siue illam opinionem ipse excogitarit, siue ab Ascusnage adoptarit, proprie primum fuisse et dici sectae auctorem, atque omnem illius doctrinam et errores latius explicat. Repudiat igitur iudicia *Harenbergii* de commentitia Tritheitarum haeresi, in Otiis Gandersheim. p. 276. sq. et *Semleri* in hist. eccles. selectis capp. tom. I. pag. 439. seq. Ioanni Philopono eiusque adseclis omnino factam fuisse iniuriam: contra laudat *Io. Gottfr. Scharfenberg.* diss. de Ioanne Philopono, Tritheismi defensore, Lips. 1768. 4. (Photii potissimum auctoritatem is sequutus oppugnat iudicia *Semleri* et *Moshemii* in institutt. hist. eccles. saec. VI. part. 2. cap. 5. §. 10. conf. interpretem illius operis germanicum Heilbronnensem, part. I. p. 830. sqq.) et *Christi. Guil. Franc. Walch.* historiam haeres. tom. VIII. p. 743. sqq. Hic autem vir, post fata quoque celeberrimus, omnem historiam Tritheismi ac Philoponi, praecipue huius eiusque sectae opiniones atque errores in tomo memorato pag. 684-778. diligentissime copiosissimeque exposuit: p. 692. sqq. retulit Nicephori et aliorum veterum de Philopono narrationes iudiciaque; p. 702. sqq. de Philopono ipso multa tradit: p. 706. sollertius inquirit, quando vixerit Philoponus, comparatis locis, a Fabricio iam citatis. At, si Philoponus vltimis annis Iustiniani I. imperatoris, iam doctor a. 560. haud incelebris suam professus esset doctrinam, et tamen, auctore Abulpharaio a. 640. viribus animi corporisque integris, adhuc in viuis fuisset, sequeretur, vt vltra a. centesimum protraxisset aetatem: quod quum haud probabile videatur: *Walch.* acute coniicit, (vti iam monuimus,) Abulpharai narrationem esse suspectam, eumque cum nostro alium grammaticum confudisse. Postquam nonnullos veteres doctores vel consentientes vel dissentientes enumerauit: ipsam historiam controuersiae, initio ab Ascusnage, Athanasio, praecipue a Philopono inter Monophysitas facto, secundum temporis ordinem late sciteque concinnauit, et pag. 724. sqq. quae ab auctoribus vtriusque partis scripta fuerunt, paucis indicauit. Tum p. 726. sqq. vberius inquisiuit, quaenam res aut doctrina controuersa et plena dissensionis inter VV. doctos illius aeui fuerit; hinc primum ex antiquis scriptis ac fragmentis veterum, (Philoponi praesertim p. 728. sqq.) memorata scituque digna collegit, tum recentiorum VV. DD. Petauii, Forbesii, Io. Franc. Buddei, (praecipue in Isagoge in theologiam libr. II. cap. 7. §. 5.) Moshemii, Baumgartenii, I. Frid. Cottae, Io. Lami, (de recta patrum Nicaenorum fide, cap. 33. §. 7. p. 115. sq. Venet. 1730.) aliorumque de Philopono eiusque ingenio atque haeresi iudicia recenset, denique omnem vtriusque partis, praesertim Philoponi, studio philosophiae aristotelicae in errorem inducti, controuersiam, originem progressumque illius, et formulas, ex quibus controuersiae extiterunt, fusius enarrat examinatque. In sequentibus sectionibus pag. 762. sqq. pari modo controuersiam inter Philoponum aliosque de resurrectione mortuorum etc. agitatam exponit, et pag. 815. seq. de Philopono adhuc quaedam addit. *Harl.*

i) Vide *Nicephorum* XVIII. 48. et *Nicetam* lib. 10. thesauri orthodoxae fidei.

k) De hoc infra, p. 390. De Theodosio contra Philoponum Photius cod. XXII.

l) Actione XI. tom. III. Harduin. pag. 1288, Ἰωάννης ὁ Γραμματικὸς ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Φιλόπονος μᾶλλον δὲ ματαιόπονος, Κόνων τε καὶ Εὐγένιος οἱ τρεῖς τῆς τριθεΐας τρισκατάρατοι πρόμαχοι.

[P] II. *Alii Ioannes grammatici.*

Ioannem grammaticum a Philopono male diſtinguit *Melchior Leydeckerus* diſſ. 2. de Archaeologia ſacra §. 11. p. 25. ad calcem tomi I. de Rep. Hebraeorum, notatus eo nomine in memoriis litterariis Treuoltianis a. 1708. p. 620. Fuit tamen praeter Philoponum etiam Ioannes grammaticus, *Caeſareenſis*, cuius Apologiam pro ſynodo Chalcedonenſi contra Timotheum memorat Anaſtaſius in Hodego p. 90. et 96. et contra quem ſcripſit Seuerus Antiochenus, vt ſupra, de Seueri Antioch. ſcriptis adnotaui: nec non Ioannes *grammaticus*, cuius manu deſcriptum a. C. 925. commentarium Hieroclis in carmina Pythagorae ſeruari in bibl. caeſarea teſtatur *Lambecius* VII. p. 132. [p. 282. Koll. conf. ſupra ad vol. VI. pag. 371. med. adſcripta. *Harl.*] Ne dicam de Ioanne *Charace*, cuius de graecis encliticis vocibus ſcriptum exſtat, [v. ſupra ad vol. VI. p. 337. *Harl.*] de Ioanne *Galeno* ſiue *Pediaſimo*, de Ioanne *Tzetza*, nec de Ioanne *grammatico*, (patria *Rauennate* circ. a. 1400.) quem Leonh. Aretinus primum in Italia ſtudium eloquentiae reparaſſe ſcribit. v. *Voſſium* de hiſtoricis latin. p. 524. et diarium Venetum tom. IX. p. 38. [conf. *Fabricii* bibl. mediae et inf. latin. tom. IV. p. 112. ed. Manſi. *Harl.*] Alius etiam Ioannes *grammaticus*, vir per cuncta laudabilis, de quo Falco Beneuentanus in Chronico ad a. Chr. 1120. t. V. *Muratorii* ſcriptor. Italiae p. 96.

Scripta Ioannis Philoponi edita.

III. Τῶν εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγοι ζ′. *Commentariorum in Moſaicam mundi creationem libri VII.* ad *Sergium* CPol. patriarcham, quem τῶν ἐν ἀρχιερεῦσι Θεȣ̃ τελȣ́ντων μέγιςον ἐγκαλλώπισμα adpellat, eiusque hortatu ſuſcepiſſe ſe hoc opus teſtatur. Prodierunt graece et latine cum verſione *Balthaſaris Corderii* S. I. qui codicem bibl. caeſareae a Seb. Tegnagelio nactus, illos vulgauit Viennae Auſtriae 1630. 4. Non ſatis diligenter vbique in graecis deſcribendis verſatum eſſe editorem, teſtatus eſt *Lambecius*, qui ex eodem codice nouam huius operis editionem daturum ſe promiſit cum notis in ſupplemento, quod meditabatur bibliothecae patrum. Vide *Lambecium* lib. I. p. 138. ſeq. [p. 249. ſqq. Kollar.] et III. p. 75. [p. 203. ſqq. Kollar.] Statim in prooemio pro ȣ̓κ ἂν ἐκτῶς quod Corderius vertit *cum ab externis illis*, legendum ȣ̓κ ἀνεκτῶς, *intolerabili more:* vt alia doctiſſimo Cotelerio in notis ad monumenta eccleſiae graecae, aliisque viris eruditis notata omittam. Inſigne hoc Philoponi opus eſt, Photio pridem lectum et laudatum cod. XLIII. et CCXL. atque ex ſolo hoc propemodum integram verſionem Aquilae, Symmachi et Theodotionis, ad primum Geneſeos caput datur colligere, vt videre licet lib. 3. huius bibl. c. 12. [cap. 13. vol. III. nou. edit.] atque in *Montfauconi* Hexaplis Origenianis, incredibili et ſollertiſſimo ſtudio ex omni antiquitate editorum atque ineditorum monumentorum erutis et concinnatis. Paſſim in his Philoponi libris laudatur Baſilius [m]) et aduerſus Theodorum Mopſue-

m) Baſilium laudat pag. 2. 6. 7. 14. 15. 24. 28. 29. 75. 108. 111. 134. 162. 170. 176. Theodorus Mopſueſtenus oppugnatur p. 15. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. 39. 40. 44. 45. 47. 50. 74. 77. 78. 80. 84. 85. 90. 91. 95. 113. 119. 213. 223. 225. 226. 227. 229. 232. 233. 236. 237. 240. 241. 242. 243. [conf. ſupra in h. vol. pag. 355.] Citantur praeterea Anaxagoras 72. Ariſtoteles 17. 55. 73. 106.

Mopsuestenum defenditur, quem lib. 1. cap. 12. ait πλεῖστα μυθολογεῖν ἐν τοῖς εἰς τὴν Γένε- [✝] σιν καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασι. Theodoretum Theodori argumentis libenter vti notat lib. 1. c. 14. et Theodori ὑπερασπιστὴν nuncupat lib. 1. c. 18. et lib. 2. c. 15. citatque ibidem et lib. 1. c. 16. eius solutiones εἰς τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς ἀπορούμενα, quae adhuc supersunt. De Moysis fide et auctoritate insignis locus lib. 2. cap. 13. Τὸ ἀξιόπιστον δὲ τοῦ προφήτου καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς καὶ τοῖς τιμωμένοις ὑπ' αὐτῶν χρηστηρίοις διωμολόγηται, καὶ γὰρ αὐτὸν τηλικούτων τερασίων ἐργάτην ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καὶ τῆς ἐποψίας ἠξίωσε τῆς αὐτοῦ, ὑποφήτην τε θείων νόμων γενέσθαι, καὶ τῆς τῶν μελλόντων προῤῥήσεως πληρωτήν τε τῶν ὑποσχέσεων κατέστησεν, ὧν τοῖς αὐτοῦ προπάτορσι περὶ τοῦ παντὸς ἔθνους κατεπηγγείλατο, διὰ τούτων πιστὸν τοῖς ἀνθρώποις συνέστησε, τῶν κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν ὑπ' αὐτοῦ λεχθήσεσθαι μελλόντων περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. *Quin et auctoritas fidesque prophetae ab ipsis quoque Graecorum sapientibus, celeberrimisque illorum oraculis celebrata fuit. Etenim deus ipsum tantorum prodigiorum patratorem reddidit, et sui conspectu dignatus est, nec non legum diuinarum et praedicationis futurorum interpretem et executorem constituit promissionum, quae progenitoribus eius de vniuersa gente promissae fuerant, quibus rebus etiam sibi apud homines fidem conciliauit quoad ea quae ex mente Dei de mundi origine dicturus erat.* De Salomonis ecclesiaste lib. 3. c. 10. ἠθικώτερον τῷ Σολομῶντι τὸ βιβλίον οὐ φυσικῶς διεσκεύασται, *liber iste magis ad mores emendandos, quam ad naturae rerum illustrationem compositus est.* Plura in eandem sententiam lib. 7. cap. 3. Aspidis pro patrio Deo ab Aegyptiis cultae mentio lib. 4. c. 1. *Fabr.* In *Assemanni* cod. XIV. in bibl. orient. tom. I. p. 613. sunt Philoponi quaedam syriace versa scripta: de vniuersali et particulari op. ad Sergium presbyterum; de differentia, quae manet in Christo post vnionem hypostaticam; epistola ad Iustinianum imperator.; de diuisione, differentia et numero ad eumdem. Adde binorum *Assemannorum* biblioth. Vatic. MSS. codd. catal. tom. I. part. 3. *Harl.*

[✝] IV. *Disputatio de paschate,* ὅτι τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, πρὸ μιᾶς τοῦ νομικοῦ πάσχα τὸ μυστικὸν τοῦ Κυρίου γέγονε δεῖπνον, καὶ ὡς οὐ τὸν ἀμνὸν τότε μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ χριστός. *Decima tertia lunae, pridie legalis paschae, mysticam domini coenam contigisse, neque Christum tunc cum discipulis agnum comedisse.* Libris in Hexaëmeron graece et latine a Corderio subiectum legitur hoc scriptum p. 283-300. Incipit: Ἐζήτηται περὶ τοῦ δείπνου τοῦ δεσποτικοῦ πολλοῖς. Depromptum ex eodem codice graeco caesareo. Vide *Lambecium* lib. 1. p. 138. 143. [p. 249. sqq. Kollar.] et lib. 3. p. 75. [p. 208. Kollar.] Sub titulo *Ioannis Damasceni de azymis* exstat in codice MS. bibl. Coislinianae, teste *Montfaucono*

 pag.

106. 142. 145. 152. 153. 168. 177. 254. ὁ φυσικώτατος. 58. (Physici 72. 164. 253.) ἐν τῷ λάμβδα τῆς μετὰ φυσικὰ πραγματείας 102. 104. Athanasius 134. Democritus 72. Dionysius Areopagita ὁ μετὰ φιλοσοφίαν ἄκραν τῇ εὐσεβείᾳ τὸν Ἀθήνησι τῆς ἐκκλησίας θρόνον κοσμήσας 134. Epistola ad Polycarpum episcop. 89. 117. Empedocles 72. Eusebii hist. ecclesiastica 89. SS. Gregorii (Nazianzenus et Nyssenus) 134. Hipparchus astronomus 14. 102. Hippocrates 55. Iosephi ἀρχαιολογία 89. Iudaeorum expositio 214. Manichaei 61. 75. 276. Origenis et Basilii disputata aduersus Geuethliacos 177. 178. Oracula 71. 182. 183. Pappus et Ptolemaeus adcuratiores geographi 153. Phlegon ἐν ταῖς Ὀλυμπιάσιν 88. 89. 90. 117. 169. Pindarus 184. Plato 5. 7. 71. 106. 107. 108. 122. 143. 172. 186. 249. 263. 282. Porphyrius libro secundo περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας 181. libro tertio 182. 183. Ptolemaeus 14. 102. 103. 104. 105. 153. 154. 155. Theodoretus 29. 32. 35. 39. 76.

pag. 585. Io. Philopono tributum scriptum *de paschate*, videtur idem, quod sine nomine auctoris memorat Photius, cod. CXV. Graeci vero recentiores in duas synopses contractum, non dubitant tribuere Ioanni Damasceno. *Fabr.* — Philopon. de tempore, quo agnum paschalem Christus edit, in cod. *Cromwell.* CXV. 19. siue nr. 294. cat. MSS. Angliae etc. I. 1. *Harl.*

V. Κατὰ Πρόκλȣ περὶ ἀϊδιότητος κόσμȣ, λύσεις λόγων ιη΄. *Aduersus Procli Diadochi pro aeternitate mundi argumenta duodeuiginti, solutiones*, initio [n]) et fine mutilae, et graece primum editae a *Victore Trincauello*, medico, Venetiis in aedibus Bartholomaei Cisterzagensis, 1535. fol. et latine ex versione eleganti *Ioannis Mahotii*, Argentenaei, qui eam Francisco a Turnone, cardinali, dedicauit. Lugd. 1557. fol. Etiam alteram latinam versionem *Casparis Marcelli* Labbeus commemorat, vulgatam Venetiis 1551. fol. quam non vidi, nec Mahotium eius meminisse obseruaui. Non dubium est, hoc opus intelligi a Suida in Πρόκλος [o]), vbi ait Proclum fuisse alterum, qui post Porphyrium aduersus Christianos bellum mouerit, et Philoponum eius XVIII. ἐπιχειρήματα egregie confutasse. Non aeque exploratum videtur, hoc opere contineri commemorata Simplicio [p]) Philoponi quinque πολύστιχα βιβλία contra aeternitatem mundi, et librum sextum contra aeternum mundi motum. Nam neque librorum numerus congruit, neque adeo prolixum opus hoc contra Proclum est, vt βιβλία πολύστιχα dici mereantur. Et praeter pauca ea, quae aduersus Aristotelem disputat Philoponus ad argumentum Procli XI. cap. 9. seq. diserte etiam promisit, se Aristotelis de mundi aeternitate sententiam singulari opere oppugnaturum VII. 6. X. 5. XIII. 1. Quod vero ait, suo tempore accidisse, quod anno Diocletiani 245. contigit, XVI. 4. καὶ νῦν γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν κατὰ τὸ διακοσιοστὸν [¶] τεσσαρακοστὸν πέμπτον Διοκλητιανȣ̃ ἔτος ἐν τῷ αὐτῷ ζωδίῳ τῷ Ταύρῳ γεγόνασιν οἱ ἑπτὰ πλανώμενοι, εἰ καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ ἅπαντες, id paullo laxius accipiendum, vertendumque sic: *nam et non longe a nostris temporibus anno 245. Diocletiani, in vno eodemque signo tauri, licet non in eodem gradu omnes septem planetae fuerunt* [*]). Nam annus Diocletiani 245. respondet anno Christi 529. et supra demonstratum est, Philoponum centum annis post vixisse. *Fabr.* Hanc paragraphum Fabric. noster totidem verbis repetiit in syllabo scriptorum, qui veritatem relig. christianae — adseruerunt p. 117. seq. — Exstat MS. in bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itinerar. per Hispan. pag. 177. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MMLVIII. et MMLIX. — *Venet.* in bibl. Marcianae cod. CCXXXVI. v. cat. codd. graec. Marc. p. 120. inprimis cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 153. qui adnotat, hoc Philoponi opus etiam latine versum esse a Raphaele Mambla, idque hunc ipsum testari in epistola, adiecta particulae commentarii Procli in Platonem de republ. ab ipso latine redditae, et Romae a. 1542. typis expressae. *Harl.*

VII. Com-

n) Initio deest libri primi caput 1. integrum et pars secundi capitis. Incipit graeca editio et Mahotii versio a verbis: ἀϊδίως ἂν εἰς ταυτὸν ἄγαν, adeoque paullo locupletior est MSto codice, quem euoluit *Lambinus*, qui incipiebat a verbis: τῇ γὰρ πεπερασμένῃ δυνάμει.

o) Confer, quae dixi volum. VIII. c. 26. pag. 532. seq. [vol. IX. c. 21. p. 418. n. edit.]

p) Vide ibid. p. 631. [pag. 558. n. ed.] et 653. seq. [p. 559. sq. n. edit.] vbi adnotata reperies loca varia, quibus Philoponum acerrime Simplicius perstringit, et oppugnat.

*) Conf. *Walch.* histor. haeres. tom. VIII. p. 706. *Harl.*

VI. *Commentarii Io. Philoponi in Aristotelis libros* q).

1. *Vita Aristotelis*, quae Ammonii Hermeae nomine graece et latine plus simplici vice edita exstat, in codice caesareo refertur ad Ioannem Philoponum, praemittiturque *Commentario in Categorias*, qui similiter in codice Coisliniano, de quo cl. Montfauconus p. 220. et in iam dicto caesareo MSto tribuitur non Ammonio, sub cuius nomine lucem vidit, sed Philopono, qui illum ex lectionibus Ammonii collegerit ac digesserit. Titulus ibi est: Ἰωάννε Γραμματικȣ̃ Ἀλεξανδρέως τȣ̃ Φιλοπόνȣ ἐκ τῶν συνȣσιῶν Ἀμμωνίȣ τȣ̃ Ἑρμείȣ σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλȣς δέκα κατηγορίας. Vide Nesselii catalogum MSS. bibl. Vindob. parte IV. p. 7. seq. qui Philoponi obseruationes ab Ammonianis in illo codice distinctas, quae in editis confusim leguntur, exstare notat. De Ammonii commentariis dixi lib. IV. c. 26. p. 163. sqq. [s. vol. V. p. 705. seq. et 738. cum not. *u*.] vbi etiam de illis, quae *in praedicabilia* siue *quinque Voces Porphyrii* exstant, atque ex ore Ammonii quidem similiter, sed a Philopono digesta monet *Gesnerus* in bibl. et confirmat codex caesareus, de quo Nesselius parte IV. p. 79. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. p. 209. in quo vol. in cap. V. de Aristotele quoniam de commentariis Philoponi in Aristotelis libros suis locis de codd. atque edd. iam multa sunt collecta adnotataque: mihi h. l. licebit esse eo breuiori. De vita Aristotelis v. etiam cl. *Buhle* in ed. Opp. Aristot. tom. I. p. 51. seq. et p. 303. de Philoponi comment. tam MSS. quam editis. Pag. 304. seq. ac p. 160. seq. de Philoponi comm. in Porphyrii quinque voces, et cod. *Matrit.* in *Iriart.* catal. codd. gr. Matr. p. 137. et cod. Vindobon. add. p. 167. etc. — De Philoponi comm. in Porphyrii Isagogen et in Aristotelis categorias, in cod. Veneto Marc. CCII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 111. ex nota gr. ad illum cod. et cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 122. — In bibl. *Mutinensi* plures esse codices Philoponi et aliorum in Aristotelem, testatur *Montfaucon* in diario ital. p. 33. et pag. 14. de codd. bibl. Ambros. *Mediolanensis.* Idem in Bibl. biblioth. MSS. permultos variarum bibliothecarum codd. qui Philoponi comm. in scripta Aristotelis logica continent, passim enumerat, e. g. p. 9. *A.* in categorias. Aristot. in cod. *Vatic.* etc. v. indic. add. de codd. in bibl. *Laurent. Bandini* in ind. ad vol. III. catal. codd. gr. Laur. pag. 560. seq. et de codd. bibl. *Paris.* publ. ind. ad vol. II. cat. MSS. illius bibl. — atque de codd. *Neapolit.* v. supra, vol. V. fin. in cat. illorum, nr. 70. 100. 129. 162. et 218. — comment. in Praedicabilia, in cod. *Barocc.* CXLV. *Harl.*

2. *In Analytica priora* σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνȣσιῶν Ἀμμωνίȣ τȣ̃ Ἑρμείȣ, μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων. *Commentariae annotationes ex scholis Ammonii Hermeae cum quibusdam propriis meditationibus:* adiunctis *Leonis Magentini* r) circa a. 1300. metropolitae Mytilenaei commentariis in eadem, et *Anonymi* s) libello de syllogismis prodierunt

 graece

q) Vid. infra in indice scriptorum in Philoponi commentariis ad Aristotelem, voc. *Io. Philoponi comm.* etc. *Harl.*

r) De hoc dixi volum. VI. pag. 383. seq. [vol. VII. p. 717. seq. ed. nou.]

s) Hanc synopsin dicatam Andreae Wilckio, separatim cum versione et notis edidit *Mich. Wolfius*, professor in academia Ienensi, Ien. 1621. 8. Dederat etiam latine *Gesnerus* Basil. 1542. 8. et Balthasar Baumbach. Neapoli 1605. 12. et *Petr. Io. Nunnesius*, Valent. 1553. vt didici ex bibl. noua Hispana *Nic. Antonii* tom. II. pag. 164. — Ab *Euphrosyno Bonini*, Florentino, versum esse e gr. lingua in latinam Ioannem grammaticum, notatur in *Iul. Negri* histor. scriptorum Florentin. pag. 159.

graece Venetiis in aedibus Barthol. Zanetti Cisterzagensis 1536. fol. praemissa Victoris Trincauelli ad Herculem Gonzagam epistola. Latinas versiones tres Labbeus adnotauit, vnam *Guil. Dorothei*, Venet. 1541. fol. alteram *Lucilli Philalthei*, ibid. 1544. 1548. 1553. 1555. et tertiam *Alexandri Iustiniani*, Chii, Venet. apud Valgrisium 1560. fol. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 215. ibique notas, cel. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 131. de cod. Veneto *Marcianae* bibl. CCXXV. et pag. 134. de cod. CCXXXV. — Oxon. in cod. *Barocc.* CLV. — *Oxon.* in collegii noui cod. CCXXXVI. s. nr. 1200. cat. MSS. Angliae etc. I. 2. *Philop.* scholia in Aristotelis priora analytica, excerpta ex ore Ammonii Hermiae, atque in seq. codice, eiusd. comm. in Aristotelis libros de generat. et corruptione, et comm. in libros meteorologicos. — *Paris.* in analytica, in nouem codd. bibl. publ. *Harl.*

[*] 3. *In analytica posteriora*, vna cum *anonymi* Graeci †) in librum posteriorem commentario, Venet. apud Aldum 1504. fol. et cum variis lectt. aliorum codicum, additoque *Eustratii* ††), episcopi Nicaeni, commentario in eundem posteriorem librum, Venet. in aedibus haeredum Aldi et Andreae Asulani soceri, 1534. fol. Labbeus etiam editionem graecam a. 1554. memorat. Latine *Andrea Gratiolo* interprete, prodiit Venet. 1542. fol. Paris. 1543. fol. et Martiani Rotae cura, Venet. 1559. 1568. fol. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 215. et pag. 218. de Philop. comm. in Aristot. de sophisticis elenchis. MS. *Taurini* in cod. LXXV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 170. *Harl.*

4. *In quatuor priores libros physicorum, siue auscultationis physicae*, graece cum praefatione Victoris Trincauelli ad Casparem Contarenum cardinalem: Venetiis *) in aedibus Barthol. Zanetti, 1535. fol. et latine *Guilelmo Dorotheo* interprete Venet. 1539. 1541. fol. et ex meliore *Io. Baptistae Rasarii* versione ibid. 1558. 1569. 1581. fol. Etiam *quatuor posteriores physicorum* libros a Philopono illustratos non est dubium, nam ipse suas σχολὰς in librum octauum, memorat t. VI. Atque sunt qui illas in bibl. Vaticana MStas exstare testantur. Sed lucem hactenus non viderunt. In Coisliniano codice, de quo *Montfauconus* p. 223. seq. commentariis Philoponi in quatuor priores physicorum libros, subiiciuntur commentaria Simplicii in posteriores quatuor: non Philoponi, nisi in quintum fortasse librum. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 227. et cel. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 129. et 131. seq. *Harl.*

5. *In librum primum meteororum*, libri III. graece prodierunt ad calcem *Olympiodori* in meteora, (de quo supra, p. 351. ed. vet.) Venetiis apud Aldi filios, expensis nobilis viri Federici de Turisanis, eorum auunculi, 1551. fol. et latine interprete *Ioanne Baptisto Camotio*, Venet.

†) A pag. 102. ad 114. In succincto hoc Anonymi commentario scriptores nullos memorari obseruo nisi p. 113. Theophrasti συναγωγὴν προβλημάτων et p. 112. b. Aristotelis πολλὰ τῶν προβλημάτων βιβλία.

††) De hoc Eustratio, qui circa a. C. 1117. claruit, dixi lib. III. c. 6. §. XXIX. [vol. III. p. 264. sq. n. ed.]

*) *Buhle* in ed. Opp. Aristot. tom. I. pag. 309. fin. citat edit. *Philoponi* comment. in Aristotelis auscultation. physicarum libros IV. priores. gr. Venet. ap. Ald. 1504. Mihi vero nullibi certam eius notitiam ac mentionem expiscari licuit. *H.*

Venet. 1551. et 1567. fol. *Fabr.* v. ſupra, vol. III. p. 231. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 224. *Pariſ.* in cod. bibl. publ. MDCCCXCII. *Harl.*

6. *In libros tres de anima,* commentarii, vbi libri ſinguli in τμήματα, commentarii ipſi in θεωρίας ſiue fuſiores diſputationes, et πράξεις ſiue lectiones verba philoſophi breui explicatione illuſtrantes a Philopono diuiſi fuerunt, ſed diſtinctionis huius vix in libro tertio aliqua ſuperſunt veſtigia. Prodiit hoc opus eximium graece cum Victoris Trincauelli epiſtola ad Nicolaum Rodulphum cardinalem, Venet. in aedibus Barthol. Zanetti 1553. fol. [v]) Latinae verſiones a Labbeo laudantur duae, vna *Gentiani Herueti*, Lugd. 1544. 1558. et Venetiis 1554. 1568. fol. altera *Matthaei a Boue* Veronenſis, Ven. 1544. 1581. fol. *Fabr.* Vide ſupra, vol. III. pag. 236. et cl. *Morelli* biblioth. MS. graec. et lat. I. pag. 130. et 133. — In cod. *Guil. Laudi* LXI. ſiue nr. 713. catal. MSS. Angliae etc. I. 1. — ibid. II. nr. 1096. f. in cod. VI. eccl. *Weſtmonaſter.* et in tribus codd. bibl. publ. *Paris. Florent.* in cod. Laurent. I. nr. 19–22. plut. 85. *Philoponi* comm. in tres libros de anima; in libros IV. Ariſtot. Meteorologicorum; in primum Meteorologicorum Ariſtot. libri tres; et in duo libros de generatione et interitu. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 243. ſq. — In codd. *Eſcorial.* in plures Ariſtot. libros comment. Philoponi. v. *Plüer.* itiner. per Hiſpan. pag. 176. ſq. *Harl.*

[?] 7. *In libros duos de generatione et interitu,* graece cum praefatione Franciſci Aſulani ad Iac. Sadoletum epiſcopum Carpentoractenſem, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri, 1527. fol. [w]) ante *Alexandrum Aphrodiſeum* [x]) in Meteorologica et de mixtione. Et latine interprete *Hieronymo Bagolino* Venet. 1540. 1543. 1548. 1559. fol. *Fabr.* Conf. ſupra, vol. III. p. 228. 231. cel. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 133. — *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 224. — *Paris.* in cod. MXMXVI. bibl. publ. — *Oxon.* in cod. CCXXXVII. coll. noui, cum Philoponi commentar. in libros meteorologicos, ſiue nr. 1201. cat. MSS. Angliae etc. 1. 2. *Harl.*

8. *In libros quinque de generatione animalium* ſcholia Philoponi (an [y]) *Michaëlis Epheſii?)* prodierunt graece cum *Nicolai Petri* Corcyraei epiſtola graeca ad Andream Matthaeum Aquauiuam, ducem Adrienſem, Venetiis per Ioannem Antonium et fratres de Sabio 1526. fol. Latina eiusdem Nicolai Petri interpretatio, addito latino textu Ariſtotelis ex Theodori Gazae verſione, ibid. anno eodem, menſe Octobri, per Ioannem Antonium et Stephanum ac fratres de Sabio, fol. litteris Gothicis.

9. In

v) Non a. 1553. ſed a. 1535. prodiiſſe illam edit. diſcimus ex catal. bibl. Pinell. I. pag. 226. et ex *Panzeri* A. T. vol. VIII. p. 548. nr. 1832. atque ex catal. bibl. *Bunau.* tom. I. p. 123. *Harl.*

w) Exemplar cum notis msstis ſaec. XVI. fuit in bibl. Pinell. v. cat. illius I. p. 225. nr. 1277. *Harl.*

x) De hoc dictum eſt lib. IV. cap. 25. [ſiue cap. 28. in vol. V. p. 650. ſqq. n. edit. *Harl.*]

y) Conradus Geſnerus p. 424. bibl. *Nicolaus Petrus Corcyraeus Philopono hosce commentarios tribuit, a Sergio Stiſo praeceptore ſuo in Meſappia iis ſe donatum ſcribens. Verum ego ab erudito quodam viro in Italia accepi, eos nequaquam Philoponi eſſe, ſed* Michaëlis Epheſii, *ſi bene memini, quod etiam ipſe facile credo. Nam et multo breuiores hi commentarii ſunt, et paraphraſticam breuitatem Michaëlis prae ſe ferunt, et non inſcribuntur, vt reliqui commentarii Philoponi, ex ſynuſiis Ammonii Hermeae* etc. [v. ſupra ad vol. III. p. 231. not. *oooo.* et pag. 244. XVIII. *Harl.*]

9. *In libros XIV. Metaphysicorum* scholia latine, *Francisco Patricio* interprete, Ferrariae [z]) 1583. fol. nam graeca numquam prodierunt. Patricius autem, qui codice graeco monasterii Basilianorum monachorum, quod Flattri dicebatur, in insula Cypro, vsus fuit, dubitauit, an auctor Philoponus esset, quoniam contra illius morem paullo succinctiore commentandi ratione et a theorematibus ac digressionibus libera vtitur. Ammonii tamen discipulum atque adeo Philoponum facile agnoscas. In codice caesareo inscribitur: ἐξήγησις τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ Φιλοπόνου Ἰωάννου. Vide *Nesselium* parte IV. pag. 107. *Fabr.* Conf. supra, in vol. III. pag. 229. et 257. — Philoponus in Aristotelem *de coelo*, in cod. *Gc. Wheleri* XLVI. f. nr. 9117. cat. MSS. Angliae II. — Philop. in *syllogismos hypotheticos*, *Paris.* in cod. MXMXVIII. bibl. publ. — Philoponi et Michaelis Ephesii expositio *ethicorum Nicomachicorum*, cum Aristot. Ethicis Nicomachicis, *Romae* in cod. Vatic. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSStar. p. 10. *C.* conf. infra ad §. IX. fin. — Philoponi scholia εἰς τὸ τῆς ἀποδεικτικῆς βιβλίον α. καὶ β. in cod. *Mosquensi* CCCXIII. 4. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 206. ed. in 8. *Harl.*

VII. *Alia Philoponi scripta edita.*

Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων. Collectio vocum, quae pro diuersa significatione accentum diuersum accipiunt, ordine litterarum digesta. Saepius prodiit graecis subiecta Lexicis. Sed separatim et quintuplo a se auctam, (ita tamen, vt additamenta sua a primi auctoris [¶] obseruatis distinxerit,) vsibus studiosorum graecae linguae obtulit vir multis aliis maioribus nominibus de illa meritissimus, *Erasmus Schmidius* Witeb. 1615. 8. Titulus est: *Cyrilli, vel, vt alii volunt, Ioannis Philoponi,* (huius esse non dubitabat H. Stephanus,) *opusculum vtilissimum de differentiis vocum graecarum quoad tonum, spiritum, genus etc.* Accessit Schmidii dissertatio de pronunciatione graeca antiqua. *Fabr.* Conf. supra, vol. VI. pag. 321. nr. 5. vbi in nota iam aliquot laudaui codices: quibus addes codd. *Baroccian.* XCVI. et CLIX. — et cod. Ambros. *Mediolani*, teste *Montfaucon.* in diario ital. pag. 16. — Collectio vocum, quae pro diuersa significatione diuersum accentum accipiunt, auctore *Cyrillo*, vel potius *Philopono*, in vsum scholae. Lugd. Bat. 1751. 8. Ex Cyrillo, s. potius Philopono, nec non ex Ammonio et Lesbonacte *Dan. Peucerus* contraxit *commentarium* suum *differentium apud Graecos vocum*, Dresdae 1749. 8. Add. *Io. Frid. Fischeri* animaduersionum ad Iac. Velleri grammaticam graecam specimen I. p. 268. sq. *Harl.*

Περὶ διαλέκτων. *De quinque dialectis graecae linguae*, ἐκ τῶν Ἰωάννου τοῦ Γραμματικοῦ τεχνικῶν siue ex *arte grammatica* Ioannis Philoponi, (an Ioannis Characis? vt suspicatur Gesnerus,) prodiit graece cum aliis grammaticis scriptis in Varini Camertis thesauro, cornu copiae et hortis Adonidis apud Aldum 1496. fol. et minoribus typis 1504. fol. nec non ad calcem Lexici graecolatini Venet. 1524. fol. et deinde saepius: etiam latine in Appendice thesauri graecae linguae, quem H. Stephano debemus, et ad calcem Lexici Ioannis Scapulae. *Fabr.* In *Const. Lascaris* opusculis grammaticis, Venet. ap. Aldum 1512. 4. — Conf. supra,

z) Non Venetiis, vt legis in Patinianis p. 46.

ſupra in vol. VI. p. 197. p. 294. ibique not. *x* et p. 297. nec non p. 320. nr. 1. et 2. it. p. 371. — *Paris.* in cod. MMDCLXIX. — Ex Io. Grammatici technicis de dialectis; in cod. *Barocc.* CXVI. — in cod. *Thom. Gale* CXXXII. ſ. nr. 5966. cat. MSS. Angliae etc. II. Philop. libellus *de dictione. Harl.*

Scholia in Heſiodum, quae ſe habere teſtatus eſt *Io. Alex. Braſſicanus* praef. ad Saluianum, puto, fuiſſe edita illa vel in Opera et Dies, quae Iohannem Tzetzem auctorem habent, vel in Theogoniam, ſed quae non Ioannis Philoponi ſunt; ſed Ioannis Galeni ſiue Pediaſimi. Vide, ſi placet, quae dixi lib. II. huius bibl. c. 8. §. 16. [ſ. vol. I. pag. 588. ed. nou. In cod. *Voſſiano* in cat. MSS. Angliae tom. II. nr. 2206. citatur *Io. Grammatici* comment. in Heſiodum. *Harl.*]

VIII. *Scripta Philoponi inedita vel deperdita.*

In *Platonem* aliqua ſcripſiſſe, colligas e Nicephori XVIII. 47. vbi, quum Philoponum Platonis et Ariſtotelis philoſophiae peritiſſimum laudaſſet, ſubiungit, Οἷς καὶ πλείω, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἀποῤῥήτων λαμπροτάτας ἐξηγήσεις κατέλιπεν. Atque, in codice bibl. Coislinianae, cuius meminit Cl. *Montfauconus* p. 598. inter τοὺς Πλάτωνα ὑπομνηματίζοντας memoratur Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὅστις καὶ κατὰ Πρισκιανοῦ [aa]) ἠγωνίσατο, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους.

In Ptolemaei magnam ſyntaxin. Meminit Theodorus Meliteniota, ſupra p. 206. ed. vet.

In Nicomachi Geraſeni Arithmeticam. Exſtat MS. in variis bibliothecis, etiam in Iohannea huius vrbis Hamb. ex legato viri ſummi, Lucae Holſtenii. Vide, quae dixi lib. IV. cap. 22. §. 3. [bb]) Suidas etiam inter Philoponi ſcripta memorat συγγράμματα γραμματικά, φιλόσοφα, ἀριθμητικά. *Fabr.* In biblioth. quondam Pinelliana fuit cod. ſaec. XVI. cuius indicem in cat. bibl. Pinell. tom. III. p. 361. ita ſignificatum reperimus: *Nicomachi introductionis arithmeticae libri II.* Graece cum commentario. — Scholia quoque graeca accedunt: it. *Aſclepii Tralliani* commentarius in libros II. introductionis arithmeticae Nicomachi, graece. Atque cel. *Morell.* hanc, quam h. l. reddere iuvat, ſubiecit doctam adnotationem: „Commentarium in Nicomachi Arithmeticam, ſine auctoris indicio hoc in codice ſcriptum, ſub Aſclepii nomine manu itidem ſcriptum apud Thom. Reineſium exſtitiſſe, ex huius epiſtola ad Io. Andr. Boſium plane deprehendi, (Reineſii epp. ad Bos. p. 266.): qui vero commentarius Aſclepii nomen in cod. Pinelliano praefert, neque tamen integer librarii culpa eſt, in codice CCCXVI. bibl. Venetae D. Marci, ſaeculo XV. exarato, *Ioanni Grammatico Philopono* tribuitur, ac eius ſub nomine fuit apud Marcum Meibomium, prout ex epiſtola Boſii ad Reineſium (p. 262.) cognoſcere licet. Eſt vero cum Aſclepii, tum Philoponi commentarius vterque

aa) Contra Priſcianum Lydum philoſophum, de quo lib. III. c. 9. §. 15. [ſ. cap. 7. §. 15. ſupra, in vol. III. p. 444. *Harl.*]

bb) S. c. 27. ſupra in vol. V. pag. 633. ſeq. de codd. it. p. 635. *Harl.*

que adhuc ineditus." Add. eumdem virum doct. in bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 199. de cod. *Veneto* Marc. CCCXVI. in quo est *Philoponi* comment. ineditus libr. I. Arithmeticae Nicomachi, et de cod. CCCXVIII. qui continet scholia in Nicomachi arithmeticam, excerpta ad litteram ex Asclepio et Ioanne Philopono, et pag. 263. de cod. CCCXCVII. — *Taurini* in cod. regio CLX. Io. Philop. comment. in duo libros introduct. in arithm. Nicomachi: inc. (vti cod. Vindobon. XXXV.) *ἐπεὶ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας τὰς μὲν ζωτικάς·* v. cat. codd. gr. Taur. p. 245. — Aliud est principium in cod. *Bauar.* LXXVI. n. *εἰσαγωγὴ ἐπιγέγραπται, ὡς πρὸς τά.* Plura de illo adnotauit cel. *Hardt.* in Aretini Beytr. a. 1804. etc. part. 4. p. 41. sq. *Harl.*

[¶] *De vsu astrolabii*, MS. habuit Thomas Reinesius. Exstat etiam in bibl. caesarea, et (Gesnero teste) in Italiae bibliothecis. *Fabr.* *Vindobonae* in cod. caes. CXLI. nr. 2. v. *Lambec.* VII. p. 557. sq. add. supra, vol. IV. p. 148. — *Monac.* in cod. Bauar. CV. v. cl. *Hardt.* l. c. part. 3. pag. 15. sq. — *Venet.* in codd. bibl. Marc. CCCXXIII. CCCXXIV. et CCCXXV. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 148. 149. ac 150. add. de iisdem cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 214. sq. 216. — *Paris* in vndecim codd. bibl. publ. v. ind. ad vol. II. illius bibl. — In cod. XI. *Sauil.* s. nr. 6557. cat. MSS. Angl. I. — *Romae* in quatuor codd. Vatican. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 9. *C.* et p. 10. *D. E.* pag. 35. *A.* nr. 970. — Ibid. p. 499. *E.* de cod. *Mediolan.* bibl. Ambros. in quo sunt *Io. Grammatici* in libros de anima; de ortu et interitu; de vsu Astrolabii; Ilias parua cum aliquibus notis, de iis, quae declinantur, in arithmeticam Nicomachi fragmm. nondum edita; in metaphysicam; fragmenta de accentibus. (Ioannis Grammatici *parua ilias* citatur quoque a *Montfaucon* iterum ibid. p. 529. *E.* et in diario ital. p. 17. de eadem bibl. Ambrosiana.) — ibid. p. 500. *A. de vsu astrolabii*, in cod. eiusdem bibl. — ib. p. 1200. *C.* in cod. bibl. *Guil. Pelliserii.* — ibid. p. 1322. *E.* in cod. *Mazarin.* — In bibl. *Escurial.* cod. expositio methodica descriptionis de vsu astrolabii et in alio de astrolabii vsu. v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 177. — *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. in cod. XVI. 9. cod. XXI. 1. et cod. XXV. 4. plut. 28. Vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 33. 39. et 55. *Harl.*

De orthographia liber et alius *περὶ λέξεως* MSS. in bibl. caesarea. Vide Nesselium parte IV. p. 130. et 141.

De Atticis particulis opusculum Gesnerus memorat in bibl.

Ῥητορικὰ συγγράμματα. Suidas in Ἰωάννης.

Βιβλιδάριον, *libellus περὶ τῶν δογματισθέντων περὶ τῆς ἁγίας τριάδος* aduersus ea, quae *de SS. Trinitate* docuit in sermone catechetico *Ioannes Scholasticus* patriarcha CPol. (defunctus a. 577.) Vide Photium cod. LXXV.

Contra synodum Chalcedonensem. Meminit Photius cod. LXXV.

Περὶ ἀναστάσεως de resurrectione opus, in plures *τόμους* distinctum, quorum numerus apud Photium cod. XXI. excidit. In illo sententiam Origenis de corporibus resuscitatorum spiri-

ſpiritalibus defenſitauit, vt conſtat ex illius verbis, quae adducit Nicephorus XVIII. 47. Oppugnarunt Philoponum *Theodoſius* monachus, de quo Photius cod. XXII. nec non *Conon*, *Eugenius*, *Themiſtius*, de quibus cod. XXIII.

Διαιτητὴς ſiue *Arbiter* ſententiarum περὶ ἑνώσεως, *de vnione naturarum in Chriſto*, compoſitus, Sergio CPol. patriarcha ſuadente, ſi credimus *Nicephoro* XVIII. 47. et haereſi Monophyſitarum defendendae deſtinatus. Fragmenta ex eo leguntur in Damaſceno de haereſibus apud *Cotcler.* tom. I. monumentor. p. 309. vbi legas ἐκ τοῦ διαλόγου τοῦ Διαιτητοῦ. Sed in noua edit. Damaſceni tom. I. p. 101. *Michaël le Quien* Poſſeuinum ſequutus edidit: ἐκ τοῦ δ' λόγου· atque ita etiam fuit in codice deſideratiſſimi noſtri Godfr. Olearii, cuius mentio in actis Erud. tom. II. ſupplem. p. 477. Certe dialogorum moris nullum in illis fragmentis, ſatis licet longis, veſtigium. Κεφαλαίων decem Nicephorus, ſeptem Photius cod. L. meminit, narrans *Niciam* monachum ſcripſiſſe κατὰ τῶν τοῦ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ ὧν διεμνημόνευσεν ἐν τῷ καλουμένῳ αὐτοῦ λόγῳ διαιτητής. *Anaſtaſii* Antiocheni λόγον κατὰ τοῦ διαιτητοῦ, μᾶλλον δὲ διαιρέτου, laudat S. Maximus confeſſor tom. II. opp. p. 124. Ex *Georgii Piſidae* iambis aduerſus Philoponum quaedam adfert *Nicephorus* XVIII. 48. vbi etiam *Leontii* monachi librum capitum triginta, Philopono oppoſitum, celebrat. *Fabr.* Conf. ſupra in vol. VIII. p. 617. et in hoc vol. cap. 32. de Anaſtaſio Antiocheno; §. VII. nr. 13. — *Walch.* in hiſtoria haereſ. tom. VIII. p. 815. ſq. plura diſputat de hoc opere, et primum oſtendit, librum omnino habuiſſe dialogi formam, et quidem eam fere, quam Minucius Felix ſuo dedit Octauio; Philoponum induxiſſe loquentes aduerſarium et patronum ſynodi atque iudicem, ſub qua perſona latuit Philoponus, qui controuerſiam compoſuit. Idem *Walch.* Nicephori narrationem, a Philopono compoſitum eſſe librum, ſuadente Sergio, minus fidam nec probabilem eſſe ſuſpicatur. — Excerpta ex Philoponi libro, Διαιτητὴς, de dogmate Seuerianorum, in cod. *Barocc.* CLXXXV. fin. — In cod. Syriaco XIV. *Aſſemanni* (v. bibl. orient. I. p. 613.) *Io. Philoponi Diathetis*, (ſic,) h. e. *arbiter*, de verbi incarnatione: liber in capp. X. diſtributus: eiusdem eadem *Diathetis*, in compendium redacta: eiusdem apologiae II. pro Diathete, ſeu ſolutio obiectionum, quae contra Diathetem adferuntur: eiusdem de vniuerſali et particulari tractatus ad Sergium presbyterum, et alia. Auctore eod. *Aſſemanno* in bibl. or. I. p. 465. Georgius, epiſcopus Tagritenſium, circ. a. C. 580. ſcripſit librum vnum ad Chriſtophor. aduerſus Probum et aduerſus Io. Grammaticum Philoponum, et ex cod. ſyriaco Vaticano XXIV. plura in hanc rem excerpſit Aſſemannus. *Harl.*

Πρὸς Ἕλληνας συγγράμματα, eidem *Nicephoro* c. 47. memorata, haud diuerſa puto a libris contra ethnicorum philoſophorum dogma *de mundi aeternitate*, de quibus ſupra pag. 360. et ab opere aduerſus Iamblichum, [?] κατὰ τῆς σπουδῆς Ἰαμβλίχου ἣν ἐπέγραψε περὶ ἀγαλμάτων, *imagines* ſiue *idola numina caſſa eſſe*, contra *Iamblichum* philoſophum. De hoc ſcripto *Photius* cod. CCXV.

Aduerſus haereſes, πρὸς λοιπὰς τῶν αἱρέσεων. *Niceph.* XVIII. 47.

Κατὰ Σεβήρε, *contra Seuerum* Antiochenum. Suid. in Ἰωάννης. Ex hoc opere puto esse κεφάλαια ιζʹ πρὸς τὲς Ἀκεφάλες, *capita XVII. aduersus Acephalos*, MSS. in bibl. caesarea teste *Lambecio* IV. p. 215. [f. p. 474. nr. 12. ed. Kollar.] Incipit: Εἰ ὁ λέγων τὸν Θεὸν μόνον, τὸν Χριςὸν, μανιχαΐζει, καὶ ὁ λέγων μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριςὸν, παυλιανίζει, καὶ ὁ λέγων Θεὸν τέλειον τὸν Χριςὸν, ἄνθρωπον δὲ ατέλειον, ἀπολιναρίζει. *Fabr.* Contra acephalos cap. 17. in cod. *Barocc.* XXVII. med. et in cod. LXXVI. p. 382. fragmentum. *Harl.*

Διαίρεσις τῶν τριῶν ψυχικῶν δυνάμεων πρὸς τὰς τέσσαρας γενικωτάτας ἀρετὰς, πῶς ἐν ταῖς τρισὶν εἰσιν αἱ τέσσαρες, *quomodo virtutes quatuor cardinales sint in tribus facultatibus animae.* MS. ibid. p. 216. [p. 474. nr. 13. Kollar.] Incip. φασί τινες, τί δήποτε.

Liber Philoponi de pulsibus, quem Gesnerus in bibl. commemorat et in Italiae bibliothecis MS. exstare testatur, fuit etiam MS. apud Cl. V. Thomam Reinesium. [cc]) Sed puto alium habuit auctorem medicum hoc nomine, aut non diuersus fuit a libro de pulsibus, quem habemus sub nomine *Philareti*, latine editum ex versione Albani Torini Vitodurensis, ad calcem Aëtii, latine vulgati Basil. 1533. 8. et inter medicos principes H. Stephani 1567. fol. post Aëtium. Philoponum medicum ex Paulo Aegineta memorat *Andreas Tiraquellus* lib. de Nobilitate p. 389.

[*De febribus.* Ἰωάννε τε Φιλοπόνε, Ἰατροσοφιςε, περὶ πυρετῶν· πρῶτον δεῖ εἰπεῖν, τί ποτε πυρετὸν καλεμεν· *Mosquae* in cod. synod. CCLXX. teste *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosquens. p. 168. ed. in 8. *Harl.*]

[*Ioannis Alexandrini in epidemiam Hippocratis* in cod. quondam Petauii, nunc bibl. *Vaticanae*, teste *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 96. *B. Harl.*]

[*Ioannis Grammatici compendium Galeni* libri, cui titulus a primis eius vocibus Ἐννεακαίδεκα. arab. in cod. *Norfolciano* CDXCI. f. nr. 3390. cat. MSS. Angliae etc. II. *Harl.*]

Ex fragmentis commentariorum Philoponi ad Moralia Eudemia apud Ioannem Cuprasium de moral. philosophia cap. 5. locum adfert *Nic. Comnenus* in Praenotionn. mystagogicis p. 205. [v. supra, ad §. VII. nr. 9.]

X. *Index scriptorum in Philopono de mundi aeternitate memoratorum.*

Maioribus numeris argumenta Procli, minoribus capita solutionum denotantur.

cc) *Romae* in cod. Vaticano, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 11. *A. Harl.*

Index

[P] *Index scriptorum in vniuersis Philoponi ad Aristotelem commentariis memoratorum, concinnatus a me ad paginas, vel, vbi hae deficiunt, ad subsignatas in ima pagina litteras graecarum editionum, et in metaphysicorum libros, ad paginas editionis, quae sola exstat, latinae.*

A in priora, AA in posteriora analytica, An. de anima, G. de generatione et interitu, GG. de generatione animalium, M. in metaphysica, MM in meteora, P in libros physicorum denotat.

Aristote-

Aristotelis τὰ περὶ τ' ἀγαθȣ̃ ἐπιγραφόμενα περὶ φιλοσοφίας λέγει· ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφȣς συνȣσίας τȣ̃ Πλάτωνος ἱςορεῖ ὁ Ἀριςοτέλης, ἔςι δὲ γνήσιον αὐτȣ̃ τὸ βιβλίον. ἱςορεῖ ȣ̃ν ἐκεῖ τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν. An. c. 2.

Aristoteles ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας scripsit, Orphei non esse, quae sub eius nomine feruntur carmina An. f. 5. ἄγραφα τȣ̃ Πλάτωνος δόγματα καλεῖ διαιρέσεις. G. 50. b. ἐκ τῶν ἀγράφων Πλάτωνος συνȣσιῶν ἱςορεῖ ὁ Ἀριςοτέλης. G. 7. P. n. 8. 11. τȣ̀ς ἐν κοινῷ λεγομένȣς λόγȣς λέγοι ἂν ἢ τὰς ἀγράφȣς αὐτȣ̃ συνȣσίας πρὸς τȣ̀ς ἑταίρȣς, ἢ τὰ ἐξωτερικὰ συγγράμματα, ὧν εἰσι καὶ οἱ διάλογοι ὧν ὁ Εὔδημος, ἅπερ διὰ τȣ̃το ἐξωτερικὰ κέκληται, ὅτι ȣ̓ πρὸς τȣ̀ς γνησίȣς ἀκροατὰς ἐγράφη, ἀλλ' εἰς τὴν κοινὴν καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. An. e. 2. Vide infra in Platone.

Aristotelis modestia, libenter cedens certiora obseruantibus. Gg. 7. πανταχȣ̃ φιλογεωμέτρης ὁ φιλόσοφος. A. XVII. b.

Animam immortalem statuit. An. e. 8. 10. f. 7. μάταιοι οἱ ὑπονοήσαντες αὐτὸν θνητὴν αὐτὴν δοξάζειν· 11. anima ἄλογος, ἐντελέχεια, a corpore inseparabilis; sed anima λογικὴ separabilis et immortalis. f. 8. Deum causam omnium. G. 66.

Ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς. P. a. 7. f. 2. 8. i. 4. p. 16. A. LXXVI. b. An. a. 2. 11. 13. g. 10. k. 4. q. 14. M. 9. 10. 13. a. b. Gg. 60. G. 23. b.

Φασὶ ὡς τεσσαράκοντα εὑρέθη τῶν ἀναλυτικῶν βιβλία ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις, καὶ τὰ τέσσαρα μόνα ταῦτα ἐκρίθησαν εἶναι Ἀριςοτέλȣς. A. IV.

Περὶ γενέσεως καὶ ἀναλύσεως τῶν συλλογισμῶν. A. LXXXV. b.

Περὶ ἀναπνοῆς καὶ ἐκπνοῆς. An. m. 1. Gg. 8.

Περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν. Gg. 54. 105. b.

Περὶ ἀτόμων γραμμῶν liber a nonnullis tributus Theophrasto. G. 8. b. περὶ ἀδιαιρέτων μεγεθῶν. G. 37. aduersus Anaxagoram. P. m. 4.

Περὶ ζώων μορίων. Gg. 74.

Περὶ γενέσεως ζώων. An. a. 5.

Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. P. a. 1. 9. f. 7. 10. h. 8. k. 1. l. 7. m. 2. An. a. 10. b. 9. c. 9. f. 2. g. 11. h. 12. 15. 16. i. 2. 3. 4. 5. 6. n. 11. M. 4. b. Gg. 59.

[P] Περὶ ἑρμηνείας. An. a. 16. b. 6. g. 6. p. 1. q. 15. r. 16. P. l. 2. 8. A. VIII. b. IX. XV. LXXXI. XCI. AA. 3. 30. b. 31. 33. 34. b. male pro supposito scripto habuit Andronicus Rhodius. An. a. 13. b. 4.

Eudemus dialogus (de animae immortalitate). An. e. 1. 2. 3.

Περὶ μορίων ζώων, An. a. 5. 12. d. 16. h. 8. m. 1. G. 3. b. 10. b. 29.

Oi

Eurytus

Orpheu.

Politico.

*) Philop. τερετίσματα καλῦνται τὰ προψάλματα τῶν κιθαρῳδῶν, ἅπερ ἀνάρθρως ᾄδεσι δοκιμαστικῶς ἕνεκα τῆς ἀπηχήσεως τῶν χορδῶν.

Oſ

Timaeus

Timaeus, pythagoreus. An. c. 1. Aristoteles Timaeum quando laudat, Platonis Timaeum intelligit. An. d. 7. *ὅτι ἐν ἕξει ἦν ἀκροτάτῃ ὁ Τίμαιος πάσης μαθηματικῆς ἐπιστήμης, γεωμετρίας, ἀριθμητικῆς, μουσικῆς τε καὶ ἀστρονομίας, ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων σαφὲς συνιδεῖν.* An. d. 9.

Timotheus musicus. M. 7.

Tragoedia. M. 64. b. An. o. 10. Tragici dictum, *πρὸς τὰς τύχας δὲ τὰς φρένας κεκτήμεθα.* p. 4. *τραγῳδὸς ἄφωνος* pro *κακοφώνῳ.* A. q. 10.

Xanthippe Socratis. M. 28. b. Gg. 20. 88.

Xenocrates. An. a. 15. b. 16. c. 5. e. 12. 13. 15. f. 15. M. 56. b. 58. b 60. b. 65. Platonis *διάδοχος.* An. c. 5. e. 11. discipulus. e. 14. P. 6. 16. *ἀνῄρει τὴν ἐπ' ἄπειρον τῶν μεγεθῶν τομήν.* P. c. 1. m. 8. animum definiuit, *ἀριθμὸν αὑτὸν κινοῦντα ἑαυτόν.* AA. 78. b.

Xenophanes, P. a. 9. Parmenidis praeceptor. M. 3. a. b. Epicharmi in Xenophanem dictum. M. 15. b. principia docuit, teste Porphyrio, *τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν.* P. d. 2. eius versus *γῆ καὶ ὕδωρ πάντ' ἔσθ' ὅσα φύοντ' ἠδὲ γίνονται.* id.

Zeno (Eleates). M. 11. P. e. 1. n. 6. o. 1. p. 9. Parmenideus. 22. Parmenidis discipulus. P. b. 1. 16. Megaricus, Megaris scholam habuit. M. 36. b. motum dari negat. A. CXII. b.

CAPVT XXXV. (olim XXXVIII.)

DE PHOTIO PATRIARCHA CPOL.

Photii aetas et vita. I. *Synodi in caussa Photiana celebratae.* II. *Scriptores de caussa Photiana Photio infesti.* III. *Photio aequiores.* IV. *Photii alii circiter viginti.* V. *De Photii bibliotheca.* VI. *Editiones bibliothecae Photianae.* VII. *Versiones adfectae aut ineditae, vel editiones promissae.* VIII. *Index scriptorum, de quibus Photius differit, variis illustratus obseruationibus.* IX. *Epistolae Photii.* X. *Index eorum, ad quos Photius scripsit.* XI. *Libri quatuor contra Manichaeos.* XII. *Nomocanon.* XIII. *Alia eius scripta edita.* XIV. *Scripta aduersus Latinos.* XV. *Amphilochia.* XVI. *Alia Photii scripta inedita.* XVII. *Et deperdita.* XVIII. *Photii scripta per odium a Latinis exusta, vel suppressa aut interpolata.* XIX.

[*Cum supplementis G. C. Harles.*]

I.

PHOTIVS [a]) Tarasii patricii, cui bibliothecam inscripsit, frater, ex nobilissima prosapia, Tarasium a. C. 806. defunctum patriarcham habuit πατρόθειον [b]), quod propatruum interpre-

a) Possessor exemplaris Gothani, quod mecum cl. Lenz communicauit, ab initio adscripsit: „Quae ad hoc caput notata in margine vides, ea maximam partem petita sunt ex supplementis, quae cel. Fabricius ad oram exemplaris sui adleverat.“ Ego vero omnia, quae adscripta sunt, locis suis adtexam textui Fabriciano. — De Photio et contra illum multa acrius disputauit *Leo Allatius* in differtat. de perpetuo ecclesiae occidentalis et orientalis tam in dogmatibus quam in ritibus consensu, subiecta eius libro *de purgatorio* Romae 1604. 8. quam plurimis locis. De *Photio* sunt quoque consulendi *Pagius* in crit. Baron. pluribus annis, cumprimis a. 858. XIII. p. 492. tom. XIV. a. 868. VI—VIII. p. 148-152. a. 878. XI. p. 325. sq. et a. 886. V. VI. p. 422-424. — *Caue* in hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 47. sqq. ad a. 858. in saeculo Photiano. — *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. VII. pag. 80. sqq. — *Oudin.* in comment. de SS. ecclef. tom. II. saec. IX. p. 200. sqq. ad a. 860. vbi quoque plura MSS. Photianorum operum recensentur. — *Brucker.* in histor. critica philos. tom. III. p. 540. sq. qui eum iure numerauit inter restauratores eruditionis et philosophiae, eo, quod et ipse elegantissimam doctrinae omnimodae copiam possidebat, et auctoritate sua apud principes rem litterariam plurimum iuuabat. — *Io. Laur. Moshem.* in institut. hist. eccl. saec. IX. part. 2. cap. 2. §. 13. c. 3. — *Hamberger.* in zuverläss. Nachr. part. III. p. 652. sqq. — *C. F. Zepernick* in comment. de vita Leonis Sapientis, subiuncta eius editioni D. Casp. Achatii Beck de nouellis Leonis, Augusti et philosophi etc. Halae 1779. 8. p. 209. sqq. Is autem veretur, vt Nicetas, qui, Photium quoque *Protospatharium* fuisse scribit, satis accurate scripserit, eum vero antea fuisse Πρωτοασηκρῆτιν, s. primum secretarium docet. — *Saxius* in Onom. lit. II. p. 121. sq. et p. 548. et quos ille laudat. — *Francisc. Fontanus* in diss. de Photio, nouae Romae episcopo, eiusque scriptis, in *Fontani* nouis eruditorum deliciis, tom. I. Florent. 1785. 8. p. XVII. sqq. — Inprimis *Schroeckh* in Historia eccles. christiana, germanice scripta, tom. XX. p. 364. seqq. tom. XXI. p. 192-199. tom. XXII. p. 408. sqq. et 547. tom. XXIII. p. 263. seq. 322. sqq.

interpretor. Omnibus ingenii dotibus illustribus maximisque negotiis aulicis primum ac civilibus [c]), deinde ab a. C. 858. ecclesiasticis [d]) admotus, [❡] maximorum in ecclesia motuum materia et occasio fuit, quos multis et magnis voluminibus ex diuersarum partium studio, prout amor vel odium scribentibus suasit, diuersimode narratos ac traditos non licet legere sine indignatione, scissasque in hunc vsque diem exinde ecclesias non sine dolore intueri. Fabulam de spadone Photio, persuasam multis a Baronio [e]) atque, vt canonibus adversam

sqq. — praecipue tom. XXIV. pag. 128-176. de eius controuersia cum pontifice rom. etc. p. 184-207. Add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. p. 458. sqq. *Harl.* et *Weguelin* in Historie dii Patriarche Photius dans les mémoires de l' Acad. de Berlin pour l' a. 1777.

b) Photius ipse epist. encyclica p. 60. vbi male Montacutius πατρόθειον interpretatur *patrem*. Allatio p. 356. contra Creyghtonum πατρόθειος est ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος siue patruus. Sed temporis ratio suadet potius intelligi τὸν τοῦ πατρὸς θεῖον, *propatruum*, quem ab aliis proauunculum adpellari video.

c) Functus est Photius munere protospatharii siue praefecti satellitum imperatoriorum et protosecretarii [v. *Georg. Codin.* de officiis magn. eccles. et aul. CPolit. cap. II. nr. 28. ibique not. Goarii. *Harl.*] ac senatoris praecipui, et ab Michaële imp. CPolitano missus legatus ad Assyrios. Vide *Hanckium* de Byz. rerum scriptor. pag. 275. seq. et de legatione in Assyriam Photium ipsum praef. ad bibliothec. Πρωτοσπαθάριος apud Constantinum Porphyrogenitum de administrando imperio c. 51. et alibi est $\overset{\vartheta}{\alpha}$, in Photii epistolis subinde scribitur ἀσπαθάριος, quod Meursium Constantini et Montacutium Photii epistolarum interpretem fugit; sed ab eo tempore notatum a multis, vt *Harduino* in numis vrbium illustratis pag. 167. *Cangio* in glossar. in Σπαθάριος.

d) In locum Ignatii, Barda imperatoris avunculo et curopalata, siue aulae magistro, potissimum impellente deiecti coactique se abdicare a. 858. creatus est patriarcha Photius 25. Dec. ita non improbe inhians illi dignitati, vt in epist. VI. ad Bardam p. 69 scribat, se mortem potius praeoptasse: διὰ τοῦτο γὰρ ἀγόμενος καὶ ἑλκόμενος etc. *eamque ob caussam actus et adtractus moleste eam rem ferebam. Atque vtinam me mors prius inuasisset, antequam hac violenta, intolerabili potius electione arriperer. Nequaquam tot et tantorum malorum fluctus animam meam quotidie* etc. *Fabr.* Praeter Caueum v. *Schroeckh* l. c. tom. XXI. p. 193. sqq. et tom. XXIV. p. 129. sqq. Vtroque loco plura leges de Ignatio, et laudantur *Nicetas*, (qui quidem aduersarius Photii, huius tamen insignem celebrat eruditionem,) in vita Ignatii, in Harduini actis concil. tom. V. 944. sq. 959. etc. et Constantin. Porphyrog. continuator libr. IV. cap. 30. seq. p. 88. seq. in histor. Byzantin. scriptor. post Theophanem, ed. Venet. aliique. *Harl.*

e) Photium ex morbo eunuchum factum, contendit *Nic. Comnenus* in testimonio Graeciae sapientis, et pag. 196. praenott. mystagogic. nec eum, qui militauit, ab ordinibus sacris ideo repellendum p. 255. seq. *Fabr.* Cur Baronius ad a. C. 858. N. XLIX. et LV. ad a. 861. N. XV. et alibi Photio, aduersario ecclesiae romanae, adeo infensus fuerit, facile poterit intelligi. Hinc eius admirator *Lambecius*, postquam ad castra pontificiorum transierat, (v. *Io. Henr. Boecrisii* diss. I. de doctis apostatis, Sueuophord. 1716. 4. p. 23.) in commentariis de bibl. caesarea grauiter in eum inuehitur: e. g. vol. III. p. 305. in not. 1. „ fuit, ait, Photius reuera homo sceleſtissimus, qui patriarchalem sedem CPolitanam, quum eunuchus et laicus esset, per vim et fraudem inuasit, totoque iniusti regiminis sui tempore miserrime turbauit, ac foedissime polluit.“ Eadem repetiit in indice ad illud volumen p. 655. *Allatius* in confutatione fabulae de Papissa, subiuncta eius libro: Σύμμικτα inscripto, ed. Nihusii Colon. 1653. 8. p. 418. vocat Photium *mortalium omnium scelestissimum, vno verbo ἔλεγχιστον ζώντων*, et saepius obruit eum conuitiis. Ipse *Du Pin* in nouv. bibl. cit. qui alias mire laudat ingenium atque eruditionem Photii, p. 109. iniquius iudicat de eius animo, astutia fraudibusque. — Cel. *St. Croix* in: Examen critique des Historiens d'Alexandre, ed. II. p. 754.

verſam docerent eius ordinationem, identidem ingeſtam refellit *Martinus Hankius*, qui Photii vitam adcurate et diligenter ſcripſit libro de Byzantinarum rerum ſcriptoribus Lipſ. 1677. 4. parte 1. cap. 18. §. 3. ſeq. et *Frid. Spanhemius* filius libro de papa foemina tom. II. Operum p. 627. 634. *Antonius Pagi* ad a. C. 868. num. VIII. Quod ex laico ordinatus ſit epiſcopus ac patriarcha, negari non poteſt; ſed hoc Taraſii, Nicephori, Nectarii, Georgii Cyprii, et Georgii Scholarii, patriarcharum CPol., Thalaſſii item Caeſareenſis, Cypriani Carthaginienſis, Ambroſii Mediolanenſis, Epiphanii Salaminae in Cypro, et multorum aliorum exemplis defenditur [f]). Patriarchali ſede bis pulſus eſt Photius, ſemel a Baſilio Macedone a. 867. 25. Sept. quod ipſum ſuper interfecto Michaele imp. grauiter reprehenſum ſacris interdixiſſet [g]): atque iterum a Leone ſapiente Baſilii F. a. 886. quod iure, an iniuria, inſidiarum conſcius argueretur cum Theodoro Santabareno, cui etiam effoſſi ſunt oculi [h]). Ex priore illa depoſitione reſtitutus fuit iuſſu eiusdem Baſilii, qui liberorum ſuorum Conſtantini et Leonis curam ei commiſerat, omniumque conſenſu [i]), quum Ignatius, Photii deceſſor, diem obiiſſet 23. Octobr. a. 877. [k]) Sed poſt alteram, obiit in exſilio in monaſterio Armeniacorum Bordi dicto [l]), circa a. 891. [m]) quum ipſi a. 886. ſucceſſor datus eſſet vix ſedecim natus annos Stephanus Porphyrogenitus, Leonis ſapientis frater, de quo acta Sanctor. 17. Mai. tom. IV. p. 36. ſeq.

II. *Syno-*

p. 754. ſq. valde quidem eum laudat ab ingenio critico, eruditione aliisque virtutibus; ſed vituperat quoque eum, dum, mais, addit, ambitieux, méchant, hypocrite (prouocatque ad epiſtol. VI. p. 69. ſq.) et perſécuteur, il occupa le trône patriarchal au mépris de toutes les règles etc. Alii tamen aequius rectiusque de eo iudicant. Ipſe Fontanus in vita Photii citata, p. XVII. ſeq. not. defendit eum ab iniuria Baronii, falſi a mendaci titulo cuiusdam epiſtolae, quam Photio adiudicant vetuſtiſſimi omnes codd. praeter vnum, de quo nihil conſtat, et quo vſus eſt Frider. Metius, Thermularum epiſcopus, et qui non Photio, ſed Ioanni patricio, qui ſpado fuit et ſacellarius, epiſtolam tribuit. Idem alia pro Photio contra Baronium aliosque addit. Vt alios omittam, *Schroeckh.* libr. cit. tom. XXIII. p. 201. ſeq. cautius et moderatius de eo fert iudicium. Photius omnino fuit homo mirae induſtriae, multi ingenii et infinitae eruditionis, eiusque merita ſplendida ſunt. Idem tamen feruidioris animi homo, nimius dignitatis ſuae, auctoritatis doctrinaeque orientalis eccleſiae contra pontificem romanum vindex, honoris vindictaeque cupidus, praeterea irritatus ab aduerſariis, interdum quidem abripiebatur, vt fines modeſtiae ac pudoris migraret, et maiores, quam par erat, excitaret tragoedias; neque tamen crudelitatis, ſcelerum abiectique animi iure argui conuincique poteſt. Contra ab adſeclis ſuis nuncupatur, *ſanctiſſimus*, (e gr. in cod. *Vindobon.* LXIV. nr. 23. v. *Lambec.* III. p. 305.) et *orthodoxus*; (v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 96. fin. et pag. 99. vbi in epiſtola ſynodi Nicaenae ad eccleſiam Alexandrinorum gr. et lat. edita ſcriptum eſt: Ἰγνατίε καὶ Φωτίε, τῶν ἁγιωτάτων, καὶ ἀοιδίμων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.) Enimuero medio tutiſſimus ibis. *Harl.*

f) Vide *Allatium* de conſenſu eccleſiae graecae et lat. p. 594. et libro de aetate et interſtitiis in collatione ordinum pag. 165. ſeq. *Nic. Comnenum* praenotionibus myſtagog. p. 130. ſeq.

g) *Hanckius* libro laudato §. CVII. ſq. p. 356. [*Schroeckh.* in hiſt. eccleſ. chriſt. tom. XXIV. p. 130-172. et p. 184. ſqq. late exponit Photii et Ignatii fata et hiſtoriam ſynodorum etc. *Harl.*]

h) Idem §. CLXXVII. ſeq. p. 384.

i) Vide *Harduini* concilia tom. VI. pag. 254. Vitam Baſilii Macedonis c. 31. pag. 83. in Allatii συμμίκτοις.

k) *Schroeckh.* l. c. tom. XXIV. p. 184. Ignatii mortem ponit in a. 878. et antea *Caue* l. c. p. 47. item *Fontani* l. c. p. LVII. *Harl.*

l) *Anſelmus Bandurius* in ſerie chronologica antiquitatibus CPol. praemiſſa p. XLVI. ex Zonarae annal. tom. III. p. 141.

m) *Anton. Pagi* ad a. C. 886. num. V.

II. Synodi in caussa Photiana celebratae CPoli *).

Pro Photio.

A. 861. contra Ignatium, duplici congressu episcoporum 318. vnde ἡ πρώτη καὶ δευτέρα λεγομένη in templo SS. apostolorum celebrata. [P] Eius canones XVII. exstant tom. V. Harduin. p. 1195. Eosdem agnoscunt et illustrant Io. Zonaras, Theod. Balsamon. et alii graeci canonum interpretes. Acta periere. Latrocinalem vocat Nicolaus I. papa, Stylianus Neocaesariensis συνέδριον ληστρικόν. Inuehuntur in eam vna cum aliis Ignatianae partis *Nicetas* in Ignatii vita p. 966. seq. tom. V. Concilior. edit. Harduini. *Petr. Arcud.* p. 182. de purgatorio: *Nic. Comnen.* p. 302. praenott. mystagog. Alii graeci amplectuntur. Citat *Turrian.* II. 14. pr. epp. pontificum p. 224. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. XLIV. nr. 17. v. *Lambec.* VIII. p. 873. qui ita citat Pseudo-concilii CPolitani in duas actiones diuisi, ideoque vulgo primi et secundi adpellati, in quo machinatione scelestissimi Photii, qui, eunuchus et laicus existens, patriarchatum CPolitanum per fraudem et vim inuaserat, 318. episcopi a. C. 861. — Ignatii, (quem in textu et in nota laudat,) iniustissimam depositionem, simul et Photii illegitimam intrusionem irrite confirmarunt, *canones septemdecim.* Iidem canon. ibid. in cod. XLV. nr. 41. v. *Lambec.* l. c. p. 929. seq. Add. infra in vol. XI. p. 534. seq. et 540. ed. vet. *Harl.* Conciliabulum appellat Mansi conc. ampl. coll. t. XV. p. 597. sqq.

Post hanc alia tria Photiana concilia celebrata Allatius p. 278. contra Creyghtonum et libro de octaua synodo Photiana p. 8. et *Petr. Arcud.* de purgator. p. 178. notant: vnum contra Nicolaum papam, et alterum iterum contra Ignatium, tertium iterum contra papam, de quibus synodis nihil praeterea constat, quemadmodum nec de illa quam habuit Photius, Michaele et Barda caesar. apud Blachernas sub initium patriarchatus sui a. 859.

A. 879. episcoporum 383. in aede S. Sophiae post Ignatium a. 877. iam defunctum, praesentibus et Photium agnoscentibus Ioannis VIII. papae legatis. Aiunt, Ioannem papam pretium reconciliationis a Photio exspectasse Bulgariam: conf. *Petr. de Marca* in concordia sacerdot. et imper. libr. I. cap. 1. Acta huius concilii, quod octaui generalis nomine Graecis Photianarum partium, vt sunt plerique, venit, diu delituere in bibl. Vaticana et Columnarum, e quibus excerpta quaedam latine dedit *Baronius* ad a. 879. n. 63. seq. testatus ea integra se possidere ex versione Friderici Metii: atque inde *Binius* tom. III. conciliorum parte 2. p. 100.

*) De synodis, in caussa Photiana celebratis, conf. Du Pin, Caueum et Schroeckh. ll. citt. — Quosdam codd. in quibus exstant acta, nominare iuuat. In cod. *Laud.* XXXIX. (s. nr. 691. catal. MSS. Angliae etc. I.) sunt 1) acta synodi oecumenicae, quae Photium patriarcham in thronum CPolitan. restituit — ex relatione Becci scribae; 2) acta synodi CPolitanae VIII. sub impp. Basilio, Leone et Alexandro, in qua, quae in Nicaena secunda decreta fuerant, rata habentur; 3) epistola Ioannis papae ad Photium; 4) Synodicum continens in epitome omnes synodos orthodoxas ab apostolis vsque ad octauam CPoli habitam sub Photio. — *Venetiis* in codd. bibl. Marc. CLXVII. et CLXVIII. (v. cat. codd. gr. Marc. p. 95.) *Florentiae* in codd. Laurent. (v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. indic. voc. *Concilia*) et alibi. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. indic. voc. *Photius. Harl.*

p. 100. *Labbeus* tom. IX. p. 324. *Harduin.* tom. VI. p. 210. Confer *Eliam du Pin* tom. VII. bibl. eccleſ. p. 99. ſeq. Alia ex Ioannis Becci ſiue Vecci patriarchae CPol. λόγῳ de pace eccleſiae *Beueregius* tom. II. magni ſynodici p. 273. graece et lat. Oxon. 1672. fol. Ex his et aliis, quae euoluiſſe ſe teſtatur, excerptis Actionum VII. numero diuiſis hiſtoriam huius concilii tradit *Guil. Caueus* in parte altera Hiſt. literariae ſcriptorum eccl. ad a. 879. Denique acta integra [o]) gr. et lat. vulgauit ex Vaticano codice *Io. Harduinus* t. VI. concil. p. 214-343. [add. Manſi t. XVII. p. 494. ſq.] Huius acta ſeruantur etiam in bibl. Bauarica, Radero teſte, atque in caeſarea, vt notat *Neſſelius* p. 154. vna cum epiſtola Ioannis VIII. ad Photium. *Fabr.* *Leo Allat.* in libro de purgatorio locum longum de Photio ex Vecco inedito in lucem protulit p. 591. ſqq. et ſub finem illius operis p. 725-856. gr. cum verſione lat. edidit *Ioannis Vecci*, epiſcopi CPolitani, ad Sugdaeae epiſcopum Theodorum, librum tertium, in quo multa contra Photium ac pro Ignatio diſputantur, atque hiſtoria de Photio patriarchali ſede pulſo, ſed reſtituto quoque, ſynodisque ea de cauſſa habitis enarratur, inprimis eius doctrina de Spiritu S. refutatur. — Conf. etiam *Fontan.* in nouis eruditorum deliciis citatis pag. LVIII. ſqq. vbi quoque Photius a crimine Baronii ad a. C. 879. num. VI. XVIII. etc. aliorumque vindicatur, et *Schroeckh.* in hiſtor. cit. tom. XXIV. p. 188. ſqq. Acta huius ſynodi plena primum graece edidit *Anthimus*, epiſc. Remnic. in opere: Τόμος Χαρᾶς, 1705. fol. nr. 6. (de quo opere v. infra ad §. IX. de epiſtolis Photii ad nr. 1.) — *Vindobonae* in cod. caeſar. XLIV. nr. 18. exſtant concilii illius, (de quo *Lambec.* VIII. p. 874. more ſuo acerbe iudicat,) canones tres. Lambecius ablegat lectores, qui plura de illo concilio ſcire aueant, ad *Io. Zonarae* ſyntagma canonum pag. 260. ſeqq. ad *Theodori Balſamonis* ſyntagma canonum pag. 583. ſqq. ad tom. VIII. edit. conciliorum Pariſinae Labbeanae col. 1526. ſeq. et ad tom. IX. col. 324-331. — Ibid. in cod. XLV. nr. 42. *Lambec.* VIII. p. 930. add. ibid. p. 1018. nr. 30. anonymi narrat. breu. de VII. conciliis oecumenicis, et de concilio VIII. CPoli ſub imper. Baſilio Macedone et Photio patriarcha habito etc. in cod. caeſar. LIII. — *Monac.* in cod. XXVII. Acta ſynodi, a Photio, (qui vocatur ἁγιώτατος,) CPoli pro vnione S. dei et apoſtolicae eccleſiae. Inſunt ſeptem actiones. conf. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 17. ſeq. qui etiam adnotat, Photium in hoc cod. ſe ipſum Ioanni Romano praepoſuiſſe; contra in *Harduini* edit. concil. tom. VI. p. 214. ſq. Ioannem praeponi Photio. — Acta illius ſynodi in cod. Eſcorial. v. *Plüer* itiner. per Hiſpan. p. 187. — *Moſquae* in cod. ſynod. CCCXXIV. de ſynodo, ἥτις ἀποκατέστησε Φώτιον τὸν ἅγιον πατριάρχην εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως· ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου, οὗ ἡ ἀρχή· ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς. In fine excerpta ſunt ex variis epiſtolis Photii: legitur etiam epiſtola Ioannis papae rom. ad Photium. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Moſquenſ. p. 212. ſeq. nr. 4. In cod. *Vaticano* teſtimonia miſſa a Photio in ſynodo CPolit. pro vnione eccleſiae, in qua ſynodo erant nuncii Ioannis papae. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. *C.* add. alios codd. ibid. p. 380. *A.* 470. *E.* et 692. *D.* nr. 12. et 13. *Harl.*

Contra

o) Horum legendorum copiam ſibi factam a Baluzio, qui habuit cod. graec. e biblioth. Columnenſi deſcriptum, et cum aliis duobus romanis collatum, et verſionem lat. a Feder. Metio ante 100. annos adornatam, teſtatur Steph. de Altimura Ponticenſis. v. *Mich. le Quien* in praef. ad Panopliam contra ſchiſma Graecorum. Pariſ. 1718. 4.

Contra Photium.

A. 896. pro Ignatio episcoporum 102. praeside per vicarios suos Hadriano II. papa [p]). Acta huius synodi decem πράξεσι siue actionibus diuisa, quae romanae ecclesiae sociis et Graecis quibusdam λατινόφροσι oecumenica octaua synodus est, ex Anastasii bibliothecarii passim locupletiore versione, et graece cum noua interpretatione Matthaei Raderi S. I. (qui illa primum vtraque lingua edidit Ingolstad. 1604. 4.) occurrunt in conciliis *Binii* tom. III. part. 1. *Labbei* tom. VIII. atque *Harduini* tom. V. Reg. tom. XXIII. [*Mansi* tom. XVI. v. infra, vol. XI. p. 538. ed. vet. In cod. *Monac.* XXVII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. 4. p. 17. seq. add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 469. *C.* 470. *E.* et p. 692. *D.* *Harl.*].

[372] III. *Scriptores de caussa Photiana, Photio infesti.*

Nicolaus I. Hadrianus II. et alii pontifices Photium damnantes. Vide Io. Veccum lib. III. de process. Spiritus S. apud Allat. de purgatorio p. 829. seq.

Nicetas Paphlago in vita Ignatii patriarchae [q]), et alia Styliani Mapae, Neocaesar. episcopi [r]), Theognosti monachi et aliorum scripta cum synodo anni 869. edita, et Anastasius bibliothecarius synodi illius interpres, tum praefat. ad synodum tum in vitiis pontificum.

Auctor libelli synodici a Io. Pappo editi.

Auctor vitae S. Nicolai Studitae, in actis Sanctor. tom. I. Februar. p. 548.

Caesar Baronius et *Henr. Spondanus* ad a. 858. seq. *Antonius Pagi* in censura Baroniana.

Andreas Schottus praefat. ad Photii bibliothecam.

Leo Allatius libro de synodo octaua Photiana Rom. 1662. 8. et contra Creyghtonum exerc. XVI. seq. p. 272. seq. et de consensu vtriusque ecclesiae lib. II. cap. 4. 5. 6. 7. ac de libris ecclesiasticis Graecorum p. 147. seq.

Francisc. Pagi tom. VI. Breuiar. de gestis pontificum, et *Stephanus de Altimura* in panoplia contra schisma Graecorum p. 158. sq.

Lud. Maimburgius in historia schismatis Graecorum, edita gallice Paris. 1677. 4. Amstelod. 1682. 12. Et a Maimburgio auctor supplementi ad Lexicon historicum Morerianum.

p) Confer *Launoium* VIII. 10. epist. pag. 734. seq. e lit. Lond. *Franciscum Iouerium* in velitatione de octauo synodo, *Petr. Arcudium* de purgatorio, p. 212. sq.

q) *Nicetas* tamen *Paphlago* in vita Ignatii, in conc. Harduin. tom. V. p. 959. Photium etiam mirifice laudat ab ingenii felicitate, litterarum variarum copia studioque et singulari diligentia atque sedulitate. v. locum, paullo post in §. VI. a Fabricio citatum. *Harl.*

r) V. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 90. *Harl.*

Natalis Alexander hiſtoriae ecclef. faeculi IX. et X. diſſertatione IV. quae eſt de ſchiſmate Photiano.

Elias du Pin tom. VII. bibliothecae ecclef. et alii ſcriptores hiſtoriae ecclef. romanis ſacris addicti, vt *Nic. Vignier*, *Anton. Godeau*, *Claud. Fleury* etc. [*Lambec.* vti iam ſignificauimus.]

IV. *Photio aequiores.*

Ioannes VIII. epiſtola ad Photium et alii in ſynodo a. 879.

Ioannes Zonaras tom. III. annal. Ioannes Scylitzes Curopalata, Cedrenus et alii hiſtoriarum illius temporis ſcriptores graeci.

Magdeburgenſes centuria IX. et alii hiſtoriae ecclef. ſcriptores e proteſtantibus.

Richardus Montacutius notis ad Photii epiſtolas editas Lond. 1651. fol.

Robertus Creyghton prolegom. ad Sylueſtri Sguropuli hiſtoriam ſynodi Florentinae Hagae 1660. fol.

Martinus Hanckius libro de hiſt. Byz. ſcriptoribus part. 1. cap. 18. Lipſ. 1677. 4.

[P] *Guil. Caue* in hiſtoria litteraria ſcriptorum ecclef. ad a. C. 850. et in conſpectu ſaeculi noni, quod ipſe adpellat Photianum.

Phil. Mornaeus in myſterio iniquitatis ſiue hiſtoria papatus pag. 165. ſeq. 182. etc. *Jean le Sueur* hiſt. de l'Egliſe etc.

Humfredus Hody in libro anglice edito de ſedibus vacantibus, *caſe of ſees vacant*, capite XIV. p. 139-169.

Baſnage lib. VI. H. E. gallice edit. cap. 6. tom. I. pag. 523. ſqq. lib. XI. cap. 9. p. 572. et cap. 10. pag. 584. vbi de conciliis a. Chr. 869. et 879. *Fabr.* His add. *Fontanum*, *Schroeckh.* aliosque. *Harl.*

V. *Photii alii vltra viginti.*

[S. Photii, (num patriarchae, an alius, neſcio,) vita *Mediolani* in bibl. Ambroſ. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 503. *A. Harl.*]

[Ad Photium epiſt. Libanii. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 516. nr. 34. *Harl.*]

Photius *Babylonis* epiſcopus, qui interfuit concilio CPol. a. C. 460. *Fabr.* v. *Lambec.* VIII. p. 893. *Harl.*

Photius

Photius, *Belisarii* ex Antonina priuignus, memoratus Procopio in hist. arcana pag. 5. et lib. I. de bello Gothico cap. 5. aliisque in locis. Inter monachos deinde dictus est *Photinus.*

Photius, episcopus *Clerorum*, Κλήρων, in Phrygia salutari, interfuit synodo Photianae a. 879.

Photius presbyter *CPol.* cum Nestorio condemnatus a. C. 435.

Vide *Christianum Lupum* ad epistolas a se editas p. 557. et *Tillemontium* tom. XIV. memor. pag. 607. 787. seq. *Fabr.* Ad Photium presbyterum epp. Seueri. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. 44. bis, p. 55. 56. et 77. *Harl.*

Photius, *Corinthi* episcopus, qui interfuit concilio CPol. sub Menna a. C. 536. et in quibusdam codicibus adpellatur Photinus.

Photius *Cypri*, in synodo Sardicensi a. 347.

Photius *Iborensis* siue Ibororum in Hellesponto, qui interfuit synodo Trullanae a. 687.

Photius, ὁ μακαρίτης. Eius meminit *Synesius* ep. 61.

[Photius, *martyr*. Eius et nouem aliorum martyrum certamen sub imperatore Leone Isauro, propter imaginem I. C. CPoli in porta aenea. In cod. *Vindobon.* XIV. nr. 16. v. *Lambec.* VIII. p. 251. seq. vbi Kollar. adnotat, illa martyria edita esse graece cum versione lat. Pinii in Act. SS. m. Augusti tom. II. pag. 434. — Alius Photii martyrium sub Diocletiano memoratum est supra in hoc vol. p. 314. *Harl.*]

[Photius, monachus et melodus. v. infra in vol. X. p. 137. vet. ed. *Harl.*]

[*Marii* Photii, sacerdotis, de metrica, in II. codd. Vaticanis. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 91. *B. Harl.*]

Photius, episcopus *Nacoliae* in Phrygia salutari, interfuit concilio CPol. a. 869.

Photius, nauis praefectus, ἀνὴρ πολεμιστὴς καὶ δραστήριος, tempore Basilii Macedonis atque adeo Photii patriarchae. Vide *Cedrenum* p. 478. vitam Basilii Macedonis cap. 43.

Photius, *Nicaeae* in Bithynia episcopus, qui interfuit concilio sexto generali celebrato CPol. a. 680.

Photius, *Nicopoleos* in Armenia episcopus, qui synodo Trullanae a. 687. interfuit.

Photius, interfector Phocae imperatoris a. C. 610., de quo Nicephorus CPol. in breuiario p. 4. Chronic. paschale p. 385.

Photius πρωτεύων, ad quem epistolae Seueri Antiocheni.

Photius, *Russiae* metropolita, cuius meminit Sguropulus in historia synodi Florentinae habitae a. 1438. p. 14.

Photius, *scenophylax* et logotheta CPol. qui scripsit vitam Lucilliani hieromartyris, quam cum Conradi Ianningi versione habes in Actis sanctorum. [⁋] tom. I. Iunii p. 276-286. [v. supra in hoc vol. p. 271.] Laudauit *Allatius* p. 753. libri de purgatorio. Incipit: πάλαι μὲν ἐγκωμιάζειν.

Photius, *Sebastoboleos* in Armenia prima episcopus, qui interfuit synodo Trullanae a. C. 687.

Photius, *sophista*, magister Nicobuli, cuius mentio in epistolis Gregorii Naz. 61. 91. et 118. Vide *Tillemontii* memorias hist. eccles. tom. IX. pag. 544. [et supra in vol. IX. pag. 286. fin.]

Photius, *Theodori* studitae, de quo supra (ed. vet.) cap. 33. pater.

Photius *Tyrius* metropolita, qui a. 449. synodo Ephesinae interfuit et cuius libellus supplex ad Marcianum imp. exstat in actis concilii Chalced. a. 451. actione IV. tom. II. Binii p. 243. et tom. IV. Labbei p. 541. et tom. II. Harduin. p. 436. Iterum mentio p. 503. et 531. Huic συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων tribuit Stephanus le Moyne notis ad varia sacra p. 783. [conf. infra, §. IX. de Photii epistolis, not. *c.* tum vol. XI. p. 183. VII. ed. vet. *Harl.*] Hic est Photius, qui Theodosii iunioris imp. iussu cum Eustathio Beryti episcopo cognouit de caussa Ibae episcopi, scriptaque ab eo ad Marin Persam epistola, et eum absoluit. Vide Vigilii papae constitutum a. C. 554. in *Baluzii* noua collectione concil. pag. 1554. seq. *Fabr.* Et *Assemann.* bibl. oriental. tom. I. pag. 200. de Iba, Edessae episcopo. *Harl.*

Ios. Photius, Rheginus Calaber, qui adhuc viuebat Romae 1675. De eius scriptis v. *Sotwellus* p. 522.

Philadelphus Photius, i. e. Lampe. v. Vnschuld. Nachricht. 1713. p. 164. et 1718. p. 796.

Denique in Catena Corderiana ad Lucam pro *Phosterio* Photii nomen reponendum haud dubitat Combefisius in bibl. concionatoria. Sed iste Photius haud alius a patriarcha CPol. de cuius scriptis deinceps dicendum.

VI. *Photii bibliotheca.*

Insignis thesaurus, non liber, qui ab auctore inscribitur: ἀπογραφὴ καὶ συναρίθμησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς κεφαλαιώδη διάγνωσιν ὁ ἠγαπημένος ἡμῶν ἀδελφὸς Ταράσιος ἐξητήσατο. ἔστι δὲ ταῦτα εἴκοσι δεόντων ἐφ' ἑνὶ τριακόσια. *Descriptio atque enumeratio lectorum a nobis librorum, quorum argumenta cognoscere desiderauit dilectus frater noster Tarasius, suntque viginti et vno demtis trecenti.* Hoc opus Photius composuit, antequam crearetur patriarcha, quum obiret legationem in Assyriam, vt ipse in epistola ad Tarasium [s]) testatur. Dedit autem in illo specimem pulcerrimum historiae librorum criticae, quod mirum est, per tot annorum centurias non plures imitatores habuisse, donec nostra

s) Haec in edit. graeca legitur ad calcem operis pag. 892. in aliis rectius praemittitur.

stra aetate iam a quinquaginta annis tanto illud cum fructu frequentatur per varias Europae linguas ab Ephemeridum literariarum et actorum eruditorum clarissimis scriptoribus, quibus [P] omnibus praeiuisse Photius exemplo suo, [t]) et quomodo cum laude in illo genere versari deberent, praeclare demonstrasse vtique videtur. Certe siue varietatem et copiam librorum spectes, omnis generis insignes in hac bibliotheca reperies, theologos ac doctores ecclesiae, conciliorum acta et iuris ecclesiastici commentarios, medicos, philosophos, historicos, oratores, grammaticos: sed poëma vix vllum, praeter vnas sacrorum librorum metaphrases, ab Eudocia Augusta homericis versibus concinnatas. Si diligentiam requiras, experieris eum iam de scriptoribus ipsis, iam de scriptis, quae scitu digna sunt, adnotare, argumentum et ordinem ac scopum libri cuiusque exponere plerumque, perspicue et adcurate iam pluribus, iam paucioribus verbis, et non raro selecta ex illis loca, et quae in primis digna notatu visa ipsi sunt, excerpere. Si denique iudicium respicias critici, videbis eum et censuram ferre de stilo scriptorum, de tractandi ratione, de doctrina ipsa, idque sinceritate et acumine tanto, tanta libertate etiam in antiquioribus ecclesiae scriptoribus, vt hoc doctos quosdam viros male habuerit, [u]) tam eruditam autem ferre censuram et acrem, vt facile adpareat, eum rerum, de quibus loquitur, peritissimum fuisse. Itaque veritas ipsa inimico Photiani nominis Nicetae Paphlagoni extorsit, vt in vita Ignatii [v]) scriberet Photium *τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφανῶν σοφίᾳ τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατον πάντων νομιζόμενον· γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι· πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. Πλέον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐσχολακότι. Claris et illustribus oriundum natalibus rerumque ciuilium et politicarum vsu prudentiaque et scientia clarissimum. Grammaticae enim litteraturae et carminis pangendi dicendique laude, quin et philosophiae et medicinae* [w]) *et omnium prope liberalium disciplinarum studio* [P] *cognitioneque tantopere florebat, vt aeui sui facile princeps haberetur, imo et cum veteribus iam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quaedam et naturae vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum maximam copiam* [x]) *comparabat: et quod prae cunctis, gloriae laudisque cupido, qua incensus totas noctes, vt lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes.* Post hoc inimici hominis testimonium non opus est aliorum de Photio eiusque *βιβλιοπανσυλλέκτῳ* Ἀνθολογίᾳ [y]) siue Μυριοβίβλῳ elogia adlegare, vt Dan. Heinsii

t) Confer *Christianum Iunckerum* in schediasmate historico de Diariis eruditorum edito Lips. 1692. 12. p. 72 et *Constantinum Wolfum* in diss. de Photio Ephemeridum eruditorum inuentore. Witeb. 1688.

u) *H. Dodwellus* diss. ad Irenaeum pag. 409. *Ita saepe seuerus vetustissimorum patrum censor est Photius, propterea a Bullo nostro merito castigatus.*

v) In conciliis Harduini tom. V. p. 959.

w) De medica Photii peritia confer ipsius epist. 169.

x) Librorum vsum in exsilio ademtum sibi esse, queritur epist. 97. ad Basilium Macedonem.

y) Gregorius patriarcha CPol. ad imperatorem Trapezuntium in Allatii Graecia orthodoxa tom.

ſii prolegom. ad Ariſtarchum ſacrum, et aliorum quae apud Hanckium [z]) et Thomam Pope Blount [aa]) collecta, et facile aliis augenda [bb]), proſtant. Potius notare iuuat, quae in pulcerrimo hoc opere a viris doctis deſiderantur. *De bibliotheca Photii miror*, inquit Caſaubonus, [cc]) *quod vir tantus omnem adeo τάξιν inſuper habuerit, nam vt taceam, quod auctores non diſtinguit, ſed confundit in vnum, vt non dicam artium et ſcientiarum auctores miſceri et hiſtoricos diuerſiſſimorum temporum, vt illud ſane quam mirum eiusdem ſcriptoris ſcripta eiusdem ſaepe argumenti locis adeo diuerſis commemorari, vt Arriani, Io. Philoponi et aliorum. Quid quod eiusdem libri* [dd]) *eadem excerpta vix pauciſſimis mutatis verbis proponit bis, vt pag. 217. et 278. Adparet, virum doctum, vt quemcunque librum ſors ei obtuliſſet, ſolitum deuorare, ac ſtatim in codicem ſuorum excerptorum aliquid ſibi ex eo adnotaſſe.* Hoc mihi videtur veriſimilius, quam quod viro doctiſſimo Henrico Valeſio [ee]) perſuaſum, bibliothecam Photianam plurimis in locis [?] interpolatam, nec vnius eſſe auctoris: immo quartam partem et amplius ab alio eſſe ſcriptore. [ff]) Quamquam verum eſt in MSS. codicibus aliquando reperiri excerpta eiuſcemodi ſine nomine Photii, vt conſtat ex *Lambecii* lib. VII. p. 141. [gg]) et Valeſio adſentiens *Ludolphus Kuſterus* ad Suidam in Ηραΐσκος, quum notaſſet, verba quaedam e Damaſcio adducta a Suida legi etiam apud Photium cod. CCXLII. ſed absque vlla connexione cum iis, quae ibi praecedunt, vt vel dicendum ſit, incuria librariorum quaedam ibi omiſſa eſſe, vel excerptorem loci iſtius, quisquis ille ſit, officio ſuo negligenter functum eſſe: *ſunt enim*, inquit, *non pauca in collectaneis Photianis, quae non crediderim ab ipſo Photio*

I. p. 449. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς βιβλιοπανσυλλέκτου ἀνθολογίας Φωτίου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τὸ τοῦ Εὐλογίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας προκείμενον λίαν ἁρμόζειν etc.

z) *Hanckius* de Byz. rerum ſcriptor. pag. 593. ſeq.

aa) *Tho. Pope Blount* in cenſura ſcriptorum p. 351. ſeq. Eſſais de literature tom. I. p. 94.

bb) *Caſaubonus* in Caſauboniauis p. 12. *Solet Photius ita res excerpere, vt verborum elegantias aut proprietatem non negligat. Solet etiam, vbi rerum ſummam, quas auctores tractarunt, expoſuit, de genere ſcribendi et charactere aliquid notare. Atque id maxime eum auctorem nobis commendare debet; eſt enim in ea parte eximius, vt non parum profecturus videatur, qui eius elogia compararit cum ſimilibus iudiciis Dionyſii Halicarnaſſei et aliorum. Franciſcus Vauaſſor* de ludicra dictione pag. 143. *qua prudentia vir fuit Photius, quo acumine, quam ſincerus et elegans in omni iudicio. Fabr.* Photii Myriobiblon ſtupendae eruditionis opus vocat *Pearſon* prolegg. ad Hieroclem p. 2. *Heum.* Add. cel. *St. Croix* iudicium de illo opere in Exam. crit. des Hiſtoriens d' Alexandre ed. II. pag. 754. et cel. *Schroeckh.* in Hiſt. eccl. chriſt. tom. XXI. p. 96. ſqq. *Henr. Valeſium* de Critica libr. I. cap. 29. pag. 176. cum eiusdem Emendatt. a Burmano II. editis. *Harl.*

cc) Caſauboniana p. 11.

dd) Dionyſii Aegei Δικτυακῶν cod. CLXXXV. et CCXI. Sic Damaſcii cod. CLXXXI. et CCXLIV.

ee) *Valeſius* in calce notarum ad excerpta de legationibus: *Huic operi idem videtur contigiſſe quod bibl. Photii, cui altera eiusdem argumenti adiecta eſt, vt patet ex iisdem auctoribus, qui bis in illa bibliotheca deſcripti reperiuntur.* Eiusdem Valeſii ſententiae meminit *Menagius* in Hiſtoria mulierum philoſopharum p. 74. et *Colomeſius* paralipomenis de ſcriptor. eccleſ. p. 268.

ff) *Colomeſius* in opuſc. p. 97.

gg) Lambec. in comment. paſſim corrigit illam Photii bibliothecam, e. gr. vol. VII. pag. 426. VIII. p. 578. ſqq. etc. Cel. *St. Croix* in: Examen critique cit. p. 59. not. 1. errorem Photii adnotat: v. infra, ad Photii cod. LXVIII. *Harl.*

Photio profecta esse, sed ab interpolatoribus eius, qui temere et absque vllo iudicio quaedam auctorum loca, mutilato prorsus sensu operi illi inseruerunt. Neque enim bibliothecam Photii ab vno auctore compilatam esse, vel eo argumento satis probari posse puto, quod non solum integra interdum opera bis in ea recenseantur, sed etiam in vnius libri epitome eaedem saepe ῥήσεις, eademque auctorum loca diuersis in locis repetantur, id quod pluribus exemplis hoc probare possem, si id nunc agerem. Sed hac de re alibi forte plura. Attamen haec omnia potuerunt ab auctoris iam otiosi, iam properantis et pluribus intenti, distractione proficisci, quo etiam retulerim diuersum acumen, quod in hoc opere arguit *Vignolius Maruillius* tom. I. miscellaneorum historico-crit. p. 310. diuersumque stilum. Potuit etiam fieri, vt, quae *Dupinii* suspicio est tom. VII. bibl. eccles. p. 103. idem scriptor eumdem librum iam perstringat breuius, iam ex eo longiora adnotet excerpta: iam accuratum ferat de singulis iudicium, iam procedente opere leuius censura defungatur. *Iosephus Scaliger* epist. 401. ad Laur. Rhodomanum, *vtinam*, inquit, *tam diligens Photius in librorum Diodori deperditorum argumentis fuisset, quam futilibus amatoriis libris Iamblichi et aliorum fuit.* Hinc *Huetius* demonstrat. euangel. proposit. 3. p. 38. *iampridem*, ait, *doluisse viris eruditis, friuola quaedam diligenter excerpsisse aliquando Photium ex futilibus scriptoribus, quum optimos auctores et perutiles satis leuiter delibarit.* Casaubono exerc. I. ad Baron. c. 3. p. 33. plane inter falsarios videtur nomen Photii deferendum propter verba Iosephi adducta contra Iosephi mentem. [hh]) *Vides*, inquit, *quam mala fide et verba Iosephi et sententiam Photius recitet. Atque hoc non semel diligens lector in eo praestantissimo scriptore, si adtendat, obseruabit. Solet enim nonnumquam pugnantes inuicem sententias diuersorum auctorum vni alicui tribuere, et integras narrationes hoc* [?] *pacto confundere.* Iniquius iudicium est Scipionis Tettii in commentario de Apollodoris, qui Photium trecentorum et viginti amplius [ii]) auctorum opera per infinita diffusa volumina *pessimo publico in arctum collegisse* arguit. *Fabr.* Photium quoque frequenter finxisse nomina, et nomina dramatum in poëtas transformasse, docet *Valcken.* in Diatribe post Euripidis Hippolytum, cap. II. fin. p. 17. sq. *Harl.*

In quibusdam codicibus Photii bibliotheca distinguitur in tomos duos, ita vt posterior incipiat a codice CCXXXII. vt Hoeschelius p. 967. adnotauit. Ad calcem operis Photius fratri suo ait, se de longe pluribus fortasse libris similiter deinceps ad eum scripturum, [kk]) vbi ex legatione domum fuerit reuersus. Verum necessariis negotiis impeditus facere id neutiquam

hh) Conf. *Lambec.* VIII. p. 29. sqq. *Harl.*

ii) Immo, *minus.*

kk) Σὺ δ' ὦ τῶν ἐμοὶ κεκοινωνηκότων μητρικῶν ὠδίνων ἐρασμιώτατε: ἂ μὲν ταύτην τὴν πρεσβείαν διανοέντων τὸ κοινὸν καὶ ἀνθρώπινον καταλάβοι τέλος, ἔχοις τὴν αἴτησιν τῆς ἐλπίδος ἐ διαμαρτῦσαν, φιλίας τε ἅμα καὶ παραμυθίας ὑπόθεσιν καὶ ἀνάμνησιν, καὶ δὴ καὶ ἀπαρχὴν καὶ τελευτὴν ἀφοσιεμένην τῶν σῶν κατὰ λογικὴν θεωρίαν αἰτήσεων τὴν ἐκπλήρωσιν. Εἰ δ' ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀνασωσάμενον τὸ θεῖον τε καὶ φιλάνθρωπον νεῦμα εἰς τὴν ἀλλήλων θέαν καὶ προτέραν ἀποκαταστήσει, τάχα ἂν ἑτέρων ἐκδόσεων οὐκ ἐλαττόνων ἀρχὴ ταῦτα ἄν, παραπλησίῳ τύπῳ παρεχομένων σοι τὴν ὠφέλειαν. Primis verbis Photius Tarasium fratrem blando adloquio, *omnium, quos eadem enixa [?]st mater, dilectissimum* adpellat: prorsus enim aliena a Photii sensu est Schotti interpretatio; *dilectissime omnium, quibuscum foetus meos communico.*

tiquam potuit. Ceterum longe copiofiora, quam exftant in bibliotheca cod. XL. habemus Photii excerpta e *Philoftorgio*, de quibus dixi lib. V. cap. 4. p. 116. [ll]) et *S. Athanafii* elogium in fronte graecolatinarum doctoris illius editionum vulgatum primum a Nannio ex codice S. Athanafii Bafileenfi: Φωτίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνςαντινουπόλεως πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ταράσιον.

In verfione Schotti ad bibliothecae calcem, de numero librorum legas haec fane inter fe pugnantia: *Producitur hoc opus ad trecentos et quindecim auctores, prohibiti tamen fumus ad trecentos peruenire.* Εἰς τοσοῦτον οἶμαι συνάγεται πλῆθος τριακοσιοςὸν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ μέρει προελθεῖν ἄχρι τῶν τριακοσίων κωλυόμενον. Ita legendus hic locus, et vertendus erat fic: *Ita colligitur, opinor, numerus librorum trecentefimus, parte tantummodo quintadecima, quominus trecenti fint, deficiente.* Viginti, funt pars decima quinta ex trecentis, Photii autem bibliotheca libros habet CCLXXX. hoc eft trecentos minus viginti, (fiue) vt in epiftola ad Tarafium CCLXXIX. trecentos minus viginti et vno, ταῦτα δέ ἐςι πεντεκαιδεκάτῳ μέρει τῶν τριακοσίων [[?]] ἐφ᾽ ἑνὶ καὶ οὐ πλεῖον ἀπολείποντα. *Ea funt vno nec amplius fupra decimam quintam fummae partem demto, volumina trecenta.*

VII. *[Codices MSS. et] Editiones bibliothecae Photianae.*

[Codicum quorumdam notitiam eo potius praemittendam exiftimo, quoniam contextus graecus nondum fatis purgatus eft a vitiofis lectionibus, et opus ipfum editorem adhuc defiderat, qui plures comparet codices, et tanta ingenii fagacitate, quanta litterarum et antiquitatis fcientia fit inftructus. A futuro autem editore vt cod. gr. a Mart. Crufio fupra in vol. VIII. p. 96. med. memoratus, poffet contendi, inter pia forfan defideria eft referendum. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXVI. nondum collata eft Photii bibliotheca, fed initio defideratur epift. ad Tarafium fratrem. — Eadem biblioth. ibid. in cod. MCCXXVII. definit in capite 58. — Ibid. in cod. MCCLXVI. Photii bibliothecae pars ferme dimidia, a pag. 844. edit. Rothomag. ad finem vsque, paucis tantum exceptis: huius codicis ope non pauca poffe Photii loca emendari, iudicatur in cat. MSS. Paris. reg. tom. II. p. 269. — In codd. *Vindobon.* caes. haud paucis multas effe particulas ex opere Photiano excerptas, fuis locis adnotabimus. — In bibl. *Mutinenfi* eft in cod. a. 1559. Venetiis defcripto, Photii bibliotheca, tefte *Montfaucon.* in diario italico pag. 32. et in Bibl. biblioth. MSS. p. 531. *A.* — Eodem tefte in Bibl. biblioth. MSS. pag. 35. *B.* in cod. quondam reginae Sueciae, nunc *Vatican.* nr. 982. felecta ex *Procli* chreftomatia grammatica, fumta ex *Photii* bibliotheca. — pag. 186. *D.* in cod. *Ottobon.* ex eadem excerpta quaedam: — pag. 187. D. in cod. *Ottobon.* recenti, II. tomis, Photii bibl. — pag. 490. *C.* (et in Scipionis Maffei *Verona* illuftrata, part. III. p. 242.) *Photii* bibl. — pag. 503. *A. Mediolani* in bibl. Ambros. bibl. cum duplici indice: — p. 622. *E.* eadem in duobus codd. *Efcorial.* (conf. etiam *Plüer* itinerar. per Hifpan. pag. 187.) — *Venetiis* in codd. bibl. Marcianae CCCCL. et CCCCLI. Photii biblioth.

ll) S. cap. I. vol. VII. pag. 421. nou. ed. — In cod. *Barocc.* CXLII. Philoftorgii H. E. epitome, ἀπὸ φωνῆς Photii; fed, vt ait editor cat. MSS. Angliae etc. part I. p. 18. ab ea, quae exftat apud Photium, multum diuerfa, et amplior multo. *Harl.*

bibliotheca. v. cat. codd. gr. Marc. p. 242. inprimis cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 316. ſqq. qui et copioſius et ſollertius eos recenſuit, atque adnotauit, in priore ſcholion de Iamblicho Babylonicorum ſcriptore ineſſe, quod Hoeſchelius in adnotatione ex cod. poſteriore forſan deſcriptum edidit p. 937. *Chardonium* autem *la Rochette* in tomo III. pag. 364. operis, inſcripti: Magaſin encyclopedique, Paris. 1797. denuo protuliſſe atque ſelecta eruditione illuſtraſſe. Codicis poſterioris varias lectt. Hoeſchelius adfert; ſed doctiſſ. *Morellius* obſeruat, Hoeſchelii textum non recte ſemper ad codicis fidem ſe habere, et ſpecimen lectionum MSti, diuerſarum ab editione Rothomag. 1653 ex Helladii Beſantinoi chreſtomathiae excerptis, cod. CCLXXIX. ſumit; idem animaduertit, Ariſtidis orationum, de quibus Photius codd. CCXLVI. CCXLVII. et CCXLVIII. fragmenta multa in margine manu ſaec. XIV. adſcripta eſſe. — In cod. *Harleiano*, (ſec. catal. MSS. bibl. Harlei.) 5591-5593. Photii bibliotheca. — In cod. VI. *Sauil.* ſ. nr. 6553. cat. MSS. Angliae etc. I. excerpta Photiana ex Arriano, Theopompo, Aeneſidemo. — *Cantabrigiae* in bibl. publ. cod. CCL. ſiue nr. 2430. cat. cit. I. 2. *Photius*, ſed quaedam deſiderantur. — *Dublini* in collegii S. Trinitatis cod. CCLXXXVIII. (ſiue nr. 428. cat. MSS. Angliae etc. II. 2.) Photii bibl. et ſchol. Andreae Schotti. — *Monac.* in cod. XXX. valde mutilo: quem curate recenſuit cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 34. ſqq. *Harl.*]

Graece primus ex MSS. [mm]) vulgauit emendate, et luculentis typis [nn]) *Dauid Hoeſchelius* Auguſtae Vindelicor. 1601. fol. additis ad calcem voluminis notis ſuis, quibus et Ioſephi Scaligeri caſtigationes et varia adſperſit, vt ſolet, veterum inedita ante ἀποσπασμάτια [oo]) et ex Maximi Margunii codice Photianarum epiſtolarum praemiſit graece epiſtolas Photii ſelectas XXXV. et vnam in notis p. 948.

Latine vertit et ſcholiis haud contemnendis paſſim illuſtrauit vir magnis in litteras meritis *Andreas Schottus* S. I. Auguſtae Vindel. 1606. fol. [pp]) Schottum in interpretatione

Rrrr 2 illa

m) Codices quibus vſus Hoeſchelius, fuere 1) A. Schotti ex codice Sirleti, collato cum MS. Vaticano, qui e Veneto Beſſarionis autographo deſcriptus fuerat. 2) Bauaricus. 3) Maximi Margunii Cytherorum epiſcopi. 4) Rob. [vel potius *Henrici*, vti ipſe Hoeſch. p. 919. ſcripſit.,] Stephani apographum cum alio veteri codice commiſſum, quod Iſ. Caſaubonus, H. Stephani gener, ſuppeditauit. (conf. cel. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 316. ſqq. et *Baumgarten* Nachrichten von merkwürd. Büchern. tom. VII. p. 506. ſqq. qui de Steph. apographo ſecus ſentit. *Harl.*]

n) Ad inuidiam vsque elegantes vocat *Lipſius* epiſt. ad Hoeſchelium, notis huius inſerta p. 929.

oo) Ἀποσπασμάτια praecipua ſunt p. 923. Ἰωσήπου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου; de quo dixi lib. IV. cap. 6. §. 8. [cap. 8. §. 13. p. 8. nou. ed.] Nota grammatici graeci de Iamblicho Babyloniorum ſcriptore p. 937. de quo lib. V. cap. 6. p. 322. ſq. [vol. VIII. p. 152. nou. ed.] Iſocratis epiſtola ad Archidamum p. 942. de qua lib. II. cap. 10. §. 7. [cap. 26. vol. II. pag. 786. nou. ed.] Adiicienda ſcholiis Theodoreti in librum Iudicum et Ruth. p. 952. ſeq. de quibus libro V. cap. 11. pag. 432. [c. 7. vol. VIII. pag. 282. n. edit.] Epiſtola Nazianzeni ad Theodorum Tyanenſem praefixa Philocaliae Origenis p. 968.

pp) Et vel ſic tamen verſio illa Hoeſchelii limam experta eſt. Patet illud ex ipſius Hoeſchelii epiſtola ad Eliam Putſchium, quam legi omnino inter ceteras, quas habeo, ad ipſum ſcriptas, nr. 65. — add. *Richard Simon* critique de la biblio-

illa adiutum aiunt a Philippo Sueuezelio, qq) Brugensi S. I. cuius versionem Anastasii Sinaitae in psalmum VI. vulgauit Canisius tom. III. lectionum antiquarum. Ceterum licet cum Thoma Gatakero rr) nolim negare, Schottum esse, qui Photium fuit interpretatus: tamen negari nequit, *hunc virum profecto doctissimum non doctissime Photium* [?] *vertisse,* quod Alexandri Mori iudicium est praef. ad Eusebii Chron. atque, vt omittam, quod ex Iac. Gillotii ad Iosephum Scaligerum epistola obseruat Colomesius ss), *passim fere se prodere vel Ignatianum vel Baronianum.* Idem Colomesius: *Hanc Photii bibliothecam perfunctorie admodum in latinum sermonem conuertit vir alias doctissimus Andreas Schottus.* Frequenter inde reprehenditur versio illa a viris doctis, *Gatakero* eodem pluribus locis, *Reinesio* in Var. lect. *Lambecio* in commentar. de bibl. Vindob. *Io. Pearsonio* parte 2. Vindiciar. Ignatii p. 120. seq. 204. et prolegomenis ad Hieroclem, p. 34. *Ioanne Oweno* p. 216. Theologumenon, *Edmundo Albertino* de S. Eucharistia p. 262. *Cotelerio* ad patres apostol. tom. I. pag. 263. vbi Photii interpretem *plane talpam* adpellat, [a *Needham* praefat. ad Hieroclem p. 10. a *Valesio* ad Philostorg. vbi ad lib. II. c. 11. ita scribit: interpretem hic lapsum esse, mirum non est, quippe qui gr. linguae prorsus fuit ignarus. *Heum.*] Versionem, etsi A. Schotti nomen praeferat, prauam, fallacem et Schotti nomine prorsus indignam adpellat Caueus. Vide etiam *Theophili Spizelii* templum honoris p. 332. tt) et D. *Eliae Veielii* commentarium de variis oeconomiae sacrae, potissimum ecclesiasticae generibus p. 19. seq. In sola epistola Photii ad Tarasium bibliothecae praemissa plures interpretis hallucinationes notat editio Amstelodamensis memoriarum litterariarum Treuoltin. a. 1701. p. 289. seq. *Fabr.* Add. *Io. Henr. Leichium* in diatribe in Photii bibliothecam, Lipsiae 1748. 4. qui et textum et versionem corrigit, atque pag. 5. varios VV. DD. laudat, qui versionem Schottianam vel vituperarunt vel emenda-

bliotheq. de M. du Pin t. I. p. 291. Mr. Bigot croyoit que cette version etoit plutot de quelque ecouti, a qui Schott avoit donné le Grec à traduire — quoi qui l'en soit etc. et dignum opus esse censet, quod denuo lat. vertatur.

qq) Prolixam Schotto nauasse operam Sueuezelium in edenda Photii bibliotheca testatur *Alegambe* bibliotheca Iesuitica p. 405.

rr) *Gatakerus* aduersar. miscell. pag. 2. *Nam Photii interpres, qui profecto Andreas Schottus esse non potest.* Sed non magis forsan a Schotto Photium, quam a Morello Libanium versum inficiari voluit, quem Libanii interpretem negat p. 467. quod nempe illa non semper digna illo viro sit interpretatio. Certe non modo Schottus se Photii interpretem professus est in litteris ad Vossium, cuius se autographum seruare adfirmauit *Colomesius* p. 52. Opusc. *Salutat te tenebrio, qui Photium dedit latine.* Sed etiam ipse in praefat. quanto labore sibi constiterit illa interpretatio, exponit. Idem *Gatakerus* p. 463. *dilute nimis V. C. Andreas Schottus. Fabr.* De editt. Hoeschelíana et Rothomagensi conf. *Goetz* Memorabb. bibl. Dresden. vol. II. fasc. III. pag. 410. seqq. *Harl.*

ss) *Colomes.* diss. de Photii scriptis sub init.

tt) Vbi Hoeschelium eiusque editionem bibl. Photianae laudat; et pag. 332. in not. „Nonnulli, ait, Photii latinam interpretationem ab Hoeschelio desiderarunt, aegreque tulerunt non aliam exstare versionem, quam eam, quae primi editoris calculo alicubi reiecta sit atque improbata. Sic etenim Hoeschel. de Schottiana interpretatione in quadam ad G. R. (Georgium Remum,) epistola, cuius αὐτόγραφον ipse possideo, scribere non dubitauit: *Quantum initio diligentiae fuit ab interprete adhibitum, tantum in medio ac fine desideratur, ac si illud graece peritissimus, haec rudis tiro vertisset, nec sensum auctoris adsequutus, nec proprie loquutus.*" *Harl.*

emendarunt: *Lambecius* quoque in comm. de bibl. caesar. VI. part. 2. p. 401. et 415. ed. Kollar. reprehendit versionem Schottianam. *Harl.*

Graeco-latinae, quae ex his duabus coaluere, editiones, nec emendatiores sunt, nec quicquam noui ad illustrandum Photium adferunt, nisi quod versio Schotti e regione graecis posita, et notae Hoeschelii Schottique adiectae. Geneu. 1613. fol. Rothomagi 1653. fol. *Fabr.* — *Photii* bibliotheca, gr. et lat. cum Hoeschelii notis et interpretatione Andreae Schotti: apud Stephanum 1611. fol. v. cat. bibl. Leidens. p. 284. Sed a Fabricio in vol. XIII. p. 624. ita citatur haec ed. *Critici Photii* bibliotheca, gr. et lat. 1612. fol. *Harl.*

VIII. *Versiones adfectae aut ineditae, vel editiones promissae.*

Andreas Schottus in praef. *Inaudieram pridem vnum et item alterum in Iberia graecarum litterarum peritissimum Photii bibliothecam e graeco in latinum sermonem commodo publico conuertere coepisse; sed coepisse tantum, ac vix dimidia operis parte supersedisse, siue graeci exemplaris mendis deterritos, seu laboris fuga in tanta voluminis cum mole tum varietate, seu denique vtraque de caussa cessisse. Romae quoque tertium perfecisse quidam narrabant, sed ad edendum adduci non potuisse.*

Iohannes Mariana S. I. bibliothecam Photii in epitomen redegit, sed numquam edidit, vt ex Philippo Alegambe notat Colomesius, qui etiam testatur, versiones alias eiusdem bibliothecae adornasse *Fredericum Metium*, Thermularum episcopum, et *Cosmam Fonteium*, similiter numquam editas.

Conr. Gesnerus biblioth. a. 1545. ed. p. 562. Photii, patriarchae, descriptionis auctor, quotquot ipse legerat volumina duo gr. vidi Venetiis in aedibus V. ill. Diegi Hurtadi a Mendozza, caesarei oratoris, ostendente Arnoldo Arlenio-Peraxylo, qui etiam postea per litteras aliquoties pollicitus est, id opus mihi se commissurum, vt excudendum prelo curarem, quod ab ipso hactenus non praestitum.

Combefisius praefat. ad Basilii Seleuc. in bibl. ascetica, Paris. 1674. 4. Sic et Rotomagi factitatum a typothetis iam edita malentibus reddere, quam manu exarata non cudere in Photii μυριοβίβλῳ, in quam non deerant aliorum parati labores, nisi typographus, quibus scatet mendis, nec digna satis Andrea Schotto versione, (cuius nec parens sit, exceptis duntaxat paullo melioribus aliquot libri primis capitibus, sed is forte, quem eius in graecis adiutorem plurimum laudat auctor biblioth. scriptorum sanitatis,) maluisset ad prelum reuocare, nec sibi rem frugi facturus, nec litterarum publico.

[*Ioannes* quoque *Sambucus* moliebatur nouam editionem. vid. epistol. variorum ad P. Victorem, tom. II. p. 112. et cel. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 318. *Harl.*]

Promiserat etiam nouam edit. D. *Christian. Frider. Boernerus*, theologus Lipsiens.

 de

de cuius inſtituto vide ſis memorias litterarias Michaelis de la Roche, anglice editas Londini, *Memoirs of literature,* tom. I. (a. 1711.) p. 172.

Nouam editionem moliebantur *Io. Guil. Berger*, Witeberg. et alius vir doctus Londini. conf. Mem. de Trev. 1724. p. 765. [add. Lacroz. theſ. epiſtol. tom. II. p. 263. et pag. 265. de Boernero. *Harl.*]

Petr. Adolph. Boyſen editurus erat obſeruatt. criticas in hunc Photii librum. v. *Göttenii* gelehrtes Europa I. p. 456.

[Camuſatus de noua editione curanda cogitarat; ſed v. quae *Io. Chriſtoph. Wolf.* in Lacroziano theſauro epiſtol. tom. II. p. 263. et 265. de iſto conſilio ſcripſerat. Ibid. p. 266. et 267. ipſe Wolfius ſuum conſilium edendae Photianae bibl. aperuit Crozio, (de la Croze.) et ſcripſit, ſe illam bibl. vsque ad cod. CLXXII. recognouiſſe, atque pag. 275. nuntiauit, ſe tertiam fere partem confectam habere; at vtroque loco ipſe de felici exitu iam dubitans, ſe fere conſilium abieciſſe, profeſſus eſt praecipue quum audiſſet, Montefalconium, Capperonerii curis et aliis egregiis praeſidiis fulfultum, *omnia Photii opera* iubere eruditos ſperare. Enimuero illa quoque promiſſio ac ſpes fuerunt inanes. *Harl.*

A. 1701. nouam editionem huius operis promittebant bibliopolae Belgae cum verſione *Claudii Capperonerii*, doctoris Sorbonici, et notis *Lud. Eliae Dupinii:* quo de inſtituto videre licet memorias litterarias Treuoltinas editas gallice anni 1701. p. 288. ſq. et anni 1702. p. 474. edit. Amſtelod. add. Journ. des Sav. 1724. p. 118. et acta erudit. 1701. p. 432.

[Abbas *Gédoyn* Mémoires de l'Acad. des belles Lettres, tom. XIV. Pariſ. 1743. 4. inſeruit aliquot Photii excerpta, gallice verſa, et notis varii generis, interdum quoque criticis illuſtrata; et quidem in I. recitatione pag. 180. ſqq. quae Photius dedit ex Cononis op. ac pag. 233. ex Apollodori bibliotheca; tum in II. recitatione p. 235. ſqq. ex Theopompi op. hiſtorico, et p. 242. ſqq. Dionyſii Halicarn. iudicium de Theopompo, atque Gédoyn, p. 244. et 245. in not. ſuum de Theopompi ingenio ſcribendique genere ſubiungit iudicium; dein in recitat. III. p. 247. ſqq. ſequuntur, quae Photius de Cteſiae hiſt. Perſarum prodidit; *Gédoyn* vero ipſe in nota de fide Cteſiae, quem praefert Herodoto, ſuam dicit ſententiam; — in IV. recitat. p. 279. ſqq. de Memnonis hiſtoria Heracl. — In hiſtoire de l'Academie des Inſcript. et belles Lettres, tom. XVI. Pariſ. 1751. 4. eſt pag. 98. ſeq. breuis notitia de tribus aliis recitatt. a *Gédoyn*, (mortui 1744. m. Aug.) olim habitis, in quibus tres Photii narrationes pari modo gallice verſae et illuſtratae fuiſſe, eaeque in libro, inſcripto: Oeuvres diverſes etc. Pariſ. 1745. 12. publici iuris factae dicuntur. *Harl.*]

[*I. H. Leichius* in Diatr. in Photii bibliothecam, Lipſ. 1748. 4. pag. LIV. memorat doctiſſ. abbatem Catiforum, qui curam edendi Photii apud Venetos ſuſceperit. *Beck.*]

IX. *Index ſcriptorum, de quibus Photius diſſerit, variis illuſtratus obſeruationibus.*

I. *Theodori* presbyteri, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος, ſcriptum, quo genuina eſſe, quae Dionyſio areopagitae tribuuntur, ſcripta pugnauit et quatuor praecipua, quae illis poſſunt opponi, argumenta diſſoluere eſt conatus. Theodorus hic mihi videtur

fuiſſe

fuiſſe ſiue ille Rhaitu presbyter, vt *Pearſonius* coniiciebat in Vindiciis Ignatii parte 1. p. 18. ſiue Mazarenſis presbyter in Sicilia, ad quorum-vtrumque ſcribit S. *Maximus Confeſſor* tom. II. p. 151. 134. qui Maximus Dionyſii ſcripta defendit etiam ipſe et ſcholiis inſuper, quae exſtant, illuſtrauit. At Theodori liber periit, cuius reſponſionibus non videtur adeo multum tribuiſſe Photius. Vide *Ioannem Dallaeum* lib. I. de ſcriptis Dionyſio ſuppoſitis cap. 34.

II. ADRIANI *Iſagoge in ſcripturam ſacram*, εἰσαγωγὴ τῆς γραφῆς, libellus vtilis et lectu dignus de loquutionibus ſacrorum ſcriptorum, quem primus ex MS. Auguſtano graece vulgauit *Dauid Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel. 1602. 4. Deinde Ioannes Pearſonius praefigi curauit tomo octauo criticorum ſacrorum, ipſius auſpiciis excuſorum, Lond. 1660. fol. atque ab eo tempore Amſtelodami et Francofurti praelis iterum ſubiectorum. Latine vertit notisque illuſtrauit poſt Aloyſ. Loll. in eius opuſc. Bellunae 1650. fol. amicus noſter *Chriſtophorus Wolterech*, Glückſtadienſis, cuius lucubrationem iſtam MS. prelo paratam euolui ante plures annos, atque opto, vt in lucem prodeat uu). Adrianum hunc laudat *Caſſiodorus* cap. 10. Inſtitutionum diuinarum, ſuſpicorque, illum ipſum eſſe Adrianum monachum, ad quem eſt S. Nili epiſtola 60. libri 2. edit. Allatianae, [P] vbi eum laudat a diligenti ſacrarum ſcripturarum lectione. *Andronicum* vocat Turrianus, perperam, qui Adrianus etiam adpellatur in membranis bibliothecae Ioanneae Hamburgenſis, in quibus exſtat ante opuſcula duo Hieronymi, graeci theologi, quae exhibui ſuperiore volumine c. 24. Hoc Adriani opuſculum latina verſione donatum edere voluit pridem Conradus Rittershuſius, vti argumenta duodecim prophetarum, (Heſychio Hieroſol. auctore,) quae cum Adriano Hoeſchelius graece vulgauerat, vtraque lingua edidit ad calcem aſſis fatidici, ſiue duodecim prophetarum a Thuano et Rittershuſio metaphraſi latina donatorum, Ambergae, 1614. 8. p. 290. ſeq.

III. *Nonnoſi* chriſtiani ſcriptoris *Hiſtoria* legationum tum aui ſui Nonnoſi et patris Abrami, tum maxime ſuarum, quas Iuſtiniani imp. nomine ad Aethiopum Auxumitarum regem et alios Orientis populos obiit. Hoc opus praeter pauca Photii ex illo excerpta iamdiu fuit perditum, nihilque eius ſcriptoris hodie exſtat, niſi vera ſit coniectura *Lambecii*, qui lib. V. p. 131. [pag. 277. Kollar.] illi tribuit *Gregentii* diſputationem cum Herbano Iudaeo, (de quo dixi ſupra c. 32. p. 14. ſeq. [in hoc vol. cap. 29. p. 125. ſeq.] et lib. VIII. p. 387. [p. 823. Koll.] Martyrium Arethae et ſociorum, quorum memoriam recolit eccleſia graeca 24. Octobr. Incipit: Ἔτυς πέμπτυ τῆς βασιλείας Ἰυςίνυ.

IV. *Theodori* Antiocheni presbyteri, eiusdem, Photio iudice, qui poſtea epiſcopus Mopſueſtenus fuit, *libri XXV. pro Baſilio* Caeſareenſi *aduerſus Eunomium.* De hoc et aliis Theodori Mopſueſteni ſcriptis deperditis ſupra cap. 33. [cap. 30. in h. vol.]

V. *Sophro-*

uu) At licet in actis erudit. 1709. p. 452. legas, ſub prelo iam tunc fuiſſe Lipſiae, tamen necdum prodiit. *Fabr.* [conf. quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 2. p. 283. *Harl.*] — Nullum locum profert ex libris apocryphis, vt obſeruat Io. Coſinus in hiſtoria canonis S. ſcripturae, edita anglice, Londini 1672. 4. p. 149. vbi refert ad an. 760. For if Photius read him, he was at leaſt ſo ancient, if he lived act. in the age before. Fallitur itaque Alph. Ciacconius, qui in biblioth. vniuerſ. MS. hunc Adrianum cum Andronico Comneno, longe iuniore, confundit.

V. *Sophronii* pro Basilio *contra* eumdem *Eunomium*, quem, licet longe breuiorem, Theodoro praeferre Photius non dubitat. Caueus, nescio, quo argumento, hunc Sophronium ad extrema saeculi sexti reiicit, quum mihi videatur haud diuersus esse a Sophronio, amico S. Hieronymi. Quisquis porro fuit auctor, scriptum sane eius aetatem non tulit.

VI. GREGORII Nysseni opus *aduersus Eunomium* siue libri duodecim, qui exstant,

Et VII. Ἑτέρα πραγματεία illius, eidem Eunomio opposita, siue liber decimus tertius. Vide si lubet quae supra, vol. VIII. cap. 20. [IX. c. 15. p. 98. sqq. n. ed.]

VIII. ORIGENIS *libri quatuor* περὶ ἀρχῶν, qui latine solum supersunt, atque inter Origenis et Hieronymi opera leguntur ex versione Rufini. In illis e Platonis schola mutuatum pleraque, vere notauit Marcellus Ancyranus apud Eusebium I. contra Marcellum p. 23. De Origenis scriptis dixi lib. V. c. 1. [vol. VII. p. 201. sqq. n. ed.]

[ℙ] IX. EVSEBII *praeparationis euangelicae* libri XV. qui exstant.

X. Eiusdem *demonstrationis euangelicae* lib. XX. ex quibus decem posteriores interciderunt.

XI. *Ecclesiasticae praeparationis* libri, (numerus excidit,) in quibus *eclogae*, siue selecta loca ex scriptoribus ecclesiasticis. Hoc opus, quod dolendum, nusquam hodie reperitur.

XII. *Ecclesiasticae demonstrationis* libri (numerus similiter excidit.) Citatur Eusebii ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις in iure graeco-romano lib. IV. p. 295. Opus ipsum desideramus.

XIII. Ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας *confutationis et apologiae* pro christiana religione aduersus ethnicorum obiectiones libri II. et alii eiusdem argumenti et propemodum iidem, priorum fortasse altera ἔκδοσις. De his aliisque Eusebii scriptis deperditis, nec non etiam de iis, quae habemus, dixi volumine sexto, lib. V. cap. 4. [vol. VII. p. 335. sqq. n. ed.]

XIV. *Apollinaris*, Hierapolitani episcopi, qui Marci Antonini temporibus vixit, *liber aduersus Graecos* siue *gentes*, *et de pietate ac de veritate.* Laudant haec etiam Eusebius IV. 27. Hieronymus c. 26. Catalogi et Nicephorus IV. 11. testaturque Photius, alia praeterea celebrari praeclari huius viri συγγράμματα ἀξιομνημόνευτα, in quae needum ipse inciderit. Sed ex vniuersis insignis huius viri scriptis, lector mecum dolebit, nihil quicquam ad nos peruenisse.

XV. GELASII (Caesareensis in Bithynia episcopi incertae aetatis,) πρακτικὸν siue *acta concilii Nicaeni* a. C. 325. habiti *libris III.* saepius et separatim vtraque lingua et in tomis conciliorum edita, de quibus dixi volumine VIII. c. 24. p. 371. seq. [vol. IX. c. 19. p. 290. sq. n. ed.] Vberius de hoc opere Photius infra cod. LXXXIX. Et de synodo Nicaena

alias referens narrationes cod. LXXXVIII. et CCLVI. Vid. etiam *Turian.* in apol. pro epp. pontificum III. 2. p. 279. sq.

XVI. ACTA SYNODI TERTIAE siue Ephesinae a. 431. celebratae, tota fere constantia epistolis Cyrilli ad Nestorium mutuisque Nestorii, de quibus etiam meminit cod. CLXIX. Prodierunt acta ista latine ex veteri versione Paris. 1574. 8. edente Antonio Contio, atque inde in Baluzii et Harduini conciliis. Sed graece primum e typographia Commeliniana 1591. fol. et Theodori Peltani versio 1604. fol. Denique vtraque lingua in editionibus conciliorum Romana, Biniana a. 1618. Labbeana et Harduiniana.

[?] XVII. ACTA SYNODI QVARTAE siue Chalcedonensis aduersus Eutychen et Dioscorum celebratae a. 451. Similiter editae sunt graece et latine in tomis conciliorum et tomo secundo editionis Harduinianae,

XVIII. ACTA SYNODI QVINTAE de tribus capitulis celebratae CPoli a. 553. Haec graece nondum viderunt lucem: latine edita post Surium a Labbeo tom. V. et Harduino tom. III.

XIX. ACTA SEXTAE SYNODI contra Monotheletas habitae CPoli in trullo sacri palatii a. 680. Acta graece et latine saepius edita in conciliorum tomis post Romanos et Binium a Labbeo tom. VI. et ab Harduino tom. III. Habentur MSS. in bibl. Bauar. cat. pag. 17. [v. *Hardt.* in Aretini Beytr. 1805. part. 1. p. 27. sq. et conf. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. XIX. pag. 423. sq. 474. et 508. tom. XX. p. 194.]

XX. ACTA SEPTIMAE SYNODI siue Nicaenae secundae aduersus iconoclastas celebratae a. 787. Acta habemus graece et latine in editione romana concilior. et apud Binium tom. III. et Labbeum tom. VII. Harduinum tom. VI. Exhibetur etiam ab iisdem vetus eorumdem actorum latina versio, ab Anastasio bibliothecario concinnata, et altera Gisberti Longolii edita primum Colon. 1540. et falso pro antiqua habita a viris quibusdam doctis, vt Harduino obseruatum.

XXI. *Iohannis Philoponi* λόγος siue liber *de resurrectione* in plures diuisus τόμους, quorum numerus excidit, atque opus ipsum hodie nusquam exstat. Quod addit Photius, eumdem hac in lucubratione naso suspendisse adunco sanctos patres, ἐπιχλευάζων καὶ τοὺς μακαρίους καὶ ἁγίους πατέρας ἡμῶν, de patribus Chalcedonensis synodi intellige, vt Photius ipse cod. XXIII. perspicue docet. Vide et cod. LV.

XXII. *Theodosii* monachi ἀνατροπὴ siue *confutatio* argumentorum, quae resurrectioni corporum Philoponus opposuerat. Etiam hoc Theodosii scriptum, iisdem, vt videtur, temporibus, quibus Philoponus sub saeculi septimi initia clari, hodie desideratur. Theodosius, incertum, sitne idem, cuius infra XXIV. cod. mentio.

XXIII. *Cononis*, *Eugenii* et *Themistii* de resurrectione corporum aduersus eumdem Philoponum, scripta similiter deperdita. Cononem, Eugenium et Themistium, Photius

teſtatur, in hoc cum Philopono conſenſiſſe, quod et ipſi ſynodum Chalcedonenſem repudiauerint. Themiſtium, ſuſpicor, illum diaconum Alexandrinum, qui Agnoëtarum ſignifer memoratur infra cod. CVIII. et de quo dixi volumine ſuperiore VIII. cap. 18. p. 5. ſeq. [vol. VI. c. 44. p. 790. ſqq. n. ed.] De Conone et Eugenio tritheitis mox plura Photius cod. XXIV.

XXIV. *Acta* temporibus Iuſtini imp. circa a. C. 576. coram Ioanne [?] ſcholaſtico, epiſcopo CPol. *inter Cononem et Eugenium* tritheitas, Philoponum tritheiſmi accuſatum anathemati ſubiicere recuſantes, *et Paulum atque Stephanum*, quos et ipſos διακρινομένων haereſi addictos, hoc eſt Chalcedonenſis ſynodi aduerſarios, Photius teſtatur. Etiam haec acta interciderunt. De διακρινομένοις illis v. *Cotcler.* ad tom. II. monument. pag. 665. De *Stephano* illo *Niobi* adfert nonnulla ex Dionyſii patriarchae hiſt. eccles. ſyriace ſcripta *Aſſemannus* tom. II. bibl. orient. p. 72. Eiusdem Stephani meminit *Cedrenus* ad an. 12. Heraclii.

XXV. IO. CHRYSOSTOMI σχέλια vv) εἰς τὸν θάνατον ww), graues ſententiae de morte CHRISTI breuibus ſermonibus viginti duobus. Et ſermones ſimiles totidem *de CHRISTI adſumtione* et ſeptendecim *de pentecoſte.* Licet de tribus hiſce argumentis editae exſtent nonnullae Chryſoſtomi homiliae, tamen plerosque ex illis ſermonibus Photio inſpectis perditos vel ineditos ſaltim adhuc eſſe exiſtimo.

XXVI. SYNESII Cyrenenſis de prouidentia, de regno et alia quaedam non nominata a Photio, ſed, vt videtur, haud diuerſa ab illis, quae hodie habemus, et de quibus dixi volumine ſuperiore VIII. capite 22. [vol. IX. c. 17. p. 190. ſqq. n. ed.]

XXVII. EUSEBII *hiſtoriae eccleſiaſticae* libri X.

XXVIII. SOCRATIS *hiſtoria eccleſiaſtica* annorum centum et triginta, libris ſeptem.

XXIX. EVAGRII ſcholaſtici *hiſtoriae eccleſiaſticae* ab eo tempore, vbi deſinunt Socrates et Theodoritus, ad duodecimum Mauritii annum, libri VI.

XXX. SOZOMENI eccleſiaſtica hiſtoria libris IX. quam a Socrate diuerſa tradere quandoque et dictionis illum elegantia vincere obſeruat.

XXXI. THEODORITI hiſtoria eccleſiaſtica, quem prae omnibus dictionem hiſtorico dignam attuliſſe, et res ſecundae ſynodi diligentius caeteris narraſſe obſeruat. De quinque hiſce ſcriptoribus H. E. notiſſimis ſaepiusque editis dixi volumine ſexto cap. 4. [vol. VII. p. 429. ſqq. n. ed.]

XXXII. ATHA-

vv) Vide, quae de ſcholiis S. Cyrilli Alex. de incarnatione vnigeniti dixi volumine ſuperiore VIII. cap. 27. p. 565. [vol. IX. c. 22. p. 463. ſq. nou. edit.]

ww) Mox apud Photium ſequitur εἰς τὴν ἀνάληψιν Κυρίου. itaque Schottus recte illud Κυρίου hoc etiam loco poſt θανάτου ſubintellexit.

XXXII. ATHANASII *epistolae* variae, incertum, an plures et diuersae ab illis, quas hodie habemus, in quibus exstat quoque Apologia pro fuga, tom. I. edit. Montfauconianae p. 320.

XXXIII. *Iusti*, Tiberiensis Iudaei, qui tempore excidii Hierosolymorum vixit, *chronicon de regibus Iudaeorum* Ἰεδαίων βασιλέων τῶν ἐν σέμμασιν, a Moyse ad regem vltimum Agrippam secundum. Hoc opus Iusti, perinde vt alterum Flauio Iosepho memoratum de bello Iudaico, intercidit. Locum aliquem emendat *Dodwell* ad Pearson. opp. postuma. Vide, si placet, quae notaui ad Hieronymum de scriptoribus eccles. cap. 14.

[P] XXXIV. (Iulii) *Africani* ἱστορικὸν siue chronicon libris quinque ab orbe condito vsque ad Macrinum imp. qui regnare coepit a. C. 217. Etiam hoc opus, ex quo multa in chronico suo Eusebius, hodie desideratur. Caput istud Photianae bibliothecae primus vulgauit Garcias Loaisa ad chronicon Isidori Hisp. p. 260. v. *Reines*. V. L. pag. 352. [conf. *Lambec.* VII. pag. 426. sqq. Kollar.] Memorat Photius etiam *cestos* Africani, libris XIV. distinctos, quorum fragmenta ampla habemus, et scriptum ad Origenem, (quod exstat cum Origenis responsione integrum) *de Susanna*, nec non aliud ad Aristidem *de concordia Matthaei et Lucae circa genealogiam* CHRISTI, cuius argumentum seruauit *Eusebius* lib. I. hist. eccl. cap. 7. Vide, quae de Africani scriptis supra lib. V. c. 1. p. 268. seq. *Fabr.* Siue in hac noua edit. libr. III. cap. 24. vol. IV. p. 241. praecipue p. 243. sqq. *Harl.*

XXXV. *Philippi Sidetae* (presbyteri) *historia christiana*, χριστιανικὴ ἱστορία, siue farrago potius variarum rerum ad historiam pertinentium et non pertinentium, ab orbe condito ad suam aetatem: voluminosum opus cuius XXIV. tantum libros Photius vidit, quorum singuli iterum λόγοις quatuor et viginti distincti erant: sed Socrates VII. 27. et ex eo Nicephorus XIV. 29. testatur a Philippo compositos fuisse libros XXXVI. Historia Philippi exceptis paucissimis fragmentis intercidit, de quibus dixi lib. V. cap. 4, p. 112. seq. [cap. 1. vol. VII. p. 418. sq. n. edit. not. *oo.* *Harl.*]

XXXVI. ANONYMI, qui Iustino imperitante vixit, χριστιανῶν βίβλος, ἑρμηνεία εἰς τὴν ὀκτάτευχον, *Christianorum liber* siue *octateuchi expositio*, ad Pamphilum. Hoc ipsum in libros XII. distinctum opus est, quod exstat sub *Cosmae Indopleustae* nomine editum graece et latine ab eruditissimo Montfaucono. Vide, quae notaui lib. III. cap. 25. [vol. IV. p. 253. sqq.] vbi hoc caput Photii exhibui integrum cum versione mea et notis.

XXXVII. *Anonymi* dialogus περὶ πολιτικῆς inter Menan patricium et Thomam referendarium siue legatum de optimo statu reip. quem δικαιαρχικὸν *principatum iuris* adpellat, et (qui Polybio xx) etiam iampridem praestantissimus omnium fuit visus,) ex monarchia, aristocratia et democratia mixtum esse contendit. Hic dialogus hodie non exstat, quod sciam.

xx) Libro VI. Confer *Machiauellum* lib. I. ad Liuium c. 2.

XXXVIII. *Theodori* Antiocheni (eiusdem, de quo cod. IV.) ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, *interpretatio historiae creationis*, ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ ταύτη βίβλος ἐπεραίνετο, ita suspicor legendum pro ἡ πρώτη βίβλος. Commentarius hic Theodori intercidit. [Nisi interpreteris, esse primum Theodori opus. Atqui est primum in enumeratione opp. Theodori in recensione eius librorum apud Ebed Iesu in *Assemanni* bibl. orient. v. supra in hoc vol. pag. 355. sq. cum nota *kk.* et *Schroeckh.* hist. eccles. christ. tom. XV. p. 195. sq. *Harl.*] Eum frequenter reprehendit Philoponus in opere, de quo infra, cod. XLIII.

[⁋] XXXIX. EVSEBII *contra Hieroclem* ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους, exstat, saepiusque lucem vidit, vt dixi, lib. V. cap. 4. p. 91. [c. 1. vol. VII. p. 393. sq. nou. ed.] add. *Olear.* ad Philostrat. pag. 428. a.

XL. *Philostorgii* historiae ecclesiasticae libri XII. ipsi quidem deperditi, sed ex quibus ampla excerpta Photio debemus, quae separatim edita atque a Iac. Godofredo et Valesio illustrata habemus. Vide supra lib. V. c. 4. p. 115. seq. [cap. 1. p. 420. sqq. vol. VII. nou. edit.]

XLI. *Iohannis Aegeatae* presbyteri Eutychiani siue Διακρινομένου *historiae ecclesiasticae* ab depositione Nestorii (a. C. 431.) vsque ad depositionem Petri Fullonis a. 483. *libri quinque*, pridem perditi, vna cum aliis quinque libris posterioribus, quos Photius vidisse se negat. Meminit Iohannis huius noster iterum cod. LV. [v. supra, vol. VII. pag. 419. nou. ed.]

XLII. Ex *Basilii Cilicis*, Nestoriani, *historiae ecclesiasticae* libris *secundus*, quorum tres auctor scripserat; primum a Marciano imp. (a. C. 450.) vsque ad zenonem: secundum ab obitu Simplicii papae (a. 483.) vsque ad a. 518. et tertium ab initiis Iustini Thracis. Dolendum est hoc opus intercidisse, quoniam illi plura monumenta ad fidem faciendam et episcoporum epistolas Basilius inseruerat. De Basilio hoc et Ioanne Aegeate dixi lib. V. cap. 4. p. 113. seq. [cap. 1. supra in vol. VII. p. 419. sq. n. ed.] Basilii meminit Photius iterum cod. XCV. et CVII. [conf *Walch.* histor. haeres. tom. V. p. 669. *Harl.*]

XLIII. IOANNIS PHILOPONI ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, siue *in Hexaëmeron* opus praeclarum, quod in septem distinctum libros exstat cum versione Balthasaris Corderii S. I. Viennae Austriae 1630. 4. Sed distinctionis in libros Photius non meminit, tantum monet cum Basilio Caesariensi Philoponum in multis eadem scribere et passim confutare Theodorum Mopsuestenum, de cuius opere eiusdem argumenti dictum cod. XXXVIII. De Theodori et Philoponi scriptis supra hoc ipso volumine cap. 33. et 35. [capp. 30. et 34. n. ed.]

XLIV. PHILOSTRATI, quem Lemnium alii, Photius, nescio, an memoriae lapsu, Tyrium adpellat, de vita Apollonii Tyanei libri VIII. qui etiamnum exstant, nouis Godfridi Olearii expoliti lucubrationibus, vt dixi lib. IV. cap 24. [cap. 22. vol. V. pag. 556. n. ed.] Ex eodem Philostrati opere multa et prolixa excerpta dat Photius infra, cod. CCXLI.

XLV. *Andronicianі* aduersus Eunomianos libri duo, pridem deperditi. Ad sexti saeculi extrema a praestantissimo Caueo reiicitur hic scriptor, quem, putem, quinto ac fortasse quarto iam floruisse, cum Eunomii haeresis plus negotii adhuc ecclesiae CHRISTI facesseret.

XLVI. THEO-

XLVI. THEODORETI *libri XXVII.* de Christi natura et incarnatione aduersus varios errores. Ex his primi *sex*, exceptis paucis fragmentis [¶] interciderunt, et non diversi fuerunt ab illo pentalogio ἐνανθρωπήσεως, quod aduersus concilium Ephesinum Theodoretus scripserat, et cuius librum quintum in duos distractum legit Photius, vt Io. Garnerio in auctario Theodoreti probe obseruatum. Libri ceteri *a septimo ad vicesimum septimum* saepius sunt editi sub *Athanasii* nomine, [yy]) quos Photii testimonio fretus Theodoreto tribuit *Io. Dallaeus* in disp. de fide ex scripturis demonstratione p. 48. et 146. Sed *Garnerius* septimum quidem et octauum Theodoriti esse non dubitat; at ceteros XVIII. (ad Marium Mercatorem prouocans testem,) *Eutherio* Nestoriano, episcopo Tyanensi vindicat in auctario Theodoriti p. 254. 701. et ad Marium Mercatorem tom. II. p. 277. Edidit etiam sub Eutherii nomine ad calcem eiusdem auctarii graece et latine. Combesisius illos *S. Maximi* confessoris esse suspicatus est, parum certa coniectura. *Vicesimus septimus* liber Photio memoratus *περὶ τȣ̃ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος, de exemplo, quod a communium hominum aliquo* (ad Christum) *petitur*, intercidit. Exstant autem, quos in eodem *τεύχει* siue volumine legit Photius, *libri tres dialogorum* Theodoreti, qui vna cum *demonstratione per syllogismos* saepius vtraque lingua prodiere separatim, atque tomo quarto eius operum, sub titulo *ἐρανιςὴς ἢ πολύμορφος.*

XLVII. IOSEPHI Iudaei *τὰ κατὰ Ἰȣδαίȣς πάθη*, de calamitatibus Iudaeorum libri VII. opus de bello Iudaico saepius editum, de quo dixi lib. IV. cap. 6. §. 2. [v. cap. 8. vol. V. p. 4. sqq. n. ed.]

XLVIII. *Libelli* siue *λογίδια duo de vniuerso, περὶ τȣ̃ παντὸς*, siue *περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς αἰτίας, de caussa vniuersi*, aut *περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς ȣ̓σίας, de vniuersi essentia*, aduersus Platonem et Alcinoum Platonicum, auctore, non *Iosepho*, licet sub eius nomine Photius repererit; sed christiano scriptore, siue is *Iustinus* [zz]) fuerit, siue *Irenaeus*, quibus in codicibus quibusdam fuere tributi, siue potius Artemonis ac Montanistae Procli aduersarius *Caius* presbyter romanus, sub extremum saeculi secundi a nato Christo clarus, qui in fine paruae labyrinthi Origeni in quibusdam codd. male tributae se auctorem libri de vniuersi essentia esse diserte testatus fuit. Ex his duobus libellis *ἀποσπασμάτιον* siue fragmentum a Maximo Margunio acceptum graece in notis ad Photium vulgauit Hoeschelius, quod in MS. codice inscribebatur *Ἰωσήππȣ ἐκ τȣ̃ πρὸς Ἕλληνας λόγȣ τȣ̃ ἐπιγεγραμμένȣ κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς αἰτίας.* Agnoscit tamen ipse christiano homini adscribendum. [¶] Atque hoc idem fragmentum sub *S. Hippolyti* nomine cum versione vulgauit *Stephanus le Moyne* in variis sacris, Lugd. Bat. 1694. 4. quoniam nimirum in laterculo marmoreo canoni paschali adiuncto inter scripta Hippolyti diserte memoratur: *περὶ τȣ̃ παντὸς πρὸς τὸν Πλάτωνα.* In parallelis sacris *Io. Damasceni* tom. II. edit. nouae p. 755. locus inde adlatus *Meletio* Antiocheno tribuitur; sed p. 789. *Iosepho, ἐκ τȣ̃ λόγȣ ἀναγεγραμμένȣ κατὰ Πλάτωνα.* Certum tamen est, scriptorem fuisse christianum, adeoque Hippolytus auctor etiam videtur

 Dama-

yy) Vide, quae supra lib. V. cap. 2. pag. 312. [vol. VIII. p. 205 n. ed.] vbi de S. Athanasii, et cap. 11. p. 438. 440. 446. | p. 294. 297. 304. vol. VIII. n. edit.] vbi de Theodoreti scriptis. *Fabr.* add. *Lambec.* VIII. p. 29. sqq. *Harl.*

zz) V. supra in vol. VII. p. 67. fin. *Harl.*

Damasceni editori Lequinio, qui librarios nomen Ἱππολ. cum Ἰωσήπε per hallucinationem permutasse suspicatur. Itaque idem fragmentum etiam ego inter S. Hippolyti opera Hamb. 1716. fol. iterum graece et latine vulgaui tom. I. p. 220. Sed ab eo tempore obseruaui apud Damascenum nonnulla rectius legi, quae praesenti loco adnotabo. Pag. 220. statim initio pro ὁ περὶ δαιμόνων τόπος, rectius apud Damascenum p. 789. est λόγος. Vt infra, ἔτος ὁ περὶ ᾅδε λόγος. v. 2. συνέχονται αἱ ψυχαί. v. 10. ἑκάςε πράξεις. v. 11. τὰς τῶν τόπων. pro τρόπων. v. 13. λίμνης πυρὸς ἀσβέςε. v. 14. ἐσκευάσθαι. v. 15. παρὰ Θεῦ. v. 16. προσενεχθῇ. v. 34. ἀγαθῶν θεωρίας. v. 35. καινῶν ὁρωμένων προσδοκίᾳ ἡδόμενοι. Pag. 221. v. 10. ἄγγελοι ἐπιγελῶντες διαπέμπονται ἐπονειδίζοντες. v. 12. εἰς τὰ κατωτέρω μέρη ὠθῦντες ὲς ἀγομένες. v. 14. ἐπακέεσι. v. 17. ὑπερβαλλόντως ξανθὴν θέαν τῦ πυρὸς ὁρῶντες καταπεπλήγασι. v. 18. ἤδη κολαζόμενοι. ἀλλὰ καὶ ἔτοι τὸν τῶν δικαίων χῶρον. v. 24. ἐν ᾧ αἱ ψυχαί. v. 28. εἰ ἀπιςεῖτε Ἕλληνες. Pag. 222. post verba, v. 5. ὃν Χριςὸν προσαγορεύομεν, apud Damascenum additur: Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. v. 10. τὸ ἴδιον παρεσκεύασε τὸ δίκαιον, ὃ τῇ κρίσει. v. 12. μίαν ἀποφθέγξονται αὐτῷ φωνήν. v. 15. τοῖς μὲν εὖ πράξασι καὶ δικαίως τὴν ἀΐδιον τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν παρασχόντος, τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐργάταις. v. 20. ἐκ σώματος ἀναβράσσειν. Denique v. 27. pro ἐχ ὕπνος apud Damascenum p. 755. est ὁ πόνος. [Quid sibi velint verba Photii, Γαΐον φασὶ συντάξαι. v. *Wesseling.* Probabil. p. 177.] Nunc ad Photium reuertamur.

XLIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεςορίε βλασφημιῶν, ἐν λόγοις πέντε, *aduersus blasphemias Nestorii, libri V.* de quibus prolixius Photius infra cod. CLXIX. Exstant graece et latine post editionem Rom. 1603. fol. vulgati tomo vltimo editionis graecolatinae Paris. Vide, quae dixi volum. VIII. huius bibl. c. 27. p. 569. [vol. IX. c. 22. p. 467. sq. n. edit.] Notat Photius, Cyrilli dictionem in hoc opere luculentiorem esse et magis perspicuam, quam in altero *de cultu in spiritu*, et similem solutae quodammodo ac neglectiori poësi: ὁ δὲ λόγος [?] αὐτῷ πεποιημένος καὶ εἰς ἰδιάζεσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, καὶ οἷον λελυμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶσα ποίησις.

L. *Niciae* monachi ἀντίῤῥησις κατὰ τῶν τῦ Φιλοπόνε κεφαλαίων ζ'. *contra septem capita* in libro *Ioannis Philoponi*, quem διαιτητὴν a) ille inscripserat, proposita. Liber alius κατὰ τῦ δυσσεβῦς Σεβήρε *contra Seuerum* Eutychianum. Nec non κατὰ Ἑλλήνων λόγοι δύο, *libri duo contra ethnicos.* Scripta Niciae huius interiere omnia, perinde vt Philoponi διαιτητὴς, de quo dixi supra in Philopono. Nicias iste saeculi septimi scriptor longe diuersus a *Nicea* episcopo Romacianae siue Aquilegiae ciuitatis, qui et ipse, sed latine, saeculo quinto scripsit *de gentilitatis erroribus*, in libris sex *instructionis competentium ad baptismum* itidem deperditis, de quibus ex Genadii c. 22. Honorius II. 22. et Trithemius c. 118. Libellus alius huius Niceae siue epistola *ad virginem lapsam* saepius editus sub nominibus Ambrosii, Hieronymi, Augustini, vt monuit Cotelerius ad constitut. Apostol. II. 57. p. 265. In Ambrosii operibus incipit: *Audite me nunc, qui prope estis et qui longe.* In Hieronymo inscribitur

a) Guil. Caueus in Chartophylace διαιτητὴν, Niciae, non Philopono tribuit. Sed hoc recte emendauit vir doctissimus in historia literaria scriptorum eccles.

fcribitur *ad Sufannam lapfam obiurgatio*, et praemittuntur aliqua: *Puto, leuius esse crimen, vbi homo peccatum fuum confitetur* etc.

LI. *Hefychii* presbyteri CPol. εἰς τὸν χαλκοῦν ὄφιν, λόγοι δ'. *libri quatuor de aeneo ferpente.* [conf. fupra in vol. VII. p. 547. *Harl.*] Idem hic videtur Hefychius CPol. presbyter, a quo Eunomium ob haerefin delatum fcribit *Philoftorgius* VI. 1. Sed libri illi nusquam hodie exftant, quod fciam.

LII. *Acta fynodi Sidenfis* fiue Sidae, Pamphyliae metropoli, habitae a. C. 383. contra Maffalianos fiue Euchitas Adelphianos, praefide *Amphilochio* Iconienfi vna cum aliis epifcopis XXV. Huius fynodi acta perinde, vt Amphilochii aduerfus Maffalianos fcripta, quos omnium optime confutaffe ille a *Theodorito* IV. 11. de haereticis fab. traditur, intercidérunt. Maffalianorum haerefeos ab Amphilochio expulfae meminit etiam *Theodoritus* lib. IV. cap. vndecimo hift. ecclef. Et fynodi aduerfus Maffalianos habitae, pfeudo-fynodus Palamitica a. 1350. in conciliis Harduini tom. XI. p. 327. Photius autem, cum illis actis fynodi Sidenfis legiffe fe, etiam teftatur, *epiftolam fynodicam ad Flauianum Antiochenum*, additque, fynodos infuper alias aduerfus haereticos illos celebratas: vt Antiochiae a Flauiano (circa a. C. 390. vt notat *Tillemontius* tom. VIII. p. 534.) praefentibus tribus epifcopis, *Bizo* Seleuciae, (cuius etiam in fynodo CPol. a. 394. mentio,) [P] *Marutha* Supharenorum et *Samo*, (quod epifcopi nomen eft, non, vt Blondello vifum, vrbis,) presbyterisque et diaconis circiter triginta. Sed quum longe plura aduerfus Maffalianos fcripta eodem loco apud Photium commemorentur, iuuabit illa ordine litterarum digefta, cum obferuationibus quibusdam hic fubiicere.

Alypii, Cappadociae archiepifcopi, epiftola ad Hormizen (Ὁρμίζην al. Ὁρμίζην) Comanenfem Ponti epifcopum.

Archelai, Caefareae Cappadociae epifcopi, anathematifmi XXXIII. capitum Maffalianorum. Confer, fi placet, nathematifmos Maffalianis oppofitos in *Iacobi Tollii* infignibus itineris italici p. 114. feq. *Lambecium* III. pag. 171. [p. 422. fq. 426. fqq. ed. Koll. *Harl.*]

Attici CPolitani ad epifcopos Pamphyliae et ad Amphilochium de eiiciendis Maffalianis, fiue Maffalianitis.

Ephefinae fynodi oecumenicae tertiae decretum contra Maffalianos et capita libri Maffalianorum *afcetici*, ex quo capita dogmatum excerpta apud Damafcenum haerefi LXXX. non diuerfa, vt opinor, de quibus acta eruditorum a. 1696. p. 299. et a. 1699. p. 157. Synodi Ephefinae decretum hodie exftat actione VII. actorum illius concilii. Apud Photium autem pro ἀπογυμνώσασα αὐτὸν legendum αὐτῶν, vt in codice regio Parif. reperit Cotelerius tom. I. monument. p. 785.

Flauiani Antiocheni ad Ofrhoënos (τοὺς ἐν Ὀσρϱοήνῃ leg. pro τοὺς ἐν ξένῃ) et ad Letoium Armeniae epifcopum de geftis in fynodo Antiochena.

Gerontii

Gerontii, presbyteri et abbatis monachorum Glitidensium, ad Alypium Cappadociae archiepiscopum, contra Lampetium Massalianum.

Heraclidae, Nysseni episcopi, epistolae duae contra Massalianos.

Iohannis Antiocheni ad Nestorium epistolae de Massalianis.

Letoii, Armeniae episcopi, epistolae ad Flauianum.

Ptolemaei, Rhinocurorum in limite Aegypti et Palaestinae episcopi, ἀναφορὰ siue relatio ad Timotheum Alexandrinum de Alpheo Massaliano, quem ille presbyterum ordinauerat.

Seueri Antiocheni (adhuc presbyteri) refutatio libri a Lampetio Massaliano scripti sub titulo διαθήκης.

Sisinnii CPolitani et *Theodoti* Antiocheni ad Verinianum (Βεϱινιανὸν, al. Καϱινιανὸν) et Amphilochium Sidae, ceterosque Pamphyliae episcopos, scripta nomine synodi ad ordinandum Sisinnium, Attici successorem CPoli sub Theodosio imp. (a. C. 425.) Illi synodo etiam *Neon* (Νέων) quidam episcopus interfuit. Sed tunc non amplius in viuis erat Amphilochius [?] Iconiensis, ante annum 400. iam defunctus: fuit autem Amphilochius Sidae episcopus, qui concilio Ephesino a. 431. interfuit et cuius meminit Photius etiam cod. CCXXX.

Massaliani [b]), quos idem Photius memorat, sunt *Adelphius*, *Agapius*, auctor βιβλίȣ ἀσκητικȣ̃, *Alpheus* Rhinocurorum episcopus, qui in libro suo haeresin quidem non docuit, at Lampetium defendit, *Alpheus* alter presbyter *Dadoës* (Δαδώης, al. Δαδώης,): *Eustathius*, *Lampetius*, auctor libri, quem inscripsit διαθήκην, *Sabbas* monachus ἀπόκοπος, siue cuiratus, *Sabbas* alter, *Semesones* Σημεσώνης, (rectius Συμεώνης, apud Lambec. III. p. 171. Συμεών.) His ex *Theodoreto* IV. 11. hist. eccl. et ex anathematismis aduersus Massalianos apud eundem *Lambecium*, [III. p. 427. Koll.] et *Tollium* p. 114. insignium itineris italici, addes *Hermam*, et ex iisdem anathematismis *Petrum*, Lycopetrum postea adpellatum, et *Tychicum*. Praeterea *Marcianum* Trapezitam, a quo Marcianistas dictos, (non, vt quidam legunt,

b) Massaliani, [saec. IV. orti] a צלה *orare*, Graecis Εὐχῖται, Latinis *Psalliani*, de quibus *Epiphanius* et *Damascenus* haeresi 57. et auctor praedestinati haeresi 57. qui ab *Ephraim* Syro oppugnatos scribit: et *Theodoritus* IV. 11. hist. et haeret. fabul. IV. 11. Libellus synodicus Pappi, cap. 71. *Io. Zonaras* apud Cotelerium III. monument. p. 469. *Nicetas* IV. 36. thesauri orthodoxae fidei tom. XXV. Bibl. patrum p. 138. seq. *Euthymius* panopliae tit. 22. in eadem bibl. patrum tom. XIX. p. 217. seq. edit. Lugd. *Harmenopulus* de sectis cap. 18. E recentioribus consulendi *Iac. Tollius* in insignibus itineris italici anathematismos Massalianis oppositos illustrans, *Io. Forbesius* lib. II. Instruct. historico-theol. c. 8. praecipue *Tillemontius* tom. VIII. memor. hist. eccles. pag. 527. 536. [*Walchius* in historia haeresium, germanice scripta, tom. III. p. 486. sqq. p. 500. sqq. et *Schroeckh* in histor. eccl. christiana etc. tom. IV. p. 227. sqq. et tom. XXXIV. pag. 433. *Harl.*] Ceterum fallitur auctor graeci scholii in Can. CXII. Africanum apud Beuereg. in notis p. 298. qui Massalianos a Massalia, nescio qua regione, dictos esse putat, et Donatistas cum illis confundit, ἐπεὶ καὶ ἡ Μασσαλία τῶν ἀντιπέϱαν ἐστὶ Λιβύης πϱὸς τοῖς μέϱεσι τῆς Ῥώμης τῆς ἐπὶ Θύμβϱιδι. *Fabr.* Cauendum vero etiam est, ne, quod plerique seriores scriptores fecerunt, ne *Massalianos* saec. IV. et, iis similes, *Bogomilos* saec. XII. confundamus.

legunt, Marcionitas,) ſicut a Lampetio Lampetianos, notat Michael le Quien ad Damaſcenum tom. I. p. 96.

LIII. *SYNODVS contra Pelagium et Caeleſtium* celebrata Carthagine Kalendis Maiis (a. C. 418.) in magna eccleſia Fauſti [c]), Honorio occidentis imperii clauum tenente. Praeſedit in ea Aurelius (Karthaginienſis) epiſcopus, et Donatianus Telepteuſis [d]) primae ſedis Byzacenae prouinciae, quibus adſuerunt varii e prouinciis (Africanae et Hiſpaniae) epiſcopi CCXXIV. Canones IX. huius concilii exſtant latine. Vide adpendicem [?] ad tomum ſextum operum S. Auguſtini p. 71. edit. Amſtelod. vbi plura ad hoc concilium ſpectantia, erudite obſeruata reperies, quemadmodum et apud *Paſchaſium Queſnelium* diſſ. XIII. ad Leonem Magnum. Memorat praeterea Photius *Theodoſii* et *Honorii* epiſtolam ad Aurelium [e]) Carthaginienſem epiſcopum, contra Pelagium: et *Conſtantii* [f]) decretum ad Voluſianum, S. Melaniae patruum, de Coeleſtio in exſilium pellendo, nec non, quae *Leo* [g]) et *Caeleſtinus* [h]), epiſcopi romani, et *Hieronymus* [i]) aduerſus Pelagium ſcripſere.

LIV. Ἴσα πεπραγμένων, *exemplum actorum ab Occidentis epiſcopis aduerſus Neſtoriana dogmata.* Hic liber intercidit, licet exſtet, (cuius ibidem meminit Photius,) epiſtola CYRILLI Alex. ad Theodoſium imp. in qua Neſtorianam et Caeleſtianam haereſes ſcripſit inter ſe conſpirare [k]). Quod porro ait Photius, Pelagianam et Caeleſtianam haereſin eiectam ab orientis epiſcopis temporibus epiſcoporum *Theophili Alexandriae et Innocentii vrbis Romae*, idem etiam legas in Timothei presbyteri libro de haereticis ad eccleſiam redeuntibus, ſed temporum rationibus congruentius eſſe obſeruant Benedictini [l]), ſi pro Theophilo Alexandrino, *Theodoti Antiocheni* nomen reponatur. Mox Photius mentionem facit *ſynodi Palaeſtinae* celebratae Dioſpoli, de qua *Baronius* ad a. 415. et *H. Noris.* lib. I. Hiſt. Pelagianae cap. 8. Ceterum accuſatorum Pelagii nomina apud Photium Ἤπερος et Λάζαρος, epiſcopi Gallicani; ſed apud Auguſtinum in libro ad Aurelium Carthaginienſem de geſtis Pelagii, (illum ipſum, ad quem Photius prouocat,) cap. 16. et 35. *Heros et Lazarus.* Deinde *praedeſtinatianos* a Photio

c) *In ſecretario baſilicae Fauſti,* ita legitur ante canones huius concilii. Nam in Photio male editum: ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύσε Ὀιωςίκ.

d) Male in Photii codicibus Ἀβρίλιος ἐπίσκοπος καὶ Δοτιανὸς τῆς Τεπτεντεσίκ.

e) Datam a. 417. menſe Iunio, quae exſtat inter epiſtolas Auguſtini edit. nouae 201.

f) Promulgatum a. 421. exſtat in adpendice ad tom. X. Auguſtini p. 84. et apud *Baron.* ad a. C. 420. n. 2.

g) Leo magnus in epiſtola 6. et 7. edit. nouae Paſchaſii Queſnelli (al. 86. et 85.)

h) Caeleſtinus papa in epiſtola *ad epiſcopos Galliae,* quae exſtat latine in conciliis *Labbei* tom. II. p. 1611. et tom. I. *Harduin.* p. 1251. nec non in altera *ad Neſtorium,* quae graece et lat. in Actis occurrit concilii Epheſini.

i) Hieronymus libro *ad Cteſiphontem,* qui itidem aetatem tulit, perinde, vt eius libri tres dialogorum aduerſus Pelagium, Photio non memorati.

k) Tom. VII. Opp. Cyrilli p. 252. adde *Paſchal. Queſnellum* ad Leonem magnum pag. 264. edit. primae.

l) Ad Auguſtin. tom. X. adpendice p. 43. edit. Amſt.

Photio perſtringi, notauit Sirmondus, ſiniſtre ſentientes de S. Auguſtino: quos *Caeleſtinus* rom. epiſtola ad Galliarum epiſcopos repreſſit ſcripta poſt Auguſtini obitum a. 431. et [*] tum in tomis concilior. tum in adpendice ad tom. X. Auguſtini Benedictinor. pag. 88. edit. Amſt. edita. Pro *Septimo* epiſcopo, cuius epiſtolam ad Leonem rom. Photius porro commemorat, in regio codice Pariſ. legitur Σέπτειμος, vt ab iisdem Benedictinis eſt adnotatum. Sed in epiſtola 86. Leonis magni (nou. edit. 6.) ad Aquileienſem epiſcopum, *Septimius* ille adpellatur, vbi epiſtolae eius argumentum repetit. *Proſperi* aduerſus Pelagianos ſcripta, Photio laudata, et, quos ſpeciatim, (v. *Pagium* ad a. C. 444. nr. 3. ſeq. ex Antelmii diſſ. de veris operibus SS. Leonis et Proſperi,) reſpicit, libri de vocatione omnium gentium, circ. a. C. 458. compoſiti, etiamnum ſuperſunt et nouiſſime ſingulari expoſiti et illuſtrati ſtudio cum aliis ſcriptis viderunt lucem Pariſ. 1711. fol. ſuperſunt etiam Acta *Epheſinae ſynodi*, quibus Pelagius cum Neſtorio condemnatus fuit a. 431. de quo conferre iuuabit *Henricum Noriſium* lib. II. Hiſt. Pelag. cap. 9. Sed *Ioannis Alexandrini* ad Gelaſium rom. apologia, qua Pelagio, Caeleſtio et Iuliano (Eclanenſi) anathema dixit, intercidit.

LV. *Ioannis Philoponi*, (qui per ludibrium ματαιόπονος Photio,) liber contra ſynodum Chalcedonenſem, quam Neſtorianae haereſi ſuffragari contendit, diſtinctus in τμήματα quatuor: et alter liber *Ioannis Aegeatae* presbyteri, eidem oppoſitus ſynodo, qui ambo nusquam hodie exſtant. Mirum autem, Aegeatem hunc a Photio dici τὴν θρησκείαν Νεστοριανὸν, ſi idem eſt, de quo ſupra cod. XLI. nam illum fuiſſe Eutychianum conſtat. Itaque olim [ſupra in vol. VII. p. 419. ibique not. *uu.*] ſuſpicatus ſum, Photium calami lapſu Neſtorianum pro Eutychiano ſcripſiſſe: ſed, quum Ioannem Aegeatem Cilicem feciſſe cum Neſtorio conſtet etiam aliis veterum teſtimoniis, quae produxere *Mich. le Quien* diſſ. III. Damaſcenica p. 52. et *Chriſtoph. Matthaeus Pfaffius* in diſſ. de euangeliis ſub Anaſtaſio imper. non corruptis, §. 7., omnino adſentior iisdem viris erudititiſſimis, exiſtimantibus Photium cod. XLI. erraſſe, quum hiſtoriam eccleſiaſticam hominis Eutychiani, (ſiue Ioannis rhetoris ſiue alterius) ex ſola coniectura Ioanni Aegeatae adſcripſit.

LVI. THEODORITI κατὰ τῶν αἱρέσεων, *de haereſibus* a Simone Mago in ſuam vsque aetatem *libri quinque*, ad Sporacium domeſticorum comitem, qui a. C. 453. conſul fuit. Exſtant ſaepius editi graece et latine, vt dixi volum. VII. pag. 436. ſeq. [vol. VIII. p. 292. n. ed.]

LVII. APPIANI Ῥωμαϊκὴ ἱστορία *hiſtoriae romanae* τεύχη γ', λόγοι κδ', *partes tres*, *libri XXIV.* quorum pars exſtat, pars deſideratur, vt adcuratius expoſui lib. IV. cap. 12. [cap. 14. p. 245. vol. V. n. ed.]

LVIII. *Arriani* Bithyni Παρθικὰ, *hiſtoriae Parthorum libri XVII.* et τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας ſiue Βιθυνιακὰ *de rebus Bithyniae*, (de quibus infra, cod. XCIII.) nec non τὰ κατὰ Ἀλανὸς ſiue Ἀλανικὴ *de rebus Alanorum.* Haec [*] opera nondum viderunt lucem, licet inter MSta Scipionis Tettii memorentur a *Labbeo* p. 385. bibl. nouae MSS. Parthicorum Arriani meminit etiam Io. Malala p. 358. Chronographiae, et Simplicius in Ari-

ſtotelis

ſtotelis categorias p. 56. De Arriano ipſo, quem *Ξενοφῶντα νέον iuniorem Xenophontem* dictum eſſe, teſtatur Photius, et de aliis eius hoc loco memoratis ſcriptis τῶν διατριβῶν Ἐπικτήτε τῦ διδασκάλε *diſſertationum Epicteti, praeceptoris ſui, libris octo*, e quibus ſoli quatuor hodie ſuperſunt, et τῶν ὁμιλιῶν αὐτῦ, *familiarium ſermonum libris duodecim*, qui omnes perierunt, dictum a me eſt lib. IV. c. 8. [cap. 10. p. 89. ſqq. vol. V. nou. ed.]

LIX. *Acta ſynodi* ad quercum *aduerſus Ioannem Chryſoſtomum* et *Heraclidem* Epheſi atque Palladium Helenopolis epiſcopos a. 403. congregatae, cui interfuere Theophilus Alex. Acacius Berrhoënſis, Antiochus Ptolemaidis, Seuerianus Gabalorum et Quirinus Chalcedonenſis et Macarius Magnetum ſiue Magneſiae in Aſia epiſcopus, praecipuus accuſator Heraclidae, vt Ioannes diaconus CPol. Chryſoſtomi. Ἐν ὑπομνήμασι ἐπεράχθη δέκα καὶ τρισὶ: *tredecim actionibus* transacta fuit. Meminere huius ſynodi Chryſoſtomus ipſe epiſt. ad Cyriacum, Palladius in vita Chryſoſtomi, Socrates VI. 15. Sozom. VIII. 17. Vide *Tillemont.* t. XI. p. 596. ſq. et Ius graeco-rom. lib. IX. p. 554. ſq. Ceterum, actis illius deperditis, praecipuam eius notitiam a Photio petere eſt neceſſe. Pro verbis ὑβρίζει τὲς ἐπισκόπες καὶ ἐκπιγγάτες in iure graeco rom. p. 556. legitur ἐπιγγάτες, vnde *Cotelerius* III. monum. p. 567. felici coniectura fecit ἐπιγνώτες *notos ac familiares* m). De dicto Chryſoſtomi, quod reprehenſum in eo inter alia Photius commemorat, ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃς, πάλιν μετανόησον, ſiue, vt alii efferunt, *millies peccaſti, poenitentiam age*, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμαρτάνῃς, ἐλθὲ πρός με, καὶ ἐγώ σε θεραπεύσω, *et quoties peccaueris, veni ad me*, (Chriſtum Matth. IX. 28.) *ego te ſanabo*, meminit etiam *Socrates* VI. 21. et ſingulari ſcripto oppugnatum a Siſinnio Nouatianorum epiſcopo teſtatur, χιλιάκις μετανοήσας εἴσελθε. Apud Chryſoſtomum ipſum homilia 2. in Pſalmum 50. tom. I. edit. Sauil. p. 975. ita legitur: μή μοι λέγε προφάσεις, μή μοι ὄκνον· ἥμαρτες, μετανόησον· μυριάκις ἥμαρτες, μυριάκις μετανόησον. Singulari diatriba hoc dictum defendit et illuſtrauit *D. Elias Veielius* edita Vlmae 1701. 4.

LX. HERODOTI *libri nouem hiſtoriarum* adhuc ſuperſtites, de quibus dictum ſupra, lib. II. cap. 20. [vol. II. p. 330. ſqq. n. edit.]

LXI. AESCHINIS *orationes tres*, velut totidem charites: et *epiſtolae nouem*, velut tot muſae. v. *Olear.* ad Philoſtrat. p. 481. b. 16. Orationes non plures, nec pauciores hodie habemus, ſed *epiſtolas duodecim.* De illis dixi lib. II. cap. 26. §. 9. [vol. II. p. 850. ſqq. n. edit.] De hiſce, eiusdem [?] libri II. capite 10. § 6. [vol. I. p. 677. et II. pag. 852. ſq.] Meminit iterum harum Aeſchinis lucubrationum Photius cod. CCLXIV. et vtroque loco notat *quartam orationem*, quae inſcribebatur Δηλιακὸς νόμος et hodie non exſtat, fuiſſe Aeſchini ſuppoſitam, Caeciliique iudicio auctorem habere Aeſchinem alium, (Socraticum opinor,) noſtri aequalem. [vid. ſupra, vol. II. p. 856. *Harl.*] *Caecilium* iſtum rhetorem Calactianum Siculum intellige, de quo viri docti ad cap. 1. Longini περὶ ὕψες. Lyſimachidis librum Caecilio huic oppoſitum περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων Ammonius grammaticus in θεωρός. *Dionyſium* ſophiſtam ſingulariter Aeſchinis charactere fuiſſe delectatum,

 Phryni-

m) Ibid. ἔλαβον legitur, quod alibi eſt ἔβαλον. v. *Coteler.* tom. II. p. 643.

Phrynichum autem Aeschini Socratico [n]) inter praecipuos oratores Atticos locum tribuisse, refert Photius. Sed cod. CCLXIV. praeceptorem Aeschinis alterius vocat *Leodamantem* ex Caecilio, (cui etiam suffragantur Plutarchi codices,) non, vt hic, *Antalcidam*, pro quo *Alcidamantem* Eleatem habet Suidas in Αἰσχίνης.

LXII. *Praxagorae* Atheniensis τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία β', *libri duo de rebus Constantini magni*, cui, ethnicus licet, aequius praebuit testimonium, quam hodie quidam Christiani, in criminationum mustaceo quaerentes ingenii lauream. Φησὶν οὖν Πραξαγόρας, καίτοι τὴν θρησκείαν Ἕλλην ὤν, ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο. Non modo hi duo libri, sed et alii totidem illius περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, *de iis, qui Athenis regnarunt*, aliique sex εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον *de Alexandro magno, rege Macedonum*, vniuersi interciderunt. Scripsit dialecto ionica, adeoque suo etiam exemplo refellit eos, qui longe antiquioribus temporibus cessasse iam dialecti huius vsum sibi persuasere. Praecocibus ingeniis accensetur merito hic Praxagoras a Bailleto: [o]) nam illud de Athenarum rectoribus opus scripsit annos natus non plures quam vndeuiginti, historiam Constantini anno aetatis secundo et vicesimo, Alexandri res tricesimo primo. Hunc Praxagoram aetate antecesserunt *Praxagoras*, Herodis Attici aduersarius, cuius mentio apud Philostratum II. Sophist. p. 559. edit. nouae: nec non *Praxagoras*, medicus antiquissimus, laudatus a Celso, Plinio, Caelio Aureliano, Athenaeo, et scholiaste Nicandri, de cuius scriptis infra lib. VI. [in vol. XIII. p. 378. sq. *Harl.*]

LXIII. PROCOPII Caesareensis ἱστορικὸν de rebus Iustiniano imperante aduersus Persas, Vandalos (Βανδήλους) et Gothos, Belisarii maxime [P] ductu gestis *libro octo*, etiamnum superstites, de quorum argumento et editionibus dixi vol. VI. p. 250. seq. [vol. VII. p. 553. sqq. n. ed.] In Photio autem, licet octo libros memoret, ex duobus tantummodo prioribus libris excerpta leguntur. Add. *Reines.* varr. lect. p. 154.

LXIV. *Theophanis* Byzantii ἱστοριῶν λόγοι δέκα *libri decem historiarum*, a secundo Iustini iunioris anno (Christi 567.) ad annum eius duodecimum (Christi 577.) Opus ipsum intercidit, nec excerpta Photii, a Labbeo etiam inter scriptores Byzantinos tom. I. relata, integra sunt, testati, Theophanem in primo libro etiam suae de rebus Iustiniani historiae meminisse, et post decem illos libros itidem alios illis continuandis subiunxisse. Theophanes hic non diu post res, quas describit, vixisse videtur, certe diuersus est a Theophane confessore, auctore Chronici quod in a. 813. desinit, et de quo dixi vol. VI. pag. 151. seq. [vol. VII. p. 459. sqq. nou. ed.]

LXV. THEO-

n) Aeschinis huius Socratici dialogos tres post *Io. Clericum* Amst. 1711. 8. illustrauit egregie *Petrus Horreus*, versione, notis et indice graeco, Leouard. 1718. 8. quam editionem commendatam sibi habebunt graecae linguae studiosi.

o) Baillet des Enfans deuenus celebres par leurs études p. 20. seq.

LXV. THEOPHYLACTI Aegyptii [Simocattae) praefecti et tabularii, *Historiarum* de rebus Mauricii imp. *libri VIII.* de quorum editionibus dixi vol. VI. p. 282. ſq. (vol. VII. p. 582. ſqq. n. edit.] vbi ſimul repreſſi Iacobi Pontani parum credibilem cenſuram, qui putat, Photium non ex ipſius Theophylacti lectione, ſed ex lemmatibus ab alio praemiſſis ſapuiſſe, quum Pontanus ipſe lemmata a Photio mutuatus ſit, quae Theophylacto ſuo praemiſit, et Photio non ſit inſolitum argumenta eiusmodi ex ſcriptis, quae recenſet, excerpere, certe, quae in lemmatibus illis Pontanus reprehendit, tam a Photio, quam ab alio, neſcio, quo, lemmatum ſcriptore proficiſci potuerunt. Vid. *Reineſ.* varr. lectt. p. 153. et 560.

LXVI. NICEPHORI patriarchae CPol. ἱϛορικὸν σύντομον, *breuiarium historicum* a Mauricii imp. caede (a. C. 602.) ad Leonis et Irenes nuptias (a. 770.) De edition. graecolatinis dixi vol. VI. p. 296. [vol. VII. p. 603. ſqq. nou. ed.] *Fabr.* Conf. *Walchii* hiſtoriam haereſium, germanice ſcriptam, tom. X. p. 511. ſeq. XI. p. 280. ſqq. pag. 325. ſqq. et 360. ſeqq. *Harl.*

LXVII. *Sergii* confeſſoris hiſtoria de rebus in rep. et eccleſia geſtis a Conſtantino Copronymo vsque (qui ab a. 741. praefuit) inprimis durante imperio Michaelis Rancabe, qui imperitauit ab a. C. 821. ad 829. Hanc hiſtoriam iampridem deſideramus.

LXVIII. *Cephalaeonis*, Κεφαλαίωνος σύντομον ἱϛορικόν, *compendium historicum libris nouem*, ad Herodoti exemplum totidem muſarum nomina gerentibus, dialecto ionica a regno Nini et Semiramidis ad extrema Alexandri magni vsque. Etiam hoc opus intercidit, quod dolendum, quum fuerit compendium non Herodoti modo et Hellanici ac Cteſiae, ſed aliorum ſcriptorum mille amplius, quorum nomina auctor libris ſingulis praefixerat, quod iactantiam [p]) in illo Photius interpretatur, idem factum a Plinio [?] maiore omnes laudamus. Suidas teſtatur, Hadriani temporibus vixiſſe Cephalaeonem in Sicilia, et praeter hos nouem libros παντοδαπῶν ἱϛοριῶν ſcripſiſſe etiam μελέτας ῥητορικάς. Multum huic Cephalaeoni tribuit Georgius Syncellus, cui p. 167. dicitur ἐπίσημος εἷς οὐχ ὁ τυχών, *insignis scriptor, nec de vulgo.* Sed diu ante Adriani tempora floruere Strabo et Dionyſius Halicarnaſſeus, a quibus Κεφαλῶν ὁ Γεργήθιος laudatur, atque a Dionyſio vocatur etiam συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, vt vnum ex duobus his ſit neceſſe, Suidam vel erraſſe, quum Cephalonem hunc cum Cephalaeone muſarum ſcriptore confuderit, quae *Scaligeri* eſt ſententia p. 415. ad graeca Euſebii Chron. et *Voſſii* II. 12. de hiſt. graecis, et lib. 3. p. 340. vel vnum quidem et eumdem fuiſſe Cephalaeonem Photii, Cephalionemque Syncelli cum Troicorum ſcriptore Cephalone hiſtorico Gergethio Strabonis, Dionyſii, Feſti in *Romam,* Parthenii, Stephani Byz. Etymologi, aliorumque, at erraſſe Suidam in eo, quod Hadriani temporibus illum vixiſſe tradit, vt contendit *Allatius* libro de patria Homeri p. 17. ſeqq. Fortaſſe Hadriani tem-

Tttt 3 pore

p) Confer *Ruperti* epiſt. ad Reineſ. p. 583. et *Fabrettum* de columna Traiana p. 4. Photii verba ſunt: *Animi nondum prorſus inanem, puerilemque gloriam repuerantis, magnum ſatis argumentum eſt, e quot quantisque ſcriptoribus historia collecta ſit, iactare,* καὶ τὸ ἐκ ποσῶν δὲ καὶ τόσων συνειλέχθαι αὐτῷ τὴν ἱϛορίαν, σεμνύνεσθαι· οὐ πάνυ ψυχῆς τὸ μικρολόγον τε καὶ τὴν παιδαριώδη φιλοτιμίαν ἀποσεσεισμένης, ἀπόδειξις.

pore fuit Cephalaeon rhetor *μελετῶν ῥητορικῶν* ſcriptor, quem cum hiſtorico Suidas perperam permiſcuit. Quae in Euſebii Chron. p. 32. et apud Syncellum ex Cephalaeone hiſtorico adferuntur, videntur fuiſſe principium eius libri primi, ſiue Clius, vt Meurſius quoque in bibl. graeca pulcre adnotauit: "Αρχομαι γράφειν, ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεύς etc. Liber decimus eclogarum Sopatri apud Photium infra cod. CLXI. fuit ex τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς, (lib. VIII.) διαλαμβανούσης τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. *Fabr.* Conf. ſupra ad vol. VI. p. 126. et cel. *St. Croix* in: Examen crit. des Hiſtoriens d'Alexandre, ed. II. pag. 69. not. 1. *Harl.*

LXIX. *Heſychii illuſtris* Mileſii ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας, *ſynopſis hiſtoriae mundi* annorum 1901. a Belo rege Aſſyriorum vsque ad Anaſtaſium imp. defunctum a. C. 518. diuiſa in ſex partes ſiue τμήματα. Et *commentarius de rebus Iuſtini ſenioris*, ἑτέρα βίβλος ἐν ᾗ περιείχετο τὰ Ἰουστίνῳ πραχθέντα. Vtrumque opus intercidit, excepta parte illa prioris ex ſexto tmemate, quo πάτρια ſiue origines et antiquitates CPolis expoſuit. Vide quae dixi vol. VI. p. 240. ſeq. [vol. VII. p. 544. ſqq. n. ed.]

LXX. DIODORI SICVLI *hiſtoriarum libri quadraginta*, ex quibus exſtant libri priores quinque et vndecimus vsque ad viceſimi finem; ex ceteris fragmenta. Vide, quae notaui libro III. cap. 31. [cap. 30. vol. IV. pag. 361. ſqq. n. ed.]

LXXI. DIONIS Κασσιανοῦ Κοκκιανοῦ ἢ Κοκκίου *romanae hiſtoriae* ab Aeneae aduentu in Italiam vsque ad Alexandri Seueri conſulatum tertium (a. C. 228.) *libri LXXX.*, e quibus ad libros LV. exceptis fragmentis [?] quibusdam et Ioannis Xiphilini epitome, deſideramus. Vide ſupra, lib. IV. cap. 10. [cap. 12. vol. V. p. 138. ſqq. n. ed.]

LXXII. *Cteſiae* Cnidii *Perſicorum libri XXIII.* et *Indicorum liber* dialecto ionica. Vtrumque opus intercidit, quo maiores gratias debemus Photio, qui ampla ex illis excerpta ſeruauit ſaepius: vna cum aliis Cteſiae fragmentis graece edita et latine ad Herodoti calcem, etiam in editione Herodoti, quam curauit Iacobus Gronouius, Lugd. Bat. 1715. fol. Henr. Stephanus Photii excerpta ex Cteſiae Perſicis Indicisque primus graece ſeparatim vulgauerat, Pariſ. 1557. 8. Vide quae ſupra, lib. II. cap. 25. §. 16. [in vol. II. p. 740. ſqq. n. ed. conf. *St. Croix* l. cit. p. 8. 424. 731. et 863. — *Cteſiae* Perſica, a Photio excerpta, latine, in *Petri Bizari* rerum perſicarum hiſtoria, Francof. 1601. fol. v. catal. bibl. Leidenſ. pag. 219. *Harl.*] v. *Bochart* Hieroz. II. p. 700. fin. et ſeq. *Olear.* ad Philoſtrat. p. 69. a. 1. et b. 6. ac p. 80. a. 4. 95. b. 96. a. 131. a. 2. 3. b. 4. et 134. b.

LXXIII. HELIODORI Αἰθιοπικὰ, σύνταγμα δραματικὸν, ſiue *fabula de amoribus Theagenis et Charicleae*, libris decem, qui adhuc exſtant, vt dixi lib. V. cap. 6. [vol. VI. p. 111. ſqq. nou. edit.] Meminit huius Heliodori Photius iterum cod. LXXXVII. XCIV. et CLXVI.

LXXIV. a. THEMISTII λόγοι πολιτικοὶ, *orationes ciuiles XXXVI.* quae exceptis

ceptis tribus exſtant, nec non ὑπομνήματα et μεταφράσεις in ſcripta Ariſtotelis, quarum itidem pleraeque aetatem tulere, et ἐξηγητικοὶ πόνοι εἰς τὰ πλατωνικὰ qui deſiderantur. Vide vol. VIII. huius bibl. lib. V. cap. 18. [cap. 44. vol. VI. p. 790. ſqq. nou. edit.]

LXXIV. b. LESBONACTIS λόγοι πολιτικοὶ *orationes ciuiles XVI.* e quibus tantum exſtant duae, de quibus dixi lib. IV. c. 30. §. 14. [c. 26. vol. II. p. 871. ſeq. ed. nou.] et Photii etiam, quae ex orationibus illis excerpſerat, vna cum iudicio quod de iis tulerat, perierunt.

LXXV. *Iohannis Philoponi* βιβλιδάριον ſiue *libellus* pro ſtabiliendo tritheiſmo *contra* κατηχητικὸν λόγον *archiep. CPol. Ioannis ſcholaſtici* a. C. 566. primo Iuſtini iunioris anno habitum. In hoc libello, qui, (perinde vt Ioannis catecheticus ſermo,) pridem intercidit, Philoponus praeter ſubtiliores ex philoſophia petitas rationes pro ſe citauerat ſententias Gregorii Naz. Baſilii magni, Athanaſii et Cyrilli Alex. Conf. *Reineſii* VV. lect. p. 464.

LXXVI. FL. IOSEPHI ἀρχαιολογίας ſiue *de antiquitate iudaica libri XX.* adhuc ſuperſtites, de quibus dixi lib. VI. cap. 6. [lib. IV. c. 8. p. 6. ſq. vol. V. n. edit. add. *Lambec.* comm. VIII. pag. 31.] Ex eodem opere excerpta de Herode et Agrippa infra, cod. CCXXXVIII.

LXXVII. *Eunapii* χρονικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον νέας ἐκδόσεως, *hiſtoriae chronicae* a regno Claudii II. (in quo Dexippus deſiit,) vsque ad Honorii et Arcadii imperium, *libri XIV.* nouae ἐκδόσεως ſiue recenſitae ab auctore editionis. Huius Eunapii deſcriptorem Zoſimum notat Photius cod. XCVIII. Opus ipſum, prioris et poſterioris ἐκδόσεως, quas vtrasque euoluiſſe ſe Photius teſtatur, intercidit, exceptis fragmentis de legationibus. Vide, quae vol. VI. p. 232. ſeq. [vol. VII. p. 536. ſqq. ed. nou.] dicta ſunt.

[*] LXXVIII. *Malchi* Philadelphienſis ſophiſtae Βυζαντιακὰ *de rebus Byzantinis* a morte Leonis Thracis imper. a. C. 474. ad Iulium Nepotem a. 480. occiſum, *libri VII.* ſimiliter deperditi. Vide Küſter. ad Suid. II. p. 485. vol. VI. pag. 236. [vol. VII. pag. 540. nou. edit.]

LXXIX. *Candidi* Iſauri hiſtoriarum libri III. ab initio imperii Leonis a. 457. vsque ad Zenonis Iſauri mortem a. 491. Itidem hodie deſiderantur. Vide ibid. p. 239. [pag. 543. ed. nou.]

LXXX. *Olympiodori* Thebani ὕλη ἱστορίας ſiue ἱστορικοὶ λόγοι [q]), *hiſtoriarum libri XXII.* ab a. C. 407. ad 425. dicati Theodoſio iuniori imp. et pridem deperditi. Vide ibid. p. 237. ſeq. vbi inter alia notaui, quod Photius Olympiodorum vocat ποιητὴν τὸ ἐπιτήδευμα, hoc non eſſe interpretandum poëtam, ſed *operatorem chymicum.* Mentionem facit etiam ex Olympiodoro Photius ἀγάλματος τετελεσμένου [r]), ſiue *taliſmanis magici*, quod barbarorum

q) *Reineſ.* varr. lect. p. 154.

r) V. *Olear.* ad Philoſtrat. p. 112. *Küſter.* ad Suidam II. p. 485. *Fabr.* add. ſupra in hoc vol. cap. 35. §. VI. fin. et *Lambec.* comment. vol. VI. pag. 414. ſqq. *Harl.*

rum transitum prohibuerit, atque iterum *ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν.* Singulare itidem est, quod *περὶ τῆς τρίβωνος ἀξίας* siue de ritu pallii per ludicrum aliquod balneum concedi scholasticis soliti refert, vbi memorat *Leontium* in sophisticum thronum Athenis euectum. Mentio eiusmodi *λουτρῦ* [s]) apud Eunapium in Proaeresio p. 104. et 106. et Nazianzenum oratione XX. *Philtatium* praeterea grammaticum laudat Photius Olympiodori fratrem, qui artificium glutinandi libros egregie tenuit; et *Heroriorum* auctorem historiae de Orpheo et Musaeo [t]). Olympiodorus accessit iis qui Homerum ex Thebaide Aegypti ortum ducere sibi persuasere. Memorat et prophetas barbarorum Blemmyum, et plura narrat de Libanio mago siue *τελεστῇ*, quem Placidiae suasu interfici iussit huius maritus Constantinus Valentiniani III. pater. De vegrandibus vrbis Romae palatiis pronunciatum: *εἷς δόμος ἄστυ πέλει, πόλις ἄστεα μύρια κεύθει*, geminum illi recentis poëtae in domum regiam Luparcam Paris.

Pars vrbi domus est, vrbs orbi — —

Moenia vrbis Romae, eo tempore, quo Gothi eam primum oppugnarunt, ab *Ammone* geometra inuenta sunt amplitudine miliarium XXI. Eodem loco *λουμένων καθέδρας* siue sellas MDC. ex marmore in lauantium gratiam Romae in publicis balneis positas ex Olympiodoro refert Photius, cuius generis esse superstitem famosam illam Romae sellam perforatam, non dubitat *Montfauconus* p. 137. Itineris italici. Huius Olympiodori, quemadmodum etiam trium superiorum, Eunapii, Malchi, Candidique excerpta e Photio, graece et latine recensuit *Labbeus* [℟] tomo I. scriptorum historiae Byz. Olympiodori quaedam illustrat *Valesius* ad nonum Sozomeni librum, vbi inter alia notat, Zosimum (a quo etiam lib. V. p. 579. nominetenus laudatur,) plura ex eo repetiisse. Olympiodori excerpta Photiana, sed minus integra prodierant, antequam Photii bibliotheca lucem adspiceret, in Frid. Sylburgii tomo tertio rom. historiae scriptorum. Francof. apud Wechel. 1590. fol. p. 853-855.

LXXXI. *Theodori Mopsuesteni βιβλιδάριον περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, de Magia Persarum libellus* pridem deperditus, de quo supra, pag. 353. Qui autem apud Photium auctor persici dogmatis traditur *Ζαρασδάδης*, hic Clementi Alex. est *Ναζάρατος*, Porphyrio *Ζάβρατος*, Plutarcho *Ζαράτας*, Theodoreto et Agathiae *Ζαράδης*. Vide *Cotelerium* ad recognitiones Clementis IV. 27. Summum Persarum numen *Ζαρουὰμ*, eiusque filii duo *Ὀρμίσδας* bonus, (*Plutarcho* in Alexandro p. 682. et in Artaxerxe pag. 1026. et de Iside et Osiride p. 407. et *Porphyrio* p. 27. Vit. Pythag. *Ὀρομάσδης* siue *Ὠρομάζης*. *Agathiae* lib. II. p. 59. *Ὀρμισδάστης*,) malusque Photio *Σατανᾶς*, Plutarcho *Ἀρειμάνιος*, Hesychio *Ἀριμάνης*. Vide *Hadr. Relandi* diss. miscell. parte 2. pag. 191. 207. Quod vero Theodorum Photius ait *τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀποκατάστασιν τερατεύεσθαι*, huic geminum est, quod infra cod. CLXXVII. traditur *τῆς Ὠριγένους κατά γε τὸ τέλος ὑποφαίνειν τῆς κολάσεως*. Et eodem spectat, quod Leontius scribit Theodorum Mopsuestenum *tollere metum futurorum*, lib. II. aduersus Eutychen et Nestorium.

s) Confer *Meursium* de ludis Graecorum p. 22.

t) Conf. supra ad vol. II. p. 348. I. p. 515. et seq. IV. p. 265. *Harl.*

LXXXII. *Dexippi τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, de rebus post Alexandrum* magnum *gestis libri IV.* u) Eiusdem σύντομον ἱστορικὸν *compendium historicum vsque ad Claudium II. imp.* praecipuas res regnaque praecipua perstringens, et τὰ Σκυθικὰ, *de rebus Romanos inter et Scythas gestis.* Huius Dexippi, quem ἄλλον τινὰ μετὰ σαφηνείας Θουκυδίδην, *alterum, sed perspicuum magis Thucydidem* Photius adpellat, scripta ista omnia interciderunt, paucis tantummodo fragmentis de legationibus, ex Scythicorum eius, vt videtur, opere seruatis. Vide volum. VI. p. 231. [vol. VII. p. 555. nou. ed. conf. cel. *St. Croix* Examen crit. cit. ed. II. p. 60-62. *Harl.*] In multis cum Arriano historico conspirasse, Photio notatum.

LXXXIII. DIONYSII Halicarnassei, Alexandri F. ἱστορικῶν λόγων *historiae romanae* ab Aeneae in Italiam aduentu vsque ad Olympiadis CXXVIII. 3. *libri XX.* ex quibus exstant priores XI. desinentes in Olymp. LXXXIV. 3. (Vrbis CCCXII.) Vide, quae dicta lib. III. huius bibl. cap. 32. [cap. 31. vol. IV. p. 382. sqq. n. ed.]

LXXXIV. *Dionysii* eiusdem σύνοψις superiorum viginti librorum, quinque libris contracta, et iampridem deperdita.

LXXXV. *Heracliani*, episc. Chalcedonensis, ad Achillium *contra Manichaeos libri XX.* similiter deperditi, perinde vt, quae apud Photium ibidem [P] memorantur Manichaeorum *viuum euangelium* et γιγάντειος βίβλος, nec non *Addae* μόδιος aliaque illius scripta. Et quae aduersus Manichaeos composuere *Hegemonius*, *Georgius* Laodicenus, et libris XXV. contra euangelium viuum et Addae modium depugnans *Diodorus* (Tarsensis.) Nam ARCHELAI, et TITI Bostrensis ac SERAPIONIS Thmuitani aduersus Manichaeos scripta habemus. Vide, quae dixi vol. V. p. 262. [vol. VII. p. 275. sqq. n. ed.] et 292. [pag. 328. vol. VII. n. ed.] Titum Addae potissimum scriptis suas opposuisse lucubrationes a Photio discimus.

LXXXVI. IO. CHRYSOSTOMI epistolae ad Olympiadem XVII. et ad Innocentium Rom. aliaeque, quae omnes exstant. Vide supra, volum. VII. pag. 633. seq. [cap. 10. vol. VIII. p. 538. sqq. n. ed.]

LXXXVII. ACHILLIS TATII Alexandrini fabula *de amoribus Leucippes et Clitophontis, libris VIII.* qui tulere aetatem, et de quorum editionibus dixi volum. VI. pag. 812. [vol. VIII. p. 130. sqq. nou. ed.] Si Achilles, Firmico laudatus, est Achilles Tatius, auctor libri περὶ σφαίρας siue isagoges in Aratum, quam habemus, et hic idem cum scriptore ἐρωτικῶν, necesse sit, cum ante Heliodorum scripsisse, et ante Heliodorum nominatur a Photio cod. XCIV. et CLXVI. qui αἰσχρολογίαν et obscoenas narrationes in Tatio vbique detestatur; vnde non crediderim, Photii esse decastichon iambicum, quod ex inedita Anthologia, Tatii amoribus praemittitur, illosque castis lectoribus commendat. Iampridem etiam mihi visum est absurdum et incredibile, libro VIII. Tatii p. 493. per ἱερέα, εἰπεῖν οὐκ ἀδύνατον, μάλιστα

u) Hic pro *Asander* legi debet *Cassander*. vid. *Spanhem.* de numismat. tom. I. p. 489.

μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐζηλωκότα κωμῳδίαν, Chrysostomum intelligi, licet Chrysostomum Aristophanis studiosum et eloquentissimum fuisse, inter omnes constet.

LXXXVIII. Τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα, *Anonymi acta synodi Nicaenae*, tomis tribus, inedita hactenus, diuersaque ab illis, quae sub Gelasii nomine habemus, et de quibus mox codice LXXXIX. licet in quibusdam codicibus, (talis fortasse fuit, de quo supra cod. XV.) ipsa quoque *Gelasii Caesareensis* nomen praetulisse Photius testetur, memorans praeterea illius *libros contra Anomoeos* siue *Eunomianos*, de quo infra cod. CII. itidem deperditum. Conferenda etiam acta synodi Nicaenae, de quibus infra cod. CCLVI. et quae infra in vol. XI. huius bibl. p. 357. [vet. ed.]

LXXXIX. GELASII Caesareensis ἱστορίας Ἐκκλησιαστικῆς, *historiae ecclesiasticae de gestis in synodo Nicaena*, ac deinceps vsque ad Constantini M. mortem *libri III.* Exstant sub Gelasii Cyziceni nomine, nisi quod tertius liber haud integer ad nos peruenit. Vide, quae notaui vol. VIII. p. 371. seq. [P] [vol. IX. p. 290. ed. nou.] vbi etiam de *Rufini* hist. eccles. quam graece e latino vertisse a Photio dicuntur Gelasius Caesariensis et Cyrillus Hierosol., ambo prius mortui, quam historia a Rufino scriberetur.

XC. LIBANII rhetoris scripta, τεύχεσι siue voluminibus duobus, cuius, ait, γυμναστικοὺς et πλασματικοὺς λόγους siue declamationes praestare eius seriis et ciuilibus orationibus. Laudat et eius epistolas et παντοδαπὰ συγγράμματα, testatus, eum esse κανόνα et στάθμην λόγου Ἀττικοῦ, *regulam et amussim attici styli.* Libanii huius scripta pleraque ad nos peruenere, de quibus dixi vol. VII. (lib. V. cap. 10.) [cap. 43. vol. VI. p. 754. sqq. ed. nou.] Alius *Libanius* ὁ τελεστής, magus, de quo Olympiodorus apud Photium cod. LXXX. p. 112. Alius *Libanius*, Palaeopoleos in Pamphylia episcopus, qui interfuit concilio Ephesino a. C. 431. et *Libanius*, Paralai episcopus in Lycaonia, qui subscripsit concilio Chalcedonensi a. 451. et alius concilio Rom. a. 503. alius denique *Libanius* Siluanectensis in Gallia concilio Aurelianensi a. 511. etc.

XCI. ARRIANI τὰ κατ᾽ Ἀλέξανδρον, *de rebus Alexandri M. libri VII.* saepius graece et latine editi, de quibus dixi lib. IV. cap. 8. p. 272. seq. [cap. 10. vol. V. p. 95. sqq. n. ed. vbi iam inserui et explanaui, quae hoc loco addiderat Fabric. *Harl.*]

[P] XCII. Eiusdem *Arriani* τὰ μετ᾽ Ἀλέξανδρον, *de rebus post Alexandrum gestis* libri X. e quibus excerpta Photii tanto iucundius leguntur, quod opus ipsum hodie non extet, certe editum non sit. Dexippum in opere eiusdem argumenti Arriano σύμφωνον κατὰ τὸ πλεῖστον monuerat Photius supra cod. LXXXIII. Meminit iterum cod. XCIII.

XCIII. Eiusdem Arriani Βιθυνικά· *de rebus Bithynicis* ab origine gentis vsque ad vltimi regis Nicomedis exitum, qui moriens regnum suum populo rom. legauit, *libri VIII.* Supra Photius cod. LVIII. hoc opus vocat τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας. Nusquam autem exstat hodie, non magis quam quorum in illo fecit mentionem, Arriani τὰ κατὰ Τιμολέοντα

τὸν

τὸν Κορίνθιον, de rebus a Timoleonte Corinthio in Sicilia aduersus Dionysium gestis, vel τὰ κατὰ Δίωνα Συρακούσιον, de rebus gestis Dionis Syracusii aduersus eumdem Dionysium secundum, Dionysii F. tyrannum.

XCIV. *Iamblichi*, qui Commodi aetate vixit, et Iamblichum philosophum aetate antecessit, δραματικὸν hactenus ineditum, si non plane deperditum *de amoribus Sinonidis* virginis et *Rhodani* siue *Rhodanae*. Aliis hoc opus venit nomine ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν. Photius excerpta dat. ex libris XVI. cum Suidae codices numerent libros XXXIX. qui videtur etiam aliqua ex hoc opere producere in Ζηλοτυπία, Ἤδη etc. Vide, si placet, quae notaui vol. VI. p. 805. seq. [vol. VIII. p. 152. sqq. nou. ed.] et *Reines.* varr. lect. p. 317. vbi de voc. Σακχέραν. Maussacum praeter rem reprehendit *Tho. Crenius* parte VII. animaduersion. p. 43. quod Babylonica Iamblichi vocauit Milesiaca. Notum enim est, omnes fabulas eiusmodi eroticas, Milesias, et sermones Milesios adpellari, exemplo Aristidis Μιλησιακῶν quae latine vertit Sisena. Vide, quae viri docti ad Apuleium. Sic Βαβυλωνιακὰ fabulam suam amatoriam Iamblichi exemplo inscripsit Xenophon Antiochenus, de quo Suidas.

XCV. *Ioannis Scythopolitae* [v]) scholastici κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν τῆς ἐκκλησίας *contra desertores ecclesiae*, Eutychis et Dioscori adseclas. Opus diuisum in tomos duodecim et Iuliano, nescio quo, episcopo suadente, susceptum oppositumque anonymo Eutychiano libri aduersus Nestorium auctori, quem Photius *Basilium* presb. Ciliccm fuisse existimat, de cuius libro aduersus Ioannem Scythopolitam infra cod. CVII. Hodie vtriusque scripta desiderantur.

XCVI. GEORGII, episcopi *Alexandrini*, *liber de vita S. Io. Chrysostomi* [w]), ex Palladio, Socrate, (Cyrillo Alex. Theodoreto, Moscho,) pluribusque aliis collectus. Post annum Christi sexcentesimum scripsisse viri docti colligunt. Vide Allatium de Georgiis pag. 316. Exstat adhuc, graece editus et latine, vt dixi vol. VII. p. 556. [vol. VIII. pag. 450. ed. nou.] Postquam plura ex illo excerpsisset [*] Photius, subiungit: οὐκ ὀλίγα φαίνεται παριστορῶν [x]), quod cum *Lambecio* VIII. p. 273. seq. [p. 578. ed. Kollar. cuius not. v. p. 581.] vertendum: *non pauca videtur tradere obiter*, *et praeter institutum suum*, non, vt Schottus reddit: *praeter historiae fidem.* Quamquam multa etiam praeter historiae fidem scripta ab hoc Georgio, demonstrauit *Dauid Blondellus* in libro, gallice edito, de primatu in ecclesia p. 1230-1244. qui etiam eodem loco persequitur errores et fabulas, quas de vita Chrysostomi scribentes tradidere Anonymus graecus p. 1244. 1247. Socrates p. 1247. seq. Sozomenus et Moschus p. 1248. seq. Nicephorus patriarcha et Zonaras pag. 1250. Cedrenus et Glycas pag. 1251. Nicephorus Callistus pag. 1252. seq. atque auctor epitomes a Lipomanno editae, p. 1253.

v) Huius meminit *Sophronius* infra ap. Photium cod. CCXXXI. Vtrum vero idem sit cum *Ioanne Antiocheno*, quem memorat *Gennad.* c. 93. vel cum *Ioanne Maxentio*, cuius scripta contra Acephalos et Nestor. habentur, ex veteri versione, tom. IX. bibl. PP. Lugdun. et de quo supra [in hoc vol. cap. 31. §. 10. de iis, qui de Nestorio etc. scripserunt,] non satis exploratum existimo.

w) Vbi de Marcianistis. v. *Cotelcr.* tom. III. p. 640.

x) Cicero ad Atticum VI. 1. *Haec te volui* παριστορῆσαι, *sumus enim ambo belle curiosi.*

p. 1253. quibus denique Blondellus vitam Chryſoſtomi, adcuratius a ſe digeſtam ac contractam, ſubiungit pag. 1254-1268.

XCVII. *Phlegontis* Tralliani Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγὴ a prima Olympiade ad aetatem Hadriani, qui imperare coepit Olymp. CCXXIV. 1. defunctus CCXXIX. 1. Photius tantum quinque libros legit huius operis, e quibus quintus deſinebat in Olympiade CXCVII. Vehementer dolendum eſt, hoc opus ad nos non perueniſſe; licet enim nimiam et minutam in eo diligentiam reprehendat Photius, quae etiam in cauſſa fortaſſe fuit, cur a paucioribus lectitaretur, atque adeo deſcriberetur: tamen vel ex paucis, quae illius superſunt, fragmentis facile adparet, quam multa in veteri hiſtoria et ad temporum rationes conſtituendum nos fuiſſet docturus, quae hodie nos fugiunt. Ceterum non repetam hoc loco, quae de iſto et aliis Phlegontis, ſiue quae exſtant, ſiue quae intercidere, ſcriptis notaui lib. IV. cap. 13. [cap. XV. vol. V. pag. 256. ſqq. nou. ed.] Tantum addam haec Hieronymi in Geneſ. X. *Legamus Varronis de antiquitatibus libros et Siſinnii Capitonis, et graecum Phlegonta, caeterosque eruditiſſimos viros, et videbimus paene omnes inſulas et totius orbis littora terrasque mari vicinas graecis accolis occupatas.*

XCVIII. ZOSIMI comitis ἱστορικὸν, ſiue *hiſtoriarum libri VI.* ſaepius excuſi graece et latine, de quibus dixi vol. VI. p. 607. ſeq. [vol. VIII. p. 62. ſqq. et not. *mm.* p. 67. ed. nou.]

XCIX. HERODIANI ἱστορικοὶ λόγοι η' *hiſtoriarum libri VIII.* qui itidem exſtant, de quibus dixi vol. VII. p. 11. ſeq. [vol. VI. p. 236. ſqq. ibique not. *o.* p. 288. not. *s.* et *t.* etc. n. ed.] [R] Add. *Tan. Fabri* epiſtola ad Io. Frid. Gronouium, qua plura Herodiani loca illuſtrantur, et quae in poſterioribus Argentoratenſibus editionibus 1662. 1672. 1694. 8. cum *Balth. Scheidii* locupletiſſimo graeco indice adiuncta legitur, eſt inter epiſtolas *Tan. Fabri* iunctim editas Salmurii a. 1674. 4. tom. I. epiſtola 75. Ab hoc ſcriptore, (quem adcuratioris curae et exquiſitae artis nomine Curtio in latinis Boeclerus comparabat, Wagenſeilius Salluſtio) diuerſus eſt *Herodianus*, cuius mentionem facit Photius cod. LXV. p. 46. ex libro ſeptimo Theophylacti Simocattae: alius item, ad quem rhetoris Libanii epiſtolae. [Editionis Herodiani a *Theoph. Guil. Irmiſchio* curatae, quartus et poſtremus tomus, in duas partes diviſus, poſt mortem editoris prodiit Lipſ. 1805. 8. complexus Politiani verſionem, comm. de codd. et edd. Herodiani, et, praeter alia, indices vberrimos. *Beck.*]

C. *Adriani* imperatoris μελέται διάφοροι, *declamationes variae,* pridem deperditae, vna cum multis aliis, quae vtraque lingua graeca et latina, proſa et verſu ſcripſiſſe hunc imperatorem teſtatur Dio lib. 69. Excerpt. Peireſc. p. 713. Suid. in Ἀδρ. Nempe cum rhetoribus perinde vt cum philoſophis ac poëtis, libris vel carminibus vel declamationibus inuicem editis certaſſe Adrianum, innuit Philoſtratus in vitis Sophiſtar. vbi de Fauorino, Spartianus in vita Hadriani c. 15. atque idem Dio, qui eum ſophiſtis Fauorino Gallo et Dionyſio Mileſio inuidiſſe ſcribit. Spartianus: *Et quamuis eſſet oratione et verſu promtiſſimus, et in omnibus artibus peritiſſimus: tamen profeſſores omnium artium ſemper vt doctior riſit, contemſit, obtriuit.* De Adriani imp. ἀποφάσεσι ſiue reſponſionibus epiſtoliſque editis graece cum verſione antiqua Doſithei magiſtri, dixi vol. VII. p. 59. [vol. VI. pag. 365. ſq. n. ed.] Ab eo tempore vidi easdem cum Goldaſti notis nitide recuſas in nobiliſſimi atque eruditiſſimi viri Antonii Schultingii iurisprudentia veteri anteiuſtinianea Lugd. Bat. 1717. 4. p. 855. ſeq. Fuit

etiam

etiam *Adrianus* Tyrius rhetor, Herodis Attici discipulus, ex cuius declamationibus excerpta habemus graece et latine vulgata ab Allatio. De illis dixi lib. IV. c. 30. p. 409. seq. [c. 32. vol. VI. p. 50. sqq. nou. ed.]

CI. *Victorini Lampadii*, Antiocheni, λόγοι ὑπατικοὶ καὶ βασιλικοὶ, *orationes varias* consulares et ad imperatorem Zenonem habitae, iampridem deperditae. Zeno imperator fuit ab a. C. 474. ad 491.

CII. *Gelasii* Caesareensis μονόβιβλος κατὰ Ἀνομοίων, *liber aduersus Anomoeos* siue Eunomianos, cuius etiam supra cod. LXXXVIII. mentio, et *Diodori* Tarsensis περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα, *de Spiritu S. varia argumenta*. Vtrumque opus hodie desideramus. De Gelasii scriptis dixi vol. VIII. p. 370. [vol. IX. p. 290. sq. n. ed.] et de Diodori p. 358. [ibid. p. 277. sqq. n. edit.]

[P] CIII. PHILONIS Iudaei νόμων ἱερῶν ἀλληγορία, *legum sacrarum allegoria* et περὶ βίου πολιτικοῦ *de vita viri ciuilis* (Iosephi patriarchae).

CIV. EIVSDEM τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων, τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίοι. De Therapeutis et Essenis, siue *de practicae et theoreticae philosophiae apud Iudaeos cultoribus*.

CV. EIVSDEM Γάϊος ψεγόμενος, *Caii imper. vituperatio* et Φλάκκος ἢ Φλάκκων ψεγόμενος, *vituperatio Flacci*, Aegypto praefecti sub Caio imp. Omnia ista Philonis scripta hactenus memorata adhuc supersunt, quemadmodum et alia, quorum meminit Photius πολλὰ καὶ ποικίλα συντάγματα, περιέχοντα καὶ τῆς παλαιᾶς ὑπομνήματα, τὰ πλεῖστα πρὸς ἀλληγορίαν τοῦ γράμματος ἐκβιαζόμενα. De his omnibus dixi lib. IV. cap. 4. [c. 6. vol. IV. pag. 721. sqq. nou. ed.] vbi etiam de eo, vtrum Christo aliquando, vt ait Photius, nomen Philo dederit, quod neutiquam verisimile mihi videtur.

CVI. *Theognosti* Alexandrini, et sacrorum librorum interpretis, τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρείας καὶ ἐξηγητοῦ, ὑποτυπώσεις, *Hypotyposeon* siue theologicarum institutionum *libri VII.* pridem deperditi, in quibus cum Origene in plerisque sensisse et ex libris eius περὶ ἀρχῶν non pauca mutuatum esse, Photius innuit, quem tamen prae nimio in Origenem odio etiam Theognosto praebuisse se iniquiorem censura sua, (licet quodammodo emollita,) docet *G. Bullus* in defensione fidei Nicaenae sect. 2. cap. 10. §. 7. seq. Certe ab Arii, (quem aetate etiam praecessit,) sententia fuisse alienum, testis locuples S. Athanasius, qui ex secundo ὑποτυπώσεων Theognosti, (quem ἄνδρα λόγιον adpellat,) haec producit verba lib. de decretis synodi Nicaenae tom. I. p. 274. ed. Montfaucon. p. 230. ἐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, *non forinsecus filii substantia constat, neque ex non-entibus producitur,* ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμίς· *sed ex patris substantia ita progenitus est, vt a luce iubar, vt ex aqua vapor.* Ab eodem Athanasio in illud: quicumque dixerit verbum contra filium hominis tom. I. p. 971. laudantur παλαιοὶ ἄνδρες, Ὠριγένης ὁ πολυμαθὴς καὶ φι-

 λόπονος,

λόπονες, καὶ Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος. A Philippo Sidete Theognostus inter catechetas et praefectos scholae Alexandrinae celebratur post Pierium [y]), qui Dionysio Alex. vt Dionysius Heraclae, Heraclas Origeni successit. Vide *Dodwellum* ad Irenaeum pag. 488. et 511. Quod autem Eusebium arguit *Baronius* ad a. 109. num. 59. ideo Theognosti non fecisse mentionem, atque ideo eum dolo malo inuoluisse silentio, quod τοῦ ὁμοουσίου adsertor fuisset, prorsus est ab omni verisimilitudine alienum: haec enim ratio si valeat, omittendi [?] ei fuissent tot alii, quinimo patrum omnium vetustissimorum nomina obliuione praetereunda. Hypotyposeon libros ante Theognostum scripserat Clemens Alex. de quibus Photius infra cod. CIX. CXI. Quod autem de Theognosti dictione iudicium ferens ait, eum καλλολεξίᾳ ὡς ἐν ἀττικῷ καὶ συνήθει χρώμενον λόγῳ, *Salmasius* pro ἐν ἀττικῷ recte monuit legendum ἀναττίκῳ lib. de lingua hellenistica pag. 35. quod doctissimo viro Andreae Schotto iam suboluit.

CVII. *Basilii Cilicis*, Nestoriani, qui Anastasio imperante Diodori Tars. et Theodori Mopsuesteni propugnator, et Flauiano Antiochiae episcopo presbyter Antiochenus fuit, *contra Ioannem Scythopolitanum*, (de quo cod. XCV.) libri XVI. dialogorum more scripti inter Lampadium, qui Basilii partes tuetur, et Marinum, Tarasiumque, ac dicati cuidam Leontio. Interciderunt perinde, vt eiusdem Basilii historia ecclesiastica, de qua cod. XLII. [ad quem v. supra,] et liber contra Archelaum presbyterum Coloniensem, de quo Suid. in Ἀρχέλαος et Βασίλειος. Idem Suidas testatur, hunc Basilium factum esse Irenopoleos in Cilicia episcopum.

CVIII. *Theodori*, Alexandrini monachi Seueriani et Theopaschitae, Ἔλεγχος κατὰ Θεμιστίου, *aduersus Themistium* Agnoëtarum signiferum. Καλωνύμου (al. Μεγαλωνύμου) τοῦ καὶ Θεμιστίου ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίου. *Themistii apologia pro S. Theophobio.* Eiusdem κατὰ Θεοδώρου μονόβιβλος, *aduersus Theodorum liber singularis. Theodori aduersus Themistium libri III.* Haec scripta omnia Photio olim lecta interciderunt. Fuit Themistius ille diaconus Alex. sub initia sexti a Christo nato saeculi, de quo non repetam dicta volum. VIII. p. 5. seq. [vol. VI. pag. 794. ed. nou.] Theodori autem mentio ap. *Facundum* libr. II. c. 3. vbi, imp. Iustinianum pro firmanda vel amplius publicanda eius condemnatione scripsisse ad romanum episcopum, refert.

CIX. *Clementis Alex.* ὑποτυπώσεις, opus deperditum, de quo dixi lib. V. cap. 1. p. 102. seq. [vol. VII. p. 119. sqq. n. ed.] Fragmenta illius a se collecta dare voluit tomo tertio, quem parabat, Spicilegii patrum doctissimus vir *Io. Ernestus Grabe*, singulorumque exponere argumenta librorum, et demonstrare, quod Stromatum libris veluti continuandis ab Clemente subiuncti fuerint. Interpolatos etiam fuisse ab haereticis, siue potius haereticorum fuisse a Clemente enarrata, non ipsius Clementis dogmata, quae Photius in eius hypotyposibus reprehendit, siquidem Clemens lib. IV. strom. p. 475. opus illud promittens ait, se auspicium facturum ab enarratione opinionum paradoxarum, quas sparserint haeretici in Geneseos librum. Confer *Grabii* librum anglice editum, *Some instances*, p. 13. seq. *Balthasar.*

y) De hoc Pierio, Pamphili martyris praeceptore, Photius infra, cod. CXVIII. CXIX.

thasar. Germoniam de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 263. seq. *Io. Clericum* epist. critic. I. et bibl. veteri et recenti, gallice vulgata [¶] tom. VI. pag. 245. seq. et *Wilhelmi Cauei* epistolam apologeticam aduersus Clericum, editam Londini 1700. 8. pag. 44. seq. In his Hypotyposibus *Pantaenum* praeceptorem suum professus est Clemens, vt praeter Photium testatur Philippus Sidetes in fragmento, quod edidit *Dodwellus* ad Irenaeum p. 488.

CX. et CXI. Eiusdem CLEMENTIS στρωματεὺς libris VII. in aliis VIII. atque octaui loco iam ille, qui in editis exstat, incipit: Ἀλλ' οὐδὲ οἱ παλαίτατοι τῶν Φιλοσόφων, iam alius τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος *quis diues saluetur*, cuius initium: οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους. Eiusdem Clementis παιδαγωγός. De hisce scriptis, quae exstant adhuc omnia, dixi lib. V. cap. 1. p. 104. seq. [vol. VII. p. 122. sqq. n. ed.] add. *Reines*. varr. lectt. p. 93. Sed memorantur etiam Photio scripta Clementis deperdita περὶ νηστείας, περὶ κακολογίας, et περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ ad Alexandrum Hierosol. episcopum. Nouissime praeclaram Operum Clementis Alex. editionem versione plurimis castigata locis, locis S. Scripturae adnotatis diligenter et eruditis animaduersionibus instructam vulgauit illustris Oxoniensium episcopus *Ioannes Potterus* Oxon. 1715. fol. Nonnulla fragmenta ipsi praeterita dedi graece et latine tomo posteriori operum S. Hippolyti. Hamb. 1718. fol. [v. vol. VII. p. 129. n. ed.]

CXII. et CXIII. Clementis Romani διαταγαὶ τῶν Ἀποστόλων, *constitutiones apostolicae*, quae graece etiamnum exstant, et ἀναγνωρισμός, *recognitiones*, quas tantum latine habemus ex Rufini versione. z) De vtriusque operis editionibus dixi lib. V. cap. 1. pag. 33. seq. [vol. VII. p. 24. sqq. n. ed.] Epistola praemissa vtraque et *Clementis ad Iacobum* fratrem Christi, et ad eumdem *Petri* apostoli, edita est a Cotelerio graece et latine ante Clementina siue homilias XIX. Clementi tributas. In recognitionum autem opere obuiae, quas Photius memorat, αἱ λεγόμεναι τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου πράξεις, et αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις. Vide *Grabium* tom. I. spicilegii patrum p. 276. seq. et *Cotelerium* tom. I. patrum apostol. Meminit etiam Photius et hoc loco et infra cod. CXXVI. *epistolarum ad Corinthios*, quae itidem exstant: tum prioris illius, quae sola ex omnibus Clementis Rom. scriptis genuina habetur, tum posterioris, quam perinde vt *Petri et Appionis* πολύστιχον διάλογον reiectitiam esse ipse Photius innuit. Hunc dialogum in recognitionum opere non contineri, sed diuersum ab illo opus esse, idque deperditum, recte *Grabius* adnotauit, quem vide sis p. 271. seq.

CXIV. *Lucii Charini* Manichaei αἱ λεγόμεναι τῶν Ἀποστόλων περίοδοι, apocryphae *periodi apostolorum* Petri, Ioannis, Andreae, Thomae, Pauli, de quibus pridem deperditis dixi in codice apocrypho Noui Testamenti.

CXV. *Ano-*

z) In constitt. apostol. Photio recte displicet phrasis ἀνακολούθοις. v. *Coteler*. ad PP. App. tom. I. p. 238. — Locum ex Photio, tunc adhuc inedito, produxit *Turrianus* a. 1573. in Apolog. pro canonibus Apost. p. 96. vbi eruditissimum et incredibili lectione Photium adpellat, et p. 159. sq. vbi idoneum auctorem et locupletem: add. p. 215. et 220.

[⁋] CXV. *Anonymi liber contra Iudaeos et Quartadecimanos* de Paſchate, quod Chriſtus feria quinta illud non obierit, neque praeuerterit, ſed propriam myſticam celebrauerit coenam: quum tempus paſchatis legalis non aduenisſet: id, quod Chryſoſtomi et eccleſiae ſententiae aduerſum eſſe, monet Photius. Conf. *Petr. Arcudius* libr. III. Concord. cap. 4. p. 158. Alius item *Metropori* de computo XXVIII. enneadecaeteridum per annos 533. a tempore Diocletiani imp. ad paſchatis rationes deſignandas. Neutrum ſcriptum hodie exſtat: niſi prius ſit illud Philoponi, de quo ſupra, cap. 34. §. IV. Ita ſane viſum *Stephano de Altimura* p. 263. panopliae contra ſchiſma Graecorum. — De *Metrodori* cyclo, quem fuiſſe Aegyptium, et ante Theophil. Alex. ſcripſiſſe ſuſpicatur, vid. *Henr. Noris.* in diſſ. de cyclo paſchali Rauennate cap. 3. p. 183. ed. Lipſ. *Henr.* autem *Valeſius* putat, Metrodorum ſignificari, ex cuius mendaciis bellum cum Perſis a Conſtantio ſuccenſum ſcribit *Ammianus*, XXV. 4. p. 428. et Cedrenus etc.

CXVI. *Anonymi περὶ τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑορτῆς λόγος τρίτος ἐν τόμοις ὀκτώ, de ſacro paſchate* liber tertius in octo ſectiones diuiſus, ad Theodorum. In ſectione quarta Metrodorum, (de quo in codice ſuperiore,) oppugnatum Photius teſtatur. Etiam hic ſcriptor, (cuius neque tertius neque priores duo de iſto argumento hodie exſtant,) contendit, Chriſtum proxime ante paſſionem ſuam paſcha iudaicum non celebraſſe, quam ſententiam, negat Photius, temere amplectendam eſſe, quoniam Chryſoſtomus et eccleſia aliter ſentiat: Καὶ σκοπεῖν χρή· ὁ γὰρ Χρυσόστομος καὶ ἡ Ἐκκλησία τότε φησὶν αὐτὸν ἐπιτελέσαι τὸ νομικὸν, πρὸ τοῦ μυστικοῦ δείπνου. [v. ad cod. anteced.]

CXVII. *Anonymi apologia pro Origene eiusque dogmatibus*, βιβλίον ὑπὲρ Ὠριγένους καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων ἐν τόμοις πέντε, *libris V.* Teſtes pro Origene laudauit hic ſcriptor, cuius opus hodie deſideramus, Dionyſium et Demetrium Alexandrinos epiſcopos et Clementem presbyterum Alexandr. praecipue vero, (de quibus mox cod. CXVIII.) Pamphilum martyrem et Euſebium.

CXVIII. PAMPHILI martyris et EVSEBII Caeſareenſis *apologiae pro Origene libri ſex*, quorum quinque ſcriptos ab vtrisque Pamphilo, in carcere detento, et Euſebio, ſextum poſt Pamphili martyrium, a ſolo Euſebio [aa]) ſuppletum, Photius teſtatur: ὑπὲρ Ὠριγένους, τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ἕξ, ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ τῷ δεσμωτήριον οἰκοῦντι, συμπαρόντος καὶ Εὐσεβίου, ἐξεπονήθησαν, ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ξίφει τοῦ ζῆν ἀπαχθεὶς ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει θεὸν, Εὐσεβίῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεται. Et aliquibus interiectis: τὴν δὲ ὑπὲρ Ὠριγένους ἀπολογίαν, ὁ Πάμφιλος σὺν Εὐσεβίῳ καθειργμένος τῷ οἰκήματι συνεγράψατο. Addit opus ab iisdem transmiſſum ad confeſſores pro Chriſti nomine ad metalla damnatos horumque praecipuum Patermuthium. Hic ἀνάλυσις διὰ πυρὸς quid ſit, v. ap. *Gatacker.* Opp. crit. p. 46. Ex illis ſex libris ſolus primus exſtat latine e *Rufini* verſione [bb]), ceteri perierunt, vt dixi vol. VI. p. 102. [vol. VII. p. 405. ſq. n. ed.] Meminit huius operis auctor ſynodici aduerſus tragoediam Irenaei c. 198. (in Baluzii concil. p. 895.) *Euſebius in opere*

aa) Circa a. 308. vel 309. vt eſt credibile.

bb) De hac verſione *Tillemont.* tom. XII. memor. p. 205. ſeq. vt de opere ipſo tom. III.

...re apologetico pro Origene et dogmatibus eius, id est, pro praeexistentia et restitutione c...posito, quod martyris (Pamphili) *et ipsius Eusebii* [?] *nominibus praenotatur, multis ...de praecedentium patrum testimoniis vsus est pro praedictis erroribus. Nec tamen idcirco ab ecclesia DEI vel Origenes absoluitur, quasi non fuerit nouitatis inuentor, sed illi pariter addicuntur.* Malim tamen Photio et pluribus aliis veteribus, argumentisque a *Tillemontio* tom. III. memor. productis habere fidem, quam cum Balthasare Germonio Hieronymi bilem citra examen admittente in libro de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 305. seq. statuere, in hoc opere nullas Pamphili fuisse partes, sed meram illam Rufini fraudem, qui libros Eusebii pro Martyris lucubratione venditare voluerit. Certe graecos etiam codices Pamphili nomen praetulisse ex graecorum scriptorum testimoniis liquet. Testatur autem Photius, plures etiam alios magnae auctoritatis in ecclesia viros illa aetate apologias pro Origene composuisse: Καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ καὶ ἀξιολογώτατοι ἀπολογίας ὑπὲρ αὐτοῦ συνετάξαντο. Idem narrat, Pamphili praeceptorem fuisse *Pierium* presb. et scholae Alex. praefectum, postea vna cum fratre Isidoro coronatum martyrio, quorum memoriae templa et oratoria dedicata sunt, vt Pierii templum Alexandriae memorat *Epiphanius* haeresi LXIX. 2. Pamphilum denique narrat Photius, plures Origenis in sacras litteras commentarios πολλὰ τῶν ἐξηγήσεων εἰς τὴν θείαν γραφὴν sua manu descripsisse, quod confirmant *Eusebius* VI. 36. hist. et *Hieronymus* c. 75. de S. E. ad quem notaui, in bibl. Coisliniana etiamnum exstare apographum codicis epistolarum Paulli, qui manu S. Pamphili martyris exaratus fuit.

CXIX. *Pierii* presbyteri Alex. (de quo superiore codice dictum) λόγοι δώδεκα, *libri duodecim* de variis argumentis theologicis, ἐξηγήσεις καὶ διαλέξεις vocat *Eusebius* VII. 32. hist. ex quibus duarum tantum inscriptiones adfert Photius: εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, et εἰς τὸ πάσχα καὶ τὸν Ὠσηέ. De hoc postremo S. Hieronymus praef. in Oseam: *Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio huius prophetae, die vigiliarum dominicae passionis extemporali et diserto sermone profudit.* Et c. 76. de script. eccles. vbi Origenem iuniorem adpellatum illum esse testatur: *Huius est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia paschae habitum ipse sermo demonstrat.* Non dubito etiam, ex his duodecim λόγοις Pierii, Photio lectis, fuisse tractatum *in* 1. *ad Corinthios*, ex quo idem Hieronymus epist. ad Pammachium: *Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistolam interpretati sunt, quorum Pierius, quum sensum apostoli ventilaret atque edissereret, et proposuisset illud exponere,* volo autem omnes esse, sicut meipsum 1. Cor. VII. 7. *adiecit:* ταῦτα λέγων Παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. Huius Pierii [?] scripta, quem eruditissimis ecclesiae doctoribus iungit Hieronymus epistola ad magnum Oratorem, nihil hodie exstat. *Palladius* in Lausiaca c. 12. narrat, Ammonium plura potuisse citare memoriter ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii.

CXX. IRENAEI, episcopi Lugdunensis, ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, *redargutio atque euersio falso iactatae* (rerum diuinarum) *cognitionis*, siue *contra haereses libri V.* adhuc superstites ex veteri latina versione cum graecis quibusdam fragmentis, quae post Franciscum Feuardentium et industriam singularem Io. Ernesti Grabe conquisita

ſunt a *Renato Maſſueto*, monacho Benedictino, cui praeclaram huius ſcriptoris editionem debemus vulgatam Pariſ. 1710. fol. Ipſe Maſſuetus, aliis pluribus egregiis lucubrationibus rem locupletaturus eccleſiaſticam, diſceſſit ex hac vita a. 1716. menſe Ianuario. De aliis Irenaei editionibus dixi lib. V. c. 1. p. 67. ſeq. [vol. VII. p. 77. ſqq. et de Maſſueti edit. pag. 80. ſq. nou. edit.]

CXXI. *HIPPOLYTI*, qui Irenaeum modo memoratum habuit magiſtrum, *βιβλιδάριον, σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ'·* libellus complexus digeſtum aduerſus haereſes XXXII. a Doſitheanis vsque ad Noëtum ſiue Noëtianos. Hoc opus intercidit ſolo capite poſtremo *contra Noëtum* excepto, quod graece et latine vulgaui in tomo poſteriore operum Hippolyti, Hamburg. 1718. fol. Profeſſus fuit Hippolytus hoc opuſculo, ſe in compendium miſiſſe, quae ex ore Irenaei aduerſus haereſes diſputantis acceperat: *ταύτας δέ φησιν (αἱρέσεις) ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου, ὧν σύνοψιν ὁ Ἱππόλυτος ποιούμενος τόδε τὸ βιβλίον φησὶ συντεταχέναι.* De aliis Hippolyti ſcriptis dixi lib. V. cap. 1. pag. 203. [p. 183. ſqq. vol. VII. n. ed.] et in iam memorata editione illius operum. Apud Photium autem, niſi ipſe male intellexerit verba Euſebii VI. 23. hiſt. ante verba: *λέγεται δὲ καὶ ἔτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Ὠριγένους*, neceſſe eſt, quaedam excidiſſe de *Ambroſio* Alexandrino, cui conueniunt illa omnia, quae deinceps ſequuntur, et quod notarios ſeptem Origeni aluerit et eius fuerit *ἐργοδιώκτης*, et plura ipſe in litteras miſerit, quae tamen omnia pridem interciderunt. Vide, ſi placet, quae notaui ad Hieronymum de Script. eccleſ. cap. 61.

CXXII. CXXIII. CXXIV. EPIPHANII *τὰ πανάρια, ἐν τεύχεσι μὲν τρισὶ, τόμοις δὲ ἑπτὰ, panaria contra haereſes LXXX, in tribus voluminibus, libris ſeptem.* Eiusdem Ἀγκυρωτὸς, *Ancoratus*, ſiue *ancora fidei*, cc) velut ſynopſis [ꝑ] operis ſuperioris, ſed prius ſcripta, et catholicae Chriſtianorum doctrinae epitomen e ſacris litteris collectam exhibens: et opus tertium cuius titulus excidit, qui ſi non alius eſt a libro *de menſuris et ponderibus*, vt Hoeſchelio videtur, nihil Epiphanii Photio lectum eſt, quod hodie non habeamus. De illis ſcriptis eorumque editionibus dixi volum. VII. lib. V. cap. 11. [cap. 7. vol. VIII. p. 255. ſqq. n. edit.]

CXXV. IVSTINI martyris ſcripta varia, 1) *Apologia* ad Antoninum Pium eiusque filios et ſenatum Rom. 2) *Apologia altera* ad Antonini Pii διαδόχους (M. Antoninum et L. Verum,) 3) ſcriptum tertium aduerſus ethnicos, in quo *περὶ φύσεως δαιμόνων de natura daemonum* Iuſtinus diſputauerat 4) Ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας· 5) περὶ Θεοῦ μοναρχίας, de vno ſummo Deo. 6) Κατὰ Ἰουδαίων colloquium cum Tryphone:) 7) contra dogmata quaedam Ariſtotelis *κατὰ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, ἤτοι κατὰ εἴδους καὶ ὕλης στερήσεως ἐπιχειρηματικοὶ καὶ βίαιοι καὶ χειρώδεις λόγοι, καὶ κατὰ τοῦ πέμπτου σώματος, ὁμοίως καὶ κατὰ τῆς ἀιδίου κινήσεως ἣν Ἀριστοτέλης δεινότητι λογισμῶν ἐναπέτεκεν.*

cc) Epiphanius ipſe haereſi LXIX. 27. *γεγράφαμεν περὶ πίστεως, ᾧ λόγῳ ἐπεθέμεθα ὄνομα ἀγκυρωτὸν, καὶ γὰρ ἐκ πάσης γραφῆς συνάγοντας ἄγκυραν ὥσπερ τὴν ἁγίαν πατέρων πίστιν.* Idem LXXIV. 1. *τὰ ἤδη μοι εἰρημένα ἐν τῷ μεγάλῳ λόγῳ τῷ περὶ πίστεως γραφέντι εἰς τὰ μέρη Παμφυλίων.*

κεν. 8) Solutiones succinctae ethnicorum quorumdam dubiorum, ἀποριῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις. Haec scripta Iustini omnia adhuc exstant, saepiusque lucem viderunt, nisi quod tertium non peruenit ad nos integrum, vtpote in quo illa de daemonibus disputatio desideratur. Cetera deperdita Iustini scripta, quae Photius memorat, sunt 9) ὁ ψάλτης, 10) λόγοι κατὰ Μαρκίωνος, et 11) ἡ κατὰ πασῶν αἱρέσεων πραγματεία. De singulis, tam editis, quam illis, quae interciderunt, dixi lib. V. cap. 1. pag. 53. seq. [vol. VII. p. 54. sqq. n. ed. et pag. 57. sq. de ed. Thirlbii.] Hodie nouam praestantissimi doctoris scriptorum ἔκδοσιν parant Parisiis *Prudentius Maranus* Benedictinus, et Cantabrigiae *Styanus Thirlby.* Vidi etiam paratos ad praelum eruditos commentarios quibus Iustinum illustrauit egregie, quum Oxonii versaretur, *Ioannes Adolphus Hofmannus*, Germanus Ploenensis, quibus inter alia ex Hebraeorum scriptis ostendit Iustinum dialogo cum Tryphone κυρίας Iudaeorum δόξας illi opponendo, Iudaeum oppugnare.

CXXVI. CLEMENTIS Romani *epistolae duae* ad Corinthios, et eodem volumine, POLYCARPI epistola ad Philippenses, quas vniuersas hodie, licet alicubi mancas habemus, vt dixi lib. IV. c. V. §. 14. [vol. IV. p. 828. sqq. n. ed.] et lib. V. cap. 1. pag. 48. seq. [vol. VII. p. 50. sq. ed. nou.] Clementis epistolarum mentionem fecerat Photius etiam [℣] cod. CXIII. et posteriorem tamquam spuriam reiici monuerat. De Photii iudicio de ep. II. v. PP. apostol. *Coteler.* tom. II. part. 2. p. 381. Nouissime Polycarpi epistola cum Ignatii septem epistolis, quas collectas suaeque subiectas ad Philippenses [dd]) olim misit, graece et latine emendate vulgata est Oxonii 1708. 8. a. C. Aldrichio, Ignatianis nouo accuratissimo studio eruditissimi viri *Antonii Mariae Saluini* in illustris H. Neutoni gratiam ad codicem mediceum recensitis. Photius tamen Ignatii epistolas in eodem cum Polycarpiano volumine neutiquam reperit.

CXXVII. EVSEBII Pamphili ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα ἐγκωμιαστικὴ τετράβιβλος, *libri IV. de Constantini magni laudibus*, editi saepius ad calcem historiae ecclesiasticae, vt dixi volum. VI. p. 100. [vol. VII. p. 402. sq. n. ed.] Photius Eusebio vertit vitio, quod de haeresi Arii, eiusque oppugnatoribus Eustathio Antiocheno et Athanasio, Alex. et de decreto synodi Nicaenae, atque aliis episcoporum super dogmate contentionibus rem omnem silentio inuoluerit, vel leuiter transierit, perinde ac si in imperatoris vita atque encomio necesse sit ista omnia legi.

CXXVIII. LVCIANI ὑπὲρ Φαλάριδος, *pro Phalaride*, et νεκρικοὶ καὶ ἑταιρικοὶ διάλογοι διάφοροι, *dialogi mortuorum, meretriciique* et *alia varii argumenti scripta*, ἕτεροι διαφόρων ὑποθέσεων λόγοι. Haec omnia hodie manibus studiosorum teruntur, vt dixi lib. IV. cap. 16. [c. 18. vol. V. p. 325. sqq. ed. nou. vbi quoque pag. 326. not. *g.* ea reposui, quae Fabric. olim hoc loco scripserat. *Harl.*]

dd) Photius e Polycarpo: λέγει δὲ καὶ τὰς Ἐπιστολὰς αὐτοῖς (τοῖς Φιλιππησίοις) Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αὐτὰς ἀναδιδαχθῆναι παρ᾽ αὐτῶν ἄν τι περὶ ἐκείνου διακύσωσιν.

[P] CXXIX. *Lucii* Patrensis [ee]) *μεταμορφώσεως λόγοι* pridem deperditi, e quibus Lucianus Lucium suum, siue obscoenam in asinum metamorphosin expressit, vt ipse non diffitetur tom. II. edit. Amst. p. 115. vbi ita auctorem scripti illius, quem sequutus ipse est, prodit: *Πατὴρ μέν ἐςί μοι Λέκιος, τῷ δὲ ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Γάϊος, ἄμφω δὲ τὰ λοιπὰ δύο ὀνόματα κοινὰ ἔχομεν. Κἀγὼ μὲν ἱςοριῶν καὶ ἄλλων εἰμὶ συγγραφεύς· ὁ δὲ, ποιητὴς ἐλεγείων ἐςὶ καὶ μάντις ἀγαθός. Πατρὶς δὲ ἡμῖν Πάτραι τῆς Ἀχαΐας.* Vide et p. 86. Frequens quoque Lucii nomen in Milesiis Apuleii, quae et ipsae ex eo expressae, et fortasse Lucii praenomen inde Apuleio inditum. Lucii illius iocos quosdam et salse ad Herodem Atticum atque Antoninum imp. dicta refert Philostratus in Herodis Attici vita lib. II. de sophist. c. 1. n. 9. Idem fortasse Lucius Aristidae rhetoris amicus, cuius meminit in orationibus sacris tom. I. p. 641. 642. Lucii huius et Luciani iterum mentio inter scriptores eroticos apud Photium cod. CLXVI.

CXXX. *Damascii*, (ethnici philosophi, quem patria Damascenum vocat cod. CLXXXI. et regnante in Italia Theodorico scripsisse, docet cod. CCXLII. p. 553.) *libri IV.* quorum 1) *περὶ παραδόξων ποιημάτων, de admirandis operibus capita CCCLIII.* 2) *παραδόξων δαιμονίων διηγημάτων, admirandarum narrationum de daemonibus capita LII.* 3) *περὶ τῶν μετὰ θάνατον ἐπιφαινομένων ψυχῶν, παραδόξων διηγημάτων, de animarum adparitionibus post obitum, admirandarum narrationum capita CV.* Libri quarti titulus in Photio non exstat, quemadmodum totum Damascii opus iam diu periit, quod si exstaret, non leue fortasse credulitatis superstitionisque ethnicae documentum haberemus. Alios *παραδόξων* scriptores vide, si placet, supra lib. I. cap. 22. §. 4. lib. III. c. 6. §. 21. b. et cap. 27. §. 8. et lib. IV. cap. 13. §. 2. [vet. ed.] et apud *Ionsium* lib. II. de scriptoribus hist. philosoph. c. 12. *Fabr.* Vid. supra, in vol. III. p. 483. sqq. vbi in epimetro plura scripsi: add. not. ad vol. IX. p. 683. *Harl.*

CXXXI. *Amyntiani εἰς Ἀλέξανδρον, de rebus Alexandri M.* ad Marcum Antoninum imp. Eiusdem *βίοι παράλληλοι, vitae parallelae, Dionysii* tyranni et *Domitiani* imp. libris duobus: *Philippi* Macedonis et *Augusti* imp. itidem libris II. et liber de *Olympiade* Alexandri M. matre. Haec scripta omnia Amyntiani, de quibus admodum sinistre Photius, interciderunt. *Fabr.* Conf. cel. *St. Croix* in: Examen critiq. des Historiens d'Alexandre p. 57. seq. edit. II. *Harl.*

CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. CXXXV. *Palladii, Aphthonii, Eusebii* et *Maximi* sophistarum *μελέται διάφοροι, variae declamationes*, inter [P] quos Palladio palmam eloquentiae Photius tribuit. *Maximum* eumdem esse, non dubito, magistrum imp. Iuliani, sophistam Byz. cuius [ff]) *περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων* Suidae memoratum scriptum breue edidit *Ca-*

rolus

ee) Vide supra vol. IV. p. 499. [vol. V. p. 339. n. ed.] et volum. VI. p. 828. [vol. VIII. p. 159. ed. nou.]

ff) Antequam illud vidissem, astrologici argumenti esse male suspicabar, quale est poëma Maximi *περὶ καταρχῶν* eidem Suidae memoratum, quod edidi vol. VIII. p. 415. [vol. IX. p. 324. sqq. n. edit.] Itaque emendandum, quod scripsi VIII. p. 769. [vol. IX. p. 678. n. ed. monitus a la Croze in Thes. epistol. Lacroz. T. I. p. 125. *Harl.*]

rolus Stephanus graece ad calcem Dionysii Halicarnassei epistolae ad Pompeium, Paris. 1554. 8. quod donatum mihi ab eruditissimo viro M. V. la Crose, non dubito infra cap. 39. cum mea versione tecum communicare. *Eusebium* suspicor rhetorem illum Alexandrinum, de quo Eunapius: *Palladium* vero Methonaeum sophistam Constantini imper. clarum aetate, cuius διαλέξεις et λόγους varios Suidas laudat. De *Aphthonio* Antiocheno cuius progymnasmata sunt in omnium manibus, dixi lib. IV. c. 31. [c. 33. vol. VI. p. 94. sqq. n. edit.]

CXXXVI. CYRILLI Alex. οἱ Θησαυροὶ, thesauri de SS. trinitate contra Arium et Eunomium. Exstant tomo quinto eius operum, distributi in λόγους triginta quinque, vt notaui vol. VIII. p. 562. seq. [vol. IX. p. 461. seq. ed. nou.] Apud Photium nulla numeri aut distinctionis in λόγους mentio, qui opus hoc ἐπιχειρηματικὸν βιβλίον adpellat.

CXXXVII. EVNOMII haeretici βιβλιδάριον, quod *Basilius* magnus aegre tandem nactus, libris V. aduersus Eunomium scriptis confutauit. Hoc Eunomii scriptum primus graece et latine edidi vol. VIII. p. 262-305. [vol. IX. p. 211. vbi vero caussam, cur in hac nou. ed. excluserim, significaui], quemadmodum minorem illius ἔκθεσιν (a Valesio iam et Baluzio publicatam) p. 253-260. [vol. IX. p. 210. seq. vbi vero eam omisi.] Haec posterior, quam Eunomius libris tribus aduersus Basilium (de quibus mox) inseruerat, refellitur a *Greg. Nysseno* in libris, de quibus dixi VIII. p. 151. et 160. [vol. IX. pag. 110. et 121. nou. ed.] quemadmodum de Basilii libris p. 78. seq. [p. 35. sqq. n. ed.]

CXXXVIII. *Eunomii* eiusdem *libri III. aduersus Basilium*, qui hodie non exstant: sicut quae Eunomio opposuere *Theodorus* (Mopsuestenus) et *Sophronius* (Hierosol.) Photio memorati tum hoc loco, tum supra cod. IV. et V. Exstat vero *Gregorii* Nysseni opus aduersus Eunomium, (de quo cod. VI.)

CXXXIX. *Athanasii* magni *in ecclesiastem et cantica canticorum* commentarii, qui hodie desiderantur, sed supersunt eius *epistolae et apologia de fuga*, (confer cod. XXXII.) quibus nihil elegantius inter Athanasii scripta se vidisse Photius testatur: εἰς μέντοι τὴν χάριν καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐπιστολῶν, αἷς τὴν ἀπολογίαν αὐτῷ τῆς φυγῆς καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐξεργάζεται, ἄλλο τι, ὅσα ἐμὲ τῶν αὐτοῦ εἰδέναι, οὐδὲν ἀναφέρεται.

[418] CXL. Eiusdem ATHANASII *libri quinque aduersus Arium*, ἡ κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων πεντάβιβλος, exstant tom. I. operum Athanasii edit. nou. eruditiss. Montfauconi p. 405. seq. aduersus Arianos libri quatuor, nam quinti loco Photius habuit epistolam contra Arianos encyclicam ad episcopos Aegypti et Libyae, quae occurrit in eodem tom. I. p. 270. Vide, si placet, quae a me notata sunt lib. V. cap. 2. [vol. VIII. pag. 186. nr. 15. nou. ed.] Photius notat, Basilium et Gregorium Nazianzenum ex Athanasio velut ex vberrimo fonte deriuasse partem argumentorum, quibus illorum scripta aduersus Arium exvndant. Litteris contra Apollinar. χάριν καὶ κάλλος praeter cetera Athanasii scripta tribuit.

CXLI. CXLII. CXLIII. et CXLIV. BASILII magni *in Hexaëmeron;* 2) ἠθικοὶ λόγοι siue *homiliae de moribus;* 3) *epistolae* tum canonicae, tum aliae plurimae ad diuersos,

τὸ ἄλλο πλῆθος ὡς διαφόροις ἐπέστειλεν; et 4) *ascetica.* Haec omnia Basilii scripta aetatem tulere, saepius edita, vt dixi vol. VIII. lib. V. cap. 19. [vol. IX. c. 14. p. 12. sqq. n. ed.]

CXLV. *Helladii* Alexandrini, Theodosio iuniore imperitante clari, cuius iterum cod. CLVIII. atque apud Suidam mentio, (diuersi ab Helladio Besantinao, de quo infra, cod. CCLXXIX.) *Lexicon* vocabulorum phrasiumque graecarum, (non poëticarum, vt *Diogeniani*, sed quarum in prosa maxime vsus,) copiosissimum et πολυστιχώτατον, septem τεύχεσιν siue voluminibus. Quae ille habet de verbis κόπτειν et ψοφεῖν, ad illa lege Suidam tom. II. p. 348.

CXLVI. *Anonymi Lexicon* καθαρᾶς ἰδέας, *puri ac tersi sermonis,* itidem copiosum ac prolixum.

CXLVII. *Anonymi Lexicon* σεμνῆς ἰδέας, stili grauis ac ponderosi.

CXLVIII. *Anonymi Lexicon* ἰδίως λόγου πολιτικοῦ, *orationis proprie ciuilis.*

CXLIX. *Pollionis Lexicon,* in quo multae fuere voces poëticae, non tanta copia tamen, quam in Lexico *Diogeniani*, de quo cod. CXLV. Pollio ille videtur idem cum *Valerio Pollione* Alexandrino, quem Suidas in Πωλίων ait tempore Adriani imper. vixisse ac scripsisse Lexicon vocum Atticarum, quod et ipsum periit, συναγωγὴν Ἀττικῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον.

CL. *Iuliani,* (Cappadocis sophistae, de quo Suid. et Eunapius,) *Philostrati* Tyrii, (cuius opus de vita Apollonii Tyanensis memorat Photius cod. XLIV. et CCXLI.) et *Diodori* (cui Valerius Pollio pater, Suida teste,) *Lexica in decem* Atticos *rhetores.* Ex hisce nouem Lexicis Photio hactenus memoratis, ne vnum quidem ad nos peruenit.

CLI. TIMAEI (sophistae) πρὸς Γεντιανὸν, *ad Gentianum (MS.* Γαιατιανὸν *Gaiatianum) libellus de vocibus apud Platonem,* περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. [Plura leges supra in vol. VI. p. 243. not. *ff. Harl.*]

[⁋] CLII. *Aelii Dionysii* Halicarnassei, (qui temporibus Hadriani vixit,) *de vocibus Atticis* ad Scymnum, *libri quinque.* Duas huius operis editiones Photius euoluit, quarum neutra hodie exstat. De Dionysio hoc dixi vol. VII. pag. 57. seq. [vol. VI. pag. 364. nou. ed.]

CLIII. *Pausaniae* Lexicon Atticum, Dionysio in quibusdam etiam copiosius. Hunc Pausaniam, cuius Lexicon ῥητορικὸν citatur ab Eustathio, et ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγὴ a scholiaste Thucydidis, Kusterus [gg]) diuersum putat a Pausania Caesareensi, de cuius descriptione Graeciae dixi lib. IV. cap. 15. [cap. 17. vol. V. p. 308. nou. ed.], sed rationem non addit, neque ego fateor, me videre.

CLIV.

gg) Ad Suidam in Πύνδαξ.

CLIV. et CLV. *Boëthi* (illius, ni fallor, ad quem de anima ſcripſit Porphyrius.) λέξεων πλατωνικῶν συναγωγὴ ad Melantam, *Lexicon Platonicum*, Timaei illo, de quo ſupra cod. CLI. longe praeſtantius, et eiusdem *Boëthi* alius liber περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων, *de obſcuris apud Platonem vocibus* ad Athenagoram.

CLVI. *Dorothei* περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων, *Lexicon vocum nouarum et peregrinarum.* Ex quinque Scriptis hactenus commemoratis nullum hodie exſtat: neque habeo iam, quae de Lexicis graecis deperditis addam ad ea, quae diſſerui lib. IV. c. 34. ſeq. [cap. 39. vol. VI. p. 353. ſqq. et pag. 365. de *Dorotheo*, nou. edit.] Ceterum Dorotheum hunc, nihil vetat, eſſe Aſcalonitam illum grammaticum, cuius meminit Stephanus Byz. in Ἀσκάλων, et Etymologicum magnum in Ἀμφιγνοεῖν.

[☞] CLVII. MOERIDIS Ἀττικιστής, *libellus de vocibus Atticis.* [Quoniam de Moeride eiusque libello plura adnotaui ſupra ad vol. VI. p. 171. ſqq. ea, quae Fabric. olim h. loco ſcripſerat, exſulare iuſſi. *Harl.*]

[☞] CLVIII. *Phrynichi Arrhabii* σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγοι λέ, *adparatus ſophiſticus*, ſiue rhetoricus vocum formularumque elegantium ac ſelectarum libris XXXV. quod totum opus ordine literarum digeſtum Commodo imp. at ſingulos libros amicis ſingulis inſcripſerat. *Fabr.* Reliqua, quae ille olim h. l. ſcripſerat, in noua hac edit. deleui, quoniam ea iam reddidi et auxi ſupra in vol. VI. p. 175. ſqq. *Harl.*

[☞] CLIX. ISOCRATIS *Orationes XXI.* et *epiſtolae IX.* quae hodie omnes exſtant, nam et ἡ πρὸς Εὐθύνουν ὑπὲρ Νικίου eſt oratio, quae inter editas ἀμάρτυρος inſcribitur. De orationibus Iſocratis dixi lib. II. c. 26. §. V. [vol. II. pag. 776. ſqq. n. ed.] et de epiſtolis lib. II. cap. 10. §. 7. [ibid. p. 791.]

CLX. CHORICII ſophiſtae *Gazaei* Chriſtiani μελέται καὶ συντάξεις λόγων διάφοροι, e quibus vol. VIII. p. 841. ſeq. [hh]) vulgaui memoratum nominatim Photio ἐπιτάφιον in Procopium, Gazaeum Choricii magiſtrum, nec non orationem in Σοῦμμον στρατηλάτην, cetera illius vel interciderunt, vel adhuc latent in bibliothecis manu exarata: fuere autem varii generis multaque, πλασματικοὶ λόγοι ſiue declamationes, tum panegyrici, μονῳδίαι ſiue orationes funebres et epithalamii [☞] et ἀντιῤῥητικοὶ ſiue controuerſiae, aliaque. Teſtatur Photius, Choricium floruiſſe Iuſtiniani aetate, diſcipulum Procopii Gazaei, ac poſtea ſophiſtae alterius in eadem vrbe, cui etiam ſeni defuncto in officio publici doctoris ſucceſſit. De

hh) Vol. IX. p. 760. ſqq. n. ed. vbi equidem duas illas oratt. omiſi; at alia ſuppleui. — In cod. *Veneto* D. Marci, qui continet *Macarii Chryſocephali* Ῥοδωνιὰν, reperitur hoc Photii caput ita inſcriptum — Φωτίου ἐπιστολὴ πρὸς Γεώργιον Μητροπολίτην Νικομηδίας περὶ τοῦ Χορικίου· ſed cum quadam lectionis varietate. Eodem prorſus modo inſcripta eſt haec epiſtola in cod. *Matrit.* CI. qui continet *Choricii* XIX. declamatt. Plura de illa fraude librariorum, qui falſos libris titulos adfingere haud dubitabant, et de codd. Veneto ac Matrit. dabit *Villoiſon* in Anecdot. graecis, tom. II. p. 16. ſqq. et de Matrit. *Iriarte* in cat. graec. codd. Matrit. p. 401. *Harl.*

De hoc altero potius Choricii magiſtro, quam de Procopio [ii]) videntur accipienda, quae apud Photium ſequuntur: *τέτε λόγοι πολλοὶ καὶ παντοδαποὶ φέρονται ἄξιον ζήλε καὶ μιμήσεως χρῆμα·* et quod ait, oratoriam ipſius facultatem potiſſimum eluxiſſe ex opere, quod hodie nusquam exſtat, et in quo ſophiſta ille verſus, quos voluit, Homericos in proſam reſolutos varia eloquutus eſt metaphraſi, et multiplici orationis colore ac charactere expreſſit. Procopium, Choricii magiſtrum, a Procopio Caeſarienſi hiſtorico, (de quo cod. LXIII.) diſtinguens Photius merita mactat laude, et commentarios illius in ſacras litteras notos ſibi fuiſſe haud obſcure innuit his verbis: *γέγονε δὲ μαθητὴς Προκοπίε ῥήτορος ἑνὸς τῶν ἀρίςων (ἐ τε Καισαρέως δὲ) ὃς εἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκεῖνο καιρε τὰς γραφὰς συντάξας ἀείμνηςον αὐτε κλέος τοῖς σπεδαιοτέροις καταλέλοιπεν.* Sed de *ἐξηγητικαῖς* eius *σχολαῖς* ſpeciatim infra cod. CCVI. *Fabr.* In cod. *Vatic.* DCCCCXXVIII. ſelecta ex Photio, de decem rhetoribus, in quibus de *Choricio,* et *Attici* fragmm. contra Platonis ideas, in cod. *Vatic.* DCCCCXXVIII. teſte *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 34. *A. Harl.*

CLXI. *Sopatri* ſophiſtae *ἐκλογαὶ διάφοροι, varia electa, libris VII.* quibus res quamplurimas memorabiles, veras, fabuloſas, ex ſelectis ſcriptoribus iucunda varietate et copia explicauerat; opus, quod cum non leui eruditae antiquitatis iactura deſideramus. Meminit illius etiam Suidas: *Σώπατρος· Ἀπαμεὺς σοφιςὴς ἢ μᾶλλον Ἀλεξανδρεύς. ἐπιτομὰς πλείςων· τινὲς δὲ καὶ τὴν ἐκλογίαν τῶν ἱςοριῶν τέτε εἶναι φασί.* Hic Sopater Alexandrinus alius a Sopatro Paphio comico eodemque parodo, (quem lib. II. cap. 22. *) Suidam ſequutus male a comico diſtinxi,) et a Sopatro, cuius epiſtolam ad Hemeterium fratrem de magiſtratu bene gerendo ſeruauit magnam partem *Stobaeus* ſermon. 44. et a Sopatro Apameenſi, ſcriptore libri de prouidentia, Iamblichi diſcipulo, quem Conſtantinus magnus interemit, de quo ad Eunapium; nec non a Sopatro, ad quem Libanii epiſtolae. Sed fortaſſe non diuerſus ab auctore commentariorum graecorum, quos habemus in *ςάσεις* Hermogenis, et ad quem Aeneae Gazaei epiſtola nona, qui ſub ſaeculi ſexti initia ſcripſit.

[⁋] *Index ſcriptorum, e quibus Sopater eclogas ſuas collegit.*

Aelii (Dionyſii) de Alexandria et rebus Aegyptiacis.

Anonymi *θαυμάτων συναγωγή.*

Anonymi *ἐκλογαὶ* de illuſtribus foeminis, *περὶ τῶν εἰς μέγα δόξης καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἀρθεισῶν γυναικῶν.*

Antimachus poëta.

Apollodori grammatici Athenienſis *περὶ Θεῶν λόγος α', γ', δ', ε', θ', ιβ', ιε', ις', μέχρι κδ'.*

Apollonii

ii) Emendandum igitur, quod ſcripſi vol. VI. p. 259. [vol. VII. p. 565. n. ed. vbi tamen in nota ss. iam monui, *Villoiſon.* in anecd. gr. II. p. 46. ſq. not. docuiſſe, Fabricium h. l. male retractaſſe ſuam ſententiam; idemque pluribus locis de Choricio egit. add. cl. *Schneider.* in Fragmm. Pindar. p. 56. *Harl.*

*) Vol. II. p. 492. vbi quaedam addidi in hac n. ed. *Harl.*

Apollonii ſtoici ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν.

Ariſtophanis grammatici περὶ ζώων βιβλίον α΄, β΄.

Ariſtotelis πολιτεία Ἀχαιῶν, Θετταλῶν, Κίων, Συκίων, Παρίων.

Eiusdem πολιτικά.

Ariſtoxeni σύμμικτα ὑπομνήματα.

Artemonis Magnetis ſiue Magneſii τῶν κατ᾽ ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματευμένων διηγήματα.

Athenaei Naucratitae δειπνοσοφισαί.

Callixeni τῶν ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφή.

Cephalionis Ἐρατὼ, διαλαμβάνουσα κατ᾽ Ἀλέξανδρον.

Damoſtrati ἁλιευτικά.

Diogenis cynici ἀποφθέγματα.

Diogenis Laërtii φιλοσόφων βίων βιβλίον α΄, ε΄, θ΄ καὶ ι΄.

Fauorini παντοδαπῆς ὕλης ἔκ τε τοῦ ν΄ καὶ ξ΄ καὶ καθεξῆς πλὴν τοῦ ταῦ μέχρι τοῦ ω΄.

Hellanicus hiſtoricus. Herodotus.

Heſiodus. Homerus.

Iubae (Ἰωβᾶ) περὶ γραφικῆς λόγος β΄. Ἰώβα τοῦ βασιλέως θεατρικῆς ἱστορίας ιζ΄ λόγος.

Plutarchi vitae Demetrii et Bruti romani, Cratetis, Daiphanti, Pindari, Niciae, Alcibiadis, Themiſtoclis, Theſei, Lycurgi, Solonis, Alexandri Philippi F. Cimonis, Lyſandri, Demoſthenis, Periclis, Pelopidae, Phocionis, Ariſtidae, Epaminondae, Dionis, Ageſilai, Agidis, Cleomenis, Eumenis Cardiani, Philopoemenis, Timoleontis, Arati, Pyrrhi Epirotae.

Plutarchi πῶς δεῖ τὸν νεὸν ἀκούειν ποιημάτων, περὶ φύσεως καὶ πόνων, (ὅπως τε πολλοὶ πολλάκις πόνῳ τὴν φύσιν οὐκ εὖ φερομένην ὤρθωσαν, ἕτεροι δὲ καλῶς ἔχουσαν ἐξ ἀμελείας διέφθειραν, ὅπως τε ἔνιοι ἐν μὲν νέοις βραδεῖς ἑωρῶντο πᾶσι καὶ ἀσύνετοι, ἀκμασάντων δὲ εἰς τὸ ταχὺ καὶ συνετὸν αὐτοῖς ἡ φύσις [P] ἐξέλαμπε.) Περὶ δυσωπίας καὶ λόγου. Περὶ ἀδολεσχίας. Περὶ ὀργῆς. Πῶς ἄν τις ὑπὸ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. Περὶ εὐθυμίας. Πολιτικὰ παραγγέλματα. Περὶ πλούτου. Ὅπως ἄν τις συναίσθοιτο ἑαυτοῦ πρὸς ἀρετὴν ἐπιδιδόντος. Ὑγιεινὰ παραγγέλματα. Γαμικὰ παραγγέλματα. Ὅτι βράδιον Θεοὶ τιμωροῦνται. Ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα. Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου. Βασιλέων καὶ στρατηγῶν ἀποφθέγματα. Συμποσιακῶν βιβλία η΄.

Plutarchi περὶ ποταμῶν.

Rufi ῥωμαϊκῆς ἱστορίας βιβλία δ΄. Eiusdem δραματικῆς ἱστορίας λόγος β΄. et μουσικῆς ἱστορίας βιβλίον α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄.

Sapphonis (poëtriae) liber VIII.

Pamphilae, quae filia Soteridae fuit, Σωτηρίδα Παμφίλης ἐπιτομῶν λόγοι α΄ μέχρι ί.

Theagenis Μακεδονικὰ πάτρια.

CLXII. *Eusebii episcopi* παραίνεσις siue *adhortatio aduersus Andreae* monachi *inclusi* epistolam, cui titulum fecit παραγνωστικόν, quasi dicas falsam ac peruersam notionem. Et eiusdem Eusebii λόγοι δέκα, *libri decem* aduersus Andreae illius ἀπόδειξιν paraenesi oppositam. Vtraque vtriusque scripta interciderunt. Andreas, quum aduersus Seuerum (Antioch.) et Iulianum (Halicarnass.) scribere se profiteretur, reuera *Aphthartodocetarum* haeresin volebat stabilire, dictaque patrum in suam sententiam detorquebat, atque propriam proferens fidei formulam, ἰδίαν τινὰ τολμηρῶς συνταξάμενος ἔκθεσιν πίστεως, catholicos *Phthartolatrarum* nomine infamabat, quem cum Aëtio, Eunomio, Apollinario et Nestorio reiiciendum Eusebius conuincit ex sacris litteris, testimoniisque τῶν λογάδων πατέρων, illustrium doctorum ecclesiae, Athanasii, trium Gregoriorum, thaumaturgi, theologi et Nysseni, Basilii Caesareensis, Ioannis Chrysostomi, Cyrilli Alex. Procli CPol. Methodii martyris et Quadrati. Eusebium istum fuisse episcopum Thessalonicensem, patet ex epistola Gregorii M. ad eum scripta indict. IV. a. C. 601. quae est lib. XI. epist. 64. (in prioribus editionibus lib. IX. epist. 69.) vbi etiam de eodem Andrea, quem monachum inclusum ad S. Paulum, Romae fuisse testatur. Pro Thessalonicensi episcopum Thessaliae habent quidam codices, sed illud alterum praeplacet nouae editionis operum Gregorii auctoribus, quibus alii viri docti adsentiuntur, vt *Guil. Caueus* in historia literaria scriptorum eccles. ad a. 601. *Petrus Halloix* de vitis orientalium scriptorum saeculi I. et II. tom. I. p. 701. [P] et *Balthasar Germon* de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 341. seq.

CLXIII. *Vindanii Anatolii*, Berytii, συναγωγὴ γεωργικῶν ἐπιτηδευμάτων, *de operibus rusticis collectanea* libris XII. ex Democrito Africano, Tarantino, Apuleio, Florentino; Valente, Leone, cuius auctoritas aliis praefertur, et Pamphilo, ac Diophanis paradoxis siue admirabilibus. Hoc Vindanii Anatolii opus ipsum quidem intercidit; magna tamen eius pars inserta legitur viginti libris Geoponicorum, quae habemus, centum amplius post Photium annis collecta iussu Constantini Porphyrogeniti, in quibus saepe iam Anatolii, iam Vindanii iam Berytii nomine citatur, quibus tribus vnum eumdemque scriptorem denotari ex Photio iam constat. Vide, si placet, quae de hoc Geoponicon opere notaui vol. VI. pag. 500. sqq. [vol. VIII. p. 16. seqq. nou. edit.]

CLXIV. GALENI περὶ αἱρέσεων *de sectis* medicorum, *liber* saepius excusus, vt dixi lib. IV. c. 17. p. 528. [c. 19. vol. V. p. 398. nou. ed.]

CLXV. HIMERII sophistae μελέται, καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι, *declamationes et orationes variae*, ex quarum plerisque excerpta dat Photius infra cod. CCXLIII. edita separatim ab Henr. Stephano graece a. 1567. 4. De illis vide, vbi lubebit, dicta a me lib. IV. cap. 30. [c. 32. vol. VI. p. 56. sqq. n. ed.] Viginti declamationes Himerii ante non vulgatas editurum se promisit Allatius p. 177. Apum vrbanarum. Conf. *Reinesii* VV. LL. p. 455-457.

Cum

Cum versione et notis *I. H. Maii*, in catal. MSS. gr. Vffenbachian. p. 631-656. editae sunt quaedam Λαλιαὶ, et Maius Panathenaicum separatim edidit gr. 1719. 8. cum quibusdam epigrammatis ex Anthol. inedita. *Fabr.* Noster vero Fabric. antea ediderat h. l. in vet. edit. Panathenaicum. At quoniam *Wernsdorf.* in sua Himerii edit. p. 426. sqq. curatius recudendum curauit, in noua h. edit. omittendum duxi. Add. quae scripsi ad vol. VI. bibl. gr. cit. p. 61. 63. et in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. p. 326. seq. *Harl.*

[429] CLXVI. *Antonii Diogenis* τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων, de Diniae ac Dercyllidis Tyriae amoribus et quae ipsis *vltra* vltimam *Thulem* oberrantibus se obtulerunt mirarum et *incredibilium narrationum* ad Isidoram sororem eruditam et φιλομαθῶς ἔχουσαν *libri XXIV.* ex quibus Photius putat hausisse Lucium metamorphoses suas, Lucianum narrationes fabulosas [kk]) quas sub verae historiae titulo edidit, Iamblichum, Achillem Tatium, Heliodorum ac Damascium eroticas suas fabulas. Meminit et *epistolae ad Faustinam*, in qua Antonius ille Diogenes, quem οὐ λίαν πόῤῥω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου, non diu post Alexandri magni tempora [ll]) vixisse Photius existimat, ait, se esse ποιητὴν κωμῳδίας παλαιᾶς, quod interpretor non veteris comoediae poëtam, qualis fuit Aristophanes, [430] sed enarratorem dramatis siue fabulae gestae ante multa tempora, quoniam subiungit, ὅτι εἰ καὶ ἄπιστα καὶ ψευδῆ πλάττοι, ἀλλ' οὖν ἔχοι περὶ τῶν πλείστων μυθολογηθέντων αὐτῷ, ἀρχαιοτέρων μαρτυρίας, ἐξ ὧν συναθροίσειε: quod licet incredibilia et falsa videatur fingere, tamen habeat de plerisque testimonia vetustiorum scriptorum, ex quibus cum labore ista collegerit, et quorum nomina etiam singulis praefixit libris. Προτάττει δὲ καὶ ἑκάστου βιβλίου τοὺς ἄνδρας, οἳ τὰ τοιαῦτα προαπεφήναντο, ὡς μὴ δοκεῖν μαρτυρίας χηρεύειν τὰ ἄπιστα. Hic Antonius Diogenes mentionem facit Sibyllae, quam, ait, artem vaticinandi a Carmano accepisse: Astraei idem, qui varia de Pythagora narrauerit et Mnesarcho, nec non de Zamolxide, quem Getae pro Deo coluerint. Adfert et Balagri epistolam ad Philam vxorem filiam antipatri. Huius, ni fallor, Balagri Macedonicae historiae librum secundum laudat Stephanus Byz. in Ἄμολβος et Ὄλβηλος.

CLXVII. IOANNIS STOBAEI ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν, *electorum, apophthegmatum et sententiarum libri quatuor* in duobus τεύχεσι siue voluminibus. [v. *Rei-*

kk) Ex his est illa de profectione in lunam, ὅτι πορευόμενοι πρὸς βοῤῥᾶν ἐπὶ σελήνην, ὡς ἐπί τινα γῆν καθαρωτάτην πλησίον ἐγένοντο. Phot. ex Antonio Diogene p. 188.

ll) Non tam vetustum esse disputat *Franciscus Vauassor* p. 148. libri de ludicra dictione, cuius obiectis nonnulla reponit *Baelius* in Lexico tom. I. p. 163. Sane quod grauissimum, ait Vauassor, gentem Antoniam tum nondum natam aut factam vocem vel auditam, satis refellunt T. Antonius Merenda decemuir anno V. C. 303. eiusque filius Q. Antonius Merenda, qui ambo fuere ante Alexandrum magnum. De Antonia gente diligentissime *Ioannes Glandorpius* in Onomastico Romano p. 65-103. Exstant et *Antonii Sanderi* libri tres de claris Antoniis, editi Louanii 1627. 4. [recusi cum dissertat. praeliminari de locis sacris in Germania notis, S. Antonio, germanico idiomate, dem heiligen Tönnings dicatis, opera *Andreae Ockel*, Icti. Halae, 1714. 4. *Harl.*] quorum primus vitae sanctimonia notos, alter praesules et maximates, tertius litteris et eruditione praestantes Antonios complectitur: sed Antonii nostri Diogenis nec apud Glandorpium nec apud Sanderum mentionem reperi.

nef. VV. Lect. p. 346. De hoc opere eximio, quod maximam partem adhuc exſtat, adcuratius dixi volum. VIII. p. 666. ſeq. [vol. IX. p. 569. ſqq. nou. ed.] atque indicem etiam ſcriptorum, e quibus Stobaeus collectanea ſua congeſſit, adiunxi. De Stobis, Macedoniae ſecundae ciuitate, a qua Stobaeum ſiue Stobenſem viri docti adpellatum notant, conſulendus *Harduinus* ad Plinii hiſt. IV. 10. tom. I. pag. 432. et in numis vrbium illuſtratis p. 474. nec non *Ezech. Spanhemius* de vſu numiſmatum edit. nouae tom. II. p. 601. et *Anton. Pagi* ad a. Ch. 397. §. 10.

CLXVIII. BASILII, Seleucienſis epiſcopi, λόγοι ſiue *ſermones XV.* quos omnes hodie habemus, vt notaui vol. VIII. p. 131. [vol. IX. p. 91. ſqq. n. edit.] Sed intercidit, quod verſibus compoſitum ab eodem Baſilio Photius narrat de *Theclae* protomartyris geſtis et martyrio, licet aliud proſa a Baſilio ſcriptum eiusdem argumenti teneamus, de quo ibid. p. 135. [pag. 95. ſeq.] Incertum etiam et parum veriſimile, hunc eſſe Baſilium Seleucienſem, vt Photio viſum eſt, quocum Io. Chryſoſtomus in libris de ſacerdotio colloquitur, licet in Baſilii ſermonibus veſtigia ſententiarum Chryſoſtomi inueniſſe ſe idem Photius ſit teſtatus. At, cui libri illi de ſacerdotio inſcripti ſunt, is fuerit potius Baſilius Raphaneae in Syria epiſcopus, qui a. C. 381. ſynodo CPolitanae interfuit. Vide *Montfauconi* prolegomena tom. I. Chryſoſt. p. 361. *Sam. Basnagium* et a. C. 382. num. 6.

CLXIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεϛορίȣ δυσφημιῶν, *contra Neſtorii blasphemias libri V.* qui exſtant, et quorum iam meminit cod. XLIX. [¶] Exſtant etiam de quibus porro Photius, *epiſtolae* Cyrilli ad Neſtorium, Valerium, Acacium Melitenenſem epiſcop. aliosque, et de hirco emiſſario ad Acacium epiſcopum Scythopolitanum: nec non Neſtorii ad Cyrillum reſponſio. Praeterea Cyrilli σχόλιον περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τȣ͂ μονογενȣ͂ς, *ſcholion de vnigeniti incarnatione.* Vide quae de Cyrilli ſcriptis dicta ſunt vol. VIII. lib. V. cap. 27. [cap. 22. vol. IX. pag. 446. ſqq. n. edit.]

CLXX. *Anonymi* opus, mm) quod intercidiſſe dolendum eſt, *libris XV.* quinque τεύχεσι ſiue voluminibus complexum *teſtimonia ethnicorum,* non Graecorum modo, ſed Perſarum, Thracum, Aegyptiorum, Babyloniorum, Chaldaeorum et Italorum eruditorum, *quibus chriſtianae doctrinae ſuffragari videntur.* Inter alia auctor, qui CPoli poſt Heraclii tempora ſcripſit, etiam adtulit nonnulla ἀπὸ τῶν χυμευτικῶν Ζωσίμȣ λόγων, *ex chemicis Zoſimi* Thebani Panopolitae (de quo dixi volum. VI. p. 612. ſeq. [vol. VIII. p. 71. ſq. nou. ed.] *ſcriptis,* (ita enim legendum, non χειμευτικῶν, *frigidis libris*, vt Schottus.) Quae autem apud Photium ſequuntur, non de Zoſimo accipi debent, ſed de auctore horum collectaneorum, qui nominum hebraicorum ſignificationes etiam expoſuit, et de apoſtolis tradidit, vbi terrarum quisque euangelium docuiſſet, et quomodo mortem oppetiiſſet.

CLXXI.

mm) Ante hunc ſcriptorem, memoratum Photio, Origenes, Clementem Alexandrin. imitatus, decem ſcripſerat Stromateas, ſimiliter deperditos, in quibus, chriſtianorum et philoſophorum inter ſe ſententias comparauit, et omnia noſtrae religionis dogmata confirmauit de Platone, Ariſtotele, Numenio Cornutoque, vt teſtatur *Hieronymus* ep. 84. ad Magnum oratorem.

CLXXI. EVSTRATII presbyteri magnae ecclesiae CPol. (Eutychio patriarchae CPol. quem a. C. 582. pro funere laudauit, [nn]) superstitis,) *liber de vita functorum statu*, in quo tria sibi proposuit probanda, 1) contra Psychopannychitarum sententiam, animas sanctorum statim, atque corpore solutae sunt, operari: 2) spectra mortuorum esse animas ipsas, non, diuinam virtutem in formam eorum traductam; 3) animabus prodesse preces, sacrificia, oblationes et eleemosynas, pro iis tributas. Hunc librum primus graece, addita versione latina, vulgauit *Leo Allatius* ad calcem libri sui de purgatorio, Rom. 1655. 8. pag. 319-380. qui doctum plane auctorem vocat p. 297. Latine ex versione Allatii recusus est in bibliotheca patrum Lugd. tom. XXVII. p. 364. Nonnulla etiam latine exhibet *Combefisius* in bibl. concionatoria, ad diem commemorationis defunctorum. Huius libri capite 23. legitur, quod Photius adfert de Gamaliele Pauli apostoli magistro, Gamalielisque filio Abibo, baptizatis per Ioannem ac Petrum, nec non de baptismo et martyrio Nicodemi, quem Gamalielis ἀνεψιὸν vocat. Non autem haec petiit Eustratius [P] ex Chrysippi [oo]) Hierosol. presb. laudatione in martyrem Theodorum, licet et ex illa quaedam producat c. 22. sed ex Luciani presb. Hierosol. narratione fabulosa de ἀποκαλύψει reliquiarum S. Stephani, [pp]) quae ex versione antiqua Auiti, Gennadio c. 47. de Script. eccles. memorata exstat in tomo septimo operum S. Augustini edit. Benedictin. De aliis *Eustratiis* dixi lib. III. cap. 6. §. 29. [cap. 5. vol. III. p. 265. in nota *yyyyyy*, nou. ed.] Certe fallitur Casimirus Oudinus, qui huic nostro Eustratio CPol. tribuit commentarios in Aristotelem, quum sint Eustratii, metropolitae Nicaeni, clari circa a. C. 1117.

Index scriptorum et virorum illustrium, in Eustratii libro de vita functorum statu memoratorum.

nn) Eustratii laudatio in *Eutychium* edita latine apud Surium ad 6. April. Graece vero e MS. Vaticano in actis Sanctorum ad calcem tom. I. April. p. LIX. et latine ex Papebrochii versione p. 550.

oo) De hoc *Chrysippo*, qui medio saeculo V. vixit, plura *Allatius* p. 330. seq. praefat. ad Eustratium, ex vita S. Euthymii scripta a Cyrillo Scythopol. et graece ac lat. edita in Analectis graecis monachor. Benedictinor. et ex Metaphrastae interpolatione tom. II. monument. eccl. gr. nr. 40. 60. 78. 87. 103. Inter alia Cyrillus Χρύσιππος ἐν τῇ ἁγίᾳ διατρίψας Ἀναστάσει πολλὰ συγγράμματα κατέλιπε πάσης ἀποδοχῆς ἄξια. *Anastasis* monasterium Hierosolymis. *Laudatio Theodori* a Chrysippo composita intercidit. Sed exstat latine eius *encomium in Ioannem baptistam* in bibl. *Combefisii* concionatoria: et *Homilia in Deiparam*; graece et lat. in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. II. p. 424. et in bibl. patrum Morelliana a. 1644. 1654. tom. XII.

pp) De illa supra p. 144. et ad Gennadium cap. 46. de script. eccles.

Iohannes

Iohannes theologus Apocalypsin in Patmo scripsit. c. 11.

Iohannes, Hierosol. episcopus. c. 23.

Iohannes, episc. CPol. (Chrysostomus) ὁ θεοφόρος in Matthaeum. c. 10. in Matthaeum homilia XVIII. c. 6. in cap. XXVIII. c. 28. in Psalmum CXIII. c. 17. in 1. ad Corinthios Homil. 1. c. 28. Orat. in Maccabaeos. c. 17. ad viduam iuniorem, cum ipse exularet. c. 17. in memoriam apostolorum Petri, Iacobi et Iohannis. c. 17. eius os super aurum praelucidum, et cuius sermones velut carbones coruscantes expurgant et illuminant. c. 17. ὁ πάνσοφος διδάσκαλος -- τὸ στόμα ὑπὲρ τὸ χρυσίον ἐκλάμπων, ἧ καὶ οἱ λόγοι ὡς ἄνθρακες ἀπαστράπτουσιν, πῆ μὲν καθαίροντες, πῆ δὲ φωτίζοντες τοὺς ὑποδεχομένους αὐτούς.

Lucianus presbyter. c. 23. De huius Luciani presbyteri Caphargamalensis narratione de reliquiis protomartyris S. Stephani, Baronio ad a. Chr. 415. probata, consulendus omnino est *Bochartus* tom. II. Opp. p. 1228. sq.

Maccabaeorum liber tertius et quartus. c. 19.

Methodius, episcopus et martyr, ad Aglaophontem. c. 19. Origenem redarguit. id.

Nepotianus c. 16.

[†] Nicolai, Lyciae episcopi, acta. c. 15.

Origenes. c. 19.

Ὁ παροιμιαστής (Salomonis prouerbia) c. 1.

Parthenius archidiaconus. c. 20.

Stephani protomartyris reliquiae Luciano presbytero reuelatae c. 23.

Thecla. c. 16.

Theodorus martyr. c. 22.

CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. IO. CHRYSOSTOMI λόγοι, siue potius *homiliae LXI. in Genesin*, tribus digestae voluminibus, *in Acta homiliae L.* Ἑρμηνεῖαι εἰς τὸν Ἀπόστολον, *in epistolas Pauli*, et εἰς τὸν ψαλτῆρα ὑπομνήματα *in Psalmos*. Exstant vniuersa ista hodie, nisi quod maior pars in Psalmos desideratur, ex quibus tamen XXXI. adhuc ineditas homilias ex MSS. codicibus proxime in lucem prolatum iri speramus ab eruditissimo Montfaucono. *Fabr.* Atque *Montfaucon.* edit. prodiit, v. supra vol. VIII. pag. 549. sq. in nota *aa.* et p. 551. sq. *Harl.*

CLXXV. *Pamphilae* Aegyptiae, quae Neronis temporibus floruit, συμμίκτων ἱστορικῶν ὑπομνημάτων. *miscellaneorum commentariorum historicorum libri VIII.* Hoc opus, quod exstare eruditorum intererat, longe pluribus constitit libris; nam vndecimum laudat *Gellius* XV. 23. et vndetrigesimum XV. 17. immo libros XXXIII. ὑπομνημάτων eius ἱστορικῶν Suidas commemorat, a quo praetera discimus, Epidauriam fuisse, Soteridis grammatici filiam, coniugem vero Socratidis, iidem eruditi viri, ac scripsisse etiam epitomen Ctesiae

libris

libris III. Ἐπιτομὰς ἱϛοριῶν, (quarum librum primum laudat Sopater ſupra apud Photium cod. CLXI.) aliorumque ſcriptorum quam plurimas: περὶ ἀμφισβητήσεων ſiue de controverſiis, περὶ ἀφροδισίων, aliaque plurima, quae ad vnum omnia interciderunt. Citatur Pamphila a Laërtio pluribus locis. In hiſtoricis graecis locum ei dedit Voſſius, in mulieribus philoſophis Menagius.

CLXXVI. *Theopompi*, (qui Philippi [qq]) Macedonis, Alexandri et ſucceſſorum aetate vixit, Chius patria, Iſocratis rhetoris inter diſcipulos celebratiſſimus) ἱϛορικοὶ λόγοι *hiſtoriarum* de rebus Graecorum Barbarorumque *libri* ex LVIII., *tres et quinquaginta*, cum iam Photii aetate non exſtaret liber ſextus, ſeptimus, nonus, viceſimus et triceſimus. *Fabr.* Excerpta Photiana ex *Arriano, Theopompo, Aeneſidimo, Oxon.* in cod. Henr. Sauil. VI. ſiue nr. 6553. cat. MSS. Angliae etc. I. part. 1. Quae Fabric. in vet. ed. h. l. multa ſcripſerat de Theopompo, ea ſupra in vol. II. cap. 36. p. 801. ſqq. poſt Iſocratem inter huius diſcipulos repoſui et auxi. Add. *Frid. Koch* progr. de Theopompo Chio hiſtorico Graecor. quondam celeberr. Stettin. 1792. 8. in primis eiusdem prolegomena ad Theopompum Chium. Stettin. 1803. 4. eiusque cenſorem in Ienenſ. A. L. Z. a. 1804. nr. 50. p. 395. ſqq. et quae ego ſcripſi in Introduct. in hiſt. L. Gr. I. p. 429. ſeq. atque in Supplementis ad illam, tom. I. p. 220. ſeq. — Ad Theopompi Θαυμάσια etiam pertinere arbitratur *Koch* in prolegomm. fragmentum apud *Aelian.* V. H. III. c. 18. praeeunte *Seruio* ad Virgil. Ecl. VI. (v. *Perizon.* ad locum Aeliani;) ſed cenſor eius in Ien. L. Z. cit. p. 398. comparatis locis Dionyſ. Halic. de vett. ſcriptor. cenſura, tom. V. p. 429. et epiſt. ad Pompeium, tom. VI. p. 787. vbi narrationem Theopompi tamquam inutilis epiſodii exemplum adfert, ſuſpicatur, illud fragmentum referendum eſſe ad Theopompi Philippica. Idem cenſor examinat *Ruhnkenii* iudicium in hiſt. crit. oratorum graec. p. 87. ſqq. vbi is de Theopompo docte diſſerit, et libell. περὶ εὐσεβείας, a ſcholiaſte Ariſtoph. ad Aues 1354. laudatum, abiudicat Theopompo, ac ſcribere iubet ὥς φησιν Θεόφραϛος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας, pluribusque ſuam ornat coniecturam: (vti quoque *Iac. de Rhoer* ad Porphyr. de abſtinentia ab eſu animal. II. 16. p. 127. quem etiam vide ibid. c. 21. p. 139.) Sed dubitat cenſor laudatus, quia locus *Dionyſii Halicarn.* vol. VI. p. 784. ed. Reiskii illi ſuſpicioni minime faueat. In eodem Dionyſii Halic. vol. I. 785. eſt locus claſſicus, διὸ καὶ βάσκανος etc. qui ad defendendum faciat Theopompum, quem etiam vindicat *Boſius* ad Corn. Nepot. XI. 3. 2. in II. edit. Fiſcher. in qua etiam v. not. nouiſſimi editoris, p. 162. ad Alcib. cap. 11. §. 1. cum primis ad Corn. Nep. Alcib. c. 11. 1. *Stauer.* in altera ed. mai. qui laudat defenditque Theopompum. — Seuerius de eo iudicat cel. *St. Croix* in: Examen crit. des Hiſtoriens d'Alexandre ed. II. p. 13. ſeq. et 143. add. ibid. p. 118. not. 3. pag. 432. et 526. ſeq. *Harl.*

CLXXVII. *Theodori* Antiocheni, *Mopſueſtiae* epiſcopi, (ὁ Μοψυεϛίας δέ ἐϛιν, ὡς ἀπό τινων ἐπιϛολῶν ἐμάθομεν) πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους, *aduerſus eos qui aiunt natura non voluntate homines peccare, libri V.* De hoc opere, quod fauit Pelagianis, Neſtorianisque et Origenis ſententiae de finem habituris damnatorum ſuppliciis, hodie autem non exſtat, quemadmodum et de *Aramo* ſiue Hieronymo, cuius verſionem

qq) Philippi munificentiam erga Theopompum memorat Sozomenus praefat. hiſtoriae.

nem nouam bibliorum Theodorus perstringit, vide, quae supra, p. 362. De libris XXVIII. quibus pro Basilio aduersus Eunomium egregie depugnasse Theodorum hic Photius scribit, dixerat iam codice IV. [add. Thes. epist. Lacrozian. tom. III. p. 28. *Harl.*]

CLXXVIII. DIOSCORIDIS *Pedanii* Anazarbensis περὶ ὕλης, *de materia medica*, βιβλίον ἑπτὰ λόγοις διῃρημένον, opus *septem libris* digestum, qui etiamnum exstant, et de quibus supra lib. IV. cap. 3. [vol. IV. p. 679. seq. nou. ed.] Ait autem Photius eos, qui post Dioscoridem de simplicibus medicamentis scripsere, vt *Alexandrum* (Trallianum,) *Paulum* (Aeginetam,) *Aëtium* et *Galenum* aliosque, strenue eius obseruatis esse vsos et magnam illorum partem scriptis suis inseruisse.

CLXXIX. *Agapii* Manichaei liber, λογύδρια siue breues sermones XXIII. et alia capita CII. complexus, ad Vraniam eiusdem sectae foeminam et συμφιλόσοφον. Ex hoc deperdito haeretici hominis scripto mirum est, quae monstra opinionum Photius recitat. Ceterum in verbis: θεολογεῖ δὲ ὁ δύστηνος καὶ τὸν ἀέρα, κίονα αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον ἐξυμνῶν, pro ἄνθρωπον legendum οὐρανόν· nam in compendio scripturae, quod frequens est in libris manu exaratis, haec duo facile possunt inter se permutari, vt ἀνὸν pro ὀνὸν legatur. Mox καὶ ταῖς λεγομέναις δὲ πράξεσι τῶν δώδεκα Ἀποστόλων καὶ μάλιστα Ἀνδρέου οὐ μόνον συντίθεται (ita legendum pro οὐ συντίθεται) ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἔχει τὸ φρόνημα ἠρμένον. Ethnicorum etiam, Platonis maxime, testimoniis vsum hunc Agapium et diuinos illos ac sanctos celebrasse testatur Photius, Eunomium vero oppugnare videri, licet longe ipse indigniora de Christo protulerit: μάχεσθαι δὲ δοκεῖ πρὸς τὴν Εὐνομίου κακοδοξίαν, αὐτὸς, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅσον ἐκείνου ἀθεώτερον βλασφημῶν. Non dubito, Agapium hunc esse Manetis discipulum, memoratum in formula receptionis Manichaeorum apud *Iac. Tollium* p. 144. insignium itineris italici, et cuius Heptalogum nominat *Petrus Siculus* in historia Manichaeorum pag. 30. De suppostitiis Actis XII. apostolorum et maxime Andreae, supra cod. CXIV.

CLXXX. IOANNIS LAVRENTII *Philadelphiensis Lydi*, incertum, an Christiani, qui sub Anastasii, Iustini et Iustiniani temporibus vixit, iam miles, iam iuridici functus munere et matricularii, libri tres, 1) περὶ [?] διοσημείων, *de prognosticis e tempestatibus*, cuius pars edita a *Iano Rutgersio* graece est in Variis Lect. p. 247-260. 2) περὶ μηνῶν, *de mensibus*, et 3) περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν, *de magistratibus ciuilibus*. Ex his libris fragmenta apud Suidam et Codinum. Et maxima pars adhuc manu exarata in variis bibliothecis. Vide *Lambecii* notas ad Codinum p. 152. 153. 154. 155. 172. 208. *Cangii* glossarium latin. in *silentium*. *Salmasium* ad Simplicium pag. 255. *Lud. Kusterum* ad Suidam in Ἰωάννης Φιλαδελφεὺς et *Ioannem Boiuinum* ad Nicephorum Gregoram p. 786. Mentio huius Λυδοῦ, Iustiniano imperante clari, apud Theophylactum Simocattam VII. 16. Histor. vbi ad eius διοσημεῖα respicit. *Fabr.* Plura dedi supra in vol. IV. p. 155. sqq. adde: *Io. Laurent. Philad. Lydi* opusc. de mensibus, — et fragm. de terrae motu, gr. edidit *Nic. Schow.* Lips. 1794. 8. *Harl.*

CLXXXI. *Damascii* Damasceni, (de quo cod. CXXX.) εἰς τὸν Ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου βίον, *de vita Isidori philosophi*, liber prolixus in capita LX. diuisus, variaque refertus iu-

cunda de aliis etiam illius aetatis philoſophis notitia ſed iam pridem deperditus, ex quo vberiora excerpta dabit Photius infra cod. CCXLII. [rr]) Hoc ſcriptum Damaſcius, ſuperſtitione ethnica imbutus ſcriptor, et chriſtiana ſacra ſubinde laceſſens, dicauit *Theodorae*, eruditae foeminae, quam ipſe et Iſidorus inſtituerant, filiam Cyrinae et Diogenis, qui patre Euſebio, auo Flauiano natus, (iisdem, quos celebrat Macrobius,) genus referebat ad Sampſigeramum, Monimumque, a quibus et ſuam Iamblichus duxerat originem. Damaſcium in oratoria facultate per triennium inſtituerat *Theon*, in mathematicis diſciplinis *Marinus*, in philoſophia Athenis alter cum Marino Procli ſucceſſor *Zenodotus*, et Alexandriae *Ammonius* Hermeae, Platonem et Ptolemaei aſtronomica ipſi interpretatus: in dialecticis denique is ipſe, cuius vitam deſcribendam ſuſcepit, *Iſidorus*. Huius Damaſcii Diadochi, ſiue in cathedra philoſ. Athen. ſucceſſoris, dubitationes et ſolutiones *περὶ ἀρχῶν*, *de primis principiis* MS. ex legato Holſten. exſtant Hamburgi in bibliotheca Ioannea. Eaedem vna cum eiusdem *Damaſcii* commentariis in Parmenidem in cod. Bauar. CCXLVIII. Ex opere illo MS. nonnulla adfert *Th. Gale* ad Iamblich. de Theologia Aegyptiorum, *Th. Hyde* de religione vett. Perſarum pag. 291. plura autem dedit *I. C. Wolfius* in Anecdotis graec. tom. III. p. 195. ſqq. *Fabr.* Conf. ſupra ad vol. III. p. 483. ſqq. et ſupra, in h. vol. ad cod. Photii CXXX. *Harl.*

CLXXXII. *Eulogii* Alexandrini epiſcopi, (defuncti a. C. 608.) *κατὰ Ναυάτου καὶ περὶ οἰκονομίας*, *contra Nouatum et de diſpenſatione* [ss]) *eccleſiaſtica (in recipiendis lapſis) libri VI.* de quibus breuius cod. CCVIII. et excerpta ex iisdem ampliora, codice CCLXXX. Libro quinto Eulogius diſſeruit de honorandis reliquiis martyrum, et ſexto oppugnauit *τὰ περὶ τῆς Ναυατιανῆς λεγόμενα ὑπομνήματα καὶ τὴν ψευδεπίγραφον ἄθλησιν Ναυάτου ἐπισκόπου*, *Nouatianorum commentarios de falſo Nouati martyrio.* Et commentarii illi, et libri Eulogii iampridem interciderunt.

CLXXXIII. *Eudociae* Auguſtae, Leontii philoſophi filiae, quae imp. Theodoſio iuniori nupſit, *μετάφρασις ὀκτατεύχου*, *Octateuchi* ſiue librorum [?] quinque Moſis, Ioſuae, Iudicum et Ruth, *metaphraſis carmine graeco heroico.* In metaphraſi Deuteronomii nomen ſuum ipſa profeſſa fuit hunc in modum:

> *Δευτερίην καὶ τήνδε Θεοῦ θέμιδος κάμε βίβλον*
>
> *Εὐδοκίη βασίλισσα Λεοντιὰς εὐπατέρεια.*

Fabr. conf. ſupra, vol. I. p. 553. et 554. not. *o.* atque notam *r.* ad vol. VIII. p. 55. *Harl.*

CLXXXIV. Eiusdem *metaphraſis* ſimilis heroica prophetarum *Zachariae* et *Danielis:* nec non *martyrii SS. Iuſtinae, et Cypriani* [tt]) a magicis artibus et idololatria ad chriſtianam pieta-

rr) *Valeſius* ad Socratem VII. 15. pollicetur, ſe hanc vitam Iſidori duplo auctiorem editurum eſſe. *Heum.* V. *Salmas.* pag. 336. ad Plin. vbi de Χήβου, ſimiae quodam genere agitur a Photio, [et infra ad cod. CCXLII.]

ss) Vide D. *Eliae Veilii* diſſ. de variis oeconomiae generibus p. 23. ſeq.

tt) Antiocheni ſub Diocletiano paſſi, cum Theoctiſto. Vide citatos ſupra pag. 69. [in h. vol. p. 215.]

pietatem reuocati, *libris III.* Haec Eudociae ſcripta omnia hodie deſideramus [uu]). De aliis illius itidem deperditis, et de Homerocentonibus, quos habemus, Eudociae huic a nonnullis tributos, quum potius ſint Patricii, vel Eudociae iunioris, (ſaeculo XI.) ſiue Eudociae, quae Zoes ſoror et Conſtantini (imp. Baſilii Bulgaroctoni fratris) filia fuit, dixi lib. II. cap. 7. §. 4. [in vol. I. p. 252. ſqq.]

CLXXXV. *Dionyſii* Aegei [vv]) ſiue Aegienſis *Dictyaca*, *βιβλιδάριον δικτυακῶν*, *capita centum*, de rebus ad phyſicam et artem medicam ſpectantibus, ita tractata, vt binorum vno ſemper adfirmetur aliquid, quod altero negatur et oppugnatur: v. g. capite *primo* diſputauit Dionyſius, quod ex vtroque parente ſemen ad vitalem generationem confertur, *ſecundo*, quod non ex vtroque: *tertio*, quod a toto corpore ſemen ſecernitur, *quarto*, quod non ex toto, atque in ita ceteris. Eiusdem operis, (pridem deperditi,) verbis propemodum iisdem argumenta capitum traduntur infra, codice CCXI. Auctor quis fuerit, aut quando vixerit, quaero, qui me doceat: nec titulum libri ſatis capio, niſi voluit auctor contrariis vbique rationibus ſuis lectorem veluti irretire, atque inde a retibus nomen libro ſuo indere, licet et iudicium ſuum ſubinde interpoſuerit, *δοκεῖ δὲ καὶ δικάζειν ταῖς δόξαις, πλὴν οὐκ ἐν ἁπάσαις ἐκφέρεται πρὸς τὸ πάνογνον* (ita legendum pro *πανάγιον*) *καὶ ἀνεύθυνον.*

CLXXXVI. *Cononis διηγήσεις*, de rebus mythicis *narrationes quinquaginta* ad Archelaum Philopatorem regem, (Cappadociae conſtitutum a M. Antonio [ww]), cui contra Auguſtum Archelaus fauebat.) Harum narrationum argumenta ſatis perſpicue exponit Photius, quae ſola exſtant: graece et latine etiam vulgata cum Hoeſchelii et Schotti notis, inter hiſtoriae poëticae ſcriptores antiquos vna cum Apollodori bibliotheca, [P] Ptolemaeo Hephaeſtionis F. Parthenio et Antonino Liberali, curante *Thoma Gale*, Pariſ. 1675. 8. [xx]) Etiam

 Photius

uu) [Fabric. ad cod. Photii CLXXXIV. *Eudociae* metaphraſim heroicam *Zachariae et Danielis* nec non *martyrii SS. Iuſtinae et Cypriani* inter ſcripta Eudociae deperdita numerabat. At *Florentiae* in cod. Laurent. X. plut. 7. exſtant nr. 3. Eudociae *metaphraſis prophetiarum Zachariae et Danielis*, ac nr. 5. *hiſtoria Cypriani et Iuſtinae.* v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 225. ſqq. qui primum *Photii* verba lat. retulit, et, multus de hiſtoria illa Cypriani et Iuſtinae, notauit, maximam libri primi et ſecundi partem interiiſſe, tertium vero totum longam abſtuliſſe aetatem, haud exiguam tamen poematis partem libr. I. et II., in cod. Laurent, eſſe ſeruatam, quam graece cum verſione Anton. Sartii lat. breuibusque notis edidit p. 228-240. *Harl.*]

vv) In numis reperias Αἰγιἑων, Αἰγίων, Αἰγαιέων, Αἰγιαίων, et Αἰγειατῶν· vide Holſtenium ad Stephanum Byz. et Harduinum in numis vrbium illuſtratis.

ww) Vide *Vſſerii* Annales ad a. 3968. tom. II. pag. 440. ex Strabone ac Dione. De narrat. de Cephei regno v. *Salmas.* ad Plin. p. 343. a. 5. conf. *Reines.* vv. Lect. p. 527. etc. *Harpalus* ἡ Λύρα.

xx) *Cononis* narrationes, *Ptolemaei* hiſtoriae ad variam eruditionem pertinentes, *Parthenii* narrationes amatoriae, gr. cum notis variorum et ſuis emendatt. edidit, ac de eiusdem nominis veteribus ſcriptoribus praefatus eſt *Lud. Henr. Teucher.* Lipſ. 1794. 8. — ed. II. ibid. 1803. 8. — *Cononis* narrationes L. ex Photii bibliotheca edidit et adnotationibus illuſtrauit *Io. Arnold. Kanne*, praefixa eſt epiſtola ad Heynium: adiectum *Chriſti. Gottlob Heynii* ſpicilegium obſerua-

Photius teſtatur *ἐν αὐτῷ τεύχει*, in eodem volumine cum Cononis narrationibus euoluiſſe ſe; APOLLODORI grammatici *bibliothecam*, quae etiamnum exſtat, et de qua dixi lib. III. cap. 27. [vol. IV. p. 287. ſqq.] Epigramma in Apollodori librum, quod legitur apud Photium, ita vertit Benedictus Aegius Spoletinus:

Saeclorum ſpiram licet hic cognoſcere paucis,
Si veterem hanc noſtram perlegis hiſtoriam.
Maeonidae ne volue volumina, neue elegiam,
Ne tragicam muſam, ne melicos numeros,
Multiſonos cyclicum yy) *verſus ne quaere, quod in me*
Inuenies quicquid maximus orbis habet.

CLXXXVII. *Nicomachi* Geraſeni, (pythagorici philoſophi,) *ἀριθμητικῶν θεολογȣμένων*, ſiue *theologicarum* et metaphyſicarum *ſpeculationum de numeris libri II.* qui interciderunt, perinde vt eius *τέχνη ἀριθμητική*· licet exſtet eiusdem Nicomachi *ἀριθμητικὴ εἰσαγωγὴ*, Photio itidem memorata. De ſingulis hiſce dixi lib. IV. cap. 22. [c. 27. in vol. V. p. 629. ſqq. nou. ed.] Excerptis autem inſignibus Photii, quae ex Theologumenis arithmeticis Nicomachi nobis exhibet, illuſtrandis conſerendus praeter Anonymi veteris, (Iamblichi fortaſſe,) Theologumena arithmeticae, graece edita Pariſ. 1545. 4. viri doctiſſimi *Ioannis Meurſii* Denarius Pythagoricus, recuſus tomo IX. theſauri Gronouiani.

CLXXXVIII. *Alexandri*, (Cornelium Alexandrum polyhiſtorem intelligunt viri docti, qui temporibus Syllae claruit,) *θαυμασίων συναγωγή*, *collectanea de mirabilibus* et incredibilibus, quae celebrium ſcriptorum teſtimoniis firmata digeſſit. Et in eodem volumine lecti a Photio *Protagorae γεωμετρίας τῆς οἰκȣμένης* libri VI. quorum quinque priores *geographicam deſcriptionem orbis terrarum* tunc cogniti continebant, Aſiae, Africae et Europae: ſextus *τῶν κατὰ τὴν οἰκȣμένην δοξολογȣμένων*, (videtur leg. *παραδοξολογȣμένων*,) *ἱςορίαν*, *narrationem de rebus per orbem terrarum mirabilibus*, apud veteres partim, partim a ſe ipſo obſeruatis. Huic operi praefixiſſe ſtadiorum *ἀναμέτρησιν* Protagoram, cognoſcimus ex Marciano Heracleota. Poſtremum autem librum reſpicit Tzetzes, Protagoram cum Alexandro et aliis mirabilium ſcriptoribus laudans Chiliad. VII. v. 648. *Protagoram* illum ſtoicum fuiſſe ſuſpicor philoſophum, cuius mentionem facit *Laertius* IX. 56. [v. ſupra, vol. III. p. 575.] Vtriusque, Alexandri et Protagorae, ſcripta hodie deſideramus, quorum iterum meminit Photius cod. CLXXXIX.

CLXXXIX.

ſeruationum in Cononem, Gottingae 1798. 8. — *Parthenii* Nicaeenſis narrationum amatoriarum libellus, emendatus ſtudio *Lucae Legrand*, prof. litter. gr. Baſileenſis, in lucem editus curante *C. G. Heyne*, ibid. eod. an. cum Heynii epiſtola ad Legrand. Vterque liber etiam iunctim inſcriptus eſt: *Cononis* narrationes quinquaginta, et *Parthenii* narratt. amatoriae, ibid. 1798. 8. *Kanni* opera praecipue verſata eſt in illuſtrandis, qui enarrantur, mythis. *Harl.*

yy) Cyclicorum poëtarum ſiue illorum, quibus conſtabat cyclus epicus, de quibus dixi lib. II. c. 2. §. XXIV. u. 15. [vol. I. p. 378. ſqq.]

[[*]] CLXXXIX. *SOTIONIS* (qui Tiberii imp. [zz]) aetate vixit,) βιβλιδάριον τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων, *liber de fluuiis, fontibus et lacubus mirabilibus,* ex quo excerpta de fontibus et lacubus exſtant graece edita ab Henrico Stephano a. 1557. 8. ad calcem nonnullorum opuſculorum Ariſtotelis et Theophraſti, p. 138-143. et a Frid. Sylburgio in praeclara ſua Ariſtotelis editione graeca, Francof. apud Andreae Wecheli haeredes 1587. 4. poſt Ariſtotelem de Xenophanis, Zenonis et Gorgiae dogmatibus etc. Citat Sotion *Amometum* (Ἀμώμητον), *Ariſtotelem*, *Ariſtonem*, peripateticum philoſophum, *Cteſiam*, *epigrammata* vetera fontibus inſcripta, *Hellanicum*, *Heraclidem Ponticum*, *Herodotum*, *Hieronymum* (Rhodium,) *Iſigoni* ſecundum ἀπίστων, ſiue *incredibilium* librum, *Phaëthontem* (Φαέθων φησὶ τὸν ἐν Βοσπόρῳ ποταμὸν ἔτως εἶναι ψυχρὸν etc.), *Pythermum* et *Theopompum.* In eodem volumine, in quo Sotionis lucubratio continebatur, Photius legit etiam NICOLAI *Damaſceni*, qui Auguſti vixit aetate, librum Herodi Iudaeorum regi dicatum, in quo παραδόξων ἐθῶν συναγωγή, *de miris gentium moribus*, ex quo itidem excerpta ampla habemus ſeruata a Stobaeo in florilegio, et graece ac latine edita etiam aliquoties ad calcem politicorum Ariſtotelis, cum ſimili lucubratione Heraclidae Pontici, et cum *Nic. Cragii* verſione ad calcem eius libri de rep. Lacedaemon. 1593. 4. et tomo VI. theſauri Gronouiani p. 3847. et 2821. Quam idem Photius Ἀσσυριακὴν ἱστορίαν obiter commemorat, prolixum opus πολύστιχον βιβλίον, non diuerſa videtur ab Nicolai Damaſceni hiſtoria catholica ſiue vniuerſali, digeſta in libros CXLIV. et pridem deperdita, de qua Athenaeus VI. p. 249. et ſcriptores laudati a me libro III. cap. 11. pag. 306. [cap. 8. vol. III. p. 500. nou. ed. add. ibid. p. 742. et ad vol. IX. p. 684. not. *uu.* *Harl.*] Narrat autem Photius, in eodem volumine poſt Sotionis et Nicolai παράδοξα, euoluiſſe ſe *Aceſtoridae* librum τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, (ita enim legendum, non σκυθικῶν,) *de fabuloſis, quae per ſingulas ciuitates feruntur narrationibus*, in quo ait varia legi, quae ante ipſum iam memorati ſcriptores, Alexander ac Protagoras, Nic. Damaſcenus, Apollodorus in bibliotheca et Conon tradiderunt. Aceſtoridae huius, cuius liber periit, mentionem facit etiam *Tzetzes* Chiliad. VII. v. 649.

CXC. *Ptolemaei*, (Chenni) *Hephaeſtionis* F. περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας, *nouae ad variam eruditionem hiſtoriae* libri VII. ad Tertullam. Ex hoc opere, quod hodie deſideramus, bene eſt, quod ampla excerpta Photius nobis ſeruauit [a]); quae graece et latine inter ſcriptores hiſtoriae poëticae cum Hoeſchelii et Schotti notis edidit quoque, (ſupra ad cod. CLXXXVI. laudatus mihi,) *Thomas Galeus* Pariſ. 1675. 8. Ceterum *Suidas*, [et *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 360. *Harl.*] a quibus opus [[*]] Photio lectum, inſcribitur περὶ παραδόξου ἱστορίας, etiam alia duo Ptolemaei huius ſcripta commemorant, ſimiliter deperdita vtraque: drama hiſtoricum, quod inſcripſerat ſphingem, atque ἀνθόμηρον [b]) ſiue poëma, Ho-

zz) Vide *Voſſium* de hiſt. graec. II. 7. vbi etiam de *Sotione* altero antiquiore, ſcriptore διαδοχῶν.

a) Locus, qui de pane, piſce, hic exſtat, legitur etiam apud *Suidam* II. p. 160. — De ὑπογράφεις, hic memoratis, v. *Spanhem.* ad Callimach. p. 2.

b) Sic anticlaudianum ſcripſit Alanus Inſulenſis, velut aemulum Claudiano poëtae.

Homero aemulum, rhapſodiarum XXIV. Ab eodem Suida [et Eudocia] cognoſcimus, Traiani et Hadriani temporibus vixiſſe.

Index ſcriptorum, a Ptolemaeo Hephaeſtione laudatorum. Numeri libros Ptolemaei denotant.

Eubuli

CXCI. BASILII magni Ἀσκητικῶν, *Asceticorum libri duo* vna cum ὅροις siue regulis LV. et aliis breuioribus CCCXIII. quae omnia exstant in S. Basilii operibus saepius edita, vt dixi supra, vol. VIII. p. 80. seq. [vol. IX. p. 36. seq. nou. edit.] Asceticorum iam fecit mentionem Photius cod. CXLIV.

CXCII. a. MAXIMI monachi et confessoris *ad Thalassium* presbyterum et abbatem γραφικῶν ἀπορημάτων ξδ', (male excusum ρξδ') *dubiorum e S. scriptura solutiones LXIV.* editae gr. et lat. in tomo priore operum S. Maximi, p. 1-300. Vide, quae notaui vol. VIII. huius bibl. p. 730. [nou. ed. vol. IX. p. 639.] Meminit iterum Photius cod. CXCIV.

CXCIII. b. EIVSDEM *epistolae XXVII.* quae itidem exstant tomo posteriore operum S. Maximi a Combefisio vulgatorum. Epistola illa πολύστιχος πρός τινα φιλόσοφον Ἰωάννην obuia est tom. II. p. 259. atque ad Ioannem cubicularium inscribitur. Vide, quae vol. VIII. huius bibl. p. 737. [vol. IX. p. 648. sqq. et catal. codd. gr. *Venet.* S. Marci pag. 268. *Harl.*]

CXCIV. EIVSDEM λόγος ἀσκητικός, *liber asceticus*, qui exstat tom. I. Operum S. Maximi p. 367-393. et τετρακόσια κεφάλαια πρὸς Ἐλπίδιον, *ad Elpidium capita CCCC.* quae similiter occurrunt tom. I. pag. 394-460. et quorum infra etiam mentio cod. CCCIV. [*Monachii* in cod. Bauar. XXV. in quo plura sunt Maximi opp. v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 3. p. 34. 36. Pariter multa eius opp. in cod. Bauar. LXXXIII. v. *Hardt.* ibid. a. 1804. part. 5. p. 10. sqq. et in aliis codd. Bauar. v. catal. gr. MSSt. Bauar. in ind. voc. *Maximus. Harl.*]

[?] CXCIV. EIVSDEM MAXIMI *epistola ad Georgium eparchum*, quam habemus tom. II. p. 201. et κεφάλαια *capita CC.* quae exstant tom. I. pag. 461-511. *Epistola ad Petrum illustrem*, quae legitur tom. II. p. 291. altera *ad Cosmam* diaconum Alex. quae occurrit tom. II. p. 313. tertia *ad Pyrrhum* presbyterum, quae exstat tom. II. p. 343. quarta *ad Thomam* de locis quibusdam difficilibus *Gregorii Nazianzeni*, quae inter opera S. Maximi quidem non legitur, sed graece ac latine edita est a viro doctissimo *Thoma Galeo* ad calcem librorum Ioannis Scoti Erigenae de diuisione naturae, pag. 46-70. Oxon. 1681. fol. Vide, quae dixi vol. VIII. p. 764. [vol. IX. p. 672. ibique not. nou. edit.] Quinta (*ad* eumdem *Thomam* altera,) cuius Photius facit mentionem, nondum lucem vidit, exstat tamen manu exarata in codice Gudiano, qui iam seruatur in bibl. Guelpherbytana. Vide ibid. pag. 765. [p. 673. nou. ed.]

CXCV. EIVSDEM *ad Marianum*, (al. *Marinum*,) presbyterum (Cypri) epistola exstat tom. II. Opp. p. 1-17. Et *dialogus cum Pyrrho*, obuius tom. II. p. 159-195. et de quo dixi vol. VIII. huius bibl. p. 736. [vol. IX. p. 646. seq. nr. 39. nou. ed.]

CXCVI. S. EPHRAIM Syri λόγοι, *sermones XLIX.* quos ex syriaco graece versos legit Photius. Ex his plerique exstant latine ex versione Gerhardi Vossii Tungrensis, pars etiam graece in editione luculenta operum Ephraimi graeca, quae prodiit cura *Eduardi Thwaites*, Oxon. 1709. fol. in qua postremo loco apud Photium memoratus sermo ad monachos Metebinos ducit familiam, et ceteris omnibus praemittitur: hunc deinde excipit, qui apud Photium omnium primus est, [f]). Addit ille, longe plura huius Ephraimi συντάγματα ex syro idiomate in graecam linguam conuersa ferri πλήρη χάριτος καὶ δυνάμεως, plena

[f]) Multo plura edidit *Assemannus* in sua edit. Romae 1719. sqq. fol. *Harl.*

plena suauitate et vi. Σύρων δὲ παῖδές φασιν, ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγράψαι, *Syri aiunt, vltra mille sermones eum scripsisse,* οἷς καὶ ὁ περὶ τὴν ἱστορίαν ἐκ ἀναξιόπιστος, εἰ καὶ μὴ τὰ δόγματα Εὐσέβιος ὁ τὸ Παμφίλȣ ἐπώνυμον φέρων, ἐπιμαρτύρεται, *quibus etiam suffragatur Eusebius Pamphili, vir in historia non indignus fide, licet in doctrina minus probatus.* Eusebius de Ephraimo, vtpote longe iuniore, meminisse non potuit; itaque Photius memoriae lapsu illi tribuit, quod de multitudine scriptorum Ephraimi legerat in Sozomeni III. 16. Conf. *Coteler.* tom. III. Monum. p. 535. Vide supra lib. V. huius bibl. cap. 2. *Fabr.* In noua hac ed. cap. 6. vol. VIII. vbi p. 320. sqq. multo plura de Ephraimo adnotata sunt, atque p. 217. not. *hh.* num Eusebius meminisse potuerit Ephraimi, et p. 226. sqq. de Ephraimi sermonibus, etc. *Harl.*

CXCVII. CASSIANI monachi *libri duo ad Castorem,* et *tertius ad Leontium* siue epitome ex Cassiani libris quatuor de institutis coenobiorum ad Castorem et ex libris octo ad eumdem Castorem de totidem capitalibus vitiis; nec non ex Cassiani collationibus patrum ad Leontium, *epitome* graece versa. Ex his d) exstat liber primus graece et latine editus inter [?] scripta S. Athanasio supposita tom. III. edit. Montfauconianae p. 366. Tertius MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* IV. p. 166. [p. 373. ed. Kollar.] Epitomes illius auctorem *Eucherium* Lugdunensem, viri docti suspicantur ex Gennadii c. 63. de script. eccles. Graecus interpres quis fuerit, non constat. Vt vero Photius Cassianum scriberet Romanum patria fuisse, Ῥώμην λαχόντα πατρίδα, exinde accidit, quod in codice suo reperit Ἀββᾶ Κασιανȣ τȣ̃ Ῥωμαίȣ, quemadmodum et in caesareis MSS. inuenit Lambecius, qui Cassianum hinc Romanum fuisse disputat lib. IV. p. 166. seq. [p. 373. Koll.] Sed Ῥωμαῖον dixerunt pro latino, quoniam Cassianus latine scripsit; alioqui patria Cassiani non magis Roma fuit, quam Scythia, quod ab aliis viris doctis solum ei natale falso tribuitur: nam ex Galliae prouincia originem duxisse rectius obseruant *Holstenius* cap. 3. praefat. ad codicem regularum, *Norisius* lib. II. hist. Pelag. cap. 1. et *Antonius Pagi* ad a. C. 404. n. 23. seq.

CXCVIII. ANONYMI ἀνδρῶν ἁγίων βίβλος, *vitae sanctorum virorum,* anachoretarum et monachorum ab Antonio monacho vsque ad Heraclii imp. tempora et paullo vlterius. De hoc libro, qui totus fere adhuc, non graece quidem, sed latine ex veteri latina versione exstat, et de subiectis eidem olim in Photii codice HESYCHII *Hierosol.* presbyteri sententiis, graece et latine plus simplici vice editis, dixi supra hoc ipso volumine p. 24. seq. [in hac noua ed. p. 127. seq.] v. *Coteler.* ad tom. I. Monum. p. 758.

CXCIX. IOANNIS MOSCHI λειμὼν siue νέον παραδείσιον *pratum* siue, (cuius tituli etiam superiore codice mentionem fecerat Photius,) *nouus paradisus,* ad Sophronium siue Sophronam discipulum suum, capitibus CCCIV. exstat graece et latine, de quo supra, pag. 22.

d) Vide volum. VII. huius bibl. p. 552. [vol. VIII. pag. 452. sqq. n. ed. vbi iam multa de hoc Photii cod., de Lambecii sententia et reliquis Fabricius disputauit, et ego in not. *xx.* plura collegi de codd. *Harl.*]

pag. 22. seq. [pag. 124. seqq. nou. edit.] et de Sophronio pag. 24. [pag. 127. seq. §. XII. nou. edit.]

CC. MARCI monachi *Asceticorum libelli IX.* Ex his octo exstant vna cum *Nicolai* monachi ad Marcum epistola graece editi nitide a Guilielmo Morello Paris. 1563. 8. vna cum Hesychii Hierosol. capitibus (cod. CXCVIII. a Photio memoratis) ἀντιῤῥητικοῖς καὶ εὐκτικοῖς. Et separatim latine ibid. eodem anno in 8. Ioanne Pico interprete. Librorum in editis alius est ordo, quam apud Photium, vt notaui vol. VIII. huius bibl. p. 350. [vol. IX. p. 267. sqq. nou. ed.] vbi etiam de aliis editionibus. De libro nono, qui nondum lucem vidit, et MS. fuit apud Thomam Galeum, ita Photius: ὁ δὲ θ', κατὰ Μελχισεδεκιτῶν ἀγωνιζόμενος, οὐδὲν ἔλαττον τὸν γεννησάμενον αὐτὸν (scriptorem ipsum libri Marcum, vt pulcre obseruauit *M. V. la Croze* [e]) αἱρέσεως ἔνοχον ὡς μετριωτέρας στηλιτεύει. *Liber nonus decertans aduersus Melchisedecitas, non minus ipsum libri parentem haud leuioris haereseos reum peragit.* Citatur *Marcus* ab Isaaco, Niniues episcopo, qui circa a. 570. scripsit. v. *Assemanni* bibl. orient. vol. I. p. 453. — Alius *Marcus*, monachus iunior, cuius librum de processione Spir. Scti memorat *Pachymer.* in Andronico Palaeologo II. 4. tom. II. p. 79.

[℔] CCI. DIADOCHI, Photices in veteri Epiro siue Illyrico episcopi, *Asceticon capita centum*, quae exstant latine ex *Francisci Turriani* S. I. versione, post editionem Florent. cum S. Nili capitulis 153. de precatione a. 1570. 8. plus simplici vice deinde recusum separatim, vt Antwerp. 1575. tum in patrum bibliothecis, vt in nouissima Lugdunensi tom. V. p. 884. Graece MSta in variis bibliothecis, vt caesarea aliquoties [f]) et eodem *Turriano* curante etiam edita Venet. 1578. 8. vna cum duabus centuriis sententiarum S. NILI, cuius *capita CLIII. de precatione*, Diadocho subiecta legit Photius, testatus praeterea longe plures illius Nili ferri lectu dignas diatribas, et epistolas, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα αὐτοῦ ἀξιόλογα ποικίλας ὑποβαλλόμενα εἴς τε τὸν ἐπιστολιμαῖον τρόπον καὶ εἰς τὸν συγγραφικὸν ἀνηγμένα συντάγματα φέρεται. De illis dictum vol. V. [supra in h. vol.] ad Allatii diatribam de Nilis, quemadmodum de *Diadocho* vol. VIII. p. 349. [vol. IX. pag. 265. seq. vbi conf. not. *hh.* in nou. edit.] Hunc non certa satis coniectura eumdem cum Diadocho volunt viri docti, a quo Victor Vitensis in praefat. histor. de persequutione Vandalica ait eruditum fuisse amicum suum, *a tanto pontifice, totoque laudis genere praedicando beato Diadocho, cuius vt astra lucentia exstant quam plurima catholici dogmatis monimenta dictorum.* Cum Marco, Nilo, et Diadocho Photius confert illisque postponit IOANNIS CARPATHII πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς παρακλητικόν, *consolationem ad monachos in India*, qui hoc ab eo flagitauerunt,

e) Confer huius epistolam ad Fabricium nostrum in Thesauro epistolico Lacroziano, tom. IV. p. 125. *Marci* et aliorum dicta *Florentiae* in cod. Laurent. XI. nr. 2. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 447. et in tom. I. passim in aliis collectionibus citatur Marcus. v. indic. tom. III. voc. *Marcus monachus. Harl.*

f) *Monaci* in cod. LXIII. fin. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 3. p. 10. *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 28. plut. 11. capp. gnostica, s. definitiones X. ibid. in cod. VI. nr. 8. plut. 86. eiusd. et aliorum testimonia de praescientia Dei: idem citatur in collect. capp. asceticorum. v. *Bandin.* catt. codd. gr. Laurent. I. p. 506. 495. et III. p. 295. *Paris.* in nouem codd. bibl. publicae. *Harl.*

gitauerant, *capitibus centum*, quam ex codice Auguſtano latine vertit ediditque *Iacobus Pontanus* S. I. ad calcem dioptrae Philippi ſolitarii, Ingolſtad. 1654. 4. Graeca adhuc in bibliothecis MSta deliteſcunt capita CCXVII. g) Ex his alia LXXXI. idem Pontanus adiunxit, quae latine iam vulgauerat cum Simeonis presbyteri orationibus XXIII. aliisque aliorum veterum lucubrationibus, ibid. 1603. 4. vtraque recuſa in bibliothecis patrum, vt nouiſſima Lugd. tom. XII. p. 535. 542. Hunc *Ioannem Carpathium*, Carpathiorum (in Cycladibus) epiſcopum facit Pontanus, neſcio quo auctore: nam nec in MSS. epiſcopus vocatur, nec Photius epiſcopatum eius commemorat: et Meletius calligraphus in iambis, codici Coislinia-no praefixis, et ab *Montfaucono* p. 305. editis, eum vocat Καρπάθιον ῥήτορα καὶ Θεοφόρον, non epiſcopum. [ſed v. notam antecedent.] A quodam V. D. incerta coniectura refertur ad ſaeculi XIII. initium.

CCII. HIPPOLYTI epiſcopi et martyris ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιὴλ, *commentarius in Danielem*, ex quo fragmenta dedi tom. I. opp. S. Hippolyti p. 272. ſeq. et tom. II. p. 32. Theodoretum ſua ad Danielem enarratione Hippolyto ſubinde ſuffragari notat, cod. CCIII. Alter vero λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου, *liber de Chriſto et antichriſto*, quem deinde lectum a ſe Photius commemorat, peruenit ad nos integer atque [P] inter ſcripta S. martyris familiam ducit tomo I. De illius opere aduerſus haereſes, ſupra, cod. CXXI.

CCIII. Beati THEODORETI commentarius in Danielem, in quo Hippolytum ſubinde ſequitur, caeterum longe illi eſt, Photio iudice, praeferendus. Exſtat graece et latine tomo ſecundo operum Theodoreti, vt dixi ſupra, volum. VII. pag. 434. [vol. VIII. p. 285. ed. nou.]

g) In Anecdotis litterariis, ex MSStis erutis, vol. II. Romae, p. 17. ſqq. ex cod. bibl. Nanianae ſaec. XV. primum editi ſunt incerti graeci poetae iambi in ſermones SS. patrum, ſ. de ſcriptoribus aſceticis, et verſu 42. memorantur *ducenta* tantum *Ioannis Carpathii* capita: idem ſcriptor vers. 28. (vbi v. not. Amadutii,) laudat *Caſſiani*, caſſiam ſpirantis, librum; ac vers. 40. ſq. ſapientis *Marci* (monachi) practicos ſermones atque *Diadochi* gnoſticam centuriam. — *Monaci* in cod. XXV. in inſcriptione citantur *B. Ioannis Carpathiorum epiſcopi* (τῆς Καρπάθου ἐπισκόπου) ad monachos in India rogantes (τοὺς ἀπὸ τῆς ἰνδίας προτρέψαντας) capita hortatoria LXXVII. v. cel. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 3. p. 55. vbi ille V. D. primum adnotat, in titulo quidem dici eſſe capita LXXVII. in margine vero vltimum notari LXXIX. ſcriptorem autem quaedam notare oblitum eſſe, et eſſe reuera LXXXII. et quidem eadem, quae *Iac. Pontanus* cum Symeonis iun. oratt. aliisque opuſculis edidit Ingolſt. 1605. 4. Tum contra Fabricium h. l. defendit Pontanum, quod non contra MSS. fidem fecerit, quum Io. Carpathius non in Monacenſi ſolum, ſed etiam in Caeſarienſi ac Taurinenſi, (CCLIV. in quo ſunt centum capitula conſolatoria: v. catal. codd. graec. Taur. p. 370. vbi etiam auctor catal. eadem monet contra Fabricium,) *epiſcopus* audiat. Ita quoque *epiſcopus* vocatur in cod. *Florent.* Laurent. III. plut. 10. in quo ſunt nr. 17. eius conſolatoria capita centum, atque nr. 18. eiusdem capita practica CXVII. v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laur. I. p. 472. qui adnotat quoque, partem horum capitum practic. n. a. XLI. ad CXVI. ſed initio et inſcriptione deſtituta, exſtare etiam in cod. XV. plut. 7. §. 2. vol. I. pag. 252. In cod. vol. pag. 495. citatur in collect. capitum aſceticorum. — *Paris.* in bibl. publ. ſunt *Io. Carpathii* capp. theologica et gnoſtica, ſecundum cat. codd. vol. II. in ſex codd. atque capita conſolatoria ad monachos in India degentes in totidem codd. *Harl.*

CCIV. EIVSDEM ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον; *expoſitio in Octateuchum*, opus potius inſcribendum εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς κατ' ἐκλογήν, *in loca difficilia* non modo octateuchi, hoc eſt librorum Moſis Ioſuae, Iudicum et Ruth, ſed etiam librorum Samuelis, Regum et Paralipomenon. Itaque apud Photium legendum: ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε οὐ συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ, *inſcriptionem habet operi ipſi parum congruentem*, pro ἔλαχε συμβαίνουσαν. Exſtat et hoc praeclarum Theodoreti opus graece et latine, tomo eius operum primo, vt dixi volum. VII. p. 430. [vol. VIII. p. 279. ſqq. nou. ed.] Lepidus eſt *Guilelmus Eyſengreinius*, qui in catalogo teſtium veritatis p. 198. fingit B. Theodoretum monachum ſacrae paginae doctorem, qui a. 1543. ſcripſerit volumen de quaeſtionibus ſcripturae diuinae ambiguis.

CCV. EIVSDEM commentarius *in duodecim prophetas*, itidem graece et latine editus tomo operum ſecundo, cum verſione *Petri Gyllii*, Albienſis.

CCVI. PROCOPII ſophiſtae ἐξηγητικαὶ σχολαί, commentarii expoſitionum εἰς τὴν ὀκτάτευχον τῶν παλαιῶν γραμμάτων, *in octateuchum ſcriptorum veteris teſt.* nec non *in quatuor regum et in duos paralipomenon libros.* In his tum alios complures, tum Theodoretum maxime conſuluit et in compendium miſit Procopius, de cuius praeclaris lucubrationibus non repetam, quae dixi volum. VI. p. 259. [vol. VII. p. 563. ſq. ed. nou.] tantum rogabo Lipſienſes meos, vt commentarios in pentateuchum ante multos annos accurate deſcriptos e graeco codice Auguſtano, et accuratiore verſione quam eſt edita Conradi Clauſeri donatos, notisque illuſtratos a deſideratiſſimo noſtro D. Godfrido Oleario, diutius nobis ne inuideant, illisque addant commentarios in libros regum et paralipomenon, editos pridem lingua vtraque a Ioanne Meurſio, nec non ineditas adhuc in Canticum canticorum ſcholas, ex eodem Auguſtano codice ad editionem ab laudato Oleario τῷ μακαρίτῃ paratas. [Specimen edidit *I. Chr. Gottl. Erneſti.* vid. nota *nn.* cit. l. p. 565.]

CCVII. EIVSDEM commentarius inſignis *in Eſaiam*, editus graece et latine a Ioanne Curterio, Pariſ. 1680. fol.

[¶] CCVIII. *Eulogii*, archiep. Alexandrini, *contra Nouatianos libri VI.* pridem deperditi, de quibus iam dictum cod. CLXXXII.

CCIX. DIONIS CHRYSOSTOMI *diſſertationes octoginta*, quae omnes exſtant, licet alio quo Photius eas legiſſet ordine, de quibus dictum lib. IV. cap. 10. [cap. 12. vol. V. p. 123. ſqq. n. edit.] *Federicus Morellus* graecolatinae Dionis editioni Pariſ. 1604. fol. hoc Photii caput cum verſione ſua praefixit. Interpretationem Dionis latinam adornauit Thomas Naogeorgus.

CCX. CAESARII κεφάλαια ἐκκλησιαστικά, *capita eccleſiaſtici et theologici argumenti CCXX.* ex quibus editae ſunt graece et latine ab Elia Ehingero quaeſtiones ſiue capita LXXVIII. ſed a Frontone Ducaeo cum Io. Leunclauii verſione, capita CXCV. quas duas editiones ſi quis velit inter ſe conferre, en tibi hanc tabellam:

E. 1-

E.	1–34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.
L.	1–34. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.
E.	54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.
L.	116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133.
E.	72. 73. 74. 75. 76. 77. 78.
L.	134. 135. 136. 137. 138. 139. 140.

Deſiderantur itaque in Ehingeriana editione capita Leunclauianae a 35. ad 96. et ab 141. ad 195. Dialogus primus deſinit in capite centeſimo, ſecundus in centeſimo decimo quarto, tertius in centeſimo duodeoctogeſimo, et quartus in centeſimo nonageſimo quinto. In codice caeſareo inſcribuntur Πεύσεις προτιθεῖσαι ὑπὸ Κωνσταντίνου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου, ἐπὶ σεκρέτω Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ἐπισκόπου Ναζιάνζου, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι, *) *Quaeſtiones a Conſtantino, Theochariſto, Andrea, Gregorio, Domno, Iſidoro et Leontio priuatim ac familiariter* [h]) *propoſitae Caeſario fratri S. Gregorii epiſcopi Nazianzi, quum per viginti annos docens CPoli commoraretur.* At verba Photii poſtrema de hoc opere, εἰς ἐρωτήσεις δὴ καὶ ἀποκρίσεις μεθ᾽ ὑποβολῆς (ita videtur legendum pro ὑπερβολῆς) προσώπων τὸ τοῦ λόγου σχῆμα πεποίηται· εἶναι δέ φασι Γρηγορίου, οὗ τὸ Θεολόγος ἐπώνυμον τὸν συγγραφέα ἀδελφὸν δηλοποιεῖ. Haec poſt Ehingerum Riuetus, Labbeus et alii ita intellexere, ac ſi Gregorius Naz. verus auctor ſit huius libri, fratremque ſuum inclareſcere cupiens, ſub illius nomine eum emiſerit. Sed rectius Schottus, cui *Lambecius* IV. pag. 36. [i]) adſentitur: ſenſus enim illorum verborum non alius eſt, quam compoſitum eſſe per interrogationes et [(*] reſponſiones, more dialogorum, ſuppoſitis perſonis colloquentibus, Gregorii vt aiunt, cuius cognomen theologus ſcriptorem ipſius fratrem prodit. Plura de hoc Caeſario, Nazianzeni fratre, *Tillemontius* tomo IX. memor. Supereſſe adhuc quaeſtiones CCXX. (quot in ſuo codice Photius reperit,) in nonnullis bibliothecis MStas, notaui volum. VII. huius bibl. p. 542. [vol. VIII. p. 435. ſq. n. edit. ibique v. notas. *Harl.*]

 CCXI.

*) Pro κ' Lambecius IV. pag. 47. [105. ed. Koll. qui probat,] legit ϛ', hoc eſt ſex, pro viginti.

h) *Lambec.* IV. pag. 78. ſqq. et 85. de lectione ἐπὶ σεκρέτῳ multus, vertit *priuatim ac familiariter;* at *Kollar.* in not. *A.* copioſe eum refutat, reiicitque Leunclauii verſionem *Secretario* aut *a Secretis;* contra interpretatur *Praefecto tribunali dicaſterioque.* Pag. 97. in nota A. et p. 111. illos dialogos a Caeſario ſcriptos eſſe, dubitat negatque. Idem p. 110. ſq. defendit Lambecium ab iniuria *Oudini*, qui in tom. I. commentar. de SS. eccl. p. 540. ſqq. de Caeſario et de eius quaeſtionibus theolog. etc. harumque codd. agit negatque cum *Guil. Caueo* in hiſt. litter. SS. eccles. ſaec. 4. ad an. 570. pag. 201. (p. 249. tom. I. edit. Baſil.) a Caeſario, Gregorii Nazianz. fratre vllum ſcriptum poſteritati eſſe commendatum, atque p. 544. culpat Lambecium, quaſi hos libros Gregorio Nazianzeno, licet cum aliqua formidine, adſeruiſſet. Contra Kollar. clare commonſtrauiſſe ſibi videtur, Lambecium nec verba Photii recte intellexiſſe, et ex Nazianzeni epitaphia oratione controuerſos dialogos fruſtra Caeſario adſertum iuiſſe. Add. *Lambec.* III. p. 465. ſq. ibique Kollarii notam. *Harl.*

i) Pag. 72. ſqq. ed. Koll. de cod. CVII. in quo opus illud Caeſarii exſtat, et a Lambecio a pag. 66–111. recenſetur. Sed Kollar. in pluribus notis refellit Lambecii edicta; ex. gr. p. 75. meliorem Photii lectionem ex cod. caeſareo adfert, et defendit Labbeum ac Riuetum. *Harl.*

CCXI. *Dionysii* Aegei *Dictyaca*, de quibus pridem deperditis iam dictum ad cod. CLXXXV.

CCXII. *Aenesidemi*, (Photio ὁ Αἰνησίδημος ὁ ἐξ Αἰγῶν, quod de Dionysio verum, qui apud Photium praecesserat, non de Aenesidemo, qui Laërtio Κνώσσιος ex Cnosso Cretae, IX. 116.) Πυῤῥωνίων λόγοι η', *Pyrrhoniarum* siue scepticarum *dissertationum* ad Lucium Neronem (al. Tuberonem) libri VIII. laudati etiam *Laertio* IX. 116. quos hodie desideramus. Ex his liber primus videtur fuisse, qui ab Aristocle apud *Eusebium* XIV. 18. praeparat. euangel. et apud *Laërtium* IX. 78. vocatur ὑποτύπωσις εἰς τὰ Πυῤῥώνεια, sane in libro illo primo Photius diserte testatur, Aenesidemum vniuersam Scepticorum doctrinam tradidisse ὡς τύπῳ καὶ κεφαλαιωδῶς. Docuit hic Alexandriae Augusti tempore: itaque Aristocles ait, eum χθὲς καὶ πρώην *nuper* Pyrrhoniam philosophiam ἀναζωπυρεῖν et instaurare conatum esse. De illo dixi lib. III. cap. 33. p. 818. [c. 11. vol. III. p. 621. sq.] et ad Sextum Empiricum p. 48. a., qui plura ex Aenesidemo in sua scripta transtulit.

CCXIII. *Agatharchidis* siue *Agatharchi* Cnidii, grammatici et rhetoris [k]), qui Heraclidae Lembi anagnostes et amanuensis atque Cinnaei alumnus fuit, (atque adeo Ptolemaei Philometoris tempore et longe deinceps vixit,) ἱστορικὸν, *opus historicum* pridem deperditum, in cuius libro quinto memorari vidit Photius quae hodie itidem omnia desideramus scripta illius alia 1) τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐγνωσμένα, *de rebus Asiae, libros IX.* 2) Τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, *de rebus Europae, libros XLIX.* 3) Τὰ περὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν, *de mari rubro libros V.* Praeter haec, ait Photius, laudata ab aliis Agatharchidae [?] scripta, sed quae ipse nunquam viderit, 4) *Librorum de mari rubro epitomen libro* 1. 5) περὶ Τρωγλοδυτῶν, *de Troglodytis, libros V.* 6) Ἐπιτομὴν Ἀντιμάχου Λύδης, epitomen poëmatis *Antimachi*, cui titulus: *Lyde* [l]) 7) Ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων, *epitomen eorum qui de mirabilibus scripserunt.* Confer Ionsium lib. II. de scriptoribus hist. philosoph. cap. 12. vbi refellit eos qui apud Photium legunt περὶ ἀνέμων, *de ventis.* 9) ἐκλογὰς ἱστοριῶν, *electa historica*, et 10) περὶ προσφιλοῦς ὁμιλίας, *de amica consuetudine.* Ex libro II. et V. de mari rubro, nec non ex mirabilium epitome excerpta dat Photius infra cod. CCL. De Agatharchide ipso non repetam, quae dixi lib. III. cap. 8. [cap. 2. vol. III. pag. 32. sq. n. ed. vbi vid.]

CCXIV. *Hieroclis*, (Alexandrini philosophi,) περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ τῆς τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως, *de prouidentia et fato arbitriique nostri cum diuina gubernatione congruentia*, ad Olympiodorum, libri VII. in quibus sententias Platonis, Aristotelis, Alexandri Aphrodisei, Plotini, Origenis, Porphyrii, Iamblichi, et magistrorum

k) V. *Fabric.* ad Sextum Empir. pag. 62. *Salmas.* ad Plin. p. 346. b. *A.* p. 583. a. *C.*

l) *Antimachi* poëtae Colophonii antiquissimi, qui ante Platonem fuit, poëma elegiacum consolationem de obitu *Lydes* vxoris suae complexum memorat *Plutarchus* consolat. ad Apollon. pag. 106. *Athenaeus* XIII. cap. VII. et *Suidas* in Ὀργεῶνες. De aliis Antimachi scriptis Lud. Kusterus ad Suidam in Ἀντίμαχος. *Fabr.* conf. supra in vol. II. p. 104 sqq. *Harl.*

giſtrorum ſuorum Plutarchi Atheinenſis et Ammonii (Hermeae) Alexandrini expoſuit et Platonis dogmata cum Ariſtotelis placitis conatus eſt conciliare. Ex hoc opere deperdito excerpta leguntur infra, cod. CCLI. Recuſa ſunt Photiana illa in Hierocle, ed. *Needhami*, Cantabr. 1709. mai. 8. pag. 236. quem vide, et conf. notas eius p. 440. ac praef. p. 10. ſq. nec non prolegom. *Pearſon.* ad Hieroclem p. 26. ſqq. [add. *Lambec.* VII. p. 304. et infra ad cod. CCLI. *Harl.*] De *Hierocle* praeter ea, quae de illius egregiis in aurea carmina commentariis dixi lib. II. c. 12. §. 7. [p. 797. ſqq. vbi plura addidi *Harl.*] conſuli poſſunt *D. Godfridi Olearii* prolegomena ad Euſebii librum, quem alteri ac vetuſtiori Hierocli oppoſuit. *Olympiodorum*, ad quem Hierocles iunior ſcripſit, illum intelligo, cuius commentaria in varios Platonis libros ſuperſunt adhuc inedita, de quibus ſupra [cap. XXXIII. §. VI. ſub fin.]

CCXV. *Ioannis Philoponi* liber κατὰ τῆς σπȣδῆς Ἰαμβλίχȣ, ἣν ἐπέγραψε περὶ ἀγαλμάτων, contra *Iamblichi* philoſophi ſcriptum, quo *idola* ſiue *imagines* Deorum, numine *plenas* voluit euincere. Idem ante Iamblichum in libro περὶ ἀγαλμάτων probandum in ſe ſuſceperat Porphyrius, cuius veſtigia illum inſtitiſſe non dubitat *Holſtenius* in vita Porphyrii c. 9. Hodie vniuerſa iſta et Porphyrii et Iamblichi et Philoponi ſcripta deſideramus.

[P] CCXVI. CCXVII. CCXVIII. CCXIX. ORIBASII medici 1) *libri quatuor* πραγματείας ἰατρικῆς, *commentariorum medicorum*, ex *Galeni* ſcriptis contracti, iuſſu *Iuliani* imp. τȣ̃ τῆς εὐσεβείας ἀποστάτȣ, eique dedicati. Horum mentionem facit Oribaſius in praefat. ad ἑβδομηκοντάβιβλον, ſed ipſi quidem interciderunt, certe editi non ſunt. 2) ἑβδομηκοντάβιβλος, *Synopſeos*, (non ex Galeno modo, ſed ex aliis etiam medicis,) *libri LXX.* eiusdem Iuliani iuſſu, quum priorem lucubrationem probaſſet, compoſiti. Ex hoc opere, quod libris LXXII. conſtitiſſe traditur apud Suidam in Ὀρειβάσιος m), exſtant *libri priores XV.* nec non *XXIV.* et *XXV.* Latine tantum editi hactenus, Pariſ. 1555. 8. ex verſione *Io. Baptiſtae Raſarii* medici, Nouarienſis, vna cum praefatione Oribaſii ad Iulianum imper. *) 3) *Synopſis* prioris operis ἑβδομηκονταβίβλȣ, ad filium *Euſtathium* ſcripta poſt Iuliani

m) Suidas videtur LXXII. libros numerare pro LXX. quoniam vna cum illis computauit libellos duos Oribaſii chirurgicos *de laqueis* ex Heracla, et *de machinamentis* ex Heliodoro, quos habemus latine verſos a Vido Vidio Florentino, atque cum huius chirurgia editos Pariſ. 1544. fol. et deinde vna cum aliis Oribaſii ſcriptis recuſos. Idem Suidas ait, Oribaſium ſcripſiſſe libros quatuor πρὸς τὰς ἀπορȣ̃ντας τῶν ἰατρῶν, *ad medicos dubitantes*, nec non περὶ βασιλείας *de regno*, et περὶ παθῶν *de affectibus*. Sed hi omnes interciderunt. Quod autem Sardianum vocat Suidas, quem Eunapius Pergamenum, in eo quis non malit Eunapio adſentiri? Denique *ſcholia in aphorismos Hippocratis*, quae exſtant, latine ſub Oribaſii nomine vulgata a *Io. Guinterio Andernaco*, Baſil. 1535. 8. et recuſa Pariſ. ac Venet. 1555. et Patau. 1658. 8. alium habere auctorem viris doctis videntur. — *Oribaſii* libri V. ἁπλῶν de herbis et ſimplicibus medicamentis, lat. Argentor. 1533. fol. ap. Ioan. Schottum, cum aliis aliorum libris. *Fabr.* — *Oribaſii* — commentaria in aphoriſmos Hippocratis, hactenus non viſa, *Io. Guinterii* Andernaci Doct. medici induſtria, — eruta et nunc primum — edita. Baſil. ex offic. Andr. Cratandri. 1535. 8. *Harl.*

*) Romae tamen 1543. 4. *Auguſtino Riccio*, medico Lucenſi curante, prodiere graece *Oribaſii* libri V. capita priora ſex, et libri primi ad Eunapium caput XIV. de aquis, vna cum Galeni, Rufi, Dioclis et Athenaei medici fragmentis

Iuliani imp. mortem et *libris IX.* contracta. Haec quoque edita exstat, sed itidem latine tantum ex iam laudati *Rasarii* versione, Venet. 1553. 8. Lutet. 1554. 12. Memorat etiam Suidas in Ὀρειβάς. In graeco codice MS. apud *Lambecium* VI. p. 102. [p. 234. ed. Kollar.] titulus est: Σύνοψις καὶ ἐκλογαὶ ὑγιειναὶ προφυλακτικαί τε καὶ σύνθετοι, ἔτι δὲ σημειωτικαὶ καὶ θεραπευτικαὶ καὶ ἀνατομικαὶ ἀπὸ διαφόρων ἀρχαίων. Incipit: Κελεύσαντος τοῦ Ἰουλιανοῦ ποτε τοῦ θειοτάτου αὐτοκράτορος συναγαγεῖν με τῶν ἀρίστων ἰατρῶν τὰ ὅσα χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ὑγείας, προθύμως συνήγαγον ἐν ἑβδομήκοντα βίβλοις. 4) εὐπορίστων, *de medicamentis facile parabilibus* et facili atque expedita morbos vel vulnera curandi ratione ad *Eunapium*, quem λογιώτατον siue eruditissimum celebrat, *libri IV.* Pro Eunapio quosdam codices habuisse *Eugenium*, Photius testatur; sed Eunapii nomen

tis de eodem argumento, et subiuncta separatim latina interpretatione. *Fabr.* Plura de Oribasio leges infra in vol. XII. pag. 639. sqq. ed. vet. et vol. XIII. pag. 355. sq. in elencho medicor. vett. add. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. tom. II. pag. 913. sqq. (qui alios VV. DD. de illo laudat, et aetatem eius ante ann. 400. ponit,) *Saxii* Onomast. part. I. pag. 416. sq. ad a. 362. et quae ego adnotaui in Introd. in histor. L. gr. II. 1. p. 534. sqq. — In cod. *Escorial. Oribasii* medicinalium collectionum liber 24. et ex Galeno liber 25. — Eiusdem compendium orationum ad filium suum Eustathium, teste *Plüero* in itinerar. per Hispaniam p. 185. — *Paris.* in bibl. publ. codd. octo sunt Oribasii *medicarum collectionum libri duo:* in codd. MMCLXXVII. et MMCCCXXXV. *de medicamentis facile parabilibus,* et in cod. MMCCXLIII. nr. 5. *de ponderibus et mensuris.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 8. plut. 74. est Oribasii e libris Galeni de fracturis, quem librum, Fabricio ignotum, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 84. sq. autumat esse librum XLVI. operis collectionum medicarum, quia is, qui consequitur, liber notam habeat numeri XLVII. Idem adnotat, illum librum vna cum sequentibus in isto cod. vsque ad §. XVII. inclusiue editum esse a *Coochio*, Florent. gr. et lat. 1754. fol. pag. 54-90. In illo enim cod. ibid. a num. VIII. — XL. multa Oribasii excerpta ex magno LXX. librorum syntagmate medico repeciuntur, et a Bandin. recensentur. — Ibidem in cod. XV. sunt Oribasii libri medicinales *octo.* atque in cod. XVII. plut. 74. libri *nouem,* quorum diuersitatem vberius indicat *Bandin.* l. c. p. 116. sq. et 118. sq. — pag. 134. recenset *Cocchii* editionem Nicetae atque Oribasii opp. gr. et lat. cum adnotatt. inscriptam: Graecorum chirurgici libri, *Sorani* vnus de fracturarum signis, *Oribasii* duo de fractis et de luxatis, e collectione Nicetae: ab antiquissimo et optimo cod. Florentino descripti, conuersi atque editi ab *Antonio Cocchio,* Anatomes P. P. Florentiae 1754. fol. Add. *Hamberger.* l. cit. p. 917. — De cod. *Neapolit.* in bibl. August. S. Ioannis ad Carbonar. v. supra, vol. V. p. 798. nr. 42. — *Mosquae* in cod. synod. CLXXXVIII. Orib. synopsis; libr. IX. — et cod. CLXXXIX. quatuor libri ad *Eunapium.* v. *Matthaei* notit. codd. Mosquens. p. 123. sq. ed. 8. — ibid. p. 182. nr. 40. in cod. CCLXXIX. ἐκ τῶν τοῦ Ὀριβασίου ὑγιεινῶν παραγγελμάτων· — ib. p. 284. seq. cod. typogr. synod. XXV. (et in cod. *Colbert.* CCCLXXIV.) Oribasii XV. priores libri ἰατρικῶν συναγωγῶν. Codicis Mosquensis synod. notitiam dedit cel. *Gruner* in Baldingeri Magazin für Aerzte, part. II. pag. 183. sqq. — Idem V. D. edidit *Oribasii* collector. medicin. librum primum gr. et lat. in progr. Ienae 1782. 4. atque librum II. ibid. eodemque anno addiditque aliud fragmentum, etiam ex cod. Mosquensi. — In cod. *Coislin.* CCCXXXV. synopsis trium librorum Oribasii ad Iulianum, ad Eustathium et ad Eunapium etc. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 448. seq. — Multos codd. in variis bibliothecis seruatos indicat *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. v. indic. voc. *Oribasius.* — In cod. *Barocc.* CL. nr. 6. liber de simplicibus medicamentis, compositionibus et mixturis, ordine alphabeti. inc. ἐν ἀγρῷ εἰς ἕνα τόπον. — in cod. *Io. Mori,* LIII. f. nr. 9259. cat. MSS. Angliae etc. II. 2. synopseos ad Eustathium libri sex, quibus tota medicina in compendium redacta continetur. *Harl.*

men praetulere etiam codices, quibus vſus interpres vterque latinus n). Nam hi quoque quatuor libri exſtant latine ex *Anonymi* verſione vulgata a *Io. Sichardo* cum Coelii Aureliani tardarum paſſionum libris, Baſil. 1529. fol. (non in 8. vt in Merklini Lindenio renouato excuſum:) et ex interpretatione noua laudati *Raſarii*, edita vna cum ceteris Oribaſii [?] ſcriptis Baſil. 1557. 8. III. voll. [add. cat. bibl. Leidenſ. p. 142.] et inter medicos principes Henrici Stephani, Pariſ. 1567. fol. Oribaſii operum vetus interpretatio latina multum diuerſa ab edita, tum ratione ordinis librorum, tum rerum tractatarum MSta fuit in bibl. Renati Moreau, monente Labbeo bibl. nouae MSS. pag. 214. Teſtatur Oribaſius, ſe in his libris ſuccincte complexum, quae apud Galenum, Dioſcoridem, Apollonium, Rufumque Epheſium et alios reperiſſet, et quorum ipſe periculum feciſſet. [*Anatomica* ex libris Galeni, cum verſione I. Bapt. Raſarii, curante *Gulielmo Dundaſs*, cuius, (et in calce, *Duckeri*) notae accedunt. Lugd. Bat. 1735. 4. *Harl.*] In Oribaſii amici ſui laudem multa Eunapius in ſophiſtarum vitis, qui inter alia p. 140. teſtatur, illum non parum contuliſſe, vt Iulianus, a quo medicus adſcitus fuerat, in imperatoris dignitatem eueheretur, idque fuſius innuit Eunapius, ſe expoſuiſſe in ſuis annalibus, quos hodie deſideramus. Libro I. Anthologiae hoc in Oribaſii imaginem legitur epigramma:

Δίου Ὀρειβασίου τὸν ἀθάνατον διὰ τέχνην
Πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο μοῖρη.

Diui Oribaſii, quem diuinam propter artem
Saepius reuerita vitas hominum remiſit Parca *).

Ex Oribaſii ſcriptis iterum epitome imp. Conſtantini Porphyrogeniti iuſſu compoſita eſt a quodam *Theophane*, quae graece MS. exſtat aliquoties in bibl. caeſarea. Vide *Lambecium* VI. pag. 114. 116. 157. [p. 261. nr. 9. p. 264. 266. nr. 1. et p. 356. nr. 8. ed. Kollar.

Index ſcriptorum, ex quibus Oribaſius libros ex ἑβδομηκονταβίβλῳ ſuperſtites compoſuit.

Agathinus lib. X. cap. 7.
Antylli primus liber de praeſidiis extrinſecus incidentibus. IX. 3. 4. 9. 11. 13. 22. 23. 24. X. 2. 3. 12. 13. 19. 36. Secundus de praeſidiis euacuantibus. VII. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 21. VIII. 5. 10. 13-17. tertius de auxiliis liber IV. 11. V. 28. 29. quartus liber VI. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 21. 22. 23. 24. 26-36.
Apollonius medicus. VII. 19.

Archige-

n) It. cod. *Bauar.* LXXII. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. pag. 52. ſeq. — [*Venet.* cod. Marcianus CCXCIV. v. cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 169. et alii. *Harl.*

*) Epigramma in Oribaſium in Anthol. libr. IV. p. 486.

Archigenes VIII. 1. 2. 23. 46.
Athenaeus medicus. I. 2. 9. 11. V. 5. liber nonus et vicesimus IX. 5. liber primus IX. 12.
Chius. XXIV. 31.
Ctesius de elleboro. VIII. 8.
Dieuchidas. IV. 5. 6. 7. VIII. 42.
Diocles. IV. 3. V. 4. 26. VIII. 22. 41. XXIV. 31.
[❡] Dioscorides. V. 13. 25. libri XI. XII. XIII. integri ex Dioscoride excerpti.
Epicurus. VI. 37.
Galenus. I. 1. 12. 41. II. 59. 62. 64. III. 1. IV. 1. V. 1. 6. 8. 10. 14. 15. 16. 18. VI. 4. 11. 37. VII. 1. 13. 15. 22. VIII. 18. 11. 19. 20. 44. IX. 1. 6. 10. 21. X. 1. 6. 41. XIV. 1. seq. 46. 51. 53. 57. 59. 63. 66. XV. totus ex Galeno de medicamentor. facultat. XXIV. 1. XXIV. 8. ex libro Galeni περὶ φωνῆς qui intercidit. XXV. 2. seq. ex libro de ossibus. Galeni ad Potamonianum de vomitibus. VIII. 21.
Goras. I. 40.
Herodotus medicus. V. 27. 30. liber de auxiliis. VI. 20. 25. de praesidiis euacuantibus. VII. 8. 17. VIII. 3. 4. 7. de praesidiis extrinsecus occurrentibus. X. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 17. 18. 37. 38. 39. 40.
Hippocrates VI. 38. VII. 23.
Historiae rerum admirabilium in aquis. V. 3.
Iustus. VIII. 47. bis.
Lyci commentarii. VIII. 25. 43. IX. 25.
Marinus. XXV. 58.
Menemachus. VII. 21. X. 14.
Mnesitheus. VIII. 8. 38. Atheniensis, de facultatibus alimentorum II. 67.
Mnesitheus Cyzicenus. IV. 4.
Philagrius libro de potionibus suauibus. V. 17. 19. 20. 21. 22. 23.
Philotimi de facultatibus alimentorum. II. 69. IV. 10. V. 32.
Philumenus. VIII. 45.
Rufus. I. 40. II. 61. IV. 2. V. 9. 11. 12. VI. 38. VII. 26. VIII. 24. 39. 47. secundus liber de diaeta V. 3. liber duodecimus. V. 7. de nominibus partium humani corporis. XXV. 1.
Sabinus. IX. 15.
Soranus de pudendo muliebri. XXIV. 31.
Xenocrates de alimento quod ex aquatilibus. II. 58.
Zopyrus. XIV. 45. 50. 52. 56. 58. 61. 64.

Inter hos scriptores Oribasio lectos penultimo loco adparet *Xenocrates*, insignis et praeclarus scriptor [o]), Galeno saepius laudatus nec non Aëtio, Clementi Alex., Artemidoro, aliisque, patria Aphrodisiensis, clarus tempore Tiberii imp. cuius lucubrationem de alimento ex aquatilibus graece vix tertiam partem olim editam a Gesnero, quum ante aliquot annos ab

o) De eo dictum supra lib. III. c. 3. p. 68. seq. [cap. 4. vol. III. ibique not. z. p. 192. sq. et quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. II. 1. p. 21. seq. p. 335. de program. cel. *Gruneri*, medici Ienens. inscripto; *Variae lectiones Xenocrateae*, Ienae 778. 4. atque in parte 2. p. 549. *Harl.*

ab illuſtri Paulo Vindingio nactus ſim integram, iuuat illam hoc loco tecum, lector beneuole, communicare. *Fabr.* Ego vero in noua hac bibl. gr. edit. Xenocratis libellum eo magis duxi omittendum, quod et infinitis mendis ſcatet, iudice Franzio, et hic ac poſtea Caietanus de Ancora eum multo curatius ediderunt, docteque illuſtrarunt. *Franzii* editio inſcripta eſt: Ξενοκράτους περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς· cum latina interpretatione Io. Bapt. Raſarii et Conr. Geſneri ſcholiis, nunc primum integritati reſtituit, varietate lectionis animaduerſionibusque illuſtrauit atque gloſſarium adiecit *Io. Georg. Frid. Franzius.* Lipſ. 1774. 8. (et, cum nouo forſan tantum titulo, ib. 1779. 8.) — Multo tamen limatiorem editionem curauit *Caietan. de Ancora* (qui in praef. p. VIII. et IX. multa culpat in Franzii editione). Inſcriptio haec eſt. Ξενοκράτους — *Xenocratis* de alimento ex aquatilibus, cum latina interpretatione Io. Bapt. Raſarii, ſcholiis Conradi Geſneri, et notis integris Io. Frid. Franzii. Accedunt nouae variantes lectt. ex codd. MSS. depromtae, et animaduerſiones Diamantis Coray nunc primum editae; itemque adnotatt. in auctorem, additamenta in gloſſarium Franzii, hodiernam ichthyologiam illuſtrantia, et lucubratio de piſcium eſu *Caietani de Ancora.* Neapoli 1794. typis regiis, mai. 8. In praefationis limine Xenocratis vitam enarrat. — Margini exemplaris, quod cl. Lenz mecum communicauit, adſcriptae ſunt variae lectiones, excerptae, (vti ab initio adnotatum eſt,) ex apographo huius opuſculi, quod ſeruat bibl. Iohannea Hamburgenſis inter MSS. in fol. nr. 87. quae, ſi temporis, ſpatii et inſtituti ratio permiſiſſet, lubenter h. l. repoſuiſſem. *Harl.*

[?] CCXX. *Theonis* archiatri Alexandrini ἄνθρωπος ſiue *Homo*, liber medicus pridem deperditus, de curandis corporis humani morbis, ad Theoctiſtum. Hic mihi videtur fuiſſe *Theon* medicus, quem in Galatia magnam famam ſua aetate conſequutum eſſe ſcribit *Eunapius* in Ionico.

CCXXI. AETII Amideni βιβλίον ἰατρικὸν, *opus medicum*, *libris XVI.* quod totum exſtat graece MStum in variis bibliothecis, totum etiam latine lucem vidit; priores libri VIII. ſolum graece editi. Vide, quae de hoc ſcriptore vol. VIII. huius bibl. p. 319. ſeq. [vol. IX. p. 228. ſqq. n. ed.] vbi etiam habes indicem ſcriptorum, e quibus Aëtius inſigne opus ſuum collegit, quod Oribaſianis ſynopſibus praeferre Photius non dubitat, niſi quod in ἑβδομηκονταβίβλῳ ſua Oribaſius anatomica adcuratius perſequutus fuit.

CCXXII. *Iobii* monachi, in oriente clari poſt ſynodum Chalcedonenſem ante Heracliana ac monotheletarum tempora, adeoque circa ſexti initia ſaeculi [p]), οἰκονομικὴ πραγματεία, opus de variis oeconomiam ſiue incarnationem Chriſti et eccleſiam chriſtianam ſpectantibus quaeſtionibus [q]), diuiſum in libros IX. capita XLV. ex quibus prolixa excerpta

p) Elegantis ingenii ſcriptorem non tamen antiquiſſimum, qui paullo ante tempora Photiana vixerit, adpellat *Rich. Montacutius* p. 27. Analect. *Iouium* malit adpellari *Vales.* ad Euſeb. p. 59. *Fabr.* — Quae Photius in hoc codice CCXXII. et CCXXIII. dedit, ea ſeorſum excerpta ſunt in cod. *Vindob.* CCXLVI. nr. 14. v. *Lambec.* comment. V. p. 418. ſq. *Harl.*

q) V. g. quare filius DEI, et non pater vel ſpiritus S. incarnatus fuerit? quare filius Dei? non

[P] Photius seruauit, ipsos hodie desideramus. Iacobum, (maiorem, apostolum,) propter virtutem dictum esse Ἰάβ λίαν, legas p. 332. pro quo Ἰοβλίαν apud Nicetam et in Eusebii codicibus II. 23. Hist. ὠβλίας, sed legendum ὠβλιάμ, עבלעם περιοχὴ λαῦ. Vide Reinesii Var. lect. III. 2. pag. 356. atque alias de hac voce coniecturas apud *Fullerum* III. 1. Miscell. sacr. et in *Combefisii* auctario nouissimo bibl. patrum p. 541. Haeretici nominetenus ab Iobio notantur Manes p. 300. Arius et οἱ κατὰ Μακεδόνιον p. 311. Doctorem ecclesiae laudat nullum, nisi Θεοφόρον Ignatium p. 321. et Gregorium theologum p. 315. 316. ac Gregorium Nyssenum p. 326. Huius Iobii πραγματείαν alteram κατὰ Σεβήρε, *contra Seuerum* Antiochenum p. 298. memorat, sed nihil ex ea profert Photius, auctorem p. 323. adpellans κλεινόν τε καὶ τῶν θείων μαθημάτων διάπυρον ἐραστήν.

CCXXIII. *Theodori* siue Diodori *Tarsensis* episcopi **κατὰ εἱμαρμένης contra fatum** *libri VIII.* capita LIII. opus graece deperditum, certe numquam editum, licet syriace illud superesse referat Hebed Iesu in catalogo scriptorum chaldaicorum. Non videtur aliud esse, quod memorat Suidas in Διόδωρος, κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης. Speciatim Diodorus oppugnauit etiam Bardesanem, qui corpora astris subiecit, animos solos liberos ab illius vi esse statuit. Argumenta librorum singulorum copiose a Photio exponuntur, atque inter alia traditur Diodorus fuisse in illa sententia, quod Magi de stella Christum designatura edocti fuerint a Chaldaeis, qui id a Balaamo vsque propheta acceperint. De aliis *Diodori* scriptis dictum vol. VIII. huius bibl. p. 358. seq. [vol. IX. pag. 278. seq. vbi v. not. in nou. ed. Add. epist. *de la Croze* in thes. epistol. Lacroziano, tom. III. p. 275. seqq. *Harl.*

CCXXIV. *Memnonis* r) ἱστορικὸν, *commentariorum historicorum de rebus Heracleae ponticae libri XVI.* pridem deperditi: ab originibus vrbis vsque ad mortem Brithagorae, qui ad Iulium Caesarem missus lagatus est. Photius primos octo libros huius operis non legit, sed tantum ceteros octo, qui hos sunt insequuti: e quibus ampla adfert excerpta, s) a *nono* vsque ad *decimum sextum,* hoc est, a tempore, quo tyrannidem occupauit Clearchus Platonis et Isocratis discipulus, vir non indoctus et bibliotheca, quam singulari studio congessit, delectatus, sed qui insolenti arrogantia Iouis se ferens filium, quum per annos duodecim crudeliter imperasset, interfectus est a suis quondam apud Platonem condiscipulis, *Chione* Matreos

non angelus? Multas etiam de aliis argumentis quaestiones admiscet Iobius, vt, fuerit quare homo ita conditus, vt posset labi? quare Moses historiam creationis non coeperit ab angelis? quare in sacris veteris maxime test. libris sint loca intellectu difficilia? p. 324. seq. et quomodo pro omnibus hominibus mortuus Christus p. 330. seq. non vero pro angelis? pag. 334. et quomodo angeli in bono confirmati, nos minime? p. 338.

r) Conf. *Suidas* tom. II. p. 522. *Salmas.* ad Plin. p. 615. b. *G. Fabr.* — Diuersus hic Memnon est ab antiquo *Memnone*, e cuius opere Photius excerpta dedit, v. *Gédoyn* ad versionem suam illorum franco-gallicam, ad quam multa Photii loca emendat explicatque, in Memoires de litterature etc. tom. XIV. Paris. 1743. p. 279. sqq. — In cod. *Vindobon.* CXXV. nr. 6. sunt excerpta haec Photiana minus tamen integra, ἐκ τῶν τῆ Ἱστορικῆ Μέμνονος. v. *Lambec.* comment. VII. pag. 482. qui praeterea consulere iubet *Ger. Io. Vossium* de historicis graecis, libr. II. cap. 5. *Harl.*

s) Ibi alicubi Κλέον male pro Κίανον legitur, v. *Salmas.* ad Plin. p. 624. b. *A.*

Matreos siue Matridis F. illo ipso, cuius epistolas habemus, de quibus dixi lib. II. c. 10. §. 5. [vol. I. p. 677. n. ed.] *Leonte*, (qui Suidae et Iustino *Leonides*,) et *Euxenone*, (Antitheum addit [P] Suidas in Κλέαρχος, qui Euopium praeterea veterem ante Clearchi tempora Heracleae tyrannum memorat, quum Photius e Memnone scribat, Clearchum ἐπιθέσθαι πρῶτον τυραννίδι κατὰ τῆς πόλεως.) Excerpta Photii ex octo Memnonis libris primus graece edidit cum λειψάνοις quibusdam Ctesiae et Agatharchidis, Ibericisque et Hannibalicis Appiani, *Henricus Stephanus* 1557. 8. recusa 1594. 8. latine vertit *Laurentius Rhodomannus*, cuius versio ab Andrea Schotto quoque in Photio suo seruata est, sed et prodiit separatim Helmstadii 1592. 4. et graece atque latine Geneu. 1593. 8. et cum noua *Rich. Bretti* versione Oxon. 1597. 8. Nonnulla Memnonis loca illustrat *Iacobus Palmerius* Grentemesnilius in exercitationibus ad optimos autores graecos, Lugd. Bat. 1668. 4. a pag. 168. ad 183. vbi inter alia fuse differit de ordinibus remigum in veterum nauigiis. Quoniam liber XVI. Memnonis in temporibus Iulii Caesaris desiit, hinc Vossius coniiciebat eum sub Augusto vixisse. Sed longe potest fuisse iunior: nam Photius testatur, post librum XVI. plures adhuc a Memnone scriptos, sed quos ipse nondum viderit: τὰς δὲ πρώτας ἱστορίας καὶ τὰς μετὰ τὴν ἕκτην καὶ δεκάτην οὔπω εἰπεῖν εἰς θέαν ἡμῶν ἀφιγμένας ἔχομεν.

CCXXV. *Eulogii* papae Alexandrini, (de quo supra cod. CLXXXII.) *libri duo* pridem deperditi *ad Domitianum* Melitenes episcopum pro Leonis romani, Nestorium pariter et Eutychem auersantis, tomo apologiam complexi aduersus Acephalos Timotheum, qui acutius, et Seuerum, qui fusius illum oppugnauerat. In hoc Eulogii scripto praeclare demonstratum est, μὴ δεῖν ἐκ μέρους τὰ συγγράμματα κρίνειν, μηδ' ἀποσπαράγματά τινα λαμβάνοντας διὰ τούτων τὴν ὅλην τοῦ γράφοντος ἐνδιαβάλλειν διάνοιαν, *de scriptis vel scriptorum mente non esse ferendum iudicium ex partibus et laciniis, neque hinc illos onerandos calumnia.* Laudat inter alia *Eustathii* Antiocheni librum sextum contra Arianos; ita enim legendum, ἐν ἕκτῳ λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν pro ἐν ἓξ λόγοις, siquidem octo libros aduersus Arianos scripserat Eustathius, de quibus dixi vol. VIII. p. 170. seq. [vol. IX. p. 135. seq. n. edit.] Praeterea *Basilii* epistolam ad Sozopolitas, et ad monachos. Memorat et *Seueri* epistolam ad Iulianum Halicarnasseum. Nonnullos interpretis Schotti in hoc et proximo Photii capite lapsus et hallucinationes notauit D. *Elias Veielius* in diatribe de sacris οἰκονομίας generibus p. 19. seq. Vlm. 1688. 4. [v. Thesaur. epistol. Lacrozian. tom. III. p. 202.]

CCXXVI. *Eiusdem Eulogii*, presbyteri primum Antiocheni et abbatis S. Mariae Iustinianeorum, ac denique Alexandrini papae siue episcopi, [P] pro eodem Leonis rom. tomo liber aduersus Theodosium et Seuerum Acephalos, in Leone reprehendentes, quae non modo synodus Chalcedonensis et Cyrillus, sed et SS. doctores Athanasius, Gregorius, Basilius, Ambrosius et Amphilochius suffragiis suis confirmarant. Haec quoque Eulogii lucubratio intercidit. Vid. *Reines.* varr. lectt. p. 152.

CCXXVII. *Eiusdem* sancti viri στηλιτευτικὸς siue *inuectiua* in *Theodosianorum et Γαϊνιτῶν, Caii,* (de quo supra, p. 216. ed. vet.) *sectatorum* subitaneam ac mox iterum rescissam reconciliationem et *concordiam.* conf. *Reines.* VV. lectt. p. 466. Per οἰκονομίαν in hoc capite

non incarnatio intelligenda cum Schotto eſt [t]), vnde totam orationem obſcuram reddi fuit neceſſe, ſed diſpenſatio eccleſiaſtica in ſeruanda pace cum diſſidentibus et vitandis turbis ac tumultibus, modo ſana doctrina nihil inde detrimenti capiat. Quemadmodum Gregorius Naz. ait, Athanaſium in verbis ceſſiſſe ac fuiſſe facilem, vbi in rebus conſenſum animaduertiſſet: atque in orat. de pentecoſte reprehendit τὰς ταῖς συλλαβαῖς δυσχεραίνοντας et προσπταίοντας τῇ φωνῇ, *infeſtos ſyllabis, et ad vocem offendentes*, Theophilus (Alex.) Gelaſio (Caeſarienſi,) qui Euſebium Palaeſtinum, (ita leg. pro παλατῖνον,) e ſacris diptychis neutiquam eraſerat: et Cyrillus (Alex.) Theodoro Mopſueſteno communicare non dubitavit. Haec Eulogii inuectiua, quemadmodum et *epiſtola* eiusdem adhuc presbyteri ad Eutychium archiepiſc. CPolitanum, (a. C. 582. defunctum,) quam ei adiunctam Photius legit, hodie perinde, vt cetera illius pleraque omnia, deſiderantur.

CCXXVIII. *S. Ephraimi*, (iunioris et diuerſi ab Ephraim monacho Syro, de quo ſupra cod. CXCVI.) patriarchae Theopolitani [u]) ſiue [v]) Antiocheni, (ante ſaeculi ſexti medium,) qui licet Syrus et ipſe, graece etiam plura ſcripſit, λόγοι διάφοροι, *ſcripta varia* pro defendenda Chalcedonenſis ſynodi doctrina contra Neſtorium, Eutychem, Seuerum et Acephalos, iam pridem deperdita omnia. Ex his tria euoluiſſe ſe volumina Photius teſtatur, ſed duorum tantum argumenta memorat. In *primo* continebatur 1) epiſtola *ad Zenobium*, ſcholaſticum Emeſenum, ſecta Acephalum, dicta Leonis romani calumniantem, in qua Ephraemus Orientales negat peccaſſe, quum *hymno triſagio* addiderunt verba, *qui crucifixus eſt pro nobis*, quoniam ad Chriſtum illa retulere: peccaſſe autem Byzantinos, qui illa intellexerunt de SS. Trinitate. Memorat et ſingularem [?] *collectionem canonum eccleſiaſticorum*, (Syris illo tempore, vt videtur, vſitatam,) in qua canon ſecundus concilii ſecundi oecumenici, CPoli A. 381. celebrati, fuit canon CLXVI. In eodem primo volumine erant 2) epiſtolae Ephraemi *ad Iuſtinianum* imper. 3) *ad Anthimum* Trapezuntis epiſcopum de condemnando Eutyche, 4) *ad Domitianum*, (neſcio, an ad illum Melitenes epiſcopum, ad quem Eulogius Alex. apud Photium cod. CCXXV. et CCXXX. pag. 459.) 5) *ad Syncleticum* Tarſi metropolitam, contra Acephalos, 6) *ad Anthimum* iterum, et 7) *ad Brazem* Perſam, 8) ad *monachos* in Neſtorii haereſin propenſos, 9) *ad Callinici deſertores*, πρὸς τοὺς ἀποσχίσας Καλλινίκου, vbi verba: ὅτι τὰ παρὰ ταύτην (τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν) συνακτήρια λῃστῶν ἐστι σπήλαια, reddenda ſunt, *et quod*, *qui extra eam* (eccleſiam Dei) *conuentus fiunt*, *ſint ſpeluncae latronum*, non, vt vertit Schottus: *et qui ad eam labem conuentus fiunt.* 10) Synodica actio de libellis quibusdam Eutychianis *Syncletico* Tarſi epiſcopo eiusque ſyncello, Stephano monacho oblatis. 11) Epiſtola *ad Megam* ſiue *Magnum*, epiſcopum Berrhoënſem, 12) *ad Eunoium* monachum, 13) ſermones panegyrici octo; a) in encaenia templi SS. propheta-

t) Quem eo nomine reprehendit *Valeſius* ad Philoſtorg. VI. 3.

u) Πατριάρχης Θεουπόλεως· *Reines.* varr. lect. p. 347. add. eumdem p. 152.

v) De epiſcopatu etiam intelligenda Photii verba, cod. CCXXIX. ὃς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχέων θεσμῶν ἡγεῖτο, non, vt Schottus: *qui de ſacris Antiochiae legibus narrat.* Vide *Reines.* varr. lect. p. 347. et quae notaui volum. V. pag. 355. [vol. VIII. p. 254. nou. ed. vbi vid. notas. Add. *Bayeri* epiſtol. in Theſauro epiſtolico Lacroz. tom. I. p. 21. *Harl.*]

phetarum, b) in natalem Iesu, c) ante ieiunia, d) catecheticus ad baptizandos, *εἰς τὴν κατήχησιν τῶν νεοφωτιςῶν*, e) in encaenia templi Michaëlis archangeli in Daphne, f) in sanctam Quadragesimam g) in vnam Quadragesimae nonam, h) in sancta feria quarta ad baptizandos.

CCXXIX. Eiusdem *S. Ephraemi alterum* volumen in *quatuor libros* diuisum, quorum primo, tertio et quarto maximam partem Cyrilli Alex. et synodi Chalcedonensis apologia aduersus Nestorianorum, Eutychianorumque, speciatim monachorum orientalium Severianorum ac Theopaschitarum calumnias; in secundo continebatur dissertatio de quinque quaestionibus ab Anatolio scholastico propositis, 1) vtrum nunc etiam secundum carnem Christus nascatur? 2. Cor. V. 16. 2) Si Adamus compositae fuit substantiae, quomodo conditus sit immortalis? 3) vnde constet Ioannem euangelistam adhuc manere? Ioh. XXI. 22. 4) Si Adam conditus fuit immortalis, quomodo ignorauerit, quid ex re ipsius esset? 5) quis sensus verborum Genes. III. 22. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est?* Liber tertius dicatus fuit *Domno* et *Ioanni* monachis in Cilicia secunda versantibus. Conf. *Reines.* VV. lectt. p. 152. et 153. et *Coteler.* tom. II. Monument. p. 631. Hic, ni fallor, Petri meminit Photius. v. eundem *Coteler.* in Const. apost. tom. II. part. 2. p. 416. *b.*

[P] *Index scriptorum, quorum ex Ephraemo Photius meminit; numeri denotant paginas editionis graecae Hoeschel.*

[P] Iſidori monachi, genere Alexandrini epiſtolae. 406.

Iulius Romae epiſc. 404. 405. 425. 426. 427. 436. ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως τοῦ σώματος πρὸς τὴν θεότητα 423. ἐν τῇ πρὸς Δόκιον ἐπιστολῇ. 424. πρὸς τοὺς κατὰ τῆς θείας τοῦ Λόγου σαρκώσεως ἀγωνιζομένους. 427. ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ὁμοουσίου. 436.

S. Leo, papa romanus. 428. 405. 423. 424. 427. 433. 435. 436. Epiſtola ad S. Flauianum CPol. 404. 428. tomus 435.

Ad Leonem imp. 404. 405. 407.

Macedonius. 428.

Manes. 417. 423.

Marcion. 423. 436.

Neſtorius. 404. 407. 413. 415. 422. 426. 428. 436.

Neſtoriana haereſis Paulo Samoſateno ſuffragata. 436.

Paulus Emeſenus epiſc. 422. Παῦλος ὁ Ἐμέσης ἐπίσκοπος, κατενώπιον ὁμιλήσας Κυρίλλου. Ita legendus eſt ille locus, iudice *Cotelerio* tom. II. Monum. p. 631. quem conferes.

Paulus Samoſatenſis. 426. 436.

Petrus apoſtolus, ὁ κορυφαῖος, τὸ στόμα Ἀποστόλων. 423.

Petrus Alexandrinus, martyr. 423.

Proclus CPolitanus. 405. 415. ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ, homilia in quadrageſimam, 422. ἐν τῷ εἰς τὸ γενέθλιον λόγῳ, καὶ ἐν ἄλλοις διαφόροις. 423. ἐν πουλχεριαναῖς μετὰ τὸ γενέθλιον. 435.

Seuerianus ὁ Γαβάλων, ἐν τῷ δ' περὶ πίστεως λόγῳ. 423. ἐν τῷ περὶ ἑνώσεως. id.

Seueriani, οἱ ἀπὸ Σευήρου. 404. 405. 410. 420. 422. 427. ἡ τοῦ Σευήρου αἵρεσις. 410.

Simeonis ſtylitae epiſtola. 437. Simeon, Baradatus et Iacobus a probitate et concordiae ſtudio laudantur 408. et 419.

Synodus Nicaena, πίστις ἣν οἱ τιη' ἅγιοι πατέρες ἐξέθεντο. 428. 436.

Chalcedonenſis. 402. 406. 407. 419. 421. 423. 426. 427. 428. 432. 433. 435. 436. 437.

Ἃ κατὰ Νεστορίου Κύριλλος ἐν Ἐφέσῳ διεπράξατο. 428. κατὰ τὴν ἱερὰν τρίτην σύνοδον παρήγαγε μαρτυρίας κατὰ Νεστορίου. 435.

CPolitana. 404. τὴν τῶν ρν' σύνοδον οὐδ' εἰ γέγονε, τῶν Αἰγυπτίων τινὲς εἰδέναι ἠθέλησαν. 436.

Epheſina λῃστρική. 419.

Theopaſchitae monachi quidam orientales. 429. eorum epiſtola, quam Ephraemius Antiochenus confutauit. 436.

Valentinus. 423. 436.

CCXXX. *Eulogii* patriarchae Alex. w) (cuius aduerſus Nouatum cod. CLXXXII. CCVIII. CCLXXX. et alia ſcripta CCXV. ſeqq.) τεῦχος [P] τρίτον, volumen tertium, ſimiliter vt ſuperiora deperditum et in *libros* diſtinctum *vndecim*, quorum *primus* continebat apolo-

w) Conf. ſupra, vol. IX. p. 646. et ſaepius in hoc vol. X. *Harl.*

apologiam pro litteris ſynodicis ad epiſcopum Rom. (Gregorium M. [x]) miſſis, in quibus reprehendebatur, quod nec quatuor concilia oecumenica, nec Leonis Rom. epiſtolam nominetenus probaſſent, nec anathema dixiſſent Eutychi, Dioſcoro ac Seuero, *ſecundus* expoſitionem fidei, *tertius*, *quartus* et *quintus* apologiam pro ſynodo Chalcedonenſi et Cyrillo Alex. aduerſus calumnias haereticorum, *ſextus* aduerſus eos qui putant humanis ſiue philoſophicis conceptionibus veram theologiam chriſtianam poſſe ſubiici, πρὸς τοὺς οἰομένους ἀνθρωπίναις ἐπινοίαις δύνασθαι τὴν ἀληθῆ τῶν Χριστιανῶν ὑποβάλλειν θεολογίαν· *ſeptimus* ad *Domitianum* Melitenes (Armeniae) epiſcopum, quod recte dicatur μία Φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. [y]) *Octauus* ad Chriſtophorum quemdam de locis quibusdam S. ſcripturae ſolutiones, et ἐν τῷ θ΄ σημείῳ in nono capite, vitae monaſticae encomium. *Nonus* paraeneſis ad eos, qui ab eccleſia diſceſſerunt, ipſi inter ſe in varias iterum partes miſere diuiſi. *Decimus* aduerſus *Agnoëtas* monachos, quod ſcriptum laudatur a Gregorio magno in epiſtola ad Eulogium Alex. a. C. 600. exarata lib. VIII. 42. *Vndecimus* denique, geſta ſynodi anno ſeptimo Mauricii, (ita legendum pro Marciano,) Chriſti 588. habitae aduerſus *Samaritas Doſitheanos*, [z]) Doſthenum ſiue Doſitheum quemdam, Simonis magi aequalem, (non, vt alii Samaritani, Ioſuam, nec IESVM noſtrum,) pro magno illo propheta per Moyſen Deut. XVIII. 15. praedicto habentes, et reſurrectionem mortuorum inficiantes, quam ex Moſaicis ſcriptis Eulogius confirmauit.

Indiculus ſcriptorum et haereticorum, ab Eulogio in his libris memoratorum.

Ad paginas editionis graecae Photii Hoeſchelianae.

x) Huius Gregorii epiſt. ad Eulogium, libr. VIII. 35. et 42. quibus laudat eum, aduerſus Agnoëtas bene ſcripſiſſe. Ad eumdem Eulogium libr. VII. indict. 1. epiſt. 29.

y) Conf. *Gatacker*. Opp. p. 42. G. et 226. *A*.

z) Adde *Lampium* in comment. in Iohannem. tom. I. p. 748.

Synodus Nicaena. 448. 450. 457.
Theodoretus ſanctis viris adnumeratur 462.
Ὁ Θεολόγος. (Ioannes euangeliſta.) 459.
Timotheus haereticus. 463.
Theodorus Mopſueſtenus. 451. 452.
Valentinus haereticus. 448. Eius verba: τῶν γαλιλαίων ἐπὶ Χριϛῦ δύο Φύσεις λεγόντων, πλατὺν καταχέομεν γέλωτα· ἡμεῖς γὰρ τῦ ὁρατῦ καὶ ἀοράτυ μίαν εἶναι τὴν φύσιν Φαμέν. 446.

CCXXXI. SOPHRONII patriarchae Hieroſolymitani [aa]) (a. C. 638. defuncti) *ſynodica* miſſa ad *Honorium*, qui epiſcopus romanus fuit ab a. 626. ad 638. [Reliqua, quae Fabr. olim h. l. ſcripſerat, in noua hac edit. ſupra in vol. IX. p. 166. ſq. vbi de Sophronii ſcriptis agitur, iam adtuli. *Harl.*]

[P] In eodem volumine cum Sophronii ſynodica, Photius ait, ſe euoluiſſe χρήσεις ſiue *dicta ſanctorum patrum*, qui vel ante vel poſt Chalcedonenſem ſynodum vel circa idem tempus floruere, duas in Chriſto voluntates et duplicem operationem docentium. Collectio ſimilis, diuerſa tamen legitur inter opera S. Maximi confeſſoris, tom. II pag. 154. ſeq. Patrum nomina apud Photium ſunt:

Ambroſius Mediol. ὁ τῆς ἐνθέυ παῤῥησίας γνώμων ἀκίνητος καὶ τῆς εὐσεβείας.
Anaſtaſius epiſcopus Antiochenus.
Athanaſius Alex. ὁ πολύαθλος.
[P] Baſilius magnus, τῆς ἐκκλησίας ὁ κόσμος.
Chalcedonenſis ſynodus.
Conſtantinus quaeſtor in libro contra Theodoſium acephalum.
Cyrillus Alex. ὁ νικηΦόρος.
Diadochus Photices (in Epiro) epiſc.
Dionyſius areopag. ὁ πολὺς μὲν τὴν γλῶσσαν, πλεῖον δὲ τὴν θεωρίαν, ὁ μαθητὴς Παύλυ καὶ τῦ Χριϛῦ μάρτυς καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐπίσκοπος.
Ephraemus epiſc. Antiochenus et Eulogius Alex. qui multis ſcriptis Acephalos oppugnarunt.
Gennadius CPol.
Gregorius Naz. ὁ τῆς θεολογίας μυϛαγωγός.
Gregorius Nyſſenus, ποταμὸς τῶν λόγων.
Heraclianus Chalcedonenſis epiſc. qui ſcripſit contra Manichaeos.
Ioannes CPol. ὁ χρυσῦς τὴν γλῶσσαν.
Ioannes Cappadox, epiſcopus CPol. ἀνὴρ ἀρετῆς οἰκητήριον.
Ioannes, Scythopolitanus epiſc. qui pro ſynodo Chalcedonenſi egregie pugnauit. Idem, vt videtur, de quo cod. XCV.
Iuſtinus martyr, ὁ μαρτυρικοῖς αἵμασι βεβαιώσας τὸν Φιλόσοφον.
Iuſtinianus imp. in epiſtola ad Zoilum patriarcham Alex.
Leo Romanus epiſc.

Leontius

aa) V. *Reineſii* varr. lect. p. 458.

Leontius monachus.
Petrus, Myrorum ſiue Myrenſis (in Lycia) epiſcopus.
Seuerianus, Gabalorum (in Syria) epiſcopus.
Simeon monachus et presbyter in epiſtola ad Iuſtinianum imp. contra Neſtorianos et Eutychianos.
Theodotus, epiſcopus Ancyranus (in Galatia.)
Theophilus calligraphus in libris contra Seuerum.

CCXXXII. *Stephani Gobari*, Tritheitae et Eutychiani ſaeculo ſexto, vt videtur, clari, liber pridem deperditus de patrum repugnantibus ſententiis circa *capita* varii theologici argumenti *duo et quinquaginta* [bb]). In excerptis Photianis e Gobaro citantur:

Alexander, Hierapolitanus epiſcopus et martyr, ad Origenem ſcribens eumque vehementer laudans. p. 477.
Athanaſius ab Arianiſmi criminatione defendit Dionyſium Alex. p. 476. 477. Origenem in pluribus locis laudat. ibid.
Attici et Cyrilli Alex. de Ioanne Chryſoſtomo ſententia. p. 477.
Baſilius Caeſarienſis. p. 476.
[?] Clemens ὁ ϛρωματεὺς et πολὺς ἄλλος τῶν θεοφόρων πατέρων ὅμιλος, multi alii diuini patres epiſtolam ad Hebraeos ceteris Pauli adnumerant, et a Clemente romano verſum ex Hebraico tradunt. p. 477. Nicolaitarum haereſin agnoſcit, Nicolaum innocentem exiſtimat. ibid.
Cyrillus Alex. p. 475. 476.
Dionyſius Alex. p. 476. contra Sabellium pugnans viſus ad Arianos inclinare, licet Ario neutiquam conſenſerit, vt ab Athanaſio etiam demonſtratum. id. eius ad Origenem epiſtolae, quibus plurimum ei tribuit. p. 477.
Epiphanius de Nicolao diacono. p. 477. Origeni iniquior. ibid.
Euſebius Pamphili, Nicolaitarum agnoſcit haereſin. p. 477. Epiſtolam ad Hebraeos ceteris Pauli accenſet. 477.
Euſtathius Antiochenus. p. 475.
Gregorius Nyſſenus περὶ ἀποκαταϛάσεως. p. 476. de Montaniſtis. p. 477. bene ſentit de Origene. 477.
Gregorius Nazianzenus in epiſtolis φιλόκαλον adpellat Origenem. p. 477.
Hegeſippus libro quinto τῶν ὑπομνημάτων. 472.
Hippolytus et Irenaeus epiſtolam ad Hebraeos non putarunt eſſe Paulli. p. 477. de Montaniſtis ſcripſit, (in opere aduerſus haereſes,) ibid. de Nicolao diacono. ibid.
Ignatius ὁ Θεοφόρος, Nicolaitarum agnoſcens haereſin p. 477.
Ioannes Chryſoſtomus, epiſcopus CPol. Vide in Attico, Iſidoro et Theophilo.
Irenaeus. p. 474. 476. 477.

bb) Plura de eo, eiusque doctrina atque ingenio ſcripſit *Chr. Guil. Franc. Walch* in hiſtoria haereſium, germanice ſcripta, tom. VIII. p. 885. ſqq. *Harl.*

Iſidori Peluſiotae ſententia de Theophilo et Cyrillo Alexandrinis et de Ioanne Chryſoſtomo. p. 477. Origenianiſmi a Seuero poſtulatur. ibid.

Iuſtinus martyr Platonicum argumentum oppugnans. p. 475.

De Origene variae patrum ſententiae. p. 477.

Papias Hierapoleos epiſc. et martyr. p. 476.

Seuerianus Gabalorum epiſcopus. p. 474.

Seuerus. p. 475. 476. Iſidoro Peluſiotae notam Origenianiſmi voluit impingere. p. 477.

Theodoretus Cyri epiſc. p. 477.

Theognoſtus ab Athanaſio laudatus. p. 477.

Theophili Alex. et aliorum ſynodus contra Ioannem Chryſoſtomum. p. 477. Theophilus iſte Origeni iniquior. ibid.

[P] Titus Boſtrenſis. p. 473. libro I. contra Manichaeos. p. 472. laudat Origenem. p. 477.

CCXXXIII. *S. Germani*, qui (ex Cyzici metropolita) patriarcha CPol. fuit ab a. C. 715. ad 730. *ἀνταποδοτικὸς ἢ ἀνόθευτος, retributorius* [cc]), (pro criminationibus Gregorio Nyſſeno impactis,) *et incorruptus*, (a corruptionibus, quibus ſcripta Nyſſeni interpolata eſſe ab haereticis arguit,) ſiue *Apologia pro ſcriptis Gregorii Nyſſeni*, praecipue *dialogo* ad Macrinam ſororem, *Catechetico* et *de vita perfecta*, quod ab erroribus *Origenis* immunia ſint: quo de argumento confer etiam, ſi placet, *Allatii* librum de purgatorio p. 171. ſq. 177. 945. *Petr. Arcudium* contra Barlaamum de purgatorio, p. 116. 122. ſeq. et *Papebrochium* in actis Sanctorum Maii tom. III. 161. At liber Germani intercidit.

CCXXXIV. Excerpta ex *S. Methodii*, epiſcopi et martyris, (de quo lib. V. cap. 1. p. 255. ſeq. [vol. VII. p. 260. ſqq. n. ed.] dicere me memini,) dialogo pridem deperdito *περὶ ἀναστάσεως de reſurrectione*, aduerſus Origenem. Laudatur hic Methodii liber ab Euſtathio Antiocheno de engaſtrimytho p. 394. et alia ex eo fragmenta ſeruata ab Epiphanio haereſi LXIV. quae eſt Origenianorum, et a Ioanne Damaſceno in parallelis ſacris atque oratione 3. de imaginibus. Apud Photium autem p. 485. pro Ἀλαόφρων recte alius codex habet Ἀγλαόφων· inducuntur enim Methodius et Auxentius colloquentes ſiue diſputantes cum Origenianorum partium defenſoribus, Proclo et Aglaophonte. Citatur a Methodio praeter Ioſephum Iudaeum p. 492. Iuſtinus martyr, p. 488. Ἰουστῖνος ὁ Νεαπολίτης ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν τῶν Ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνήσκον, κληρονομεῖν δὲ τὸ ζῶν λέγει· καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Qui locus haud dubie repetitus eſt ex Iuſtini libro, quem hodie deſideramus, de reſurrectione, vt *Grabio* iam tom. II. ſpicileg. p. 193. obſeruatum.

CCXXXV. Excerpta ex eiusdem *Methodii* libro itidem pridem deperdito *περὶ τῶν γενητῶν, de creatis*, quod in tempore illa Deus, et non ab aeterno condiderit, aduerſus eumdem Origenem, quem Centaurum adpellat, atque *μαργαρίτας τοῦ ξενῶνος*, hoc eſt diuina eccleſiae chriſtianae dogmata ethnicis commiſcuiſſe erroribus indignatur.

CCXXXVI.

cc) Sic Luitprandus apologiae ſuae titulum fecit *retributionem*. Vide *Trithemium* de ſcriptor. eccleſ. cap. 502.

CCXXXVI. Excerpta ex alio eiusdem *Methodii* libro περὶ αὐτεξουσίου καὶ πόθεν τὰ κακά, *de libero arbitrio et unde mala*, aduersus Valentinianos et Origenem. Hic quoque Methodii liber lucem integer hactenus [?] non vidit; fortasse tamen adhuc alicubi delitescit MS. quum eius editionem olim promiserit Allatius, nisi illa tantum ampliora fragmenta intellexit, quae a Combefisio deinde vulgata habemus.

CCXXXVII. Excerpta ex eiusdem METHODII dialogo περὶ ἁγνείας, *de castitate*, siue conuiuio virginum, quod editum graece et triplici latina versione donatum exstat a triumviris doctissimis, Allatio, Possino et Combefisio, vt dixi volum. V. huius bibl. p. 255. [vol. VII. p. 263. seq. nr. 2. nou. edit.] Allatii diatribam de Methodiis et Methodiorum scriptis vna cum notis eiusdem Allatii et Henr. Valesii ad conuiuium virginum, quia raro obuia erant illius exempla, recudi curaui in spicilegio patrum tertii seculi, quod tomo posteriori operum S. Hippolyti subiunxi. Hamb. 1718. fol.

CCXXXVIII. Excerpta de rebus Herodis ex IOSEPHI ἀρχαιολογία siue antiquitatum Iudaicarum libris [dd]), de quibus iam fecerat mentionem cod. LXXVI. Proxime praela Sheldoniana Oxoniae euasit atque eruditorum iam manibus excipitur pulcerrima et adcurato expolita studio editio insignis huius scriptoris, curante *Ioanne Hudsono*, de qua verius dicere liceat, quam, quum editionem graecam Iosephi Frobenianam et Turnebianam Philonis euoluisset vir optimus Michael Neander, scripsit in praefatione theologiae Bernhardi et Tauleri praefixa: *Iosephi et Philonis Iudaeorum graeca luculentissima et eloquentissima scripta adeo pulcris typis et characteribus in Gallia et Germania excusa, vt si angelis tales litterae pingendae essent, non fiat picturi et effecturi pulcriores.* Quamquam vero typorum character tam est splendidus elegantissimusque, tamen maius huic nouae editioni decus ab Hudsoni ingenio et industria accessit. [De Hudsonii et recentt. edd. v. supra in vol. V. p. 43. sqq. et de Archaeologia Iosephi ib. p. 5. seq. Add. *Lambec.* VIII. p. 10-86. *Harl.*]

CCXXXIX. Excerpta de charactere ac generibus carminum et de celebrioribus poëtis ex *Procli* philosophi *libris* duobus [ee]) χρηστομαθείας γραμματικῆς siue *electorum grammaticorum*, quos hodie desideramus [ff]). Haec ipsa excerpta primus graece cum versione sua et suis ac *Petri Ioannis Nunnesii*, Valentini, scholiis in Hispania separatim vulgauit, et Antonio Augustino Tarraconensi archiepiscopo dedicauit *Andreas Schottus*: dein ex apographo Henrici Stephani, magistri sui, collato cum duobus MSS. *Fridericus Sylburgius* recensuit, additisque castigationibus suis cum Schotti versione vulgauit ad calcem syntaxeos Apollonii grammatici,

dd) Hic fidem Photii adcusat *Casaubon.* aduersus Baronium p. 32. sq.

ee) Apud Suidam *libri tres*, et initio apud Photium *libri quatuor* numerantur. Sed ex duobus tantum excerpta adferre se, testatur Photius. Vide, quae notaui volum. VIII. huius bibl. pag 521. seq. [vol. IX. pag. 417. sq. n. ed. vbi plura adieci. *Harl.*]

ff) Conf. *Reinesii* varr. lectt. pag. 429. et 474. — De argumento cycli epici, quod ex Proclo exponit Photius, v. *Casaub.* ad Athen. VII cap. 3. p. 478. sqq. et *Salmas.* ad Plin. p. 594. sq. et 597. de Cyclicorum quoque auctore quaedam hic traduntur p. 341. v. *Casaubon.* ad Athenaeum p. 582.

matici, Francof. [*] apud Andreae Wecheli haeredes 1590. 4. et Hanou. 1615. 4. Titulus etiam Schotti et Nunnesii promittit scholia, quae in libro ipso non reperio.

Index scriptorum, in Procli chrestomathia laudatorum. Ad paginas editionis Frid. Sylburgii.

CCXL. Excerpta ex IOANNIS PHILOPONI commentario in Hexaëmeron, quem Sergii patriarchae CPol. ſuaſu ſcripſit, illique dedicauit. Fuit Sergius patriarcha ab a. C. 610. ad 639. De commentario illo iam mentionem fecit Photius cod. XLIII. idemque eſt quem graece et latine editum habemus, vt dixi ſupra p. 360. ſeq. [cap. 32. §. III.]

CCXLI. Excerpta ex PHILOSTRATI libris de vita Apollonii philoſophi, qui iti dem exſtant, et quorum iam ſupra cod. XLIV. fecerat mentionem. Μυθογράφον Philoſtratum vocat Photius p. 533. Vid. *Reineſ.* varr. lect. p. 241. ſeq. Locum quemdam emendat *Bochart.* in Hieroz. II. p. 811. in. et p. 704. de ποδαλίοις.

CCXLII. Excerpta ex *Damaſcii* Damaſceni libro *de vita* magiſtri ſui *Iſidori* philoſophi, de quo iam dictum cod. CLXXXI. et quem intercidiſſe dolendum eſt, licet plura ex eo praeter Photium Suidas nobis ſeruarit [gg]). De Damaſcio ipſo dictum ad cod. CXXX.

Index philoſophorum ac ſophiſtarum, aliorumque virorum clarorum, quorum in excerptis e Damaſcio mentio.

Ad paginas editionis graecae Photii Hoeſchelianae.

gg) Suidae lacinias, puto, intellexiſſe *Henr. Valeſium*, quando in notis ad Socrat. VII. 15. p. 86. promiſit, ſe vitam Iſidori duplo auctiorem editurum aliquando. Certe, quae ibi de Hypatia adfert, ex Suida repetita ſunt, non ex amplioribus ineditis excerpta. — Suidam integram Iſidori vitam habuiſſe, *Küſterus* ad Suidam I. p. 17. ex eo coniicit, quod varia, quae apud Photium non leguntur, ex ea adfert. Excerpta illa Photii confer cum Suida tom. II. pag. 67. ſq. et *Küſterus* diligenter indicare ſolet, quae in Suida ex Damaſciana illa Iſidori vita leguntur. conf. p. 75. et 80. b. et 169. vbi idem de excerptis pluribus, quam Photii illa, tradit: ib. II. pag. 20. et 54. 67. b. 68. a. — Add. *Reineſ.* varr. lect. pag. 430-434. et p. 638. de βακτυλίοις ibi commemoratis. Locum de Hierocle ap. Photium illuſtrat *Pearſon.* praef. ad Hieroclem, p. 23. Quae de nomine Bet. v. *Salmas.* ad Plin. p. 867. a. fin.

hh) Quae ibi habentur de Olympo, Generoſae fratre, ea exſtant etiam ap. Suidam II. p. 681. — quae de Vlpiano, ibid. p. 738. et v. Μισοπράγμων· quae de Horapolline, ibid. p. 760. — de cibo ἀθρύπτῳ et doricum modum habente, Suid. I. p. 74. b.

Hippocra-

CCXLIII. Excerpta ex *Himerii* sophistae μελέταις siue declamationibus, de quibus supra cod. CLXV. [vbi vide a me adscripta,] edita primum graece separatim vna cum Polemo-

Polemonis nonnullis et fragmento Diodori Siculi, de Cleonide et Aristomene [ii]) ab *Henrico Stephano* Paris. 1567. 4. Declamationes ipsae maximam partem deperditae, pars in bibliothecis adhuc inedita delitescit, [edita vero a Wernsdorf.] vt dixi lib. IV. cap. 30. [cap. 32. vol. VI. 56. sqq. et p. 61. sqq.] vbi etiam singularum titulos, e quibus excerpta dat Photius, accurate adnotatos reperies. Conf. *Reines.* varr. lectt. p. 451-454. *Olear.* ad Philostrat. p. 822. a. et 896.

CCXLIV. Excerpta ex *Diodori Siculi* libris deperditis, 31. 32. 33. 36. 37. 38. et 40. quorum partem H. Stephanus graece vulgauerat, latineque verterat in sua Diodori editione graeca, Paris. 1559. fol. Integra, vt apud Photium leguntur, vertit *Laurentius Rhodomannus*, cum cuius interpretatione exstant in Diodori editione graecolatina Wecheliana p. 892. seq. Schottus aliam versionem suam, non Rhodomanni in Photio repraesentat. [Conf. supra, vol. IV. c. 30. p. 361. sqq. et de editt. pag. 367. sqq. et p. 371. sq. — Haec Photii excerpta sunt *Vindobon.* in cod. CXXV. 7. v. *Lambec.* comment. VII. p. 482. sq. ed. Koll. *H.*] v. *Gataek.* opp. p. 87. G. Prae ceteris Photii excerptis notatu digna sunt, quae de Mose et Iudaeorum populo, ex *Hecataeo* Milesio Diodorus libro XL. scripserat.

CCXLV. Excerpta ex PLVTARCHI vitis *parallelis*, Dionis et Bruti, Demosthenis et Ciceronis, Phocionis et Catonis minoris, Alexandri et Caesaris, Eumenis et Sertorii, Demetrii et Antonii, Pyrrhi et Marii, Arati et Artaxerxis, Agidis et Titi, quae omnes hodie exstant, vt dixi lib. IV. cap. 11. [cap. 13. in vol. V. p. 173. sqq. n. edit.]

CCXLVI. Excerpta ex ARISTIDIS rhetoris *Panathenaico*, siue Oratione de laude Athenarum, quae exstat, vt dixi lib. IV. cap. 30. p. 379. seq. [cap. 32. pag. 18. sq. vol. VI. nou. ed.]

[?] CCXLVII. CCXLVIII. Excerpta ex eiusdem ARISTIDIS *orationibus quatuor Platonicis*, quae itidem exstant et aetatem tulerunt. vide ibid. p. 386. [p. 25. nou. ed.]

CCXLIX. Excerpta ex *Anonymo de vita Pythagorae.* Liber ipse Anonymi intercidit. Excerpta Photii cum versione sua *Lucas Holstenius* subiecit vitae Pythagorae, scriptae a Porphyrio, Rom. 1630. 8. et recusae Cantabrig. 1655. 8. Cum eadem versione subiiciuntur etiam Iamblicho et Porphyrio de Pythagorae vita editis a Ludolpho Küstero, Amst. 1711. 4. Conf. *Küster.* ad Suidam II. p. 21. et p. 750. ac tom. I. p. 43. a.

CCL. Excerpta ex libro *primo* et *quinto* operis deperditi, quod *Agatharchides* περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, *de mari rubro* siue Arabico sinu et variis circa illius viciniam mirabilibus elucubrauerat, legeruntque olim Diodorus Sic. Strabo, Plutarchus. De voc. Φοινικικῶν

ii) Hoc fragmentum sine nomine editum ab H. Stephano, Is. Vossius in codice Florentino reperit tributum Diodoro Siculo, sub cuius nomine graece et latine cum *Ioannis Boiuini* versione prodiit in Memoriis gallice editis academiae literarum elegantiorum Paris. 1717. 4. Amst. 1718. 12. tomo secundo.

κικῶν v. *Reinef.* varr. lect. p. 148. Nonnulla p. 723. in Hoeschelliana edit. quae Stephaniana non habet, ex alio auctore esse, putat *Iungermann.* in ep. ad Salmaf. tom. IV. Sylloges Burmann. pag. 485. *Fabr.* [De loco quodam in hoc codice v. cel. *St. Croix* in Exam. critique des Historiens d' Alex. ed. II. p. 48. add. p. 59. *Harl.*] De Agatharchidis scriptis iam dictum codice CCXIII. Haec vero de mari rubro excerpta graece primus vulgauit *Henricus Stephanus* cum excerptis e Ctesia et Memnone, quibus Appiani Iberica et Hannibalica subiecit, 1557. 1594. 8. Sed cum latina *Laurentii Rhodomanni* versione et notis *I. Hudsoni* recusa sunt in tomo primo Geographorum graecorum minorum ab eodem viro clarissimo vulgatorum Oxonii 1698. 8. Rhodomanni versio, quam seruauit etiam Schottus, lucem viderat separatim Helmst. 1594. 8. prodierunt et eadem excerpta cum *Rich. Bretti* Angli versione Oxon. 1597. 8. [v. supra, vol. III. p. 32. sq.]

Post excerpta ex Agatharchide p. 746. in Hoeschelii editione graeca Photius memorat librum *Arriani,* his verbis, quorum in latina Schotti nullum deprehenditur vestigium: Ἀῤῥιανῦ σύγγραμμα. Ὅτι Ἀῤῥιανὸς περὶ κομητῶν φύσεώς τε καὶ συστάσεως καὶ φασμάτων βιβλιδάριον γράψας, πολλοῖς ἀγωνίσμασι πειρᾶται δεικνύναι, ὅτι μηδὲν μήτε τῶν ἀγαθῶν μήτε τῶν φαύλων τὰ τοιαῦτα φάσματα ἀποσημαίνουσιν. *Arriani liber. Arrianus de cometarum natura et constitutione atque adparentiis librum scripsit, quo multis argumentis conatur demonstrare, quod nihil neque boni neque mali, quando adparent, portendant.* Hic est Arrianus ille, quem de meteoris scripsisse testatur Io. Philoponus in lib. I. meteor. p. 79. Ἀῤῥιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων φησὶν, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σαδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τῦ μεγίσυ τῆς γῆς κύκλυ. Illud vero argumentum, quod cometae malorum nuncii non sint, nostra memoria omnibus ingenii et doctrinae viribus tuendum et illustrandum in se suscepit scriptis gallice editis kk) *Petrus Baelius.* Diserte quoque et eleganter pro eodem disputauit, *Ioannes Georgius Graeuius,* oratione IV.

[P] CCLI. Excerpta ex *Hieroclis* libro περὶ προνοίας, *de prouidentia,* memorato supra cod. CCXIV. et pridem deperdito. Horum partem latine vertit *Hugo Grotius* in sententiis Philosophorum de fato, editis Paris. 1624. 4. et Amst. 1648. 12. atque inter opera Grotii theologica, tomo III. ibid. 1679. fol. [De reliquis edd. v. supra ad vol. I. pag. 801. add. supra ad cod. CCXIV. *Harl.*] conf. ed. Needham. pag. 247. et not. pag. 443. ac Pearson. prolegg. ad Hierocl. p. 26. sq.

CCLII. Excerpta ex *vita Gregorii I. papae Romani.* Ἐκλογαὶ τῦ θεαρέσυ βίυ Γρηγορίυ. Exstat quidem vita huius Gregorii scripta latine a *Paulo Warnefrido* Aquileiensi, editaque a *Papebrochio* in actis sanctor. tom. II. ad 12. Martii, et in *Mabillonii* Actis sanctorum ordinis Benedicti tom. I. nec non altera itidem latina, in IV. diuisa libros, auctore *Ioanne* monacho Casinensi et postea diacono romano, quae vna cum priore occurrit in tomo quarto operum Gregorii editionis nouissimae, Dionysio Sammarthano curante adornatae, Paris. 1705. fol. Sed graeca antiquioris scriptoris, quam legit Photius, nondum lucem vidit,

kk) Pensées diuerses a. 1683. Continuation des pensées diuerses a. 1705. 12.

dit, quod sciam. Addit idem, Gregorium multas insignes lucubrationes latina lingua composuisse, nominatim *Homilias in euangelia*, et *vitas celebrium in Italia virorum, vtilibus narrationibus illustratas dialogis quatuor:* quae vtraeque commentationes inter S. Gregorii opera saepius lucem viderunt. Denique monet Photius, ZACHARIAM (qui papa fuit ab a. C. 741. ad 752.) non modo dialogos, sed alia etiam Gregorii scripta in graecam linguam vertisse post annos circiter CLXV. Ex his sola *graeca dialogorum versio* aetatem tulit, de cuius editionibus supra p. 357. [cap. 33. §. VII. sub fin. de Zacharia, papa rom.] In illis dialogis licet plura legantur fabulis simillima et prorsus incredibilia, tamen ita eorum lectione delectata fuit superiorum saeculorum aetas, vt in plures linguas translati etiamnum in bibliothecis pluribus occurrant. Nam Anglosaxonicam versionem, ab Aelfrico rege adornatam, memorat *Georgius Hickesius* in catalogo MSS. Anglosaxon. p. 71. tom. II. thesauri septentrional. Arabica dicitur exstare in bibl. Colbertina. Gallicam duplicem, vnam prosa veteri, alteram rhythmis gallicis expressam ante hos quingentos annos, nec non metaphrasin latinis versibus compositam adseruant aliae, vt audio, Gallorum bibliothecae.

CCLIII. ANONYMI *martyrium septem dormientium*, Ephesi imperante [*] Decio, Graece hactenus ineditum, sed latine vulgatum a *Surio* 27. Iul. Vide supra, pag. [391. in hoc vol.] In hoc martyrio mentio fit *Theodori* Aeginensium episcopi, qui resurrectionem corporum vocauit in dubium.

CCLIV. ANONYMI *martyrium apostoli Timothei*, graece similiter adhuc ineditum, vide supra [p. 341. in h. vol.] sed latine vulgatum sub *Polycratis* nomine, post codicem canonum ecclesiae romanae ex *Petri Pithoei* bibliotheca, Parif. 1687. fol. p. 366. 367. vbi pro *citagiarum*, ex Photio legendum *catagogium*, καταγώγιον.

CCLV. ANONYMI *martyrium magni martyris Demetrii*, etiam hoc ineditum hactenus, sed latine ex *Anastasii* bibliothecarii versione vulgatum a *Ioanne Mabillonio* tom. I. Analect. pag. 66. De hoc Demetrio, qui Maximiano imperante Christum morte sua honorauit, vide supra pag. [213. in hoc vol.] v. *Pearson* vindic. Ignat. part. II. p. 120.

CCLVI. Excerpta ex actis deperditis SS. *Metrophanis et Alexandri*, qui subiere martyrium anno XIX. Diocletiani Haec excerpta, in quibus de vita Constantini M. quaedam, alibi vix obuia, leguntur, *Franciscus Combefisius* post historiam Monotheletarum integriora exhibuit graece, recensita ex codice Seguieriano, cum noua versione sua et notis, p. 573. seq. Apud Photium titulus est: πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου. sed apud Combefisium: τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς συνόδου [!!]) ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείου. Non coaeui, vt vult videri. Constantino, sed iunioris scriptoris haec acta esse probat *Tillemontius* tom. VII. memor. p. 657. [add. supra in hoc vol. pag. 294. et infra vol. XI. p. 359. vet. ed.]

CCLVII

!!) Alia acta synodi Nicaenae supra, cod. LXXXVIII.

CCLVII. *Vita* seu *certamen*, Βίος ἤτοι ἄθλησις *Pauli episcopi CPol.* (circa a. 337.) ab Arianis pulsi in exsilium, et postea obtruncati. In hac narratione, cuius sola excerpta a Photio seruata habemus, plures errores notant *Valesius* libro secundo obseruationum ecclesiasticarum ad Socratem et Sozomenum. De Paulo videnda Acta sanctor. tom. II. ad diem VII. Iunii et *Tillemontius* tomo VII. memor. [et supra in h. vol. p. 306.]

CCLVIII. *Vita et certamen magni Athanasii.* Etiam haec intercidit, solis excerptis a Photio seruatis, quae graece et latine praemittuntur nouae editioni operum S. Athanasii in tres distinctae tomos, quam eruditissimo Montfaucono debemus Paris. 1698. fol. Scriptorem longe inferiorem esse sancti doctoris, cuius vitam describit, aetate, et plenum indignis fide narrationibus, monet *Godfridus Hermantius* praefat. ad vitam S. Athanasii scriptam gallice: *c'est l'ouvrage d'un Grec beaucoup posterieur* [?] *a S. Athanase et plein de fautes, qu'il n'est capable que de faire tomber dans l'erreur ceux qui voudroient y arrester.* [v. supra in h. vol. p. 201.]

CCLIX. ANTIPHONTIS rhetoris λόγοι διάφοροι, *orationes LX.* ex quibus solas XXXV. genuinas esse notauit Caecilius Siculus, qui etiam Thucydide historico vsum magistro scripsit. De hoc Antiphonte et eius arte *rhetorica*, quae intercidit, et orationibus, ex quibus XVI. hodie exstant, quemadmodum et de rhetoribus, quos deinceps commemorabit Photius, vniuersis dixi lib. II. cap. 26. [in vol. II. p. 745. sqq. n. ed.] Quod vero Photius ait, *tragoedias* etiam illi a quibusdam tribui, credibile est cum rhetore confundi Antiphontem tragicum, a Dionysio tyranno interfectum, de quo dictum lib. 2. cap. 19. [in vol. II. p. 284. sq. nou. ed.]

CCLX. ISOCRATIS *orationes LX.* ex quibus Dionysius (Halicarnasseus) pro genuinis habuit XXV. Caecilius XXVIII. Hodie exstant tantummodo XXI., illae scilicet, quas legisse Photius se testatus est supra cod. CLIX. *Artem* eius *Rhetoricam*, quam memorat etiam scholiastes Hermogenis p. 297. hodie desideramus. De *epistolis* Isocratis dixi lib. II. cap. 10. §. 7. [vol. I. pag. 678. n. ed. inprimis, vol. II. p. 791 sq.] Ad criminationem vero eorum, qui Isocratem mm) voluerunt plagii arguere ideo, quod in Panegyrico suo quaedam similia haberet Archini, Thucydidis et Lysiae epitaphiis orationibus, bene respondet Photius, nihil prohibere quo minus circa idem argumentum tractandum pluribus eadem veniant in mentem, quorum tamen nullus alterum exscripserit. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει παραπλησίων ἀνακυπτόντων πραγμάτων, τοῖς ὁμοίοις ἐξεργασίαις χρῆσθαι καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν οὐχ ὑποβαλλόμενον τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀναβλαστανούσης φύσεως τοιαῦτα οἷα καὶ τοῖς προλαβοῦσι προβαλλομένη ἐπιδείκνυται. Duplicem Isocrati positam statuam aeream memorat Photius, vnam Cleocharis sculptoris opus Eleusine ab amico Timotheo cum hac inscriptione:

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν, ξύνεσίν τε προτιμῶν nn)
Ἰσοκράτους εἰκῶ τήνδ' ἀνέθηκε Θεαῖς.

Alteram

mm) Addendus hic locus obseruatis *Iac. Thomasii* in diss. de plagio literario §. 476. vbi de Isocrate.

nn) Mireris Schottum, qui vertit: *honoris amicitiae atque hospitalitatis deabus*, quum verba graeca nihil aliud tinniant, quam: *amicitiae*

Alteram in Olympii Iouis aede ab Aphareo Isocratis adoptiuo filio:

Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς πατρὸς εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε
Ζηνὶ, Θεούς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

[?] CCLXI. ANDOCIDAE *orationes quatuor*, hodie etiam superstites, de quibus dixi lib. II. cap. 26. [vol. II. p. 758. sqq.] Nonnulla Andocidae loca illustrat *Palmerius* in exercitationibus ad scriptores graecos pag. 667. seq. *Fabr.* Multo plura loca vel emendauit vel illustrauit, atque in cap. primo de ortu ac maioribus Andocidis vberius disputauit cl. *Sluiter*, in libro inscripto: *Iani Ottonis Sluiter Lectiones Andocideae.* Interiectae sunt *Lud. Casp. Valckenaerii* ineditae et *Io. Luzaci* in Andocidem animaduersiones: item nonnulla ex codd. MSS. excerpta. Lugd. Batau. ap. Haak et socios. 1804. 8. Longa huius libri censura legitur in biblioth. critica, vol. III. part. 3. Amstelod. 1805. 8. p. 75-117. In cod. *Veneto* bibl. Marc. CDLI. sunt multa fragmenta Aristidis oratt. adscripta in margine manu saec. XIV. v. cel. *Morelli* bibl. MSta gr. et lat. I. p. 317. *Harl.*

CCLXII. LYSIAE *orationes CCCCXXV.* λόγοι εἴκοσι πέντε καὶ τετρακόσιοι, quem numerum Plutarchi etiam codices confirmant, licet trecentas tantum et viginti quinque habeat Schottus. De numero harum orationum Suid. Küsteri II. pag. 475. [et supra, vol. II. p. 762. *Harl.*] Ex illis genuinae CCXXXIII. Hodie exstant non plures, quam XXXIV. Ceterum Paulus ὁ ἐκ Μυσίας, cuius censura a Photio reprehenditur, fuit Paulus ille Germinus, sophista, cuius commentarios in Lysiae orationes, pridem deperditos, Suidas in Παῦλος commemorat.

CCLXIII. ISAEI, Lysiam magistrum suum feliciter imitati, *orationes LXIV.* ex quibus genuinae quinquaginta. Hodie tantum exstant decem. Isaeus hic Demosthenem decem millium drachmarum pretio, hoc est mille ducentorum et quinquaginta Ioachimicorum, instituit, atque illi λόγους ἐπιτροπικοὺς contra Aphobum tutorem suum orationes, (tres, quae etiamnum exstent,) elaborasse vel saltim emendasse et expoliuisse traditur etiam a Libanio in Demosthenis vita.

CCLXIV. AESCHINIS *orationes III. et epistolae IX.* quae omnes exstant, et de quibus iam meminerat cod. LI.

CCLXV. DEMOSTHENIS *orationes*, quas germanas LXV. fuisse Photius testatur. Hodie exstant duae et quadraginta. Ex illis quasdam Critici tribuerunt Hegesippo, Hyperidi, Dinarcho, vel Lysiae. In hoc capite Photius facit mentionem Aristidis rhetoris, Aspasii rhetoris, Callimachi οὐχ ἱκανοῦ ὄντος κρίνειν, Demetrii Magnetis, Libanii, et Longini [oo]) critici. Plura etiam de Demosthene narrat similia iis, quae apud Plutarchum de

tiae caussa et ingenium admiratus, Isocratis imaginem hanc deo dedicauit Timotheus. Sed pro σύνεσιν Schottus legit ξενίην, vt est apud Plutarchum, qui vtramque inscriptionem iisdem refert, et plura alia, quae in hisce capitibus Photius eadem habet, in vitis decem rhetorum.

oo) De Longino locus insignis pag. 802. Λογγῖνος ὁ Κριτικὸς, ἐπὶ Κλαυδίου δὲ ἔτος ἤκμαζε, καὶ τὰ

[¶] de vitis decem rhetorum. Notat et compofitionem nullam praetermittere, fed periodis omnia complecti. Demoftheni effe cum Ifocrate ac Lyfia commune: *τὸ μὲν μηδενὸς φείδεσθαι συνθέσεως, ἀλλὰ πάντα διειλῆφθαι περιόδοις, ἔςι μὲν Ἰσοκράτȣς καὶ Λυσίȣ πρὸς Δημοσθένην κοινόν.* p. 801. Add. *Reines.* varr. lect. p. 463. fq.

CCLXVI. HYPERIDIS *orationes LXXVII.* (non fexaginta feptem, vt Schottus,) e quibus genuinae LII. perierunt autem omnes praeter vnicam *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν*, quae inter Demofthenicas eft decima feptima, vt notaui lib. II. cap. 26. §. 10. [vol. II. p. 858. fqq.]

CCLXVII. DINARCHI *orationes LXIV.* quarum aliquas *Ariftogitoni* Hyperidis aequali maluerunt nonnulli tribuere. Hodie non plures exftant quam tres, vna Demoftheni, Ariftogitoni altera, tertia Philocli oppofita.

CCLXVIII. LYCVRGI *orationes XV.* ex quibus exftat hodie vnica aduerfus Leocratem, quam non modo graece vulgauit *Philippus Melanchthon*, Witeb. 1545. 8. apud Iohannem Luft, recufam Lipfiae 1568. 8. fed etiam latina verfione donauit, quam euolui editam Francof. 1548. 8. ex officina Petri Brubachi, vt adeo emendandum fit, quod olim fcripfi lib. II. cap. 26. §. 7. [vol. II. p. 813. fq. vbi plura addidi. *Harl.*]

CCLXIX. *Variorum fanctorum virorum fermones XXI. diuerfi argumenti.* HESYCHII presb. *Hierofol. ἐκ τȣ̃ εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν ἐγκωμίȣ, ex encomio in S. Thomam.* Sed, quae deinde adfert Photius, docent legendum effe Ἀνδρέαν, non Θωμᾶν, vt iam notauit *Labbeus* de fcript. ecclef. tom. I. p. 641. Sunt enim repetita ex homilia Hefychii in Andream apoftolum, quae adhuc exftat, et faepe prodiit latine ex verfione Caroli Fabiani Lugd. 1615. et in fupplemento bibl. patrum, Parif. 1639. tom. I. pag. 821. atque in editione bibliothecae Parif. 1644. 1654. tom. XV. p. 821. et Lugdunenfi tom. XII. p. 188. et in bibliotheca Combefifii concionatoria tomo VI. conf. *Coteler.* tom. II. Monum. p. 605. f. Graeca nondum lucem vidit, quod fciam. Incipit: *σάλπιγξ ἡμᾶς ἀποςολικὴ πρὸς πανήγυριν ἤθροισε.*

CCLXX. *Ioannis Chryfoftomi* homilia *in S. Paulum apoftolum.* Quae ex illa adfert Photius, non leguntur in feptem homiliis laudi Pauli deftinatis, quas cum veteri Aniani verfione exhibuit eruditiffimus *Montfauconus* tomo II. Operum S. Chryfoftomi.

[¶] CCLXXI. Excerpta ex ASTERII, Amafeni epifcopi, *homiliis*, quas partim habemus editas, partim hodie defideramus: vt adcuratius et diftincte notaui volum. VIII. huius bibl. lib. V. cap. 28. [cap. 23. vol. IX. pag. 517. fq. n. edit.] vbi etiam monui excerpta haec Photii cum noua verfione Combefifii et notis recufa in nouo ipfius auctario bibliothecae patrum tom. I. p. 211. feq.

CCLXXII.

πολλὰ συνηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ, τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατεχȣ́σῃ Ὀδενάτȣ τȣ̃ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος, ἣν καὶ μεταβαλεῖν εἰς τὰ Ἰȣδαίων ἔθη ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας παλαιὸς ἀναγράφει λόγος.

CCLXXII. Excerpta ex LEONTII, episcopi Arabissi in Cappadocia, *sermone εἰς τὴν κτίσιν καὶ εἰς τὸν Λάζαρον, de creatione et de Lazaro.* Non memini editum esse, sed MStum habuit Allatius, qui in libro de Simeonum scriptis hoc eius memorat initium: οὐδὲν ὡς ἔοικε τῆς ἀγάπης ἐςὶν ἰσχυρότερον.

CCLXXIII. Excerpta ex *Theodoreti sermonibus V. de laudibus Ioannis Chrysostomi;* tot enim tantummodo euoluisse se, Photius testatur, licet plures ab eo scriptos coniiciat. Hoc cod. extremo interpretem plane talpam esse, ait *Coteler.* Monum. tom. I. pag. 263. a. Hodie sermones istos omnino desideramus. Confer *Io. Garnerii* auctarium operum Theodoreti p. 30. seq. Inter alia Chrysostomus ab eo adpellatur ἡ ἄκακος σύνεσις, ὁ πολύϊμματος νοῦς, τῆς εὐαγγελικῆς ἐμπειρίας ἡ βίβλος, perinde vt a Proclo CPol. *Scripturae a DEO inspiratae impolluta bibliotheca, diuinae thesaurus intelligentiae.*

CCLXXIV. *Ex IOANNIS CHRYSOSTOMI sermone in quadraginta martyres* Sebastenos, passos sub Licinio: de quibus vide supra hoc volumine [p. 289.] Nec non ex eiusdem *sermonibus tribus in Ioannis baptistae decollationem.* Vide supra [p. 259. in h. vol.]

CCLXXV. Ex *Hesychii* presbyteri Hierosol. a. C. 343. defuncti, homilia deperdita vel saltim hactenus inedita in *Iacobum* domini IESV fratrem et *Dauidem* regem τὸν Θεοπάτορα, vbi Iacobo videas tribui primatum apostolorum, prae Petro, verbis dissertissimis: πῶς ἐγκωμιάσω τὸν τοῦ Χριςοῦ δοῦλον καὶ ἀδελφὸν, τὸν τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ ἀρχιςράτηγον, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν Ἀποςόλων τὸν ἔξαρχον, τὸν ἐν κεφαλαῖς κορυφὴν, τὸν ἐν λύχνοις ὑπερλάμποντα, τὸν ἐν ἄςροις ὑπερφαίνοντα. Πέτρος δημηγορεῖ, Ἰάκωβος νομοθετεῖ, καὶ ὀλίγαι λέξεις τὸ τοῦ ζητήματος συνέςειλαν μέγεθος. Actor. XV. 13. 21.

Ex *Modesti*, post septimi saeculi initia archiepiscopi Hierosol. homilia nondum, quod sciam, edita εἰς τὰς μυροφόρους, *in mulieres vnguenta ferentes,* vbi mentio *actorum martyrii Mariae Magdalenae,* quae virgo et ipsa virgini Mariae semper praesens ad obitum illius vsque adfuerit, ἀρχηγὸς τῶν μαθητριῶν, *discipularum praecipua,* deinde adfecta martyrio Ephesi, vbi eam sepultam tradit quoque *Gregorius Turonensis* lib. I. de miraculis [?] martyrum c. 3. vt aliorum testimonia Modesto suffragantia omittam, quae laudat *Io. Launoius* in diss. de commentitio Lazari et Maximini, Mariae Magdalenae et Marthae in prouinciam Galliae adpulsu. Paris. 1660. 8. et b. *Antonius Reyserus* noster in Launoio confessore p. 778. [Conf. supra in h. vol. p. 287.]

Eiusdem *MODESTI* ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν, *in dormitionem sanctiss. deiparae* sermo πολύςιχος, quem ex codice Seguieriano integrum descriptum se habere testatur Michaël le Quien ad Damasceni orat. eiusdem argumenti tom. II. p. 857. notatque, licet Photius in illo οὐδὲν ἀναγκαῖον, *nihil necessarii* occurrere declarauerit, nihilque ex eo produxerit, hoc tamen in eo se obseruasse memorabile, quod testetur, neminem ante se fuisse, qui dormitionem Mariae sermone sollemni celebraret. Alium locum insignem, duas voluntates et duas operationes ἀσυγχύτως et ἀδιαιρέτως in Christo agnoscentem, adfert ex eodem sermone p. 820. Alios de hoc argumento aliorum sermones memoraui supra. [p. 282. in hoc vol.]

Ex eiusdem *Modesti* sermone nondum, quod sciam, edito *εἰς τὴν ὑπαπαντὴν, in occursum domini.* Alios eiusdem argumenti sermones notaui supra. [p. 240. seq. in hoc vol.]

CCLXXVI. Excerpta e b. *Nili* sermonibus duobus in pascha, et tribus in Christi ascensionem. Nilum hunc celebrem illum ascetam, S. Chrysostomi discipulum intellige. Sermones ipsi hodie quod sciam non exstant, editi certe non sunt. De aliis Nili scriptis dictum vol. V. ad Allatii librum de Nilis. [vid. supra in h. vol. cap. 27.]

CCLXXVII. Excerpta ex IOANNIS CHRYSOSTOMI *homilia I. in Spiritum S.* (quae exstat tom. IV. edit. Ducaei p. 173. et tom. III. ed. Montfauc. p. 797. 2) *quod Christus, oriens; et in illud:* ascendit et descendit, *et quod spiritus s. omnipotens sit.* 3) *In Christi incarnationem, et quod vnicuique climati praefecti sint angeli.* 4) *De vno legislatore, et in vestes sacerdotum et de poenitentia.* (tom. VI. Ducaei p. 1.) 5) *in illud,* sufficit tibi *gratia mea* 2. Cor. XII. 9. (tom. VI. Ducaei p. 284.) 6) *in illud* 2. Cor. V. 17. si qua ergo in Christo, noua creatura. 7) *Post Calendas et contra ebrios.* 8) *In illud* 1. Thess. IV. 13. nolumus vos ignorare de dormientibus. (tom. V. Ducaei p. 275.) 9) *de poenitentia.* 10) *In visionem Esaiae, quam vidit contra Iudaeam et Ierusalem.* 11) *In prodigum, de poenitentia, in lignum scientiae boni et mali, et in latronem.* 12) *Paraenetico sermone de poenitentia.* 13) *In terrae motum, Lazarum et diuitem.* (tom. V. Ducaei p. 87.) 14) *In illud* Luc. XVI. 24. mitte Lazarum. 15) *Non adeo deflendos esse mortuos.*

CCLXXVIII. Fragmenta ex THEOPHRASTI scriptis 1) *περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας, de animalibus, colorem mutantibus.* (conf. *Coteler.* ad tom. II. Monument. p. 537.) 2) *περὶ παραλύσεως,* [P] *de paralysi* siue neruorum resolutione. 3) *περὶ λειποψυχίας, de deliquio animi.* 4) *περὶ ἰλίγγων, de vertigine.* 5) *περὶ κόπων, de lassitudine.* 6) *περὶ τῶν ἀθρόως φαινομένων ζώων φθονεῖν, de animantibus, quae confertim et multa simul visuntur.* 7) *περὶ τῶν λεγομένων ζώων, de animantibus, quae dicuntur inuidere.* 8) *περὶ ἱδρώτων, de sudoribus.* et 9) *περὶ μελιττῶν, de apibus.* Ex his scriptis Theophrasti hodie exstant de vertigine, de lassitudine et de sudoribus. Cetera omnia desiderantur. Excerpta Photiana graece primum edita ab Henr. Stephano Paris. 1557. 8. deinde cum aliis illius philosophi praestantissimi scriptis graece et latine, curante Daniele Heinsio, Lugd. Bat. 1613. fol. vt dixi supra lib. III. cap. 9. [cap. 7. nou. ed. vol. III. p. 414. sqq. et p. 427. seq.]

CCLXXIX. Excerpta ex *Helladii Besantinoi* [pp]) siue Antinoi vrbe, Aegyptii, *χρηστομαθειῶν electorum* libris IV. quos versibus iambicis exarauerat scriptor hic ethnicus, Licinii et Maximiani temporibus clarus, multarumque aliarum lucubrationum auctor, quarum hi

pp) Apud Etymologici magni auctorem aliquot locis citatur Βησαντῖνος ἐν τῷ vel ἐν τοῖς περὶ χρηστομαθείας. Diuersus ab hoc Helladius auctor Lexici, de quo supra cod. CXLV. et CLVIII. et ex quo plurimum profecit Suidas, testatus, eum fuisse grammaticum Alex. Theodosii iun. temporibus clarum, cuius etiam *laudes* scripsit, nec non ἔκφρασιν φιλοτιμίας *descriptionem ambitionis.* Διόνυσον ἢ Μοῦσαν, *Dionysium siue musam* et ἔκφρασιν τῶν λουτρῶν Κωνσταντιανῶν, *descriptionem balnei Constantiani.*

hi tituli apud Photium exſtant, 1) Ἀθῆναι, 2) Αἰγύπτιος, 3) προτρεπτικὸς *adhortatorius*, 4) Φήμη *fama*, 5) νίκη *victoria*, et 6) πόλις Ἀντινόου *vrbs Antinoi* [qq]). Haec Helladii ſcripta pridem interiere omnia; ſed excerpta Photiana cum Schotti verſione et *Ioannis Meurſii* notis excuſa exſtant ad calcem librorum Meurſii poſtumorum de regno Laconico et Athenienſium Piraeeo, Vltraiecti 1687. 4. recuſa deinde tomo decimo theſauri antiquitatum graecarum Gronouiani. Lugd. Bat. 1701. fol.

Index ſcriptorum et virorum illuſtrium, quorum in excerptis ex Helladio mentio, ad paginas editionis Vltraiectinae.

qq) V. *Reineſii* varr. lect. pag. 151. Κακόζηλοι λέξεις, quae ibi Euphorioni tribuuntur, ſunt dictiones, ex mala adfectatione profectae: v. *Pearſon* vindic. Ignat. part. 2. p. 204. De voc. μύλων v. Suidam Küſteri II. p. 587. De lapide Ἡρακλέας *Salmas.* ad Plin. p. 775. b. F. de voc. μετακλᾶον v. *Küſter* ad Suidam, tom. II. p. 514. *Fabr.* Conf. ſupra, vol. VI. p. 419. not. *e. Harl.*

rr) Primus ſcriptor μιμιαμβorum, de quibus *Vales.* ad Ammian. XXX. 4. *Fabr.* Conf. ſupra, vol. II. p. 116. *Harl.*

Praxite-

ss) Noachum patriarcham sub hoc nomine latere, multi notarunt. Vide, quae dixi in codice pseudepigrapho veteris test. p. 255. seq.

[P] Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει τῷ αὐτῷ περιείχετο μέτρῳ καὶ Ἑρμείου Ἑρμοπολίτου πάτριά τε τῆς Ἑρμουπόλεως, καὶ ἕτερά τινα. καὶ μὴν καὶ Σερήνου γραμματικοῦ ἐν διαφόροις μέτροις δράματα διάφορα. Ἀνδρονίκου πολιτευομένου, καὶ αὐτοῦ Ἑρμοπολίτου, πρὸς τὸν κόμητα Φοιβάμμωνα τὸν κοινοπολίτην. καὶ οὗτος δὲ δραμάτων ἐστὶ ποιητὴς, διαφόροις μέτροις τοὺς λόγους ἐντείνων. ἔτι δὲ καὶ Ὡραπόλλωνος [P] γραμματικοῦ περὶ τῶν πατρίων Ἀλεξανδρείας. συντίθησι δὲ καὶ αὐτὸς δράματα τῷ ὁμοίῳ τύπῳ· ἀλλὰ καὶ Κύρου Ἀντιοπολίτου εἰς Μαυρι-

In eodem codice, (inquit porro Photius,) *similis carminis genere* (iambico) *continebantur* patria instituta Hermiae [tt]) Hermopolitani, *et alia nonnulla*. Sereni [uu]) *quoque* grammatici *varia* dramata *vario carminis genere, et* Andronici [vv]), *qui remp. gessit*, Hermopolitani *ad comitem* Phoebammonem ciuem suum. *Et hic* dramatum *auctor variis versibus libros composuit. Ad haec vero* Horapollinis [ww]) grammatici de patriis rebus Alexandrinorum. *Composuit et ille* dramata *simili stilo. Sed et* Cyri [xx]) Antipolitani in Mauritium ducem [yy]), *qui*

[tt]) *Hermiae* varii in veterum scriptis memorantur, vid. volum. V. p. 96. seq. [vol. VII. p. 114. sq. not. *hh*. nou. ed.]

[uu]) *Aelium* intellige *Serenum Atheniensem*, cuius ex Suida feci mentionem volum. VII. pag. 70. [vol. VI. p. 378. n. ed.] Meminit et Etymologici magni scriptor in Βυκέρως. Alius *Serenus Antissensis*, ex Antissa Lesbi ciuitate, cuius *libri duo de sectione cylindri et coni per verticem*, ad Cyrum amicum editi sunt latine a Frid. Commandino ad calcem Apollonii Pergaei Bonon. 1576. fol. et graece e tribus MSS. bibl. regis christianissimi cum Commandini versione ad calcem luculentae editionis Apollonii graecolatinae, quam Oxonii e theatro Sheldoniano curauit illustris doctrinae vir *Edmundus Halleius*, 1710. fol. [MS. in cod. *Bauar*. LXXVI. v. cl. *Hardt*. in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. p. 43. sq. add. vol. IV. p. 195. et 208. *Harl.*] Apollonii Pergaei Conica commentariis illustrasse se innuit hic Serenus lib. I. proposit. 10. itaque Archimede iunior est, licet apud Marinum in προθεωρίᾳ ad data Euclidis pag. 457. edit. Oxon. legas: πολλὰ τεταγμένα φύσει ὕστερον Ἀρχιμήδης τοῦ Σερήνου ἐθεώρει ὅτι τέτακται. Vbi Dau. Gregorius putat legendum ὕστερον Ἀρχιμήδους ὁ Σέρηνος ἐθεώρει. Alius P. Serenus *Sammonicus* nec non A. *Septimius* Serenus, de quibus in Bibl. latina. Alius Serenus medicus, cuius meminit Aëtius tetrab. 2. lib. II. cap. 16.

[vv]) Schottus vertit *communem vrbis conditorem*, sed pro κοινοπολίτους legendum κοινοπολίτην, quod significat hominem ex communi ciuitate, nisi malis κυνοπολίτην, ex Cynopoli Aegypti vrbe. Phoebammonis sophistae in Thebaide Aegypti vrbe clari mentio in Io. Moschi prato c. 143. De *Phoebammone* rhetore dixi lib. IV. c. 31. p. 457. [c. 33. vol. VI. p. 104. sq. nou. ed.]

[ww]) De Horapolline grammatico, quem Theodosii imp. temporibus Alexandriae docuisse Suidas testis est, vide supra lib. I. cap. 13. §. 3. [vol. I. p. 98. sqq.]

[xx]) Pro Ἀντιοπολίτου legerim Ἀντινοπολίτου, *Antinopolitani*. Diuersus hic Cyrus a *Cyro* altero, poëta antiquiore Panopolitano, qui temporib. Honorii et Arcadii floruit, et apud Euagrium, Suidam atque alios laudatur: necnon a *Fl. Cyro*, qui consul fuit

κιον δέκα καὶ τὸν ἡγεμόνα παρόντα τῇ ἀκροάσει. ἐν ἰαμβικῷ δὲ μέτρῳ καὶ οὗτος τὴν αὐτοῦ συντίθησιν πόνον. εἰσὶ δὲ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ διάφοροι, πρὸς διαφόρους, γραφαῖς ποικιλλόμεναι διαφόροις. καὶ ἕτεροί τινες ἐγκωμιαστικοὶ λόγοι.

qui recitationi interfuit. Iambis et ille laborem suum comprehendit. Sunt eius variae epistolae *ad varios, pigmentis adumbratae, et aliae nonnullae* orationes *laudatorii generis.*

CCLXXX. Excerpta ex libris V. Eulogii Alex. contra Nouatianos, de quo opere pridem deperdito iam dictum cod. CLXXXII. et CCVIII. Hic aliqua emendat *Cotcler.* tom. I. PP. apost. p. 90. nr. 26. add. *Croii* obseruatt. sacr. p. 157.

Totam denique Photii bibliothecam claudit epistola ad Tarasium fratrem, de qua iam feci mentionem supra p. 378. [in hoc capite §. VI. not.] Georg. Coressii paralipomena ad Photii bibliothecam laudat *Nic. Comnenus* p. 143. 302. 306. Praenott. mystagog. et p. 46. ac 181. vbi etiam additiones Planudae citantur, vt p. 226. 306. 353. notae et additiones Maximi Planudae, et Coressii notae ad Myriobiblon Photii, not. 163. additiones Coressii p. 362.

a. C. 441. et cuius aliquot epigrammata leguntur in Anthologia, et a *Cyro Floro*, Pauli Silentiarii, (qui in aula Iustiniani claruit et encaenia templi Sophiae CPoli a. C. 562. pulcerrimo carmine iambico celebrauit,) parente: confer *Reinesii* Varias Lect. p. 471. et 561. Omitto *Cyrum*, ineptum sophistam, quem perstringit Philostratus in Damiano, [de hoc Cyro eiusque lib. περὶ διαφορᾶς στάσεων, v. supra, vol. VI. pag. 103. et 128. *Harl.*] et *Cyrum* archiatrum Edessenum, cuius meminit Aëtius tetrabibl. II. lib. II. c. 91. Interdum κῦρος Graecis non nomen proprium est, sed honoris vocabulum pro κύριος, vt in Cyro Theodoro Prodromo notaui volum. VI. p. 816. [vol. VIII. pag. 138. nou. edit.] Confer *Gretserum* de cruce tom. II. pag. 2350. 2721. 2725. et Meursii, Cangiique glossaria.

yy) Schottus in versione sua habet *imperatorem*, quod in graeco non reperio. Mauritius imperator fuit ab a. C. 582. ad 602.

Fabricius, Johann Albert
Bibliotheca graeca; ed. by
Harless. Vol. 9-10.

20